Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Luca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sᵗⁱ Francisci Caudij.
numerario
Congᵉ mⁱˢ Bᵉᵉ: Camerinen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI TOLETI

E SOCIETATE IESV

S. R. E. PRESBYTERI CARD.

Tit. S. Mariæ Transpuntinæ

COMMENTARII

In prima XII. Capita Sacrosancti Iesu Christi D. N. Euangelij secundum Lucam.

Iuxta exemplar Romæ impressus, & à mendis expurgatus.

AD SANCTISS. D. N. CLEMENTEM VIII. PONT. MAX.



Bernardini
Lactantij

VENETIIS, M D C.

Apud Ioannem Baptistam Ciottum Senensem, & Socios.
Superiorum permissu.

Oculus mitę sapientiæ

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO
IHS
1003

Universidad de Deusto
Biblioteca

MO

S. D. N.

CLEMENTI VIII. PONT. MAX.

Michael Vasquez è Societate Iesv Felicitatem.

DEbentur, BEATISSIME PATER, quicumque ex arbore fructus proueniunt, satori suo, a quo persepe non minus huiusmodi partus, quàm parens ipsa diligitur. Etenim nemo est, qui labores suos germinare non gaudeat. Quare non dubito, quin hi Franciſci Toleti fœtus, quos ætate sane matura pulcherrimos tulit, Sanctitati Tuæ perjucundi futuri sint: quandoquidem a Te ille tum semper in oculis, ac plane in manibus habitus est; tum vero maxime supremis annis; cum, vt in Ecclesiæ regimine vsui foret magis, in cœtum eiusdem Ecclesiæ Cardinalium transcriptum arctiore Tibi vinculo coniunxisti. Et ille quidem, cuius volucre ingenium non in præsentium modo, sed in posteriorum etiam bonum ferebatur, nihil sibi iamdiu non subtraxerat, quo suos in Lucam Commentarios, opus per annos plurimos conceptum, natum tandem

apud Ie proxima fœtura, proferendo, meritis Tuis, id est votis suis aliqua ratione satisfaceret. Atque vtinam talem virum a Deo impetrare in æuum diuturnius potuissemus: haberet Sanctitas Tua sapientem eque, ac peramantem filium, in quem paternæ solicitudinis non parum oneris declinares; haberet Christiana res pulcherrima monumenta, quæ animus ille cessationis impatiens meditabatur; ego vero fruerer singulari patrocinio, ac beneuolentia, cuius vel ipsa me recordatio vehementer oblectat. Sed quando illud non licuit, his saltem nos egregijs lucubrationibus, expressis perillustris ingenij notis oblectemur: ac Tu in primis, BEATISSIME PATER, qui tanto quam cæteri magis auctorem in opere quasi spirantem agnosces, atque amabis, quanto olim plus operæ in illum tuæ collocatæ reperies. Ego interim præclaram nactus occasionem debitum Sanctitati Tuæ studium meum declarandi (quo & priuata in me merita Tua, & hoc ipsum opus, quod Te iubente imprimẽdum curaui, volentem ducunt) in spem veni posse à me, Tibi quidem non nihil satisfieri; ipsi vero Toleto plurimum: quando melius de eius opere mereri non potui, quàm si illud in manus istas Tuas plane cęlestes traderem, a quibus eam lucem acciperet, quam orbi terrarum referet vniuerso. Vale.

MICHAEL

MICHAEL VASQVEZ
E SOCIETATE IESV
THEOLOGVS
LECTORI S.

ETSI Francisci Toleti nomen & dignitate, & doctrina tantum sit, quantum eius monumenta testantur; quia tamen in illorum lucem acrius intueri eruditorum, id est non omniũ, oculorum est, ideo hoc loco viri laudes & numero, & delectu temperatas in conspectum dare commodum duxi: non quidem meo præconio, quod male de suscepta causa mererer, sed eorum à quibus laudari glorioſum est, luculento principum virorum, laudatorumque testimonio. Accipe igitur, Lector, quæ de Francisci Toleti virtute, atq; doctrina Summorum Pontificum inter cætera extant oracula, in quibus multo possit æquius gloriari, quam qui olim hominum sapientissimus Delphico responso ferebatur. Et Gregorius quidem huius nominis XIII. in quodam Breui Romæ dato XVI. Kal. Decemb. anno Domini 1584. Toletum ipsum alloquens, hæc habet: Tanta est doctrina, prudentia, fides, & diligentia tua, quæ grauissimis in muneribus longo, & intimo vsu nobis cognita sunt, ac perspecta, vt tua scripta, sicut cæterorum, aliorum iudicio, & examini subiici æquum non sit. Itaque Commentaria illa cum annotationibus in D. Ioannem, quæ summo cum labore, ac vigilantia abs te lucubrata esse scimus, sine alterius cuiusquam approbatione, aut licentia, quandocunque tibi videbitur in lucem edendi ac imprimi faciendi, harum auctoritate plenam ac liberam tibi damus & concedimus facultatem. Quid illustrius, quam tanti Pontificis suffragio à communi hominum conditione secerni? sed neque illud prætereundum, quod idem Gregor. in litteris ad Gerardum Card. Leodien. datis XIV. Kalend. Februar. 1580. Harum, inquit, rerum solicitudo facit, vt mittamus dilectum filium Franci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſcium Toletum Concionatorem noſtrum, virum excellenti doctrina, pietate, prudentia præditum, atque omni laude cumulatum. Nec alia fuit Sixti Pontif. Max. de eodem ſententia, quam, tum alias ſæpe, tum in litteris ad eundem Toletum miſſis ſub Annulo Piſcatoris VIII. Kal. Maias 1590. declarat in hæc verba. Spectata tua in nos, & Apoſtolicam ſedem merita ab eminenti doctrina profecta, qua in verbo Dei Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & nobis in ſpiritu, & veritate, & ſumma cum eloquentia per viginti vnum & amplius annos prædicando, incredibili omnium Theologorum admiratione, & eorundem prædeceſſorum noſtrorum, ac noſtra, totiuſque S.R.E. Cardinalium Collegij approbatione præcellis, à nobis ſuo quaſi iure requirere videntur, vt tuis commoditatibus, ijs præſertim, quibus ſpiritualis animæ conſolatio augeatur, benigne, ac fauorabiliter annuamus. Sane cumulatius quic quam, aut ſpecioſius, quamuis laudis amantiſſimus, exoptare potuit nemo. Verum his omnibus longe adhuc præſtat Sanctiſſ. D.N. Clementis VIII. teſtimonium: is enim in litteris ad eundem Card. V. Non April. 1596. datis: Cum tu, inquit, antequam fel. rec. Ij Papæ V. Prædeceſſoris noſtri mandato Apoſtolici prædicatoris officio fungereris (in quo poſtea ſumma cum laude diu es verſatus) in ſocietate Ieſu religioſam vitam duxeris, & in Collegio Romano Philoſophiam, & Theologiam publice tanta cum auditorum vtilitate docueris, vt permulti, te magiſtro, in eiſdem facultatibus excelluerint, ac deinde ſtudiorum ipſius collegij Romani præfecturam ita geſſeris, vt omnes tibi, non doctrinæ ſolum, ſed auctoritatis etiam præcipuum locum merito tribuendum cenſuerint. Videas quam diligenter, & quaſi per otium huius res geſtæ à Pontifice celebrentur. Quare mirum non eſt, ſi ex his maximis capitibus tantum laudis in Toletum deriuatum ſit, vt ex illo in Patriam domum, ac gentem plurimum redundarit. Natus eſt Cordubæ, in vrbe prouinciæ Bæticæ illuſtrium virorum frequentia nobili, ſiue armorum, ſiue doctrinæ laude præſtantium: quam tamen vrbem non minus ipſe doctrina, prudentia, eloquentia, religione, morum integritate illuſtraſſe, quam ab ea ſplendoris accepiſſe iure optimo videri poteſt. Adyt, vbi per ætatem licuit, inſignem Salmanticæ Academiam, in qua ita docentes audyt, quaſi breui doctturus audientes: ita non totus ſtudia dilexit in ſtudyſ, vt alio mentem, aurem alio ſine vtriuſque

detri-

detrimento diuideret; ſuam nimirum tutante cauſam Deo, largiuſque in eius animum influente, vbi vberior ſibi ſeges exiſteret. In ipſo enim philoſophiæ curriculo, quam ille tanta Academia plaudente docebat, ad Societatem noſtram diuino impulſus numine properauit: atque in ipſo Religionis tyrocinio Romam miſſus qualem ſe virum præſtiterit, ex relatis paulo ante ſummorum Pontificum litteris peti poteſt. Illud, omiſſis aliys, non omittam. Nunquam Cardinalium creandorum expectatio imminebat, quin Toleti nomen in primis cõmuni omnium voce Romæ exaudiretur, & tantũ non acclamaretur; dum interim ille plus adeo honorem ſubſequentem fugeret, quam aly fugientem ſubſequuntur. Quin etiam, vbi præcluſum ſibi vndecumque aditum ab honore vidit, impetrari ab eo non potuit, vt hilari fronte Cardinalatus inſignia, quæ iamdiu Toleti complexum, expetere videbantur, admitteret: nec admiſſurus erat, niſi coactus obedientia illius, qui ei præcipere poterat, peccati lege propoſita. vſque adeo auidior Toleti viſus eſt honor, quam honoris cæteri. Hoc ad quotidianos labores onere ſuperaddito, & grauiſſimorum cura negotiorum diſtractus, præſertim verò ieiunio quadraginta dierum, quod ſibi ante Aſſumptæ Virginis feſtum diem ſeuere quotannis indixerat, male acceptus, in grauem ſane morbum ſub id tempus incidit, in quo non tam medicorum monitu, qui huiuſmodi viris ægre illa denunciant, quam incremento morbi, & familiarium, amicorumque aſpectu (qua in re me non inficior illi fidum extitiſſe) inſtantem ſibi mortem cognouit, ſeque continuo comparauit ad vitam. Et quidem qua pietate, & cultu accerſita Eccleſiæ ſacramenta ſuſceperit: quo animi ſui ſenſu modo Deum, modo Dei Matrem, quibuſcum vſque ad extremum Spiritum ſuauiſſime collocutus eſt, vt ſibi adeſſent, in ſupremo vitæ periculo precaretur, nec locus referri, nec obortæ iam mihi in ſola rei memoria lacrymæ patiuntur. Enimuero quantum ille ab huius vitæ rebus emineret, argumento vel in primis fuit, quod cum quidam ei ex religioſis, qui illic aderant, viris ſuggereret, vt cum S. Martino oraret: Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem, ijs ſibi minime opus eſſe reſpondit. ad quæ alter cum Pauli votum propoſuiſſet, Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto hoc vero, inquit, ad me: atque illud inter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortuis vocibus identidem repetens obdormiuit in Domino, relicto vna sum plæclarissimarum virtutum exemplis sui etiam desiderio incredibili. Bibliothecam Collegio Romano delegauit; corpus, & quæ supererant bona in Basilica B. Mariæ maioris deponi voluit, quo in loco magnificum sane sepulchrum e regione Ioannis Patricij, atque vxoris eiusdem Ecclesiæ fundatorum à Capitulo, gratæ in tantum virum voluntatis ergo, constructum est. Hæc de auctore. De opere illud ausim dicere, Toletum in cæteris videri posse sui similem, hic vero seipso superiorem existimandum, non solum quia posteriora consilia meliora sunt, sed præcipue, quod in hunc Euangelistam, vt amores suos, sic vires, conatus, operam omnem iamdiu contulerat: credo quia in eo frequentior incideret mentio de Sanctissima Dei Matre, cuius erat studiosissimus differendi; vt vel hinc B. Virgini addicti hæc perlegendi cupiditas excitetur. Porro in hoc opere non aliud eius institutum fuit, quam quod in Ioanne exponendo erat: primum enim à commentatione textus exordiens, breuem ac perspicuam verborum explicationem proponit: addit deinde notas, quibus difficultatum capita, & varietatem, quam in textus interpretatione SS. Patres, Scriptoresq; antiquiores docuere, complectitur. dum interim, & quæ textui quadrent magis, mirabili ingenij perspicacitate dijudicat; & morales sententias, quibus conciones aspergere prima cum laude solitus erat, suo loco reponit. atque hæc inter se omnia ita connectit, vt dum intimos quosque doctrinæ recessus accurata disquisitione rimatur, tum maxime per summa rerum cacumina, moralium flores sensuum non sine fructu lecturus, spatiari videatur. plane vt inter Theologos oratorem Dei habeas, inter Oratores theologum. Atque vtinam inchoatum opus potuisset absolvere: vt enim mihi dicere solebat, non erat quod aliy à se in Marcum, & Matthæum commentarij expectarentur; cum in hunc vnum illorum interpretationem conferre meditaretur. Sed quando hoc factum optare, est dolere non factum, hisce tu Lector duodecim capitibus, quanta maxima à me potuit cura in iustum volumen redactis fruere.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRAE,

Qui vel explicantur, vel citantur.

Genesis.

Cap. 1. Factum est vespere et mane dies vnus 472. annot. 31. col. 1.
Benedixit eis dicens: Crescite & multiplicamini. 759. com. 2.
2 Ascendebat fons de terra 655. an. 68. col. 2
3 In sudore vultus tui vesceris pane tuo. 889. an. 10. col. 1.
Maledicta terra in opere tuo, tribulos & spinas germinabit tibi. 596. an. 84. col. 1.
Maledixitq; terræ & serpenti. 556 an. 44. col. 1.
Aperti sunt oculi eorum. 402. ann. 34. col. 1.
Adam vbi es? Et: Vbi est Abel frater tuus? 731. an. 93. in fi. c. 1.
4 Vltio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagesies septies. 366. com. col. 2.
8 Sensus & cogitatio cordis humani in malum prona sunt ab adolescentia sua. 492. an. 29. col. 2
9 De manu hominis, & de manu viri, & de manu fratris requiram animã hominis. 972. an. 98. co. 1
Maledictus Chanaan, seruus seruorum eris. 556. aun. 44. col. 1
13 Homines Sodomitæ pessimi erant, &c. . . .
14 Da mihi animas, cætera tolle tibi. 826. an. 124. col. 2
17 Delebitur anima illa de populo. 826. ann. 124. col. 2
24 Pone manum tuam super femur meum. 713. an. 62. col. 2
Bibe Domine. 608. an. 10. col. 1
28 Cunctorum, quæ dederis mihi decimas offeram tibi. 963. anno. 89. col. 2
42 Peccauimus in fratrem, videntes angustias illius, cum deprecaretur nos, & non audiuimus. 971. an. 96. col. 1.
49 Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. 1065. com. col. 2
50 Loquimini ad aures Pharaonis, &c. ann. 62. col. 2.

Exodus.

Vocate eum, ut comedat panem. Cap. 2. 899. ann. 10. col. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 Quid proximum tuum percutis. 1022.an.27.col.1.
3 Ego mittam te ad Pharaonem.971. an.97.col.2.
12 Renes vestros præcingetis. 1051. ann.62.col.2.
12 Sexcenta fere millia virorum absq; parvulis, &c.758. annotat.28. col.1.
15 Magnificatus est in nobis, equum, & ascensorem proiecit in mare. 895.an.6.col.2.
19 Evitis mihi in peculiũ de cunctis populis.899.ann.11.col.2.
20 Nõ loquatur nobis Deus, &c.785. annot. 64.col.2.
21 Qui percusserit servum suum, vel ancillam virga. 743.annotat.6. col.2.
23 Si videris asinum inimici tui iacentem, ne prætereas, nisi prius alleues illum.512.an.40.col.2.
32 Orabat Moyses, dicens: Cur Domine irascitur furor tuus cõtra populum, quẽ eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna, & manu robusta? 910.annotat.24. col.2.
32 Aut dimitte noxam populo huic, aut dele me de libro vitæ. 1013. annot.20.col.2.

Leuiticus.

Cap.1. Oportebat ergo vt conspectui Sacerdotis se leprosus offerret.466.com.2.
14 Hic est ritus leprosi quando mundãdus est adducetur ad Sacerdotẽ. 463.an.27.col.1.
18 Turpitudinem patris tui non reuelabis.363.an.159. col.2.
Turpitudinem sororis tuæ ex patre, siue ex matre, &c. 364.ann.59. col.1.
19 Diliges amicũ tuum, sicut teipsum. 876.annot.52.col.1.& 878.annot.55.col.1.
Postquam messueritis segetem terræ, non secabitis eam vsque ad solum, &c. sed pauperibus, & peregr. &c. dimittetis eas.510.an. 2.col.1.
24 Educ blasphemum extra castra, & lapidet eum omnis populus.415. ann.49.col.2.
27 Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sunt.965.annot.90.col.1.

Numeri.

1 Accipite summam omnis cognationis filiorum Israel per cognationes suas, & per domos familiarum suarum, &c.858.ann. 28.col.1.
5 Adiurabit eam sacerdos dicens: si declinasti à viro tuo, &c. 713. anno.62.col.1.
11 Descendit Dominus per nubem, & & locutus est ad eum, &c.821. ann.115.col.1.
22 Veni, & maledic Iacob. 556. annotat.44.col.1.
30 Si vouerit, vt per ieiunium, vel aliarum rerum abstinentiam affligat animam suam. 505.anno. 70.col.1.
36 Quia vnusquisque in hæreditate Tribus suæ patriæ adhærebunt filij Israel, &c.359.annotat.58. col.2.

Deu-

Deuteronomium.

Cap.5. Interfectis viris, mulieribus, & paruulis. 758. annotat.28. col.1.
6 Non tẽtabis Dominum Deum tuũ. 391.com col.1.
6 Dominus Deus solus adorandus est, eique soli est seruiendum. 389. com.col.1.
14 Vt sitis ei in populum peculiarem. 899.an.11.col.2.
Decimam partem separabis de cunctis frugibus tuis quæ nascuntur in terra per cunctos annos. 965. an.90.col.1.
18 Prophetam de gente tua, &c.785. annotat.64 col.2.
Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo, &c.799.com.
Prophetam suscitabo eis de medio. 793.com.1.
Qui non audierit verba, quæ loquetur in nomine meo vltor existam. 863.annotatione 35. colum.2.
Prophetam suscitabit Dominus, &c.624.ann.31.col.2.& 752. annotat.18.col.1.& 763.annot. 36.col.1.
19 In tribus testibus stat omne verbũ. 779.an. 54.col.1.
22 Non arabis in boue, & asino simul, &c.509.com.2.
24 Non occidentur patres pro filijs, neque filij pro patribus, sed vnusquisq; pro peccato suo morietur. 972.an.98.col.1.
25 Pondus habebis iustum, & verũ, &c.modius æqualis et verus erit tibi.585.com.2.
Si habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis, &c. 357.annot.56.col.2.
27 Non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, &c. 680.annot.18.col.2.
31 Congregato omni populo, tam viris, &c.758.annotatione 28.colum.1.
32 Seruierunt Dæmonijs, & non Deo. 1034.ann.42.col.1.

Iosue.

2 Innoxij erimus à iuramento quo adiurasti nos.713.annota.62. col.2.
10 Sol contra Gabaonem ne moueare, & Luna contra vallem Aialon. 484.ann.44.col.2
Ite & invocate Deos vestros, quos elegistis, &c. 497.annotat.64. col.2.

Iudicum.

6 Si inueni gratiam coram te da mihi signum quod tu sis. 944. annotat.67.col.1.

Lib.1.Regum.

1 Nomen eius Helcana filius Ieroboam, &c. 360.ann.57. col.1
Sicque faciebat per singulos annos, &c. 655. annotatione 68. colum.2.
2 Veniebat puer sacerdotis. 602.ann. 1.col.2.
Si delinquendo peccet vir aduersus virum, orabunt pro eo dominum;

Universidad de Deusto
Biblioteca

num; si autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo? 1001. an.17.col.2.

Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? ibid. & 1016. ann.22. col.2.

3 Dominus est, quod bonum est ante oculos suos faciat. 860. anno.31. col.2.

8 Non te abiecerunt, sed me. 857. an. 27.col.1.

Greges vestros addecimabit. 964. annot.89.col.1.

14 Adiurauit Saul populum dicens: Maledictus qui comederit panē, &c.713.annot.62. col.2.

17 Tulit lapides, & misit illos in perā suam.745.an.8.col.1.

18 Spiritus Domini irruebat in Saul. 392.an.25.col.1.

21 Fugiens enim Dauid a Saul venit in Niobe ad sacerdotem Aichmelech, & cum esuriret Dauid, &c. 519.com.2.

Lib.2.Regum.

Cap.1. VOcauit Dauid vnum de pueris suis.603.an.1.col.1.

8 Filij Dauid sacerdotes erant, 362. an.58.col.2.

12 Mortuo puero surrexisti.603.an.1. col.1.

13 Noli frater mi, noli opprimere me, quin potius loquere ad Regē, &c. 363.an.59.col.2.

14 Deleamus hæredem, et quærunt scintillam meam, &c.621.com.1.

16 Sinite illum, Dominus enim præcepit illi, &c.573.an.59.col.1. & 583.an.70.col.2.

22 Misit fulgura, & consumpsit eos. 855.an.25.col.2.

25 Dixit Dauid, Benedictus Deus, qui iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal. 863.anno.35. col.2.

Lib.3.Regum.

2 ACcessit enim Bersabee petens Salomonem, vt Adoniæ fratri Abisai Sunamitem in uxorem daret, &c.454.an.14.col.2.

5 Non est Satan, neque occursus malus.920.an.39.col.2.

14 Nō fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo. 785.ann.50.col.1.

Dormiuitque Roboam cum patribus suis.734.an.106.col.1.

17 Cum venisset Elias ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua, &c.413.an.46.col.1.

Ingressus es ad me, vt remorarentur peccata mea.450.an.11.col.2.

18 Exaudi me Deus, vt discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, & cecidit ignis, &c.485.an.44. col.1.

19 Domine prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffoderunt. 970. annot.96.col.2.

Lib 4.Regum.

1 SI homo Dei sum, ignis descendat de cælo, & deuoret te, &c. 556.ann.44.col.1.485. an.44. col.1.

4 Elisæus Sunamitidi hospitæ suæ sterili filium impetrauit, &c. 448.com.1

Si occurrerit tibi homo, non salutes eum, &c.841. an.8.col.1.

Venit vir de Baalsalisa, deferens viro Dei panes, &c. 744.anno.8. col.2.

Aperi oculos pueri.402.an.34.c.1.

17 Coluerunt immunditias, de quibus præceperat Deus ne facerent verbum hoc.733.an.100.col.2

Iosias conuersus est ad Deum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moysis. 875.an.50.col.1.

23 Iosias contaminauit Tophet, quod est in valle filiorum Ennon, vt nemo consecraret filium suum, aut filiam suam per ignem Moloch. 990.ann.8.col.2.

Lib.1.Paralipomenon.

Ca.21 CONsurrexit Satan aduersus Israel.ann.39.col.2

Tobias.

Cap.2. FIlij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quā Deus daturus est illis, qui fidem suam numquam mutant ab eo.873.annot.48.col.2.

4 Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. 562.an. 88.col.2.

5 Inuenit Tobias Iuuenem splendidū stantem præcinctum, quasi paratum ad ambulandum. 1051.an. 62.col.1

10 Misimus baculum senectutis nostræ. 743.an.6.col.2

12 Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, et vitam æternam.873.an.48.col.1.

Iudith.

4 VT offerrent Deo sacrificia præcincti cilicijs. 1051.annot. 62.col.1.

8 Iudith uidua filia Merarij filij Idox, filij Ioseph, &c.361.an.58.col.2

13 Iussit vt mitteret caput Holofernis in peram suam. 745.an.8.col.1.

Iob.

8 DOnec impleat os suum risu, & labia sua iubilo. 558.com.

14 Non dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius. 556.an.44.col.1.

15 Condemnabit te os tuum, non ego. 950.an.74.col.2.

24 Ad nimium calorem transiet ab aquis niuiū, & vsque ad infernum peccatum illius.980.an.8.col.2.

34 Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. 387.an.18.col.2.

38 Accinge sicut vir lumbos tuos. 1061.an.62.col.1.

39 Qui præparat coruo escam suam, &c.1039.an.48.col.1.

Liber Psalmorum.

1 IN lege Domini voluntas eius, & in lege Domini meditabitur die, ac nocte.874.an.49.col.1.

2 Reges eos in virga ferrea. 743.ann. 6.col.2.

3 Postula à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam; & possessionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem tuam terminos terræ. 865. an.38.col.2
4 Filij hominum vsquequo graui corde.486.an.45.col.2.
A fructu vini & olei sui.403.anno. 35.col.2
6 Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. 651.an.64.col.1.
7 In eo paranit vasa mortis. 428.an. 51.col.2.
8 Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum, &c. 597.com.col.2
9 Desiderium pauperũ exaudiuit Dominus.475.an.30.col.2.
10 Qui diligit iniquitatem, odit animã suam. 548.an.37.col.1
13 Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.479.an.39.col.1.
15 Prouidebam Deum in conspectu meo semper.891.com.2.
Non derelinques animam meam in inferno, &c.626.an.34 col.2.
16 Vt non loquatur os meum opera hominum.674.an.38.col.1.
17 In die, qua eripuit eum de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul.1010.an.19 col.1.
Misit fulgura, & conturbauit eos. 855.an.25 col.2.
Populum humilem saluum facies. 630.an.38.col.2
Præcinxisti me virtute ad bellum. 1051.an.63.col.1.
21 Deus Deus meus respice in me.803 commen.
22 Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. 743.ann.6.col.1.
Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me, &c.630.an.63.col.2
23 Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio. 929 annot. 53.col.1.
26 Diriget mansuetos in iudicio, &c. 630.an.38.col.2
28 Vox Domini præparantis ceruos, 856 ann.26.col.1.
29 Conuertisti gaudium meum in planctum.644.ann.56.col.1.
30 Quoniam respexisti humilitatem meam, &c.805.com.
31 Firmabo super te oculos meos. 822. annot.118.col.1.
32 Confitebor aduersum me iniustitiã meam Domino. 859.annot.30. col.1.
33 Accedite ad eum, & illuminamini. 604.ann.3.col.1.
34 Humiliabam in ieiunio animam meam.874.ann.49.col.2.
37 Qui tribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi. 554.ann.42.col.1.
39 Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem, &c.499.annot. 64 col.1.
42 Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me. 1030. an.37. col.2.
43 Humiliata est in puluere anima mea.874.ann.49.col.2
44 Diffusa est gratia in labijs tuis. 407.an.40.col.1
Virga æquitatis, virga regni tui. 744.annot.6 col.1
Obliuiscere populum tuũ, &c.832. an.132.col.2.
48 Cõfitebitur tibi cum bene feceris ei. 859.an.30.col.1.
50 Cor contritum, & humiliatũ Deus non despicies.400.com.
54 Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, & si is, qui oderat me maligna locutus fuisset

fuisset aduersus me, &c.554.anno.42.col.2.
55 Lætabitur iustus cum viderit vindictam.864.an.36.col.1.
58 Conuertentur ad vesperam.733.annot.100.col.1
61 Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.1034.anno.42.col.2. 535. ann.27.col.1.
67 Aethiopia præueniet manus eius Deo.373.an.100 col.1
68 Tempus beneplaciti Deus.799.annot.81.col.1.403.an.36. col.2.
Fiat mensa eorum ipsis in scandalũ, obscurentur oculi eorum, ne videant.939.ann.61.col.2
Obscurentur oculi eorum ne videãt, &c.556.ann.44.col.2.684.an. 23.col.2.
71 Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. 1066.annot. 81.col.1.
Reges Arabum, & Sabba dona adducent.950.an.74.col.1.
75 Factus est in pace locus eius.732. an.99.col.2
77 Non crediderunt mirabilibus eius. 943.an.65.col.2.
78 Effuderunt sanguinem tanquam aquam in circuitu Hierusalẽ.470 ann.96.col.2
Redde inimicis nostris septuplum in sinu suo.585.com.2.in fine.
79 Domine virtutum conuerte nos, ostẽde faciem tuam, & salui erimus. 896.ann.7.col.2
81 Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum. 411.ann. 44.col.2
84 Ponet in via gressus suos.674.ann. 12.col.2
85 Respice in me, & miserere mei. 803.com.
88 In beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.403.an.36.col.2.
Visitabo in virga iniquitates. 743. an.6 col.2
90 Angelis suis mandauit Deus de te, &c.391.com.1
Super aspidem, & basiliscum ambulabis, &c.391.an.23.col.1.
96 Nubes, & caligo in circuitu eius. 793.an.73.col.2
102 Benedic anima mea Domino. 1030.an.37.col.2
103 Ponis nubẽ ascensum tuum.793. ann.73.col.2
105 Memento nostri Domine in beneplacito tuo.799.ann.81.col.1.
Dominati sunt eorum, qui oderunt eos, & tribulauerunt eos inimici eorum.554.an.43.col.1
106 Confitemini Domino, quoniam bonus.859.an.30.col.2
Errare fecit in inuio, &c. 1034.an. 42.col.1
111 In memoria æterna eritiustus, ab auditione mala nõ timebit. 858. an.28.col.1.
Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. 1048.com.2
117 Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. 888. an.72.col.1.
Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus.ibid.
Confitebor tibi Domine, quoniam exaudisti me.859.an.30.col.1.
118 Beati immaculati in via.674.annot.12.col.2.
Confitebor tibi in directione cordis mei, & deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo, & exquisiui te in toto corde meo.875.annot.50.col.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Latum mãdatum tuum nimis. 551. annot. 39. col. 1.
Ignitum eloquium tuum vehementer. 1064. an. 78. col. 1.
Redime me à calumnijs hominum vt custodiam mandata tua. 557. an. 45. col. 2.
122 *Propter proximos meos loquebar pacem de te.* 655. an. 68. col. 2.
124 *Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorũ.* 743. an. 6. col. 2.
131 *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* 361. an. 58. col. 2. & 364. an. 56. col. 2.
138 *Nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.* 1055. com. col. 2.
144 *Iustitia tua exultabunt.* 864. an. 36. col. 1.
146 *Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.* 401. com men. 1.
Qui alligat cõtritiones eorum. 401. annot. 33. col. 1.
Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis cornorum inuocãtibus eũ. 1039. an. 48. col. 1.
Non in tibijs viri beneplacitum est Domino. 403. an. 36. col. 2.
148 *Laudate Dominum ligna fructifera, & omnes cedri.* 1042. annot. 51. col. 2.
149 *Beneplacitum est Domino in populo suo.* 353. an. 51. col. 1. & 403. annot. 36. col. 2.

Prouerbiorum.

Ca. 11 QVi parcit baculo odit filium suum. 742. an. 6. col. 2.
14 *Patredo ossium inuidia.* 412. annot. 44. col. 1.
15 *Non amat pestilens eum, qui se corripit.* 414. com. 2.
Cor gaudẽs exhilarat faciem. 545. annot. 35. col. 2.
19 *Fœneratur Deo, qui miseretur pauperis.* 1035. an. 43. col. 1.
22 *Diues, & pauper obuiauerunt sibi, vtriusque operator est Dominus.* 1030. an. 36. col. 1.
24 *Septies in die cadit iustus.* 670. an. 6. col. 2
25 *Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ, si sitit da ei aquam bibere.* 552. an. 40. col. 2.
30 *Diuitias, & paupertatem ne dederis mihi, sed victui meo tantum tribue necessaria.* 899. annot. 10. col. 1.
31 *Ridebit in die nouissimo.* 538. com.

Ecclesiastes.

2 RIsum reputaui errorem. 546. an. 35. col. 1.
3 *Tempus flendi, & tempus ridendi.* ibid.
5 *Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis, & hoc ergo vanitas.* 1031. com.
7 *Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti.* 546. ann. 35. col. 1.
Noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. 1057. annot. 69. col. 1.

Cantica.

2 ADiuro vos filiæ Hierusalem per capreas, &c. 714. anno. 62. col. 1.

Sa-

Sapientia.

2 INuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. 711. an. 57. col. 1.
4 *Cõdemnat iustus mortuus impios viuos, & iuuentus celerius consummata longam vitam iniusti.* 950. an. 74. col. 2
5 *Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia illa tamquam vmbra & tamquam nuncius &c.* 1032. an. 39. col. 1.
9 *Per sapientiam sancti sunt, quicunque tibi placuerunt. &c.* 799. an. 81. col. 2.
11 *Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam.* 1012. an. 20. col. 2
14 *Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.* 927. an. 48. c. 2

Ecclesiasticus.

2 FIli accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuã ad tentationem. 905. an. 16. col. 1
12 *Da bono, & noli recipere peccatorẽ.* 564. an. 51. col. 1.
18 *Ecce verbum super datum bonum.* 414. an. 46. col. 1.
Ne vereris vsque ad mortem iustificari. 878. an. 55. col. 1.
19 *Corripe amicum, ne forte non intellexerit.* 684. an. 23. col. 1.
20 *Quam bonum est arguere, quam irasci.* 888. an. 72. col. 1.
22 *Super mortuum plora; defecit enim lux eius.* 622. com. 2.
23 *Auser à me concupiscentias ventris, &c.* 904. an. 15. col. 2.
24 *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* 873. an. 48. col. 2.
28 *Memorare testamenti altissimi, & despice ignorantiã proximi.* 583. annot. 70. col. 2.
29 *Qui facit misericordiam fœneratur proximo suo.* 571. an. 57. col. 2
Absconde eleemosynã in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo, &c. 1028. & 1049. com.
30 *Zelus, & iracundia minuunt dies.* 412. an. 44. col. 1.
35 *Septies reddet tibi, &c.* 670. an. 6. col. 2.
36 *Sicut in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis ab eis.* 895. an. 6. col. 2.
38 *In mortuum produc lachrymas.* 622. com. 2
41 *Sapientia abscondita, & thesaurus occultus.* 841. an. 9. col. 2

Isaias.

1 DErelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & ciuitas, quæ deuastatur. 979. anno. 101. col. 1
Audite verbum Domini principes sacerdotum, &c. 847. com. 1
Erunt vt terebinthus decidentibus foliis. 591. an. 79. col. 2
2 *Repleta est terra eorum auro, & argento.* 536. an. 27. col. 2.
Incurvauit se homo, & humiliatus est vir, ne ergo dimittas eis. 1013. an. 20. col. 1.
5 *Cantabo dilecto meo cantic ũ patruelis mei, &c.* 972.
Quid est quod debui facere vineæ meæ, & non feci? 577. com.

b Di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diruam maceriē eius,& erit in conculcationem, auferā sepem eius, & erit in direptionem,&c. 939. an.61.col.1.
6 Audite audientes, & nolite intelligere,& videte visionē, & nolite cognoscere,&c. 683.a.22.col.2.
7 Si non crediderit is,non intelligetis. 687.an.25.col.2
Pete tibi signū à Domino Deo tuo, & dixit Achaz:Non petam.dictum est ei: Non satis vobis est molestos esse hominib⁹,&c.944. an.67.col.1.918.an.35.col.1
Vocabitur nomen eius fortis. 929. ann.33.col.1.
8 Adhibui mihi testes fideles, Uriā, & Zachariam filium Barachiæ. 976 ann.100.col.2
Vocabitur princeps pacis, multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis 1066.an.81.col.1
11 Egredietur virga de radice Iesse. 365.an.59.col.1
11 Requieſcet super eum spiritus Domini.799.an.81.col.1.
14 Contriuit Dominus baculū impiorum, & virgam dominantium. 743.an.6.col.2.
Quomodo cecidisti Lucifer.854.annot.25.col.1.
15 Lumbis Moabitidis clamat.1050. ann.62.col.2.
17 Vinificat spiritum humilium.630. an.38.col.2.
23 Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem meam,filiæ confidentes percipite auribus eloquium meū. 669.ann.4.col.2.
26 Viuent mortui, & interfecti mei resurgent.610.an.37.col.1.
In alijs linguis,& in alijs labijs loquar populo huic,etc.684.a.23.1
29 Erit vobis visio omniū, sicut uerbæ libri signati,&c.939.an.61.c.2
30 Væ filij desertores, dicit Dominus. 533.an.33.col.1
Cum alligauerit Dominus vulnera populi sui.401.an.33.col.1.
Præparata est ab heri Tophet;à rege præparata,profunda, & dilatata,nutrimentum eius ignis est. 990.an.8.col.1.
31 Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium.533.an.33.col.1
35 Ipsi videbunt gloriam Dei,& decorem Dei nostri, confortate manus dissolutas,&c.& nolite timere.488.an.48.col.1
Ecce Dominus veniet, & saluabit vos,tunc aperiētur,&c.629.an. 79.col.1.& 864.an.37.col.2
Aperientur oculi cęcorum.402.an. 34.col.1.
42 Dedi spiritum meū super eum.397 ann.30.col.1
Posui te in fœdus,& in lucem Gentium,&c.402.an.34.col.1
43 Ego sum q deleo iniquitates tuas. 479.an 41.col.2
45 Mihi flectetur omne genu,et omnis lingua confitebitur Deo.952.annot.77.col.1.
48 Deus redemptor tuus, sanctus Israel.864.an.37.col.2.
49 Tempore placito exaudiui tē, &c. 403.an.36.col.2
52 Ecce q loquebar,adsum. 672.cō.2
Recede à me, noli me tangere,quia mundus sum. 653.an.66.col.2.
53 Brachium Domini cui reuelatum est?923.an.43.col.2.
Absconditus vultus eius,& non erat ei species,neque decor. 776. an.51.col.2
Nos autem putauimus eum quasi leprosum,&c.798.an.80.col.1.
Oblatus est,quia ipse voluit. 787. com.1.813.an.105.col.1.
55 Ecce teſtem populis dedi eum, ducem, & præceptorem Gentibus. 865.an.37.col.1
58 Omnes debitores vestros repetitis. 566.ann.53.col.2.
59 Timebunt,qui ab occidente,nomen Domini.623.com.5.
61 Spiritus Domini super me,eo quod vnxerit me,&c.370.an.1.col.1. 396.com.3.
Ad annunciandum mansuetis misit me.630.an.38.col.2.

Hieremias.

1 TV ergo accinge lumbos tuos,& surge,& loquere ad eos omnia,quæ ego præcipio tibi.1051. an 62.col.2
2 Maculata es in iniquitate coram me. 733.an.100.col.2
4 Væ nobis,qui vastati sumus. 533. an.33.col.1.
5 Prophetæ prophetabant mendaciū, & sacerdotes applaudebant manibus suis,& populus meus dilexit talia.547.com.1.
7 Misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diem, consurgens diluculo,& mittens,&c.970.an.96. col.2.
10 A signis cęli nolite metuere, quę timēt Gētes ab eis.1044.an.54.2
14 Noli orare pro populo isto.1015. an.21 col.1.
15 Si Moses,et Elias stetevint corā me, non exaudiam. 551.an 39.col.2
22 Non plangent eum, væ frater, væ soror.533.an.33.col.1.
23 In nouissimis diebus intelligetis cō silium eius.733.an.100.col.1.
25 Iudicium Domini eum gentibus. 952.an.77.col.2.
31 Redemit Dominus Iacob,et eripuit eum de manu fortioris eius. 926. an.47.col.2.
43 Tollens viros,mulieres,et paruulos. 758.an.28.col.1.

Thren.

1 VIde Domine quoniam tribulor. 803.com.1.
2 Occidisti,nec pepercisti.1013.annot. 20.col.2.
4 Maior effecta est iniqtas filię populi mei peccato Sodomorū.847.cō.1
5 Væ nobis,quia peccauimus.533.an. 33.col.1.

Ezechiel.

2 SCripte erant in eo lamentationes, & carmē,et væ.533.a.33.1
16 Cinxi te byſſo.etc. 1050.an.62.c.2
Iustificasti sorores tuas in omnibus peccatis tuis 646.an.58.col.2.
18 Anima,quæ peccauerit ipsa morietur; filius non portabit iniquitatem patris.972.an.98.col.1
Nunquid voluntatis meæ est mors impij,& non magis vt conuertatur,& viuat? 1012.an.20.col.2
Via Domini non est æqua: patres.n. peccauerunt,& dentes filiorū obstupuerunt.1045.an.98.col.1
33 Sanguinem eius de manu tua requiram.972.an.98.col.1.
34 Væ pastoribus Israel qui pascebāt semetipsos,&c.533.an.33.col.1
39 Comburent arma, clypeum, & basilam,arcum,& sagittas,baculos manuū,et contos.743.an.6.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Daniel.

2 OMnia in quibus habitant filij hominum dedit in manu tua.486.an.45.col.1.
4 Septem tempora mutabuntur super te, donec scias qđ dominetur Altissimus.1072.an.90.col.2.
Cognoscant viuentes,quoniam excelsus dominatur,&c.387.an 18.2
Peccata tua eleemosynis redime. 962.an.88.col.2.
7 Ecce in nubibus cœli,quasi filius hominis veniebat.486.an.45.col.2
9 Non erit populus eius, qui eum negaturus est.937.an.60.col.1
12 Euigilabunt, alij in vitam æternã, alij in opprobrium.874.ann.48. col.2.

Osee.

1 VOca non populum meum,quia vos non populus meus, & ego non ero vester Deus. 937.an. 60.col.1.& 939.an.61.col.1
2 Vocabo non plebem meam, plebem meam, seu non populum meum, populũ meũ.733.an.100.col.2.
8 Multos dies expectabis me, non fornicaberis, & non eris viro. 937. an.61.col.2
Dies multos sedebunt filij Israel sine Rege, & sine principe, & sine sacrificio,et sine altari, & sine Ephod.&c.979.an.101.col.2
Reuertẽtur ad Dominum Deum suũ in nouissimo dierum. 733.annot. 100.col.1.
6 Misericordiam volo, & non sacrificium.521.an.8.col.1.
13 Perditio tua Israel.774.com.

Ioel.

2 DEus benignus & præstabilis super malitia. 1012.an.20. col.2
Filiæ Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro;quia dedit vobis doctorem iustitiæ.668.com.2
Dedit vobis doctorem iustitiæ. 865. an.37.col.1.
3 In tempore tribulationis peccata dimittis. 1013.an.20.col.2.

Habacuch.

1 OPus fiet ĩ diebus vestris,quod nemo credet, cum narrabitur.489.an.49.col.1
3 In medio duorũ animalium cognosceris.784.an.61.col.1
Cornua in manibus eius,ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciẽ eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius. 929.anno. 53.col.1.

Zacharias.

3 SAtan stabat aduersus eum,vt aduersaretur ei.920.an.39.c.2
4 Duæ oliuæ super illud,&c. 784.an. 61.col.1.
8 Apprehendunt fimbriam viri Iudæi.730.an.91.col.2
9 Tu quoque in sanguine testamenti tui.626.an.34.col.2.& seq.
13 Et erit in die illa, disperdet Dominus nomina Idolorum de terra, &c.715.an.63.col.2.
Spiritum immundũ auferam de terra.420.an.53.col.1.

Malachias.

1 SI pater ego sum, vbi est honor meus? dicit Dominus. Si ego Dominus,vbi timor meus? 892. com.3.
3 Sedebit quasi ignis conflans.1064. an.78.col.1.
4 Mittam vobis Eliam Thesbytem, &c.786.an.64.col.1.

1. Machabæorum.

Cap.2. DEcreuerunt pugnare sabbato contra aduersarios irruentes, ne dum otiarentur,ab illis occiderẽtur.520.an.8.col.1.
10 Deprecabantur Deo præcincti cilicijs.1051.an.62.col.1.

2. Machabæorum.

Ca.11 MAchabæus, & qui cum ipso erant, rogabant Deum, &c. 611.an.15.col.1.

Matthæus.

Cap.1. QVod enim in ea natum est de Spiritu sancto est. 1009.ann.18. colum.1.
Non cognouit eam, donec peperit filium.1072.an.90.col.1.
2 Ioseph audiens quod Archelaus regnaret pro patre suo,timuit illuc ire.989.an.7.col.1.
3 Appropinquabit regnum cœlorum. 924.ann.45.col.2.& 669.ann. 2.col.1.
Esca autem eius erat locustæ,et mel siluestre.533.com.1.
Baptizabantur in Iordane, confitentes peccata sua.859.an.30.col.2.
Qui post me veniet fortior me est. 635.ann.44.col.1
Hic est filius meus 351.an.50.col. 1.& 800.an 82.col.1
4 Ductus est spiritu in desertũ. 371. ann.2.col.1.
Cum ieiunasset 40.diebus,& 40.noctibus postea esurijt.537.an.28. col.1.
Relicta ciuitate Nazareth,venit,et habitauit in Capharnaum. 471. an.30.col.2.
Cœpit Iesus prædicare,& dicere:pœnitentiam agite.496.com.1.
Circuibat Galilæã, docens in Synagogis eorum,&c.395.com.1.
Obtulerunt ei omnes male habentes, &c.851.an.89.col.1.
5 Videns turbas ascendit in montem. 465.com.1.
Beati mites,quoniam ipsi possidebũt terram.630.an.78.col.2.
Cũ dixerint oẽ malũ aduersum vos mentientes &c.557.com.
Merces vestra copiosa est, &c. 530. ann.31.col.2.
Vos estis lux mũdi.1054.an.66.c.1
Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, &c. 498. ann.64.col.2.
Qui petit à te,da ei,et volẽti mutuare à te ne auertaris. 566.a.53.1
Dictũ est antiquis, diliges amicum tuũ, odio habebis inimicũ tuum. 549.an.38.c.1.et 878.an.55.1
Diligite inimicos vestros,& benefacite ijs,qui oderunt vos,vt sitis filij patris vestri.552.an.40.col.1
Publicani hoc faciunt.569.a.58.2
Si salutaueritis fratres vestros tantum,quid amplius facitis,nonne & Ethnici hoc faciunt? 649.an. 38.col.2.& 1045.an.55.col.1.
Estote perfecti, sicut pater vester, &c. 549.an.37.col.1.& 575. ann.63.col.2.
6 Amen amen dico vobis receperunt mercedẽ suam. 532.an.32.col.2
Nolite multum orare, sicut Ethnici faciunt.1045.an.55.col.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus, &c. 580. an. 68. col. 1.

Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester cœlestis, &c. 581. com.

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c. 502. an. 67. col. 1.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. 1035. an. 42. col. 2.

Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, &c. 531. anno 31. col. 2

Si lumẽ, quod in te est, tenebræ sunt, tenebræ quantæ erunt? 956. ann. 80. col. 1.

Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. 1034. an. 42. col. 2.

Nolite esse soliciti in crastinum: & nolite. &c. 745. an. 8. col. 1.

7 *Quam mensuram mensi fueritis, remetietur vobis.* 586. an. 73. c. 2.

Nolite condemnare, & non condemnabimini 930. an. 74. col. 2.

A fructibus eorum cognoscetis eos. 577. ann. 65. col. 2

Non omnis qui mihi dicit domine domine intrabit in regnum cœlorũ, sed q facit, &c. 598. a. 86. c. 1

Multi dicent in illa die, Domine nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus? &c. 557. com.

Descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, &c. 599. ann. 88. col. 1.

Admirabantur turbæ super doctrina; erat enim docẽs eos, &c. 418. ann. 52. col. 1.

8 *Iacet paralyticus, & male torquetur* 602. com. 2.

Vespere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes. 433. annot. 72. col. 2.

Salua nos, perimus. 615. an. 21. c. 1

Imperauit ventis, & mari. 432. an. 70. col. 1.

Homines mirati sunt, dicentes, Qualis est hic, quia venti, &c. 417. ann. 51. col. 1. & an. 18. col. 1.

9 *Impone manum super illam.* 615. an 21. col. 2.

In principe dæmoniorum eijcit dæmonia. 917. ann. 34. col. 2.

Messis quidem multa, operarij autẽ pauci. 837. an. 4. col. 1.

10 *Dedit eis potestatem spirituum immundorum, ut eijcerent eos.* 739. an. 2. col. 2.

In viam gentium nõ abieritis, &c. 725. ann. 81. col. 2.

Euntes prædicate dicentes, appropinquauit regnũ cœlorum. 740. ann. 3. col. 2.

Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. 857. an. 27. col. 1.

Non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri. 857. ann. 27. col. 1.

Non est discipulus super magistrũ, &c. 588. ann. 76. col. 2.

Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? 923. ann. 42. col. 1.

Nihil est opertum, quod non reuelabitur, & occultum, quod non sciatur. 986. an. 4. col. 2

Vestri autẽ & capilli capitis omnes numerati sunt. 994. ann. 12. c. 2.

Qui amat patrem plusquam me, nõ est me dignus. 1066. an. 81. c. 2.

11 *Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mũdãtur, etc.* 408. a. 41. c. 2

Pauperes euangelizantur. 630. an. 38. col. 2. & 399. com. 1.

A diebus Ioannis Baptistæ vsque nunc regnum cœlorum vim patitur, & violẽti rapiunt illud, &c. 640. ann. 52. col. 2.

Cui similem æstimabo generationẽ istam. 643. an. 55. col. 1.

Venit Ioannes, neque manducans, neque bibens. 645. an. 57. c. 2.

Venit filius hominis manducans, et bibens. 505. an. 70. col. 1.

Væ tibi Bethzaida, væ tibi Corozaim. 533. an. 33. col. 1.

Si signa, & virtutes, quæ facta sunt in te, facta erant in Tyro, & Sidone, &c. an. 16. col. 2.

Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. 630. an. 38. col. 2.

Onus meũ suaue est. 575. an. 62. c. 1

12 *Esurientes cœperunt vellere spicas.* 516. ann. 2. col. 1.

Nõ legistis quid fecerit Dauid quãdo esurijt. 497. an. 64. col. 2.

Non legistis in Lege, quia sabbatis sacerdotes, &c. 497. an. 64. col. 2

Exeuntes Pharisæi consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum. 523. an. 15. col. 1

Ecce puer meus, quẽ elegi, dilectus meus, &c. 352. an. 51. col. 2.

Oblatus est ei dæmonium habens cæcus, & mut', &c. 417. an. 51. c. 1

Omnis ciuitas, uel domus aduersum se diuisa non stabit. 919. annot. 38. col. 2.

Si ego in nomine Beelzebub eijcio dæmonia, &c. 820. com.

In Spiritu Dei eijcio dæmonia. 1008. an. 18. col. 2.

Qui non est mecum, contra me est. 821. an. 116. col. 2.

Aut facite arborem bonam, & fructum eius, aut facite arborẽ malam, &c. 597. an. 86. col. 2

Quomodo potestis loqui bona, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. 590. com. 1.

Magister volumus a te signum videre. 918. ann. 35. col. 1.

Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, &c. 947. an. 71. col. 1.

Sic erit generationi huic pessimæ. 643. ann. 55. col. 1.

13 *Exiens Iesus de domo sedebat secus mare, & congregatæ sunt ad eũ turbæ multæ, &c.* 672. an. 9. c. 1.

Alia ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam, &c. 675. an. 13. col. 2

Alia ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centesimum, &c. 679. an. 17. col. 1.

Quare ĩ parabolis loqueris eis? 681. an. 19. col. 1

Quia vobis datum est noße mysteria regni cœlorum, illis autem nõ est datum. 681. ann. 20. col. 2.

Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes, videbitis, & non videbitis. 683. ann. 22. col. 1.

Vestri oculi beati, quia vidẽt, & aures, quia audiunt. 870. an. 44. c. 1

Solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarũ suffocat verbũ, & sine fructu efficitur. 1027. an. 33. c. 2

Nonne bonũ semen seminasti. 677. ann. 15. col. 1

Edissere nobis parabolam zizaniorum. 681. an. 18. col. 1.

Messis consummatio seculi est, messores aũt Angeli sũt. 837. a. 4. c. 2

Nonne fratres eius sunt, nonne sorores? 699. an. 40. col. 2

14 *Audiuit Herodes Tetrarcha famã Iesu, &c.* 751. an. 20. col. 2

Quod cum audisset, secessit inde in nauicula, &c. 754. a n. 22. col. 2

Modicæ fidei quare dubitasti? 705. an. 50. col. 2.
Obtulerunt ei oēs male habētes, &c. salui facti sunt. 731. an. 96. col. 4
Multi rogabant Christū, vt vel fimbriam vestimēti tangerent. 730. an. 91. 1
15 Accesserunt Scribæ, & Pharisæi, dicētes: Quare discipuli tui trāsgrediuntur, &c. 957. an. 83. c. 2.
Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones vestras. 498. annot. 64. col. 2
Quod intrat per os non coinquinat hominem. 461. an. 21. col. 2.
Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus eradicabitur. 959. an. 84. col. 1.
Cæci sunt, & duces cæcorum, audite & intelligite, non quod intrat per os, coinquinat hominem, &c. 959. an. 84. col. 1.
E dissere nobis parabolam istā. 681 an. 18. col. 1.
Non sum missus nisi ad oues, quę perierunt domus Israel. 725. a. 81. col. 2. 439. com. 4. 741. an. 5. c. 2
O Mulier magna est fides tua. 615. an. 21. col. 1.
Vnde nobis in deserto panes tantos, &c. 755. an. 25. col. 2.
16 Accesserunt ad eū Pharisæi, & Sadducæi tentantes, & rogauerunt eum, vt signum de cęlo ostēderet eis. 946. an. 70. col. 1.
Vespere facto dicitis, serenum erit: rubicundū enim est cęlum. 1066 an. 81. col. 2.
Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus. 862. an. 33. c. 2
17 Surgite, nolite timere. 793. a. 73. 2
Increpauit illum, & exijt ab eo dæmonium. 933. an. 57. col. 2.
Hoc genus Dæmoniorum non ejicitur nisi ī ieiunio, etc. 505. a. 70. 1
Magister vester non soluit didrachma, &c. 817. an. 110. col. 1.
Petrus hamo traxit piscem illum, in cuius ore, &c. inuentus est nūmus ille. sol. & c. 453. an. 12. col. 1
18 Quis putas maior erit in regno cęlorum. 817. an. 110. col. 1.
Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, aut claudum, quam duas manus, aut duos pedes habentem mitti in ignem æternū, &c. 888. ann. 72. col. 1.
Non dico tibi septies, sed septuagesies septies. 366. com. 2.
Omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me. 901. an. 13. col. 2.
Si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. 580. an. 68. col. 1.
19 Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 897. an. 8. col. 1.
Si vis perfectus esse, vende quæ habes, & veni sequere me. 535. an. 27. col. 2.
Diues difficile intrabit in regnum cęlorum. ibid.
20 Quod iustū fuerit dabo vobis. 532. an. 31. col. 1.
Amice non facio tibi iniuriā. 732. an. 98. col. 3.
Filius hōis tradetur principib. sacerdotū, et Scribis. 813. an 105. c. 2
21 Inuenietis asinam alligatam. 722. an. 76. col. 2
Nunq̄ legistis, quia ex ore infantiū, & lactentiū, &c. 497. an. 64. c. 2
Venit ad vos Ioānes in via iustitię, et nō credidistis ei, etc. 642. a. 54
Auferetur à vobis regnū Dei. 924. ann. 45. col. 2
22 In his duobus mandatis vniuersa lex pendet. 876. ann. 53. col. 2.
Christus quando venerit, cuius filius est? 435. ann. 74. col. 2.
23 Omnia opera sua faciunt, vt ab hominibus videantur. 546. annot. 36. col. 1.
Secundum opera eorum nolite facere. 596. com. 1.
Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. 966. an. 93. col. 2.
Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus 591. anno. 79. col. 1.
Claditis regnum cęlorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare. 917. an. 33. col. 1.
Mundatis quod deforis est calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina, & immūditia. 958. an. 84. col. 2.
Cæce munda prius quod intus est calicis, & paropsidis, vt fiat, id, quod deforis est mundum. 962. ann. 87. col. 1.
Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, &c. 596. com. 2. & 965. an. 91. col. 2.
Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, &c. 404. an. 37. col. 2.
Relinquetur domus vestra deserta. 939. an. 61. col. 1.
24 Prædicabitur Euangelium in vniuerso mundo. 469. ann. 28. col. 2.
Videbunt filium hominis venientem, &c. 775. an. 50. col. 2.
25 Ecce sponsus venit, & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias. 1054. an. 65. col. 2.
Nę forte nō sufficiat nobis, & vobis ite ad vendentes, & emite vobis. 679. ann. 17. col. 2.
Nescio vos. 731. an. 93. col. 1.
Vigilate, quia nescitis diem, neque horam. 1042. com.
Venite benedicti patris mei, possidete vobis paratum regnum a constitutione mundi. 1046. ann. 57. col. 2.
26 Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam. 813. annot. 105. col. 2.
Bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille. 411. an. 43. col. 1.
Pater mi, si non potest calix hic trāsire. 894. an. 5. col. 1.
Orate ne intretis in tentationem. 904. ann. 15. col. 1.
Filius hominis tradetur in manus peccatorum. 813. com.
Amice ad quid venisti? 732. annot. 98. col. 2.
Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, &c. 714. annotat. 62. col. 1.
Videns Iudas, qui tradidit eum, quod damnatus esset, &c. 813. annot. 105. col. 2.
Prætereuntes blasphemabant eum. 478. an. 39. col. 2.
Quæ lucesit in prima sabbati. 472. annot. 31. col. 1.
28 Qui audientes à militibus Christum resurrexisse, pecuniam dederunt eis suadentes, vt dicerent Discipulos venisse, & furatos esse corpus. 946. annot. 70. col. 2.
Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, &c. 352. annot. 50. col. 1. & 1054. annot. 64. col. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marcus.

Cap.1. EXpulit eum spiritus in desertũ. 371.ann.2. col.1.
Erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, &c. 374.ann.3.col.1.
Auditum est, quod in domo esset, & confestim conuenerunt tanta multi, &c.472.ann.32.col.1.
Venerunt ad eum ferentes paralyticum.475.ann.35.col.2.
Erant quidam de Scribis sedentes, & cogitãtes in cordibus suis, &c. 478.an.39.col.1.
Egressus est rursus secus mare.489. ann.50.col.1.
Cœperunt progredi, & uellere spicas. 516 an.2.col.1.
Nũquid legistis quid fecerit Dauid, quando habuit necessitatem, & esurijt? 517.ann.4.col.2.
Sabbatum propter hominem factũ est, non autem homo propter sabbatum.519.an.7.col.2.
3 Exeuntes Pharisæi statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum, &c. 523.annot.15. col.1.
Vocauit ad se quos voluit ipse. 525. ann.18.col.1.
Fecit vt essent duodecim cum illo, &c.536.an.19.col.1.
Dedit potestatem curandi infirmos, & eijciendi dæmonia.739.anno. 2.col.2.
Conuenit ad eum turba, ita vt non posset manducare panem.463.com. 1.& 899. annot.10.col.1.744. com 1.
Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum eijcit dæmonia. 916.annot.33.col.2.
Conuocatis eis in parabolis dicebat illis.919.an.37.col.1.
Si domus super semetipsam dispartiatur, nõ potest domus illa stare. 919.an.38.col.2.
Qui blasphemauerit in Spiritũ sanctum, &c.479.an.40.col.1.
Ecce mater tua, & fratres tui foris quærunt te.697.ann.38.col.2.
Qui fecerit voluntatem Dei, hic meus frater est.897.an.8.col.1.
4 Iterum cœpit docere ad mare, & congregata est ad eum turba multa, &c.672.ann.9.col.2.
Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, illis autem, qui foris sunt in parabolis omnia fiunt. 681.an.20.col.2.
Vt videntes videant, & nõ uideant, & audientes audiant, & non intelligant, &c.683.an.23.col.2.
Non est aliquid absconditum, quod non manifestetur, nec factum est occultum, quod non ueniat in palã. 989.an.4.col.2.
Magister non ad te pertinet, quod perimus? 886.an.69.col.1.
5 Legio mihi nomen est, quia multi sumus.568.an.68.col.1
6 Admirabantur in doctrina eius. 407.ann.40 col.1.& 417.ann. 51.col.2.
Exeuntes prædicabant, ut pœnitentiam agerent.740.an.3.col.2.
Quem ego decollaui Ioannem, ipse à mortuis surrexit.752.annot.20. col.2.
Ait illis: Venite seorsum in desertũ locum, &c.754.ann.22.col.1.
Erant, qui ueniebãt, & redibãt multi, & nec spatium manducandi habebant.647.a.37.col.2.

7 Con-

7 Conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis venientes à Hierosolymis, & cum vidissent quosdam ex Discipulis eius communibus, manibus, &c.957.annot.83.col.2.
In vanum me colunt, docentes doctrinas, & præcepta hominum.959. an.84.col.1.
8 Qui perdiderit animam suam propter me, &c. saluum faciet eam. 530.an.30.col.1.
9 Si quid potes adiuua nos.615.ann. 21.col.2.
10 Qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut agros propter me, &c.530.an.30.col.1.
Venit Filius hominis, vt ministraret, & daret animam suam in redemptionem pro multis.864.an. 37.col.2.
12 Nec Scripturam hanc legistis: lapidem quem reprobauerunt, &c. 497.an 64.col.2.
16 Maria Magdalene, de qua eiecerat septem dæmonia.670.com.2.
Dicite discipulis eius, & Petro. 1010.an.19.col.1.

Lucas.

Cap.1. SPiritus sanctus superueniet in te, & quod nascetur ex te sanctum.1009.ann 18.col.1.
Salutẽ ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderũt nos. 554. an.43.col.2.
2 Vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore. 364.annot. 59. col.2.
4 Agebatur spiritu in desertum. 370. annot.2.col.2.
Reuersus est in Galilæam in virtute spiritus.1008.an.18.col.2.
Euangelizare pauperibus misit me. 630.ann.38.col.2.
5 Quis est hic, qui loquitur blasphemias.664.an.78.col.2.
6 Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.732.ann.96.col.1.
Beati pauperes, quoniam vestrũ est regnum Dei.630.an.38.col.2.
7 Cum appropinquaret portæ Ciuitatis.710.com.2.
Remittuntur tibi peccata tua.910. an.24.col.2.1013.an.20.col.2. & 1021.an.26.col.2.
8 Exierunt ab eo dæmonia, & intrauerunt in porcos. 933. annot. 57. col.2.
Noli vexare Magistrum, mortua est puella.615.ann.21.col.1.
Ad tempus credunt, & tempore tẽtationis recedunt.615.ann.21. col.2.
9 Sanauit puerum, & reddidit matri suæ.602.an.1.col.2.
10 In quamcumque ciuitatem intraueritis, &c.725.an 81.col.2.
Qui vos audit, me audit.794.com.1
Dedi vobis potestatem calcandi serpentes, & scorpiones, & omnem virtutem inimici.1054.ann.64. col.1.
Multi reges, &c. voluerunt audire, quæ vos auditis, & non audierunt, &c.680.an.18.col.2.
11 Cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus.629.an.36.col.1.
Peruenit in vos regnum Dei. 669. an.2.col.1.
Mulier extollens vocẽ dixit: Beatus vẽter, q te portauit.418.a.52.2.
Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.871.ann.44. col.1.

Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum loqueretur rogauit illum quidam Pharisæus. 801. annot. 83. col. 1.
12 Præcinget se, & transiens ministrabit illis. 1051. an. 62. col. 2.
Quis putas est fidelis seruus, & prudēs, quem constituit dominus super familiam suam? 526. anno. 19 col. 1.
13 Quam alligauerat Satanas ecce decem & octo annis. 402. com. 1.
14 Cum introisset Iesus manducare panem. 744. com. 1.
Beatus qui manducabit panem in regno. ibid.
Qui non odit patrem, & matrem, &c. 409. an. 42. col. 2. & 675. annot. 13. col. 2.
15 Gaudium est super uno peccatore pœnitentiam agente, &c. 497. ann. 63. col. 1.
16 Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. 1049. com. 1.
Recipient vos in æterna tabernacula. 585. an. 72. col. 2.
Vos estis, qui iustificatis uos coram hominibus. 877. an. 55. col. 2.
Recepisti bona in vita tua, Lazarus vero mala, nunc autem hic cō solatur, tu vero cruciaris. 557. com. 2. & 532. col. 2.
17 Si septies in die peccauerit in te. 670. ann. 6. col. 2.
Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, &c. 611. ann. 16. col. 2. & 476. an. 36. col. 1.
Præcinge te, et ministra mihi. 1051. annot. 62. col. 2.
Numquid gratiam habet seruo illi, &c. 568. an. 56. col. 1.
Regnum Dei intra vos est. quia medius vestrum stetit, quem vos nescitis. 924. an. 45. col. 2.
18 Decimas do omnium, quæ possideo. 964. an. 89. col. 1.
Descendit iustificatus ab illo. 646. an. 58. col. 2.
Gaudium est in cœlo super vno peccatore, &c. 497. ann. 63. col. 2. & 498. an. 64. col. 1.
Cum audiret turbam prætereuntē. 619. com. 2.
19 Non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. ibid.
Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. 862. ann. 33. col. 1.
Non relinquent in te lapidem super lapidem, &c. 404. an. 37. col. 2.
21 Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. 939. annot. 61. col. 1.
22 Euntibus vobis in ciuitatem, occurreret vobis homo, &c. 648. ann. 61. col. 1.
Væ hominis illi, per quem filius hominis tradetur. 533. an. 31. col. 1
Ecce satanas expetiuit cribrare vos sicut triticum. 931. an. 54. col. 1.
Quando misi vos sine sacculo, & pera. &c. 747. ann. 9. col. 1.
Orate, ne intretis in tentationē. 904. annot. 16. col. 2.
Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. 391. com. 2. & 931. an. 54. col. 2.
Mulier non noui illum, &c. 477. an. 37. col. 1.
23 Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. 476. an. 74. col. 1.
Vere hic filius Dei erat. 946. ann. 70. col. 2.
24 Vna sabbati valde diluculo, &c. 472. ann. 31. col. 1.

Opor-

Oportebat Christum pati, &c. 786. com. 1.
Conturbati, & conterriti, existimabant se visum videre. 706. anno. 50. col. 1.

Ioannes.

Cap. 1. FVit homo missus à Deo. 634. commen. 3.
Quot quot receperunt eum, &c. 797. an. 78. col. 2. 860. an. 31. col. 1.
Dedit eis potestatem filios Dei fieri. 636. com. 2.
Nemo Deum vidit vnquam, Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse reuelauit. 867. com. 2.
Ipse est, qui post me venturus est. 635. an. 44. col. 1.
Super quem videris spiritum descendentem, &c. 626. annotatio. 34. col. 1.
Ecce qui tollit peccata mundi. 663. com.
Tu vocaberis Cephas. 765. annot. 38. col. 1.
2 Quod signum ostēdis nobis, quia hæc facis? Soluite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud. 946. anno. 70. col. 2.
3 Quomodo potest homo nasci denuo, cum sit senex? 418. an. 52. col. 1.
Quomodo possunt hæc fieri? &c. 674 an. 12. col. 2.
Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. 868. an. 41. col. 1. & 869. an. 42. col. 1.
Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret. 352. com. 1.
Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mūdum, &c. 576. an. 64. col. 2.
Misit Deus filium suum, vt mundus saluetur per ipsum. 864. annot. 37. col. 2.
Lux venit in mundum, & dilexerūt homines magis tenebras, &c. 675. an. 12. col. 1.
Qui facit veritatem, venit ad lucem. 843. an. 10. col. 1.
Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illū, &c. 503. com. 1
Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. 865. annotat. 38. col. 2. 390. com. 2.
4 Iesus fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. 608. annot. 11. col. 1.
Discipuli in uia accesserunt ciuitati, vt cibos emerēt. 746. an. 9. col. 1.
Alius est, qui seminat, alius, qui metit, &c. 837. an. 4. col. 2.
Cum venisset in Galilæam, excepe-runt eum Galilæi. 390. com. 1.
Nisi signa, & prodigia videritis, nō creditis, operibus credite. 615. anno. 21. col. 1. & 944. an. 67. col. 2
Domine descende prius quam moriatur filius meus. 608. an. 10. col. 1. 615. an. 21. col. 1.
5 Domine hominem non habeo. 608. anno. 10. col. 1.
Iesus declinauit à turba constituta in loco, &c. 602. com. 2.
Pater meus vsque modo operatur, et ego operor. 1008. an. 18. col. 2.
Sicut pater habet vitam in semetipso, sic & filio dedit, &c. 418. an. 52. col. 1.
Qui non honorificat filium, non honorificat patrem. 410. annot. 43. col. 1.
Qui verba mea audit, & credit ei, qui me misit, habet vitam æternam. 475. an. 27. col. 1.

Veniet

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veniet hora, in qua mortui audient vocem, &c. 623. com. 2.
Scrutamini Scripturas, illæ testimonium, &c. 785. an. 64. col. 2. 911 an. 25. col. 2.
Quomodo potestis credere, qui gloriã abinuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est. non quæritis? 546. an. 36. col. 2. & 596. com. 2.
Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, &c. 785. an. 64. col. 2
6 Vnde ememus panes, ut manducent isti. 746. an. 9. col. 1.
Discubuerunt viri quasi quinq; millia. 757. an. 28. col. 2.
Hic est propheta, qui venturus est in mundum. 624. an. 31. col. 1.
Cum cognouisset quod uenturi essẽt, vt raperent eum, &c. 464. com.
Descendi de cælo, vt non faciam voluntatem meam, sed uoluntatem eius, qui misit me. 697. annot. 8. col. 1.
Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. 899. an. 10. col. 2.
Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus traxerit illum. 654. an. 66. col. 1. 770. ann. 44. col. 2. & 862. an. 31. col. 2.
Erunt omnes docibiles Dei. 674. an. 12. col. 2. & 685. com. 2.
Qui credit in me, habet uitam æternam. 410. an. 43. col. 2.
Sciebat Iesus ab initio, qui essent nõ credentes. 678. an. 16. col. 1.
Verba uitæ æternæ habes. 685. com. 2.
7 Ambulabat Iesus in Galilæã. 440. ann. 75. c. 2.
Nondum credebant in eum fratres eius. 697. an. 37. col. 1.
Mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas scit. 417. an. 51. c. 1. 408. annot. 41. col. 2.
Hic est uere propheta. 624. ann. 31. col. 1
8 Ego testimonium perhibeo de meipso. 1008. an. 18. col. 2.
Quærctis me, et in peccato uestro moriemini. 684. an. 23. col. 2.
Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. 390. com. 1.
Nisi crediderit is, quia ego sum, moriemini in peccato uestro. 410. anno. 43. col. 2.
Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. 946. an. 70. col. 2.
Quæ placita sunt ei facio semper. 798. annot. 81. col. 2.
Hæc eo loquente, multi crediderunt in eum. 820. an. 114. col. 2.
Vos ex patre diabolo estis, &c. 391. & com. 2. 789. an. 68. col. 2.
Qui ex Deo est, uerba Dei audit. 799. com.
Nõne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes? 970. an. 96. col. 2.
Ego non quæro gloriam meam; est qui quærat, & iudicet. 863. ann. 35. col. 2.
Abraham exultauit, ut uideret diẽ meum, uidit, & gauisus est. 872. an. 45. col. 1.
9 Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. 980. ann. 102. col. 2.
Maledixerũt ei, tu ex discipulis eius sis. 557. an. 34. col. 1.
In hoc enim mirabile est, quod uos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos, scimus autẽ, quia Deus peccatores non exaudit. 402. an. 34. col. 1. & 1008. an. 18. col. 1.
In iudicium ego in hunc mundum ueni,

ueni, vt qui non vident, videant, & qui uident, cæci fiant. 862. an. 32. col. 1.
10 Veni, ut uitam habeant, & abundãtius habeant. 497. an. 63. col. 2.
Nemo tollit animam meam à me, ego pono eam. 813. an. 105. col. 1
Potestatem habeo ponendi animam meam, &c. 787. com.
Ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & nemo rapiet eas de manu mea. 637 com.
Multa bona opera ostendi uobis à patre meo, propter quod horumultis me lapidare? 554. annot 42. col. 1.
Homo cum sis, facis teipsum Deum. 615. an. 21. col. 2.
Si autem facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite, &c. 410. an. 43. col. 1. & 465. anno. 24. col. 2. & 475. ann. 18. col. 1. & 615. an. 21. col. 1.
Multi crediderunt in eum. 820. ann. 114. col. 2.
11 Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, &c. 410. ann. 43. col. 2.
Nunc quærebant te Iudæi lapidare, &c. 839. an. 6. col. 2.
Lazarus dormit, uado ut a somno excitem illum. 734. an. 106. col. 2.
Domine, si fuisses hic, nõ fuisset mortuus frater meus. 615. ann. 21. col. 2.
Quæcunque poposcris à Deo, dabit tibi Deus. 460. annot. 19. col. 2. §. ult.
Ecce quomodo amabat eum. 1065. an. 80. col. 2.
Nonne dixi tibi, quod si credideris, uidebis gloriam Dei. 971. an. 96. col. 2. & 435. annot. 74. col. 2.
Hæc dixi propter populum, qui circũstat, ut credant, &c. 410. an. 43. col. 1.
Si dimittimus eum sic, uenient Romani, & tollent gentem nostrã, &c. 535. an. 27. col. 2.
12 Iudas loculos habebat, & ea quæ mittebantur portabat. 746. an. 9. col. 1.
Nunc iudicium est mũdi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. 931. an. 53. col. 1. & 404. an. 37 col. 2.
Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. 946. an. 70. col. 2
Adhuc modicum in nobis lucẽ est, ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ uos comprehẽdant. 1071. an. 89. col. 2.
Non poterant credere, quia Isaias dixerat. 687. an. 25. col. 1.
Propter metum Iudæorum multi ex principibus non confitebantur, et dilexerunt magis gloriam hominum. 535. an. 27. col. 2. 546. an. 36. col. 2.
13 Cum diabolus misisset in cor, ut traderet eum Iudas. 391. com. 2. & 687. ann. 26. col. 2.
Sciens, quia omnia dedit Pater in manus. 865. an. 38. col. 2.
Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. 681. com. 3.
Vos uocatis me Magister, & bene dicitis. 865. an. 37. col. 1.
24 Creditis in Deum, & in me credite. 475. an. 19. col. 1.
Ego sum uia, ueritas, & uita; nemo uenit ad Patrem, nisi per me. 868. an. 41. col. 1.
Pater in me manens ipse facit opera. 1008. an. 18. col. 2.

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. 484.annot.44.col.2.
Qui seruat mandata mea, ille est, qui diligit me. 875.an.50.col.2.
Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. 931.anno.54.col.2. & 376.an.7.col.2.
Vt cognoscat mũdus, quia diligo patrem, &c. 813.an.105.col.1.
15 *Sine me nihil potestis facere.* 897.an.8.col.1. & 686.an.24.col.1.
Diligetis inuicem, sicut dilexi vos. 548.ann.37.col.1.
Maiorem dilectionem nemo habet, quam vt ponat quis animam suã pro amicis suis. 551.an.39.col.2 & 988.annot.6.col.2.
Vos dixi amicos, quia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis. 988.an.6.col.2.
Si mundus vos odit scitote quoniam me priorem vobis odio habuit, &c. 519.an.29.col.1.
Si non uenissem, & locutus fuissem, peccatum non haberent. 938.an.61.col.2.
Si opera nõ fecissem, quæ nemo alius fecit, &c. 410.an.43.col.2.
Odio habuerunt me gratis. 554.an.42.col.1.
Quem ego mittã uobis à patre. 400.annot.32.col.1.
16 *Absq; Synagogis facient vos, &c.* 539.com.2. & 540.an.30.col.1
Sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. 994.an.12.col.1.
Multa habeo vobis dicere. 815.an.107.col.2.
Non dico vobis quod ego rogabo Patrem. 1016.an.21.col.1.
Exiui à patre, & veni in mundum, &c. 822.ann.117.col.1.
17 *Dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne, quod dedisti ei, det ei uitam æternam.* 866.an.38.col.1.
Hæc est uita æterna, vt cognoscant te verum Deum, &c. 465.an.24.col.2. & 410.an.43.col.2.
Pater ego te clarificaui super terrã. 410.a.43.col.2. & 695.an.6.2.
Rogo pro ijs, quos dedisti mihi quia tui sunt: mea omnia tua sunt: & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. 863.an.35.col.2.
18 *Sinite hos abire.* 722.an.76.col.2.
Ego palam locutus sum mundo, &c. 395.com.3.
Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi. 813.an.105.col.1.
Ego veni ut testimonium perhibeã veritati. 865.ann.37.col.1.
19 *Tradidit eum illis, ut crucifigeretur.* 813.an.105.col.2.
20 *Vna autem sabbathi Maria Magdalene.* 472.an.31.col.1.
Domine, si tu sustulisti eum. 608.an.10.col.1.
Vade ad fratres meos, & dic eis; ascendo ad Patrem meum, &c. 699.an.40.col.2.
Ascendo ad Patrem meum, & Patrem uestrum. 894.an.5.col.1.
Accipite Spiritum sanctum, quorũ remiseritis peccata, &c. 480.an.41.col.1. & 1063.a.78.co.2
Dominus meus, & Deus meus. 608.annot.10.col.1.
Beati qui non uiderunt, & crediderunt. 871.ann.44.col.1. & 733.an.100.col.4.
21 *Pasce oues meas, pasce agnos meos.* 765.an.38.col.1.
Sic eum uolo manere donec veniam. 778.an.52.col.1.

Actorum.

1 *Illis præcepit Hierosolymis ne discederent, sed expectarent, &c.* 769.an.42.col.1.
Accipietis virtutem superuenientis in vos Spiritus sancti, &c. 769.an.42.col.1. 1008.an.18.col.2.
Nubes suscepit eum ab oculis eorũ. 793.an.73.col.1.
3 *Hic Iesus, qui assumptus est à vobis, &c.* 822.com.1.
Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum, &c. 777.ann.52.col.2.
Omni tempore, quo intrauit, & exiuit ad nos Dominus Iesus, &c. 354.annot.54.col.2.
3 *Argentum, & aurum non est mihi.* 745.an.9.col.2.
4 *Fideles illi, qui possessores erãt agrorum, aut domorum, ea vendentes afferebant pretia, & ponebant ante pedes Apostolorum.* 1049.an.60.col.1.
5 *Præcipiẽdo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto, &c.* 846.an.15.col.2.
Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, &c. 541.annot.31.col.2. in fi.
6 *Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis.* 1023.anno.27.col.2. & 888.annot.72.col.2.
7 *Dura cervice, & incircumcisi cordibus, &c.* 807.com.1.
Vos Spiritu sancto restituistis. 1006 an.18.col.2. 943. an.65.col.1.
Factum est, quando prædicante Stephano Iudæi aures continuerunt, &c. 822.ann.117.col.1.
8 *Pecunia tua tecum sit in perditionẽ.* 516.ann.44.col.2.
Spiritus Domini rapuit Philippum, & inuentus est in Azoto. 383.an.15.col.2.
13 *Habebatur autem lectio prophetarum, &c.* 395.com.1.
Post lectionem autem legis, & prophetarum miserunt principes Iudæi, &c. 396.anno.29.col.1.
Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. 843.an.10.col.1.
Excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium. 749.annotat.14.col.1.
14 *Per multas tribulationes oportet nos, &c.* 772.com.
15 *Quid tentabis Deum? imponere iugum super cervices, &c.* 510.commen.2.
19 *Adiuro vos per Iesum quem Paulus prædicat.* 714.an.62.col.1.
20 *Non subterfugi, quo minus annunciarem vobis omne cõsilium Dei.* 642.an.54.col.2.
Oportet meminisse verbi Iesu, quoniam ipse dixit: Beatius est dare, quam accipere. 584.com. & 971 an.96.col.1.
23 *Pertutiet te Deus paries dealbate.* 556.an.44.col.2.
24 *Docebat eos Paulus de continentia, de iustitia, & spe vitæ æternæ.* 1053.an.64.col.2.
28 *Vade ad populum illum, & dic: Aure audietis, & non intelligetis, &c.* 680.an.18.col.2.

Ad Romanos.

1 *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem* 364.

Universidad de Deusto
Biblioteca

annot. 59. col. 2.
Non erubesco Euangelium. 776. anno. 50. col. 1.
Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. 721. com.
Non solum qui agunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. 968. an. 95. col. 1.
2 In quo alium iudicas, teipsum condemnas, &c. 578. com. 579. ann. 67. col. 2.
Reddet vnicuique iuxta opera sua. 541. an. 31. col. 2.
Iis, qui sunt ex cõtentione, &c. 843. ann. 10. col. 2.
3 Est Deus verax, sicut scriptum est, vt iustificeris in sermonibus tuis. 641. an. 53. col. 2.
Arbitramur hominẽ iustificari per fidem, sine operibus legis. 860. anno. 31. col. 2.
5 Gloriamur in spe filiorum Dei. 892. com. 3.
Gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem.
Commendat Deus charitatem suam in nobis, &c. 551. an. 39. col. 2.
Delictum ex vno in condemnationẽ, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. 659. ann. 72. cõl. 1.
Sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam. 896. anno. 7. col. 2.
6 Existimate vos mortuos esse peccato. 452. an. 12. col. 2.
Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. 896 ann. 7. col. 2. & 875. an. 50. col. 1.
Neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. 927. an. 48. col. 2.
Exhibete membra vestra arma iustitiæ Deo. 874. an. 49. col. 2.
Gratia Deo, quod serui fuistis peccati, nunc autem obedistis in eam formam doctrinæ. 862. anno. 35. col. 2.
7 Seruiamus in nouitate Spiritus, & non vetustate literæ. 511. an. 78. col. 2. in fi.
Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. 875. an. 50. col. 1.
8 Qui spiritu Dei aguntur, filij Dei sunt. 371. an. 2. col. 2.
Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. 636. com. & 798. an. 80. col. 1. & 351. an. 50. col. 2. & 892. com. 3.
Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. 894. ann. 5. col. 1. & com.
Intra nos gemimus, adoptionem filiorum expectantes redemptionem corporis nostri. 896. com. & an. 7. col. 2.
Spe enim salui facti sumus. 1053. com.
Quid oremus, sicut oportet, nescimus. 906. an. 18. col. 2. & 724. com. 2. & 892. com. 1.
Qui proprio filio non pepercit, &c. 813. an. 105. col. 1.
Neque mors, neque vita, nec Angeli, neque principatus poterunt nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo. 998. an. 16. col. 1.
Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis. 497. ann. 63. col. 1.
9 Numquid dicet figmentum ei, qui se finxit, Cur sic me fecisti? numquid non habet figulus potestatem luti, ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? 860. an. 31. col. 2.
10 Quis descendet in abyssum. 718. annot. 69. col. 2.
Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. 997. an. 15. col. 2. & 859. annot. 30. col. 1.
Deus diues in omnes. 1035. an. 43. col. 2.
Quomodo inuocabunt eum, in quem non crediderunt, &c. 686. an. 16. col. 1.
Quomodo enim credent, nisi audierint, quomodo audient sine prædicante. 678. an. 16. col. 1.
Quomodo prædicabunt nisi mittantur. 838. com.
11 Diminutio eorum diuitiæ sunt gentium, amissio eorum reconciliatio est mundi, &c. 684. an. 23. col. 1.
Vide seueritatem, et bonitatem Dei: seueritatem in ijs, qui ceciderunt; bonitatem autem in te. 863. an. 35. col. 1.
Cum intrauerit plenitudo gentium, tunc Israel saluus fiet. 733. anno. 100. col. 2.
O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei. 863. an. 35. col. 1.
12 Benedicite, & nolite maledicere. 555. an. 44. col. 2.
Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. 546. an. 35. col. 1.
Non vos defendentes, sed date locũ iræ. 561. an. 48. col. 1.
Si inimicus tuus esurierit, ciba illũ. 554. an. 43. col. 2.
Vince in bono malum, hoc enim faciens carbones congeres in caput eius. 584. an. 70. col. 1.
13 Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. 740. an. 2. col. 1.
Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum; &c. 566. commen. 2.
Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. 581. anno. 68. col. 1.
Qui diligit proximum, legem implenit. 572. ann. 59. col. 2. 876. ann. 53. col. 2.
Nox præcessit, dies autem appropinquauit. 526. com.
Curam carnis non feceritis in desiderijs. 771. an. 45. col. 2.
14 Qui non manducat, manducantem non iudicet. 578. an. 65. col. 1.
Omnes stabimus ante tribunal Christi. 952. ann. 77. col. 1.
Regnum Dei non est esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. 896. annota. 7. col. 2.

1. Corinth.

1 PErdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. 674. annotat. 12. col. 2.
Non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, &c. 400 ann. 32. col. 2.
Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. 500. an. 65. col. 1.
Quam nemo principum huius seculi cognouit, &c. 382. an. 13. col. 1.
2 Oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum. 542. ann. 31. col. 1.
Nemo nouit, quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei. 867. an. 40. col. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animalis homo non pepercit ea, quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, &c.674.an.12.co.2.

3 *Non enim qui plantat, neque qui rigat, aliquid facit, sed qui incrementum dat Deus.* 1040.anno. 49.col.2.

Si qui superædificat super fundamentum hoc. 598.an.87.col.2.

*Si, cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse saluus erit; sic tamen, quasi per ignem.*775.anno. 49.col.1.& 1014.an.21.col.2.

Si quis est inter vos sapiens in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. 861.an.32.col.2.

*Mercedem accipient secundum laborem suum.*541.an.31.col.1.

4 *Sic nos existimet homo, quasi ministros, & dispensatores.*1059.an. 72.col.1.

*Mihi pro minimo est, vt a uobis iudicer.*578.an.66.col.2.

Nolite ante tempus iudicare. 578. an.65.col.1.

Illuminabit Dominus abscondita tenebrarum, & consilia cordium. 986.an.3.col.2.

*Maledicimur, & benedicimus.*555. com.1.

*Blasphemamur, & obsecramus.*478 an.40.col.2.

Etsi decem millia pædagogorum habeatis, sed non multos patres: nam in Christo, &c. 699.an.40. col.2.

In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? 742.an.6.col.1.

5 *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu iam iudicaui vt præsens eum.* 577.annota.65. col.2.

*Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, &c.*495.ann.62. col.2.

6 *Sic non est inter vos quisquam sapiens, qui possit inter fratrem suũ iudicare.*1024.an.28.col.1.

Maledici, & rapaces regnum Dei non possidebunt. 555.annot.44. col.2.

7 *Dico non nuptis, & viduis, bonum est, si sic permanserint.* 888.ann. 72.col.1.

*Qui habent vxores, tamquam non habentes, & qui flent, tamquam non flentes, &c.*1051.annot.62. col.2.

*Volo autem vos sine solicitudine esse.*1036.an 44.col.2.

8 *Abundatis fide, sermone, & scientia.* 615.an.21.col.1.

Qui sine vxore est, solicitus est, quæ Dei sunt quomodo placeat Deo. 690.an.29.col.2.

9 *Nunquid non habemus potestatem mulieres, sorores circumducendi, sicut & cæteri Apostoli faciunt?* 669.an.4.col.2.

Si nos spiritualia nostra seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus. 843.com.2. & 1043.an.53.col.2.

*Væ mihi, si nõ euangelizauero.*833 an.132.col.2.

Qui in stadio currunt, omnes quidẽ currunt, sed vnus accipit brauiũ. 541.an.31.col.1.

*Petra erat Christus.*685.com.

*Non in pluribus beneplacitum est Domino.*353.an.51.col.1.

Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis. 930.an.54.col.1.& 392.an.25 col.1.& 903.an.15.col.2.

*Qui manducauerit panem hunc, & biberit calicem, &c.*609.an.13. col.2.

Dormiunt multi. 735.annot.106. col.1.

Si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur. 577. annot. 65. col.2.

12 *Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.*686.an not.24.col.1.& 838.annot.29. col.2.

13 *Charitas benigna est, patiens est, &c.*572.an.59.col.2.

14 *Quoniam æmulatores estis spirituũ ad ædificationem Ecclesiæ, quærite vt abundetis.* 541.annot.31. col.1.

Nolite pueri effici sensibus, &c. 818.an.111.col.2.

Occulta cordis eius manifesta fiunt. 481.an.42.col.1.

*Quidam dormierunt.*735.an.106. col.1.

Gratia eius in me vacua non fuit. 693.an.31.col.1.

Abundantius omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum. 686.an.24.col.1.& 498.an.64. col.1.

Non ego, sed gratia Dei mecum. 668.com.

*Sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes viuificabuntur.*735.ann.106.col.1.& 952. an.77.col.1.

*Hæc est mortis victoria, & mors mortis.*735.an.106.col.1.

2 Corinth.

3 *Si ministratio damnationis in gloria est, &c.*784.an.63.col.2.

*Non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, &c.*794.an. 74.col.1.

Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes. 794.an.74. col.1.

4 *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, &c.*851.annot.21. col.

5 *Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam æternam in cœlis.*860. an.31.col.2.

Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque, &c. 541.ann.31.col.2. & 679.an.17.col.2.& 952.an. 77.col.2.

6 *Exhortamur ne gratia Dei in vacuũ recipiatis.*686.an.24.col.1. & 693.an.31.col.1.

Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? &c. 422.annotat.56. col.2.

7 *Tristitia huius seculi mortem operatur.*538.an.29.col.2.

8 *Abundatis fide, sermone, & scientia.* 615.an.21.col.1.

9 *Qui parce seminat, parce & metet, &c.*586.an.73.col.2.& 685. an.24.col.2.

10 *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, &c.*840an.6.col.2.

12 *Parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me.* 1045. ann. 54.col.1.

Non quæro, quæ vestra sunt, sed vos. 1043.an.53.col.2.

*Et lugeam multos ex ijs, qui ante peccauerunt.*538.an.29.col.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Galatas.

Cap. 1. SI hominibus placerem, seruus Christi non essem. 546. com. 2.
Cũ placuit ei, qui me segregauit ab vtero matris meæ, &c. 490. anno. 54. col. 1.
Vt reuelaret filium suum in me. 862 an. 31. col. 1.
2 Per legem legi mortuus sum, vt Deo viuam. 511. com. 1.
Dilexit me, & tradidit, &c. 813. anno. 105. col. 1.
Si per legem esset iustitia; ergo Christus gratis mortuus est. 512. anno. 79. col. 2.
3 O insensati Galatæ, quis vos, &c. 960. an. 85. col. 1.
Lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificaremur. 512 an. 79. col. 1.
Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, &c. 603. com. 1.
4 Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, &c. 512. an. 79. colum. 1. & 892. an. 4. col. 2.
Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, &c. 351. an. 50. col. 2. & 860. an. 31. col. 1 & 892. an. 4. col. 2.
5 Si circumcidamini Christus uobis nihil proderit. 511. com. 1.
Desideria carnis non perficeritis. 771. an. 45. col. 2.
Caro concupiscit aduersus spiritum, & Spiritus aduersus carnem. 541. an. 31. col. 1.
Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. 771. annot. 45. col. 2.
Si spiritu viuimus, spiritu ambulemus. 1053. an. 63. col. 1.
6 Bonum facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus, &c. 1052. com.
Quæ seminauerit homo, hæc & metet. 685. an. 24. col. 2.

Ephesios.

1 IN laudem gloriæ gratiæ suæ. 352. com. 2.
Vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, &c. 332. com. 2. & 866. ann. 38. col. 1.
Secundum beneplacitum eius, quod posuit in eo. 403. an. 36. col. 2.
Christus omnia instaurauit, quæ in cœlis, & quæ in terris. 865. ann. 38. col. 2.
Deus det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitionẽ eius, &c. 89. an. 28. col. 2.
2 Ipse est pax nostra. 1066. ann. 81. col. 2.
3 Christum habitare per fidem in cordibus vestris radicati in charitate, &c. 689. a. 28. col. 2.
4 Et ipse quosdam dedit Apostolos, quosdam prophetas. 971. an. 97. col. 2.
Omnis amaritudo ira, &c. blasphemia tollatur a vobis. 478. annot. 40. col. 2.
5 Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate, &c. 575. cõmen. 1. & 552. an. 40. col. 1.
Tradidit semetipsum pro nobis oblationem, &c. 813. annotat. 105. col. 1.
Fructus lucis est in omni bonitate, iustitia, & veritate. 685. com. 2.
Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. 914. annot. 28. col. 1.
6 Non est nobis colluctatio aduersus carnem, &c. sed aduersus principes, & potestates. 541. annot. 31. col. 1.
Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare; state ergo succincti lumbos vestros in veritate. 1051. an. 62. col. 2.

Philipp.

2 QVi syncera affectione pro vobis solicitus sit. 1037. ann. 44 col. 1.
3 Factus obediens patri vsque ad mortem. 813. annot. 105. col. 2.
Ad destinatum prosequor, ad supernę vocationis brauium. 540. an. 31. col. 2.
Multi ambulant, &c. & flens dico, inimicos Crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, qui terrena, &c. annot. 12. col. 2.
Quorum Deus vẽter est, & gloria in confusionem ipsorum, qui terrena sapiunt. 1031. com. 1.
Conuersatio nostra in cœlis est. 666. an. 5. col. 2. 894. anno. 5. col. 2. & 1050. com. 3.
4 Nihil soliciti sitis. 1036. ann. 44. col. 2.
7 Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. 896. com.

Colossenses.

1 ROstulantes ut impleamini agnitione uoluntatis in omni sapiẽtia, &c. 689. an. 28. col. 2.
In omni uirtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia, &c. 689. ann. 28. col. 2.
3 Quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, &c. 1043. an. 53. col. 1. & 894. ann. 4. col. 2.
Mortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. 453. ann. 12. col. 1.
Mortificate mẽbra uestra, quæ sunt super terram, immunditiam, libidinem, &c. 1051. annotat. 62. col. 2.
Expoliantes ueterem hominem cum operibus suis. 771. annotat. 45. col. 2.
Supportantes inuicem, et condonantes uobismetipsis, &c. 580. commen. 2.
Verbum Christi habitet in nobis abundans. 693. annot. 31. col. 2.
4 Sit sermo uester semper in gratia, sale conditus. 407. an. 40. col. 2. et 79. ann. 66. col. 2.

1. Thessalonic.

2 CVm audissetis uerbum auditus Dei, accepistis illud, non ut uerbum hominum, sed uerbum Dei. 687. an. 25 col. 1.
4 Nolumus uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, etc. 735. annot. 106. col. 1. et 1045. an. 55. col 2.
5 Aduenict dies Domini, ut fur. 1056 ann. 68. col. 2.
Spiritum nolite extinguere. 1064. an. 78. col. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Thessalonic.

1 SVpercrescit fides vestra; & abundat charitas, &c. 615. an. 21. col. 1.
3 Qui non vult operari non mãducet. 1036. ann. 44. col. 2.
Si quis non obedit verbo nostro per epistolam. 495. an. 62. col. 2.

1. Tim.

1 BLasphemus fui, & contumeliosus, sed ignorans feci in incredulitate. 1010. an. 19. col. 2.
Ideo misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. 1013. annot. 20. col. 1.
4 Reddat illi Dominus secundum opera eius. 556. an. 44. col. 2.
5 Nemini cito manus imposueris. 526 an. 17. col. 2.
6 Qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem et laqueũ diaboli, etc. 543. ann. 32. col. 1. & 1034. an. 42. col. 2.
Radix omnium malorum cupiditas. 536. an. 27. col. 2.

2. Tim.

1 CVpio te videre memor lachrymarum tuarum. 651. anno. 64. col. 2.
2 Nemo militans regno Dei implicat se negotijs secularibus. 1023. an. 27. col. 1.
Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. 541. an. 31. col. 1.
Si sustinebimus, & conregnabimus, præterea cum patrem habeamus Deum, ipsius facie desideramus. 896. commen.
Erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino ad omne opus bonum paratũ. 1051. an. 62. co. 2
Seruum Dei oportet esse mansuetum, ad omnes docibilem, patientem, &c. 684. an. 23. col. 1.
3 Omnes, qui pie viuere volũt in Christo persecutionem patientur. 772. com.
Ad sua desideria coacernabunt sibi magistros, prurientes auribus, &c. 694. an. 32. col. 1.
Tu vero vigila, in omnibus labora. 1059. an. 72. col. 1.
Fidem seruaui, &c. 1059. col. 1.
Reposita est mihi corona iustitiæ. 568. an. 56. c. 1. 540. an. 31. c. 2.
Penulam quã reliqui Troade apud Carpum, & c. an. 10. col. 1.
Alexander aerarius multa mala mihi ostendit, reddet illi Dominus secundum opera eius, quem & tu deuita, & c. 1002. an. 17. col. 1.

Tit.

1 SEcundum spem vitæ æternæ, quã promisit, qui non mentitur, &c. 541. an. 31. col. 2.

Ad Hebræos.

1 MVltifariam, multisque modis Deus olim loquens, &c. 797. an. 79. col. 2.
Nouissime locutus est nobis in Filio. 868. an. 41. col. 1.
Tanto melior Angelis effectus, quãto differentius præ illis nomen hæreditauit. 351. com.
5 Nec quisquã sibi honorẽ assumit, nisi qui vocatur à Deo. 527. com. 2
6 Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, &c. 1003. an. 17. col. 2
9 Noui testamenti mediator est, &c. 787. an. 65. col. 2.
10 Patientia vobis necessaria est, vt uoluntatem Dei facientes reportetis &c. 691. com.
11 Quibus mundus non erat dignus. 748. an. 13. col. 1.
13 Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futurã, &c. 1053. com.
Talibus hostijs promeretur Deus, &c. 498 an. 64. col. 2
Obedite præpositis vestris, &c. 1063. com. 1.

Iacob.

1 POstulet in fide, nihil hæsitans. 475. an. 36. col. 1
Vnusquisq; cum tentatur, à propria concupiscentia tentatur. 903. an. 15. col. 1
Estote factores verbi, & non auditores tantum, nam si quis est auditor, &c. 676. an. 14. col. 2
Si quis auditor est verbi, & non factor comparabitur uiro, &c. 600. com. 1.
2 Quid prodest fratres, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, &c. 676. annotatio. 14. col. 2.
Ego ostendam tibi meam fidem ex operibus. 475. an. 36. col. 2
Dæmones credunt, & contremiscũt. 382. an. 13. col. 1.
5 Patientes estote fratres vsq; ad aduentum Domini. 693. annot. 30. col. 1
Multum valet deprecatio iusti assidua. 909. an. 22. col. 1.

1. Petri.

1 SVccincti lumbos mentis vestræ, sobrij perfecte sperate, &c. 1051. an. 62. col. 2
Regenerauit nos in spem uiuam, &c. 894. an. 5. col. 2
2 Obsecro vos, abstinete à carnalibus desid ijs, quæ militant, &c. 1053. an. 64. col. 2.
Hæc est gratia, si propter Dei conscientiam sustinet, &c. 568. ann. 56. col. 1.
Si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. 568. an. 56. col. 1.
Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, &c. 583. an. 70. col. 1
Qui peccatum nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 859. an. 30. col. 2.
Qui cum malediceretur non maledicebat. 555. an. 44. col. 2.
3 Non reddentes maledictum pro maledicto. ibid.
5 Neque vt dominantes in Cleris. 1059. an. 72. col. 1
Omnem solicitudinem proijcientes in ipsum, quoniam ipsi est cura de vobis. 1036. annotatio. 44. colum. 2.
Sobrij estote, & vigilate, & resistite fortes, &c. 1053. annot. 64. col. 2
Aduersarius vester diabolus circuit quærens quem deuoret. 920. ann. 39. col. 2. & 1070. annotatio. 87. col. 2.
Resistite fortes in fide. 689. an. 28. col. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Petri.

2 MElius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnit. &c. 678. a. 16. col. 2. & 411. an. 43. col. 1.

1. Ioan.

1 SI dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. 874. an. 50. col. 2

2 Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, &c. 1012. an not. 20. col 1.

Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. 663. com.

Qui diligit fratrem Deus in illo manet. 548. an. 37. col. 1

Qui odit fratrem suum, in tenebris est. 549. an. 38. col. 2.

Quicquid est in mundo, aut est concupiscentia oculorũ, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. 539. an 29. col. 1.

3 Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus. 860. an. 31. col. 1. & 892. an. 4. col. 2

Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. 549. an 38. col. 2

Qui viderit fratrem suum necessitatem habere & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo. 963. com.

4 In hoc apparuit charitas Dei, in nobis, &c. 352. com. 1.

Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet. 859. an. 30. col. 1.

5 Hæc est charitas, si mandata eius custodiamus. 875. an. 50. col. 2

Qui non accipit testimonium eius, mendacem facit Deum. 1009. annot. 18. col. 1

Est peccatum ad mortem, non pro eo dico vt roget quis. 1013. ann. 21. col. 2.

Mundus totus in maligno positus est. 906. an. 17. col. 1.

Apocalypsis.

12 VAE secundum abijt, & venit væ tertium. 543. annot. 33. col. 2.

14 Vt requiescãt à laboribus suis. 541. an. 31. col. 1.

16 Vidi de ore Draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ exire, &c. 420. an. 53. col. 1

Sunt Spiritus dæmoniorum faciẽtes signa. 419. an. 53. col. 1.

Vidi Angelum descendentem de cælo habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem, &c. 929. ann. 54. col. 2

20 Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, &c. 906. an. 17. col. 1.

Qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. 857. com.

22 Qui iustus est, iustificetur adhuc. 878. ann. 55. col. 1.

INDEX RERVM, ET VERBORVM COPIOSISSIMVS.

ABel quomodo Propheta dictus, & cur eiusdem mentio facta sit Luc. 11. 976. ann. 99. col. 1.

Abia princeps fuit octauę familiæ iter 24. in quas diuisi fuere sacerdotes, 14. an. 4. col. 2.

Abnegare seipsum ex Patrũ sentẽtia quid sit. 771. an. 45. col. 1.

Abortus sexto mense non contingit à causa intrinseca 146. com. 2

Abrahæ, non autem omnibus, concessum est nosse præcisum diem aduentus Christi. 872. an. 45. col. 1

Abraham duplicem habuit posteritatem. 115. an 90. col. 1

Abraham vidisse diem Domini, quid significet. 872. an 45. col. 1

Abscondere quid sit, quid vero reuelare, in illo Euangelii (Cõfiteor tibi Pater, &c.) 862 an. 33. col. 1

Absconditum ad quid referatur? ad quid vero apertum. Luc. 12. 986. ann. 3. col. 2

Abyssus quid sit, & pro quo in scriptura accipiatur. 718 an. 69. col. 2

Actionum peccatricis mulieris spiritualis interpretatio, & significatio. 653. an. 66. col. 2

Adam primus sicut exterius tentatus fuit, sic & secundus Adam. 376. an. 7. col. 2

Adam accommodatur parabola hominis descendentis de Hierusalem in Hiericho, qui incidit in latrones. 882. annot. 63. col. 2.

(Ad Virginem) verbum Euangelistæ est, & magna mysteria continet. 63. ann. 52. col 1

Adiurare quid sit, & quomodo in sacra scriptura accipiatur. 713. an. 62. col. 2

Admiratio non semper est eorum, quæ ignorantur, sed eorum etiam, quæ captum nostrum excedunt, etiam si nobis notificata sint 267. an. 51. col. 4

Admiratio dupliciter fit. ibid. col. 2

Admirationis origo quę sit, & cur Christus admiratus dicatur. 613. an. 19. col. 2

Adoratio quid in Scriptura significet. 389. an. 21. col. 1

Aduentus Magorum quando fuerit. 276. an. 64. col. 2

Aduẽtus duo Christi, & quam diuersi. 775 an. 50. col. 2

Aduentus sui diem cur aduentui suis cõparauerit Dominus. 1056. com.

Aduẽtus Christi quis significetur illis verbis: qua hora non putatis Filius hominis veniet. 1057. an. 69 col. 1

Aduerbium, donec, quomodo in scriptura accipiatur. 1071. an. 90. col. 2

Aduersarius quis dicatur Luc. 12. ibi. Cum autem vadis cum aduersario tuo, &c. 1070. an. 87. col. 2

Adulator inuido contrarius. 411. ann. 44. col. 2

Adulterium illud incestuosum ab Herode admissum quale fuerit. 342. an. 41. col. 2

Aedificator bonus quomodo a malo differat. 599. an. 89 col. 2

Aegyptiacæ seruituris liberatio figura fuit liberationis generis humani. 47. anno. 38. col 1

(Aequalia) vox explicatur. 571. an. 57. col. 1

Aequitas, bonitas, & liberalitas Dei, quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus orationis dominicæ verbis manifestetur.902.an.14.col.2
Æquitatem præcepti dimittendi quatuor commendant.583.an.70.col.1
Ætas Iosephi,quando B.Virgini sponsus factus est,quæ fuerit.72.an.59.col.1
Ætatis nomine quid hic significetur.295.an.87.col.2
Affectio compassionis in Maria Virgine dolorem corporeę longe excessit.275.an not.57.col.1
Affectuũ animi philosophicus discursus insignis.90.an.74 col 1
Agnum Paschalem extra Hierusalem edere nulli licebat.278.an.68.col.1
Agnus, seu in pauperibus turtur, vel pullus vnus columbarum, in holocaustum offerebatur.261.an.38.col.3
Alabastrum quale fuerit, & vnde confectum.650.an.63.col.1
Alberti Magni explicatio de particula (ex hoc)reticitur.175.an.127.col.2
Allgatio,seu ligatio Dæmonis,de qua Luc 11.quomodo differat ab illa,de qua in Apocalypsi.931.an.54.col.2
Almaph cum emphatica littera ה puram virginem significans, ter solum in Scriptura reperitur.151.an.11.col.2
Aliare thymiamatis extra velum erat.23.com.2
Altissimi nomine quænam Trinitatis persona intelligatur.206.157.col.1
Altissimus sæpe in Scripturis vocatẽ Deus, & quare.108.an.88. col.2
Ambitioni non est tribuendum Christi, quod miracula fecerit.410.an.43.col.1
Ambrosij de gladio sententia magis est spiritualis,quam litteralis.272.ann.56. col.1
Ambrosij de Centurione verba sane intelligenda.606.an.8 col.2
Ambrosius notat quosdã verò reti ad Ecclesiam trahi.453.an.12. col.1
Amentia Phariseorum 525.an.15.col.1
Amici,parentes,familiares, secundum carnem non raro nos à Christo auertunt. 280.an.72.col.3
Amici nomine quid ostendatur ibi Amice commoda mihi tres panes, 907.comment.1
Amici plus sunt diligendi quam inimici. 551.ann.39.col.1
Amicorum est in necessitatibus mutuo se iuuare.507.com.
Amicos cur vocet Christus suos Discipulos.988.com.& 988.an.6.col.2
Amicum cur appellet ille, de quo Lucas in illis verbis (Amice, commoda mihi tres panes)907.com.
Amicum,an inimicum diligere vtrum magis sit.552 an.40.col.1
Amicitia plus est,quam dilectio.988.ann. 6.col.2
Amoris & gratiæ differentia.79.anno.66. col.2
(Ancilla)humilitatem Deiparæ profundã declarat.156.an.113 col.1
Andronici,& Seuerianihæretici fœminam satanæ opus esse astruebant.64.ann.53. col.2
Angeli quomodo Deo fruantur, & maiestatem eius considerent,& bonitate eius delectentur.172.com.
Angeli quomodo locum mutent. 243.an. 22.col.2
Angeli claritas quid significauerit. 234.an not 17.col. 1
Angeli boni potestate à Deo data bene vtuntur,mali male.25.an.15 col.1
Angeli boni apparitio quomodo a mali angeli apparitione dignoscatur. 26.an. 17.col.2
Angeli duplici modo cum hominibus locuti sunt.77.an.64 col.2
Angeli multis modis corporali visione se manifestant.75.an.62.col.2
Angeli corpus illud, in quo apparent ex materia externa cõstant,condentatis humoribus &c.76.an.62.col 2
Angeli tribus modis hominibus manifestant, quæ Deo præcipiente eis reuelãt. 75.an.62.col. 1
Angeli,quando hominibus apparent, non habent,sed sumunt corpus. 77. ann.62. col.1
Angeli & spiritus, & flamma ignis ob diuersa genera officiorum vocantur. 52. an.42.col.1
Angeli verba filii incarnationem significant.132.an.100.col.1
Angeli ab officio,cui deseruiunt,nomẽ sortiti sunt.55.an.46.col.2
Angeli in hominum iudicio Dei sunt exactores.1032.com.
Angelorum trium Michaelis, Gabrielis,& Raphaelis Explicatio. 55.an.46.col.2
Angelorum sanctorum propriũ est, quando nunciant,quę lętitiæ sunt, vti verbo, Noli timere.95.com.1
Angelis inferioribus Deus manifestat per superiores suam voluntatem.56.an.47. col.1.
Angelum salutantem vtrum B.Virgo nouerit,necne,& affirmatiue soluitur. 90. an.73.col.1
Angelus,qui pastoribus apparuit, Gabriel fuit.223.an.15.col.1
Angelus quatuor assignat causas,quare pastores non debeant timere.234 com.4
Angelus bonus, & malus, Domini Angelus vocatur triplicem ob causam.24.an. 15. col.2
Angelus, & Elisabeth eadẽ prorsus B.Virgini annunciarunt.170.an.123.col.1
Angelus, & Isaias quomodo conueniant, cum hic Emmanuelem,ille vero Iesum dicat Dominum appellandum 105.an. 86.col.1.
Angelus,est idem quod nuncius. 52.ann. 42.col.1
Angelus quatuor causas, cur pastores gaudere debeant,adfert.235.com.2
Angelus Domini in Scriptura,tã pro malo,quam pro bono accipitur. 24.a.15.c.2
Angelus non vtitur exemplo Elisabeth. vt Mariam inducat ad credendum.140.an no.107.col.1
Angelus ter locutus est B.Virgini.157.an. 113.col.1
Angelus vsus est exẽplo Elisabeth ad maiorem confirmationem eorum,quę dicebantur.143.an.107.col.1
Angelus quâ hora diei B. Virgini apparuit, ex scriptura non potest cognosci, sed doctorum auctoritate, & rationibus probatur.77.an.63.col.1
Angelus cur in salutatione B. Virginem proprio nomine compellauerit.95.ann. 78 col.2
Angelus in annunciatione B.Virginis quatuor præstitit.78.com.
Angelus se B.Virgini per species visibiles præsentauit.75.an.62 col.2
Angelus multis de causis adiunxit verbũ illud,(in vtero)98.an.81.col.1
Angelus quatuor de causis non solam filii conceptionem, sed etiam partum nunciat.99.com.1
Angelus cur non dixerit, Deus tecum,sed Dominus tecum.87.an.70.col.2
Angelus cur dixerit(vocabitus Altissimi filius)& cur non dixerit (erit Altissimi filius.)109.an.88.col.1
Angelica natura circumscripta est. 40. an. 31.col.2
Anima mea) nemo, præter Christum, ita perfecte dicere potuit, ac B.Virgo. 172. an.124.col.1
Anima per id,quod intus est, corpus vero per id,quod deforis est,significatur Luc. 11. 962.an.87.col.1
Anima quomodo,& à quibus peccatis per eleemosynas mundetur.962.an.88.col.1
Anima Christi eodem temporis instanti, quo caro Christi organizata est, creata, & infusa, & illi carni vnita fuit. 129. comment.
Anima quomodo magnificare dicatur,spiritus autem exultare.173.an.125.col.1
Anima,& spiritus in quo differant. 172. an.125.col.2
Anima quid significet in illo loco Luc. 12. Nolite soliciti esse animæ vestrę quid manducetis,&c.1038.an.46.col.1
Anima quid significet Luc.12 ibi. Anima habes multa bona posita in annos plurimos &c.1030.an.37.col.2
Anima quietis,ac perturbationis præcipua est causa.1030.com.
Anima diuitis Luc.12.cur nocte repetatur. 1032.an.40.col.2
Animæ cur cibus attribuatur Luc.11.dum dicitur:Nolite soliciti esse animę vestrę quid manducetis.1038.an.46.col.1
Animæ impiorũ ante corporum reassumptionem cur in inferno torquẽtur. 991. an.9.col.1
Animam perdere propter Christum quid sit.774.an 48.col.1
Animam a Deo factam putant Manichęi, non autem corpus.960.an.85.col.1
Animam nostram incorpoream, ac spiritualem esse certa fide tenẽdum. 991.an. 9.col.1
Animam rationalem corpoream esse,subtiliorem tamen quis senserit. ibid.col.1. & 2.
Animi passiones quid in homine efficiãt, & quomodo generentur. 90.annot. 74. col.2
Animus oratione, corpus ieiunio Deo seruit.285.com.4
Animus,& intentio meledicentis in male dictionibus obseruanda. 557.annot.44. col.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animalia multa nascuntur sine sexus admixtione. 149. an. 111. col. 2
Annas & Caiphas num eodem tempore fuerint Pontifices. 302. an. 5. col. 2
Anna, quæ prius prophetissa erat, nato iã Christo facta est eius Apostola. 275. com. 6.
Anna per excellentiam vocata est prophetissa. 274. an. 59. col. 2
(Ante faciem præire) Gregorius spiritualiter videtur explicare. 207. an. 158. col. 1
ἀντὶ particula vicissitudinem significat. 275 com. 5
Anxietas auari quanta sit. 1027. anno. 33. col. 2
Apocryphis libris quæ cõtinentur nõ semper sunt falsa. 979. an. 100. col. 1
ἀπογραφεῖς idem quod describere. 222. an. 3. col. 1
Apostoli quales, & quomodo serui fuerint 1058. com. 1
Apostoli quomodo à Christo instructi sint ante profectionẽ ad prædicandum. 741. an. 5. col. 1
Apostoli quomodo omnia vidisse dicantur, quæ de Christo tradiderunt. 7. ann. 6 col. 2
Apostoli quinam dicti sint. 971. com. & anno 97. col. 2
Apostoli, & Prophetæ, etiam in Veteri Testamento, quidã dicti sunt. 971. a. 97. c. 2
Apostoli omnes fuerunt Prophetę, non cõtra. ibid. com. 1
Apostoli cur multas legis obseruantias cum doctrina Euangelij obseruẽt. 510. ann. 76. col. 1
Apostolus quid sit. 529. an. 20. col. 1
Apostolus quid significet. 971. an. 97. col. 2
Appetitus vindictæ quando, & quomodo non sit contra præceptum diligendi inimicos. 550. an. 39. col. 1
(Apud Deum & homines) explicatur. 296. comm. 2
Aquæ diluuij vadecim menses durarunt. 47. an. 38. col. 1
Aquæ diluuij mense Martio intra suos antiquos terminos conclusæ fuerunt. 47. an. 38. col. 1
Arbitrij vsus an in Ioanne perseuerauerit etiam postquã natus fuit. vbi affirmatiuè asseritur. 163. an. 118. col 2
Arbitrium hominis terræ cõparatur. 692. an. 31. col. 1
Arborem bonam malos fructus non posse facere, nec malam bonos quomodo verum sit. 595. an. 82. col. 1
Archisynagogus Christum Deum esse nõ credebat, quamuis in ipso diuinam virtutem agnoscebat. 728. an. 87. col. 2
Areæ nomine quid intelligatur. 340. cõ. 1.
Argumentatio ex impossibili efficax est, & vna ex elẽchis Aristotelis. 523. a. 12. c. 1
Argumenta quinque, quibus Christus Phariſæorum calumniam repellit. 520. a. 8. 2
Argumenti, quo hominum timor nobis prohibetur, efficacia ex quibus sumatur. 995. an. 13. col. 1
Argumenti, quod ex illis Christi verbis (si in digito Dei ejicio Dæmonia &c.) oriri potest, solutio. 925. an. 46. col. 1
Argumentis quinque demonstratur, Elisabeth non commemoratæ exultationem infantis in vtero, vt Beatam Virginem ad firmius Angelo credendum inducerret. 167. an. 121. col 2
Argumentis quatuor Ioannes Baptista Iudæos ad pœnitentiam adducere conatur. 328. com. 1
Argumento quo vtatur Christus ad probandum se in Beelzebub non ejicere dæmonia. 919. com. 2
Argumentum Philosophicum Paganorũ contra Virginitatem matris Dei, eiusq; philosophica solutio. 148. an. 111. col. 2
Argumentum à statura corporis augenda ad escas prouidendas, quo Christus vsus est Luc. 12. an valeat à minori ad maius. 1040. an. 49. col. 1
Argumentum quodnam scripturæ sacræ familiare. 1045. an. 55. col. 2
Argumentum quadruplex, quo sibi panes amicus ab amico impetrare conatur Lucæ 11. 907. com. 3
Argumentum à minori, probans Deum orantibus tantum quæ bona sunt concedere, est illud Luc. 11 (Si ergo vos, cum sitis mali, &c.) 913. com. & 913. a. 28. col. 1.
Argumentum probans omnes homines esse proximos. 881. col. 2. & com. 4
Ariani, & Nestoriani refutantur. 292. ann. 86. col. 1
Ariani reprehenduntur, qui ex illis verbis (Et erat subditus illis) Christum secundum diuinam naturam Patre inferiorẽ dicebant. 290. an. 84. col. 1
Ariani verbis D. Pauli abutentes filium patre minorem dicunt, eorumque confutatio. 116. an. 91. col. 1

Ariani, quo Scripturæ loco abusi sint, ad probãdum Filium esse minorem Patre. 865. an. 38. col. 1
Arianorum argumentum optime ab Augustino solutum. 290. an. 84. col. 2
Arius Filium Patris instrumentum in rerum creatione esse dicebat, quod impiũ est. 128. an. 98. col. 1
Aristotelis, & aliorum Philosophorum de vipera opinio. 321. an. 22. col. 2
Aristoteles columbam fel habere dicit, sed exiguum admodum. 34 . an. 48. col. 2
Arma Diaboli quæ sint. 926. com. & 927. ann 48. col. 1
Arma fortis quomodo Christus abstulit, vasa diripuit, & spolia diuisit. 932. a. 55. 1
Armatus, & fortis cur dicatur Dæmon, ibi (Cum fortis armatus, &c.) 926. com. & 927. an. 48. col. 1
Artificium Euangelistæ in describenda pastorum vigilia ostenditur. 231. an. 3. c. 1
A seculo, quid sit, explicatur. 196. a. 148. c. 2
Asini, & bouis noie, qui in stabulo erant, quid intelligatur. 228. an. 10. col. 2
Assarium quid sit. 992. an. 11 col. 2
Assertiones ad explicandam difficultatem de blasphemia in Spiritum sanctum. 1005. an. 18. col 2
Assumptionis nomine quid hoc loco intelligatur. 822. an. 117. col. 2
Athanasii, & Hieronymi de blasphemia in Spiritum sanctum sententiæ cædẽ sunt. 1006. an. 17. col. 1
Athanasii Symboli sententia declaratur. 134. an. 102 col. 2
Atria fuerunt tria in templo. 978. a 100. c. 1
Atrium dæmonis quod sit. 928. an. 50. co. 1
Atrium quid sit. ibid.
Auctoritas prælatorum quanta sit, & quã ea debeãt pollere sanctitate. 851. a. 21. c. 1
Auctoris sententia de blasphemia, quæ à venia excluditur. 1008. an. 18. col. 1
Auctoris expositio illorum verborum, Nolite in sublime tolli, Lucæ 12. vnde optima esse probetur. 1046. an. 56 col. 1
Auctor quidam deceptus, arbitrans Augustinum sensisse Lucam B. Mariæ genealogiam texuisse. 539. an. 56. col. 1
Auctores, qui his verbis (q d est, &c.) Christum parentes reprehẽdisse arbitrantur, reijciuntur. 285. an. 80. col. 2
Auaritia quomodo ab omni sit cauẽdum. 1025. an. 30. col. 1
Auaritia, de qua Christus Luc. 12. quomodo Græce exprimatur, & ratio nominis. 1025. an. 30. col. 2
Auari diuitis quanta sit miseria. 1027. an. 33. col. 2
Auarus quis dicatur. 1025. an. 30 col. 2
(Aue) verbum gaudij, & congratulationis est 78. an. 65. col. 1
Augustinus, quod sentiat dici peccatum ad mortem, & quod alii Doctores. 1015. ann 21. col. 1
Augustinus quatuor distinguit modos productionis hominis. 122. an. 95. col. 2
Augustinus contra hæreticos huius tẽporis explicatus. 875. an. 50. col. 1
Augustinus quam censuerit blasphemiam in Spiritum sanctum dici. 1002. a. 17. c. 2
Augustinus cuiusnam, quæstionis difficultatem fateatur se in concionibus semper vitasse. 999. an. 17. col. 2
Augustinus quomodo limitet illa Dominicæ orationis verba (Dimitte nobis, &c.) 903. an. 14. col. 1
Augustus Cæsar secundus Romanorũ Imperator fuit, cuius ab interfectione Iulii Cæsaris an. 42. natus est Christus. 219. comm. 3
Auxilia diuina. 849. an. 18. col. 1
Azymorum dies septem erant. 278. com. 3

B

BAlaam cur loco maledictionis benedictionem impertitus sit populo Dei. 1020. an. 24. col. 1
Bactroperitæ philosophi dicto Euangelico quomodo reprehãdantur. 745. a. 8. c. 1
Baptismi forma cur sub iis verbis (In nomine Patris, &c.) instituta sit. 893. an. 4. c. 1
Baptismum pœnitẽtiæ prædicare quid sit. 306. an. 9. col. 2
Baptismatũ variæ differentiæ. 338. a. 37 2
Baptismum Ioannis quomodo consilium Dei interpretetur Euthym. 642. a. 54. c. 2
Baptismum cur appellet Christus mortẽ suam. 165. com. 1
Baptismus Christi, & Ioannis in quibus conueniant. 336. an. 35. col. 1
Baptismus Ioannis quare baptismus pœnitentiæ sit dictus 307. an. 10. col. 1
Basilius quid thesauri nomine intelligat. 597. an. 85. col. 1
Beatissima Virgo an fidem verbis Angeli habuerit, quadruplex doctorum sententia. 141. an 107. col. 2
Beata Virgo duplici beneficio à Deo affecta super omnes homines. 176. com 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

B. Virgo cur non dixerit, cuius nomen sanctum est. 176. com.
B. Virgo cur se ancillam Domini vocet, cũ Elisabeth appellet eam matrem Domini. 166. an. 120. col. 2
B. Virgo, cũ altiora mysteria nouerit, quomodo filij sermonem non intellexerit. 288. an. 82. col. 2
B. Virgo quid à pastoribus didicerit. 246. ann. 27. col. 2
B. Virgo sicut in reliquis virtutibus quotidie crescebat, ita etiam crescebat in fide, & quomodo. 288. an. 82. col. 2
B. Virgo cur festinanter dicatur iuisse in montana, plures dantur causæ. 161. com.
B. Virgo, & Ioseph num negligentiæ sint reprehendendi, quod Christum quæsiuerint. 287. an. 81. col. 2
B. Virgo sciuit filium, vel sponte à via abcessisse, vel à se, & Ioseph recessisse. 279. an. 71. col 4
B. Virgo quomodo per diem integrum nõ viderit filium. 279. an. 70. col. 1
B. Virgo vtrum Christum tamquam mater corripuerit. 284. an. 78. col. 1
B. Virgo quando cum infante in Aegyptum fugerit. 276. an. 64. col. 1
B. Virgo de quo doluerit. 285. an. 79. col. 1
B. Virgo recte cum Christo sola locuta est, & quare. . . com.
B. Virgo quando visitauerit Elisabeth. 159. an. 115. col. 1
B. Virgo sine dolore peperit. 226 an. 9. c. 1
B. Virgo integritate seruata per eum locũ, quo cæteræ fœminæ, emisit filium. 224. an. 7. col. 2
B. Virgo vtrum asino vecta fuit, dum iret, vt describeretur incertum est. ibid. 2. 6. 2
B. Virgo in die iudicij nihil patietur. 272. an. 56 col. 1
B. Virgo in singulis virtutibus excelluit. 83. an. 67. col. 1
B. Virgo in passione filij vt in dilectione vehementissima, ita fuit & cõstantissima. 272. an. 56. col. 2
B. Virgo non habuit Ioseph viæ socium, quando in montana abijt. 161. a. 115. c. 1
B. Virgo quare præ cunctis mulieribus benedicta dicatur. 88. an. 71. col. 1
B. Virgo multis de causis gratia plena vocata est. 80. an. 67 col. 2
B. Virgo cur non statim Angelo salutanti responderit. 94. an. 77. col. 2
B. Virgo miraculorum virtute in hoc sæculo vsa non est. 80. an. 67. col 2
B. Virgo præ omnibus Deo grata fuit. 84. an. 67. col 2
B. Virgo & Ioseph vterque de stirpe Dauid erant. 224. com. 1
B. Virgo cur matrimonium voluerit contrahere, cum virginitatem cõseruare decreuisset. 69. an. 57. col. 1
Beata ex hoc solo dici potuit Maria Virgo, quod Dei mater effecta sit. 941. & seq. an. 64. col. 2
B. Virginis in itinere sedulitas. 161. com. 1. & 279. com. 5
B. Virginis turbatio vnde orta fuerit, & Doctorum de ea opinio. 91. an. 74. col. 2
B. Virginis in respondendo prudentia cõmendatur. 117. com. 1
B. Virginis integritatem negantes hæretici reprehenduntur. 148. an 111. col. 2
B. Virginem etiam post partum conseruasse virginitatẽ, aliquot rationes congruentes suadent. 123. an. 96. col. 2
B. Virginem diem, & horam partus præscisse, probabile est. 224. com. 3.
B. Virginem esse matrem Dei, quo fundamento Nestorius negauerit. 97. an. 80. 2
B. Virginem vouisse virginitatem ex eius verbis tripliciter deducitur. 120. an. 94. 1.
Beati, in Scriptura, varijs de causis appellãtur. 871. an 44. col. 1
Beatos, cur suos discipulos vocet Christus. 870. com.
Beatitudo quare in Euangelio vocata sit merces, braium, corona, hæreditas. 540 an. 31 col. 2
Beatitudo electorum quibus verbis significetur. 1055. com. 3
Beatitudines illæ (Beati pauperes, quia vestrum, &c.) diuersæ sunt ab illis, quas Matthæus refert. 536. a. 27. col. 1. & ibid. Patrum sententiæ. col. 2
Beatitudinis magnitudo, quam boni prælati habituri sunt, ostenditur. 1059. com.
Beelzebub quid sit. 917. an. 33. col. 1
Benedictio non ad solos sacerdotes pertinet, sed maiores etiam non sacerdotes. 268. an. 52. col. 1
Benedictio Christi super quinque panibus qualis fuerit. 759. an. 32. col. 2
Benedictionem loco maledictionis cur populo Dei impertitus sit Balaam. 1020. an. 24. col. 2
Beneficia non sunt dãda, vt ea recipiamus. 573. an. 60. col. 2

Beneficentia propria, & perfecta, quæ sit. 570. com.
Beneficio duplici super omnes homines B. Virgo à Deo affecta est. 176. com. 2
Beneficiorum commemorationem à Beata Virgine factam ad communia beneficia referentes refelluntur. 177. annot. 129. col. 2
Beneficiorum libera collatio vsque ad Dei similitudinẽ nos extollit. 575. an. 63. c. 2
Beneficij nemo perfecte agnoscit, nisi qui suam indigentiam nouit. 908. com. 1
Benignitas, ac clementia Christi. 654. an. 66. col. 1
Benignitas in quo consistat. 575. anno. 62. col. 1
Bernardi sententia de verbis B. Virginis, Quomodo fiet istud, probatur. 120. an. 93. col. 1
Bethlehem non solum ciuitas Dauid vocata est, sed etiam arx Sion, quia ibi habitabat Dauid, ciuitas Dauid vocata est. 223. com. 1
Bernardi sententia de tempore natiuitatis Ioannis Baptistæ expenditur. 44. an. 36. col. 2
Blasphemia in Spiritum sanctum cur ita dicatur. 1008. an. 18. col. 2
Blasphemia in Spiritum sanctum, quæ sit. Item quid verbum in filium hominis, variæ sententiæ. 999. an. 17. col. 1
Blasphemia in Spiritum sanctum, ex Augustini sententia, quæ sit. 1002. an. 17. col. 1
Blasphemia omnis in Christum hominem an sit verbũ in filium hominis, de quo Luc. 12. 1009. an. 19. col 2
Blasphemia in Spiritum sanctum, de qua agitur Luc. 12. quæ sit propria. 1008 an. 18. col. 1
Blasphemia in Spiritum sanctum, & peccatum in Spiritum sanctum, sunt longe diuersa. 1006. an. 18. col. 1
Blasphemia in Spiritum sanctum, etiam ante baptismum committi potest. 1006. an. 18. col. 1
Blasphemia hæreticorum Spiritus sancti diuinitatem negantium, cur non sit blasphemia, de qua agitur Lucæ 12. 1007. an. 18. col. 2
Blasphemia in Spiritũ S. quare, & quomodo difficulter dici possit remitti. 1013. an. 20. col. 1
Blasphemia cum non remittenda dicitur, de qua remissione agatur. 1013. a. 20. 1
Blasphemia in Spiritum sanctum non est negare ipsum esse Deum. 1018. an. 25. c. 1
Blasphemia in Spiritum sanctum, & peccatum ad mortem, num idem sint. 1016. an. 21. col. 2
Blasphemia in Spiritum sanctum, & peccatum in Deum, num idem sint. 1018. an. 22. col. 1
Blasphemiam in Spiritum sanctum, neq; in hoc, neque in futuro seculo remitten dam: peccatum vero in Filium hominis remittẽdum esse, quomodo intelligatur. 1014. an. 20. col. 1
Blasphemiam hãc Luc. 11. (In Beelzebub principe Dæmoniorum, &c.) quinã protulerint. 917. an. 33. col. 2
Blasphemantes ipsum in Beelzebub ejicere dæmonia cur minus acriter reprehenderit Christus, quam petẽtes signa. 944. an. 68. col. 2
Blasphemare quid significet, & quibus modis Deus blasphemetur an. 40. col. 1
Bona minora quandoque ob maiora prætermittenda. 832. com. 1
Bona quænam appellabat diues, Luc. 12. 1029. com. & an 36. col. 2
Bona temporalia cur malis, & reprobis cõcedantur in hoc seculo. 1026. an. 32 col 2
Bona temporalia Regnum Dei quærentibus cur adijcienda, non autem danda dicantur in Euangelio. 1047. com. 2
Bonitas, liberalitas, & æquitas Dei, cur his verbis (Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, &c.) manifestentur. 902. an. 13. col. 2
Bonauentura triplicem horum verborum, Dispersit superbos, adfert significationẽ 178. an. 130. col. 2
Bouis, & asini nomine, qui in stabulo erãt, quid significetur. 228. an. 10. col. 2

C

CAELI, & terræ nominibus, in illo Euãgelij loco (Confiteor tibi Pater, &c.) tria mysteria significantur. 859. a. 31. c. 2
Cæli nomine quid intelligatur, cum Luc. 11. petunt signa de cælo. 978. an. 55. col. 1
Cœlum, dum Christus baptizaretur, cur, & quomodo apertum fuerit. 348. a. 47. c. 2
Cæsaris edictum nato Ioanne Baptista promulgatum est. 219. com. 2
Cain cur septuplum tantum, Lamech vero septuagies septies puniri, aut puniẽdi dicantur. 973. an. 58. col. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cainam quomodo à Luca enumeretur, cũ nec in Hebræo textu, nec apud Lxx. repetiatur. 366. an. 61. col. 2
Caiphas, & Annas num eodem tempore fuerint Pontifices 302. an. 5. col. 2
Calcei à sandaliis differunt, & quomodo. 747. an. 11. col. 1
Calumnia Phariſæorum. 502. annota. 67. col. 1
Calumnia Marcionis contra Euangelium exploditur. 564. an. 51. col. 2
Calumnia graue malum eſt. 558. anno. 45. col. 1
Calumniæ Iudæorum reſpõdentes Patres, quomodo intelligi debeant. 113. an. 89. col. 2
Capharnaum cur vſque ad cęlum dicatur exaltata. 850. an. 20. col. 2
Carnem de Virgine quinq; de cauſis Chriſtus ſumere voluit. 65. annotatio 54. col. 1
Carnem de muliere quatuor ob cauſas conueniens fuit Chriſtum aſſumere. 64. an. 53. col. 1
Caro omnis quomodo Chriſtum ſit viſura. explicatur. 318. an. 20. col. 1
Caſtellum, de quo agitur apud Lucam illis verbis (factum eſt autem dum iret, & ipſe intrauit in quoddam caſtellum) quidnam fuerit. 883. com. 1. & anno. 64. col. 2
Caſui inſtrumenti quando præpoſitio additur Hebraiſmus eſt. 167. com.
Cauſa timoris diſcipulorum triplex ob vocem in monte auditam. 201. annot. 84. col. 1
Cauſa quadruplex, cur pueris in circunciſione ſoleret nomen imponi. 186. ann. 139. col. 1
Cauſa quænam ſit, quod quædam terræ pars trigeſimum, alia ſexageſimum, alia centeſimum fructum profert. 692. ann. 31. col. 2
Cauſæ quatuor dantur ab Angelo, quare non debeant timere paſtores. 234. comment. 4
Cauſæ adducuntur, ob quas Chriſtus in montem aſcenderit, & qualis mons iſte fuerit. 779. an. 55. col. 2
Cauſæ ob quas Chriſtus ſæpe Petrum, Ioãnem, & Iacobum aſſumpſerit. 734. ann. 104 col. 3
Cauſæ variæ dantur, cur Romani nomen infantibus nono die ſolerent imponere. 185. annot. 138. col. 2
Cauſæ dantur, ob quas homo ille Euangelicus prohiberur ire ad ſepeliendum patrem ſuum. 821. an. 129. col 1
Cauſas varias aſſignant Doctores, cur Chriſtus de Virgine deſponſata naſci voluerit. 65. an. 55 col. 2
Cauſis naturalibus aliquando infantes contingit in vtero moueri. 167. ann. 121. col. 2
Catholica doctrina ex verbis Angeli (ideo quod) traditur. 138. an. 106. col. 2
Catholica & notatu digna doctrina de anima, & corpore Chriſti. 158. annota. 114. col. 1
Centeſimi, ſexageſimi, & trigeſimi fructus nomine quid intelligatur. 679. anno. 17. col. 2
Centurio quo ſenſu dixerit Chriſtum ſolo verbo poſſe ſanare. 611. an. 15. col. 1
Centurio vtrum fide leproſum ſuperauerit. 618. an 23 col. 1
Centurio Iudæus ne, an Gentilis fuerit. 602. an. 1. col. 1
Centurio credidit Chriſtum eſſe Deum. 611. an. 16. col. 2
Centurio quomodo Chriſtum roget, vt veniat, ſi iam venientem precetur, vt non accedat. 604. an. 4. col. 2
Centurionis hiſtoria à Matthæo copioſius tractata quam a Luca. 618. annota. 24. col. 1
Centurionis fides quatuor modis magna fuit, 614. an 21. col. 2
Centurionis comparatio de ſuorum ſubditorum obedientia qualis ſit, & quare ea vſus, 612. an. 18. col. 2
Centurionis modeſtia, & prudentia. 611. anno. 15. col 2
Centurionis fides, quare cæterorum Iſraelitarum fidei ſit præpoſita. 616. anno. 22. col. 1
Centurionis virtutes à ſanctis patribus cõmendatæ, 608. an. 12. col. 2
Centurioni puer ille, pro quo Chriſtum orabat, aliquot de cauſis carus erat. 603. an. 2. col. 2
Chriſti clementia, ac benignitas. 654. ann. 66. col. 1
Chriſti, & Ioannis baptiſmus, in quibus conueniant. 336. an. 35. col. 1
Chriſti patria ſecundum Matthæum, quæ fuerit. 471. an. 30 col. 2
Chriſti, ac parentũ eius paupertas. 260. cõ.

Chriſti

Chriſti regnum optime cornu comparatur. 195. an. 147. col. 2
Chriſti paſſiones naturales, & ſupernaturales fuere. 375. an. 6. col. 1
Chriſti conceptio cur toti Trinitati non tribuatur, ſed Spiritui ſancto. 129. ann 99. col. 1
Chriſti matrem, non Chriſtum, beatificant illa verba: Beatus venter, &c. 941. comment. 1
Chriſti anima eodem temporis inſtanti, quo caro Chriſti organizata eſt, creata, & infuſa, & illius carni vnita. 129. com.
Chriſti duo officia fuerunt. Redemptoris nimirum, ſeu Saluatoris. & Doctoris, ſeu Magiſtri. 864. com. & ann. 27. col. 1.
Chriſtus aduentus quis ſignificetur illis verbis: Qua hora non putatis filius hominis venier. 1057. an. 69. col. 1
Chriſti munus, ad quod venit, proprium. 1065. com. 2
Chriſto, Elia, & Moyſe in nubem intrantibus, cur diſcipuli timuerint. 795. an. 76. col. 2
Chriſto quare nunciatum fuerit matrem, & fratres adeſſe, 698. an. 38. col. 1
Chriſto vt homini, reuelatio de ipſo facta cur fuit beneficium. 893. annotatio. 35. col. 2
Chriſtum fuiſſe baptizatum initio anni trigeſimi, quomodo probetur. 357. ann. 55. col. 1
Chriſtum vix inuenit, qui parentum affectui indulget. 280. an. 72. col. 3
Chriſtum demiſſis oculis ſolitum concionari aſſerentes refelluntur. 534. ann. 26. col. 1
Chriſtũ ſequi quo modo intelligatur. 773. an. 47. col. 1
Chriſtum veram matrem, & veram carnem habuiſſe cur probetur etiam illis verbis: Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, &c. 942. annotatio. 64. col. 1. & 2
Chriſtum negare ore, dummodo non corde licitum eſſe, qui aſſeruerint. 998. ann. 16. col. 1
Chriſtum cur alii Ioannem putauerit, alij vnum ex prophetis. 763. an. 36. col. 1
Chriſtum quatenus ore, & corde teneamur cõfiteri. 998. an. 16. col. 1
Chriſtum opere etiam confiteri quomodo teneamur. ibid.
Chriſtum non ſequentes, ſed ipſi aduerſarij, in nomine tamen Chriſti quoſdam dęmonia eiecerint. 922. annot. 41. col. 1
Chriſtum quo pacto anxiũ reddebat mors futura. 1065. com. & an. 80. col. 2
Chriſtum cur interrogauerit Petrus Luc. 12. his verbis: Domine, ad nos dicis hãc parabolam, &c. 1037. an. 70. col. 2
Chriſtum quando negauit Petrus, an blaſphemauerit, ſeu dixerit verbum in Filiũ hominis. 1018. an. 24. col. 2
Chriſtus quoties illam ſententiam: Qui dixerit verbum in filium hominis, &c. protulerit & eiuſdem cum ſuperioribus verbis connexio. ibid.
Chriſtus quomodo veniſſe dicatur non pacem, ſed ſeparationem miſſurus. 1066. an. 81. col. 1
Chriſtus quomodo, & cur in ſuo ſecundo aduentu ſponſo comparetur. 1054. com. & an. 65. col 2
Chriſtus cur caput ſit Eccleſiæ triumphantis, & militantis, quam ad vtramque rationem habeat. ibid.
Chriſtus cur aliquando interrogatione vſus ſit. 1058. com. 2. & 1059. an. 72. col. 1
Chriſtus cur in Euãgelio dicitur tranſiens miniſtraturus, & cur ſe præcincturus. 1055. com. 3. & an. 66. col. 2
Chriſtus cur Luc. 12. quem prius diſpenſatorem, poſtea ſeruum appellat. 1059. comment.
Chriſtus cur aduẽtus ſui diem futis aduentui comparet. 1057. com. 1
Chriſtus an verbis illis: Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, &c. prohibuerit curam victus ac veſtitus, aut aſſeruari cibos in poſterũ. 1036. an. 44. c. 2
Chriſtus cur parabolis fuerit vſus, 1026. commen.
Chriſtus, cum, quia Deus erat, poteſtatem ſuper omnes haberet, quomodo poteſtatem ſuam in hæreditate diuidenda negauit? 1022. an. 26. col. 1. & an. 29. col. 1
Chriſtus cur de diuiſione hæreditatis inter fratres rogatus interrogatiue reſpondent. 1021. com. & an. 26. col. 2
Chriſtus vitæ puritatem in Ioanne commendat. 633. an. 43. col. 2
Chriſtus qualiter manus Nazaræorum euaſerit. 416. an. 30. col. 1
Chriſtus quare incõſultis Maria, & Ioſeph remanſerit in templo. 278. an. 69. col. 4
Chriſtus in ſtabulo animalium natus eſt. 227. an. 10. col. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus cur noluerit de lapidibus panes facere. 351. an. 13. col. 2
Christus quos iustos vocare non venerit. 496. an. 63. col. 2. & de eo Patrum sententiæ. ibid.
Christus merito famis mentionem facit, quæ tẽpore Eliseï fuit. 413. an. 46. col. 2
Christus quare prius animæ peccata remiserit, quam corpori sanitatem cõtulerit. 477. an 38. col. 2
Christus cur semetipsum filium hominis vocauerit. 486. an. 45. col. 1
Christus cur rogauerit nauem à terra reduci, qui nõ rogauit, vt eam ingrederetur, 444. an. 3. col. 2
Christus quibus de causis orauerit. 525. anno. 16. col. 2
Christus dum cordiũ cogitationes cognouit, diuinam in se habere virtutem insinuauit. 481. an. 42. col. 1
Christus interrogans, quis me tetigit, vtiũ ex ignoratione hoc dixerit. 731. a. 93. c. 1
Christus quare leproso præceperit, ne miraculum factũ manifestaret. 465. a. 24. c. 1
Christus cur leproso præceperit, vt se sacerdoti ostenderet. 466. an. 25. col. 2
Christus baptizatus aqua a Ioanne, Ioannem baptizauit in Spiritu sancto. 353. an. 52. col. 2
Christus non necessitate, sed voluntate parentibus obediebat in rebus communibus. 279. an. 69. col. 1
Christus quorsum post baptismum orauit 347. an. 46. col. 2
Christus quare leprosum tetigerit, cum id lege prohiberetur. 461. an. 21. col. 1
Christus pluribus de causis paupertatem commendat. 536. an. 27. col. 2
Christus puer cum inter doctores sederet, cur interrogatione vsus sit. 282. a. 75. c. 1
Christus cur circũcidi voluerit. 248. a. 39. 2
Christus cur pastoribus, nõ autem Scribis, aut Pharisæis, ali sve nobilibus natiuitatem suam annunciari voluerit. 231. an. 14. col. 2
Christus cur Spiritu sancto plenus dicatur. 371. an. 2. col. 2
Christus cur non indiguerit circumcisione, nec sub circumcisionis signo fuerit comprehensus. 249. an. 30. col. 2
Christus cur reliquarum beatitudinũ, quarum apud Matthæum meminit, hic nullam mentionẽ faciat. 538. an. 29. col. 2
Christus quare mercedis nomine vsus sit. 541. annot. 31. col. 1
Christus ratione humanitatis benedictus dicitur. 165. an. 119. col. 2
Christus variis de causis Spiritu sancto agi, & duci dicitur. 371. an. 2. col. 2
Christus fructus ventris vocatur, vt vera eius caro indicetur contra blasphemiam Phariseorum, & reliquorum hæreticorum. 166. an. 119. col. 1
Christus, vt alios instrueret, propriam deseruit matrem. 279. an. 69. col. 2
Christus mirabilis in verbis, & operibus. 417. an. 51. col. 1
Christus dicendo paralytico (Surge) an se Deũ esse voluerit probare. 484. an. 44. c. 1
Christus multoties sanitatẽ contulit ægrotis ob petentium fidem. 475. an. 36. col. 2
Christus homo obedientiam patri debebat, non matri, nec legi, & quare. 290. anno. 84. col. 2
Christus cur inter Iudæos pastoribus, interet Gentes Regibus primum annuncietur. 232. an. 14. col. 2
Christus cur opera patris ea vocet, q̃ ipse vt Redemptor exercebat. 287. an. 81. c. 1
Christus quare præcipiat inimicos diligere, & odientibus benefacere. 554. an. 43. col. 2
Christus perfectissimam dilectionem insinuat. 567. an. 54. col. 1
Christus cur ieiunare voluerit. 375. a. 6. c. 1
Christus an fuerit primogenitorum lege comprehensus. 258. an. 36. col. 1
Christus risisse nusquam legitur in Euangelio. 546. an. 35. col. 1
Christus nomine Saluatoris intelligitur. 266. an. 48. col. 1
Christus cur quem a legione dæmonum liberauerat, secum ire non permiserit. 726 an. 83. col. 2
Christus qua ætate baptizatus fuerit, tripliciter Patres sentiunt. 355. an. 55. col. 1
Christus sine opera matris, ac obstetricis egressus est. 225. an. 8. col. 2
Christus quare Gentiũ lumen, & Hebræorum gloria dicatur. 266. an. 50. col. 3
Christus cur hominibus paucis, & nõ plurimis statim innotescere voluerit. 230. com. 1
Christus variis de causis à sexto mense natiuitatis Ioannis conceptus est. 49. ann. 40. col. 1
Christus cur dæmoni silentium imposuerit. 45. an. 60. col. 1

Christus secundum carnem ex sola matre substantiam accepit. 273. annotio. 57. col. 2
Christus quare panes multiplicandos propriis manibus acceperit. 758. annot. 30. col. 2
Christus cur non dicatur regnaturus in domo Abraham, aut Isaac, sed in domo Iacob 114. an. 90. col. 2
Christus cur voluerit baptizari, varias dant rationes sancti Patres. 345. an. 45. col. 2
Christus cur primo dæmonem permiserit loqui, quem postea prohibuit. 426. ann. 60. col. 1
Christus quo anno Augusti natus sit. 219. com. 3
Christus cur mensem Martium ad suam conceptionem elegerit. 46. annotatio. 38 col. 2
Christus cur quid de se discipuli sentiunt, exquirat. 763. an. 37. col. 2
Christus cur tres tantum discipulos secum assumpserit in montem. 779. annot. 54. col. 1
Christus pastor vocatur. 47. annotatio. 38. col. 2
Christus iustus, & iustificans. 47. ann. 38. col. 2
Christus discipulos suos defendens, Ioannis non damnat. 502. an. 68. col. 1
Christus quare à Spiritu sancto vnctus dicatur, & non à Patre, & Filio. 399. ann. 31. col. 1
Christus vt homo, & vt Deus est, potest cõsiderari. 138. an. 105. col. 1
Christus longe aliter, quam homines magnus est. 107. an. 87. col. 2
Christus solus Ecclesiæ Rex est, Pontifices, & prælati vicarij solum sunt. 115. an. 90. col. 2
Christus quomodo dicatur conceptus de Spiritu sancto, vnde sensus articuli fidei intelligitur. 127. an. 98. col. 1
Christus quamuis nunc in Ecclesia regnet, tamen post seculi finem perfectius regnaturus est. 116. an. 91. col. 1
Christus quomodo, & de Bethlehem, & de Nazareth fuerit. 61. annota. 51. colum. 2
Christus vt Deus, quatuor ob causas filius Dei est. 138. an. 105. col. 1
Christus quinque de causis carnem de virgine sumere voluit. 65. an. 54. col. 1
Christus omnibus modis sãctissimus fuit. 137. an 104. col. 2
Christus tribus modis legem impleuit. 58. an. 49. col. 1
Christus cur vermis sit dictus. 152. an. 111. col. 2
Christus cur in Abraham non sit decimatus. 122. an. 95. col. 1
Christus cur de Virgine desponsata nasci voluerit, varias Doctores causas assignant. 65. an. 55. col. 2
Christus e Virgine sponsata nasci voluit, vt dæmonibus celaretur. 66. annot. 55. col. 1
Christus, quomodo seminator vocetur. 673. an. 10. col. 2
Christus conceptus fuit in æquinoctio verno, & Ioannes in æquinoctio hiemali. 41. an. 36. col. 2
Christus vt homo, & vt Deus est, filius Dei est. 138. an. 105. col. 1
Christus quare ex rationibus allatis intimorum, & non amicorum dilectionem commendet. 571. an. 58. col. 2
Christus a quo dicatur in manus hominum tradendus. 813. an. 105. col. 1
Christus vt homo habuit dominium, & potestatem supremam in omnes creaturas 722. an. 76. col. 1
Christus cur sine viri copula conceptus sit. 121. an. 95. col. 1
Christus num de corporis an vero de mentis auribus loquatur. 680. annota. 18. col. 1
Christus tribus de causis loculum tetigit. 622. an. 30. col. 2
Christus cur etiam Euangelium prædicare voluerit non parituris. 678. ann. 16. col. 1
Christi sanctitas superexcellens. 137. anno. 104. col. 1
Christus Ioannis stabilitatem, constantiamque commendat. 633. annot. 42. col. 1
Christus cur voluerit Moysen, & Eliam adesse in sua transfiguratione. 784. ann. 64. col. 2
Christus quomodo in parabolis locutus sit Iudæis, vt videntes non viderent. 682. an. 21. col. 1
Christus quare absentibus discipulis Ioannem laudauerit. 631. an. 40. col. 2
Christus sustinaturus puellam, cur manũ eius tenuerit. 735. an. 107. col. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus cur præ ceperit mysterium Transfigurationis celari vsq; post resurrectionem. 802. an. 85. col. 1
Christus cur non miserit Apostolos in Iudæam. 840. an. 6. col. 1
Christus quorsum illis verbis vsus est, (Inter natos mulierum.) 638. annotatio. 49. col. 1
Christus quare Apostolis virgã prohibuerit. 744. an. 7. col. 1
Christus futuræ tempestatis præscius quare obdormiuit. 701. an 43. col. 2
Christus vere dormiebat inter nauigandũ, sed aliter quam nos. 701. annotatio. 43. col. 2
Christus cur eos, qui verbo obediunt, non patrem, sed matrem & fratres appellet. 699. an. 40. col. 1
Christus cur multiplicaturus panes in cælum suspexerit. 759. an 3. col. 1
Christus cur tempestatem maris permiserit. 702. an. 46. col. 2
Christus cur, cũ puellam suscitaret, omnes inde, præter quinque, eiecerit. 735. anno. 107. col. 3
Christus per cucurbitæ radicem arefactam significatur, qui veterem legem abolerit. 152. an. 111. col. 2
Christus vnica persona diuinam, & humanam habens naturam, modo ratione vnius loquitur, modo ratione alterius. 869. an. 42. col. 1
Christus, præterquam quod ratione vnionis ad Verbum peccati expers fuerit, etiam plane sanctam habuit conceptionem. 125. an. 97. col. 2
Christus in Ecclesia, quæ est domus Iacob, regnat modo particulari. quod comparatione ostenditur. 114. an. 90. col. 2
Christus quos coram Patre confiteatur. 997. an. 15 col. 2
Christus cur discipulos præmiserit. 836. an. 3. col. 2
Christus à Scribis, & Pharisæis legis transgressor reputabatur. 872. com. 2
Christus quo argumento probet Luc. 11. Deum petentibus tantum bona concedere. 913. com. & 914. ann. 28. col. 1
Christus cur cum Apostolos mitteret, ipsis non diceret (ecce ego mitto vos, &c.) sed discipulis reliquis solum dixerit. 839. anno. 6. col. 2
Christus quamobrem à Gerasenis discesserit, 725. an. 81. col. 1
Christus varias ob causas voluit à dæmone tentari. 373. an. 5. col. 2
Christus etiam ante ascẽsionem Dei filius vocatus est, 109. an. 88. col. 2
Christus quando, & quibus verba hæc dixerit: Beatius est dare, quam accipere, nõ inuenitur. 971. an. 96. col. 1
Christus quomodo fortior dicatur, & quid fecerit aduersus Dæmone sortem. 929. an. 53. col. 1
Christus cur Nazaræis infidelibus miracula negauerit, qui Capharnaitis non creditutis ea concessit. 410. annotatio. 43. colum. 2
Christus vtrum solam paralytici fidem, an portantium respexerit. 474. ann. 36. col. 2
Christus quomodo hic Apostolis pecuniã prohibeat, quam alias concessit. 746. an. 9 col. 1
Christus cur sexto mense à conceptione Ioannis concipi voluerit. 49. annot. 40. col. 1
Christus duas ob causas de Spiritu sancto secundum carnem dicitur conceptus. 127. an. 98. col. 1
Christus quorsum Samaritanis miserit nũcios, 823. an. 119. col. 1
Christus plures ob causas huius viduæ miserus est. 621. ann. 29. col. 1
Christus quare mulierem hæmorrhoissam vocet filiam, & quantum eius fides apud Christum valuerit. 732. annot. 98. col. 4
Christus Regiam potestatem habuit ab instanti incarnationis. 110. annotatio. 89. col. 1
Christus lumine Euangelij vmbras legis, & tenebras gentium dispulit. 48. anno. 38. col. 1
Christus ter hac similitudine vsus est in Euangelio (non est arbor bona, &c.) 593. an. 81. col. 2
Chuse vxor Ioãna de cõsensu mariti Christum sequuta. 671. an. 7. col. 1
Chrysostomus cur hunc paralyticum Lucæ contendat non esse eundem cum illo Ioan. 5. 473. an. 34. col. 2
Ciborum multitudo taxatur illis verbis (Porro vnum est necessarium) 887. com men. 1
Cibos multiplices prouidere cum maius sit, quam corpus augere, cur tamen hominum respectu minus appareat illud opus, quam istud. 1040. annotatio. 49. colum. 1
Cingulorum, seu præcinctorum genera quot legantur in Scriptura. 1051. an. 62. col. 1
Cingulum quodnam præcipue intelligatur in illis Domini verbis: sint lumbi vestri præcincti. 1052. an. 62. col. 1
Circumcisio antiquitus non in Synagoga, sed in domibus, vbi natus erat infans, solebat fieri 184. an. 137. col. 2
Circumcisio cur octaua die fieret. 185. ann. 138. col. 1
Ciuitas Iuda, in quam abijt B. Virgo quæ sit, varie Doctores sentiunt. 161. an. 116 col. 1
Ciuitas illa, in qua mulier peccatrix, cum alabastro ad Christum accessit, quænam fuerit. 647. an. 61. col 2
Ciuitatis nomine non metropolis Tribus, sed illa significatur, in qua alicuius familiæ caput habitabat. 222. annota. 2. col. 2
Clamor in puero illo Lunatico, & ad dæmonem, & ad puerũ potest referri. 805. an. 90. col. 2
Clauis scientiæ quæ sit Luc. 11. 979. com. & 980. an. 102. col. 1
Clementia, & mansuetudine summa cur responderit Christus calumnianibus, ipsum in Beelzebub eijcere dæmonia. 919. an. 37. col. 1
Clementia, ac benignitas Christi. 654. ann. 66. col. 1
Cœnæ in qua ministrabit Dominus Beatis triplex qualitas. 1055. com. 3
Cogitatio quid significet. 816. annot. 109. col. 2
Cognatio inter B. Virginem, & Elisabeth multis modis à Catholicis Doctoribus explicatur. 144. an. 108. col. 1
(Cognosco) omne tẽpus complectitur. 120. an. 94. col. 1
Columba, quę Spiritus sancti signum erat, quare super Christum descenderit. 349. commen.
Columba ex doctrina Aristotelis fel exiguum habet. ibid. an. 43. col. 2
Commendatio, qua apud Lucam Christus legisperito dixit (Recte respondisti) quid effecerit, 878. an. 55. col. 1
Commodandi verbum ad quæ proprie referatur, 907. an. 19. col. 1
Communicatio cum peccatoribus quomodo, & quando licita. 495. annot. 62. colum. 1
Compassio aliquando virtus est, aliquãdo non. 209. an. 161. col. 2
Compassionis affectio B. Virginis dolorem corporeum longe excessit. 273. ann. 57. col. 2
Conceptio fœtus in generatione naturali quot diebus communiter perficiatur, 126. an. 97. col. 2
Conceptio, ac Natiuitas Christi commendantur verbis illis: Beatus venter, &c. 940. com. 2
Conceptio Ioannis Baptistæ mirabilior fuit conceptione Isaac. 22. annota. 12. col. 2
Conceptio Christi in æquinoctio verno fuit, Ioannis vero in hiemali, 44. an. 36. col. 2
Conceptio Christi quid ex superuentione Spiritus sancti, & ex Altissimi obumbratione habuerit. 138. an. 106. col. 2
Conceptio Ioannis Zachariæ nunciata antequam fieret: Christi vero Iosepho, postquam facta esset, & quare. 102. ann. 84. col. 2
Conceptio Christi quomodo differat à cõceptione B. Virginis, & Ioannis Baptistæ. 136. an. 103. col. 1
Conceptio Christi cur Spiritui sancto tribuatur, cum sit opus totius Trinitatis. 127. an. 98. col. 2
(Concipies) quam vim habeat, 97. ann. 80. col. 1
(Concipies) quatuor hæreses confutantur. ibid. an. 80. col. 2
Concluſa, & sterilis in quo differant. 147. an. 109. col. 1
Concordia Euangelistarũ de spiritu, à quo Christus in deserto ductus est, 371. an. 2. col. 1
Concordia Euangelistarum de morte filiæ Archisynagogi. 728. annotatio. 89. colum. 2
Concordia Euangelij cum historia libri 1. Reg. de comestione panum propositionis Dauidis, 518. an. 5. col. 1
Concordia scripturæ de præcepto Diligendi Deum, 875. an. 51. col. 2
Concupiscentiæ motu prorsus carere homo non potest, non consentire vero, nec secundum eam ambulare potest per gratiam, 875. an. 50. col. 2
Condemnatio quot modis fieri possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

950.annot.74.col.2
Condonatio qualis debeat esse, & quid à debitoribus repetendum. 580.annot.68. col.2
Confessio Christi, quo modo, & quid sit. 859.com.& an.30.col.2
Confessio in Scripturis quotuplex legatur. ibid.col.1
Confidentia quædam erga Christum, quę in Martha fuit, perfectis quibusdam sanctæ Ecclesiæ operarijs quare conueniat. 886.an.69.col.1
Confitēdi triplex modus in Scriptura. 275. an.62.col.3
Confiteri Christum quomodo ore, & corde teneamur. 998. annotatio. 16. colum 1.
Conformitas humanæ voluntatis Christi cum Diuina in quo exprimatur. 864.anno.36 col.1
Cōfortari, & crescere spiritu quomodo differant 215.an.166 col.2
Confutatio errorum variorum circa illa Domini verba. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis &c. 947.an.71
Congratulari alicui quid sit. 184.ann.136. col.1
Connexio, & ordo tempestatis, qua discipuli iactati fuere, ostenditur. 706.anno. 51. col.2
Consensum B. Virginis quare requisierit Deus. 156.an.112.col.2
Consideratio duplex columbæ, & paternæ vocis. 350.an.49 col.1
Consolatio Israel à Simeone prædicta quę nam fuerit. 262.an 40.col.4
Consuetudo vetus lauandi pedes hospitū. 637.an.70.col.2
Consuetudo scripturiæ cur sit post generale explicare particulare. 1010. annot. 19. col.1
Continentium vita cur plerumque (vt ait Greg.) sæcularium actione confundatur. 880.an.60.col.1
Contumelia quid sit, & quomodo a conuicio differat. 966. annotatio. 92. colum.1
Contemplatio Dei, quæ in altera etiam vita perdurat, fuit pars Mariæ. 888.anno. 75.col.2
Conuersio gentium, & repulsa Iudæorum indicatur. 229. an.11.col.2
Conuersio mulieris peccatricis plurima continet admiratione digna. 651.annot. 64.colum.1
Conuicium, & contumelia qui differant. 966.an.92.col.1
Copula non est de substantia matrimonij. 68.an 56 col.1
(Coram Domino adstare) quid sit. 40.an. 31.col.2
Coram Domino, variè explicatur. 29.ann. 20 col.2
Cor terræ quid dicatur apud Matthæum. 949.an.72.col.1
Cor aliquando pro mente, aliquando pro voluntate accipitur in scriptura. 875.an. 51.col 2
(Corda patrum conuertere ad filios) quid significet. 37. annotatio.26. colum 2
Corde bono & optimo verbum retinentes qui dicantur. 692. annotatio.30. col.1
Corde, voce, & opere Deus magnificatur. 171.an.124.col.2
Cornu salutis cur Deus erexerit, plures dantur causæ. 199. comment. 2. & 200. commen.
Cornu salutis ecclesiasticam potest significare potestatem. 196.annotatio.147. col.1
Cornu salutis quid dicatur. 195.ann.147. col.2
Cornu aliquando pro interitu ponitur. ibid.
Cornu in scriptura pro potentia & robore sumitur. 195. annotatio.147.colum.1
Cornu pro Regia potestate cur vsurpetur. ibid.
Cornu illud modicum à Daniele visum Antichristi potestatem denotat. 195.an. 147.col.2
Corporis ablutio animam non lauat, vt malè putant Iudæi. 959. comment.
Corpus pro quo accipiatur ibi: si ergo corpus tuum lucidum fuerit, &c. 111.956 an.81.col.2
Corpus, quod ab Angelis assumitur, quale sit, & quomodo fiat. 75. annot. 62. col.2
Corpus ieiunio, anima oratione Deo seruit. 275.com.4
Corpus Luc.11. significatur per id, quod de foris est, anima uero per id, quod intus est. 962.an 87.col.1

Corpus augere cū minus sit respectu Dei, quam nutrire, cur tamen magis illud appareat, quam istud 1040.an 49.col.2.
Correctio quomodo differat a cōtumelia, & conuicio. 966.an.92.col.2.
Correlativa simul esse necessarium est. 282 an.62 col.1.
Corui quomodo Eliam pauerint tempore famis. 1039.an.48.col.1.
Corui natura ex Aristotele. 1039.anno.48. col.1.
à Coruis cur exemplum sumpserit Dominus Luc.12.vt Discipulos a cibi solicitudine amoueret. ibid.col.2.
Coruorum cur potius, quam aliorum alitium mentio fiat Luc. 12. dum dicitur: Considerate coruos, &c. 1038.anno.48. col.1.
Creatio Patri, sanctificacio Spiritui sancto tribui solet, licet opus sit totius Trinitatis. 132 an.100.col.2.
Crescere, & cōfortari spiritu quomodo differant 215.an.166.col.2.
Crimen incredulitatis admisit Zachatias, quærendo ab Angelo modum, & signū, quo sibi filius nasceretur. 39.annot.29. col.2.
Crucem tollere quid sit. 772. annotat.46. col.1.
Crudelitatem prætereuntis, in illo Lucæ (Homo quidam descendebat de Hierusalē &c.) quomodo exprimat Christus. 879.com.2.
Cubiti cur meminerit Dominus ibi Luc. 12 quis autem vestrum cogitando &c. 1040.an.39.col.1.
Cucurbitæ radice arefacta significat Christus, qui veterem legem abolcuit. 152.annot.111.col.2.
Culpam originalē quomodo homines contrahunt, & Christus quomodo eam non contraxerit. 121.an.95.col.2.
Culpæ grauitas eorum, qui non suscipiunt Euangelium. 750.an.15.col.2
Culpæ reus efficitur nemo peccato alterius. 974.an.98.col.1.
Culpæ, & peccati ratio vnde magis attenditur. 938.an.61.col 2.
Cura cui prouidēria, & solicitudo quomodo differant. 1036 an.44.col.2.
Cyrinus Syriæ Præses Iudæam cum Syria descripsit. 221.com.

D

Dæmon quomodo, & vbi ligatus dicatur à Christo, & qualis fuerit hæc alligatio variæ sententiæ. 920.an.54.col.2
Dæmon qui vni peccato præest, cur in tentando adiuuetur ab alio, qui alteri præsit peccato. 936.an.59.col.2.
Dæmon quomodo armatus dicatur, & fortis, ibi cum fortis armatus, &c.) 926.cōmen. & 927.an.48.col.1.
Dæmon vbi dicatur non inuenire requiē. 934.an.57.col.1.
Dæmon vnus alterum expellere quot modis possit. 917.an.34.col.1.
Dæmon qua ratione tentauerit obscurare Virginitatem Deiparæ. 148.annot.111. col.2.
Dæmon quando hominem dicatur arripere. 716.an.65.col.2.
Dæmon pluribus de causis dicit Christo, (fine). 422.& 423.com.2.
Dæmon quid significet. 479. annotat.53. col.2.
Dæmon quomodo tentet. 375.annota.6. col.1.
Dæmon cur in corpora humana sæuiat. 421.an.54.col.1.
Dæmonis domus quæ dicatur. 927.an.49. col.2.
Dæmonis vasa quæ sint. 928 an.51.col.1. Quæ eiusdem spolia. p.eadem. ann.52. col 2.
Dæmonis regnum quomodo adhuc duret, nec omnino sublatum sit per Christi regnum. 925.an.46.col.2.
Dæmonis confessio de Christo qualis 712. an.60.col.2.
Dæmonis mendacium detegitur. 387.an. 18.col.2.
Dæmoni nomen Satan, quod aduersarium significat quomodo appropriatur. 920. an.39.col.1.
Dæmone vexati nō semper sunt in peccato. 935.an 59.col 2.
Dæmone possideri quot modis possit aliquis. 936.an.59.col.2
Dæmones occultis de causis delectantur magis in vno, quam in alio loco. 719. an.71.col.2.
Dæmones primo spoliant hominem virtutibus, deinde peccatorum faucibus vulneribus. 879.an.57.col.1.
Dæmones non omnes æqualiter peccarūt. 936.annot.59.col.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dæmones humana corpora ingredi certũ est. 420.an.51.col.2. vbi reprehenditur eorum error, qui humoribus melancholicis id tribuunt. ibid.
Dæmones vtrum nouerunt Christum esse Messiam. 436.ann.75.col.1.
Dæmones singuli, qui multos sub se inferiores habent, singulis præsunt peccatis. 936.an.59.col.2.
Dæmones alij alijs potentiores, sceleratiores, & nequiores sunt. 939.anno.59.col.1.
Dæmones cum mutuo se odio habeant, quomodo tamen sint concordes. 936.anno.59.col.1.
Dæmones non omnes ad omnia peccata tẽtant. 936.ann.59 col.1.
Dæmones ter Iesum confessi numquam Christum vocarunt. 435.an.74.col.1.
Dæmones multipliciter cruciantur. 713.an.6.col.1.
Dæmones an nouerint Christum esse Filium Dei. 436.ann.75.col.2.
Dæmones potestate in rectum finem à Deo sibi data abutuntur. 721.annot.74.col.1.
Dæmones nouisse Christum esse Filium Dei, ratione probatur. 436.annotat.75.col.2.
Dæmones plures in vno homine esse possunt, & quare id Deus permittat. 718.com.1.
Dæmones cur duos illos homines à se possessos in sepulcris detinerent. 710.anno.57.col.2.
Dæmones cur in porcos ingredi petierint, & cur Christus id nisi petentibus permiserit. 719.ann.72.col.2.& 720.anno.73.col.2.
Dæmones habent superiores, & inferiores, vt inter se homines; nec omnes habent æqualem virtutem. 916.com.3.
Dæmonia septem verè à Maria ejecta. 670 ann.6.col.2.
Dæmonia ejici à Christo in principe dæmoniorum, cur fieri non poterat. 921.an.40.col.1.
Dæmonia ejecta raro in infernũ detrudun tur. 934.an.57.col.1.
Dæmonia nomen plurale, cur ponatur ibi: (In Beelzebub principe Dæmoniorum, &c.) 921.an.40.col.1.
Dæmonia in inferno magis torquentur: 934.an.57.col.2.
Dæmonia ejicere in principe Dæmoniorũ an quisquam possit. 917.an.34.col.1.
Dæmonio aliquem corporaliter, & spiritualiter vexari quomodo cõtingat. 935.an.59.col.2.
Dæmonium quomodo dicatur mutum. 914.an.30.col.2.
Dæmonium vnum ab altero expelli non potest sine diuisione, & ruina illorum regni. 921.an.40.col.1.
Dæmonium, Luc.11. quando ejecerit Christus, & an illud idem fuerit cum eo, de quo Matt.9.91. an.29.col.2.
Dæmoniorum, cum sint in statu damnationis, quæ sit requies. 934.an.57.col.2.
Damnatis quænam maius inferant tormẽtum, quam ignis. 1032.an.39.col.1.
Damnatorum planctus, ac quærimoniæ. ibid.
(Daturum se nobis) difficulter explicatur ob varias Doctorum opiniones. 202.annot.153.col.1.
Dauid an solus, vel cum sociis fuerit, quando comedit panes propositionis. 518.annot.6.col.2.
Dauid quomodo ab Ireneo sacerdos dicatur. 517.ann.2.col.2.
Dauid duas ob causas puer vocatur. 194.comm.
Debita nostris debitoribus à nobis dimitti cur velit Deus, prius quam ipse nobis dimittat, & vbi alias idem præceperit. 902.an.14.col.2.
Debita, id est, peccata in orat. dom. cur nõ prius nobis dimitti, quam victum quotidianum petamus. 901.an.13.col.1.
Debitis quinam maioribus Deo obligentur. 1062.com.& ann.77 col.2.
Debitorum dimissionis petitionem, qua lege Dominus coarctauerit. 902.com.& ann.14.col.1.
Debitorum nomine in orat. dom. quid significetur. 901.com.& an.13.col.1.
Decimę minutorum, vt mentę, rutę, &c. an fuerint lege præceptæ. 964.annotat.90.col.2.
Decimarum mentionem, in minimis quidem, sed bene volẽtibus, cur fecerit Christus Luc.11.964.an.89.col.2.
Decimare quid significet ibi: Qui decimatis mentam, & rutam, &c. Luc.11. 963.com.& ann.89.col.2.
Dei miracula, quibus mundum regit, cur homines nõ mirentur. 1040.an.49.col.2

Dei

Dei misericordia erga diuitem illũ Luc.12. vnde appareat. 1033.an.41 col.1
Dei exactores in hominum iudicio sunt Angeli. 1032.com.
Dei nomen sanctificare quid sit. 894.com.
Dei voluntas quęnam semper impleatur; quę vero non semper. 897.an.9.col.2
Dei largitas erga iustos precantes. 28.an.19.col.2
Deipara, nec ante conceptionem filii, nec post partum eius, menstrua passa est. 257.an.35.col.3
Deipara non fuit comprehensa lege purificationis. 255.ann.35.col.2
Deipara cur plusquam martyr fuerit. 273 ann.57.col.1
Deipara inter cruciatus Christi semper integra sensibus permansit. 272.anno.57.col.2.
Deipara quid crediderit, & quid ab Angelo interrogauerit. 118.ann.93.col.1
Deipara quando in montana abierit. 139.ann.115.col.1
Deiparę responsum variè exponũt patres. 155.an.112.col.2
Deiparam, moriente Christo, in fide dubitasse asserentes reijciuntur. 271 ann.56.col.4
Deiparam dolore mortuam reuixisse non est temere sine auctoritate asserendum. 272 ann.57.col.4
Deo in lege Euangelica coram ipso seruimus 202.com.
Deo, cum sit omnium dominus, facere licet quodcumque vult absque vlla iniustitia. 860.an.31.col.2
Deo dives quis dicatur, & quid sint diuitię in Deum. 1035.ann.43.col.1
Deos duos Hæretici quidã finxerunt. 975.ann.98.col.1
Deum alium noui, alium veteris testamẽti esse qua Euangelii sententia probauerit Marcion hæreticus. 1012.col.1
Deum tentare quid sit. 391.com.2
Deum, & verbis, & factis magnificamus. 171.an.124.col.2
Deum carnem de muliere assumere quatuor de causis conuenientissimum fuit. 64.annot.53.col.1
Deum diligere corde, anima, viribus, & mente, quid sit. 864.an.49 col.1
Deum quis sanctificet. 895.an.6.col.2
Deum accedẽtibus, vt oremus, quid nobis faciendum. 907.com.2
Deum Patrem Christi non esse Deum veteris testamenti, sed alium, quomodo probabat Marcion. 868 an.42.col.1
Deus cur Deus Israel voluerit appellari. 192.an.145.col.1
Deus quomodo hominem magnificet. 172 an.124.col.2
Deus inducere in tentationem quomodo dicatur. 902.ann.15.col.1
Deus cur dicatur pater in cęlo, & de cęlo. 913.an.28.col.2.
Deus qua ratione a Iudęis; qua vero a Gẽtibus sanctificabatur. 895.an.6.col.2
Deus tribus modis respicere dicitur. 1175.an.126 col.2
Deus quando castiget in quartam generationem. 967.ann.94 col.2
Deus si sacrificijs honoretur, cur misericordiam proximis exhibitam illis præferat. 499.an.64.col.1
Deus quare misericordiam sacrificio præferat. ibid.
Deus corde, voce, & opere magnificatur. 171.an.124.col.1
Deus merito visitasse, & redemptionẽ plebis suæ fecisse dicitur. 192.com.2
Deus quando maxime nos exaudiat; & si nobis exaudiri nõ videmur. 907.com.1.& 912 an.26.col.1
Deus quantam vim contulerit verbis matris suæ. 162.ann.117.col.2.
Deus quando etiam per malos & infideles operatur miracula. 820.an.114.col.2
Deus quomodo visitauerit plebem suam. 624.ann.32.col.2
Deus variis de causis per veram generationem factus est homo. 100.annotat.83.col.2
Deus quomodo Angelis loquatur. 53.an.42.col.1
Deus cur in scripturis sæpissime Altissimus vocetur. 109.an.88.col.1
Deus quia nobis beneficia præstat, docemur & proximis benefacere. 576.an.64.col.2
Deus cum hominibus esse tripliciter dicitur in Scriptura. 87.anno.70.col.1
Deus quatuor de causis noluit noũam carnem, quam assumeret, creare ex nihilo, sed iam creatam assumere. 63.anno.52.col.2
Deus quare Virginis consensum requisierit 156.ann.112.col.2
Deus quę, & quando in oratione petita neget.

Universidad de Deusto
Biblioteca

get.911.com.& an.26.
Deus cur non per hominem, sed per Angelum Beatæ Virgini annunciationem miserit.54.an.44.col.1
Deus aliter quam homines nomina imponit.102.an.84.col.2
Deus cur potius virilem sexum,quam muliebrem assumpserit multæ causæ assignantur.99.an.82.col.2
Deus cur dæmones in humana corpora permittat intrare.421.an.54.col.2
Deus inferioribus Angelis per superiores manifestat voluntatem suam.56.anno.47.col.1
Deus quo fine det alicui diuitias.1030 anno.36.col.2
Demensum quid dicatur.1059.anno.72.col.1
Descriptio misericordiæ.208.annot.161.col.1.
Descriptio orbis quando facta fuerit.219.an.1.col.2.& com.
Descriptio hæc prima dicitur, quia nulla alia præcesserat.221.an.2.col.1.
Desertum, in quo ad Ioannem factum fuit verbum, quodnam fuerit.304.annot.7.col.1
Diabolus quomodo hac tentatione Christi diuinitatem explorauerit.379 anno.10.col.1
Diabolus in his tentationibus hominem, Angelum Lucis,& denique Satanam se ostendit.379.an 11.col.2.
Diabolus quo fine Christum tentauerit.378.an.9.col.1
Diabolus quomodo potuerit regna orbis terræ ostendere.8.an.16.col.2
Diabolus tribus hoc loco nominibus nuncupatus.686.an.25.col.2.
Diabolus cur in homine sęuiat.688.anno.27.col.2
Diabolus qua ratione tollere dicatur verbum de cordibus audientium.687.ann.26.col.1
Diabolus vnde suspicatus fit Christum Deum esse.377.an.8.col.2
Diaconos olim electos, qui pauperum ministerio incumberent patet Act. 6. 888. an.72.col.1
Dicta Sanctorum Patrum de responsione sancti Petri.764.an.18.col.1
Dicta Patrum de hypocritis.591.anno.79.col.2
Dictum grauissimum Hilarii de sacrę scripturæ lectoribus.208.an.160.col.1
Diem Domini vidisse,& vidisse Dominũ, multum differunt.872.an.45.col.1
Diem aduentus sui cur aduentui suis cõparet Christus.1056.com.2.
Dies purgationis quot fuerint.254.an.34.col.2
Dies azymorum septem erant.278.com.3
Diebus Herodis,pro tempore Herodis Hebraismus est.12 an.1.col.1
Differentia multiplex inter baptismum Ioannis & Christi.336.an.35.col.1
Differentia inter superbos,& humiles.156 an.113.col.2.
Differentia inter Christi,& cęterorum hominum gratiam.296.an.28.col.1
Differentia multiplex est inter sex illa missionum genera, quę in Scriptura cõmemorantur.50.ann.41 col.1.
Differentię variæ baptismatum.339.com.
Difficultas duplex circa hęc verba (In quã cumque ciuitatem &c.)& resolutio.845 an.14 col.1
Difficultas enata ex verbis Domini apud Lucam(Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi,&c.) soluitur. 881. an 62.col.2.
Difficultas horum verborum(Quia Dominus &c.)ex verbis Marci soluitur. 519. an.7.col.1
Difficultates duę circa verba(Et dicebant, nonne hic est filius fabri?) tractantur. 407.an.41.col.2
Digitus Dei,quis intelligatur,ibi(si in digito Dei eicio Dęmonia.)924.ann 44.col.1
Dignitas duplex potest in Eucharistiam susciptente consideraci. 610.annotat.13.col.1
Dilectio inimici latior, purior, & perfectior est dilectione amici.551.annot.39.col.1.
Dilectio amicorum num sit meritoria.568 ann.57.col.2.
Dilectio mulieris peccatricis quomodo intelligenda 662.an.75.col.1
Dilectio inimicorum quomodo sub præcepto sit.574.an.61.col.1
Dilectio inimicorum partim sub præcepto,partim sub consilio cadit. 549.ann.38.col.1
Dilectio a Deo præcepta omnibus excellentior.548.an.37.col.1
Dilectio, quę in martyribus dolorem mi-

Dile-

nuebat in B. Virgine agebat. 273.anno.57.col.3.
Dilectio nõ solo affectu, sed etiam effectu est exhibenda 552.ann.40.col.1
Dilectionis genus triplex. 568. annot.57.col.1
Dilectionum genera quatuor sunt. 548.annot.37.col.1
Diligere Deũ toto corde, tota anima, &c. quid sit.874.an.50.col.2
Diluuij aquæ vndecim mensibus durarũt. 47.an.38.col.1
Diluuij aquæ mense martio intra suos antiquos terminos conclusæ fuerunt. 47. an.32 col.1
Diluuium cur secundo mense anni,id est, in Aprili factum sit,pulchra ratio. 47. an.32.col.1
(Dimittere confractos in remissionem) vnde sumptum sit,cum in Hebræo non habeatur.402.an.35.col.1
Dioscori impius error de duabus Christi naturis.135.an.102.col.2
Dipondium quid sit.992.an.11.col.2
Discessus Dæmonis à puero, qui Lunaticus erat,quomodo intelligẽdus.806.an.92.col.1
Discipuli cur timuerint interrogare de verbo à Christo prolato. 816.annot.108.col.1
Discipuli quomodo ignorauerint verba Christi de sua morte loquentis. 814.an.106.col.1
Discipuli vellẽtes spicas immerito arguuntur transgressionis legis. 516. annot.2.col.1
Discipuli cur audita voce (Tu es filius, &c.)in monte,timuerint, & non quando eandem in baptismo audierunt.801. an.84.col.1.
Discipuli quales serui fuerint.1058.com 2
Discipuli quare in faciem dicantur cecidisse.801.an.84.col.1
Discipuli tempestate perterriti quomodo ad Christum accesserint.703. annot.36. col.2
Discipuli quomodo modicæ fidei à Christo arguantur.704.an.49.col.2
Discipulis cur potissimum (licet omnibus fidelibus communia sint) tradiderit Christus tria præcepta ad Regnũ Dei, seu aduentum suum expectandum.1053 an.64.col.2.
Discipulorum fides quare ob Christi præsentiam non fuerit minor. 871.ann.44.col.2.
Discipulos volentes igne cęlesti ciuitatem Samaritanorum combuti, Christus increpat.825.an.123.col.1
Discipulos cur amicos vocauerit Christus.988.com.1. & anno.6.col.2
Discipulos suos Christus quo maxime beneficio volebat gaudere.856.an.25.col.1 & 856.com.3
Discipulos vt à cibi corporalis solicitudine amouere, cur coruorũ exemplo vsus sit Dominus.1038.an.48.col.2
Discipulus quis fuerit,de quo cap.11. agitur,ibi(Vt cessauit, dixit vnus ex Discipulis,&c.)892.an.2.col.2.
Discussio in iudicio quotuplex sit.952.an.77.col.2
Dispensatorem quem prius vocauit Christus Luc.12. cur postea seruum appellat.1059.com.
Dispensatoris mali pœna.1060 commento 3.
Dispensatoris mali vita,& mores. 1060. com.2.
Dispensatoris munus,quod fuerit. 1058. com.2.& annot.72
(Dispersit superbos)triplicem B.Bonauentura adfert significationem 178.an.130. col.2
Dissidia seminare diabolicum.494.annot. 59.col.1
Diuersitas odientium quadruplex.554.an. 42.col.1
Diuersorium quid significet. 229.ann. 11. col.1
Diuinitas humanitati Christi non ex meritis,sed ex dono gratiæ fuit vnita 139. an.106.col.1
Diuisio quæ, & quotuplex significetur Luc.12.ibi,& diuidet eum,&c. 1061.ann. 74.col.1
Diuisionem hæreditatis, quam à Christo frater aduersus fratrem postulabat, solus narrat Lucas.1020.an.25.col.2
Dives ille Luc 12.cur peccauerit fructus in futurum referuando.1030.annotat.37. col.2
Dives superflua in eleemosynam non erogando quomodo peccet.1030.annot.36 col.1
Diuitem esse in Deum quid sit, & quæ in Deum diuitiæ dicantur. 1033.com.2.& 1035.an.43.col.1.

Diuitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuitis illius Luc. 12. plura vitia. 1032. an. 39. col. 1.
Diuitis anari miseria, & anxietas quãta sit. 1037. an. 33. col. 2
Diuitiæ quam sint periculosæ. 543. annot. 32. col. 1
Diuitiæ in Deum quæ dicantur, & quid sit diuitem esse in Deum. 1033. com. 2. 1035. an. 43. col. 1
Diuitias quo fine det alicui Deus. 1030. anno. 36. col. 1
Diuitiis ac thesauris accumulandis incumbere an absolute sit malum. 1034. an. 42. col. 2
(Docere in potestate) quid sit patres diuersimode declarant 417. anno. 62. col. 2
Doctrina Ioannis non solum militibus cõuenit, sed etiam omnis generis statibus. 332. anno. 32 col. 2
Doctrina præclara Gregorij Prælatis necessaria. 334. ann. 33 col. 1
Doctrina Catholica, & notatu digna de anima, & corpore Christi. 158. ann. 114. col. 1
Doctrina moralis notanda. 811. anno. 102. col. 2
Doctrina moralis Gregorij de non portando sæculo, calceamentis, &c. 841. ann. 9. col. 2
Doctrinam Christi multis de causis admirabantur Iudæi. 418. annotat. 52. columm. 1
Doctrina Catholica ex verbis Angeli (ideo quod traditur. 158. annotatione 106. col. 2
Doctores, & cõcionatores aliquando locos quosdam pro se allegant, qui contextui Scripturæ, illiusque sensui litterali non cõueniunt. 274 an. 58. col 1
Doctores varie explicant verba illa (datum est nobis) eiusq; difficilis explicatio. 201. an. 153. col. 2
Doctores substantias spirituales in tres diuidunt hierarchias. 54. an. 45. col. 2
Doctores aliter de gratia, quam sapientiæ profectu loquuntur. 296. an. 81. col. 1
Doctores, qui B. Virginem, & Ioseph Christum quæsisse dicunt, tamquam alio migrasset, refelluntur. 279. an. 71 col. 4
Doctores quidnam eo tempore, quo puer Iesus inter ipsos sedit, egerint. 281. ann. 75. col. 2
Doctores alioqui antiqui, Spiritum sanctum velut semen ex quo Christus est conceptus, dicentes explicantur. 127. an. 98. col. 2
Doctorum antiquorum varia opinio cur Elisabeth quinque mensibus se occultarit. 45. an. 37. col. 2
Doctorũ varia opinio, de præsentia B. Virginis in natiuitate Baptistæ. 181. anno. 134. col. 2
Doctorum varia explicatio circa hæc verba (restas facite semitas eius) 315. an. 17 col. 2
Documenta ad mores spectantia. 392. an. 25. col. 1
Documentum morale ex interrogatione Christi inter Doctores sedentis desumptum ad prædicatores spectans. 282. an. 75. col. 1
Documentum morale Origenis. 291. ann. 84. col. 1
Documentum triplex morale. 280. ann. 71. col. 3
Dolor in partu ex duplici causa prouenit. 226. an. 9. col. 2
Dolor, quem B. Virgo in passione Christi sustinuit, cur vehementissimus fuerit. 873. an. 57. col. 2
Dominus cur in Euangelio dicitur transiens ministraturus, & cur se præcincturus. 1055. com. 3. & an. 96. col. 2
Dominus cur in præsepe sit reclinatus. 228. an. 10. col. 2
Dominus Deus, cur sæpius dicatur in veteri, quam in nouo testamento. 35. ann. 24. col. 2
(Dominus tecum) duo cẽsent notanda continet. 86. an. 69. col. 1
Dominus quare permiserit mulieres cum sequi. 669. an. 4. col. 1
Dominus cur binos misit Discipulos simul 836. ann. 2. col. 2
Domus Iacob omnes tribus complecteba tur. 113. com.
Domus in Scriptura aliquando familiam, aliquando Tribum significat. 223. an. 4. col. 2
Domus Simonis, de qua Euangelista loquitur, quare Capharnaum fuerit. 430. ann. 67. col. 2
Domus ornata Dæmoniorum respectu, quæ dicatur. 935. an. 58. col. 1
Domus Diaboli quæ dicatur. 927. an. 49. col. 2 Et eiusdem atrium. 928. anno. 50. col. 1
Domus scopis mundata Luc. 11. quid significet.

gnificet. 935. annot. 58. col. 1
Druthmari interpretatio horum verborum (Ne nos inducas in tentationem, &c.) cur reiecta. 904. annotat. 16. columm. 1
Dubitatio, cur Euangelista sermonem de Christi profectu repetat, cum ante dixerit, crescebat, & confortabatur. 297. ann. 90. col. 2
Dubitatio duplex de timore, de quo Zacharias loquitur, & quid Doctores de eo sentiant. 203. an. 154. col. 2
Dubitatio B. Virginis nõ infirmitas fidei, sed rerum visarum admiratio, stuporq; fuit. 272. an. 56. col. 1
Dubitatio, quomodo B. Virgo fuerit cognata Elisabeth. 114. ann. 108. col. 1
Dubium, & eius solutio, vtrum præsente Angelo, Verbum caro factum sit. 157. an. 114. col. 1
Dubium, vtrum B. Virgo Angelum salutãtem nouerit, affirmatiue soluitur 90. an. 73. col. 1.
Duodenarius numerus Apostolorum multis figuris præsignatus. 528. annota. 19. col 2
Duplici via potest agi contra paganos pro virginitate Deiparæ. 149. annot. 111. col. 2

E.

EBionitæ Christum de viro, & muliere, vt cæteros homines, natum asserũt. 270. an. 55. col. 4
(Ecce) particula explicatur. 96. annota. 80. col. 2.
Ecclesia per domum Iacob designatur. 115. an. 90. col. 1
Ecclesia cur domus vocetur. 114. annot. 90. col. 2
Ecclesia quomodo verba Centurionis in Eucharistiæ distributione vsurpet. 109. annot 13. col. 2
Ecclesiæ prælatis quãtus sit habendus honor. 467 an. 26. col. 1
Ecclesiæ Rex solus Christus est. Pontifices vero, & prælati solum Vicarij sunt. 115. an. 90 col. 2
Ecclesiæ ministri quales esse debeant. 526. an. 17 col. 2
Ecclesiæ, tam triumphantis, quam militãtis cum sit caput Christus, quã ad vtãque rationem habeat. 1054. an. 65. col. 2
Eder, gregem sonat, aut collectionem pecorum. 230 annot. 12. col. 2
Edictum Cæsaris promulgatum est nato Ioanne Baptista. 219. com. 2
Effectus diuersi in animis Iudæorum ex eisdem Christi miraculis. 917. anno. 35. col. 2
Effectus inuidiæ tres sunt 412. annotat. 44. col. 1
Electorum beatitudo, quibus verbis significetur in Euangelio. 1055. com. 3
Eleemosyna arbori comparatur. 1050. com men. 2
Eleemosyna quomodo, & a quibus peccatis animam mundet. 962. annotat. 88. col. 1
Eleemosynæ bonum quintuplex deductũ ex illis Domini verbis Luc. 12. facite vobis sacculos, &c. 1048. com. 1. & sequentibus.
Eleemosynam superfluam, & abundantẽ cũ non dant diuites, quomodo peccent. 1030. an. 36. col. 1
Eleemosynam cur præ cæteris operibus cõmendauerit Christus Discipulis. 1040. com. & an. 60. col. 2
Eliam quomodo pauerint corui. 1039. an. 48. col. 1
Elisabeth, & Zachariam tria impediebãt, quo minus filium possent habere. 22. an. 12. col. 1
Elisabeth à Spiritu sancto potius, quam à Zacharia fuisse de filij nomine edoctã, probabilius est. 187. an. 140 col. 2
Elisabeth idem sonat, quod Dei iuramentum. 15. an. 6. col. 1
Elisabeth, & Angelus eadẽ prorsus B. Virgini nunciauerunt. 170. annotatio. 123. col. 1
Elisabeth non exultatione pueri in vtero, sed reuelatione Spiritus sancti cognouit B. Virginem esse Dei matrem. 167. ann. 121. col. 1
Elisabeth cur se occultari quinque mensibus, varie Doctores antiqui docent. 45. an. 37. col. 2
Emendationis difficultas non semper supponit grauius esse peccatum. 938 anno. 61. col. 2
Energia verborum illorum Luc. 12. Quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. 1048. com. 1
Energumeni qui dicantur, & cur sic dicantur. 935. an. 59. col. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dæ particula, quam vim Græcis habeat. 275.an 60.col.1
Epiphanij de matrimonio B. Virginis verba explicantur.68.an.56.col.2
Epiphanij opinio arbitrantis Ioseph, quãdo cum B.Virgine nuptias celebrauit, viduum fuisse, & ex alia muliere filios genera sse, qui fratres Domini sunt appellati refellitur. 71.an.59.col.2
Episcopi successores sunt Apostolorũ,ceteri autem sacerdotes aliorum discipulorum.836.an.1.col.1
Error Macedonianorum refutatur.867.anno.40.col.1
Error scriptorum legentium Melchi pro Mathat demonstratur.358.annotat.56.col.1
Error quorundam, qui cum reuera male agant, & Christum infensum habeant, bene tamen se agere arbitrantur.280.annot.72.col.3
Error Iudæorum de aduentu,& temporali Messiæ Regno.113.an.89.col.1
Error eorum,qui Deiparam moriẽte Christo in fide dubitasse dicũt,reiicitur.271 an.56.col.4
Error Pelagii de gratia 140.annotat.107.col.2
Error Origenis de creatione animarum caucndus.158.an.114.col.1
Error Nestorii damnatus duas in Christo naturas,& personas ponens. 135.anno.102.col.2
Error quorundam hæreticorum natiuitatem Christi negantium confutatur.131 an.100.col.2
Error Timothei presbyteri Constantinopolitani, B.Virginem martyrio affectã asserentis explodit ur. 271.annotat. 56. col.3
Error Iosephi in constituendo duas descriptiones. 221.an 2.col.2
Error Iulian Pelagiani damnabilis,negãtis verum matrimonium fuisse inter B. Virginem,& Ioseph. 68.annotatio.56. col.1
Error impius Priscillianistarum explodit ur, asserentium Christum necessitati stellarum,& fato subditũ fuisse. 47.an. 38.col.2
Error quorundam hæreticorum, solos viros a Christo redemptos asserentium. 65.an.53.col.2
Erro: Manichæorum dicentium aliquas animas natura esse malas. 594.ann.82. col.1
Errores varii circa hæc Domini verba.Nã sicut fuit Ionas signũ Niniuitis,&c.947 an.71.col.1
Esuries corporalis apud Lucam,apud Matthæum vero Spiritualis laudatur. 537. an.28.col.1
(Et ipse Iesus erat incipiens,&c.)quomodo Patres legant.268.an.53.col.3
(Et diem retributionis)diuersis modis Patres explicant.404.an.37.col.2
(Et subductis in terram,&c.) vtrum eadem sit historia cum illa Matthæi 4.& Marci 1.370.an.15.col.2
(Et agebatur Spiritu,&c.) Spiritus nomine vtrum Spiritus sanctus sit intelligẽdus.370.an 2 col.2
(Et Mater eius conseruabat,&c.)quidnam sit intelligendum.291.an.85.col.1
(Et erat pater eius, &c.) diuersimode ab aliis legitur,& quot hæretici in eo errarint.267.an.51 col.1
(Et in signum,&c.)varie legunt Doctores. 270.an.55.col.1.item diuersimode exponunt. ibid.
(Et videbit omnis caro,&c.)quomodo explicetur.318.an.20.col.1
(Et erunt praua in directa,&c.)explicatur. 317.an. 19.col.2
Etymologia Sãctissimi nominis Iesu,quatuor diuersę sententiæ,& explicationes reiiciuntur.103.an.85.col.1
Etymologia Nazareni. 59 annotat. 50.colum.1
Etymologiæ tres sacrosanctæ nominis Mariæ.73. an.61.col.2
Euangelii duo effectus. 1066.annotat.81. col.2
Euangelii locum quem assumant hæretici nostri temporis vt probent Prælatos ecclesiasticos non debere se negotiis secularibus immiscere. 1023. annotat.28. col.2
Euangelii lumine Christus vmbras legis, & tenebras gentium depulit.48. annot. 38.col.1
Euangelista cur principatus Gentium, & Iudæorum memineri t.303.an. 5.col.1
Euangelista cur in prædicatione Ioannis meminerit Imperatoris Romani. 300. an.1.col.1
Euangelista cur regni Herodis meminerit in principio Euangelii 12.an.1.col.1

Euan-

Euangelista cur non dixerit mense primo anni, sed sexto a conceptione præcursoris.48.an.29.col.1
Euangelistę artificium in perscribenda pastorum vigilia ostenditur.231.anno.13. col.1
Euangelistę non omnia semper narrant. 278.ann 68.col.2
Euangelistę cur non B.Marię genealogiã scripserint,sed Ioseph.& quomodo illa ad Christum pertineat.360.an.58.col.1.
Euangelistarum in hoc textu (Quia nemo commissuram,&c.)ostenditur. 507.an. 73.col.1
Euangelistarum concordia in illis verbis (at illi dixe unt ad eum.) 500.anno.66. col.2
Euangelistarum concordia de homine obsesso, qui Christo egredienti e naui occurrit.709.an.55.col.2
Euangelistarũ concordia de Spiritu,à quo Christus in desertum ductus est.371.anno.2 col.1
Euangelistarum concordia in narratione historię de aduentu Matris, & fratrum Christi.697.an.38 col.2
Euangelium quomodo ignis,& quomodo gladius dici possit. 1066. annotat. 81. col.2
Euangelium quomodo lege sit antiquius. 512 ann.79.col 2
Euangelium quomodo Iudęis fuerit, & Gentibus via ad consequendam pacem. 214 ann.165.col.2
Euangelium cur inuitis etiam sit prędicãdum, cum tamen nemo debeat cogi ad credendum Euangelium. 846.anno 15. col.2
Euangelium cur non sit annunciatum omnibus non credituris, sed quibusdam tãtum.678.an.16.col.1
Euangelium cur non prędicetur multis, qui si audirent crederent. 678.annot.16. col.2
Euangelium non suscipiẽtium quomodo sit maius peccatum, quam Sodomorũ. 847.an.16.col.2
Euangelium cur in lustris mediũ sit inter statum legis,& statum gloriæ.893.an.4 col.1
Eunomii error impius. 639 an.51.col.2
Euthymii sententia de cordium reuelatione reprobata.274.an 58.col.1
Euthymius quomodo iustitiam,& sanctitatem interpretetur. 204.ann.155.col.2
Euthymius quomodo sit intelligendus. quędam peccata hic, & in futuro mundo punirt asserens.847 an.16.col.1
Eutychetis, & Dioscori impius error de duabus Christi naturis. 135.annot.102. col 2
(Ex hoc)explicatur.175.an.127.col.2
Exemplo coruorum cur vsus sit Dominus Luc.12.vt Discipulos à cibi solicitudine amoueret.1039.an.48.col.1.
Exorcistę apud Iudęos,quomodo ejecerũt dęmonia.921.com.an.41.col.2
Exorcistę ante Christi aduentum fuerunt in populo Iudaico.922.an.41.col.1
Exorcistas futuros Iudices calumniatorũ Christi quomodo intelligatur,ibi(Ideo ipsi Iudices vestri erunt) 922.commen. & an 42
Explicatio loci illius Luc.12. Non in abundantia cuiusquã vita cuius est,&c 1026 an.31.col.1
Explicatio sententię illius 1.Reg.2. (Si peccauerit vir in virũ,placari potest Deus; si autem in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo?).1016.an.22.col.2
Explicatio loci illius(suscepit Israel puerũ suum) vbi reiiciuntur aliquot diuersę expositiones.180. an.131.col.1
Explicatio mystica,& litteralis de tempore patiendi Elisabeth. 183.annota.135. col.1
Explicatio verborum Christi de visione cadentis de cęlo Satanę. 854. annotat 25. col.1
Explicationes varię horum verborum(hic est filius meus adducuntur. 797.an.79. col.1
Expositio loci, (Sicut locutus est ad Patres nostros.)& reiectio aliarum explicationum 181.an.133 col.1
Exultatio Ioannis in vtero fuit præ gaudio presentię Saluatoris,& matris eius.167. an.121.col.2
Exultatio Christi,quę ostenditur illis verbis (In ipsa hora exultauit in Spiritu sancto,&c.) qualis, & quibus de causis fuerit.858.com.& an.29.col.2
Exultandi verbum quid significet.173.an. 125.col.1
Eὐδοκίας significatio. 242.an.21.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

P.

FAcies Christi quomodo dicatur altera facta in transfiguratione. 780.an.57 col.2
Facta Hebræis verba solent vocari. 190. com.1
Familia de quibus proprie dicatur. 1059. an.72.col.1
Famis mentionem tempore Elisæi factæ merito Christus mentionem facit.413. ann 46. col 1
(Fecit redemptionem plebis suæ)& nō plebi suæ, cur dicat Scriptura.194.an.146 col.1
Femina, & vir quidnam in naturali generatione præbeant.126.an.97.col. 1
Feminæ non minus quam vti descriptæ sunt.224.an.5.col.1
Feminæ plures inter mulieres benedictæ pronunciatæ sunt,& quomodo sint illæ benedictiones inferiores benedictione B.Virginis.88.an.71.col.1
Fermentum, de quo Luc.12. diuersum est ab eo,de quo Matth.16.& Mar.3.Loquitur Dominus.985.an.2.col.1
Feruorem, & perseuerantiam in oratione vbi doceamur.908.an.19.col.1
Festuca quid sit,& trabs. 589.an.79. col.2
Fidei nostræ à fide illorum veteris testamenti discrimen.873.an.48.col 2
Fidelium congregatio cur à Domino pusillus grex appelletur.1048.annotat.59. col.1
Fidem Christi non abiecit Petrus,cum ipsum negauit.1019.an.23.col.1
Fides quomodo accipiatur ibi Luc.11. Pusillæ fidei,&c 1042.an 52.col.2
Fides æque illis testamenti veteris necessaria fuit,ac nobis.873 an.48.col 2
Fides Naaman in multis ostenditur. 414. an.47.col.1
Fides nec sine operibus nec opera sine fide sufficiunt ad salutem,sed vtraq; necessaria.877.an.54.col.1
Fides Centuriones quatuor modis magna fuit.614.an.21.col.2
Fides Centurionis cur cæterorum Israelitarum sit præposita. 616.annot.22.col. 1.& 2.
Fides dupliciter dicitur, & vtroque modo eam habuerunt portatores paralytici. 475.an.37.col.1
Fides, ob cuius modicitatem discipuli reprehenduntur.705.an.50.col.2.
Fides aliorum corporis, & animæ salutem impetrauit aliis,sed non eodem modo. 476.an.36.col.1
Fiduciam, vt in aliquo habeamus, quæ in eo requirantur.1046. com.1
Fœnum Luc.13.ibi si autem fœnum,quod hodie est,&c.quid significet. 1042.ann. 51.col.2
Filiationes duæ in Christo sunt. 158.ann. 105.col.1
Filij hominis nomine Christus in Euangelio significatur.1010.an.19.col.1
Filii sponsi,vel nuptiarum, vel thalami qui dicantur.553.an.69.col.2
Filiorum nomine quid intelligantur ibi (filij vestri in quo ejciunt.) 921.an.41. col.2
Filius pacis quis dicatur. 842.annotat.10. col.2
Fimbria quid sit,& cur mulier fluxum sanguinis patiens solam fimbriam tetigerit.730.an.91 col.1
Fimbriæ tactum mirabilis effectus sequutus.730.an.92.col.3
Firmare faciem in aliquem locum quid significet.822.an. 118.col.2
Fœtus conceptio in naturali generatione, aut quadraginta, aut octoginta diebus perficitur.126.an.97.col.2
Fomes peccati variis modis excitat carnis appetitum contra mentem, & ea,quę legis Dei sunt.82. an.67.col.1
Fomes peccati etiam ante conceptionem filij in B.Virgine extinctus fuit.ibid.
Fortis,& armatus cur dicatur Dæmon ibi (Cum fortis armatus,&c.) 926.com. & an.48.
Fragilitate quinam peccent,qui vero ignorantia,& qui malitia 1006.annotat 18. col.2
Fructus pœnitentiæ qui dicantur.324 an. 25.col.2
Fructus nomine quid hic intelligatur.594 an.82.col.2
(Fructus ventris) filii solent vocari. 165. com.4
Furis aduentui cur Christus aduentus suì diem comparet.1057.com.1
Furtum,cum restitutio sit necessaria, quomodo eleemosynis mūdari dicatur.963. ann.88.col.1
Futurum pro præterito, siue perfecto vsurpat Hebræa phrasis.650.an.69.col.2

G.

GAbriel Pastoribus apparuit in natiuitate Christi.233.an.15.col.1
Gabriel cur potius quam alius Angelus ad nuncium B. Virgini deferendum sit electus.55 ann.46.col.1
Gabriel Latine dicitur fortitudo Dei. 41. ann.31.col.1
Gabriel angelus ex infimæ hierarchiæ secundo ordine est. 54.an.45.col.2
Galilæa pars est Palæstinæ,quæ sorte obtigit duabus tribubus Zabulon, & Nephtalim 57.an.48.col.1
Galilæa transmigratio vocatur,& mystica eius interpretatio.57.ann.49.col.2
Galilæa duplex est 57.an.48.col.1
Galilæa in Hierusalem euntes,cur ascendere dicantur,& contra. 878.com.2
Galilæa quasi reuolutio dicitur,& de mirabilibus reuolutionibus a Christo patratis.58.an.49.col.2
Galilææ populus cur in tenebris dicatur sedere 213 ann.164.col.1
Galilææ nomine mysteria aliquot designata fuerunt.57.an 49.col.2
Gastrimargia reprehenditur. 544.com. 2.
Gaudium quod prohibeatur à Christo suis Discipulis.856.com.3.& an.27.col.1
Gaudium discipulorū ob eiectionem Dæmonū.852.an.23.col.2.& an fuerit laudabile.ibid.an.24.col.1
Gedeone contra Madianitas pugnante milites in manibus lampades tenebant. 1054 an.64. col.1
Gehenna quid sit.989.ann.8.col.2
Gehennæ nominis interpretatio.988.an.8 col.2
Gehennæ duæ vna ignis, altera frigoris. 990.an.38.col.2
Gehennon vbi,& quid fuerit.990.anno.8. col.1
Genera præcinctorum,seu cingulorū quot in scriptura legantur. 1051.annotat.62. col.1
Genera missionum a Christo facta sex in Scriptura leguntur. 50.annotat.41.colum.1
Generatio,itemq; generatio mala,& adultera cur Scribæ, & Pharisæi dicantur a Christo. 942.com.2. & annotat.65.colum.2
Generationis nomine hoc loco quid intelligatur.643.an.55.col.1
Gentes olim verba Christi de percussione maxillæ,& deablatione tunicæ legibus cōtraria esse,& moribus asserebant.563 an.50.col.2
Gentes, & Iudæi diuersimode in tenebris sedebant.212.com.
Gentium conuersio, & repulsa Iudæorum indicatur.229.ann.11.col.2
Gentiles, & Hæretici refutantur, falsa de Christo sentientes, quia filius hominis diceretur.485.ann.45.col.2
Gentilis ignorantia,quæ sit,& quę Iudæi. 93 .an. 61.col.1
Gerasenorum,& Gersenorum regio eadē. 709.an.54.col.1
Gladii,& ignis nomina quomodo Euangelio aptentur.1066.an. 81.col.2
Gladius quid significet hoc loco ex patrū sententia.271. an.56.col.4
Gladius, qui B.Virginis animam pertransiuit,idem fuit,qui Christi fuit ex patrū consensu.271.an.56.col.3
Gladius potius est, id quod est causa doloris,& cruciatus quam ipse dolor.272. ann.56.col.2
Gladius à Simeone prænunciatus, varie accipitur à Patribus. 272. annotat.56. col. 2
Gladius à Simeone pro cruce positus est, in qua Christus erat moriturus. 271. com.
(Gloria in excelsis Deo, & in terra, &c.) quomodo intelligatur.242.annotat.21. col.1
Gratia opus fuit Christo ad munus suum obeundum, & quale id munus fuerit. 277.com.
Gratia Dei qua ratione in Christo esse dicatur.277.an.67.col.2
Gratia Dei in homine, cum homine,& super hominem esse dicitur. 277.ann.68. col.4
Gratia tria significat. 79.an.66. col.1
Gratię aguntur pro beneficiis acceptis.863 an.35.col.2
Gratię nomine quid significetur in istis verbis(& in verbis gratię.)407.ann.40. col.1
Gratię partes in duplici sunt differentia. 81.an.67.col.1
Gratię & amoris differentia.79.annot.66. col.1
Gratię hoc loco significatio.568.anno.56. col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

(Gratiam inuenire) quid sit explicatur. 95. an. 79. col 2
Gregorij pulchra in illa verba (Dignus est enim operarius, &c.) expositio. 844 an. 13. col. 1
Gregorij, & Hieronymi sententia de tentationibus Christi cæteris præferēda. 384 an. 15. col. 1
Gregorii præclara doctrina, prælatis necessaria 334. an. 33. col. 1
Gregorius, qui videtur sentire, Marthā nō sedisse ad pedes Domini, docentis, explicatur. 85. an. 68. col. 1
ישוע Hebræum nomen appellatiuum, & proprium esse solet. 104. an. 85. col. 1

H.

HAereditatis diuisionem, quam a Christo frater aduersus fratrē postulabat, Lucas solus narrat. 1020. annot. 25. col. 2
Hæreditatis diuidendæ potestatem se habere quomodo negauerit Christus. 1023. an 26. col. 2 & an. 27. col. 1
Hæretici nostri temporis quo Euangelii loco abutantur, vt probent prælatos ecclesiasticos non debere se negotiis temporalibus immiscere. 1025. annotat. 28. col. 1
Hæreses quorundam circa Christi conceptionem Lucæ testimonio conuincuntur. 138. ann. 106. col. 2
Hæresis Marcionis verbis Euangelistæ cōuincitur. 18. an. 39 col. 2
Hęresis illa triplex, quę se virginitati Deiparæ opposuit, vnico Angeli verbo conuincitur 154 an. 111. col. 1
Hæresis eorum, qui non aqua, sed igne baptizabant, refellitur. 337. annota. 36. colum. 2
Hæretici B. Virginis Virginitatem post partum permansisse negantes refutantur. 152. an. 111. col. 2
Hæretici negantes B. Virginem in partu permansisse Virginem, refutantur. ibidem.
Hæretici votum virginitatis reijcientes cōuincuntur. 121. an. 94 col. 1
Hæretici aliqui solos viros fuisse redemptos asseruerunt, & non feminas. 64. an. 53. col. 2
Hæretici hoc loco (fides tua saluam te fecit) ad suam impietatem abutentes confutantur. 665 an. 79. col. 1
Hæretici, & Gentiles falso de Christo sentientes, quia filius hominis diceretur, refutantur. 485 an. 45. col. 2
Hæretici negantes Christum veram sumpsisse carnem, refutantur. 699 ann. 39. col. 1
Hæretici prius suos confingunt errores, & postea conantur verba Scripturæ ad eos detorquere. 208. annotatione 160. colum. 1
Hæretici nostri temporis in quo condemnentur a Legisperito, de quo Lucas. 895 an. 48. col. 2
Hæretici quidam duos Deos finxerūt. 975 an. 98 col. 1
Hæretici cur peioris sint conditionis, quā gentiles. 938. an. 61. col. 1
Hæretici reprehenduntur ob negatam B. Virginis integritatem. 153. annot. 111. col. 1
Hęreticorum Spiritus sancti diuinitatem negantium blasphemia cur non sit blasphemia, de qua agitur Luc. 12. 1007. an. 18. col. 2
de Hæreticis, & Schismaticis quinam interpretati sint locum illum Luc. 11. (Qui non est mecum cōtra me est, &c.) 932. an. 56. col. 2
Hæreticorum de ieiunio praua persuasio. 275. an. 61. col. 2
Hęreticorum vesania, & impugnatio contra salutationem Angelicam. 28. an. 71. col. 2
Hęreticorum expositio super hæc verba (Et aliud cecidit in terram bonam, &c.) explodituir. 679 an. 17 col. 1
Hęreticorum sectę circa Virginitatē Deiparę tres sunt. 153. an. 111. col. 1
Hęreticorum aliquorum verbis illis (quod in eo natum est) suum errorem defendentium confutatio. 136. annotat. 103. col. 1.
Hæreticorum quorundam error, natiuitatem Christi negantium, explicatur, & confutatur. 131 annotatione 100. col. 2
Hebręa phrasis futurū pro præterito, siue perfecto ponit. 656. an. 65. col. 1
Hebręi, cum personam familiarem, ac cōmunem compellant, qua voce vtantur. 1021. an. 26. col. 2
Hebræi in quot vigilias noctē diuidebant. 1056. colum. 1

Hebręi

Hebræi quomodo vocem, Nazar, explicent. 59. an. 50. col. 2
Hebraismus est, quando casui instrumenti apponitur præpositio. 167. com.
Hebron ciuitas fuit sacerdotum. 162. ann. 116. col. 1
Helcheitarum hæreticorum error. 998. an. 16. col. 1
Heluidii error. 62. an. 56. col. 2
Hermiani, & Seleuciani igne baptizantes reti lluntur. 337. an. 36. col. 2
Herodes & puella Herodias puniti ob necē Ioannis, & quænam fuerit ea punitio. 343. an. 42. col. 2
Herodes cur dictus sit Tetrarcha. 750. an. 17. col. 2
Herodes tres fuerunt, & de quo Lucas loquatur. 12. an. 2. col. 2
Herodes cur Ioannem in carcerem conicecit. 254. an. 3 col. 1
Herodes non adulterii solum, sed aliorum etiam scelerum a Ioanne arguebatur. 341. an. 40. col. 2
Herodes quomodo dicatur a Luca, Rex à Matthæo, & Marco Tetrarcha. 750. an. 17. col. 2
Herodes, quia precario regnum ab Augusto acceperat, ideo Iudæos censeri passus est. 221. an. 2. col. 1
Herode mortuo, Regnum eius in prouincias fuit à Romanis, diuisum 301. an. 2. col. 1
Herodis de Christo opinio. 752. annot. 20. col. 2
Herodis stultitia, & obstinatio. 753. an. 20. col. 2
Hieronymi verba contra Heluidium explicantur. 256. an. 35. col. 1
Hieronymi, & Gregorii sententia de tentationibus Christi cæteris præferēda. 384 an. 15. col. 1
Hieronymi, & Athanasii de Blasphemia in Spiritum sanctum sententiæ eædem sunt. 1003. an. 7. col. 2
Hierusalem ciuitas est Iudææ, Hierico vero Galilææ. 878. com 2
Hilarij dictum grauissimum de sacræ Scripturæ lectoribus. 208. an. 160. col. 1
Hilarii, Epiphanij, & Theophylacti verba de matrimonio B. Virginis explicantur. 61 an 56. col 2
Hippolyti sententia de cognatione inter B. Virginem, & Elisabeth ab Auctore probatur. 145. an. 105. col. 2
Historia hæc de orando Lucæ 11. sit ne eadem cum illa Matth. 6. 891. an. 2.
Historiæ series ex tribus Euangelistis de paralytico. 471. an. 30. col. 1
Historiæ series de baptismo Christi a Ioāne in Iordane suscepto. 345. annot 45. col. 1
Historiam & aduentus Matris, & fratrum ad Christum Matthæus, & Marcus ordine, Lucas vero non descripsit. 696. ann. 36. col. 2
עלמה virginem significans quam à Iudæis explicetur malitiose. 150. ann. 111. col. 2
חרה varie septuaginta interpretes verterunt. 97. an. 80. col. 1
נערה Naara adolescentulam significat, siue virgo sit, siue corrupta. 15. ann. 111. col. 1
Hodie, in orat. Dom. cur dicatur, variæ expositiones 900. com. & ann. 12.
Homicida, licet grauius peccet, tamen facilius conuerti potest, quam carnalis. 938 ann. 61. col. 2
Hominis verbum multis modis fallax. 148 ann. 110. col. 1
Hominis arbitrium terræ comparatur. 693 anno. 31. col. 1
Hominis partes quot, & quæ sint. 874. an. 49. col. 1
Homines illi, quos Matthæus miratos dicit ex timore, quinam sint. 707. ann 52. col. 1
Homines quomodo culpam originalē contrahunt, & Christus eam non contraxerit. 121. an. 95. col. 2
Homines illi, qui in nomine Christi dæmonia eiiciebant, vtrum essent ex numero credentium. 820 annotat. 114 colum. 1. & 2.
Homines cur mali generaliter dicantur à Christo. 913. an. 28. col. 2
Homines quo pacto rerum temporalium agendarum prudentiam ad spirituales conferre debeant. 1070. com 1. & an. 87. col. 1. & 1071. an. 89. col. 1
Homines Dei miracula, quibus totum vniuersum regit, cur non admirētur. 1040. ann. 49. col. 2
Homines seculi huius quam valde decipiātur. 1035. an. 41. col. 2
Homini descendenti de Hierusalem, & in Hiericho quatuor mala intulerūt latrones. 879. com.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hominum vocatio quorsum capturæ piscium comparata. 452. an. 12. col. 1.
Hominum duplex genus semini secus viã lapso comparatur. 674. annotat. 12. colum. 2
Hominem dæmones cur primum virtutibus spolient. 879. an. 57. col. 1
Homo liberatus à peccato recidit, grauius recidit. 936. an. 59. col. 2
Homo infidelis quotupliciter possit esse peioris cõditionis, quam alter, etiam infidelis 938. an. 61. col. 1
Homo ille, qui se offert Christum sequi, quis fuerit, & quare spretus, & alter vocatus. 828. an. 120. col. 2
Homo, qua ratione Deum iustificare dicatur. 641. anno 53. col. 1. ibidem Patrum sententiæ.
Homo per gratiam à peccato liberatus quidnam præstare debeat. 736. an. 109. col. 2
Homo, quantumcumque iustus, non est, qui sine peccato viuat. 874. an. 50. col. 2
Homo ille non vocatus à Christo, & tamẽ accedens quis fuerit. 832. annota. 131. col. 1
Hora mortis incerta innuitur. 1055. commen. 3
Hospitalitas magna virtus. 883. commen. 2
Hospitio Marthæ ad quid vsus sit Dominus 888. an. 73. col. 2
Hospitium pedes lauandi vetus consuetudo. 657. an. 70. col. 2
Hostes quatuor acerrimi virginitatem matris Dei impugnare conati sunt. 148. anno. 111. col. 2
Humanitas Christi est velut instrumentũ coniunctum, nos vero velut instrumentum separatum Dei secundum Theologos. 277. an. 67. col. 4
Humanitati Christi diuinitas quomodo vnita fuerit. 139 an. 106. col. 1
Humilitas, vt est virtus animi, Græce sem per ταπεινοφροσυνη vocatur quando afflictionem, aut abiectionem significat, ταπεινωσις. 174. an. 126. col. 2
Humilitatis verbum triplicem habet in Scriptura significationem. 174. ann. 126. col. 1
Humilitatem B. Virginis varie Doctores interpretantur. ibid. co. 2
Humilium, & superborum differentia. 156 annot. 113. col. 1
Hypocrita quis dicatur. 965. an. 91. col. 2
Hypocritæ significatio quæ. 590. anno. 79. col. 2
Hypocritarum mos. 986. com.
Hypocritas cur turbas Christus appellet Luc. 10. ibi: Hypocritæ faciem cœli, &c. 1068. com. 2

I.

IAcob cur vasa iniquitatis vocauerit Simeon, & Leui. Genes. 49. 928. annot. 51. col. 2
Iacobus, & Ioannes an fuerint missi nuncij ad Samaritanos. 824. annotatio. 122. col. 2
Idolo Moloch vbinam immolabãt filios, filiasque suas Iudæi. 990. an. 8. col. 1
Ieiunij tempus nullum veteri lege indictũ fuit, quamuis fuerit frequens vsus. 504. anno 70. col. 2
IESVS adhuc puer inter Doctores consedit diuino consilio. 281. annotat. 74. col. 1
IESVS apud Hebræos idem sonat, quod Latinis salus. 102. com. & 103. ann. 85. col. 1.
Ignem, quo Christus venturus baptizaturus dicebatur multis modis explicãt Doctores. 337. an. 36. col. 2
Ignis quomodo animas, & dæmones cruciet. 991. an. 9 col. 1
Ignis corporei proprietates. 1063. com. 2
Ignis quid significet. Luc. 12. ibi. Ignem veni mittere in terram, &c. 1063. com. 2. & an. 78. col. 2
Ignis post Christi passionem in terrã mittendi efficacia. 1065. com. 1
Ignis similitudinem quænam habeant spiritualiter. 1064. an. 78. col. 1
Ignis spiritualis, qui Spiritus sanctus est cum corpore collatio. 1063. com. 2
Ignis & gladii nomina quomodo Euangelio aptari possint. 166. an. 81. col. 2
Ignorantia Iudæi quæ sit, & quę Gentilis. 938. an. 61. col. 2
Ignorantia quinam peccent, qui vero fragilitate, & qui malitia. 1006. annot. 18. col. 2
(Illuminare) dubios reddit auctores. 212. an. 163. col. 1
Immunditia legalis qua lepræ specie contraheretur. 457. an. 16. col. 2
Impœnitentia finalis non est blasphemia in Spiritum sanctum. 1008 annotat. 23. col. 2
Impœnitentia, siue finalis, siue non finalis, non est blasphemia in Spiritum sanctũ. 1006. an. 18. col. 1
Impiorum animæ ante reassumptionem corporum in Inferno cur torquentur. 991. an. 9. col. 2
Improbitas quid significet in parabola. Luc. 11. 909. an. 22. col. 1
Improbitas effectus est impudentiæ. ibidem.
Imprudentia, ac incuria turbarum cur reprehendatur. 1068 com. 1. & 1069. com. 1. & an. 85. col. 1
Impudentia, vt non semper est vitium, ita pudor aliquando est vitiosus. 909 ann. 22. col. 1
(In brachio) Hebraismus est. 178. com.
In mysterio Incarnationis tria sponsaliorum genera celebrata fuerunt. 53. anno. 43. col 2
In, præpositio loco propter, seu, per, in Scriptura vsitata. 210. an. 162. col. 2
(In remissionem) variè legunt, & explicant Doctores. 208. an. 160. col. 1
(In spiritu, & virtute) quid sit, & vtrum idem sit. 36. an. 25. col. 2
(In te complacui mihi) diuersimodè legũt Patres, sed idem est sensus. 352. ann. 51. col. 2
(In testimonium illis) quę de his verbis sit Patrum sententia. 462. annotatio. 22. col. 2
(In vtero) multis de causis Angelus adi nxit. 98. an. 81. col. 1
Incarnatio Verbi summum Dei beneficiũ est. 179. com. 3
Incarnationis mysterium tribus modis potuit manifestari. 52. an. 42. col. 2
Incarnationis mysterium per Angelũ cur sit B. Virgini annunciatum. 52. ann. 43. col. 2
Incarnationis mysterium prius Angelis, quam hominibus innotuit. 52. ann. 42. col. 2
(Incedere sine querela) quid sit. 23. ann. 11. col. 1
Incredulitas Zachariæ in quo consistat. 40. an. 30. col. 2
Incredulitas Zachariæ vtrum peccatum mortale fuerit. 42. an. 33. col. 2
Incredulitas Pharisæorum, & Scribarum omnino damnanda. 642. an. 54. col. 1
Incredulitatis crimen admisit Zacharias, ab Angelo modum, & signum quærendo, quo sibi filius nascretur. 39 annot. 29. col. 2
Increduli qui dicantur, & qui prudentes. 38. an. 27. col. 1
Increpare mare quid sit. 704. annot. 38. col. 1
Increpare quid sit 810. an. 100. col. 1
Infantes aliquando in vtero cõtingit moueri causis naturalibus. 167. annot. 121. col. 2
Infantes etiam nonnulli a Dæmonio vexantur. 935. an. 59. col. 2
Infantes quomodo intelligãtur aliquando puniti pro parentum delictis. 974. an. 98. col. 2
Infantium vita in magno versatur periculo vsque ad octauum diem, tum ob causas particulares, tum ob impressionem orbium cælestium. 185. an. 138. col. 2
Infideles, & impii quomodo resurrecturi sint. 952. an. 77. col. 1
Infidelis vnus quotupliciter possit esse peioris conditionis, quàm alter. 938. anno. 61. col. 1
Ingrati qui sint. 575 an. 62. col. 1
Inimicis, quæ bona sint optanda, & qua de causa diligendi. 547. an 37. col. 1
Inimicis quomodo mala optare liceat. 550. an. 39. col. 2
Inimicos diligendi præceptum partim naturale, partim supernaturale. 550. ann. 38 col. 1
Inimicos diligere maxime est rationi cõsonum, & facile. 572. anno. 59. col. 1. & 523 an. eadem. col. 1
Inimicorum dilectio partim sub præcepto, partim sub consilio cadit. 549. ann. 38. col. 2
Inimicorum dilectionis vtilitas. 572. ann. 59. col. 2
Inimicum an amicum diligere vtrũ maius sit. 551. ann. 39 col. 1
Inimicus, & odio habens quo differant. 544. ann. 43. col. 1
Iniustitiæ in Deo cur nihil esse possit, faciendo quicquid vult. 860. annotat. 81. col. 2
Insidiantes Christo cur Iudæi. Luc. 11. 981. com. 2. & ann. 105. col. 2
Intellectus operatio duplex ad fidem requiritur. 140. an. 107. col. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intellectus vtraque operatio ad fidem donum Dei est, & gratia. 140. annot. 107. col. 2
Intercessor à tribus circumstantiis solet commendari; quibus B. Virginem prædictam fuisse ostenditur. 101. anno. 83. col. 2
Interpretatio mystica horum verborum, (surge, & tolle lectum tuum) 486. ann. 46. col. 2
Interpretatio nominis trium Angelorum Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis. 55. an. 46. col. 2
Interpretatio Tertulliani de Domino Sabbati probatur. 520. an. 9 col. 1
Interpretatio varia vocis huius partem, Luc. 12. ibi: Partemque eius ponet, &c. 1061. an. 74. & 75. col. 1
Interpretatio quam auctor attulit illorum verborum: Nolite in sublime tolli. Luc. 12. vnde optima omniũ probetur. 1046. an. 36. col. 1
Interpretatio varia verborũ illorum: sint lumbi vestri præcincti. 1050. com. 3. & 62. col. 2
Interpretationes variæ Patrum super his verbis (Quia nemo commissuram &c.) 507. an. 73. col. 1
Interrogatio sapiens aliquando fortissimũ est argumentum veritatis. 281. com. 2
Interrogatio quænam sit commendabilis. 573. com. 2
Interrogatio discipulorum an statim post parabolam sit facta. 681. an. 19. col. 1
Interrogatione cur nonnunquam Dominus vtatur. 1059. an. 73. col. 1
Interrogationem, qua Legisperitus apud Lucam Christũ interrogat. (Et quis est meus proximus) quidam in bonam; quidam vero in malam partem interpretãtur. 877. an. 55. col. 2.
Interrogationes diuersis modis in Scripturis fieri consueuerunt. 284. annot. 78. col. 2
Inuidiæ natura quæ sit. 411. annotat. 44. col. 1
Inuidia effectus tres sunt. 412. annota. 44. col. 1
Inuidus adulatori contrarius. 412. an. 44. col. 1
Ioanna vxor Chusæ Christum de consensu mariti sequebatur. 671. an. 7 col. 1
Ioannes multis de causis Angelus dictus. 304 an. 16. col. 2.
Ioannes quomodo vox dictus sit. 309. an. 13. col. 2
Ioannes Baptista Iudeis grauitatem, & antiquitatem peccatorum obiicit. 319. com. 2
Ioannes cur baptizaret si per eum baptismum non remittebantur peccata. 308. an. 12. col. 2
Ioannes optimè sic vocatus fuit ab eucnu. 188. com. 4
Ioannes merito lucerna appellatus est. 318 an. 16. col. 1
Ioannes quomodo eos increpauerit quorũ vitam, & mores ignoraret. 332. ann. 23. col. 2.
Ioannes cur prænuncietur magnus futurus. 20. an. 20. col. 2
Ioannes Baptista paucis verbis misericordiam proximo exhibendam comprehendit. 328. com. 5
Ioannes vocatus est Angelus, lucerna, & vox ob tria munera, quibus functus est. 311. an. 16. col. 1.
Ioannes quomodo maior cæteris dicatur. 636. ann. 47. col. 2
Ioannes cur in deserto prædicare cœperit. 310. an. 15 col. 2
Ioannes quid voluerit clamans indicare. 310. an. 14. col. 1
Ioannes quomodo baptismum pœnitẽtiæ prædicauerit in remissionem peccatorum. 307. an. 11. col. 2
Ioannes semper se negans Christum esse, suum baptismum Christi baptismo cur postponat 334. ann. 34. col 2
Ioannes singulari modo propheta Altissimi dictus est, & quare 206. an. 156. col. 1
Ioannes vtrum ab infantia in deserto fuerit. 216. an. 167 col. 1
Ioannes Baptista cur plusquam propheta dicatur. 635 ann. 44 col. 1
Ioãnes tametsi à Christo baptizatus fuit, tamen statum, & conditionem tibi non fuit adeptus. 639. an. 50. col. 2
Ioannes Baptista fuit etiam Apostolus, 971. an. 97 col. 2
Ioannes Baptista cur non filius sponsi, sed amicus dictus sit. 505. an. 71. col. 2
Ioannes cur loco filij B. Virgini fuerit, moriente Christo. 272. an. 57 col. 4
Ioannes quomodo pararet Domino plebẽ perfectam. 38. an. 28. col. 2
Ioannes cur à vino, & sicera abstinuerit. 32 ann. 22. col. 1

Ioannes cum exultauit in vtero, vtrum acceperit gratiam, reliquasque virtutes, & vsum arbitrii, & nouerit Saluatorem. 163. an. 118. col. 2
Ioannes gratia Dei dicitur. 188 com. 4
Ioannes varijs de causis magnus erat corã hominibus. 30. an. 21. col. 2
Ioannes quomodo Christum venturũ prænunciauerit. 635. an. 44 col. 1
Ioannes quibus rebus cæteros superauerit, ita vt illis maior dici meruerit. 637. an. 48. col 1
Ioannes qua ratione propheta, & plusquam propheta dicatur. 634 annot. 44. colum 2
Ioannes Baptista quorsum (quasi dubius de Christo) quærat quod nouerat. 626. an. 34. col. 1
Ioannes ob triplex munus triplici à Christo nomine insignitus fuit 38 com. 1
Ioannes cur nullum miraculum fecerit. 37. an. 25. col. 1
Ioannes Baptista cur plusquam propheta dictus sit. 49 an. 39. col. 1
Ioannis, & Christi baptismus in quibus conueniant 336. an. 35. col. 1
Ioannis Baptistæ stabilitatem, & constantiam laudat Christus. 633. annota. 42. colum. 1
Ioannis conceptio cur Zachariæ reuelata sit, antequam fieret: cõceptio verò Christi Ioseph, postquam iam facta esset. 102 an. 84. col 1
Ioannis Baptistæ interfectionis cur non meminerit Christus. 979. annot. 100. colum. 1
Ioannis in vtero exultatio quare facta. 167. an. 121. col. 2
Ioannis Baptistæ personã, & munus plurima commendant. 103 an 6. col. 2
Ioanne Baptista nato promulgarum est edictum Cæsaris 219. com 2
Iob fuit sacerdos. 262. an. 39. col. 2
Ionas quomodo fuerit figura Christi. 947. an. 71. col. 2
Isaiæ locus cap. 61. explicatur. 399. an 31. colum. 2
Iordanis è duobus fontibus oritur, & a mari mortuo absorbetur. 305. annotatio. 8. colum 1
Ioseph, & B. Virgo vterque de stirpe Dauid erant. 223. com. 2
Ioseph idem quod auctus, seu accrescens. 71 an. 51. col. 2
Ioseph non senex, sed matutæ ætatis fuit, quando B. Virginis sponsus factus est. 72 an. 59. col. 1
Ioseph erat de domo Dauid. ibid. ann. 60. col. 2
Ioseph cur a pictoribus senex pingatur. 72. an. 59. col. 2
Ioseph semper virgo permansit. 71. an. 59. colum. 2
Ioseph quomodo Christi pater sit dictus. 267. an. 51. col 1
Iosephi error in constituendo duas descriptiones. 220. an. 1. col. 2
Iosias Rex Iudę cur contaminauerit Tophet. 990. an. 8 col. 1
Irrue e hoc loco quid significet. 413. an. 1. colum. 1
Isaias, & Angelus, quomodo conueniant, cum ille Emanuelem; hic verò IESVM Dominum appellandum dicat. 105. an. 86. col. 1
Isai Dauidis pater Bethlehemita erat, 223 com. 3
Itineris ratio apud Iudæos. 278. anno. 58. col. 1
Iudęi, nisi crebro lauerint manus, non mãducant. 957. an. 83 col. 2
Iudęi multis de causis doctrinam Christi admirabantur, 418. an. 52. col. 1
Iudæi quare Christum extra ciuitatẽ eiecerint, dum volebant ipsum præcipitare. 415. an. 49. col 1
Iudæi cur Christo fuerint irati. 414. an. 48. col. 2
Iudæi, quod signa petant, cur a Christo reprehendantur, 944. annotatio. 67. colum. 1
Iudæi quot modis Christo contradixerũt. 270. com.
Iudæi quare surrexisse dicãtur, qui in Christum crediderunt. 269. an. 54. col. 1
Iudęi mixtim habitare potuerunt, prout libuit, sed possessiones mutare non poterant, 57. an. 48. col. 1
Iudęi quare viperarum sint genimina vocati. 320. an. 22 col. 2
Iudęi nomen (עלמות) virginem significãs, malitiosè interpretantur, 150. ann. 111. colum. 2
Iudęi, & gentes diuersimode in tenebris sedebant, 212. com.
Iudęi virginitatem B. Virginis negantes, septuaginta interpretum auctoritate refelluntur, 151. an. 111. col. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæi virginitatem Deiparæ negantes sanctarum scripturarum testimonijs, & auctoritate conuincuntur. 150. annot. 111. colum. 2.
Iudæi tribus anni solemnitatibus in Hierusalem ascendebant ex Dei præcepto, 278. an. 68. col. 1
Iudæi immerito Christum reiiciunt, quia Nazarænus est. 61. an. 51. col. 1
Iudæi virginitatem Beatæ Virginis negantes quomodo conuincantur. 150. an. 111. colum. 2
Iudæi vbinam filios filiasque suas immolabant. 990 an. 8. col. 1
Iudæis grauitas, & antiquitas peccatorum a Ioanne Baptista obiecta. 319. comment. 2
Iudæi mensem Martium primum anni habebant. 46. com.
Iudæi, in veteri testamento, vitæ æternæ notitiam, promissionem, & spem habuerunt. 873. an. 48. col. 1
Iudæi ignorantia quæ sit, & quæ Gentilis. 937. an. 61. col. 2
Iudæi quamobrem puniendi dicantur pro omnibus homicidijs, quorum plurima non commiserunt, variæ sententiæ. 972. an. 98. col 2
Iudæi, cum & dixerint, & cogitauerint Christum in Beelzebub eijcere dæmonia, cur ipse ad cogitationes eorum tantum responderit. 918. commen. & annot. 36. col. 2
Iudæi etiam, & alij increduli, qui Christum vrsu corporeo, & aure viderunt, & audierunt, cur comprehendantur illis verbis (Beati qui vident, &c.) 870. an. 44. colum. 1
Iudæi quoties à Christo petierint signum. 946. an. 70. col. 2
Iudæi increduli quomodo nunc in peiori statu esse dicantur, quàm fuerint in idolatriæ statu. 937. an. 61. col. 2
Iudæis cur vere dictum sit (Erunt nouissima hominis illius peiora priori bus. 949 an. 60. col. 2
Iudæis mos fuit populos per familias describere. 222. an. 3. col. 1
Iudæis cur signum Ionæ solum promittat Christus, cum tamen multa alia ediderit. 945. an. 69. col. 2. & ann. 70. col. 2. & 947. com. & an. 71. & 949. an. 63.
de Iudeis quomodo explicentur verba illa Luc. 11. (Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus, &c.) 937. an. 60. col. 1
Iudæorum stulta opinio de Dæmonibus. 917. an. 33. col. 1
Iudæorum error de temporali Messiæ Regno. 113. an. 89
Iudæorum, & Gentium in Dei sanctificatione discrimen. 895. an. 6. col. 2
Iudæorum ruina diuersis vocibus in scriptura notatur. 268. com. 2
Iudæorum calumniæ respondentes Patres, quomodo intelligendi. 113. annot. 89. col. 2
Iudæorum incredulitatem Christum non recipientium, quia Nazarænus erat, nullo modo posse excusari, multis rationibus probatur. 62. an. 51. col. 2
Iudeorum conuersionis difficultas ex scripturis ostenditur. 938. an. 61. col. 1
Iudæorum, qui Christum non receperunt, duo genera. 951 an. 76. col. 2
Iudæorum malignitas in quo lõgè maior ostendatur, quam Magorum Pharaonis. 916. com. 2
Iudæorum malitiam reprehendens Christus cur patrum eorundem meminerit. 943. an. 66. col. 2
Iudæorum graue peccatum quod fuerit. 1068. an. 85. col. 2
Iudæus legem veteris testamenti non obseruans cur peccet, cum tamen ea sit ipsi mortifera. 939. an. 61. col. 2
Iudaici populi status quadruplex. 937. an. 60. col. 1
Iudam cur Christus elegerit, quem proditorem nouerat. 530. an. 23. col. 1
Iudas vnde sit dictus Iscariotes. 530. an. 21 col. 1
Iudas, & cæteri Apostoli quare non sint obvnam vnctionem indignati, vt ob aliã. 654. an. 67. col 2
Iudex quis intelligatur, quis vero Princeps. Luc. 12. ibi: Cum autem vadis cum aduersario tuo, &c. 1071. an. 88. col. 2
Iudices calumniatorum Christi quomodo futuri intelligantur ipsorum filij, ibi (Ideo ipsi iudices vestri erunt) 922. com. & an. 42
Iudicia, iustitiæ, mandata, & testimonia quomodo in scriptura differant. 19. ann. 10. col. 2
Iudicij tempore omnes etiam infideles, cõparebunt. 952. an. 77. col. 1
Iudicium duplex, vnum discussionis, alterum sententiæ. ibid.

Iuliani Pelagiani error damnabilis, negantis verum matrimonium inter B. Virginem, & Ioseph fuisse. 68. an. 56. col. 1.
Iulianus, & Porphyrius Matthæi vocationem irridentes refelluntur. 491. ann. 55. col. 1
Iuramẽtum Abrahæ præstitum quodnam fuerit. 201. an. 152. col. 2
Iuramentum quomodo à testamẽto distinguatur. 200. com.
(Iusiurandum) sine verbo positum varias inuexit explicationes recentiorum. 200. an. 152. col. 2
Iustificandi verbum in scriptura quomodo sæpe accipiatur. 877. annotatio. 55. col. 2
Iustificare in illo Lucæ (volens iustificare seipsum, &c.) quid significet. 877. an. 55. col. 2
Iustinus Spiritum sanctum ipsum filium Dei vocat. 124. an. 97. col. 1
Iustitia, & sanctitas parẽtum quatuor modis filijs prodest. 7. an. 9 col. 1
Iustitia Regni Dei cur bona opera dicantur. 1047. com. 1. & an. 58.
Iustitia est triplex. 19. com.
Iustitia duplex est, alia ex lege, alia ex fide Christi. 6. an. 8. col. 1
Iustitiæ est, quod vni Deus lumen suum neget; quod verò alteri infundat, misericordiæ. 863. an. 35. col. 1
Iustitiæ, & sanctitatis nomine quid intelligatur. 204. com.
Iustitiæ mandata, iudicia, & testimonia in Scriptura quomodo differant. 19. an. 10 col. 2
Iustitiam moralem, aut legalem nemo potest perfectè sine fidei iustitia assequi. 19. com.
Iusti ante Euangelium in statu seruorum erant. 893. an. 4. col. 1
Iusti cur vt busco mparentur. 511. an. 29. al. col. 1. & 2
Iustorum opera quomodo alijs prosint. 541. an. 31. col. 2

I.

Labor improbus quid sit. 909. anno. 22. col. 1
Lampades in manibus tenebant milites, Gedeone aduersus Madianitas pugnante. 1054. an. 64. col. 1
Lancea, quæ Christi aperuit latus, ille est gladius, qui B. Virginis animã pertransiuit. 272. an. 56. col. 3
Lapis offensionis, & petra scandali quomodo inter se differant. 269. annotatio. 53. colum. 1
Lapidis, Serpentis, & Scorpionis nominibus quid significetur. Luc. 11. 911. & 912. com. & an. 27. col. 2
Lapidum nomine quidnam intelligatur. 326. an. 27. col. 1
Largitas Dei erga iustos peccantes. 28. an. 19. col. 2
Latrones sunt, qui in vijs depredãtur. 878. com. 3
Laudare, gratias agere, benedicere quomodo differant. 264. an. 46. col. 4
Laus, & benedictio hominum quęnam improbetur. 546. an. 36. col. 1
Laus est manifestatio quædam virtutis. 863. an. 35 col. 2
Lazari cur mentio non fiat apud Lucam, ibi (Et mulier quædam Martha nomine excepit eum, &c. 884. an. 65. col. 1
Lectio varia sententię illius. Luc. 12. Et quid volo, nisi vt accendatur. 1064. anno. 79. col. 2
Lectio, & interpretatio varia illius loci (si in digito Dei ejicio dæmonia, &c.) 923. an 43. col. 2
Lectio varia Euangelistarum circa verba (Patris, & sanctorum Angelorum. 776. an. 51. col. 2. eorumque verborum explicatio. 777. an. 52. col. 2
Lectio varia in textu Græco de annis viduitatis Annæ prophetissæ. 275. an. 60. col. 1
Lectio varia huius loci (Imperauit febri.) 432. an. 77. col. 1
Lectiones variæ de istis verbis (quem dicunt esse turbæ) citantur. 762. annot. 35. colum. 1
Lege purificationis non fuit comprehensa Deipara. 255. an. 35. col. 2
Legem veteris testamenti non nosse cur Iudæo melius esset. 939. annotatio. 61. colum. 2
Legis transgressor à Scribis, & Pharisæis Christus reputabatur. 872. com. 2
Legio quid sit, & quid per eam hoc loco significetur. 717. an. 67. col. 1
Legisperiti responsio apud Lucam cur à Christo commendetur. 876. comment. 2. Idem quomodo recte responderit. ann. 53. col. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Legisperiti historia, quam Lucas refert, an sit eadem cum ea, quam Matthæus, & Marcus referunt de Legis doctore. 872. an. 46. col. 1
Legisperitus, de quo Lucas, quo animo ad Christum accesserit. 872. com. 2. & ann. 47. col. 1
Legisperitus, apud Lucam, sapienter post primum legis præceptum, secundum exposuit. 876. com. 1
Legisperitus, apud Lucam, quos putabat solum proximos esse. 881. annotatio. 62. colum. 2
Lepra aliquis duplici modo esse potest plenus. 457. an. 16. col. 2
Leprosi reuerentia fuit vera adoratio. 458. an. 18. col. 1
Leprosi prudentia multis circunstantijs declaratur. 460. an. 20. col. 1
Leprosi verborum duplex sensus, & vter textui accommodatus. 459. annotat. 19. colum. 1
Leprosum, cur Iudæis fuerit prohibitum tangere, donec lepra totum corpus non occupasset, naturalis ratio datur. 125. annot. 138 col. 2
Leprosum cur tetigerit Christus, cum id lege prohibitum esset. 461. annotat. 21. col. 1
Leprosus iste Christi diuinitatem credidit. 458. an. 19. col. 2
Leprosus quomodo non violauerit Christi præceptum. eius miraculum reuelando. 470. an. 29. col. 2
Leprosus, vtrum solo Christi verbo, vel solo tactu, an vtroque simul sanus sit factus 464. an. 23. col. 1
Leprosus cur miraculum manifestauerit, quod Christus manifestare prohibuerat 469. an. 29. col. 2
Leuitica tribus nullam certam possessionem in diuisione terræ promissionis obtinuit. 162. an. 116. col. 1
Leui, & Iuda tribus nobilissimæ fuerunt. 14 com. 2
Lex vetus cur cessauerit adueniente Euangelio. 511. an. 79. col. 2
Lex non prohibuit tangere leprosum, sed tangentibus indixit immunditia pœnã. 461. an. 21. col. 2
Lex, & Euangelium ab eodem spiritu profecta, sed diuerso fine, & effectu. 825. an. 123. col. 2
Lex vetus numero quinario cur fuerit cõprehensa. 49. an. 40. col. 1
Lex Deuteron. 24. quid prohibeat. 972. an. 98. col. 1
Lex naturalis, & eorum, quæ facere oportet, notior est Iudæo, quam Gentili. 939. an. 61 col. 2
Lex veteris testamenti cur Iudæo sit mortifera, eam tamen si non obseruet, peccet. ibid.
Liberatio à seruitute Aegyptiaca figura fuit liberationis generis humani. 47. an. 38. col. 1
Ligatio, seu obligatio, qua Luc. 11. dicitur à Christo ligatus Dæmon, quomodo differat ab illa, de qua in Apocalypsi. 931. an. 54. col. 1
Ligatus Dæmon quomodo, & vbi dicatur à Christo, & qualis fuerit eius alligatio, variæ sententiæ. 929. an. 54. col. 1
Liliorum exemplo ad amouendam vestimentorum à Discipulis solicitudinem cur vsus sit Dominus. 1041. annot. 50. colum. 2
Littera T. mysterium crucis indicat. 105. an. 85. col. 1
Loca inaquosa Luc. 11. siue arida, vt est apud Matth. quid significent. 933. an 57. col. 2
Loci illius Luc. 12. Nolite in sublime tolli, varia interpretatio. 1046. an. 54. col. 1
Loci illius (Videbam Satanam, &c.) varia expositio. 854 an. 25. col. 1
Loci illius: Veruntamen quod superest date eleemosynam, &c. Luc 11. varia expositio. 960. com. & an. 87. col. 2
Loci illius Luc. 11. (Cum immundus spiritus exierit, &c.) expositio. 633. com. & anno. 57. col. 2
Locus Isaiæ 61. exponitur. 399. annot. 32. col. 2
Locus Pauli de regno Christi explicatur. 116. an. 91. col. 1
Locus Marci de vocatione infirmorum explicatur. 750. an. 16. col. 1
Locutio Christi comparatiua est in his verbis (non veni vocare iustos) 496. an. 63. colum. 1
Locus Matthæi 11. (Inter natos mulierũ) explicatur. 270. an. 54. col. 1
Locus Lucæ (venisti perdere nos) explicatur. 423. an. 57. col. 1
Locus Numer 11. explicatur. 421. an. 115. colum. 1
Locus 2. Petri 1. de voce, explicatur. 796. anno. 77. colum. 1
Locus Isaiæ septimo explicatur. 687. ann. 25. col. 1
Locus ille (Porro vnum est necessarium) variè interpretatus, & quæ interpretatio optima sit, 887. an. 71. col. 1
Locus ille Luc. 11. (qui nõ est mecum, &c.) explicatus. 932. com.
Locus ille (& cum proiecisset, &c.) quomodo Doctores exponant. 427. an. 62. col. 1
Loculum tribus de causis tetigit Christus, 427. an. 30. col. 2
Locutiones Patrum de vnitate personæ Christi cum limitatione legendæ. 135. an. 102. col. 2
Lotiones varias cur spreuerit, ac reprehenderit Christus in Pharisæis. 958. annot. 84. col. 2
Lotiones ante cibos facientes Iudæos quoties reprehenderit Christus. ibid.
Lucas cur seriem generationis Christi vsque ad Adam produxerit. 367. anno. 62. colum. 2
Lucas cur dæmonium vocauerit immundum. 419. an. 53. col. 2
Lucas multa dicitur à Beata Virgine didicisse de infantia Saluatoris. 7. anno. 6. colum. 2
Lucas quam particulam omiserit orationis dominicæ. 693. an. 5. col. 2
Lucas multa scripsit, quæ alij Euangelistę reliquerant, & quænam ea sint. 9. an. 9. colum. 1
Lucas cur vnius tantum Gentium Imperatoris, & quatuor Principum Iudęorũ meminerit. 302. an. 4. col. 1
Lucas cur non, vt Matthæus, dicit Mathat genuit Heli, sed tantum asserat, qui fuit Heli, &c. 359. an. 57. col. 2
Lucas his verbis (Anno quintodecimo Imperij, &c.) tres prophetias de Christi aduentu esse completas indicat. 300. ann. 1. col. 1
Lucas cur post baptismum Christi eius genealogiam recensuerit: Matthæus vero ante natiuitatem, 360. an. 57. col. 1
Lucas cur ascendendo, Matthæus vero descendendo Christi scripserint genealogiam. 360. an. 57. col. 1
Lucas solus cur præfatione vtatur. 4. col. 1
Lucas cur suum Euangelium a Ioãnis Baptistæ conceptione, & natiuitate exordiatur, 12. com.
Lucas cur dicat multos conatos esse Euangelium scribere, & de hac re Doctorum opiniones. 4. col. 2
Lucas solus narrat historiam diuisionis hereditatis, quam a Christo frater aduersus fratrem postulabat. 1020. annot. 25. colum. 2
Lucernæ accensę, de qua in Euangelio, varia interpretatio. 953. an. 79. col. 2
Lucernæ parabolam quoties, & cur protulerit Christus. ibid.
Lucernas ardentes in manibus quid sit. 1052. com. & an. 63. col. 2
Luctus, de quo Lucas loquitur, diuersus ab eo, quem Matthæus refert. 558. ann. 29. colum. 1
Lumen quid significet ibi: Vide ergo ne lumen, quod in te est, &c. Luc. 11. 956. anno. 80. col. 1
Lumine Euangelij Christus vmbras legis, & Gentium tenebras depulit. 48. anno. 38. col. 1
Lunaticum esse, & spiritum malum habere vtrum idem sit. 804. annotatio. 89. col. 2
Lysanias, cuius Euangelista facit mentionem, quis fuerit, non constat. 302. ann. 4. colum. 1

M.

MAcedoniani hæretici quo scripturę loco abusi sint, ad probandum Spiritum sanctum minorem esse Patre, nec eiusdem substantiæ cum eo. 867. an. 40. colum. 1
Machabęos, qui mortem elegerunt potius, quam porcinis vescerentur, cur inter Martyres reponit Ecclesia. 898. ann. 16. colum. 1
Magi Pharaonis quid intellexerint per digitum Dei 924. an. 44. col. 2
Magistratus, Potestas, & Synagoga quomodo differant. 1020. com. 1
Magorum aduentus quãdo factus sit. 276. an. 64. col. 2
Magna quomodo quædam dicantur, cum sint parua. 927. an. 48. col. 1
Magnificandi modus triplex est. 171. anno. 124. col. 2
(Magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa) phrasis Hebræa est, eiusque significatio. 183. com. 2
Magnus tribus modis aliquis dici potest. 30. an. 21. col. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mala sine gratia,& ex nobis facimus; bona vero in gratia, & virtute Christi, 993. an.14.col.2
Maledicere quot modis contingat. 555.an. 44.col.2
Maledicere quando alicui liceat. 556.ann. 44.col.1
Maledicere quid significet, 555.com.
Maledictionis loco cur benedictionem populo Dei impertitus sit Balaam. 1020. an.24.col.1
Mali cur homines vniuersaliter dicantur à Christo.913.an.28.col.2
Malis , & reprobis cur in hoc seculo bona temporalia concedantur, 1026.ann.32. colum.2
Malitia quinam peccent, qui vero fragilitate,& qui ignorantia.1006.an.12.col.2
Malitiam Iudæorum reprehendens Christus cur patrum eorundem meminerit. 943.an.66.col.2
Malum omne tentatio est.906.an.17.col.1
Malum in petitione septima orationis dominicæ quid significet. 906.an.17.col.1
Mandata , iustitiæ, iudicia , & testimonia quomodo in scriptura differant. 9.ann. 10.col.2
Manichæi, Valentinus,& alij hæretici falso suum errorē loco illo Matthæi(quod in ea natum est) defendunt, eorumque confutatio.136.an.103.col.2
Manichæorum error.960.an.85 col.2
Manichæorum error,dicentium aliquas animas esse natura malas. 594.an.82.c.1
Mansuetudo,ac clementia Christi summa, respondendo calumniantibus, ipsum in Beelzebub eijcere dæmonia,quid sibi velit.919.an.37.col.1
Manus,idest,virtus Domini,multis modis in Scriptura vsurpatur. 190.anno.143. colum.2
Manus cur non ablnerit Christus ante prandium , cum esset inuitatus à Pharisæo , 958.com.2 & an.84.col.2
Manuum, aliasque lotiones cur spreuerit , ac reprehenderit Christus in Iudæis. 959.an.84.col.1
de Manuum , alijsq; lotionibus ante cibos quoties Pharisæos reprehenderit Dominus. 958.an.84.col.2
Marcion hæresis conuincitur. 860.ann.31. colum.1
Marcion Euangelistæ auctoritate conuictus, 467.an.26. ol.1
Marcion alium Deum noui,alium veteris testamenti asserens exploditur , 510.an. 76.col.1
Marcion hæreticus qua Euangelij sententia probabat alium Deum esse noui , alium veteris testamenti , 1022.ann.27. colum.1
Marcion Hæreticus quæ Euangelij verba eraserit,& cur, 975.an.99.col.2
Marcion hæreticus, probans Christum Veteri Testamento cõtrarium, confutatur, 463.an.22.col.1
Marcionis calumnia contra Euangelium exploditur, 564.an.51.col.1
Marcionis error verbis Lucæ conuincitur. 48.an.39.col.2
Marcionis hæretici stolidissimus error varie confutatus, 868.an.4 .col.1
Marcionitæ Christum omnino de muliere generatum negant,270.an.55.col.4
Marci verba ex Isaia sumpta cap.6.quomodo sint intelligenda.683.an.23.col.2
Marcus,Matthæo,& Lucę de virga loquentibus concordatur,742.an.6.col.1
Marcus,& Lucas,quomodo conueniant,cũ hic dicat dæmonem discerpsisse hominem,ille vero ei nihil nocuisse. 428.an. 63.col.1
Maria Magdalena soror fuit Lazari,& peccatrix, 670.an.5.col.1
Maria,& Ioseph vterq; erant de domo Dauid, 72.an.60 col.2
Mariam Virginem toto vitæ tempore nullum actuale peccatum habuisse, dogma est fidei, 902.an. 13.col.1
Martha cur prudenter ad Christum , non ad sororem sermonem conuertit. 886. comment.1
Martha, cur sola dicatur recepisse Christũ in domum,non autẽ Maria. 883.com.2
Martha Martha, vox hæc sic geminata qd significet, 886.com.2.& an.70.col.2
Martha suum præferens officium petebat Mariam à proposito remoueri , 887.an. 72.col.2
Martha non incusat Christum, sed sorores illis verbis (Domine non est tibi cura,) 885.com.2.& an.69
Marthæ conquerentis verba vnde processerint,886 an.69.col.1
Marthæ cur præparandi conuiuij cura magis incumbebat.884.com.2
Martham ob quid reprehenderit Christus, ibi(Martha,Martha,&c.)varię sentẽtiæ,

886.annot.70.colum.2
Martham discurrendo,& transeundo vidisse Dominum, nõ legitur in Euangelio, quod autem sederit insinuatum habemus, 885.an.68.col.1
Martham etiam cum Maria ad pedes Domini docentis consedisse vnde colligatur,824.com.1.& an.66
Martius mensis cur a Domino electus sit ad conceptionem suam secundum carnem.46.an.38.col.2
Martius primus fuit mensis anni secundum computationem Iudæorum. 46. comment.
Martyrium Beatæ Virginis quomodo contrarium fuerit martyrio Sanctorum. 273.an.57.col.1
Martyrium baptismus sanguinis appellatur à Patribus,997.an.15.c.2
Mater Dei sine peccato cõcepta fuit ex priuilegio,non autem natura propagationis, 166.an.119.col.1
Mater Christi , non autem Christus ipse , beatificatur illis verbis , Beatus venter, &c.941.com.1
Matris fęlicitatem, quod cum genuerit,vtrum neget Christus verbis illis : Quinimmo beati,qui audiunt verbum Dei, &c.941.an 64.col.2
Matthæi locus (inter natos mulierum)exponitur.270 an.54.col.2
Matthæo conuiuium exhibente cur tot Publicani eo cõuenerunt, 492.an.57.col.2
Matthæus cur maxillæ dexteræ mentionẽ faciat,non vero Lucas, 562.an.49.col.1
Matthæus,& Lucas quomodo conciliandi in hac Christi sententia (vt v dentes nõ videant,)682.an.21.col.1
Matthæus,& Marcus circa prohibitionem calceorumconcordantur, 747.an.11.c.1
Matthæus si omnia reliquerit , quomodo Christo conuiuium facere potuerit,492 an.56.col.1
Matthæus cur Christo conuiuium fecerit, 491.an.56 col.2
Matthæus tentationes Christi eo ordine , quo factę sunt describit,382.an.15 col.2
Matthæus cur descendendo, Lucas vero ascendendo Christi scripserint genealogiam,360.an.57.col.1
Matthæus,& Lucas, quomodo in Ioannis Baptistæ verbis conuenient,320.anno. 21.col.1
Matthæus cur non simul cum alijs Apostolis vocatus sit, 490.an.54.col.1
Matthæus cur ante natiuitatem Christi , Lucas verò post Baptismum eius genealogiam recensuerit,360.an.57.col.2
Matthæus,& Lucas,quomodo in proxima sententia conueniant , (& stetit in loco campestri,) 531.an.24.col.1
Memoria Dei eorum,quos in ciues cęlorũ elegit, cur liber dicatur, in quo illi scripti sunt, 858.an.18.col.1
Mendacium dæmonis detegitur, 387.ann. 18 colum.1
Mercenarius dignus est mercede &c.)quomodo sit intelligendum, 844.a.13.col.1
Messiam Iudæi quomodo soliti erant appellare,916.an.32.col.1
Messias appellatur à Iacob,desiderium collium æternorum,871.an.45.col.1
Metaphora messis cur Christus sit vsus, & quæ sit hæc messis,837.an.4.col.1
Milites , Gedeone contra Madianitas pugnante,lampades in manibus habebãt : 1054. an.64.col.1
Milites tribus plerunque peccatis obnoxij sunt,& quæ nam illa sint, 532.com.2
Militiæ cęlestis in Scriptura duplex acceptio,239.an.19.col.1
Ministri Ecclesiæ quales debeant esse, 526. an.17.col.1
Minor in regno cęlorum quomodo maior Ioanne dictus sit,638.an.50. col.1
Minutum quid sit, 1071.com.2
Mirabilia tria mense Martio acciderunt , 46.an.38.col.2
Miracula eadem Christi quàm diuersos in Iudęorum animis effectus produxerint, 917.an.35.col.2
Miracula cur signa appellet Christus,945 an.69.col.2
Miraculorum virtute cur in hoc sæculo nõ sit vsa B.Virgo, 80.a.67.col.1
Miseria diuitis auari quanta sit, 1027.an 33.col.2
Misericordia Dei erga diuitem illum Luc. 12.in quo appareat.1033. an.41.col.1
Misericordia Christi in tactu leprosi elucet 461.an.21.col.1
Misericordia Samaritani in eum, qui inciderat in latrones,licet conditionem Samaritani longe superet, nomini tamen optime respondet.880.com.2
(Misericordiã volo non sacrificium,) quid sit, 297.an.61.col.1.& 2
Misericordiæ est , quòd vni Deus lumen suum

Universidad de Deusto
Biblioteca

suum infundat; quod autem alteri neget, Iustitiæ 863.an.35.col.1

Misericordię mentionem, & non dilectionis potius, cur Scriptura sępe faciat. 210.an.161 col.1

Misericordię descriptio.209.an.ead.

Millionum genera a Deo facta sex in Scriptura referuntur.50.an.41.col.1

Modestia,& prudentia Centurionis, 611. an.15.col.1

Modestię causa non dixit Christus,qui me videtis,sed,qui vident,quæ vos videtis. 870.com.1

Modum sese mundandi quem docuit Christus Pharisæos.960.com.

Montana Iudææ quænam illa fuerint, in quæ abijt B Virgo.160.an.115.col.2

Montani hęretici quadragesima explodituR.506.an.72.col.1

Mors in Scriptura somnus,& mori dormire vocatur.735.an 106.col.1

Mois futura quomodo anxium reddebat Christum.1065.com.& an.80

Mortem suam cur baptismũ appellet Christus.ibid.

Mortis hominum hora incerta vbinam in Euangelio significetur.1055.com.4

Mortis nomine regio significatur à gentribus idolatris habitata. 213.an.164.col.1

Mortui mortuos sepelientes qui sint.830. an.129.col.1

Mortui illi tres à Christo suscitati quid significent.620.an.27.col.1

Mortuorum suscitatio quomodo fuerit signum aduentus Messiæ.629.an 37.c.2

Mos fuit Iudæis populos per familias describere.222.an.3.col.1

Mos Scripturæ cur sit post generale explicare particulare.1010.an.19.col.1

Moyses, & Elias an locuti sint cum Christo de eius excessu.787.an.65.col.2

Moyses, & Elias quomodo in transfiguratione Domini dicti sint visi à Discipulis.784 an.62.col.1

Moyses fuit Propheta, & Apostolus. 971. an.97.col.2

Moyses,& Elias à quibus sint visi,& quomodo in transfiguratione appꝛuerint. 782.an.61 col.2

Moyses, & Elias quare loquerẽtur de morte cum Christo.787.an.65.col.1

Moysis præceptum de oblatione pro Leprosi emundatione quomodo intelligẽdum.468.an.27.col.1

Mulier alabastrum habens, vt Christum vngeret, quomodo peccatrix fuerit. 648 an.61.col.2

Mulier post partum cur diceretur immunda.254.an.34.col.2

Mulier peccatrix, quomodo multum dilexerit, antequam seiuerit peccata sibi remissa.661.an. 74.col.1

Mulieri peccatrici quando sua peccata fuerint remissa.663.an.76.col.1

Mulieres Christum sequentes, Christo & Apostolis inseruiebant. 671.an.8.col.1

Mulieris hęmorrhoissæ gratitudo.733.an. 99 col.2

Mundus in Martio creatus fuit. 46.an.38. colum.2

Munus,& personam Ioannis Baptistę plurima commendant.303.an.6.col.2

Muti omnes naturaliter surdi sunt.41. an. 32.col.1

Muti num semper etiam surdi.915.an.30. colum.1

Mutum cur dicatur Dæmonium. 914.ann. 30.col.2

Mutus Luc 11. an ad solam expulsionem Dęmonis locutus sit.913.an.31.col.2

Mysteria, quæ sub hoc Patris testimonio, (Tu es filius meus) continentur. 351. an. 50.col 1

Mysteria plurima in nomine IESV includuntur.103.an.85.col.1

Mysteria Diuina quibusdam reuelarij,alijs vero abscondit: quodque hi credant; illi autem non,vnde procedit. 862.ann.35, colum.2

Mysteria aliquot Galilęæ nomine insinuata fuerunt,& quænam sint. 57.ann.49. colum.2

Mysteria quatuor præcipua,ob quæ Christus in Martio concipi voluit.47 an.38. colum.2

Mysterium incarnationis tribus modis potuit manifestari.52.an 42.col.2

Mysterium miraculo sanationis hæmorrhoissę inclusum quodnam sit. 733.an. 100.col.2

Mysterium incarnationis prius angelis, quã hominibus innotuit. 52.an.42.c.2

Mysterium incarnationis cur per Angelũ Deus B.Virgini nunciauerit, & non per se.53.an.43.col.1

Mystica significatio nauis Petri.444.ann. 2.col.1

Naaman

N.

NAaman fides in multis ostenditur. 414.an.47.col.1

Nascendi verbum apud Philosophos necessario significat.116.an.103.col.2

Nasci duplici modo in Scriptura accipitur 135.an.ead.

Natiuitas tripliciter accipitur. 34.ann.23. columa

Natiuitas Ioannis cur timorem hominibꝰ incusserit; Natiuitas autem Saluatoris gaudium.189.com.1

Natiuitas Christi eis pastoribꝰ,& nõ Pharisæis annunciata sit. 231.an.14.col.1

Natura Angelica circumscripta est.40.an. 31.col.2

Natura humanæ quæ sit. 411.an.44.col.1

Naturalis via conceptionis secundum philosophos, 45.an.36.col.1

Nauis Petri mystica significatio, 444 an. 2.col.1

Nauis reductio à terra quid significet.444. an.3.col.2

Nauis in vltimum mystica reductio. 446.an. 5.col.1

Nauium submersio quid indicet. 449. an. 10.col.2

Nazar explicatio Hebræorum. 59.an.50 colum.1

Nazareni etymologia.ibid.

Nazarenorum manus qualiter Christus euaserit, 416.an.50.col.1

Nestorij error damnatus, duas in Christo naturas,& personas ponens, 235.ann. 102.col.2

Nestorius quo fundamento nixus, negauerit B.Virginem matrem Dei esse. 97. an.80.col.2

Nestoriani,& Ariani refutantur.292.ann. 86.col.1

Nocte cur repetatur anima diuitis Luc.12, 132.an.40.col.2

Noctium in quot vigilias diuiderent Hebræi, 1056.com.1

Noctis vigilię cum sint quatuor,cur quarta non meminerit Christus, 1056.ann. 97.col.1

Noctis in quatuor vigilias diuisio, & quot horas singulæ vigiliæ haberent, 230. com.2.& 1056.com.1

(Noli timere) propria locutio Angelorum bonorum,quando lęti aliquid nuncia turi sunt,95.com.1

Nomen cur pueris in circumcisione imponeretur,causa quadruplex datur. 186.ann.139.col.1

Nomen quid hoc loco significet.540.ann. 30.col.1

Nomen sanctum eius,Hebraismus est 176. commen.

Nomen Græcum τὸ βῆμα tripliciter sumitur. 743.an.b.col.2

Nomen sacrosanctum Mariæ,ttes etymologiæ. 73.an.61.col.2

Nomen vxoris non auferit virginitatem. 224.com.1

Nomen, Ie s v s, quomodo nouum dici possit.106.an.86.col.1

Nomina hęc, panem, pisces, & ossa, Luc 11. quid significent, 912.an.27.col.2

Nomina vestra scripta sunt,& nõ potius, vos scripti estis,cur dicat Christus. 858. an.28.col.1

Nominis illius (stulte) quo Deus Luc.12. Diuitem compellat,energia.1031.com. mco.2

Nominis sanctissimi I e s v etymologia, quatuor de ea diuersæ sententiæ reiicii. 101.103.an.85.col.1

Nominis Tophet interpretatio, 990.ann. 8.col.1

Nominis Gehennæ interpretatio. 989.an. 8.col.2

Nominibus his,Pater, & Domine cęli, & terræ,cur Christus vsus sit, eorumq; varia interpretatio,& discrimen. 859.ann. 31.col.2

Nominibus lapidis, serpentis, & Scorpionis Luc.11.quid significetur, 911.com. & an.27

(Non in solo pane,) diuersis modis explicant.381.an 12.col.1

Non maledicere præceptum est, benedicere verò maledicentibus consilium. 555. an.40.col.2

Non omnes virgines stuprum admittentes comburi solebant,sed solæ sacerdotum filiæ, 66.an.55.col.1

Nouatianus veniam petentibus dari negabat.998.an.16.col.1

Nubes illa in monte Tabor, an à terra fuerit eleuata 795.an.76.col.1

Nubes,quæ Christum, Moysem, & Eliam circumdedit,cur sit facta lucida, 793.an no.74.col.1

Nubes illa,quę Christum Moysem,& Eliã circumdedit, cur, & ex qua materia sit

facta,

Universidad de Deusto
Biblioteca

facta.793.an.73.col.2
Nubes ab occasu surgẽs cur pluuiæ signũ esset Iudæis.1068.com.2.& an.84.col.1
Numeri imparis cur ponat exemplũ Christus, separationem explicans ob Euangelium futuram.1067.an.82.col.1
Numero quinario cur lex vetus fuerit cõprehensa.49.an.40.col.1
Numerus quadragenarius in scriptura mysterijs refertus est.372.an.3.col.1
Numerus senarius primus numerus perfectus est.49.an.40.col.1
Numerus duodenarius Apostolorum multis figuris præsignatus, 528.an.19.col.2
Nutritio pueri, dum est in vtero, per vmbilicum fit.185.an.138.col.2

O

OBediẽtia puerorum duodecimo anno perfecta est.279.an.69.col.2
Obiectio duplex, quod non fuerit opus sine virili copula Christum concipi, earũque solutio.122.an.95.col.1
Obiectio triplex ex scriptura contra hanc sententiam (orate pro calumniantibus vos.) 559.an.47.col.1
Obiurgatio Christi dæmonem increpantis qualis fuerit.424.an 59.col.2
Obligationem erga Deum quinã habeant maiorem.1062.com.3.& an.77.col.2
(Obumbrabit tibi) diuersimode Patres exponunt, 130.an.100.col.1
Obumbrare hoc loco idem quod fœcundare.132.an.100.col.2
Oculi corporei, & aures corporeæ intelliguntur illis verbis (Beati qui vidẽt,&c.) non autem spirituales. 870.an.44.col.1
Oculus, quid significet, ibi, si oculus tuus fuerit simplex,& variæ sententiæ. 594. com.& an.79.col.1
Odio habere quid sit.553.an.42.col.2
Od entrum diuersitas quadruplex.554.an. 42.col.1
Odientibus benefacere an præceptum sit, vel consilium.555.an.43 col.1
Officium Christi, ad quod venit, propriũ. 1063.com.2
(Omnia petenti à te tribue) vtrum absolutè, vel cum limitatione accipiendum. 564.an.51.col.1
(Omni petenti à te) vtrum Ecclesiasticarũ rerum œconomos etiam comprehẽdat, 563.an.52.col.1
(Omnis vallis implebitur,&c.) varie explicant Patres, 515.an.18.col.2
Onera, siue farcinæ, de quibus Luc.11.quę sint.967.an.93.col.1
Onus & Vtuo, emolumentum capio. 774. an.49.col.2
Opinio eorum, qui B.Virginem præ dolore mortuam dicunt, reijcitur. 272.ann. 57.col.4
Opinio dicentium Christum demissis oculis solitum concionari, refellitur.534.anno.26.col.1
Opinio varia Doctorum de præsentia B. Virginis in natiuitate Baptistæ.181.an. 134.col.2
Opinio eorum, qui Zachariam ex stupore mutum euasisse arbitrantur, refutatur. 42.an.33.col.1
Opinio Epiphanij de vita Ioseph, quando cum B.Virgine nuptias celebrauit. 71. an.59.col.2
Opinio recẽtiorum de occultatione B.Elisabeth refellitur.45.an.37.col.2
Opiniones variæ Patrum de Ioseph, quẽ Matthæus filium Iacob, Lucas filiũ Heli appellat.357 an.56 col.2
Opiniones aliquot Patrum de ruina à Simeone prædicta reijciuntur.268.an.53. colum 3
Opera bona,& fructus, & semen dicuntur. 685.an.24.col.2
Opera quæ, quando, & quo animo facere liceat, etiamsi nobis inde tentationem incutiendam sciamus. 905.an.16.col.2
Opera iustorum quomodo alijs prosint. 541.an.31.col.2
Opere, corde, & voce Deus magnificatur, 171.an.124.col.2
Opere etiam Christum confiteri quomodo teneamur,998.an.19.col.1
Operatio vtraque intellectus ad fidem necessaria donum,& gratia Dei est.140.anno.107.col.2
Operatio duplex intellectus ad fidẽ requiritur.ibid.col.2
Operationum Christi quædam cum alijs hominibus erant communes, quædam propriæ Redemptoris. 279.an.69.col.1
Opertum ad quid referatur; ad quid vero absconditum.Luc.12.986.an.1.col.1
Oppositio trium, quæ in malorum perpessione sunt, tribus, quæ in mercede reperiuntur,540.com.2
Opus bonum ex se, quando sit vitiosum.

955.annot.79.col.2
Opus præcipuum ad iustitiam regni pertinens quod sit,1050.com.1
Opus augendi corporis quomodo sit minimum ipsi Deo.1041.an.49.col.1
Orandi qualitas,& modus, 911.com.& anno.26
Orans si quæcunque petit, accipit, ad quid quærendum,& pulsandum sit, 911.ann. 25 col.1
Oranti pro calumniantibus quid sit petẽdum, 558.an.46.col.2
Orare pro peccatoribus impœnitentibus quomodo liceat.1016.an.21.col.2
Orare quomodo intermiserit aliquando Christus, cũ in perpetua fuerit Dei contemplatione.891.com.1
Orate pro calumniatoribus an ex præcepto, vel consilio teneamur, 558.ann.45. colum.2
Orate pro calumniatoribus multis modis iubemur.ibid.col.1
Oratio Zachariæ quænam fuerit, quando Angelus ei appariuit.27.an.18.col.2
Oratio duo obseruanda continet.906.comment.1
Oratio, quæ,& quando petita à Deo non obtinet,911.com.& an.26
Oratio, quã Ioannes Baptista docuit, quænam fuerit, cur scriptura non dicat 892. annot.3
Orandum pro reprobis,& quomodo, 559. an.46.col.1
Orationis dominicæ verbis (Sicut & nos dimittimus, &c.) quid manifestetur, 902.an.14.col.2
Orationis necessitas, efficacia, & antiquitas.892.an.3.col.1
Orationis assiduitas tãti fructus est, vt, qui petit, maiora quam petat obtineat. 908. comm.4
Orationis Christi vis.891.com.1
Orationis vehementer constantis, ac perseuerantis, eiusque efficacię exempla ex Scriptura,910.an.24.col.2
Orauerit cur frequenter Christus,891.cõment.1
Orbis totus in hac descriptione synecdochice accipitur pro orbe Romano. 219. com 4
Orbis descriptio quando facta fuerit.220. an.1.col.2
Ordo narrationis diuersus non mutat veritatem.940.an.62.col.1
Ordo duplex scientijs est, doctrinæ,& rei, seu naturæ, 10.an.10.col.2
(Oriens) varie doctores interpretãtur, 210. an.162.col.2
Origenes explicans illud (sine timore) refellitur,203.an.154.col.1
Origenes, arbitrans Ioannem Baptistam more cæterorum infantiũ non esse nutritum lacte, reiicitur. 183.an.134.col.2
Origenes fuit deceptus, arbitrans Leui nõ esse Matthæum,489.an.52.col.2
Origenes Beatissimã Virginem in passione Domini non fuisse constantem asserens refutatur.271.an.56 col.4
Origenis sentẽtia de oblatione turturum, & pullorum columbarum refutatur, & quod aues à B. Virgine oblatæ non fuerint alterius naturæ 261.an.38.col.3
Origenis error de creatione animarum cauendus est.158.an.114.col.1
Origo admirationis quæ sit, & cur Christus admiratus esse dicatur. 613.an.19. colum.2
Ornata domus respectu dæmoniorũ, quæ dicatur.935.an. 58.col.2
Os opprimere Luc.11.quid significet, 981. an.104.col.1
Os Zachariæ cur non in natiuitate Ioannis, sed in circuncisione apertum fuerit, plures dantur causæ, 189.an.141.col.1
Oscæ verborum a Christo prolatorũ sensus,497.an.64.col.2

P

PAcem non missurus, sed separationẽ, quomodo venisse dicatur Christus, 1066.an.81.col.1
Pacem quam non missurus venisse dicatur Christus.1066.ann.81.col.2.
Pacis cuiusnam princeps dicatur Christus. ibid.col.2
Pœnitentiæ sacramentum peccantib. post baptismum dari, de fide est tenendum. 1003.ann.17.col.2
Pœnitentiæ fructus qui dicantur. 324. ann.25.col.2
Pœnitentibus veniam dari negabat Nouatianus.998.an.16. col.2
Pagani impossibilitatem Virginitati Deiparæ opposuerunt. 149.ann.111.col.2.
Paganorum argumentum Philosophicum contra Virginitatem Deiparæ, eiusque Philosophica solutio.149.an.111.col.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Panes tres in parab. Luc. 11. quomodo quidam intelligentur, 909. an. 23
Panes amicus ab amico, Luc. 11. quibus argumentis impetrare conetur, 967. colum. 2
Panis nomine in orat. dominica, & passim in Scriptura quid intelligatur, 899. an. 10. col. 1
Panis, piscis, & oni nominibus, quid significetur. Luc. 11. 912. an. 27. col. 2
Παρά, præpositio dandi casui iuncta, Latinis, iuxta, seu prope significat. 96. ann. 79 col. 1
Parabola de missione manus ad aratrum ex Patrum doctrina declaratur. 833. an. 132. col. 1
Parabolæ Luc. 11. scopus quis sit. 908. cõment. 3
Parabolæ hominis descendentis de Hierusalem in Hiericó, qui incidit in Latrones variæ expositiones. 882. an. 63. col. 2
Parabolis, seu similitudinibus cur vsus fuerit Christus. 1036. com. 2
Paiadisus quid dicatur. 948. ann. 71. col. 2
Paralytico salus animæ, & corporis data propter portantium fidem. 477. ann. 38. colum. 2
(Parate viam Domini) & (rectas facite semitas eius) pro eodem accipienda, 813. an. 17. col. 2
Parentes quid in Christo admirati fuerint. 283. an. 77. col. 1
Parentes, amici, familiares secundum carnem non raro à Christo nos auertunt, 280. an. 72. col. 3
Parentes honorandi, sed Deo postponendi, 831. an. 129. col. 1
Parentes Christi quomodo ascendere dicuntur in Hierusalem viuente Archelao: & num ascenderint istis annis, quibus in Aegypto morati sunt, 278. ann. 68. colum. 2
Pariendi tempus a natura præscriptum non est semper nouem mensium completorum, 182. an. 134. col. 2
Pars Mariæ, quam dominus ab ea non auferendam dicit, quæ sit, 888. comm. & ann. 73
Pars quid significet Luc. 12. ibi; Partemq; eius ponet cum infidelibus, 1061. an. 75. colum. 1
Partes gratiæ in duplici sunt differentia, 81. an. 67. col. 1
Partes illæ tres terræ Euangelicæ conuenienti ordine sunt positæ, 677. ann. 14. colum. 1
Particula (intra se) quo sensu intelligenda, 478. an. 39. col. 2
Particula (Sanctificetur nomen tuum) varie exposita, 895. an. 6
Particula (&) aliquando loco (etiam) ponitur, 1146. com. 1
Particula, (Noster) in oratione dominica, quid significet, 893. an. 5. col. 2
Particula, (donec,) quomodo accipiatur in Scriptura, 1071. an. 90. col. 2
Particula (ex te) confutantur nonnulli errores cum B. Virginis maternitate pugnantes, 185. an. 165. col. 2
Particula (solicite) explicatur, 665. a. 5. c. 2
Particula (væ) quatuor modis in Scriptura sumpta, 543. an. 33. col. 2
Particula (quasi) explicatio, 182. ann. 134. colum. 2
Particulæ (Sicut & nos) in orat. dom. varia lectio. 902. an. 14. col. 2
Particulæ (Qui es in Cœlis) Varia expositio 894. an. 5. col. 2
Particulæ (Sicut in cœlo & in terra) expositio varia. 898. an. 9. col. 1
Particulam orationis dom. (Fiat voluntas tua) Lucas omisit. ibid. & an. 8. col. 1
Paruulos quos appellet Christus; quos vero sapientes, & prudentes. 861. comm. & an. 32. col. 2
Passeres duos asse vendi quomodo dixerit Dominus apud Matth. apud Lucam vero quinque duobus assibus. 992. an. 121. colum. 2
Passionem suam cur baptismum appellet Christus. 1065. com. 1
Passiones animi quid in homine efficiant, & quomodo generentur. 90. annot. 74. colum. 2
Passiones Christi naturales, & supernaturales fuere. 375. an. 6. col. 1
Pastores quomodo Christi præsepe inuenerint. 237. an. 18. col. 2
Pastores quatuor de causis iubentur gaudere. 235. com. 2
Pastores quid cognouerint de Verbo ipsis nunciato. 235. an. 26. col. 2
Pastores vbi vigilarint. 230. annot. 12. colum. 1
Pastoribus Angelus, Magis vero stella cur apparuerit. 233. an. 15. col. 2
Pater in cœlo, & de cœlo cur dicatur Deus. 913. an. 28. col. 2

Patet quis vere dicatur. 128. an. 99. col. 2
Pater mi dicere Christi est, nostrum autẽ, patet noster. 893. an. 5. col. 2
Pater, & Domine, in illo Euangelij (Confiteor tibi, &c.) ad quid referantur & quomodo legenda sint. 859. an. 31. col. 2
Pater à Filio, & Filius à Patre aliter cognoscuntur, quam à nobis. 865. an. 42. col. 2
Pater quãdo proprie dicatur tradidisse omnia filio. 865. an. 38 col. 2
(Patrem habemus Abraham, &c.) quomodo intelligatur. 325. an. 26 col. 2
Patrem de quibus laudet, & commendet Christus, illis Euangelij verbis (Confiteor tibi pater, &c.) 861. com. & 862. an. 35. col. 2
Patrem esse, aut filium, in Deo, cur sit maius, quam esse Dominum. 860. an. 31. & colum. 2
Patres, Iudæorũ calumniæ de regno Christi respondentes, quomodo sint intelligendi, 113. an. 89 col. 2
Patres Ioannem in limbo etiam præcursoris officio functum esse asserentes, quomodo intelligendi. 626. an. 34. col. 2
Patres, qui Christũ ex duabus naturis cõpositum appellant, quomodo sint explicandi, 135. an. 102. col. 2
Patres multis modis verba illa Simeonis (Tuam ipsius animam &c.) exponunt, quorum aliqui reijciuntur. 271. a. 56. c. 4
Patres, quibus Deus locutus est, sunt Abraham, Isaac, Iacob, & David 180. col. 2
Patres ruinã à Simeone prædictam diuersimode interpretantur, 268. an. 53. col. 3
Patri creatio, Spiritui sancto sanctificatio tribui solet, licet opus totius sit Trinitati. 127. an. 98. col. 2
Patris nomine vt Deum appellemus cur iubeat Christus. 893. an. 4. col. 2
Patris nomen in oratione Dom. cur optimum sit orandi principium, & quæ ex eo bona colligimus 892 com. 3
Patria Christi secundum Matthæum quæ fuerit. 471. an. 3 . col. 1
Patrum peccatis consentire cur dicantur Pharisæi Luc. 11. quod Prophetarum sepulchra ædificarent. 967. comm. nt. 2 & annot. 95
Patrum aliquot opiniones de ruina a Simeone prædicta reijciuntur. 268. an. 53. colum. 2
Patrum diuersa interpretatio horum verborum, (Et iustificata est sapiẽtia, &c) 645. annot. 58. colum 2
Patrum sententiæ de progressu Christi in sapientia referũtur, & explicantur, 292. ann. 86. col. 1
Patrum sententia de homine promptum se ad sequendum Christum offerente. 826. an. 125. col. 2
Patrum diuersa horum verborum (Et dimittemini) explicatio. 581. an. 69. col. 2
Pauli locus de regno Christi explicatur. 116. an. 91. col. 2
Pauli verba ad Rom. 8. (Quid oremus, sicut oportet, nescimus) quomodo explicentur, 906. an. 18. col. 2
Pauli locus Corinth. 9. explicatus. 993. an. 11. col. 2
Paulus cur vas electionis dicatur Actor. 9. 928. an 51. col. 2
Paulus quid vocet Spiritualia nequitiæ. 936. an. 59. col. 2
Paupertas Christi ac parentum eius. 261. commen.
Paupertatem pluribus de causis commendat Christus. 536 an. 27. col. 2
Pauperum nomine quid intelligatur. 400. an. 52. col. 2
Pauor super timorem addit admirationẽ. 428. an. 64 col. 2
Pax multiplex est. 1066. an. 81. col. 2
Pecuniæ nomine quid Apostolis sit prohibitum. 745. an. 9. col. 1
Peccantem vtrum ille, qui in peccato est, debeat corrigere. 592. an. 56. al. 80. col. 1
Peccantium ad mortem duo genera. 101. an. 21. col. 2
Peccata cur debita dicantur in orat. Dom. 901. an. 13. col. 1
Peccata aliorum puniuntur sæpe in aliis, qui non sunt illa imitati, immo & quibus ignota fuerunt, 973. an. 98. col. 1
Peccata qui habet occulta, & bona opera facit manifesta, quando peccet, & quando non. 965. an. 91. col. 2
Peccata, quæ significentur per verba in orat. Dom. 901. an. 13. col. 2
Peccata etiam ea, quæ non sunt blasphemia in Spiritum sanctum, non semper dimitti hominibus vnde constet. 1011. an. 20. col. 2
Peccata licet omnia sint contra totam Trinitatem, diuersimode tamen attribuuntur personis. 1006. & 1008. annotatio. 12.
Peccata quædam habent excusationem, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi causam impetrandi veniam.1013. an.20 col.1
Peccata quænam in Deũ dicantur, & quæ in hominem.1017.an.22.col.1
Peccati, & culpæ ratio vnde præcipue attẽ datur.938.an.61.col.2
Peccati grauitas maior non semper est ex maiori difficultate emendationis. 938. an.61.col.2
Peccati fomes carnem ad malum irritat. 82.an.67.col.1
Peccati fomes etiam ante conceptionem filij Dei in Beata Virgine extinctus fuit. ibidem
Peccatis patrum cur dicantur Pharisei cõsentire,quod Prophetarum sepulchra ædificarent.967 com 2.& an.95
Peccatis singulis singuli dæmones præsunt,qui multos sub se inferiores habẽt 936.an.59.col.1
A peccato liberatus,si recidit,grauius recidit.ibid.& col.2
Peccato vni præsidens Dæmon cur ab alio Dæmone, qui alteri peccato præsidet, plerumque in tentando adiuuetur. ibid.
Peccator, seu culpæ reus peccato alterius nemo efficitur.974. an.98.col.1
Peccatores quos exaudiat Deus. 909.ann. 22.col.1
Peccatores,non solum iustos, à Deo etiam exaudiri, quibus Euangelij verbis ostendatur.ibid.& an.23
Peccatoribus impœnitentibus, & perseuerantibus in peccato quomodo pro eis orare liceat.1016.an.21.col.2
Peccatorum remissionis petitio quibus necessaria sit 901.an.13.col.2
Peccatorum grauitatem, & antiquitatem Iudæis obijcit Ioannes Baptista. 319. comm.2
Peccatorum remissio num ex dilectione, an dilectio ex peccatorum remissione prouenerit. 659.an.73.col.1.ibid. Patrũ sententiæ.
Peccatorum nomine qui accipiantur: & quomodo difficultas huius sentẽtiæ soluenda. 569 an.56.col.2
Peccatorum duo genera sunt, sicut & præceptorum.1017.an.22.col.1
Peccatum in Filium hominis remittendũ; Blasphemiam vero in Spiritum sanctũ, nequaquam, neque in hoc seculo, neq; in futuro quomodo intelligatur. 1013. an.20.col.2
Peccatum ad mortem quod dicatur à Sancto Ioan.1.ep.3.1014.an.21.col.2
Peccatum graue Iudæorum quod fuerit. 1068.an.85.col.2
Peccatum ad mortẽ, & blasphemia in Spiritum sanctum num sint idem. 1016.an no.21.col.2
Peccatum in Deum,& blasphemia in Spiritum sanctum, num idem sint. 1018. an.22.col.1
Peccatum,pro quo pullus columbarum offerebatur,quodnam fuerit.261 ann.38. colum.1
Peccatum nullum actuale B.Virginem habuisse toto vitæ tempore, dogma est fidei.902.an.13.col.1
Peccatum in Spiritum sanctum,& blasphemia in Spiritum sanctum sunt longe diuersa.1006.an.18.col.2
Peccatum omnino nullum a venia excludi in hac vita, probatur variis rationibus. 1011.an.20.col.2
Peccatum rapinæ, cum reddenda sit res aliena,quomodo eleemosyna mundetur. 963.an.28.col.1
Peccatum vnius quot modis in altero vindicari possit.973.an.98.col.2
Peccatum quomodo in omnibus iustis dicatur habitare,non tamen regnare. 81. ann.66.col.2
Peccatricis mulieris conuersio plurima admiratione digna continet. 651. ann.64. colum.1
Peccatricis nomen consuetudinem peccati indicat.648.an.61.col.1
Pedes hospitum lauandi vetus cõsuetudo. 657.an.70.col.2
Pelagii error de gratia.140.an.107 col.2
Pena quid sit, & quomodo eam Christus Apostolis prohibuerit.744.an 8.col.2
Personæ publicæ maxime ab alijs inquirere debent,quæ de se spes sit.702.an.35.1
Personam,& munus Ioannis Baptistę plurima commendant.303.an.6.col.2
Personarum tria genera in Scriptura commendãtur.630.an.38.col.1
Perseuerantia non solum vti in oratione, sed etiam contentione, & feruore maiori vbi doceamur.907.an.19.col.2
Perseuerantiæ ac constantiæ vehementris in orando,eiusque efficaciæ exempla ex scriptura.910.an.24.col.2
Personas sex quomodo nominet Christus de diuisione ob Euangelium futura loquens;
quens; cum paulo ante quinque tantũ meminerit. 1067.com.2.& an.83
Persuasio praua hæreticorum de ieiunio. 275.an.61.col.2
Petere cur non sufficiat, sed quærẽdum,& pulsandum sit in oratione; si,quicunq; petit,accipit.911.an.25.col.1
Perite,quærite,& pulsate.Luc.11 num eadem,an vero distincta sint.ibid.
Petitio septima orationis Dominicæ, cur non perfecte in hoc sæculo compleatur 905.an.17.col 2
Petitio septima orat.Dom.(Sed libera nos à malo,&c) a Luca omissa, & eius expositio. ibid.
Petitio quinta(Dimitte nobis &c.)in orat. Dom.quibus necessaria sit. 901.a.13.c.2
Petitionis sextæ orat.Dom.(& ne nos inducas,&c.)multiplex expositio. 903 an. 15.col. 1
Petitionis, inquisitionis, & pulsationis in orando fructus.910.com.2
Petra scandali, & lapis offensionis quomodo differant 269 an.25.col.3
Petri verba de ædificando in monte tabernaculo quo sensu sint prolata. 789.ann. 63.colum.1
Petri confessio de Christo multa dogmata complectitur.765.an.39.col.2
Petri naavis mystica significatio.444.a 2.1
Petro soli cur sit dictum (eris homines capiens.)453.an.13.col.1
Petro soli cur dicatur (duc in altum) & nõ soli,sed cæteris etiam(laxate retia)446. an.6 col 2
Petrus quare Dominum recedere precetur.450.an.11.col.1
Petrus timore magis quam reuerentia prę sentiam Domini recusat. 450.an.11.c.2
Petrus cum suo socio cur socios nutibus, non vocibus vocarit.448 an.8.col.2
Petrus quomodo dicatur nesciuisse quid loqueretur.791.an.71.col.1.& an.72
Petrus quomodo illos viros, qui Christo adstabant in transfiguratione, nouerit fuisse Moysen,& Eliam. ibid.& an.70.1
Petrus a Doctoribus arguitur ob uerba in monte prolata.790.an.69.col.2
Petrus cur in recẽsendis Apostolis semper prior ab Euangelistis numeretur, in cæteris autem ordo varietur.529.an.21.c.2
Petrus quomodo exauditus sit rogans Dominum vt a se exiret.453.an.14 col.2
Petrus, cum Christum negauit, an dixerit verbum in Filiũ hominis, seu blasphemauerit,1019.an.23.col.1
Petrus cur Dominum interrogauerit Luc. 12.his verbis: Domine ad nos dicis hac parabolã,an & ad omnes? 1057.ann.70. colum.2
Pharisæi, & magistrum, & discipulos reprehendere conantur,968 an.60.col.1
Pharisæi,quod Prophetarum sepulchra ædificarent, cur patrum peccatis consentire dicantur. 967.com.2.& an.95
Pharisæorum amentia,525.an.15.col.1
Pharisæorum calumnia,501.an.67.col.2
Pharisæorum, & Scribarũ incredulitas omnino damnanda.642.an.54.col.1
Pharisæos quoties reprehenderit Christus de lotionibus in cibis capiendis.958.anno.84.col.2
Pharisæus multis modis peccat,dum Christum,& peccatricẽ temere iudicat, 653. an.66.col.1
Pharisæus Luc.1. quo animo Christũ ad prandium inuitauerit, 957.an.82.col.1
Philosophi in affectibus animi duo distinguunt.91.an.74.col.1
Philosophorum opinio de vipera, 331.an. 22 col.2
Philosophicus discursus ĩsignis de affectionibus animi,90 an.74.col.2
Phrasis Hebræa (magnificauit Dominus misericordiam cum illa) eiusque significatio,183.com.2
Phrasis est Scripturæ vsitata,ponere(in)loco(propter) seu(per)210.an.162.col.2
Pictores cur Iosephum senem pingant,72 an.59 col.2
Pilatus cur Christum Iudæis ostenderit. 273.an.57.col.2
Plebs Domini quinam sint vocati.207.anno.159 col.2
Πλησιον ετερον vox quomodo exponenda. 277.an.60.col.1
Πλιν ἀπορρέω duplicem in Scriptura significationem habet,6.an.3.col.1
Plures sunt hæretici, qui Christum penitus à prophetis non prædictum asserunt,270.an.55.col.4
Pœna dæmonum triplex, 715.an.63.col.2
Pœna alterius quo pacto gaudere liceat. 864.an.36 col.1.
Pœna mali dispensatoris,1060.com.5
Pœnam timere malum non esse quomodo probetur.991.com.
Pœnarũ inferni diuersitas,ex quibus Euan
gelij

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelij verbis deducatur. 1062.an.76.col.1
Ponere in corde quid significet, 190.anno. 142.col 1
(Ponere in corde) Hebræorum more dicitur, ibid.
Populi Iudaici status quatuor, 937.an.60. colum.1
Populi nomine tam Gentes, quam Iudæi intelliguntur, 235.an.17.col.1
Populus Galilææ cur dicatur in tenebris sedere, 213.an.164 col.1
Populus Gentium plures ob similitudines mulieri Hemorroissæ comparatur. 733. an.100.col.4
Populus Iudaicus mense Martio à seruitute Aegyptiaca liberatus fuit. 47.an.38. colum.1
Populus Iudaicus quomodo nunc in peiori statu esse dicatur, quam fuit in idololatriæ statu. 937.an.61.col.2
Porphyrius, & Iulianus Matthæi vocationem irridentes, refelluntur, 491.an.55. colum.1
Positiuum pro comparatiuo sæpe sumi in Scriptura patet variis auctoritatibus, 887.an.72.col.2
Possessionem nullam in diuisione terræ promissionis obtinuit Leuitica tribus, 162.an.116.col.1
Potestas, Magistratus, & Synagoga quomodo differant, 1020.com.1
Potestas faciendi miracula duplex est, 479 an.41.col.1
Potestas regia multo pfectius fuit in Christo, quam in Dauide, 111.an.89. col.1
Potestas spiritualis, & temporalis ad eam ordinata, est in Romano Pontifice. 113. an.89.col.1
Potestatem Regiã habuit Christus ab instanti generationis, 112.an.89.col.2
Potestatem se habere in hæreditate diuidenda quomodo negauerit Christus, 1022.an.26.col.2
Portio quæ seruis assignari solita sit apud antiquos, 1059.an.72.col.1
Præcepta diligẽdi Deum, & diligendi proximum quomodo inter se differãt. 876. an.52.col.2
Præcepta tria, seu triplicem præparationẽ ad regnum Dei, & aduentum suum expectandum, quibus potissimum tradiderit Christus, 1053.an.64.col.2
Præceptorũ vt duo genera sunt, ita & peccatorum, 1017.an.22.col.1
Præceptum diligendi inimicos partim naturale, partim supernaturale. 550.anno. 38.col.1
Præceptumne sit, an consilium Christi sententia de percussione maxillæ. 562.ann. 49.col.2
Præceptum de diligendis inimicis quomodo implendum. 549.an.28.al.38.col.1
Præceptum diligendi inimicos quænam sub se comprehendat. 552. annot. 41. colum.2
Præceptum Christi, qui etiam irrationalibus imperabat, quale fuerit. 426.an.61. col.2
Præceptũ Moysis de oblatione pro leprosi emundatione quomodo intelligendum. 462.an.27.col.1
Præceptũ Christi de dilectione Dei, de impossibili esse intellexerunt nostri temporis hæretici. 875.an.50.col 1
Præceptum quotuplex in Euangelio tradatur ad Christi aduentum, seu Dei regnum expectandum. 1053.com.& ann. 64.col.1
Præcinctorum, seu cingulorũ genera quot in Scriptura legantur. 1051.annotat.62. colum.1
Prædicatores verbi Dei ab humana laude maxime debent abhorrere. 546.ann.36. colum.2
Prælati quales esse debeãt. 1059.an.72.col. 1.& an.73.col.2
Prælati boni quantam beatitudinem habituri sint ostenditur, 1053.com.2
Iũ prælatis quæ requirantur. 1062.ann.77. col.1.& com.seq.
Prælatis Ecclesiæ quantus sit honor habendus, 467.an.26.col.1
Prælatos ecclesiasticos administrare tẽporalia, nec Christus, nec Apostolus voluerunt. 1023.an.28.col.2
Præmij ac beatitudinis bonorum prælatorum futura excellentia ostenditur. 1060. com.1
Præparatio ad Dei regnum quotuplex in Euangelio tradatur, 1053.com. & ann. 64.col.2
Præparationis triplicem modum, ad Regnum Dei, seu aduentum suum expectandum, quibus potissimum tradiderit Christus. ibid.
Præsepij nomen quid significet. 225.commen.2
Prandium Pharisæi cur Dominus accepta uarit.

tauerit. 956.commen.3
Præputium Saluatoris nostri, vbi, & quando fuerit inuentum, & quæ miracula ediderit. 250 an. 31.col.2
Primogenita quare in veteri lege offerebãtur. 257.com.2
Primogeniti omnium tribuum primo præsentabantur Deo, postmodum quinque siclis redimebantur. 264.an.44.col.2
Primogenitus quis dicatur. 224.com.3
Primogenitis omnibus, excepto Christo, commune est vuluam matris aperire. 258.an.36.col.1
Princeps quis intelligatur, quis vero Iudex Luc.12 ibi: Cum autem vadis cum aduersario tuo, &c. 1071.an.88.col.1
Princeps sacerdotum non est idem qui Põtifex, vel Summus Sacerdos. 15.anno.3. colum.2
Principis nomine reliqui, qui sub eo militant, aut militarunt, intelliguntur. 855. an.25.col.2
Priscillianistarũ impius error exploditur, qui Christum fato, aut stellarum necessitati subditum arbitrabantur. 47.anno. 38.col.2
Priuilegio, non natura propagationis Matrem Dei sine peccato concepta fuit. 166. an.109.col.1
Productionis hominis quatuor modi ex Augustino. 121.an.95 col.2
Prohibitio, qua Christus Apostolis prohibuit, ne cui dicerent, se esse Christũ Dei, qualis sit. 766.an.41.col.1
Prohibitiuane sint, an vero instructiua verba illa (Veruntamen in hoc nolite, &c.) opin. variæ. 857.an.27.col.1
Promissio diaboli qualis. 385.com.2
Pronomina hic, & meus, quid significent. 796.an.78.col 2
Propheta hic magnus, de quo populus Iudaicus dicebat, quis fuerit. 624.ann.31. colum.1
Propheta quare non sit acceptus in patria sua. 412.an.64.col.2
Prophetæ non fuerunt Apostoli, Apostoli vero omnes fuerunt prophetæ, 971. com.1
Prophetæ & Apostoli, etiam in veteri testamento, quidam dicti sunt. ibid. ann. 97.col.1
Prophetæ, & iusti multi, qui Christum in carnem ante sperarunt, fide, & visa spirituali ipsum viderant. 871.an.4. col.1
Prophetæ quinam dicti sint. 971.com.1
Prophetarum occisorum sanguis quo pacto à Iudæis exquirendus, varij modi. 979.an.101.col.1
Prophetia Zachariæ omnes temporis differentias complexa est. 192.an.124.col 1
Proprietas ac virtus eleemosynæ quintuplex deducta ex illis Domini verbis. Facite vobis sacculos, &c. Luc.12. 1048.cõmen.2.& 1049.com.1.2.3
(Propter quod vaxit me) diuersimode legitur. 397.an.31.col.2
Προσδοκῶ quas habeat significationes. 333.ann.33.col.1
Prouerbio illo (Non est discipulus super &c.) duplici, & diuerso modo vsus est Christus, 588.an.96.col.2
Prouidentia Dei probatur. 992.com.
Prouidentiæ, seu curæ, & solicitudinis discrimen. 1036.an.43.col.2
Proximi nomine qui comprehendantur, 876.an 52.col.1
Proximi nomen multipliciter in Scriptura accipitur. 277.an.55.col.2
Proximos esse omnes homines, etiam extraneos, & aduersarios, qua ratione ostendit Christus. 881.com.4.& an.62
Proximus quis magis iudicandus sit. ibid.
Proximus non tantum quoad effectũ, sed etiam quando opus est, quoad effectum diligendus. 882. an. 62.col.1
Prudentia in secularibus negotijs quomodo ad spiritualia conferenda sit. 1070. com.1.& an.87.col.1. & 1071.a.89.col.1
Prudentia, & modestia Centurionis. 611. an.15.col.1
Prudentia B. Virginis in respondendo cõmendatur, 117.com.2
Prudentia in sacra Scriptura pro sapientia ponitur, 277. com.col.3
Psalmus XC. non de Christo, sed de iustis intelligendus. 390.an.23.col.2
Publicani nũ Iudæi, an ex Gentilibus fuerint, 330.an.30.col.1
Pudor vt aliquando est vitiosus, ita impudentia non semper est vitium, 909.an. 22.col.1
Puella Herodias. & Herodes puniti ob necem Ioannis, & quæ ea punitio fuerit. 343 an.42 col.1
Puella Archisynagogi quomodo Iudaicã legem significauerit, 736.an.112.col.2
Puer autem crescebat, &c. varie legunt Doctores, 276.an.65.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Puer, dum est in vtero, per vmbilicum nutritur. 185. an. 138. col. 2
Puerorum perfecta obedientia est duodecimo ætatis anno. 279. an. 69. col. 2
Puerorum nomine in parabola illa Luc. 11. quid intelligatur. 908. an. 21. col. 1
Pueris olim ob euentu, vel re ipsa nomina imponebantur. 186. an. 139. col. 1
Pullus columbarum pro quo peccato solebat offerri, 261. an. 38. col. 2
Pulsatio cur vocibus addita in parab. Luc. 11. 907. an. 17. col. 2
Pulueris excussio à Christo præcepta quid significet. 749. an. 14. col. 1
Puniti pro aliis multi quomodo intelligantur, 974. an. 98. col. 1
Purgationis dies quot fuerint, 254. anno. 34. colum. 2
Puritatem vitæ in Ioanne cõmendat Christus, 633. an. 43. col. 2

Q.

QVadragenarius numerus in Scriptura mysterijs plenus est. 372. an. 31. c. 1
Quadragesima Montani hæretici explodi tur, 506. an. 72. col. 1
(Quæ cum audisset) varie expenditur, 89. an. 72. col. 2
(Quæ Patris sunt) quomodo intelligenda, 288 an. 82. col. 1
Quænã sint ea, quæ B. Virgo cum Ioseph sit admirata, 267. an. 51. col. 2
Quæstio, cur rete piscium multitudine ante Christi resurrectionem rumperetur, postea vero non, 448. an. 7. col. 1
Quæstio, vtrum eadem sit Maria, cuius Euangelistæ meminerunt, 648. an. 62. c. 1
Quæstio proponitur, vtrum miraculũ maius sit paralyticum sanare, an peccata dimittere, 487. an. 47. col. 1
Quæstio est, vtrum generale fuerit præceptum de celebrandis matrimonijs cũ fœminis eiusdem Tribus, 363. an. 59. col. 1
Quæstio, vtrum maius sit donum Dei, peccata dimittere, an præseruare, ne committantur, 662. an. 75. col. 2
Quæstio quomodo verum sit minus diligere, cur minus dimittatur, & cui magis, magis diligere, ibid. col. 1
Quæstio, vtrum sola Christi facies, an verò totum corpus fuerit transfiguratum, 721. an. 58. col. 2
Quæstione n quam difficillimam censeat Augustinus, 999 an. 17. col. 2
Qualitas triplex cœnæ, in qua beatis minis strabit Dominus, 1055. com. 3
(Quasi) particula exponitur, 182. ann. 134. colum. 2
Quatuor acerrimi hostes virginitatem mentis Dei impugnare conati sunt, 148. an. 111. col. 2
Quatuor sunt, quæ æquitatem precepti dimittendi commendant, 583 an 70 col. 1
Quatuor ex parte nostra sunt, quæ nos ad dimittendum suadent, 884. an. 70. col. 1
Quatuor in conceptione Christi sunt simul facta, 129. com.
(Quia impleta est hodie scriptura, &c.) latius explicatur, 405. an. 38. col. 2
(Qui expectabant redemptionem Israel) varie legitur, 275. an. 63. col. 4
(Quid est quod me quærebatis, &c.) tria insinuant, 285. an. 79. & com. 2
Quid per inimicos, & eos, qui nos oderũt, significetur, 197. com.
Quinarii numeri cur potius meminerit Christus, quàm vnius, separationem explicans ob Euangelium futuram, 1067. an. 82. col. 1
Quinque argumentis demonstratur Elisabeth non commemorasse exultationem infantis, vt Beatam Virginẽ ad firmius Angelo credendum induceret, 167. ann. 121. col. 2
(Quis ostendit vobis fugere, &c.) diuersimode Patres explicant, 323. an. 24. c. 2
(Quod nascetur ex te) & cur nõ dicatur (q nascetur ex te) copiosè explicantur, 134. an. 102. col. 2
(Quomodo fiet istud) varie doctores antiqui interpretantur, 117. an. 92. col. 1
(Quotidianum in orat. Dom. quot, & quã varias habeat interpretationes, 899. an. 11. col 2

R.

RAdices, quarum defectu verbum Dei non fert fructum, quæ sunt, 689. an. 28. col. 2
Radix solicitudinis bonorum temporaliũ quæ sit. 147. com. 3
Rapinæ peccatum, cum restitutio faciẽda sit, quomodo eleemosynis mundetur, 963. an. 88. col. 2
Ratio naturalis istius præcepti diuini de non tãgendo leprosũ, donec lepra totũ corpus

corpus occupasset. 125. an. 138. col. 2
Ratio triplex, ob quam angelus bonus, & malus Angelus Domini vocentur. 25. an. 15. col. 2
Ratio itineris apud Iudæos. 278. an. 58. c. 2
Ratio pulchra, cur diluuium secundo mensis anni, id est in Aprili est factum. 47. an. 32. col. 1
Ratione humanitatis Christus benedictus dicitur. 165. an. 119. col. 2
Rationes aliquot a Doctoribus assignatæ, cur Christus baptizari voluerit. 345. an. 45. col. 1
Rationes dantur nonnullæ, ob quas Ioannes puerulus in desertum abijt. 304. an. 7. col. 2
Rationes, ob quas Ioannes baptizaturus in Iordanem descenderit. 306. an. 8. col. 1
Rationes adducuntur, ob quas Dominus noluit a dæmonibus Christus nuncupari. 435. an. 7. col. 2
Rationes diuersæ ob quas Christus à dæmone voluit tentari. 375. an. 5 col. 1
Recentiores reprehenduntur, qui illud (exte) legendũ esse negant. 134. an. 101. c. 1.
Recentiores refelluntur aliqui, qui commorationem beneficiorum à B. Virgine factam ad communia beneficia referũt. 177. an. 129. col. 2
Recentiorum opinio de occultatione Elisabeth refellitur. 45. an. 37. col. 2
Recentiorum opinio (signum) pro portento interpretantium refellitur. 270. ann. 55. col. 3
Redimere in Scriptura duo significat. 193. an. 146. col. 2
Reductio mystica nauis in altum. 445. an. 5. col. 1.
Reductio nauis à terra quid denotet. 444. an. 3. col. 2
Reges, Christi Domini vocantur. 263. an. 42. col. 2
Regina Austri, de qua Luc. 11. quæ fuerit. 950. an. 74. col. 1
Reginam Austri saluam esse cur deducendum non sit ex illis Christi verbis Regina Austri surget in iudicio, &c. 951. an. 75. col. 1
Regio vmbræ mortis Iudæorum est eorũ, qui proxime habitabant Gentilibus. 213 an. 164. col 2
Regio à Gentibus habitata mortis nomine significatur. ibidem
Regni huius seculi tempus ob breuitatem dies vocatur. 12. an. 1. col. 1
Regna orbis terræ quænam intelligantur. 384. an. 16 col. 2
Regnum Herodis post mortem eius à Romanis in prouincias diuisum. 301. ann. 2. col. 1
Regnum Dei quid hoc loco significet. 663. an. 2. col. 2
Regnum de quo in orat. Dom. agitur, cur non bene de regno spirituali Dei in nobis interpretetur. 896. an. 40. col. 2
Regnum Satanæ quid sit. 920. an 40. col. 2
Regnum Dei quid significet eo loco (Peruenit in vos regnũ Dei.) 924. an. 45. co. 2
Regnum Dæmonis quomodo adhuc duret, nec sub lanum sit per Christi regnũ. 925. an. 46. col. 2
Regnum quod sit, quod peritur in orat. Dom. variæ sententiæ. 896. an. 7. col. 1
Regnum cœleste cur merito petatur in Euãgelico statu. ibid. com.
Regnum Dei adipiscendi quod sit mediũ. 897. an 8. col 2
Regnum Christi optime cornu vocatur. 195 an. 148. col. 2
Regnum cœleste cur petere nos voluerit Christus. 896. an. 7. col. 2
Regnum Dei in Scriptura plures habet significationes. 746. an. 57. col. 2
Remissio peccatorum ex dilectione, an dilectio ex remissione peccatorum prouenerit. 659 an. 73. col. 2. ibid Patrum sententiæ.
Renunciare quid significet. 832 a. 31. col. 2
Reprehensio Christi (O generatio infidelis, &c) ad quos sit referenda 807. anno. 94. col. 2. & an. 95
Reprehensione digni qui non vocati ad dignitates Ecclesiasticas accurrũt. 527. an. 19. col. 1
Requies dæmoniorum quæ sint, cum sint in statu damnationis. 934. an. 57 col. 2
Requiem non inuenire vbi dicatur dæmõ. ibid.
Respicere tribus modis dicitur Deus. 173. an. 126 col. 2
Responsum Deiparæ varie a partibus exponitur. 155. an. 112. col. 1
Responsum frequenter in Scriptura pro quocũq; sermone vsurpat. 282. a. 36. c. 2
Resurrectio omnium erit, tam infidelium, quam fidelium, non autem sic iminuta tio. 952. an. 77. col. 2
Resurrectione in vltima non resurgent superflua

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfua capillorum, & vnguium resecata.994.an.12.col.2
Resurrectionem à Simeone dictam varie doctores accipiunt.269 an.54.col.3
Rete piscium multitudine refertum ante Christi Resurrectionē, cur rumperetur, postea vero non 448.an.7. col.1
Reuerentia leprosi vera fuit adoratio.458. an.18.col.1
Rex Iuda aliud est, quam Rex Iudææ. 9. an 2.col.1
Risus qualis a Christo damnetur.545.ann. 35.col.2
Rogari, ac peti à nobis cur Deus velit 909. an.22.col.1
Romani cur nono die solerent imponere nomen infantibus, plures dantur causæ. 185.an.138.col.2
Rusticus ignoranter errans melioris est cōditionis, quā vir doctus similiter errans, etiamsi in paucioribus. 938.an.61 col.1
Ruina Iudæorum diuersis vocibus in Scriptura significatur.268.com.2
Ruinam à Simeone prædictam Patres explicant.268.an.53. col.1

S.

SAba quotuplex, & quę fuerit Regina Saba, de qua in scriptura.959.a.74.col.1
Sabbatum secundo primum quid. 514.anno.1.col.1
Sabellij Gregales ab Athanasio refutati. 867.an.40.col 1
Sacerdos, & Leuita cur deflexerint a via in latro illo, qui in latrones inciderat, scribitur, de quo Lucas.879. anno.58.& an.59
Sacerdotibus valde necessaria abdicatio amoris erga cognationem, & amicos secundum carnem. 280.an.72.col.1
Sacrificium turturum, aut pullorum colūbarum non pro filio, sed pro matris parientis purgatione offerebatur. 260.an. 37.col.3
Salathiel, & Zorobabel à Matthæo, & Luca numerati vtrum ijdem sint.365.ann. 60.col.2
Saluatoris præputium vbi, & quando inuentum fuerit, & quæ miracula ediderit.250.ann.31. col.2
Salus animæ & corporis paralytico data propter fidem portantium. 477.annot. 38.col.2
Salutatione peracta, tria in B. Virgine facta sunt 89.com.
Samaritani cum Deo Israel vero, falsos Deos colebant.880.com.2
Samaritanus vinum, & oleum, in plagas infundens, quid moraliter significet, ex Greg.880 an.61.col.2
Samaritanus in parabola illa (Homo quidam descendebat de Hierusalem in Hiericho, &c.) In cuius rei signum ponatur. ibidem.
Samaritanus, custos interpretatur. 881. com.1
Idem cur Christum significet. 882.ann. 63.col.1
Samson figura Christi fuit.59.an.50.col.2
Sanctificatio Dei cur primo petatur in oratione Dominica.894.com.
Sanctitas Christi superexcellens. 137.ann. 104.col.1
Sanctitas cultus, ac religionis nomen est. 895.an.6.col.2
Sanctitas, & iustitia pareę tū quatuor modis prodest filiis.17.a 1.9.col.1
Sanctitatis, & iustitię nomine quid intelligatur.204.com.
Sanctorum beatitudo, quibus verbis significetur in Euangelio.1055.com.3
Sanguinem alicuius requirere, vel inquirere ab altero quid sit in scriptura. 972. an 98 col 1
Sanguis Abel quare à Iudæis exquirendus dicatur.976. an 99.col.1
Sanguis occisorum Prophetarum, quo pacto a Iudæis exquirendus. 979. annota. 101.col.1
Sapientes quos appellet Christus; quos vero paruulos 861 com. & an.32.col.2
Sapientia Dei summa in quo eluceat. 863. an.35.col.1
Sapientia admirabilis Saluatoris in illius hominis vocatione, quem Lucas refert, elucet 829 an.12?. col.2
Sapientia in Christo nunquam creuit, etsi corpus eius creseeret.296.com.3
Sapientia Dei in illis verbis: Propterea & sapientia Dei dixit Luc.11.quid significet.970.com.& an.96
Sarcinæ, siue onera, de quibus Luc.11.quę sint.966.an.93.col.2
Satan, quod significat aduersarium, quomodo approprietur Dæmoni. 1061.an. 89.col.1
Satan cur fulguri à Christo comparetur, variæ sententiæ. 855. annotatione 25. col.1

Satanæ

Satanæ nomine cur ceteri Angeli praui intelligantur in illis verbis (Videbam Satanam sicut fulgur, &c.) ibid.
Satanæ regnum quid sit.920.an.40.col.2
Satanæ nomen varie interpretatum. ibid. an.39.col.1
Satanam, & omnes eius milites cur serpentum, & scorpionum nomine appellet Christus 856.com.1
Saturitas quenam damnatur.544.a.34.c.2
(Scientiam salutis) phrasis Hebraica est p scientia salutari.207.an.159.col.1
Scelus graue est in homines sanctos sæuire.344.an 44.col.1
Scopis mundata domus Luc.11. quid significet.935.com.& an.58
Scribæ, & Pharisæi cur à Christo dicantur generatio, itemque generatio mala, & adultera.992.annot.65.col.2
Scribarum error circa verba (Quis potest dimittere peccata) ostenditur. 480 ann. 41.col.1
Scriptura sacra multa refert, quasi ante dicta, quæ tamen scripta non sunt. 970. an.96.col.2
Scriptura sacra quo argumento plerunque vtatur.1045.an.55.col.2
Scriptura cur dicat (Fecit redemptionem plebi suæ) & nō plebis suæ.194 an.146. col 1
Scriptura, quæ gratiæ sunt, Spiritui sancto tribuit.129.an.90.col.1
Scripturę mos cur sit post generale explicare particulare.1010.an.19.col.1
Scripturæ sacræ, quomodo impedimento sint Iudæis ne conuertantur.939.an.61. col.2
Scripturæ concordia de præcepto dilectionis Dei.875.an.51.col.2
Sectæ hæreticorum circa virginitatē Deiparæ tres sunt.153.an.111.col.1
Sedulitas B. Virginis in itinere.279.com.3
Seleuciani, & Hermiani, igne non aqua baptizantes refutantur.337.an.36.col.1
Semen naturale tria habet.127.an.98.col.2
Semen secus viam lapsum quod intelligatur 673.an.11.col.2
Semen super petram lapsum; quos homines significet.675.ann.13.col.2
Semen materiale tria requirit, vt fructificet.693.an.31.col.1
Seminiuo legatur, siue, Semimortuo in illo Lucæ (Et plagis impositis, &c) idem sensus est.379.an.57.col.2
Senarius numerus primus numerus perfectus est.49.an.40.col.1
Seniorum ratio expenditur.606.an.7.col.1
Sensus sententiæ illius 1. Reg.2. (Si peccauerit vir in virū, placari ei potest Deus; si autem in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo?) 1018.an.22.col.1
Sensus verborū Christi (Et qui aufert quę tua, &c.) tripliciter potest exponi. 566. an.53.col.1
Sensus verborum Oseæ à Christo prolatorum.498.an.64.col.1
Sensus spiritualis horum verborum (exi à me Domine.) 450.an.11.col.2
Sensus articuli fidei explicatur in illis verbis (Cōceptus de Spiritu sancto.) 127.an not.98.col.1
Sensus eorum verborum, (Si quis vult venire post me) latius explicatur.770.an. 44.col.2
Sensus duplex horum verborum (quia magno timore tenebantur) exponitur.724. ann.80.col.2
Sensus litteralis, & spiritualis horum verborum (Nemo autem Lucernam accendens, &c.) exuitur.694.an.52.col.1
Sensus literalis quando ex propria verborum significatione haberi potest, non est ad figuratum recurrendum. 855.an. 25.col.2
Sensus sententiæ illius Luc.12. Et quid volo, nisi vt accendatur. 1064.an.79 col.2
Sensus illorum verborum, Nolite in sublime tolli, ab Auctore allatus, vnde verissimus appareat.1046.an.56.col.1
Sententia Patrum triplex de Christi ætate quando baptizatus fuit.355.an.65.col.2
Sentētia Patrū de filiis sponsi. 504.a.70.1
Sententia illa 1 Reg.2. (Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Dominū peccauerit, quis orabit pro eo?) varie explicata. 1016 an 22 col.2
Sententia illa. Qui dixerit verbum in Filiū hominis, &c. quoties a Domino prolata, & connexio eiusdem cum superioribus 1018 an.23.col.2
Sententia D Bernardi de tempore natiuitatis Ioannis Baptistæ expenditur. 45.an. 36.col.1
Sententia Patrum de non saluando quempiam per viam 841 an 8 col.1
Sententia illa (scio te quis sis, &c) varie interpretata.424 an 58.col.1. auctoris vero de ea opinio. ibid.col.2

Sententia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sententia Ambrosii de gladio, spiritualis potius, quam litteralis. 272. an. 56 col. 1
Sententia Bernardi de verbis B. Virg. (quo fiet istud) probatur. 120. an. 91. col. 1
Sententia eorum, qui Christum per quadraginta dies variis tentationibus vexatũ fuisse à Dæmone dicunt reijcitur. 372. an. 4. col. 2
Sententia Patrum dicentium Christũ matris vuluam non aperuisse, probatur. 258. an. 36. col. 1
Sententia Hieronymi, & Gregorii de tentationibus Christi cæteris præferenda. 384. an. 15. col. 1
Sententia illa Luc. 12. Quia complacuit Patri vestro dare vobis regnũ. verbotenus explicata. 1048. com. 1
Sententiæ Patrum de progressu Christi in sapientia explicantur, & referuntur. 292 an. 86. col. 2
Sententiæ illius Luc. 12. Nolite in sublime tolli. varia expositio. 1044. an. 54. col. 1
Sententiæ illius (sint lumbi vestri præcincti) varia expositio. 1050. com. 1. & ann. 62. col. 1
Sententiæ illius. Et quid volo, nisi vt accendatur Luc. 12. varia lectio. 1064. a. 79. c. 2
Sententiæ illius Luc. 12. Non in abundantia cuiusquam vita eius est, &c. explicatio. 1026. an 31. col. 1
Sententiæ illius, Nolite soliciti esse, animę vestræ quid manducetis, & Luc. 12. explicatio. 1035. com. 2. & an. 44
Sententiam eorum verborum (quod in spinas cecidit, hi sunt, &c.) Patres quomodo explicent. 690. an. 29. col. 1
Sententiam de quinque panibus quomodo Euangelistæ tenuerint. 756. an. 37. c. 1
Separatio qualis futura ob Euangelium. 1067. com. 1
Separationem, non pacem missurus quomodo venisse dicatur Christus. 1066. annot. 81. col. 1
Separationem ob Christi Euangelium futuram explicãs Christus, cur numeri imparis exemplũ adferat. 1067. an. 82. col. 1
Sepulchra Prophetarum ædificare cũ laudabile sit, cur id Christus in Pharisæis reprehendat. 967. com. 2. & an. 95.
Series historiæ de Baptismo Christi a Ioanne in Iordane suscepto. 345. an. 45. col. 1
Sermonis nomine non Christus, sed prædicatio intelligitur. 2. an. 7. col. 1
Sermones isti quos Dominus præcipit discipulis mente retinere, qui sint. 812. annot. 104. col. 2
Serpentũ, & scorpionũ nomine quid significet Christus, cũ dicit (Ecce dedi vobis potestatẽ calcandi, &c.) 856. an. 26. col. 1
Serui mali diuisio quæ, & quotuplex significetur Luc. 12. ibi. Et diuidet eum. 1061 an 74. col. 1
Seruis, quę portio assignari solita apud antiquos. 1059. an. 72. col. 2
Seruorum infidelium quot genera, & quæ cuiusque pœna futura sit. 1061. com. 2
Seruus infidelis quis sit. ibid. ãn n. 75. col. 2
Seueriani, & Andromici hæretici feminam Satanæ opus esse asserebant. 64. a. 53. c. 2
Sex sunt in regno Christi completa, quę de Regno Dauid erant prænunciata. 110. ann 89 col. 1
Sexagesimi, centesimi, & trigesimi fructus nomine quid intelligatur. 679. a. 18. co. 2
Sexum virilem, cur potius Deus assumpserit, quam femininum multæ dãtur causæ. 99. an. 82. col. 1
Sexus vterque de Christo in templo testificatus est, quia sexum vtrumq; venerat liberare. 274. com. 1
Sicera nomen Hebræum omne illud, quod inebriare potest, significat. 52. a. 22. col. 1
Signa in scriptura alia sunt cognitionis, alia probationis. 237. an. 18. col. 1
Signa petentes cur à Christo reprehendantur. 944. an. 67. col. 1
Significatio duplex militię cęlestis in Scriptura. 239 an. 19. col. 1
Significatio triplex verborum (dispersit superbos) à Bonauentura adfertur. 171. ann 130. col. 2
Significatio mystica nauis Petri. 444. an. 1. col. 1
Signum Ionę solum cur Iudęis promittat Christus; cum tamen multa alia ediderit. 945. an. 69. col 1. & an. 76. & 947. cõmen. & 949. an. 71. col. 1
Signum quoties à Christo petierint Iudęi. 946. an. 70. col. 2
Signum Ionę quod fuerit 947 an. 70. col. 1
Signũ de cęlo cur petant à Christo Iudæi. 917. com. & an. 35. col. 2
Simeon, & Leui vasa iniquitatis dicantur Gen. 49. 928. an. 51. col. 2
Simeon quia sacerdos erat, B. Virgini, & Ioseph benedixit. 267. an. 52. col. 4
Simeon sacerdos fuit. 264 an. 5. col. 3
Simeon multiplici pace donatus fuit. 265. annot. 47. col. 3
Simeonem fuisse sacerdotem valde probabile est. 261. an. 39. col. 4
Simeonis prophetia per patres explicatur. 268. com. 2
Similitudinibus, seu parabolis cur vsus fuerit Christus. 1026. com. 2
(Sine querela incedere) explicatur. 21. ann. 11. col. 1
Sociorum nomine quid mystice significetur. 449. an. 9. col. 1
Sodomi quomodo dicantur in vltimo iudicio remissius puniendi, quam illi, qui Euãgelio nõ crediderũt. 848. an. 16. col. 2
Sol cur non sit pater multorum animalũ è terra productorum. 128. an. 99. col. 2
Sol in signo Arietis creatus est. 47. an. 38. col. 1
Solicitudo rerum temporalium quantum noceat. 691. an. 29. col. 1
Solicitudo quid sit. 1036. an. 44. col. 1
Solicitudo quomodo differat a cura & prouidentia. ibid.
Solicitudo quotuplex, & quænam prohibita sit. ibid. col. 2
Solicitudo licet non in corporali, in spirituali tamen cibo esse debet. 1037. col. 1
Solicitudinem victus, & vestitus cur ad solos Discipulos, non autem ad turbas cõuersus prohibuerit Dominus. 1035. com men. 2. & an. 44
Solicitum esse, & quęrere an sint idẽ. 1043 an. 53. col. 1
Somnus discipulorum in transfiguratione qualis fuerit. 788. an. 66. col. 1
Spes aliquid recipiendi in mutuo vtrum inducat vsuram. 573. an. 60. col. 2
Spelunca, in qua Christus natus est, intra vrbem, non extra fuit. vbi obiectiones refelluntur. 228. ann. 10. col. 1
Spinæ cur semen, & non potius semen spinas suffocet. 691. an. 29. col. 1
Spiritualia nequitię quid vocet Paulus. 936. an. 59 col. 2
Spiritui sancto cur Christi conceptio tribuatur, cum sit opus totius Trinitatis. 127. an. 58. col. 2
Spiritum sanctum negare esse Deum, non est blasphemia in spiritum sanctũ. 1019 an. 23. col. 2
(Spiritus Domini super me) auctor late explicat. 396. an. 30. col. 1
Spiritus sanctus quot modis in aliquo esse dicatur. 263. an. 41. col. 1
Spiritus quomodo exultare, anima vero magnificare dicatur. 173. ann. 125. col. 1
Spiritus sanctus in B. Virginẽ superuenit, & quantum ad gratiam & quantum ad naturæ opera. 125. an. 97. col. 1
Spiritus sanctus superuenit, vt sine mora incarnationis opus perficeret. 125. ann. 97. col. 2
Spiritus malus vtrum a Christo fuerit increpatus, an puer Lunaticus. 810. annot. 101. col. 2
Spiritus solet pro dono isto Spiritus sancti accipi. 36. ann. 25. col. 1
Spiritus sanctus superuenięs viri vices supleuit. 125. an. 97. col. 1
Spiritus boni nomine quid intelligatur Luc. 11. (Quanto magis Pater vester dabit, &c.) 913. an. 28. col. 2
Spiritus sanctus vnus est, ob cuius donorũ multitudinem multi dicuntur spiritus. 825. an. 123. col. 1
Spiritus sanctus non est dicendus pater Christi secũdum carnẽ. 128. an 99. col. 1
(Spiritus sanctus superueniet in te,) explicatur. 124. ann 97. col. 1
Spiritus, & animæ differentia. 172. an. 125. col. 1
Spiritus sanctus in scriptura digitus Dei cur appelletur. 924. an. 44. col. 1. & 2.
Spiritus sanctus aliter in B. Virginẽ, aliter in Apostolos superuenit. 125 an. 97. col. 1
Spolia Dæmonis qũo Christus diuisit, arma abstulit, & vasa diripuit. 932. an. 55
Spolia Dęmonis quæ sint 928. an. 52 col. 1
Sponso, quomodo, & cur comparetur Christus in suo secundo aduẽtu. 1054. com. & ann 65. col. 2
Status quatuor populi Iudaici. 937. an. 69. col. 1
Sterilis & conclusa in quo differant. 147. an. 109. col. 1
Stultitia diuitis Luc. 12. ac aliorum diuitũ. 1033 com. & an. 41. col. 1
Stultos quomodo Pharisęos appellet Christus. 1068. an. 85. col. 2
Submersio nauium quid significet. 449. an. 10. col. 2
Substantiæ spirituales in tres diuiduntur hierarchias a Doctoribus. 54. a. 45. col. 1
Suffocandi verbo merito vtitur Christus. 676. an. 14. col. 2
Superborum & humilium differentia. 156. an. 113. col. 1
Superiores, & inferiores sunt inter dæmones,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes, sicut inter homines. 916. com. 2
Superuentio Spiritus sancti in B. Virgine quatuor continet. 125 an. 97. col. 1
Supplicia diuersa inter peccatores, pro peccatorum grauitate. 847. an. 16. col. 1
Suscitatio mortuorum quomodo fuerit signum aduentus Messiæ. 629. an. 37. co. 2
Syllogismus, seu argumẽtum quo refutat Christus calũniantes ipsum in Beelzebub eiicere Dęmonia, quomodo supplẽdus. 920. com.
Symboli Athanasij sententia explicatur. 134. an. 102. col. 1
Synagoga, Magistratus, & Potestas quomodo differant. 1020. com. 1

T.

T Littera mysterium Crucis designat. 104. an. 85. col. 2
Tactum fimbriæ mirabilis effectus sequutus est. 730. an. 92. col. 3
Tactus triplex insinuatur hoc Christi verbo (quis me tetigit) 731. an. 95. col 2
Talitha cumi vox Hebræa quid significet. 735. an. 108. col. 4
Telonium quid sit. 490. an. 53. col. 1
Tẽperantia, & frugalitas panis solius mentione in orat. dom. comendatur. 899. com. & an 10. col. 1
Templi rædificatio quando completa sit. 978. an. 100 col. 2
Templum tria habuit atria. ibid col. 1
Temporalia administrare Prælatis Ecclesiasticis, nec à Christo, nec ab Apostolo est vetitum. 1023. ann. 28. col. 1
Temporalia cur Regnum Dei quærentibus adijcienda, non autẽ danda Luc. 12. Christus dixerit. 1047 com. 2
Tempore præsenti cur viatur Dominus, ibi; Beatus ille seruus quem cũ venerit Dns, inuenerit ita faciẽtem. 1059 com.
Tempus reiuuii in veteri lege nullũ fuit in dictum, quamuis frequens fuerit vsus. 504. an. 70. col. 2
Tempus regni huius sæculi dies vocatur ob breuitatem eius. 12. an. 1. col. 1
Tempus pariendi à natura præscriptum non est, tempus nouem mensium cõpletorum. 182. in 184. col. 2
Tempus præsens pro præterito positum 65. an. 32. col. 2
Tempus pariendi Elisabeth cur impletum dicatur, mystica, & litteralis explicatio. 183. an. 135 col. 1
Tentandi verbum apud Euangelistas quãdo in malam partem accipiatur. 873. anno. 47. col. 1
Tentandi munera Dęmonibus esse diuisa, nec omnes ad omnia tentare peccata. 936. ann. 59. col. 1
Tentatio non omnis a Diabolo est. 903. an. 15. col. 2
Tentatio quænã intelligatur in orat. dom. 904. an. 15. col. 2
Tentationũ genus duplex. ibid an. 16. col. 2
Tẽtationis effectus varii. 903. com. & quid per eam intelligatur. an. 15. col 1
Tentationem vt aggrediatur homo rarissimum est: eam autem pati, & inferri, frequentissimum. ibid. col. 1
Tẽtationem aliquam a nobis auferri, aut, ne proueniat quando liceat petere à Deo. 904. an. 16 col. 2
Tentationem inducere quomodo dicatur Deus 903. an. 15. col. 2
Tentationem vt omnem impediat, & vt nullam permittat cui neutrum à Deo petendum sit. 905. an. 16. col. 1
Tentationes Christi eo ordine quo factæ sunt, à Matthæo describuntur. 382. ann. 15. col. 2
Tentat aliquis aliquando vt discat nõ vt calumnietur. 873. an 47. col. 1
Tentator cur præcipue diabolus dicatur. 903. an. 15. col. 2
Terræ triplici triplicis hominum generis comparantur inimici. 677. an. 15. col. 2
Tertulliani interpretatio de Domino Sabbati probatur auctori. 519 col. 2
Tertullianus trac. in orat. dom. legẽs prius (Fiat voluntas tua) quam (adueniat regnum tuum) quam rationem adducere possit, & quomodo illi respondendum. 898. an. 8 col. 2
Tertullianus, aiens B. Virginem in partu virginem non mansisse, refutatur. 259. an. 36. col. 2
Testamenti veteris legem nõ nosse cur Iudæis melius foret. 939. an 61. col. 2
Testamenti noui, & veteris discrimen, quoad filiorum adoptionem. 892. an. 4. co. 2
Testamenti, & iuramenti differentia. 199. com. 2
Testamentum sanctum quid sit. 200. ann. 151. col. 1
Testimonia, iustitiæ, mandata, & iudicia quo in Scriptura differãt. 19. an. 10 col. 2.

Tetrarcha, & Tetrarchia quid significent explicatur. 301. an. 3. col. 1
Theologorum recentiorum doctrina de triplici Christi scientia explicatur. 293. an. 86. col. 2
Thomas, cur eo quod viderit, postponitur iis, qui non viderunt, & crediderunt. 871 an. 44. col. 1
Theophilus ille, cui suum Euangelium dedicauit Lucas, quis fuerit, varia est Doctorum opinio. 10. an. 11. col. 2
Theophylacti verba de matrimonio B. Virginis elucidantur, 68. an. 56. col. 2
Theophylacti error circa paradisum. 948. an. 71. col. 1
Thesauri verbo duo significant. 596. com. 2
Thesauri nomine quid intelligat Basilius. 597. an. 85. col 1
Thesaunis ac diuitijs accumulandis incumbere an absolute reprobet. 1034. a. 42. c. 2
Thesaurizare sibi quid significet Luc 12. ibid. an. 42. col. 2
Tibicines qui dicerentur. 734 an. 105. col. 4
Timor vtrum causa incredulitatis, vel incredulitas fuerit Discipulis causa timoris. 705. an. 50 col. 2
Timor quis & quando malus non sit. 992. an. 10. col. 1
Timor cur inuaserit homines I nativitate Ioannis, in ortu autem Saluatoris gaudium. 189. com.
Timorem an prohibeat Christus, cum dicit, ne terreamini ab his, qui occidunt, &c. & de quo timore hic agatur. 988. cõmen. & an. 7. col. 2
Timothei presbyteri Hierosolymitani error, qui B Virginem martyrio affectam esse asserebat, exploditur. 271. a. 56. col. 3
Tophet pro inferno in scriptura accipitur. 990. an. 8. col. 2
Tophet cur à Iosia Rege sit contaminatũ. ibidem.
Tophet in sacra scriptura quid sit. ibidem
Tunicæ duplicis prohibitio quomodo intelligenda. 746 746. an. 10. col. 2
Traditionis verbum, ibi (omnia Mihi tradita sunt, &c.) quomodo intelligendum. 865. an. 38 col. 1
Transgressorem legis se non esse quomodo ostendat Christus 874 com. 1
Tres dies, & tres noctes, quibus Christus in corde terræ, fuisse dicit, quomodo interpretentur Doctores. 949. an. 73 col. 1
Tria intercessio cm commendant, & quod B. Virgo tribus illis prædita sit, ostenditur. 101. an. 83. col. 2
Tria sunt ex parte proximi, quæ nos ad dimittendum inuitant. 183. an. 70. col. 1
Tria sunt ex parte Dei, quibus admonemur, vt dimittamus. 582. an. 70. col. 1
Tria impediebãt Zachariam, & Elisabeth, quo minus filiũ possent hre. 22. a. 12 c. 1
Tria solẽt impedire, quo minus dicenti credamus. 142. an. 107 col. 2
Tribus Iudæ, & Leui nobilissimæ fuerunt. 14 com. 2
Tribus Leuitica nullam certam possessionem in diuisione terræ promissionis obtinuit. 162. an. 116. col. 2
Tribus, à Patribus, & non a matribus sumebantur. 145. an. 108. col. 1
Tribus Iuda, & Aaron solitæ fuerunt commisceri, nõ autem tribuum hæreditates. ibidem
Tributum Iudæorum in singula capita, quod Romanis pendebatur, quantum fuerit. 220. an. 1 col 2
Triduum quomodo intelligendum. 281. an. 73. col. 2
Trigesimi, sexagesimi, & centesimi fructus nomine quid intelligatur. 679. a. 17. c. 2
Triticum, de quo Luc 12. vt det illis in tẽpore tritici mensuram, &c quid significet. 1059. an 72. col. 2
Turbarum imprudentia, ac incuria cur reprehensa. 1067. com. 3. & an. 86
Turbatio B. Virginis vnde orta fuerit: & Doctorum de ea opinio. 93. an. 75. col. 1
Turbatio B. Virginis qualis fuerit. 91. an. 74 col 2
Turbationes, quibus Zacharias, Deipara, & Christus turbati fuerunt, in quibus conueniant, & differant. ibidem
Turbationes tres in Sacra Scriptura commemorantur, ibidem
Turbationes tres in Sacra Scriptura commemorantur. ibidem.

V.

VAde in pace, varie explicatur. 665. ann. 80. col. 2
Væ particula quatuor modis in scriptura sumpta. 543. an. 33. col. 2
Vasa Dæmonis quæ sint. 928. an. 51. col. 1. & quæ spolia. pag. ead. an. 2
Vasa Dæmonis qũo Christus diripuit, arma abstulit, & spolia diuisit. 932. a. 55. c. 1
Ventus, & mare quomodo Christo obedire dicantur. 708. an. 53. col. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ventilabrum quid significet.339.com.
Verba singula prophetiæ Simeonis explicantur.261.com.2
Verba illa: Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Luc 11 quomodo intelligãtur.994.com.& an.12.col.1
Verba illa Luc.11.(Domus supra domum cadet)quo intelligenda.919.an.38.col.2
Verba de Domino messis Euangelicæ latius explicantur.838.an.5.col.1
Verba sensus(quia filius Dei es tu)explicãtur.434.an 73.col.1
Verbi incarnatio summum Dei beneficiũ est.180.com.1
Verba illa (Qui nõ est aduersum vos,&c.) explicantur.821.an.116.col.2
Verba illa, Nihil opertum est,quod non reueletur,neque abscõditum, &c quoties à Christo prolata sint, & quis corũ sensus.986.an.4.col.2
Verba Christi (Et te percutit in maxillam vnam, &c.) quomodo Patres interpretentur.560.an.48.col.1
Verba illa(Et nõ iudicabimini) diuersimode à Doctoribus explicãtur. 578.a.66.c.2
Verba Christi(Beatus q nõ fuerit scãdalizatus in me) quorsũ dicta. 631.a.39.c.1
Verba Luce de precipitatione porcorũ in stagnũ clarius explicantur.521.an.75.col.2
Verba Matthæi (venisti ante tempus torquere nos)explicantur.715.an.63.col.1
Verba Christi, (Nam noui virtutẽ de me exisse)latius explicantur. 731.an.96.c.2
Verba hæc: Nolite soliciti esse animæ vestræ quid manducetis, &c. cur ad solos Discipulos cõuersus pronũciauerit Dominus.1036.com. & an.44.col.2
Verba illa(quod enim habet, dabitur illi, &c. bis in huius parabolæ explicatione vsurpantur.695.an.35 col.2
Verba illa(Et iustitiã eius) Luc.12. quinã legant,qui vero non.1047.ann.58.col.1
Verba singula sententiç illius Luc.12.Quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum explicata.1048.com.1
Verba Christi(quæ est Mater mea,&c.)nõ sunt increpationis,vt Chrysostomus, & Tertullianus opinantur.699.an.39.co.1
Verbi(expectandi)duplex significatio. 275 an.63.col.4
Verbi Dei prædicatores maxime ab humana laude debẽt abhorrere. 546.a.36.c.2
Verbis, Quærite, & Pulsate Luc.11. quid significetur varia expositio.910.a.24.c.1
Verbis illis:Nolite soliciti esse animæ vestræ quid manducetis,&c.an prohibuerit Dominus curã victus,ac vestitus,aut cibos in posterũ asseruari.1036.a.44.c.2
Verbis,& factis Deum magnificamus.171. an.124.col.2
Verbis illis (Nolite iudicare) quid prohibeatur.576.an 65.col.2
Verbo pẽsenti cur vtatur Christus ibi:Beatus ille seruus, quem, cum venerit Dominus inuenerit ita facientẽ.1059.com.
Verborum illorum Luc.11.(Qui non est mecum,contra me est, &c.) sensus.932. com & an.56.
Verborum illorum(Cum immundus spiritus exierit de homine, &c.) Luc.11.sensus.933.com.& an.57.
Verborum Leprosi duplex sensus, & vter textui accommodatus.459.ann.19.col.1
Verborum eorum difficultas(Quia Dominus est, &c.) ex verbis Marci soluitur. 519.an.7.col.1
Verborũ illorũ Lu.12.& quid volo,nisi vt accendatur,varia lectio 1064.a.79.col.2
Verborum illorum:Nolite soliciti esse animæ vestrç quid manducetis,&c Luc.12. sensus.1036.com.& an.41.col.1
Verborum illorũ:Nolite in sublime tolli. Luc.12.Varia expositio 1044.a.54.co.2
Verborum illorum Luc.12. Non in abundantia cuiusquam vita eius est,&c.explicatio.1026 an.31.col.1
Verborum illorum Luc.12.(Sint lumbi vestri præcincti) varia interpretatio. 1050. com.4.& an.62.col.2
Verbũ hoc loco q̃d significet.429.a.66.c.2
Verbũ humilitatis triplicem habet in Scriptura significationem.174.an.126.col.1
Verbum fructum non faciens vnde impediatur.677.an.15.col.1
Verbum illud(iusiurandum)cum sine verbo sit positum,a quo regatur, varias interpretationes redẽtiorum inuexit. 200 an.152.col.2
Verbũ *πρασσειν* ambiguũ est.331.a.31.c.2
Verbũ in filiũ hoĩs q̃d sit.1009.an.19.co.2
Verbũ an præsente Angelo caro factũ sit, dubitatur,& soluitur. 157.an.114.col.1
Verbum illud(Ancilla) insignem Deiparæ humilitatem declarat. 156.an.113.col.2
Verbum Dei quid sit in illis verbis: Beati, qui audiunt verbũ Dei,&c.941.a.64.c.2
Verbum Dei cur semen vocatum sit. 685. an.24.col.2

Verbum

Verbũ auditũ q̃dnã intelligat.687.a.25.c.1
Verbum hominis multis modis fallax.148 an.110.col.1
Verbũ duob. modis accipit.147.a.110.c.2
Verbũ hoc de morte Xpi, diuina puidẽtia Discipulis fuit occultatũ.815.an.107.c.2
Verbũ(Virũ nõ cognosco)perpetuã B.Virginis virginitatẽ indicat.123.a.96.col.1
Verbum commodandi ad quæ proprie referatur.907.an.19.col.1
Verbum in Filium hominis remitti, Blasphemiam vero in Spiritum sanctũ nõ remitti quid sit,aut quomodo intelligatur.1011.an.20.col.1
Veritatem non mutat ordo narrationis diuersus.940.an.62 col.1
Veritas rei ex intentione pẽdet.969.a.95.c.1
Vesania hereticorum in oppugnando salutationem Angelicam.888.a.71.col.2
Via naturalis conceptionis secundum philosophos.45 an.36 col.1
Victũ corporis in ora Dom cur prius petam*, q̃ peccatorũ remissionẽ.901.a.15.c.1
Videbã,nõ,video, cur dictũ sit ibi(Videbã satanã sicut fulgur, &c.855.an.65.col.2
Videndi verbum generale est cognitioni auditus.7.an.6.col.2
Vigiliæ noctis cum quatuor sint,cur Christus quartę nõ meminerit 1056.a.67.c.1
Vigilias quotuplices innuant illa Christi verba: Et si in secunda vigilia,& in tertia vigilia venerit.&c.ibid.an.67.col.1
Vigilias quot habuerit nox apud Hebræos,ibid.com.1
Vim vi repellere licitum, 553 an.41.col.1
Vim maximam contulit Deus verbis matris suæ.162.an.117.col.2
Vincere posse, & vincere longe distincta sunt.904 an.15.col.1
Vindicta quomodo beneficium esse possit, & pro ea gratiæ agi. 63 an.35.col.2
Vindictã sumi in tertiã, & quartã generationem quo intelligatur,974.a.98.col.1
Vindictam à Deo contra calũniantes exorare non licet,558.an.45.col.2
Vir,& femina quid in naturali generatione conferant,126.an.97 col.1
Virgines non quæuis stuprum admittentes solebant comburi, sed solæ filiç sacerdotum 66 ann.55.col.1
Virginitatem matris Dei quatuor acerrimi hostes impugnare conati sunt. 148. an.111.col.1
Virginitatis votum reijcientes hæretici cõfutantur.121.an.94.col.1
Virginitatis vox tria significat,275.com.1
Virgo B.cur, etsi nullũ habuit actuale peccatum, vsa sit tamẽ hac oratione(Dimitte nobis,&c.)902.an.13.col.1
Virgo B. quomodo mater, & ancilla fuerit.156.an.113 col.1
Virtus naturalis est finita, & in tempore agit;virtus vero Spiritus sancti infinita, & in momento agit,126.an.97.col.2
Virtutem quomodo interpretentur Doctores. ibi(Ecce dedi vobis potestatem calcandi,&c)856.an.26.col.2
Virtutem de Christo exire quid sit,732.an no.96.col.1
Virtutis nomine quid hic intelligatur,132 an.100.col.1
Virtutis,& potestatis hoc loco quę sit differentia,939.an.2.col.1
Vis illius vocabuli (dilectus) elucidatur, 798.an. 80.col.1
Vis ac proprietas eleemosynæ quintuplex deducta ex Domini verbis Luc. 12. Facite vobis sacculos, &c.1049 com.1.2.3.4
Viscera misericordiæ Dei,cur memorent, & nõ ipsa misericordia,208.a.161.col.2
Visitare in bonam,& malam partem accipitur,192.com.2.& an.46.col.1
Vita hæc terrena,cum absq; peccatis,saltẽ venialibus,esse non possit,quæ sunt præter voluntatem Dei, quo intelligitur illud:Sicut in cęlo,& in terra, 898.a.9.c.1
Vita infantium usq; ad octauum diem in magno versatur periculo, tũ ob causas particulares; tum ob cęlestium orbium impressiones,185.an.138 col.2
Vita,ac mores mali dispensatoris, 1060. com.2
Vnę generum quodnam perfectissimũ sit, 888.an.73 col.2
Vitę genera duo in Martha,& Maria significantur,& quæ.ibidem
Vitæ puritatem commendat Christus in Ioanne,633.an.43.col.1
Vitam ęternã cõsequẽdi inter nos, & illos ueteris testamẽti differimẽ. 873.a 48.c.1
Vmbra mortis q̃d significet,213.a.164.c.1
(Vna diesũ)quid intelligat.472.a.31.col.1
Vnicus,& unigenitus quomodo differant. 621.an.28.col.2
Vocabitur Altissimi filius)cur dixerit Angelus,& non (erit Altissimi filius.) 109. an.88.col.1
Vocatio hominum quorsum capturæ pisciu.n

Universidad de Deusto
Biblioteca

scium comparata.452.an.12.col.1
Vocatio quorundam Apostolorum cur descripta sit, aliorum non.500.an.65.col.1
Voce illa (concipies) quatuor hæreses confutantur.97.an.80.col.2
Voce, corde, & opere Deus magnificatur. 171.an.124.col.2
Vocis huius, partem, I ne 12. ibi. (Partemque eius ponet cum infidelibus) varia interpretatio.1061.an.75.col.1
Vocis illius (Stulte) qua Deus Luc.12. Diuitem compellat, emphasis.1031.com.2
Vocis illius, Donec, significatio in Scriptura.1071.an.90.col.2
Voluntas Dei cum semper fiat, tam si mala fiant, quam bona, cur petatur eius voluntatem fieri. 897.an.9.col.2
Voluntatem Dei fieri cur iubeat, & melius petamus, quam et nostra fiat. ibidem
(Vox clamantis in deserto, &c.) duobus modis explicatur.309.an.13.col.2
Vox (magnificat) explicatur. 170.com.2
Vox illa in monte Tabor facta est a tota Trinitate, & quomodo Patri tribuatur. 796.an.77.col.1
Vox illa (sanctum) quomodo cum antecedentibus, & consequentibus connectatur.136.ann.104.col.2
Vox illa (crede) quomodo hic intelligenda.734.an.103.col.2
Vsus arbitrii an perseuerauerit in Ioanne, etiam postquam natus fuit, affirmatiue asseritur.164.an.118.col.2
Vtilitas dilectionis inimicorum. 572. an. 59.col.2
Vultures solent aliquando sine sexus commixtione concipere, & prolificare. 150. an.111.col.1
Vxoris nomen non aufert Virginitatem. 224.com.1

Z.

ZAchæus cur gaudēs Christum recipiat; Centurio vero Christi ingressum prohibeat. 609.an.12.col.2
Zachariæ prophetia omnes temporis differentia complexa est.192.an.144.col.1
Zachariæ os cur nō in natiuitate Ioannis, sed in circūcisione apertū fuerit, plures causæ assignantur.189.an.131.1
Zachariæ temporibus mos erat nomina parentum filiis imponere. 187.an.139. col.1
Zachariæ quot nominentur in Scriptura. 976.an.100.col.1
Zachariæ nominis interpretatio.977.ann. 100.col.2
Zachariæ incredulitas in quo consistat, 40.an.30.col.1
Zachariam non fuisse summum sacerdotem probatur ex tempore conceptionis Ioannis Baptistæ 43.ann.36.col.1
Zachariam ex supore mutum fuisse arbitrantes refelluntur.42.an.32.col.1
Zachariam non solum mutum, sed & surdum fuisse probabile est ex plurib⁹ argumentis.41.an.32.col.2
Zachariam, & Elisabeth tria impediebant, quo minus filium possent habere. 22. an.12.col.1
Zachariam filij nomen scripsisse negandū non est.128.an.141.col.2
Zacharias de quo timore loquatur, dubitatur, & quid de eo Doctores sentiant.203 ann.154.col.1
Zacharias, de quo Luc.11. quis fuerit.976. an.100. Idē cur, & a quo occisus fuerit, variæ sententiæ.ibidem
Zacharias quare sermonem ad filium conuerterit.205.an.156.col.1
Zacharias vtrum ad aliquem Isaiæ locum alludat.213.an.164.col.2
Zacharias idem quod memoria Dei est. 15.an.6.col.1
Zacharias vtrum pro filio obtinendo orauit, quando Angelus ei apparuit.27.anno.18.col.1
Zacharias in pœnam, non in signum mutus factus est.41.an.32.col.2
Zacharias quærendo modum, & signū ab Angelo, quo sibi filius nasceretur, incredulitatis crimen admisit.39.an.29.col.2
Zorobabel, & Salathiel a Matthæo & Luca enumerati vtrum ijdem sint.365.an.60. col.2

FINIS.

FRAN.

FRANCISCI CARDINALIS Toleti

IN SACROSANCTVM LVCAE EVANGELIVM Commentarij.

CAPVT PRIMVM.

QVONIAM quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt rerum: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi, assecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi scribere, optime Theophile, vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem. Fuit in diebus Herodis, regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abiæ, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomē eius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela, & non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur, in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt vt incensum poneret, ingressus in templum Domini: & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, & timor

Universidad de Deusto
Biblioteca

irruit super eum. Ait autē ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt: erit enim magnus coram Domino: & vinum, & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: & multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum: & ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem, quo hæc fiant, pro eo quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quòd visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius abijt in domum suam: post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens: Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. In mense autem sexto, missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM. hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deū omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa angelus. Exurgens autem Maria in diebus illis abijt in montana cum festinatione, in ciuitatem Iuda: Et intrauit in domū Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. & beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino. Et ait Maria:

Magni-

Magnificat anima mea Dominum: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Esurientes implenit bonis: & diuites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in sæcula.

Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam. Elisabeth autem impletus est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo, venerunt circumcidere puerum, & uocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua qui uocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem uellet uocari eum. Et postulans pugillarē scripsit, dicens. Ioannes est nomen eius Et mirati sunt uniuersi. Apertum est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos, & super omnia montana Iudæ diuulgabantur omnia verba hæc, & posuerunt omnes, qui audierant in corde suo, dicentes: Quis putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto, & prophetauit dicens.

Benedictus Dominus Deus Israel quia uisitauit, & fecit redemptionem plebis suæ:

Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorati testamenti sui sancti.

Iusiurandū, quod iurauit ad Abraham patrē nostrum, daturum se nobis:

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi.

In sanctitate, & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.

Ad dandā scientiam salutis plebis eius, in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitabit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis.

Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israel.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRAEFATIO Euangelistæ.

Quoniam quidem multi conati sunt.

COMMENTARIA.

CAusam, cur Euangelicam historiam texendi munus susceperit, reddit; ea autem est, quia multi aggressi sunt eam scribere, quos tacitè sugillat, quasi imperfectè, & non ad ueritatis normam scripserint, si enim perfectè scripsissent, non erat, cur laborem hunc Lucas assumeret.

ANNOTATIO I.

AVGVSTINVS li. 4. de consen. Euang. capit. 8. hanc præfationem non ad Euãgelij narrationẽ pertinere censet, idque uerum est. Posset autem quispiam interrogare, cur solus Lucas inter ceteros Euangelistas præfatione utatur. Cui interrogationi Titus Bostrenus tacite respondere uidetur. Ceteri, inquit, Euangelistæ ab ipsis statim rebus initium faciunt; Lucas uero tamquam grandia quædam expositurus breui exordio præmisso aggreditur. Hæc causa si quid probaret, Ioannes etiam præfatione uti debuit, qui à maioribus sumpsit exordiũ, & Marcus, qui non à minoribus exorsus est. Quidam recentiores alias comminiscuntur causas. Mihi tres uidentur præcipuæ, quæ ex ipsius præfationis uerbis deducũtur. Vna est, ut rationem redderet, cur post multos, qui Euangelium scribere conati erant, ipse ét idem efficeret, cũ Dominum nõ audierit: altera ut sibi fidẽ scribendorum cõciliaret, explicando se licèt Dominũ non uiderit, tamen omnia diligentissime pueltigasse ab ijs, qui uiderunt, & audierunt: tertia, ut eã narrationẽ se Theophilo dedicare declararet. Fateor potuisse Lucam præfatione non uti, sicut potuerunt ceteri tres eã præmittere, hoc. n. est ex genere eorum, q̃ si fiãt, benè fiunt; si uerò prætermittantur, non ob id malum aliquod committitur.

Cur Lucas solus præfatione utatur inter alios Euangelistas.

Auctoris sententia.

Maior tamen est difficultas in explicatione huius uerbi (*conati sunt*) quod græce dicitur ἐπεχείρησαν concors. n. Doctorum sententia in malam partem accipit, quasi eos Euangelista sugillet, & eorum conatum accuset, licèt non omnes Doctores eodem modo explicent. Quidam enim dicunt eos dici conatos esse, quia sine diuinę gratiæ adminiculo quasi temerè id fecerunt, ac proprio iudicio ducti id aggressi fuerunt, sic interpretantur Origenes hom. 1. in Lucam, & Titus Bostrenus, & Epiphanius hære. 51. Quidã alij interpretantur eos dici conatos, qa non potuerunt complere, ac perficere, q̃ adorti sunt, sicque Aug. lib. 4. de cõsen. Euang. c. 8. exponit. Ambrosius aũt utrũque complectitur, scilicet non potuisse complere, utpote diuinæ gratiæ præsidio destitutos. Euthymius explicat, quomodo non potuerunt perficere, ac complere, nempe, quia à ueritate permistis erroribus longe aberrarunt. Sic Doctores hi in malam partem interpretantur hũc conatum, eaq; ratione excipiunt Matthæũ, & Marcum, qui etiam si iam scripserant Euangelium ante Lucam, tamen non dicuntur conati; tum quia Spiritu sancto afflati scripserunt, tum quia compleruntt, & eorum conatus opere ipso perfectus est.

Quomodo multi conati Euangelij scribere dicantur Lucæ.

Quòd si petas, qui sunt hi multi, quos Lucas significauit? Non una est prædictorum doctorũ responsio. nã Origenes quidem hoc esse dictum censet propter Euangelia conscripta à multis, quorum unum dicebatur secundum Aegyptios, alterum secũdum Basilidem ab ipsomet conscriptum, tertium secundum duodecim Apostolos, quartum secũdum Thomam, quintum secundum Matthiam, aliaque multa, quæ se legisse affirmat. Ambrosius eorundem meminit præter Aegyptiorum Euangelium. Epiphanius uerò propter Euangelium Cerinthi, & Euangelium Merinthi, & aliorum dictũ interpretatur. Titus Bostrenus autem & Theo-

Qui sint illi multi, quos Lucas significauit conatos Euangelium scribere.

& Theophylactus de Euangelio secundum Aegyptios, & secundũ duodecim Apostolos intelligunt. Beda idem dicit, quod Ambrosius, addens etiam dictum hoc propter Euangelium secundũ Apelem. Augustinus demum nihil in particulari dicit, sed solum eos intelligi censet, qui scripserunt, & nulla eorum in Ecclesia extat auctoritas. Hæc sunt, quę Doctores antiqui in hac parte sentiunt.

Auctoris sententia.

Quid autem in hac difficultate mihi sit visum, sequẽtibus dictis aperiam. Primò quidem probabilius, & accommodatius est contextui, uerbum non accipi in malam partem, tum quia significatio uerbi, tam Græci, quam Latini indifferenter accipitur, siue in bonam, siue in malam partem, idem enim significat, ac aliquod aggredi, aut opus aliquod faciendũ suscipere: tum quia illa particula (ὲν) quã postea Euangelista adhibet, nẽpe (*visum est & mihi*) significat se etiam pariter uel se conari, & opus aggredi: si igitur in malam partem acceptum illud esset, non debuisset se illis coniungere, dicendo se etiam id opus adoriri. quod argumentum me multum mouet, ut sentiam uerbum hoc accipi generaliter, tam in bonam, quàm in malã partem, ut utramq; complectatur. Secundò, uera est communis, & concors Patrum sententia, hic sugillari eos, qui non, ut par erat, scripserant, tamen id non uerbo (conati sunt) significatur, sed alio modo tacitè insinuatur à Luca, dum dicit propterea se scribere, quia ipse assecutus esset omnia, adhibita diligentia, igitur illi non erant omnia assecuti, quæ gesta fuerant, nec diligentiam debitam adhibuerant in ijs perquirendis, quam Lucas se fecisse testatur; aliter enim si illi ea præstitissent, non erat, cur ipse scriberet. Tertiò, horum numero non comprehendit Matthæum, nec Marcum, quia hi non scripserant Græce, & ad Græcos scribens, de his scriptoribus loquebatur, qui eodem scripserunt idiomate. Quartò, per hos multos non potuit intelligi Basilides, ut putat Origenes, nec etiam Apelles, ut existimat Beda; ratio manifesta est: nam hi duo fuerunt tempore posteriores Luca, & consequenter nondum conscripserant Euangelia, nam Lucas de his loquebatur, qui suo tempore scribere conati erant. Fuisse autem Basilidem posteriorem Luca, constat ex Eusebio lib. 4. hist. Eccl. cap. 7. Apellem verò Basilide posteriorem ex eodem manifestum est lib. 5. cap. 13. idem etiam sentiendum est de Cerintho, & Merintho: nã etiam hi posteriores fuere, ut deducitur ex eodem Eusebio lib. 3. cap. 22. Quintò, de alijs prædictis incertum est, qui ante Lucam scripserint, hoc verò certum est, non nullos Græcè scripsisse, quorum Euangelia cum alijs, quæ postea scripta fuerunt, utpote uana, & falsa continentia, ac imperfecta, Ecclesia reiecit, retentis ac probatis Quatuor, quæ hucusque conseruantur, & diuino Spiritu cõscripta confitemur, & fide credimus, quæ in eis contenta sunt.

Ordinare narrationem.

COMMENTARIA.

EXponit, quid illi multi conati sint, ordinare, inquit, narrationem, idest texere historiam, & ea, quæ gesta sunt, distinctè, & ordinatè describere. Euangelium enim Lucę, ac ceterorum, historia quædam est ordinata, ac distincta narratio gestorum, ac doctrinæ Christi.

ANNOTATIO II.

VErbum ordinare non significat omnia, quæ gesta sunt ordine recensere, hoc enim non semper effecerũt Euangelistæ, nam quædam præposuerũt, quędam verò alia postposuerunt, non secundum temporis ordinem, quo facta sunt; at verò in præcipuis, ac plurimis id obseruarunt, nempè temporum ordinem sequentes, omnia verò inter se conuenienti ratione disposuerunt, etiam in ijs, in quibus temporis ordo nõ tenebatur.

Quę in nobis completæ sunt, rerum.

COMMENTARIA.

EXplicat, quæ sint hæc, quorum narrationẽ ordinare multi conati sunt, ea nempe, quorum nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

certa fides facta est, & quæ explorata, ac certa fide tenemus; illa scilicet, quæ Christus gessit, ac docuit, hęc Lucas ipse Act. 1. explicuit, dicens: Sermonē feci de omnibus, quæ cœpit Iesus facere, & docere. res autem appellat, quia nō fabulæ, aut figmenta, sed res verissimæ sunt. In nobis autem dicit completas; quia ea omnia facta, & gesta esse, fide indubita credimus.

ANNOTATIO III.

VErbum græcum πεπληροφορημένων, quod interpres vulgatus vertit (cōpletæ) participium passiuum est à verbo πληροφορέω, Φ in scriptura duas habet significationes. Significat enim idem, Φ perficio, seu compleo; & idem etiā, quod certam fidem facio de aliqua re. In priori significatione accipitur. 2. Timot. 4. Ministerium tuum imple, ideſt perfice, nihil prætermittas ex ijs, quæ tuū officium postulat: in posteriori vero vsurpatur in eodem capite: Dominus, inquit, confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, ideſt persuadeā hominibus ea, quæ prædico, & eorum plenam, ac exploratā, ac exploratam fidem faciam. Eadem significatio etiam est Rom. 4. Plenissime sciens, quòd qui promisit potēs est facere; ideſt persualus, certamque fidem tenēs Deum posse facere, quæ promisit, & Rom. 14. Vnusquisque in suo sensu abundet, ideſt de eo, quod iudicat, ac sentit, sit plene psuasus, loco enim illius verbi (abundet) Græce habetur hoc idem verbum. Iuxta hanc duplicem significationem, duplex est sensus huius sentētiæ. Prior est secundum priorem significationē, nempe, res dici in nobis completas, quia in Euangelio per Christum perfecta sunt, quæ in lege fuerāt promissa. quā significationem Ambrosius amplexus est, & ei magis accedit vetus interpres. Posterior est iuxta alteram significationem, nempe res has completas dici in nobis, quia de earū veritate fides perfecta, ac firma facta nobis est per Apostolos, certique sumus de eis, non quasi ex humano auditu, & opinione, aut cum dubietate aliqua. Hic sensus est communissimus apud interpretes, quē sequuntur Orig. hom. 1. in Lucam, Athanasius in Epist. ad Ammum monachum, Titus Bostrenus, Eusebius lib. 3. hist. Eccles. cap. 8. Theophylactus, & Euthymius; & idcirco eum nos amplexi sumus, & verbum latinum (completæ) in eā traximus significationem, sicut trahi etiā debet in alijs locis Pauli citatis. Notat autē Titus Bostrenus appositè dictū esse (rerum) neque enim, inquit, Dominus Iesus imaginaria, vt hæreticis nugari lubet, sed vera naturalique carne indutus in mundum hunc venit. nā vt ipse veritas est, ita quæcunque patrauit, aut pertulit, verè patrauit, ac pertulit. Hæc ille.

Duplex in Scripturis significatio verbi.

πληροφορέω.

ANNOTATIO IIII.

ALtera difficultas in eisdem occurrit verbis, nimirum, quid illud (nobis) indicet. Origenes enim hom. 1. in Lucā, & Titus Bostrenus interpretātur de ipso Luca solo, quasi dicat, sē certa fide, & indubitata persuasum esse de his, quæ scribere aggreditur. Hæc tamē expositio nō videtur accommodata, nam nondum de seipso loquitur vsq; ad illa verba (visum est & mihi) tūcq; numero singulari vtitur. Verius dicunt Ambrosius, & Euthymius, nēpe de omnibus fidelibus loqui, qui non viderunt, nec audierunt Christum, sed fidem ex audito conceperunt, certique erāt de ijs rebus, quas Christus gessit, & docuit. Quod autem quidam recentiores ad Lucam, & Theophilum referunt, nullo probabili nititur fundamēto, nam in ceteris fidelibus erant etiam completæ res, ac earum fides erat illis perspecta.

Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt.

COMMENTARIA.

REfertur hęc sentētia ad primā, in hunc sensum: Multi conati sunt ordinare narrationem rerū, sicut ab ijs, qui viderunt, traditę nobis sunt; non quòd eas ipsi viderint, sed quòd ab alijs audierint, & tāquam traditas scribere conati sint. Isti porro qui tradidisse dicuntur, sunt Apostoli, & ceteri Discipuli, qui a principio prædicationis, & manifestatio nis Christi, eum sunt comitati iuxta illud Ioann. 15. Vos testimoniū perhibebitis, qui ab initio mecum estis.

ANNOTATIO V.

ORigenes hom. 1. in Lucam, & Titus Bostrenus, ceterique fere expositores hanc sententiam connectūt cum proxima præcedenti, in hunc sensum (nobis completæ sunt res, sicut tradiderunt, qui ab initio viderunt) ideſt credimus, ac certa fide persuasi sumus de rebus, sicut ab Apostolis traditæ fuerunt; siue de Luca sit sermo, siue de omnibus fidelibus, vt in præcedenti annotatione discussimus. Significat ergo Lucas ea, quæ vel ipsa credit, vel ceteri etiam fideles credunt, ab ijs, qui Christum viderunt, fuisse quasi per manus accepta; vt ex hoc eorum veritatem confirmet, aut suam inscribendo auctoritatem comprobet. Mihi multo facilior, & accommodatior explicatio visa est, si ad illos multos referatur hæc sententia in eum sensum, quem in commentario exposui, nimirum, quoniam multi conati sunt texere historiam rerum fidei nostræ, sicut ab Apostolis traditæ sunt, idcirco mihi etiam visum est idipsum aggredi, quia diligentissime omnia ab eis perquisiui, & didici, ex quo veritatem narrare certo potero, quasi nō omnes illi, aut ab ijs audierint omnia, aut non ita diligentes in perscrutandis, & conseruandis fuerint. Hunc existimo sensum esse legitimum. Hic facile soluitur altera difficultas, ad quid nempe referatur verbum illud (viderunt) nam Doctores allegati referūt ad illud, quod sequitur (sermonis,) quasi diceret, qui viderunt sermonem, & ministri fuerunt ipsius sermonis; at mihi probabilius visum est referre ad præcedentem sententiam, nempe illud (rerum) in hunc sensum: quidam conati sunt ordinare narrationem rerum, quæ fide nobis perspectæ sunt, sicut tradiderunt qui ab initio eas viderunt, testesque ex visu fuerunt, hoc tamen in sequenti annotatione magis manifestabitur.

Quomodo Apostoli dicuntur tradidisse ea, quæ de Christo tradiderunt.

ANNOTATIO VI.

POsset quispiā opponere Apostolos, & discipulos non vidisse omnia, q̄ tradiderunt. nam Natiuitatem Domini non viderunt, nec Angelum annuciantem Zachariæ, ac Beatæ Virgini, nec alia multa. Respondeo vidisse oculis proprijs maiorem partem rerum, nam & viderūt Christum, & miracula ipsius, doctrinam eius audierunt, resurrectionis ipsius, passionis, & mortis testes oculati fuerunt, cetera ab ore ipsius præceperunt, & hoc satis est, vt dicantur vidisse. Est enim verbum videndi generale cognitioni etiam auditus, non enim viderunt sermonem, sed audierunt vocem eius; nam & Exo. 20. dicitur Populus vidisse voces. Quidam dicunt Lucam à Beata Virgine multa didicisse de Annunciatione, & infantia Saluatoris, quæ postea scripsit, quod quidem verum existimo, nam eius imaginem vt supra diximus depinxit, quod argumento est, illum eam vidisse. tamen hoc non satisfacit difficultati, nam nec Zachariam vidit, de quo tamen scripsit, nec hæc sentētia de Luca prolata est, sed de ijs, à quibus Lucas accepit, nempe ab Apostolis, vt dicit Irenæus lib. 3. cap. 14. nec etiam hoc consonat sequenti sententiæ, nam ij, qui viderunt, dicuntur ministri sermonis, nempe missi ad prædicandum, idcirco probabilius est, quod dictum est prius.

Lucas à B. Virgine multa didicisse fertur de infantia Saluatoris.

Et ministri fuerunt sermonis.

COMMENTARIA.

COnnectitur hęc sententia precedenti, tradiderunt enim res fidei nostræ, qui viderunt eas, & qui constituti, & destinati fuerunt ad prædicandum, & eas mundo manifestandum. Hos enim ministros esse sermonis, non enim omnes, qui Christū, & miracula eius viderunt, ac doctrinam audierunt, facti sunt ministri sermonis, ac prędicationis, sed Apostoli præcipuē, ac Discipuli ipsius; quod quidem veritatem narratarum rerū maximè commendat, maior enim fides exhiberur narranti, qui vidit, & simul institutus est à Domino minister doctrinæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO VII.

Sermonis nomine quid significet Lucas in præcedenti sententia.

ORigenes hom. 1. in Lucam, Ambros. & Euthymi. in commentarijs suis, & Hieron. in prefatione in Matth. hunc sermonem, Christum ipsum interpretantur, & ad eum referunt vtrũq; verbum, nempe viderunt Christũ ipsiq; ministrarunt, qui Verbum, & sermo Patris est. Titus Bostrenus ambiguum censet, nempe aut Christum, aut doctrinam Christi. At verò prior intetpretatio, non videtur mihi satis accommodata, nam maior captatur auctoritas in ijs, à quibus res fidei traditæ sunt per hoc, quòd ministri sunt prædicationis facti, & Doctores a Deo constituti, quàm per hoc, quòd Christo ministrarunt ipsi inseruientes, & adhærentes. mulieres enim multæ ministrarunt ipsi, quæ non fuerunt ministræ sermonis, & prædicationis à Christo destinatæ. Non igitur sermo hoc in loco pro Christo, sed pro eius prædicatione, seu doctrina accipitur, cuius ministerio Apostoli ab ipso Christo sunt destinati. Vnde conuenientius illud (viderunt) ad res ipsas, de quibus ante dictum erat, hoc autem (ministrarunt) ad sermonem referimus, quasi Apostoli dicti sint, & res vidisse, earumq; oculatos fuisse testes, & ad prædicandum, ac annunciandum eas mundo, prædicatores esse institutos. His adiunge, quamuis verum sit Christum esse sermonem, seu Verbum Patris, Græcè enim dicitur λόγος, tamen peculiaris est hic modus loquẽdi Ioanni, nec enim in ceteris Euangelistis id vocabulum pro Christo sumptum legimus.

Visum est mihi.

COMMENTARIA.

COnclusio est præcedentium, nempe, cum multi conati sint ordinare, & texere historiã rerum, quarum fides nobis perspecta est, quasque tradiderunt, qui Christum viderunt, visum etiam mihi est ea ordinare, sicut & illis visum est. Particula (&) hunc indicat sensum, scilicet, multis visum est ordinare narrationẽ, ideo etiam mihi idẽ visum est, cur sibi visũ sit, statim exponit.

ANNOTATIO VIII.

Non videtur probabile Lucã ita dicere, aut hoc tãtum Petro, sed iubente Petro scripsisse Euangeliũ, aliqui dicunt.

APparet hic probabilitate carere, quę nonnulli dicunt, nempe, Lucam scripsisse Paulo dictante, siue quod alij affirmant, ipso hortante, siue quod Euthymius asserit, illius permissu, siue etiã, quod alij scribunt, iussu Petri. Si enim hæc ita essent, Lucas tam insignem auctorem, cuius ductu scribebat, non tacuisset, nec absolutè dixisset, visum est mihi. Non tamen per hoc consilium Spiritus sancti excluditur, qui eum ad scribendum suo instinctu induxit, vt rectè affirmauit Epiphanius hære. 51. Cum enim inquit, post Matthæi, & Marci Euãgelium hęretici generationem Christi diuinam negarent, non legentes Spiritus sancti descensum in eum, nisi post Baptismum: Spiritus sanctus impulit Lucam, vt Euangelium enarraret, & diuinam eius Conceptionem describeret, vt illum conceptum, & natum Deum omnes intelligerent. Quia verò Spiritus sanctus inspirans consilium hominis requirit, dicitur enim Act. 15. Visum est Spiritui sancto, & nobis, idcirco Lucas dicit, visum est mihi.

Assecuto omnia à principio diligẽter.

COMMENTARIA.

ECce causa, cur ipsi visũ sit scribere Euangelium, quia assecutus est omnia à principio diligentia magna, & inquisitione facta ab ijs, qui viderant, & ministri sermonis fuerant, à quibus accuratè peruestigauit, & intellexit cuncta, quæ gesta sunt, ex quo fidelissimè, & plenissimè narrare ea potuit. Insinuat illos, qui conati sunt scribere non omnia perfectè assecutos fuisse. A principio vocat à Ioannis conceptione, & missione Angeli ad Zachariam. Hinc enim videtur quasi incœpisse Christi aduentus, & eius historia, nempe à Præcursore illius. His etiã verbis sibi legentium fidem cõciliat, quippe qui ab ipsis Apostolis ea omnia perceperit, quæ scripsit, vt ait Irenæus lib. 3. cap. 14.

AN-

ANNOTATIO IX.

Lucas multa scripsit, quæ alij Euangelista tacuerũt, & quæ sint.

REcte Ambrosius notauit Lucam omnia nouisse, non tamen ea omnia scripsisse, sed ex omnibus elegisse, sed ex omnibus elegisse, quæ scribenda iudicauit, ut etiam dicit August. lib. 4. de consen. Euang. cap. 8. nam multa, quæ Matheus, & Marcus scripserant, prætermisit, multa etiam, quæ postea Ioannes narrauit, & ipse etiam nouerat, diuino consilio siluit. At uero plurima, quæ ceteri tacuerunt, & quidem admiranda exaruit. exorsus enim est à Ioannis Baptistæ conceptione, & natiuitate, deinde conceptionem & Natiuitatem Saluatoris nobis manifestauit. Quæ autem sint ea, quę à solo Luca scripta habemus, Irenæus notauit lib. 3. cap. 14. cuius verba referre libet, ut ea ante oculos legentium proponamus, sic enim inquit: Plurima, & magis necessaria Euangelij per Lucam cognouimus, sicut Ioannis generationem, & Zachariæ historiam, & aduentum Angeli ad Mariam, & exclamationem Elisabeth, & Angelorum ad Pastores descensum, ea, quæ ab illis dicta sunt, & Annę, & Simeonis de Christo testimonium; & quòd duodecim annorum in Hierusalẽ relictus sit: & Baptismũ Ioannis; & quot annorum Dominus baptizatus sit, & qua in quintodecimo anno Tiberij Cæsaris; & in Magisterio illud, quod ad diuites dictum est; Væ vobis diuites, quoniã percipitis consolationem vestram; & væ vobis, qui satiati estis, quoniam esurietis, & qui ridetis nunc, quoniam plorabitis; & væ vobis, cum benedixerint vos homines omnes. Secundum hæc enim faciebant, & pseudoprophetis Patres vestri: omnia huiusmodi per solum Lucam cognouimus; & plurimos actus Domini per hunc didicimus, quibus & omnes vtuntur: & multitudinem piscium, quam concluserunt hi, qui cum Petro erant iubente Domino, vt mitterent retia. Et illa, quæ per octodecim annos passa curata fuerat mulier die Sabbatorum. Et de hydropico, quem curauit Dominus die Sabbatorum, & quemadmodum disputauit quòd curauit in hac die. & quemadmodum docuit Discipulos primos discubitus non appetere. Et quoniam pauperes, ac debiles vocare oportet, qui non habent retribuere. Et qui pulsauit nocte sumere panes, & propter instantiam importunitatis sumit. Et quomodo apud Pharisæum recumbente eo peccatrix mulier osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat, & quæcumque propter ea dixit ad Simonem de duobus debitoribus. Et de parabola diuitis illius, qui re clusit, quæ ei nata fuerant, cui & dictum est: In hac nocte expostulabunt animam tuam à te, quæ autem præparasti cuius erunt? Similiter autem & Diuitis illius, qui vestiebatur purpura, & iocundabatur nitidè, & egeni Lazari. Et eam quam ad discentes suos dixit responsionem, quando dixerunt ei: Adijce nobis fidem, & eam quæ ad Zachæum publicanum facta est, confabulationem: & de Pharisæo, & Publicano, qui simul adorabãt in templo: & decem leprosis, quos simul emundauit in via; & quoniam de vicis & plateis claudos, & cæcos iussit colligi ad Nuptias. Et parabolam iudicis, qui Deum non timebat, quem instantia Viduæ fecit, vt vindicaret eam. Et de arbore fici, quæ erat in vinea, quæ non faciebat fructum. Et super hæc omnia post resurrectionem in via ad discipulos quæ locutus est, & quemadmodũ cognouerunt eum in fractione panis, & alia multa quæ inueniri possunt à solo Luca dicta esse. hæc Irenæus. Quæ omnia profecto ostendunt exquisitam Lucę diligentiam in peruestigandis ijs, quæ scripsit, & quam vtiliter ac plene scripsit. Recte autem dixit Irenæus alia multa vltra narrata Lucam solum scripsisse, nam & sudorem Christi, & ab Angelo factam confortationem ab eo nouimus, similiter & illud, Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti, quinimmo beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud; & totum illud: Lucerna corporis tui est oculus tuus; & copiosum illum sermonem in loco campestri post electionem Apostolorum. Sunt etiã alia, quæ facile vnusquisque inueniet, quamuis nonnulla prætermiserit, quia ab alijs scripta nouit. Vt autem ceteris Euangelistis consentire videretur, multa communia illis enarrauit, sic enim vnicum esse Euangelium cum Matthæo, & Marco ostendebatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex ordine tibi scribere.

COMMENTARIA.

EXplicat, quid sibi visum sit, scribere, nempe ea, quæ ab Apostolis prædicata sunt, ac dicta, ex ordine, idest distinctè, & ordinatè, non quòd omnia eo ordine relata sint, quo gesta sunt, sed quòd multa quidem eo ordine sint exarata: in aliquibus verò ijs maximè, quę de Christi doctrina scripta sunt, connexio quędam, & distinctio accommodata ad docendum, seruata sit, ut supra in Annot. 2. dictum est.

ANNOTATIO X.

Lucas an seruauerit in omnibus ordinem temporis, quo gesta res fuerant.

QVidam recentiores ex hoc loco colligunt Lucam seruasse in omnibus, ordinem temporum, quibus gesta sunt, quorum tamen opinio facile conuinci potest à veritate aberrare, cum constet nonnulla per anticipationem quandam narrata ab eo esse. seruauit quidem ordinem temporis in præcipuis, in nõnullis autem prætermisit, & alio loco nonnulla constituit. qui quidem ordo, magis narrationi, & doctrinæ elucidationi accomodatus erat, cum non instituisset omnia simpliciter scribere, vti supra diximus. Ex ordine igitur scripsit omnia, sed non in omnibus eundem ordinem seruauit. nam & in humanis scientijs tradendis non idem ordo tenetur, quamuis omnia ex ordine tradantur; est enim & ordo doctrinæ, & ordo rei, seu naturæ, cum autem Euangelium non tantum sit historia gestorum, sed etiam doctrina, & instructio fidelium, vterque ordo seruatus est in eo scribendo.

Optime Theophile.

COMMENTARIA.

FIdelis quidam est, nõ mediocris conditionis, ac pietatis, cui Euãgelista suum volumen destinauit; sic appellatus, cui etiam Acta Apostolorum post hoc nuncupauit, ut constat ex cap. 1. eundem enim hunc & illũ non ex solo nomine colligimus, sed etiam ex eo, quod Euangelium illi esse prius dedicatũ Lucas in eodem capite insinuauit.

ANNOTATIO. XI.

Theophilus, cui nũcupauit Lucas uolumẽ suũ, qui fuerit.

MVltiplex est Doctorũm opinio de hoc Theophilo, primo quidem nõ nulli putãt non esse nomen propriũ, nec certum aliquem virum significari, sed omnem fidelem, ac pietatis cultorem, ad quem hoc dirigitur Euangelium, ita sentiunt Origenes hom. 1. in Lucam, Ambrosius in commentarijs & Epiphan. hæres. 51. dicitur autem fidelis Theophilus, quasi à Deo dilectus, ut dicit Orig. siue quasi diligens Deum, & dilectus à Deo, vt inquit Ambrosius. Secundo, quidam alij certum virum signari, & nomẽ proprium affirmant. in qua sentẽtia sunt Chrysostomus hom. 1. in Acta, Oecumenius Act. 1. & Augusti. lib. 4. de consen. Euang. cap. 8. & Euthymius. Tertio, alij virum certum indicari existimant, tamẽ ambiguum relinquunt, an id fuerit proprium eius nomen, an verò sic sit appellatus, eo quòd pietatis cultor esset, ac fidelis. huius opinionis est Titus Bostrenus. Harum opinionum prima non videtur probabilis, tum quia sermo est in singulari, tibi, inquit, optime Theophile, & iterum (vt cognoscas,) tum quia subiungitur, de quibus eruditus es, quod non cuilibet fideli accommodatur, cũ sit sermo præteriti temporis: tum etiam ex epitheto (optime) quod vnum certũ indicat. Igitur quidam particularis vir designatur. Tertia verò opinio non videtur etiã probabilis, illud enim epithetum (optimè) nomen proprium indicat esse, quod sequitur, aliter enim vtrumque esset epithetum sine nomine. Secunda igitur opinio legitima est, scilicet nomẽ Theophili esse proprium viri cuiusdam.

Quis autem is fuerit, incertum est. Oecumenius existimat fuisse præfectum alicuius prouincię, similiter Euthymius. addens eum, vel fuisse ordinis Senatorij, vel alicuius prouinciæ præfectum, idq; probat ex epitheto (optimè) quod Præfectis, aut Primatibus dabatur, ut constat Act. 23. & 24. vbi dicitur optimus Felix, qui erat præfectus, & Act. 26. Festus, qui præfectus erat. De hac, vt dixi, re nihil certi statui potest, nec argumentũ ab epithetis efficax est, cum sæpe honoris causa ea impartiamur etiam ijs, qui officio & munere carent.

Inquirunt Chrysostomus hom. 1. in Acta, & ibi Oecumenius, cur vni viro totum Euangelium conscripserit, ac propter vnum tantam diligentiam adhibuerit. Respondent id Lucæ humanitati apostolo dignæ adscribendũ, audierat enim Christum dicentem. Non est uoluntas Patris mei, vt vel vnus pereat ex pusillis his. Hęc responsio, qua parte dicitur Lucas Christũ audisse, superius reiecta est, quoad alteram vero partem vera est. licet fortasse, facilius dicere possimus, etiam si vni scripserit, non tamen pro illo solo scripsisse, sed pro omnibus, sicut & Paulus multas epistolas, aut hominibus particularibus, aut Prouincijs scripsit, quæ tamen in vtilitatem totius Ecclesiæ ordinabantur. fortasse hic Theophilus erat homo publicus, & eius auctoritas multis vtilitatem adferre poterat, ideoque inscribitur ei Euangelium, vt instructus veritate alios ad eandem pertraheret. Augustl. lib. 4. de consen. Euang. cap. 8. videtur existimare incertum, an iste Theophilus fit is, cui Acta Apostolorum etiã nuncupauerit; an alius eiusdem nominis. At verò id non in dubium reuocandum uidetur, cum in principio Actorum mentio fiat Euangelij, quod prius illi fuerat inscriptum, sicque Chrysostomus, Oecumenius, & alij tenent.

Vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, ueritatem.

COMMENTARIA.

ECce causa, & finis, cur inscribat hoc volumen Theophilo, vt nẽ pe ò Theophile hęc legens, cognoscas veritatem, ac firmitatem earũ rerum de quibus ante fuisti eruditus, seu cathechizatus, idest viua uoce instructus, cum enim legetis eadem, quæ sermone concepisti, multũ in fide firmaberis, eorumq; certitudo, & firmitas magis tibi innotescet Hebraismus est, verborum, idest rerum.

ANNOTATIO. XII.

Theophilus an fuerit Lucæ discipulus.

THeophylactus existimat Theophilũ Lucæ Discipulum fuisse, ab eoq; viua uoce prius Euangelium accepisse, nũc autem ad eum scribere, ut scripto magis firmetur in illorum, quæ audiuit, fide. Solent enim, ut inquit, homines libentius loqui, quàm scribere, & scripta magis confiderare, quàm verba, ideirco illa maiorem fidem conciliant, quàm hæc. Qua de causã Lucas dicit se scribere Theophilo, ut agnoscat veritatem eorum, de quibus verbo instructus fuerat. Hæc Theophylacti sententia, qua parte Theophilum affirmat Discipulum fuisse Lucæ, ab eoque viua uoce instructum, incerta est, immo potius ex textu deducitur contrarium. indicat enim Theophilum ab alijs instructum fuisse de rebus fidei, ad quę, ut eum magis in fide suscepta confirmaret, ueritatemque rerum, de quibus instructus erat, ostenderet, decreuit uolumen scribere præmissa diligentissima inuestigatione omnium eorum, quæ ille nec ita plenè, nec ita ordinate audierat, sicque fidei ueritatem recognosceret. iam enim ante ueritatem multorum nouerat, cum fidelis esset, nunc tamen recognouit, & in fide auctus, & roboratus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT PRIMVM.

Fuit in diebus Herodis Regis Iudæ.

COMMENTARIA.

Quibus de causis Lucas exorditur a Ioannis Baptistæ conceptione & natiuitate.

EXordirur Euangelium Lucas a Ioannis Baptistæ conceptione, & natiuitate; tum quia Christi, cuius doctrinam, & opera describir, ille præcursor erat; tum, vt quàm dignus fide testis sit Ioannes, omnibus patefaciat. Venit enim Ioānes, vt testimoniū perhiberet de Christo. tùm demum, vt ex ipsius Ioannis aduentu, quem ante faciē Christi venturum Prophetæ prædixerāt, Christum verè venisse apud incredulos comprobaret. Tempus ergo conceptionis, & natiuitatis, quod etiam commune fuit Christo, indicat, vt facti veritas magis innotescat; & propterea regni Herodis primi meminit, nam id Iudæis, & gentibus erat manifestius. Dicitur autem Herodes rex Iudææ, quia in tota terra Iudæorum super Iudam, & ceterarum tribuum reliquias dominabatur. Hic fuit primus ille Herodes alienigena.

ANNOTATIO PRIMA.

Quare Euangelista meminerit Herodis regnantis.

DIebus Herodis. Hebraismus est pro eo, quod dicimus tempore Herodis. Est autem apposita locutio, vt tempus regni huius sæculi, dies appellentur, ad breuitatē eius indicandam. Cur autem regni Herodis mentionem fecerit, duas alias causas adfert Theophylactus. Vna est, vt morem Prophetarum seruaret, qui prophetias suas a tempore tunc dominantiū regum exordiebantur, quod Lucas nunc fecit, quia de Zacharia, & Elisabeth, qui Prophetæ erāt, loquebatur. Altera est, vt insinuaret diem aductus Christi appropinquasse, ablato iam regno a Iuda, & ad alienigenam Herodem translato iuxta Prophetiam Iacob Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est. Huic doctrinæ addendum, quidam recentiores existimant, non solum regnum a Iuda ablatum, & in alienigenam translatum esse, sed etiam omnem potestatē iudicandi, quæ residebat in Septuaginta iudicibus de tribu Iuda appellatis Sanhedrim, cessasse, quos Herodes *in principio* regni occidit, vt refert Ioseph. li. 14. Antiq. c. 17. nam si solum regnum ablatum esset, non erat sufficiens signū aductus Christi; cum in captiuitate Babylonica regnum Iuda abscissum esset, sed oportebat etiam cum regno de Iuda auferri omnem iudicandi potestatem, cum Iacob & regnum, & ducem, seu scribam debere tolli in aduentu Christi prænunciauerit. Hęc adnotasse sufficiat, nam de vero sensu prophetiæ Iacob alibi plura dicendi dabitur occasio.

ANNOTATIO II.

Quis fuerit Herodes dictus, & quis ante eum de quo Lucas hic quitur.

TRes extiterunt dicti Herodes, primus fuit filius Antipatri alienigenæ, vt auctor est Ioseph. li. 14. antiq. cap. 17. dictus Ascalonita, quem Cæsar Augustus regem Iudææ instituit. Habuit autem hic ex diuersis vxoribus multos filios, quorum duos Aristobolū natu maiorem, & Alexandrum incolumis ipse occidit, tertium verò Antipatrum appellatū morti proximus interfici fecit, tres verò superstites fuerunt, Archelaus, & Herodes dictus Antipas, & Philippus. Hic secundus Herodes, filius nempe primi a Romanis factus est Tetrarcha Galilææ. Tertius Herodes fuit filius Aristoboli, qui filius fuit Herodis primi, quem Pater occidit, superstite filio hoc dicto Herode Agrippa, cum sorore Herodiade. Hic in maiorem euectus est dignitatē, quam patruus eius Herodes Antipas, nam fuit rex, id quod ægre ferens Herodias soror eius, & vxor Herodis Antipę, maritum impulit Romam adire regiæ dignitatis obtinendę causa, sed contra euenit, nam ab Herode Agrippa per litteras apud Caium Cæsarem accusatus, priuatus est Tetrarchatu, & in exilium perpetuum, Lugdunum est relegatus, & Tetrarchatū Galilęæ regno Herodis Agrippæ accusatoris accreuit, vt auctor est Ioseph. lib. 18. antiq. c. 9. Primus ergo Herodes magnus dictus est, de quo nunc meminit Lucas, qui occidit etiam infantes innocentes. Huius trigesimo primo regni anno conceptus est, & natus Ioannes, similiter & Christus; regnauit enim annis triginta septem, a tempore, quo a Romanis rex est creatus, vt refert Ioseph. lib. 17. antiq. c. 10. Secundus Herodes huius filius Tetrarcha Galilęæ fuit tempore passionis Domini, qui & occidit Ioannem Baptistam. Tertius vero Herodes filius Aristoboli occidit Iacobum fratrem Ioannis, cuius fit mentio Act. 12. hic vermibus perijt diuino iudicio, vt refertur eodem c. 12. relicto filio in eadem dignitate regia, qui vocatus est Agrippa, & hic est, quo cum locutus est Paulus Act. 26. Lucas ergo sermonē de primo Herode faciēs a reliquis duobus, filio, & nepote distinxit, regem enim appellans ab Herode secundo discernit, qui fuit, non rex, sed Tetrarcha, dicens autem regem Iudęæ, distinguit a tertio, qui rex fuit, sed non Iudęæ, sed Trachonitidis, & Galilęæ.

Regis Iudæ, & regis Iudæa discrimē.

Attende autem esse diuersa hæc duo (rex Iudæ, & rex Iudęæ) Reges Iudæ dicti sunt, qui duarum tribuum tantū reges erant, Iudæ, & Beniamin, diuisis, & separatis decem tribubus sub alijs regibus, qui dicti sunt reges Israel. At rex Iudęæ omnibus tribubus, & in tota terra promissionis dominabatur; tota enim illa regio dicta est Iudęa, cuius rex Herodes iste fuit, quo tempore facta sunt, quę nunc Lucas nostēr enarrare incipit.

Sacerdos quidam, nomine Zacharias.

COMMENTARIA.

PArentes describit, certior enim est conceptio, & natiuitas, cuius parētes certi sunt, vt eam nemo inficiari possit, eaque de causa, & nomen, & dignitatem refert. Sacerdos erat Zacharias nomine. est etiā huius descriptionis altera causa, quia nempe de eis multa & præclara narranda erāt. Consulto aūt Euāgelista dignitatem nomini præmittit, nō enim dicit, Fuit quidā vir nomine Zacharias Sacerdos; q̄ enim gesta nunc narrabat, ad dignitatem spectabant, s. adolere incensum in altari; dum enim hoc geritur, conceptio Ioannis ab Angelo prædicitur, ideirco, fuit, inquit, Sacerdos quidā. Si summus Sacerdos fuisset, vtique Euangelista id indicasset, nec noīe simplicis Sacerdotis vsus esset, id q̄ etiam, quæ sequuntur, confirmant.

ANNOTATIO III.

Zacharias non fuit summus Sacerdos.

AMbro. in præsenti, & Aug. tract. 49. in Ioan. Zachariam summū Sacerdotem fuisse existimāt, & eiusdē sententiæ fuit Chrysost. hom. 2. de incomprehensibili Dei natura, cui adhæserunt Theophyl. & Euthym. eo argumento ad hoc affirmandum moti, quòd adolere incensum solius esset summi sacerdotis, idque semel in anno, quando Sancta Sāctorum ingrediebatur. quod quidē argumentum innititur fundamento non vero, existimarunt enim præfati doctores altare thymiamatis, seu incensi fuisse intra Sancta Sanctorum, quod si verum esset, vtique argumētum esset firmissimū. at ita non est. erat enim altare hoc iuxta velum, quod diuidebat Sancta Sanctorum a reliqua parte templi, sed nō intra, sed extra Sancta, sicque alijs ēt sacerdotibus licebat adolere thymiama, seu incensum. Zachariam autē non fuisse summum Sacerdotem efficacius ostendunt verba Lucæ, cum enim omni ex parte historiam hanc describeret, vt testimoniū Ioannis hanc describeret, vt testimoniū Ioannis commendaret, non dissimulasset aperte narrare Zachariam summum fuisse Sacerdotem, si reuera esset. Adde si summus esset Sacerdos, non diceretur de vice Abiæ, nec sorte exisse, vt incensum adoleret. quod enim dicitur fuisse tunc temporis duos summos Sacerdotes contra legem, non probatur vlla ratione. hoc enim longe post factum est, vt constat ex historia Iosephi. Diximus de hac re super Ioann. capit. 18. Annot. 1. idcirco nil aliud in hac parte adiūgendum, aut repetendum duximus. Quidam recentiores asserunt fuisse principem Sacerdotum, erant enim inter Sacer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacerdotes quidam velut capita familiarum, nam lib. 1. Paralip. c. 24. cum distinxisset Dauid Sacerdotes in viginti quattuor familias, singulis singulos prætecit, qui tamen omnes summo ac supremo Sacerdoti suberant, qui etiam Pontifex dicebatur. probabile est autem perdurasse semper hos præfectos secundū generationes, & dicebantur hi Principes sacerdotes, seu etiam sacerdotum principes, quorum vnus Zacharias fuisse creditur, non est tamen omnino certum.

De vice Abiæ.

COMMENTARIA.

AVcto numero Sacerdotū ab Aaron per Eleazarū, & Ithamar progenitorum, diuisit eos Dauid in viginti quattuor familias, singulis Principes, & capita præficiens sub vno tamē summo Sacerdote, easque disposuit, vt ordine, & alternatione quadam suis temporibus templo inseruirent, ne aliquis inueniretur otiosus, neve multitudo confusionem generaret, aut occasionem dissensionum, aut ambitionum præberet. Sorte autem ordinem in eis constituit. Octauum ergo locū sortita est familia, quæ erat Abiæ, qui tunc fuit Princeps familiæ, habentur omnia hæc 1. Paralip. ca. 24. ex hac familia ortus erat Zacharias, ideoque de vicæ Abiæ dictus est, Græcè ἐφημερία dicitur, quia secundum dierum alternationem, vnaquæque familia suis statutis diebus in templo viciſſim ministrabat. Hoc quoque verbum indicat Zachariam nō fuisse summum Sacerdotem, sed vnum ex multis, quorum erat vicissitudo, & alternatio in ministerio, vt habetur 1. Paralip. cap. 24.

ANNOTATIO. IIII.

Abiæ Princeps fuit eiusdem THeophylactus, Euthymius, & Titus Bostrenus Zachariam & Abiam duos collegas in Sacerdotio, & Symmistas extitisse existimāt, qui alternis vicibus ministrabant, interpretātur ergo posita uerba sic, de vice Abiæ, ideſt post vicē Abiæ qui ei in ministerio templi succedebat. quām violenta sit hæc interpretatio nemo non videt. Probabilius multo & verius cum Ambrosio dicimus Abiā hunc fuisse vnum ex Principibus illis, quos Dauid in viginti quattuor familias sorte diuisit, vt ex ordine, vicissimq; ministrarent, cui octaua sors contigit, vt habetur 1. Paralip. cap. 24. Erat aūt Zacharias de posteris huius Abiæ, idcirco nunc dicitur de vice eius, quia secundū ordinē stabilitum a Dauid eo tpe ministrabat, quod deputatum erat posteritati Abiæ. Illud autē (vice) Græce ἐφημερίαν non tantum significat alternationem in ministerio, sed ēt numerum præscriptū dierū, quibus singulæ familiæ ministrabant. Theophylactus hebdomadam existimat & ante eum Iosephus lib. 7. antiqui. c. 11. quasi singulæ per hebdomadā ministrarent, ficq; inuicē sibi succederent. quod probabile est, quamuis non omnino sit certum, parum tamen refert, quot diebus singuli ministrarent, cū teneamus hanc alternationem multorum Sacerdotum secundum ordines per familias descendentes ab illis primis.

Et vxor illius de filiabus Aaron.

COMMENTARIA.

ZAchariā fuisse de tribu Aaron ex ipso Sacerdotio manifestū erat, nemo enim inter Iudæos Sacerdos esse poterat, nisi qui originem ab Aaron trahebat, idcirco Euangelista tribum Zachariæ non alijs verbis expressit; at vxorē de Aarō esse non cōstabat, tūm quia poterat esse de tribu Leuitica, ēt si non esset de familia Aarō, tūm quia qui erāt de Aaron, coniungebātur cum alijs tribubus, maxime cum tribu Iuda, vt dicemus inferius, ea igitur de causa vxorem esse de Aaron, Euangelista verbis apertis indicauit, vt eo etiam significaret Ioannem Baptistā fuisse nobilissimæ, & honestissimæ familiæ. erant enim tribus Iuda ob regiā potestatē, & tribus Leui ob ministerium templi Dei omnium tribuum præstātissimæ. Inter familias autem Leuiticas, quæ erat ex Aarō eminebat ceteris, quia nemo ad sūmum Pontificatum, nec ad Sacerdotium admittebatur ex Dei instituto, nisi qui erat ab Aaron; ministri enim inferiores a familijs ceteris Leuiticæ tribus desumebantur. Familiæ autem claritatem Euangelista recensēt, vt Ioannis testimoniū de Christo, eo magis commendaretur. nobilioris enim conditionis, & originis homines, ceteris paribus, fide digniores sunt. Filias Aaron appellat posteritatem semineam eius.

ter 24. quas dicē niſi ſorte Sacerdotes.

ANNOTATIO. V.

EXistimo causam vnam ex potissimis, ob quam Euangelista tribum, seu familiam matris adnotauit, eam fuisse, vt omnem falsam suspitionē depelleret ab animis Iudæorum; vt enim ipsemet Lucas c. 3. refert, cogitabat populus, an forte Ioannes esset Christus. Huic dubitationi obuians ea de Ioāne proponit, quibus ex Scripturis plane constat cū non potuisse esse Christū. erat enim futurus Christus de tribu Iuda; at Ioannes & ex patre, & ex matre erat de Aaron, si enim mater esset de Iuda, potuissent forte Iudæi suspicari eo ipso impletam esse prophetiam, quæ de Iuda futurū esse Christum prædixerat.

Et nomen eius Elisabeth.

COMMENTARIA.

NOmen etiam matris describitur, vt eo certior, & manifestior sit Ioannis conceptio, & natiuitas, vtriusque enim parentis notitia distincta, filij natiuitatem illustrat, præsertim propter ea, quæ in ipsa diuinitus gesta sunt.

ANNOTATIO VI.

Quid nomina, Zachariæ, & Elisabeth indicent. NOn inutiliter adnotandā existimo vtriusque nominis significationē, cum enim sit conceptio, & natiuitas Ioānis plena mysterijs, nomina etiam parentum mysterio vacare non est credendū. Zacharias apud Hebræos idē significat, quod latine, memoria Dei. Elisabeth aūt idem, quod Dei iuramētum. Vtrumque quadrat Ioannis conceptioni, & natiuitati, præcursor enim futurus Christi, eius aduentum proximum indicabat, in quo quidem Christi aduētu, Deus & recordatus dicitur eorū, quæ promiserat, & impleuit, q̄ iurauerat. De priori Beatissima Virgo dixit; Suscepit Israel puerū suum recordatus misericordię suę. quod etiam prædixit Dauid Psal. 97. Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam, recordatus misericordiæ suæ. De posteriori locutus est ipsemet Zacharias, Iusiurādum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. Zachariæ ergo, & Elisabeth præcursoris parentes, ipsis suis nominibus indicabant futuram ex se prolem, quæ Domini aduentū suo præconio proxime præcurreret. Est & aliud in eisdem nominibus adnotandum, nempe nomen Dei virtutem ad Ioannis conceptionem in vtroque parēte miraculum perpetrasse, nam & pater grandæuus, per ætatē generationi ineptus erat, & Elisabeth sterilitatis, & senectutis vitio laborans concipere non valebat, in vtroque igitur parēte Altissimi virtus, & potētia effecit, vt & ille gigneret, & hæc conciperet supra naturam.

Erant autem iusti ambo ante Deum.

COMMENTARIA.

NOn sola parentum nobilitate, sed etiam eorū iustitia & sanctitate celebratur Ioannes. erant enim parentes eius secundū carnem quidem generis dignitate illustres: secūdum uero animum, iustitia insignes, ea autem iustitia, quæ vera est iustitia, & quæ hominē apud Deū ipsum iustum facit. de qua Paulus Rom. 4. dicit, Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. quasi diceret Abraham viua ac perfecta promissionum Dei, & venturi Christi fide iustificatus est

apud

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud Deum, peccatorum remissionem, & reconciliationem cum Deo obtinuit, eiusque amicus factus est. Hac iustitia iusti erãt Zacharias & Elisabeth. Nec iustitia parentum minus prodest filijs, immo multo magis, quàm nobilitas corporis, quòd in Annotationibus sequentibus expositum inuenies.

ANNOTATIO VII.

Cur iustitia parentũ Præcursoris cõmendetur.

TRia discutiẽda sunt in proxima sententia. Vnum est quare iustitiæ amborum parentum Euangelista meminerit. Alterum, quæ sit hæc iustitia, tertiũ, quo pacto cedat in laudem, & vtilitatẽ filij. Quod ad primum spectat, ratio vna in textus explanatione proposita est, nẽpe vt Ioannis commendatione firmius eius constet testimonium de Christo, qui claritatem generis, & parentum sanctitatem habuit coniuncta. Altera est, vt ipsorum parentum prophetia narranda maiorem conciliaret fidem; multa enim & Zacharias, & Elisabeth Spiritu sancto inspirante pronunciarunt. Tertia est, ut Euangelista obuiaret hominum finistræ de illis opinioni. Vna enim ex pœnis cõtra legis illius transgressores a Deo fulminatis videbatur sterilitas. nam Exod. 23. & Deuteron. 7. obseruatoribus legis promissum erat: Non erit sterilis in te. a contrario ergo sensu transgressoribus cõminari videbatur Deus sterilitatem, ne igitur propria ipsorũ culpa caruisse prole viderentur, iusti pronunciantur, vt diuinum in hoc mysterium, non autem eorum vitium agnoscatur.

ANNOTATIO. VIII.

Quæ fuerit iustitia in parentibus Ioãnis cõmẽdata.

SEcundo loco discutiendum est, quæ sit hæc iustitia, qua hi ambo iusti esse dicti sunt. August. lib. 2. de peccat. meri. cap. 13. distinguit iustitiam duplicem; vnam quæ ex fide Christi est, qua vere homo iustus est, & Deo gratus: alteram, quæ ex lege est, nempe quæ tunc temporis posita erat in obseruantia mandatorum exteriorum legis. quæ quidem iustitia perfecta per se nõ erat, nemo enim per legem iustificari a peccato potuit, erat tamen quædam iustitiæ species, de qua Paulus Philip. 3. dicit, vt inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Iesu Christi. Dicit ergo Augustinus de hac posteriori iustitia esse hanc sententiam intelligendam, quæ non facit hominem immunem a peccato. Quòd si obijcias verbum illud (ante Deum) quo vera & interior iustitia indicatur, respondet id non aliud significare, quàm quidquid in illis ambobus erat iustitiæ huius, nõ esse simulatum, & ad homines, sed verum, quia legem illam verè obseruabant, non simulatè. Censet ergo Doctor hic egregius, ac primarius hanc iustitiam esse, de qua Paulus loco allegato testatur, quæ mihi fuerunt lucra, hęc propter Christũ arbitratus sum detrimenta, & arbitror, vt stercora. In hanc sententiam inductus est Augustinus argumento Pelagianorum, hi enim docentes hominẽ sine peccato esse posse, vtebantur inter alia hoc loco Euangelij. Erant iusti ante Deum, quasi sine vllo peccato essẽt. quibus Augustinus respondens affirmat hanc iustitiam esse intelligendam de iustitia legali, & exteriori, quæ non excludit peccatum, nec verè iustũ efficit. Huic expositioni videtur, siue accessisse, siue eã prius excogitasse Hier. epist. ad Algas. q. 8. hũc enim locum ad idem propositum adferens, de iustitia exteriori interpretatur.

At verò Origen. hom. 2. in Lucam, & Ambrosius hoc in loco de iustitia vera, quæ hominem iustum facit coram Deo, & peccatum excludit, hanc interpretantur sententiam; & verè sic est intelligenda. hoc enim est, quod commendat Euãgelista in his parentibus, nempe iustos, & Deo charos fuisse, nõ enim solum dictum est, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus, quod ad exteriorem iustitiam pertinet, sed præmissum illud etiam est, iustos esse corã Deo, quod præcipuum & primum est, & vt id etiã argumento comprobemus, fieri non potuisset, vt in omnibus mandatis & iustitijs incederent nisi iustitia vera, quæ per fidem, & dilectionem est, præcessisset interius. Docte igitur Grego. lib. 35. Moral. cap. 6. de cordis etiam iustitia hunc locum intellexit, & Chrysost. hom. 4 in Matthæum, hanc iustitiam omnem virtutem

tutem complecti affirmat, quasi dictum esset, erant omni virtute perfecti. Nec erat, cur Sanctus Augustinus ad hanc iustitiam confugeret, vt Pelagianis responderet, nam iustitia hæc, quæ ex fide est, & amicum ac iustum ante Deũ facit, in hoc sæculo non ita perfecta est, vt nullum peccatum admittat, cum iusti, etiam Apostoli, sine veniali peccato non vixerint; augetur quidem iustitia hæc, magis, ac magis, non tamen ad terminum vllum peruenit, in quo sine peccato vllo reperiatur, iustus enim ita viuit, vt sine mortali peccato esse valeat gratia, & iustitia ad illa omnia superanda ministrantem virtutem, sine veniali non item. Errabant ergo Pelagiani ex iustitia horum parentum deducentes nullum habuisse peccatum, cũ huic iustitiæ non repugnent multa leuia peccata, solum deducendum erat, nullum habuisse peccatum mortale, quod iustitiæ Dei repugnat perfecta enim iustitia, quæ sine vlla ruga, & sine vlla culpa est, illa est quã in futuro sęculo expectam⁹. est intelligendus Ambrosius, quem ipse Augustinus libro 1. de gratia Christi contra Pelagianos capit. 48. interpretari studet, & nescio an ad eius mentem, cum ille de peccato mortali loqueretur, quod hominem à Dei iustitia auertit. In hãc ẽt sententiam, seu expositionem ipse Hieronymus inclinauit Epistol. ad Rusticum, dicit enim hos ambos iustos fuisse, quales illos, de quibus dictum est, Septies in die cadit iustus, quæ iustitia profectò est etiam cordis, & vera, quæ secum admittit venialia, & quæ non ita constans est, vt amitti non possit, nam qui iustus est in hoc sæculo, cadere ab ea iustitia potest. Cõcludo hos dictos iustos vera iustitia, quæ per fidem & dilectionem erat, quæ tamen quantumuis magna augeri potest, & cum peccatis uenialibus est, & adhuc constans non est, per peccatum enim, quod voluntarium est homini, amitti potest.

Parentũ iustitia cedit in laudẽ filiorum.

ANNOTATIO IX.

TErtio loco considerandum est, quo pacto iustitia parentum cedat in laudem filiorum. Ambrosius enim parentes iustitiæ laudari affirmat, quia eam in filios transmittunt. Sic enim, inquit: Scriptura docet parentes oportere laudari, vt veluti transmissæ immaculatæ puritatis hęreditas in ijs, quos volumus laudare, præcellat. Et rursus: Isaac a parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam posteris dereliquit. Rursus etiam: Tales maiores habere debuit prænuntius Christi, vt non repente conceptam, sed à maioribus acceptam, & in ipso infusam iure naturæ prædicare fidem Dominici uideretur aduentus. Hæc omnia habet Ambrosius.

Iustitia parentũ quo modo transfũdatur in filios.

Inquirendum igitur est, quomodo parentes iusti in filios iustitiam transfundant, & qua ratione eorum iustitia filijs prosit. In primis illud certum est, & in confesso apud omnes, iustitiam parentum non ita transmitti in filios, vt parentes iusti iustos filios generent, cum sint iusti, sint peccatores parentes sint, generent filios peccatores, omnes enim nascimur filij iræ, & in peccato concepti. nec iustitia Zachariæ, & Elisabeth efficere potuit, quo minus Ioannes Baptista in peccato originali conciperetur. Id enim solis primis parentibus concessum erat, si non peccassent, vt ipsi iusti filios in originali iustitia genuissent. Præterea illud etiam pro certo habendum est, nec sic prodesse iustitiam parentum filijs, vt minus peccatores concipiantur. In cuius declarationem aduertendũ, quosdã existimasse patres peccatores generare filios non solo originali peccato, quod ab Adæ peccato trahitur infectos, sed etiam maculatos peccato originali, quod ab eorum peccatis deriuatur, vnde filij peccatorum hominum in grauiori, & multipliciori originali concipiuntur quia non solum Adæ, sed & eorundem peccata in illos transmittuntur originaliter, quam sententiam Augustinus Enchiri. capit. 46. 47. & Leo primus Epist. 86. non improbabilem esse censuerunt, iuxta quam iustitia parentum dici posset prodesse filijs, & in eos transmitti quantum ad hoc, quod minori labe peccati concipiuntur. At hoc non est probandum, vt rectè Anselmus sentit lib. de concep. Virg. cap. 23. cuius ratio ea est, quia iusti

Universidad de Deusto
Biblioteca

non transmittunt iustitiam in filios, nó enim filij iustorum iusti nascuntur, aut concipiuntur nó igitur peccatores propria transmittent peccata, vt eorum rei efficiantur filij. Multis alijs ea doctrina impugnari posset, quæ cum non sint præsentis instituti, libens prætermitto. Supereſt ergo, vt iustitia parentum multis alijs modis filijs prosit, quorum quatuor proponam. Primus est inclinatio, quod sic explico, in peccato reperiũtur sæpe duo, nempe & culpa, & pœna quę dam cõsuetudo, dicimus enim hominẽ ebrium, ab actu ipso ebrietatis, in quo est culpa, & ebriosum, qui multis ebrietatibus assuetus prauum habitum ad nouas ebrietates inclinantem acquisiuit, sic etiam in ceteris vitijs euenit. Non semper autem remissa culpa hæ prauæ consuetudines auferuntur, sed manent etiam post culpę veniam expellendę per actus plures contrarios, quæ quidem etsi culpæ nó sint, ad culpã, & peccatũ perpetrandum inclinant, dicunturque plagæ peccatorum, quę remanent etiam ipsis non remanẽtibus, sicut excussa spina remanet plaga. Huiusmodi igitur malos habitus, & prauos mores, seu cõsuetudines in filios transferri sępe experientia docet, ex ebriosis enim non raro filij ebriosi, & in id uitium inclinati nascuntur. Similiter ex furibus & assuetis ad alia uitia nascuntur filij ad eadem propensi, quę res argumento fuit quibusdã antiquis existimandi animas fieri ex tradvce, vt refert August. lib. 2. de origine animę cap. 6. quod autem in uitijs euenit, id etiam in uirtutibus conspicimus, nam parentes dediti exercitijs quibusdã bonis, filios in eadem inclinatos generant. quamuis autem hæc non semper, plerunque tamen fiunt, iuxta quem modum dicimus iustitiam parẽtum immitti in filios, eisque prodesse. Secundus modus est educatio. prodest enim iustitia parentum filijs educatione, & hoc mirũ in modum, boni enim patres educant filios in sanctitate, vt à primis annis discant timere Deum. quantum autem hoc prosit, sentire Gentiles, quorũ quidam dixit: Quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu. Experimur etiam nos. quot enim nunc Christiani si parentes habuissent infideles, in eadem nunc infidelitate inuenti essent. quotque nunc sunt inter infideles, qui fideles essent, si tales obtinuisse parentes eis datum esset. donum enim & magnũ Dei est parentes fideles, & inter fideles habere bonos propter educationẽ. quod Paulus nos docens 2. Tim. 1. dicit: Gratias ago Deo meo, cui seruio à primogenitoribus meis. Tertius modus est imitatio, nam quales patres filij experiuntur, tales, & ipsi sępe sunt, plurimum enim refert exemplaria recta, & bona habere quotidie ante oculos. nam conuersatio filiorum, & parentum continua, & diuturna esse solet, & eorum memoria retinetur, iustitia ergo parentum imitatione quodam modo transmittitur in posteros, sicut etiam malitia, de qua act. 7. dicitur, Spiritui sancto vos semper restitistis, sicut & patres vestri.

Quatuor modis Parẽtum sanctitas filij adesse solet.

Quartus est impetratio. iusti enim parentes multa bona filijs impetrant, & tẽporalia, & spiritualia, de temporalibus habemus 3. Reg. 11. Peccantibus filijs Dauid, Salomone, Roboam propter iustitiam Dauid Salomoni non abstulit Deus regnum, Roboamo autem reliquit duas tribus Iudam & Beniamin, quod etiam sępissime Deum facere dubitandũ non est. Contra autem malitia parentum nocet filijs, quatenus sæpe puniuntur propter pecata patrum, temporaliter, sicque Gregor. lib. 15. Moral. cap. 31. filios portare iniquitatem patrum intelligitur. De spiritualibus vero multa sunt exempla, illud tamen efficax est, vt Augustinus ab infidelitate liberaretur matris sanctitas à Deo impetrauit. nocere autem malitiam parentum filijs spiritualiter, affirmat Ansel. libro de concep. Virg. cap. 24. ob malos etiam patres sæpe Deus negat auxilia, & beneficia multa spiritualia filijs, quibus acceptis boni efficerentur, quamuis necessaria, quibus possint boni esse, si uelint, impartiatur, quod etiam scriptura docet, nam 2. Regum 12. ob Dauid peccatum permisit Deus ipsi Absalom bellum in patrem gerere, & concubinis eius abuti, quod peccatum impeditum esset, si Dauid nõ peccasset, quamuis Absalom non excusatus sit à culpa, quia sponte & libere fecit, quod si noluisset, non fecisset, auxilio Dei non denegato, quo peccatum va-

le

le euitare potuisset, non tamen datum est illud, quo omnino id peccatum non perpetrasset propter culpam patris. Propter peccata etiam, & incredulitatem Iudęorum, posteris etiam est regnum Dei ablatum. Matth. 21. Quamuis & posteri non omnino priuentur omni auxilio, vt ualeant in regnum ingredi, si velint. De hoc detrimento tam temporali, quam spirituali proueniente filijs ob peccata patrum illud. Psal. 108. intelligendum est: In memoriam redeat iniquitas patris eius, & peccatum matris eius non deleatur. Iustitia ergo parentum prodest, & quia bona impetrat, & quia mala multa auertit à filijs tam temporalia, quàm spiritualia. Ecce quibus modis iustitia parentum filijs prosit, & quanto consilio in laudandis filijs parentum iustitia commendetur.

Incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela.

COMMENTARIA.

PErgit parentum iustitiam explicare. est autem triplex iustitia. Prima est interior, quæ in fide, & dilectione, quibus homo gratus, & amicus Deo efficitur, consistit. Altera est moralis, quę in exercitio bonorum operum, & virtutum sita est qualis obseruantia Decalogi, & eorum quę ad ipsum spectant, quę externas actiones complectitur. Tertia est legalis, quæ in illius ueteris legis obseruatione cõsistebat, & ad Dei cultum & religionem spectabat, quæ etiam exterior erat. Hæ duæ ab illa prima deriuabãtur, propter quam multum proderant, & sine qua ad iustitiam coram Deo pertingere nec poterant, immo nec ipsę omnino consistere valebant iusti tiam enim moralem, aut legalem pefecte nemo potest assequi sine fidei iustitia, per quam habetur Dei gratia, quæ sola facit, vt ceteræ iusti tiæ perfectè habeantur. Iustitia ergo moralis illo exprimitur verbo (incedentes in omnibus mandatis) legalis vero, & cærimonialis, quæ ad religionem Dei pertinebat, illo (in iustificationibus Domini) quasi clarioribus verbis diceretur; omnibus virtutum operibus, & cultui, ac religioni erga Deum incumbebant, adeo vt irreprehensibiles essent ab hominibus, qui uix parcunt cuiuis etiam sancto, quin oblatrent, & detrahant ei. horum autẽ iustitia erat ita perfecta, & accepta ac nota, vt nemo occasionem habuerit reprehẽdendi eos in aliquo. Illud autem verbum (incedentes) continuum, & indefessum operum bonorum studium indicat, quo in via Dei semper maiores progressus fieri debent, nec vnquam standum, aut indulgendum est otio, & pigritiæ, vt enim inquit Gregorius vita iusti est velut cimba uecta contra aquæ fluxũ, cui stare est regredi.

ANNOTATIO X.

DVo cõsideratione digna sunt in verbis proximè explanatis. Vnum est, quæ sint mandata, & quæ iustificationes, in quibus ambo parentes incessisse dicũtur. Irenæus li. 3. cap. 11. legit (in iustitijs) quod idem est. quę aũt sit iustitia hęc, non explicat. Origenes hom. 2. in Lucam, & Ambrosius eum sequens, per iustificationes vero intelligunt iudicia, quibus de alijs iudicamus, qui ergo de alijs iudicat congrue, & vt par est, in iustificationibus Domini incedit. Euthymius autem mandata ad præcepta moriũ iustificationes vero ad legalia refert. Restrictius autem loquẽs Titus Bostrenus iustificationes cæremonias interpretatur, quæ ad Dei cultum pertinent. At vero, vt hæc res perfectius dilucidetur, adnotandum est, in lege illa, quattuor hęc maxime fuisse contenta, mandata, iustitias, seu iustificationes, iudicia, & testimonia. Mandatũ quod in Hebræo dicitur מצות ad mores pertinebat, qualia erant Decalogi præcepta, & quæ ad eius obseruantiam ordinabantur, quibus homo ad virtutum opera inducebatur.

Quid sit scriptura mandata, iustitias, iudicia, & testimonia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

batur. Iustitia, seu iustificatio dicta in Hebræo תרקח ad cærimonias, & religionem ac cultum Dei spectabat, qualia erant sacrificia, & sacri ritus, aliaque ad cultum diuinum pertinentia. Iudicium in Hebræo dictum משפט ad politiam humanam institutum erat, quales sunt apud nos ciuiles leges. Deus enim clementissimus hæc omnia populo illi tradidit, & legem ei omni ex parte complectam præbuit, nimirum ea, quæ ad rectos mores, & quæ ad religionem, & quæ ad humanã cõuersationem necessaria erãt. Horum trium distinctionem habemus Psal. 89. Si in iudicijs, inquit, meis non ambulauerint, si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint. Testimonia verò ad diuinas promissiones spectabant, Deus enim illi populo, multa, ac præclara, & maxime Filij sui de illius semine secundum carnem aduentum promisit, quæ dicta sunt testimonia, in Hebræo, aút עדות de quibus dictum est Psal. 118. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Mirandis .n. operibus fidẽ suis promissionibus Deus conciliauit, vt quamuis res futuras, non autem præsentes continerent, omni essent dignæ fide.

Horum quatuor proprietates docuit nos Dauid Ps. 18. Testimonium, inquit, Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Fidele appellat propter certitudinem euentus, quæ .n. promittit Deus, infallibiliter efficiet. Ro. 3. Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? absit. est Deꝰ verax, omnis homo mẽdax Sapientiam dicitur dare paruulis, quia testimonia, & promissiones Dei Christũ venturum redemptorem: & Saluatorem ignorantibus indicarunt, quod nosse sũma sapientia est. Prosequitur Dauid: Iustitiæ, inquit, Domini rectę, lætificantes corda. Religio & cultus veri Dei rectus dicitur, quia in verũ Deum dirigit, qui finis est, & principiũ verum, qui .n. Deos falsos colit, obliquam ambulat viã, quia à suo uero principio, & fine deuertit. Lætificat aút corda uera religio iuxta illud Psal. 104. Lætetur cor quærentiũ Dominũ, quia in vero fine quies est, & lætitia. Pergit. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Præceptum, & mandatum idem sunt, & ad mores spectant, ꝙ lucidũ dicitur, & illuminans, illuminãs quidẽ, quia ea docet, quę facienda, & ea prohibet, quæ fugiẽda sunt. Lucidũ aút, quia in se est adeo manifestum, ut lumine naturali facile, maiori ex parte agnosci queat, quod ex eo liquet, quod gentibus ab externo magisterio innotuerit. Rom. 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt. Postremo iudicia Domini uera iustificata in semetipsis; leges .n. à Deo latę ad politicam illam gubernationem, verę dictæ sunt, quia nihil iniquum, aut uitiosum in eis reperiti aut esse potuit. in semet autem iustificatæ, quia vel ex ipsismet statim agnoscit homo, quàm iustę sint, vt enim lex sit perfecta, iusta debet esse, tanto autem perfectior est, quanto magis eius iustitia est manifesta, in Diuina autem hac lege est adeo clara, vt vel ex ipsarum legũ notitia, statim earũ iustitiã agnoscas.

His igitur suppositis Lucas ait hos parentes Ioannis incessisse in omnibus quidem mandatis Domini, quia in omni bono, & studioso opere uersabantur, diuinaque mandata ad mores spectantia diligenter seruabãt; in iustificationibus uerò, quia ijs, quæ ad diuinum cultum, & religionẽ erant instituta, summo studio incumbebant. Dices, cur non dicti sunt in iudicio etiam ambulasse? Respondeo, quia potius hoc ad Principes spectabat, quorum est leges iustas edere, & secundum eas iuste iudicare. Vnde de filijs Dauid in regno succedentibus dictũ est Ps. 89. Si custodierint filij tui legem meam, si in iudicijs meis ambulauerint, vel quia etiam hoc nomine vtrãque partem conclusit Euangelista, tam legalia, quæ ad politiam, quam quæ ad cærimonias pertinebant. nam in Scriptura hęc nomina incertè confunduntur, & vnũ pro alio, aut pluribus accipitur. Priorem sposio magis placet. Postremo addo Euthymiũ reddidisse causam, cur legalia dicti sint iustificationes, nimirũ, quia plena erant iustitiæ, & quia incedentes in ipsis iustificarent, quæ quidem doctrina non est absolute recipienda, nam nec legaliũ, nec cæremonialium, immo nec moralium virtute vlli data est iustitia coram Deo, quæ remittit peccata, & eos reconciliat, sed uirtute fidei viuæ, & formatę Christi. hac iustitia ex gratia à Deo obtenta, obseruantes iustificationes iustificabantur, quia augebant iustitiam, quatenus ex prima illa radice procedebant. Sed hoc non est peculiare legalibus, sed commune est etiam moralibus. Legitima causa cur dictæ sint iustificationes, illa est, quoniam religio est quędam iustitia, per quam exhibemus Deo quod ipsius est proprium nimirum cultum, & reuerentiam, ac latriam, sicut per iustitiam uirtutem moralẽ exhibemus proximo, quod eius est. In religione autem reperitur maius debitum, quã in iustitia particulari. sumus enim magis debitores Dei quàm hominibus, id circo præcepta religionis dicuntur iustitia, seu iustificatio, quia ea implentes facimus quod maxime iustum, & debitum est. Hactenus deprimo.

Quomodo parentes Ioannis incessisse dicuntur.

ANNOTATIO XI.

Quid sit sine querela incedere.

SEcundo loco considerandũ est, quid sit sine querela incedere in eadẽ sententia illud verbũ (sine querela.) Quidam hæretici, vt refert August. Epist. 95. hoc loco abutebantur in sui erroris confirmationem, contendebant enim hominem omni posse carere peccato, cuius erroris paulo superius meminimus. Augustinus autem illis confutatis sensum huius verbi ita explicat, vt dicat non quodcunque peccatum venire in querelam, sed graue, quod alias dicimus mortale, sine quo certum est iustos viuere posse. quæ autem sit illa querela, non explanat, tamen uidetur significare esse reprehensionem, & querimoniã, qua homo alterius hominis factum aut opus reprehendit. nam apud Deum omne peccatum etiam leue reprehensibile est. Origenes hom. 2. interpretatur de reprehensione, & querela apud Deum, dicit tamen tunc nos mandata, & iustificationes Domini sine querela facere, quando quæ bona sunt, bene, & iuste facimus. contingit enim bona non bene facere, quando opus in se bonum quidem est, tamen ex vana aliqua gloria procedit, aut aliqua circumstantia uitiosa inficitur. Cum autem bonum bene fit, sine querela efficitur, propter quod dictum est Deuter. 16. quod iustum est, iuste exequeris. At profecto hoc difficile accommodatur, quis enim est, qui in omnibus mandatis, & iustificationibus

Domini ita incedat, vt omnia iuste, & bene coram Deo peragat. Ambrosius de utraque querela interpretatur, erant enim sine querela apud Deum, & homines. iuxta illud Rom. 12. Prouidẽtes bona coram Deo, & hominibus. Mihi certe placet prima opinio, si eam sensit Augustinus, sin minus, hãc legitimam existimo, vt dicti sint incessisse sine querela, quia nemo hominum, apud quos versati sunt, quidquam habuit, quod iure in eis reprehendere posset. de iustitia .n. coram Deo iam dixerat fuisse eos iustos ante Deum, quo uerbo usus est Paulus in eodem sensu Philip. 2. Vt sitis inquit sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehẽsione in medio nationis prauę & peruersæ. & Philip. 3. Secundum. inquit, iustitiam, quæ ex lege est, conuersatus sine querela, nempe hominum. Idem enim est sine querela, ac sine reprehensione, nam Græce idem significat, ac si dictum esset, erant incedentes in mandatis, & iustificationibus irreprehensi, nimirum, vt eorũ vita nequeat reprehendi ab vllo hominum. & Tit. 2. Verbum sanum irreprehensibile, vt is, cui ex aduerso stat, vereatur, nihil habẽs malum dicere de nobis. non imperat ibi Paulus, vt Episcopus nullum peccatum habeat, nec etiam leue. sed ab ijs abstineat, quæ iure ab hominibus reprehendi solent, qualia sunt grauia, sine quibus iusti viuunt.

Et non erat illis filius.

COMMENTARIA.

PRosequitur historiã. Sensus est prole, & spe eam habendi priuati erant, illud enim uerbũ (erat) omnem differentiam temporis, præteriti, præsentis, & futuri complectitur, nempe nec fuerat illis filius, nec de præsenti erat, nec futurum sperabant. quem sensum sequentia verba indicant, estque phrasis scripturæ Ro. 3. Est Deus verax, nẽpe fuit, de præsenti est, & erit. Isai. 48. Nõ est pax impijs. Sunt multa huiusmodi testimonia, in quibus verbum actũ, & porestatem, omnẽque differentiam temporis significat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non erat igitur his filius, quia nec vnquam habuerant, nec habere naturali virtute poterant, sed priuati actu, & potestate secundum naturam erant. quo quidem Ioannis cõceptio, & natiuitas valde commendatur, & testimonio eius futuro de Christo, multum roboris accedit.

Eo quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.

COMMENTARIA.

DVas causas, cur filius illis non erat, refert. Vna est, quia Elisabet sterilis erat, quæ quidem causa, generalis est, omne tempus amplectens, vt nec habuerit, nec haberet, nec habere posset filium. sterilitas enim priuat omni ex parte, & omni tẽpore filiorũ generatione. Altera est, quia etiamsi illa sterilis non fuisset, tamen tã ipsa, quam Zacharias coniux erant in eam ætatẽ prouecti, in qua virtus naturalis gignendi deficere solet, hoc est processisse in diebus suis. Hæc posterior causa confirmat eum sensum, in quem fumus interpretati verba præcedentia. si enim tantum significatum esset, non esse illis filium, non erat accommodata hæc causa, quia ambo processerant in diebus suis. nam antequam processissent, potuerunt habere. illa igitur sentẽtia significat non solũ non habuisse filium, sed etiam spe habendi vnquam priuatos esse, cum Elisabeth sterilis esset, & ambo ætate processissent, & vel hoc solo nomine apti non essent generationi.

ANNOTATIO. XII.

Tria impedimenta quo minus parentes tali filio haberẽt.

ADuerte tria impedimenta, quo minus filius illis esset. Duo erant ex parte fœminæ, sterilitas, & ætas prouecta quorum vtrumque per se potens erat generationem impedire. Tertium ex parte viri nempe ætas, quæ eò iam peruenerat vt generare non posset. Si tamen aliquis inquirat, an Zacharias ita fuerit ætate prouectus, vt non solum de vetula, quãuis sterilis non esset, sed nec de iuuene gignere potuerit, sicut de Abrahã emortuo inquirit Augustinus li. 16. de Ciuit. c. 28. huic, nihil habeo certi, quod sine dubitatione respondeam. Existimo tamen vtrumque parentem ad eam ætatẽ peruenisse, ut neuter omnino naturali virtute generare, aut cõcipere potuisset, Vnde Elisabeth, licet sterilis non fuisset, in ea ætate erat, vt nec de iuuẽne viro cõcipere posset, emortua eius vulua, & muliebrib⁹ deficiẽtibus sicut de Sara dictũ est Gen. 18. Simili etiã modo Zacharias nec de vetula, nec de iuuene etiam non sterili, poterat generare. hoc enim verba Euangelistę significare videntur, ambos nempe processisse in diebus suis, idque in causa esse, quòd filium habendi spe priuati essent. quod etiam in Abraham, & Sara euenit, vt diximus in commẽtarijs epist. ad Rom. ca. 4. Vnum tamen nõ prętermittendum existimo generationẽ seu conceptionem Ioannis Baptistæ mirabiliorem extitisse, quam Isaac ex Abraham, & Sara. In hac enim Ioannis tria impedimenta conuenerunt, vti diximus at in ea quę fuit Isaac duo tantum. non enim ex Scriptura habemus Saram naturaliter sterilem fuisse, quamuis id affirmet Augustinus lib. 16. de Ciu. cap. 28. nam Gen. 13. solum dicitur muliebria ei defuisse, quo quidem tempore non poterat naturaliter concipere, at quod ante sterilis esset, Scriptura non refert, immo cõtrarium indicat, cum causam aliã non exprimat, cur concipere non posset quàm prædictam. quod etiam ex Paulo Rom. 4. confirmatur, dicit enim corpus Abrahæ emortuum, & vuluam Sara emortuam, non tamen sterilem dicit, sicut Abraham emortuus erat, non tamẽ naturaliter sterilis. quod etiam comprobatur Gen. 17. audiens enim Abraham promissionem filij dixit: Putasne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? nihil de sterilitate opposuit, quæ si fuisset, vtique meminisset, quia ea rem creditu difficiliorem faciebat. Origen. in Epist. ad Rom. cap. 4. vuluam Sara emortuam dicit propter mortificationem, quam Sancti in suis corporibus exercent, de qua dictum est: Mortificate membra vestra. Nec obstat, quod Gen. 16. ipsa Sara dixit, nempe: Conclusit me Dominus, ne parerem. non enim

enim inde infertur sterilitas naturalis, sicut etiam Gen. 20. dictũ est: Conclauserat Dominus omnem vuluam domus Abimelech propter Sara. non tamen in de sequitur illas fuisse naturali constitutione steriles, sed impedisse eas Dominũ ne conciperent. Dices, cur ergo non concepit ex Abraham iuuene, si sterilis non erat? Respondeo, hoc diuino mysterio adscribẽdum esse, quod si rationem aliquam naturalem quærtas, scito nõ satis esse ad generationẽ filiorum, vt vterque parens sit fecundus, sed oportere vtriusque qualitates non dissidere inter se se, ut Philosophi docent, & præcipue Stoici, fieri enim potest, vt duo simul cõiuncti generare nõ possint, qui tamẽ seiuncti ex alijs, & generarent, & concipe rent. In Abraham vero potius ad diuina mysteria recurrendũ est, quia Deus filiũ nasci non permisit, nisi quando diuina mysteria significanda erant. Adde etiã, non semper generationem filiorũ fieri, quamuis neuter parentum sit sterilis, vt ipsa experientia docet. multa enim necessaria sunt ad generationẽ, etiam vbi sterilitas non est. Causas autem naturales sterilitatis perscrutari alienum valde est ab instituto nostro.

Factum est autem, cũ Sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum.

COMMENTARIA.

QVo tempore filij promissio facta sit Zachariæ, narrat Euangelista, nẽpe, quando munus sacerdotis exercebat. Sensus ergo est, cũ Zacharias sacerdotij munus exequeretur in tẽplo, ordine vicis suæ id exigente, cum alternantibus vicibus sacerdotum, ministerium peruenisset tunc ad posteros Abiæ, inter quos erat Zacharias, quo ministrante, & sacerdotis munere fungente factum est, quod statim narratur. illud (ante Deum) templum, in quo sacerdotes ministrabant significat.

Secundum consuetudinem Sacerdotij sorte exijt, vt incensum poneret ingressus in templum Domini.

COMMENTARIA.

QVid factum sit fungente sacerdotio Zacharia secundũ vicem suam, exponit, videlicet, ut sortiretur, seu sorte obtineret templi ministerium ad adolendum incensum, iuxta consuetudinem sacerdotũ, quorũ erat singulis diebus in altari thymiamatis mane & uespere adolere incensum, seu thymiama. Exo. 30. cum enim multi sacerdotes de uice Abiæ simul inseruirent, diuersa sacerdotij munera sorte inuicem dipidebant, adolẽdi igitur incensum sors Zachariæ contigit. Templum Domini appellat eam templi partem, in qua erat altare thymiamatis, quod erat positũ ante uelamen, quod diuidebat Sanctum Sanctorum, ubi erat arca, & quo solus summus Sacerdos semel in anno ingrediebatur, ut partim indicauimus supra, partim dicemus infra. Altare uero hoc erat exterius iuxta uelamẽ, dicitur autem ingressus in templũ, quia ante eam templi partem erat alia, ubi erat altare holocaustorũ, & alia pars, quæ dicitur foris, in qua multitudo populi conueniebat, non enim licebat ad illam templi partem accedere, nisi solis sacerdotibus.

ANNOTATIO XIII.

Quo genere sortiũ utebatur Hebræi.

ILlud (sorte exijt) Græce habetur sortitus est, quidã uertunt, sorte illi obuenit, sermo autẽ hic indicat plures Sacerdotes simul conueniisse ex eadẽ familia, & vice, sortitionemque fieri, quis eorũ ingrederetur in templum ad adolendum incensum. Quod genus sortis hoc esset, ignoratur. quidam ex verbo illo (exijt) occasionem accipientes affirmarunt, factã fuisse sortibus in vrnã immissis, sic enim sors dicitur exire, aut sorte exire is, cui sorte obuenit, idque ita fieri potuit, tamen certum non est, cũ vocabu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cabulum Græcum non aliud significet, quàm latine sortiri. seu sorte aliquid obuenire. illud aũt verbum (exijt) positum est impersonaliter, quasi diceretur, sorte accidit, aut sorte obuenit. Hęc sors probat, Zachariam non fuisse summum Sacerdotẽ, qui illo tunc temporis, vnus cum esset, non eligebatur sorte, de eoque incenso, & thymiamate sermo est, quod singulis diebus adolebatur, vt in textu diximus a sacerdotibus.

Et omnis multitudo populi erat orans foris horæ incensi.

COMMENTARIA.

PAratum erat testimonium futuri miraculi, vt tãto illustriot efficeretur conceptio, & natiuitas Præcursoris. dum igitur sacerdos in ea parte templi, vbi erat altare incensi, illud adolebat corã Domino, populi multitudo foris erat, nẽpe in parte anteriori templi, vbi eodẽ tempore preces ad Deum fundebat, communis enim erat oblatio, & quæ pro toto populo offerebat.

Apparuit autem illi Angelus Domini stans a dextris Altaris incensi.

COMMENTARIA.

DVm Zacharias incẽsum adolet, Angelum Domini videt stantem in dextra parte altaris, vbi adolebatur incẽsum. Visio hæc corporea fuit, oculis em corporis Angelum, non quidem in suamet substantia, sed in figura corporea, qua sæpe Angeli vsi erant, aspexit. Stabat aũt Angelus, non autẽ sedebat, tum, vt ministrũ se esse Dei, & quę dicturus erat, tanquam nunciũ Domini referre, significaret, tum ẽt vt se illuc tunc venisse Zachariæ causa, moxque reuersurum indicaret. A dextris autẽ altaris stetit, vt qui prospera, & bona nunciaturus venerat. Additum est illud (incensi) vt altare thymiamatis, vbi hoc gestum est, ab altari holocaustorum, quod extra erat, Euangelista distingueret. Attende autem, cum dicitur Angelus Domini visus a Zacharia, significari ita visum Angelum a Zacharia, vt nouerit eũ esse Angelum Domini bonum, quamuis quis Angelus esset, tunc ignorauerit. quod autem videretur, & vt Dñi Angelus agnosceretur non facultate naturali oculis Zachariæ, sed Dei gratia, ac munere singulari effectum est, vt recte dicit Orighom. 3. in Lucam.

Angelus quomodo a Zacharia visus dicatur.

ANNOTATIO XIIII.

NOn est hoc in loco Græce idẽ verbum, quo vsus est Matthæus ca. 2. dicens; Apparuit Angelus Domini in somnis Ioseph. hic enim verbũ est ὤφθη, quod ad visionem exteriorem refertur, & non ad eam, quæ imaginatione sola efficitur. rem enim creditur valde difficilem persuasurus, exteriori, & sensibili vsus est locutione, hæc enim efficacius mouet mentem. Factum etiam hoc est aliam ob causam, nempe, vt sua visibili præsentia Angelus significaret verum, & sensibilem filium a Zacharia esse generandum. Posset aũt aliquis interrogare, cur nõ apparuit etiam Elisabeth, nõ enim minus difficile erat ipsi Elisabeth credere se sterilem & vetulam cõcepturam. Respondeo, quod factum est cum Zacharia per Angelum accedente nouo miraculo, quia mutus euasit, signũ fuisse sufficiens Elisabeth ad credendã promissionem. Adde non fuisse necessarium, nam mulier subdita viro est, viro autem persuaso ad mutuum obsequiũ inter se exhibendum, amplius nõ requirebatur, quamuis interius a Spiritu sancto Elisabeth inotam fuisse ad credendum, nemini dubium esse debet.

Zacharias corporeis oculis vidit vbi dixit Angelus.

ANNOTATIO XV.

ANotãdum est in Scriptura, & bonum, & malum Angelum appellari Angelum Domini. De bono habetur Psal. 33. Immittet Angelus Dñi in circuitu timentium eum. Act. 5. Angelus Dñi per noctẽ aperuit ianuas carceris. De malo verò dicitur Psal. 34. Fiant tãquam pulvis ante faciem venti, & Angelus Domini coarctans eos. & iterum: Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricũ, & Angelus Domini persequens eos. Vtrumque locum Hieronymus ibidem de

Angelus Domini in Scriptura, tũ bonus, tũ malus dicitur.

de malo Angelo interpretatur.

Sunt autem tres causæ cõmunes, propter quas vterq; Angelus dictus est Domini. Prima est Hieronymi loco allegato ratione dominij, & creationis; Deus enim & bonum & malum Angelũ creauit, & vtriusque est Dominus, nõ quòd malitiam fecerit, aut malum creauerit. nam vt Basilius homilia, quòd non fit Deus creator malorũ. inquit, Deus creauit naturam Angeli, & bonũ fecit, ipse tamen sua electione malus factus est, sicut & hominem creauit bonum, ipse tamen sua voluntate se efficit malum, & peccatorem, non tamen propterea desinit esse creatura Dei, sub eius dominio posita, eaque de causa Angelus Domini etiam dicitur.

Altera causa est ratione ministerij, nõ solum enim in ministerio erga homines Deus vtitur Angelis bonis, de quibus dicitur Heb. 1. Omnes sunt administratorij spiritus, missi propter eos, qui hereditatem capient salutis, sed etiam malis, tum ad punitionem malorum hominũ vt docet Basil. Isai. 13. reddens rationẽ cur opera Dæmonum vtatur Deus ad infligendas pœnas. nimirum, inquit, quia fœui sunt, & nulla compassione mouentur, idcirco ad hoc opus sunt apti. De hoc ministerio dicitur Psal. 77. immissiones per Angelos malos, tum etiam ad correctionem eorundem hominũ malorum, vt resipiscant, & emendentur. 1. Cor. 5. Iudicaui, inquit, tradere huiusmodi hominem Satanæ, in interitũ carnis, vt spiritus saluus fiat. tum demũ ad probationem, & exercitium iustorum, vt eorum iustitia cõseruetur, augeatur, nobilitetur, & amplius coronetur. 2. Cor. 12. Datus est mihi stimulus carnis Angelus Satanæ quem locũ graues Doctores de malo Angelo interpretantur. Hoc docet Ambrosius lib. 1. de pœnit. cap. 13. vbi Dei potentiam commendat, qui dæmonis opera vtitur contra eundem dæmonum, nam & malos conuertit, & afflictione per dæmones inflicta, cum ipsi nihil magis auersentur, quam bonũ hominem, & exemplo vtitur medici, qui vtitur vipera contra venenum viperæ.

Tertia causa est ratione potestatis, nihil enim Angelitam boni, quàm mali, erga homines faciunt, nisi potestate à Deo accepta, quod August. docet Psal. 77. & probat illo Iob. cap. 1. Dominus dedit, Dominus abstulit. cum ruina illa dæmonis opera fuerit facta, Dominus abstulisse dictus est, quia potestas data est a Deo. hoc idem docet liber de natura boni, contra Manichæos cap. 31. adducens illud Rom. 13. Omnis potestas à Deo est, affirmans id verum esse etiam in malis Angelis. Longe enim differunt potestas, & vsus potestatis, potestas bona quidem est, sed ipsi dæmones abutuntur bona potestate, boni verò ea bene vtuntur. nam intentione nocendi nobis, & odio contra nos potestatem mali Angeli exercent, boni verò charitate, & obedientia erga Deum. Potestas ergo malorum bona est, uoluntas uerò, seu intentio mala, sicut in ministro iustitiæ, qui reum sibi traditum puniendũ, odio & volũtate nocendi punit, sic dicit Gregor. lib. 2. Moral. cap. 3. & lib. 8. cap. 6. adducens illud 1. Reg. 18. Spiritus Domini malus irruebat in Saul. Quomodo, inquit, si malus spiritus, Domini dicitur? Domini, inquit, propter potestatem; malus, propter eius voluntatem. Sicut in exemplo posito illum dicere licet ministrum iustitiæ malum, iustitiæ, propter legitimam potestatem; malum, propter intentionem, & uoluntatem ministram. tam ergo bonus, quàm malus Angelus dicitur Domini propter creationem, & dominium, & propter ministerium, & ppter potestatem; Angelus verò bonus vltra has causas dicitur Domini, propter voluntatem bonam, qua Domino inseruire intendit, & eius voluntatem exequi conatur, & propter Dei dilectionem, quia ei charus, & gratus est, Sic in præsenti loco usurpatur. hęc enim opera per solos Angelos bonos Deus efficit, & paulo inferius ipse se Gabrielem esse manifestat.

Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum.

COMMENTARIA.

Affectus actus quidã sunt animæ, & cum quadã corporis alteratione fiunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiunt, sanguis enim, & bilis, ceteriq; humores cũ spiritus cõmouentur, cũ timemus, tristamur, similibusq; affectibus agitamur. hæc duo Euangelista ex visione Angeli Zachariæ accidisse narrat, cum enim mortem sibi imminere existimaret, corporis eius humores exagitãtur, & animo horret, ac refugit, idcirco turbatur, & timet. Dicitur autem timor irruisse super eum, tum quia timor hic inuoluntarius erat, naturali quadã necessitate conceptus, tum etiã, quia magnus, & vehemẽs fuit, quasi superans vires eius, quippe propterea impediri non potuit.

Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia.

COMMENTARIA.

TVrbatum, & timentẽ Angelus confortat. Ne timeas, inquit, verbo hoc, virtute Domini per suũ Angelum operante, animum Zachariæ serenat, timoremque expellit, ut animus tãto nũcio percipiendo uacare attentius valeat; hac de causa nomine ꝓprio uritur, quo q̃dam beneuolentiam captat, & familiaritatem indicat. Potuit Angelus impedire timorem, ne insurgeret, sicut & insurgentem a mouit; tamen id non effecit, & ut nuncian tis maiestas repræsentaretur, & vt eo ipso ad credendũ ei, animus Zachariæ præpararetur. timor enim il lead concipiendam magnam opinionem illius, qui loquebatur, inducebat, facilius autem credimus ijs, quos plurimi facimus, & quos multum ueremur.

ANNOTATIO XVII.

AThanasius in uita S. Antonij tradit commune esse Angelo, tam bono, quàm malo a principio, quando apparent, timorem incutere, hoc tamen est inter utrumque discriminis, quod bonus post timorem consolationem adhibet; malus uero non item, sed eius timor permanet. Idem etiam Theophyl. hoc in loco adnotat. Quod quidem nunc obseruatũ inuenimus, bonus enim Angelus timentem Zachariam confortat, & consolatur. Non est autem verbum reprehensionis, Noli timere, quasi Zacharias male fecerit timendo, cũ timor naturalis non sit uitiosus, & timor voluntarius erga Angelum, reuerẽtia quædam debita, & honesta sit: sicut etiam nec fuit uerbum reprehensionis, quod idem Angelus dixit postea Beatissimæ Virgini: Ne timeas Maria. Bonus ergo timor erat, sed in eo non oportebat perseuerare, ut animus mysterio tanto nunciando attentius, & deuotius incumberet, ideirco bonum expellitur, vt quod melius est introducatur, nam & perfecta charitas foras mittit timorem, qui tamen initium est sapientiæ.

Quo-

Zacharias cur timuerit

NOn immerito posset aliquis interrogare, quare Zacharias timuerit, præsertim cũ sciuerit Angelum esse Domini, qui ei apparuerat; non enim credere debemus Zachariam existimasse fuisse Angelum malum, ut dictum est in superiorum verborum explanatione, cur ergo timuit, si illum esse Angelum Domini nouerat? Respondeo cum Exo. 20. dictum esset, Non videbit me homo, & viuet, fuisse opinionem inter Iudæos diuulgatam, qui Angelum Domini videbat, statim cum esse moriturũ. hinc est, quod Exod. 20. dicebant Iudæi: Non loquatur nobis Deus, ne forte moriamur, & Iudic. 6. de Gedeone habetur sic: Videns Gedeon, quòd esset Angelus Domini, ait, Heu mihi Domine Deus, quia vidi Angelum Domini facie ad faciem. Dixitque Dominus: Pax tecum, ne timeas, non morieris. Præterea Iudic. 13. dicitur: Statim intellexit Manue Angelum Domini esse, & dixit ad vxorem suam: Morte moriemur, quia vidimus Dominum. & Tob. 12. Tobias pater, & Tobias filius audientes esse Angelum Domini, qui loquebatur eis, turbati sunt, & tremẽtes cecidetunt super terram in faciem suam. Eodem modo turbatur nunc Zacharias, & eius turbatio, & timor argumento sunt eum credidisse, quem videbat, Angelum esse Domini.

Quoniã exaudita est deprecatio tua.

COMMENTARIA.

NOn solo vocis imperio timorẽ depellit, sed etiã ratione, & argumento; nam, inquit, tua deprecatio, quã ad Deũ fudisti, exaudita est, si igitur quod petebas, & desiderabas, cõsecutus es, ad idque annũciandũ venio, non est cur turberis, & timeas, sed quod læteris, & exultes. Loquebatur Angelus Zachariæ scienti, quid deprecatus esset, propterea nõ explicat, quod petierat, se tamen Dei Angelũ declarat, qui Zacharię petitionẽ, & Dei exauditionẽ, priusquã opere esset manifestata, nosset. Quantũ autẽ ex colloquij tenore conijci potest, aduentũ Messiæ in populi salutẽ Zacharias precabatur; hęc enim oratio cõmunis erat iustis illis, ac Prophetis, oratio profecto digna Sacerdote, cuius est, & suæ & populi saluti consulere.

ANNOTATIO XIX.

Zacharias qd dum orabat, petierit.

AVgustinus lib. 2. quæst. Euangel. cap. 1. de hac Zachariæ deprecatione duo dicit. Vnum est non sic esse intelligendam, quasi Zacharias pro obtinenda prole deprecaretur. Hoc duobus argumentis comprobat. prius est, quia desperauerat se iam filium habere posse, ne mo autem petit quod desperat, eo autem processit desperatio, inquit, vt Angelo nuncianti, & promittenti, non crediderit. Posterius argumentum est, quia æquum non videbatur, vt Sacerdos offerens incensum pro populo, qui tunc orabat foris stans, relictis publicis votis incumberet proprijs, & filium peteret. Alterum dictum Augustini est, deprecationem hanc fuisse pro totius populi salute, & peccatorũ remissione, quæ erat facienda per Christum. Huic secundo dicto consentiunt Chrysost. hom. de natiui. Ioan. Bapt. quæ habetur tom. 2. & hom. 1. de incomprehensibili Dei essentia, quæ habetur tom. 1. Ambrosius etiã in præsentia, Theophyl. & Euthym. Quidam autem recentiores deprecationem Zachariæ de prole, consequenda fuisse affirmant. idque sequentibus Angeli verbis cõfirmant; prosequitur enim sic: Et vxor tua Elisabeth pariet tibi filium. illud [Et] more Hebræorum loco [nam] positum esse affirmant, quasi diceret, nam vxor tua pariet tibi filium. Et certe si sic dictum esset ab Angelo, argumentum erat probabile quidem, sed non necessarium, Zachariæ orationem fuisse pro filio. at id sibi recentiores assumunt sine auctoritate aliqua, nam particula [Et] quamuis loco causalis aliquãdo sit posita, id tamen non discernitur, nisi quando ratio contextus ad eam interpretationem nos compellit, frequens enim vsus eius est, vt copulatiue teneatur. Cum igitur in præsenti non sit vrgens ratio interpretandi casualiter, debet potius secundum communem vsum intelligi, sicut & antiqui Doctores intelexerunt, idque probat deprecationem Zachariæ non fuisse pro prole, quandoquidem vltra exauditionem adiungitur [Et vxor tua pariet tibi filium.] Quasi dictum esset, vltra id, quod deprecatus es, obtinebis filium, quem non petebas. Expositio igitur Patrum est retinenda, & sequenda, Zachariæ nempe orationem fuisse pro Christi aduentu, in quo salus populi, & remissio peccatorum posita erat, quemque illi Patriarchæ, & Prophetæ summopere desiderarunt, iuxta illud Gen. 49. donec veniat desiderium collium æternorum. Hoc tamen addendum existimo argumẽta Augustin. probabilia quidem esse, non autem necessaria. Responderi enim ad primum posset, Zachariam tunc temporis non deprecatum esse pro habendo filio, quẽ iam se habiturum non sperabat, superiori vero tempore antequam senuerat, & quando sterilitas coniugis nondum experientia perspecta erat, id ipsum summopere fuisse deprecatum, quod etiam antiqui Patres fecerunt. Illa ergo deprecatio videbatur quidem illi non exaudita, quæ vere exaudita, sed dilata erat, donec opportuno tempore compleretur; sæpe enim id Deus facit, ut ipsemet Augustin. tract. 102. in Ioan. docet; quædam, inquit, petuntur, quæ differuntur, vt congruo tempore à Deo exaudiantur. hoc igitur Angelus nunciat temporis congruitate aduenientie. de-

Quod dicerãt bonitas Angeli apparitionem.

Zacharias ꝓ prole non deprecatus.

preca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

precatio inquit, tua exaudita est, & ut Zacharias, qui multis deprecationibus vsus fuerat, multaque alia petierat, intelligeret. Angelus declarans deprecationem subiungit, Vxor tua pariet filium, illudque (Et) aut declaratiue, aut causaliter teneri potest, iuxta vsum scripturarum. Ad secundum idem respondere possumus, tunc non orasse pro filio obtinendo, sed ante, quamuis etiam si tùc deprecatus fuisset pro prole, nihil iniquum cõmisisset, si non propterea vota publica reliquisset votis. n. publicis coniungi etiam priuata possunt, certum tamen est tunc non id petisse, quia id consequendi spem iam deposuerat.

Et vxor tua Elisabeth pariet tibi filium.

COMMENTARIA.

SIgnum exauditæ orationis Angel⁹ exhibet, quasi diceret exauditam esse deprecationem tuam, Christumque, pro cuius aduentu orabas, iamiam aduentare, ex hoc agnosces, quod mirandam quandã rem experieris, nempe uxoris tuæ puerperium, quo pariet tibi filium. Ne uerò putaret Zacharias filium sibi promitti ex alia uxore futura, additum est nomen, uxor, inquit, tua, quam nunc habes Elisabeth. Ne autem hęc ex alio uiro, Zacharia mortuo conceptura crederetur, additum est [tibi] quasi diceret, tu ipse ex hac eadem sterili tua uxore filium generabis. Ne denique existimaret concepturam Elisabeth filiũ fœtum tamen conceptum non edituram in lucem, quòd soleant aliquando senes concipere quidẽ, sed uirium imbecillitate ad perfectionem prolem non perducant, adiecit uerbum pariet, nam quæ parit, concepit, non autem quæ concipit semper parit. Promissio igitur diuinissima est.

Quartũ superiora uerba declarat.

ANNOTATIO XIIX.

CHrysost. hom. 2. de incomprehensibili Dei essentia, fatetur quidẽ hęc dicta esse ab Angelo, tamquam indicium exauditæ deprecationis, tamen in hunc modum interpretatur: Cum deprecaretur Zacharias pro peccatorum populi remissione, Angelus dixit, Oratio tua exaudita est, & hoc erit indiciũ, quod vxor tua pariet filium, qui ostendet eum, qui peccata remissurus est, dicendo, Ecce qui tollit peccata mundi. Ita connectit Chrysostom. & consentiunt Euthym. & Titus Bostrenus. at mihi accommodatior connexio visa est, ut conceptio ex sterili, & sene in signum, & argumentum sit data Zachariæ aduenientis Christi, pro quo ille deprecabitur, hoc enim est, quod repetẽs idem Angelus Beatissimę Virgini dixit nam post annunciatam filij Dei conceptionem addidit signũ. Et ecce, inquit, Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, Illud non est silentio prætereũdum, quod adnotauit Ambrosius, quàm largus sit Dominus in exaudiendis orationibus suorum, concedit enim, quæ petunt, & adijcit plura, quam petunt. deprecabatur Zacharias pro Christi aduentu. Deus autẽ non solum exaudit eum, quia Filium suum mittere dignatur sed etiam adijcit, quod ille non petebat, immo nec petere ausus esset, idest filij, & tanti filij generationem. Eandem doctrinam adnotauit Hiero. Isai. 38. alio exemplo Ezechiæ, qui ægrotus petijt sanitatem, Dominus autem non tantum eam concessit, sed etiam quindecim annos vitæ, & victoriam contra inimicos, quæ ille non petebat, promisit.

Et uocabis nomen eius Ioannem.

COMMENTARIA.

NOn tantum est prædictio futuri nominis, sed etiam præceptum nomine Dei factum, conuenit autem nomen officio, qui. n. futurus erat præcursor auctoris gratiæ, nomen accipit ab ipsa gratia, nam Ioannes gratiam Dei significat, quam non lex, sed Christi fides dabat, nomine igitur ipso Christũ iamiam uenturum indicabat, per quem gratia, & ueritas factæ sunt.

Deus largitur nouã deprecãtes uitã.

Et

Et erit gaudium tibi, & exultatio.

COMMENTARIA.

SAepe euenit filios nondũ natos in summis votis esse parẽtibus, natos verò molestiã, & doloré adferre, non sic fiet in Ioãne, sed erit tibi causa gaudij, & exultationis, idest lętitię animi, & corporis. Exultatio enim est lætitia, quæ prę magnitudine intra animũ detineri non potest, sed quibusdã corporis gesticulationibus, & motibus foras erũpit. illud [erit] refertur ad Ioannem, quasi dictũ esset, erit tibi gaudio, & exultationi, seu erit gaudiũ, & exultatio, id est causa gaudij, & exultationis.

Et multi in natiuitate eius gaudebũt.

COMMENTARIA.

NOn priuatũ tãtũ, sed publicũ erit gaudiũ. multi enim eius natiuitate, seu propter eius natiuitatẽ gaudebunt. Hebraismus est frequens casui instrumẽti præponere particulã [in] gauisi sunt quidẽ multi, cognati nẽpe, & vicini, vt dicetur inferius, at nemo patris lętitiã equauit. idcirco patri gaudio, & exultationi, cęteris gaudio futurus pdicit.

Erit enim magnus coram Domino.

COMMENTARIA.

CAusam gaudij cõmunis parentibus, & alijs multis explicat, simulque prænunciat, qualis filius hic futurus sit; erit enim, inquit, magnus coram Domino. magnus, inquit, sanctitate, & officio; sanctitate quidem, quia Spiritu sancto replebitur adhuc ab utero matris, & accepta sanctitate miros perfectionis progressus faciet. Officio, quia præcedet in spiritu, & virtute Eliæ parare Domino plebem perfectã. Dicitur autẽ magnus corã Domino, seu in conspectu Domini, vt Græce habetur, quia prębit ante faciẽ Christi, ut præcursor, illũ populo ostensurus. Hæc enim verba Angelus ipse sequentibus verbis exponit, & interpretatur.

ANNOTATIO XX.

QVod ad litteralem sensum spectat, quidam recentiores reddi rationẽ, seu causam nominis existimant, nempe, cur Ioannes sit appellandus, quasi gratia, seu donum Dei, nimirum, quia erit magnus corã Domino, accommodatius tamen ad gaudiũ patri, & multis cõmune refertur. Tunc autem posset dubitare aliquis, non enim videtur hæc causa gaudij ex Ioannis natiuitate concepti, quia magnus futurus erat coram Domino, nam hæc magnitudo fuit post natiuitatem, quando adultus, suæ sanctitatis specimen magnum exhibuit, & officium præcursoris exercuit, hoc autem loco causa adfertur eius lætitiæ, quam parentes, & cognati, ac amici eius natiuitatis causa perceperunt. Respondeo, ex mirabili natiuitate Ioannis, omnibus manifesta eius futura magnitudo perspecta est. præterea reuelante Spiritu sancto nouit Zacharias in natiuitate Ioannis, quantus ille erat futurus, idque publice omnibus manifestauit, quando prophetans, dixit; Benedictus Dominus Deus Israel, &c. magnitudo igitur hæc Ioannis futura etiam a natiuitate innotuit multis. Hæc duo indicat Euangelista inferius, Super omnia inquit montana Iudęæ diuulgabantur omnia verba hæc, & posuerant omnes, qui audierant in corde suo dicentes, Quis putas puer iste erit? etenim manus Domini erat cum illo. merito ergo dictum est, multos eius natiuitate esse gauisuros, quia magnus coram Domino futurus erat. Illud autem [coram Domino] multipliciter explicatur. Primo Ambrosius positum putat, ut distingueret Angelus hanc magnitudinem ab ea, quæ est corporis, & potentię sæcularis; magnitudo enim Ioannis sanctimoniæ, virtutis, & officij futura erat. Secundo Theophyl. dictum interpretatur, ut distingueret ab hypocritis, qui coram hominibus magni sunt. Tertio, quidam recentiores phrasim Hebręam existimant, ad denotandam singularem quandã præstantiã, sicut Gen. 10. di-

Quorsũ Angelus prænunciet Ioãnẽ futurum magnum.

Quid est corã Domino magnũ esse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

10. dictum est: Nembrot robustissimus venator coram Domino.

Auctoris expositio

Mihi dicendum videtur hanc locutionem sæpe in scriptura vsurpatã esse, non tamen in omnibus locis idem significare. Supra enim dicti sunt Zacharias, & Elisabeth iusti ante Dominũ, seu in conspectu Domini, vt veritas iustitiæ illorum significaretur. Dictus etiam est Zacharias fungi Sacerdotio ante Dominũ, quia in templo Domini. Dictus eriã est Nẽbrot robustissimus venator ante Dominum, seu coram Domino, non propter excellentiam, & præstantiam, nam verbum illud [robustissimus] id significaretur, sed quia id munus nõ erat Deo ingratum. In omnibus his locis eadem est phrasis, non tamẽ significatio eadẽ. in præsenti autem nihil horum significat, sed indicat præsentiã Christi, coram quo Ioãnes officio, & magnitudine sua insignis & clarus futurus erat ipsum indicando, baptizando, de eoque testimonium perhibendo, & ad eum recipiendum vt verum Messiam, populũ exhortando, quem sensum, & Angelus expositurus dicens: Præibit ante faciem Domini, & pater etiam ipsius: Præibis ante faciem Domini. hoc idem est, quod nunc dicitur [coram Domino] Christus enim Deus, & homo est, quem nunc Dominũ appellat. & articulus Græcus hoc loco emphasim habet, coram illo Domino. Nec erat opus, cur Angelus hoc verbũ apponeret ad distinctionem prædictam, nam qualis esset ista magnitudo verbis sequentibus ipse Angelus apertissime declarat.

ANNOTATIO XXI.

Magnus trib⁹ modis aliquis dici potest.

QVod vero ad doctrinam quandam moralẽ spectat, aduerte tribus modis contingere aliquem dici magnum, coram seipso, coram hominibus, coram Domino. Ille magnus dicitur coram seipso, qui se magnum putat. de hac magnitudine Basil. interpretatur illud Hai. 10. inducit super mentem magnam. qui autem sic magnus dicitur, non est vere magnus, immo hoc ipso, quo aliquis se magnũ existimat, efficitur vere paruus. hæc enim est superbi conditio, qui se magnum putat, vt eo ipso sit paruus. quod recte docet Grego. lib. 3. Pastor. c. 1. admoni. 18. Quanto, inquit, magis se eleuat, tanto magis cadit, & tanto est inferior, quãto maior sibi videtur. Ioannes noster non sic magnus futurus dicitur, nam huic magnitudini contradicit humilitas, quæ tanta fuit in eo, vt cũ habitus esset à populo Christus, & vt dicit Augustin. tract. 4. in Ioan. potuisset homines fallere, & persuadere se esse Christum, respondit, nõ sum ego dignus soluere corrigiam calceamenti eius.

Ioannes fuit magn⁹ etiã coram hominibus

Ille magnus est coram hominibus, q̃ hominum opinione magnus habetur. Hæc magnitudo, quæ in hominum opinione posita est, in Ioanne inuenitur, & quidem mira. Primo, quia vt diximus paulo ante, tantæ fuit sanctitatis habitus, vt Christus, & Messias crederetur a multis, vt habetur Luc. 3. etiam si de tribu Aaron extiterit, certumque esset apud Iudæos Christum futurũ de Iuda. Secundo, quia eius testimonium cõpellebat Iudæos credere Christo; de quo ille testimonium perhibebat, quod nõ posset fieri, nisi esset singularis & mirandę opinionis apud illos. Tertio, quia omnes Euangelistæ eius testimonio vsi sunt cõtra incredulos ad veritatẽ Christi confirmandã, quòd eum maximum fuisse in hominum opinione ostendit. Quarto, quia ad hanc magnitudiné peruenit sine miraculis, quæ nulla fecit, sed vitæ sanctitate, & splendore, quod fieri non posset, nisi eius viuendi ratio præstantissima planeque admirabilis omnibus visa esset. Ergo magnus etiam coram hominibus videri potest. fuit autẽ hæc magnitudo necessaria ad officium, & munus Ioãnis, quo testimonium perhibebat populo de Christo. siquidem tantæ rei præconem magna apud omnes auctoritatis, ac sanctitatis opinione valere oportebat, ut mysterio fidem sibi & assensum conciliaret.

Non est vere magnus qui apud homines talis est.

Hęc magnitudo, quę in opinione hominum sita est, si per se cõsideretur, non est absoluta magnitudo, nec facit hominẽ vere, & absolute magnum, sed comparatione quadam, scilicet ratione eorũ, qui illum existimant magnum, & hoc multis de causis. Primo quidem, quia sępe homines collocant magnitudiné in ijs, quæ magna nõ sunt, vt in diuitijs, honoribus, dignitatibus, & potentia, ceterisq; similibus huius sæculi bonis. Secundo, quia etiamsi aliquando collocent in ijs, quæ vere magna sunt, qualia sunt, quæ ad sanctitatem vitæ, hoc est virtutes, & gratiam Dei, & morum innocentiam spectant, falluntur sæpe, dũ quempiam existimant talem esse qui reuera non est. Tertio, quia etiamsi non omnino fallantur, iudicio tamen eorum nonnihil à veritate receditur, dum magnum aliquid existimant, quod non est reuera tantum quantum ipsis apparet. quo fit vt plerunque iustorum hominum virtus, & probitas sparsam apud reges sanctitatis famam, atque opinionem non assequatur. infirmis enim conualescens sanus, & cæcis, vt dicitur, monoculus acri prospectu, & oculorum acie præstare videtur. hoc accidit nobis in hoc sæculo constitutis, quibus sanctitas hominum maior apparet, quam sit iudicãda, & sæpe minus malus, bonus censetur, non ergo magnitudo hęc quæ ab hominũ iudicio pẽdet absolute magnũ facit.

Vere magn⁹ Ioannes, q̃ apud Deũ talis est.

Ille demum est magnus coram Domino, qui vere, & absolute magnus est, qui ea habet, in quibus magnitudo cõsistit, & tantus in eis est, vt apud eum, qui falli non potest, & qui infinitæ, & illimitatæ perfectionis, & magnitudinis est, magnus iudicetur. talis & tantus fuit, & futurus nunc prædicitur Ioannes noster, quod facile intelliges, si & virtutem, & officium eius consideres, in his enim eius magnitudo absoluta consistit. Officio quidẽ omnes superauit Prophetas, qui ante ipsum extiterunt. Luc. 7. Christus de eo loquens ait, Maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista nemo est. Et rursus: Vtique dico vobis, plusquam Prophetã. Virtus autem, & sanctitas vitæ ex nonnullis apparet. Primo ex admirabili eius pœnitentia, cum enim, vt inquit Athanasius serm. 4. contra Arrian. nullum habuerit vnquã mortale peccatum, tanta carnis mortificatione se domuit, vt Dominus Matth. 11. dixerit de eo, Venit Ioannes neque manducans, neque bibens. Secundo ex eius castitate, & puritate, vt enim, inquit Hieronym. Epist. ad Rusticum, de viuendi forma, à teneris annis fugit in desertum, matremq; propriam reliquit, ne ex eius aspectu, aut alterius fœminæ, vel minimum aliquid inhonesti conciperet. seruare enim voluit mentem, & oculos puros, vt Christum uideret, & indicaret. Tertio ex eius humilitate, qui vt diximus ex August. tract. 4. in Ioan. cum facile pro Christo haberi posset, & ad Christi nomen, ac munus admittendum inuitaretur, respondit: Nõ sum ego Christus. Quarto ex eius zelo, qui ne ad testimonium de Christo reddẽdum, aliqua ex parte minus idoneus videretur, irreprehensibilem vitam instituit, de quo Cyril. lib. 2. thesau. cap. 4. vnum dignum adnotatione docuit, nẽpe cum Iudęi Christum legis transgressorem appellarent, Ioannem ne testimoniũ suum minueretur, propter legem mori voluisse, & eam contra Herodem defendendo morti se exposuisse, vt testimonium de Christo exhibitum firmum maneret, & obuiaret falsæ existimationi cõtra Christum, quasi significare vellet, non esse legis transgressorem eum, de quo qui testimonium perhibebat pro lege mori non recusaret. Quinto ex eius conuersatione, qui triginta annorũ ex deserto egreditur, in quod se puerulus receperat, & per tot annos conuersatione angelica, & mentis eleuatione in Deum uixerat. Postremo ex eius sanctitatis antiquitate qui in utero matris existens, gratia Spiritus sancti repletus est, & Christum uenientem in utero matris agnouit, & adorauit, in qua uitæ sanctitate semper creuit vsque ad mortem, eamque vitã martyrio cõsummauit. Vere igitur magnus coram Domino. Multa alia dici possent, sed ex his paucis facile ea agnoscet, qui meditatus fuerit. Nos vero sequentibus commentarijs, & annotationibus aliqua referemus.

Et vinum, & siceram non bibet.

COMMENTARIA.

EXponit Angelus, quæ ad magnitudinem sanctitatis, & officij spectant, incipit autem à sanctitate, & duo prænunciat. Vnum est abstinentia mira Ioannis. Vinum, inquit, & siceram̃ non bibet, quasi diceret, à vino, & omni eo, quod inebriare potest (hoc enim sicera significat) abstinebit. fuit quidem Ioannes

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes temperatissimi, & parcissimi cibi, melle enim syluestri, & locustis vtebatur, vt dicetur inferius. tamen potus facta est mentio, tum quia difficilius est à potu, quàm à cibo abstinere; tùm vt hac abstinentia vitam Ioannis totam Deo consecratã fore indicaret, erat enim hæc abstinentia Nazaræorum, de quibus habetur Num. 6. & quod hi ad tempus faciebant, Ioannes toto vitæ tempore efficit, quasi Domino perpetuo consecratus. Hoc idem de Samsone illo fortissimo Angelus prænunciauit. Iud. 13. Vinũ & ficerã nõ bibet.

ANNOTATIO XXII.

Ioannes à vino, & sicera cur abstinuerit.

SIcera nomen est Hebræorum à verbo שכר quod significat inebriari, inde nomen sicera significans potũ quemcũque, qui inebriare potest, siue ex vuis siue ex palmarum fructu, siue ex quauis alia materia sit confectus. Vsus est autẽ Ioannes abstinentia hac, tum ob carnis puritatem, Ephes. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, tum etiã ob mentis aciem, vt aptior contemplationi fieret, Eccles. 2. Cogitaui, inquit, in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrẽ ad sapientiam, & deuitarem stultitiam. His de causis, cum sacerdotes in templo ministrabant, à vino abstinere tenebantur, vt habetur Leuit. 10. & Ezech. 44. Ioannes autem summæ puritati, & contemplationi deditus etiã à sicera abstinebat. tum maxime, vt se testem Christi exhiberet dignum fide, & populi opinionem magnam sibi conciliaret, non in propriam gloriam, sed vt hac via ad Christi fidem Iudæos cõuerteret suo testimonio, quod reuera euenit. nã in eam admirationem sui homines ita excitauit, vt persecutores, qui numquam desunt Sanctis, non humanis viribus, sed dæmonis virtuti eius abstinentiam tribuerent, dicit enim Dominus de eo: Venit Ioannes neque manducans, & bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Iusti uerò, & fideles diuinæ virtuti maxime in eo elucenti adscribebant, ideoque fide dignissimum reputabant: atque hæc causa est, cur eius abstinentiæ Angelus meminit.

Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.

COMMENTARIA.

PRosequitur Angelus magnitudinẽ sanctitatis Ioannis explicare, & post abstinentiã, quæ ad corpus maxime pertinet, quod ad animam spectat, prænũciat, nec singularũ virtutũ ordinẽ, & distinctionẽ enumerat, sed ad omniũ virtutum, donorũ, gratiarũq; fontẽ recurrit, replebitur, inquit, Spiritu sancto. nemo plenus est Spiritu sãcto, qui non eminenti gratia, insignibus donis, ac virtutibus præcellat. Nec tẽpus incertũ relinquit Angelus, quãdo hoc futurũ erat; adhuc, inquit, ab utero matris. sunt quidam pleni Spiritu sancto, nam & mater eius Elisabeth paulo inferius repleta dicitur Spiritu sancto. & Act. v. Apostoli repleti sunt Spiritu sancto, & Stephanus Act. 7. plenus eodẽ Spiritu fuit; sed adulti hãc Spiritus sancti plenitudinẽ acceperunt, at Ioannes ab utero ipso incipiet repleri, et extra vterũ, & per totũ uitæ tẽpus perseuerabit, & maius, ac maius cõtinuo cõplementũ accipiet, indiesque in sanctitate, & magnitudine gratiæ, ac Spiritus proficiet. Appositè autẽ Angelus abstinentiæ à vino, & sicera cõnectit hãc Spiritus sancti plenitudinẽ: abstinẽtia enim, & sobrietas corporis multũ disponit animũ ad Spiritus sancti receptionẽ, vt quo magis euacuatur corpus cibo, & potu, propter Deum, eo magis anima Dei gratia impleatur. propter quod Paulus Ephes. 5. Nolite, inquit, inebriari uino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sãcto. Ioannes autẽ ab vtero ꝓdicit implẽdus Spiritu sancto, nõ solũ propter gratiã, & virtutes, sed etiã propter Prophetiæ munus, ꝙ in matris utero exercuit, nõ loquẽdo, sed exultãdo, vt dicemus inferius, extra vterũ verò perfectissime executus est.

AN-

ANNOTATIO XXIII.

Qualis fuerit hæc Spũs sancti plenitudo, Ioãni cõmunicata.

QVòd ad litteram spectat, Ambrosius legisse videtur [in vtero] cum tamẽ & Græci codices, & Latina exemplaria habeãt [ab vtero] qd lõge diuersum est. nam illud [in vtero] significat terminũ plenitudinis, quasi intra vterum acceperit plenitudinem: at illud [ab vtero] indicat exordium, nimirum incipiet impleri, & cõtinuabitur plenitudo usq; ad vltimum uitæ ipsius. quod verum est, nã semper Ioannes augmentum habuit in sanctitate, & gratia, ac donis Spũs sancti, & in ipsa Prophetia. Quod aũt ad sensũ spectat, dubitatio est, quid hæc Spũs sancti plenitudo significet? cui dubitationi facile esset respondere, nisi Augustinus nobis difficultatem ingessisset, nam epist. 57. ad Dardan. sanctificationem Hieremiæ, quæ à vtero facta est, ut dicitur c. 1. Priusquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua sanctificaui te. & hanc sanctificationem Ioannis ẽt in vtero factam differens, docet, non esse sic intelligendas, quasi in utero gratiam acceperint, per quam homines renascuntur in Christo, & efficiuntur templum Dei. Cui sententiæ uidetur ẽt fauere Hierony. Hierem. 1. qui utriusq; sanctificationis Hieremiæ, & Ioannis mentionem faciens, censet esse intelligẽdas secũdum eundem sensum, quo Paulus Gala. 1. de se pronunciat, dicens. Tũ placuit ei, qui me segregauit ab utero matris, non ꝙ sancti Spũs gratiam acceperit Paulus in utero matris, sed ꝙ ab utero sit destinatus, ut esset Apost. Christi futurus. quem sensum sequens Theodoret. Hierem. 1. interpretatur illud uerbum, antequã exires de uulua sanctificaui te, i. separaui te. Augustinus unico argumento sibi hanc suam sententiam persuadet, quia qui gratiam iustificantẽ accipiunt, & membra uiua Christi efficiũtur, dicuntur, & sunt renati, at nemo dicitur renatus, nisi sit prius natus, cũ igitur, qui intra matris uterum sunt, nondum sint nati, non possunt esse renati. Conceptio. n. quæ intra uterum est, non est natiuitas; aliter bis nasceretur homo, nempe cum in utero concipitur, & cum ex utero egreditur. quidquid sit de Hieremia, de quo non est nostrum præsens institutum, mirum est profecto Sãctum Augustinum in eam uenisse opinionẽ, quæ uix scripturæ accommodari potest, & cui patres etiam antiquiores aduersati sunt. Vt autem ab his incipiam Athanas. Ser. 4. contra Arian. Permulti, inquit, fuerunt Sancti puri omnis criminis; siquidem Hieremias ex utero sanctificatus fuit: & Ioannes dum adhuc à grauida matre gestaretur, exultauit i gaudio ad uocem Deiparæ Virginis Cyprianus Epist. 73. quæ est ad Iubaianum de Ioanne loquens, gratia, inquit, diuina in utero matris est impletus. Ambrosius etiã in presenti dicit, prius in Ioanne fuisse Spiritum gratiæ, quam uitæ. Appellat spiritum uitæ aerem, quẽ continua respiratione accipimus, quasi diceret in utero nõdum respirabat corpore, & habebat Spũm gratiæ, idem tenet li. 5. de fid. cap. 4. Cyril. Hierosolym. Catechesi 3. multa dicit de Ioanne, quæ inferius referemus; ad rem uero nostram id facit, qui in utero, inquit, matris cum gestaretur, à Spiritu sancto sãctificatus est. Gregorius etiam, qui post Augustinũ fuit, non solum id affirmat, sed & Augustini argumentum tacitè refellit. nam lib. 3. Moral. ca. 5. inquit, de Ioanne loquens, prius ut ita dixerim renatus, quã nasceretur. Illud autem uerbum Grego. (ut ita dixerim) adiecit, ne quis existimaret, ante conceptionem renatum fuisse, nam conceptio est principium natiuitatis, q̃ completur, quando emittitur ex utero, ut statim dicam. Bernardus ẽt in sermone de sancto Ioanne Baptista sic habet: Neminem unquam mortaliũ intra materna uiscera sanctificatum legimus ꝑter Hieremiam, & Ioannem Baptistam. sed longe minor Hieremiæ sanctificatio, q̃ Ioannis. ille quidẽ in utero matris sanctificatus est, hic repletus Spiritu sancto fuisse cognoscit. multo quippe excellentius est Spũ sancto repleri, q̃ sanctificari, ibi. n. sanctificatio emũdationem, hic repletio inũdationem signat. deniq; & Apostoli, qui manibus suis tractauerãt de verbo, vitæ, cum Spũm sanctum accepissent de Saluatoris afflatu, uix quinquagesimo à resurrectionis die ad illũ gradum potuerunt peruenire, ut dicerẽt de eis, repleti sũt omnes Spiritu sancto. & licet Spũs sanctus largiore tunc munere credentium corda repleuerit,

Ioannes uero fuit sanctificatus in utero.

hoc

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc tamen Ioannes legitur in vtero asse cutus, quod Apostolica celsitudo tãdem longiori permissione meruit obtinere.
Hæc Bernardus & rursus: Hieremiæ, inquit, admiranda sanctificatio, qua etiam in peccato conceptus est, nascitur tamẽ sine peccato, antequam. n. exiret de ventre sanctificatus est, nec poterat nasci, non sanctus, qui in vtero matris sanctificatus. Mira res, etiam à transactis sæculis non audita, hominem conceptum in peccatis, nasci sine peccato, Ioannem vero longe glorioſior virtus impleuit, qui & sanctificatus est à peccato, & ita dominante Spiritu superfusus, ut & purgatus exeat, & repletus. Hæc Bernard. Scriptura ét hoc ipsum manifestat. Quis. n. audebit dicere plenum Spiritu sancto esse eum qui est in peccato, & filius iræ, & Deo inimicus? talis. n. est, qui est in originali peccato. Profecto nemo. aliàs Apostolorum status, & Stephani, qui dicuntur pleni Spiritu sancto, esset nobis incertus pro illo tempore, si hæc plenitudo non excludit peccatum. Præterea dicitur ab vtero replẽdus, atqui ea, quæ subsecuta est plenitudo extra vterũ fuit gratiæ veri Dei, quę hominem iustificat, & nõ sola prophetiæ, igitur hæc incœpit esse in Ioanne ét in vtero existente. Adde credidisse in vtero in Christũ, adorasse eũ, & dilexisse ut iferius dicemus, quando de exultatione illius agemus. id que sensit communis consensus Patrũ, quos illic proferemus, ergo gratiam iustificantem accepit intra vterũ, per quã ab originali, in quo erat conceptus, liberatus fuit. quod factum est, quãdo habitus est dignus, qui à Christo intra vterum matris suæ existente uisitaretur, ut dicendum erit postea. Argumentum autem Augustini non uidetur tale, ac tantum ut dimoueat nos ab hac veritate.
In primis si argumentum hoc firmum esset, non possent baptizari infantes intra vterum matris, quando parté aliquã corporis, manum uidelicet, aut pedem, aut aliam quampiam emittunt, periculumque mortis imminet, cuius contrarium vsus Ecclesiæ recepit. so|ent. n. baptizari, & ét si postea manum retrahãr, & nunquam nascantur, sed moriãtur in vtero, sunt baptizati, & renati. Simile huic est, si prægnãs moriatur, & statim aperiatur vterus, si fœtus viuus inuenitur, baptizatur, ecce renascitur, & tamẽ nondum natus est, nec nascetur. Et hæc praxis solida est, & uera, quã obseruat Ecclesia. Vt autem ad argumentũ respõdeamus, aduerte natiuitatem dupliciter accipi. Vno modo pro generatione ipsa, qua homo gigni dicitur, & hæc est uera. propria, & substantialis natiuitas, à qua homo dicitur genitus ét intra vterum, & dicitur filius Adæ, & per eã contrahit peccatum originale. huius natiuitatis ét scriptura meminit. Matth. 2. qđ in ea natũ est de Spiritu sancto est. hæc sufficit, ut possit homo renasci in Christo. nam non solum renati, sed regenerati dicuntur in Christo, & dicitur regeneratio secundum Spiritum. sic genitus erat Ioannes, quando regeneratus est p gratiam Spiritus sancti. Altero modo accipitur natiuitas pro egressu ab utero, q̃ quidem est complementum quoddam generationis, & prioris natiuitatis, qua non fit de nouo homo, quia iam factus est, sed mutat statum quendam vitæ, vt viuat extra vterum. hæc non est necessaria, nec ad nascendum in Adam, & contrahendum peccatum, nec ad renascendum in Christo, cum per gratiam datã in vtero ante egressum fit homo regeneratus, & iterũ genitus in Christo, sicut per generationem naturalem in vtero erat genitus in Adam, præsertim cum hoc non ordinaria lege, sed priuilegio Spiritus sancti factum fit in Ioanne, & in Hieremia. Natiuitas ergo substantialiter accepta, quæ est generatio viuẽtis, est ante egressum ab vtero, & hæc necessaria est, ut homo renatus, & regeneratus dicatur. Vnde Io. 3. cum dictũ est Nicodemo, Oportet nasci denuo, vsus est Euangelium uerbo Græco, quod significat gigni, seu generari. non ergo quia Ioannes non erat ab utero matris egressus, ob id non potuit gratiam Spiritus sancti regenerationis accipere, cum iam genitus esset carnali generatione, & peccatum contraxisset ex Adam. Ratio etiã vltra hæc omnia hoc ipsum comprobat, non enim inficiandum est tam miram Christi, & matris visitationem attulisse Ioanni peccati medicinam.

Natiuitas duplex, in utero, & ab utero.

Et multos filiorũ Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum.

COMMENTARIA.

QVæ ad officium futurũ Ioãnis spectãt, prænunciat Angelus. in duob. aũt præcipue munus Ioãnis positum erat. Primum est, cuius nũc Angelus meminit: multos, inquit, ex Iudeis pertraher ad fidem Messiæ, vt credant in eum, & recipiant eum, Dicit aũt (filiorũ Israel) quia Ioannes non ad gentes, sed ad solos Iudæos fuit à Deo missus. Hoc fecit Ioannes digito eum popũ iis, quos baptizabat, demõstrando, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est, qui post me venit, cuius ego non sum dignus soluere corigiam calceamẽti eius. Propter testimonium aũt Ioãnis omni fide dignissimum multi crediderũt in Christum, de quorũ numero fuerũt ipsius Ioãnis discipuli, quos ad Christum conuertit, e quibus nonnulli discipuli Christi, & Apostoli facti sunt, sicut Petrus, & Andreas. Messiam, & Christum appellat Dominum Deum ipsorum, tũm qa de Iudęorum semine carnem accepit, tũm quia illi ante aduentum ipsius in eum sperabant: & credebãt, tum etiã, quia veri Dei cultus, & religio apud solos Iudęos tũc vigebat mũdo erroribus, & idolatrijs obscurato. Psal. 75. Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. tũ demum ꝓpter particularem curã, & prouidentiã, quam Deus habuit de illo populo, iuxta illud Psal. 94. Ipse est Dominus Deus noster, nos aũt populus eius, & oues pascuę eius. Insigne ꝓfecto munus hoc fuit Ioannis, & cum Apostolis commune, propter quod plusquã Propheta dictus est à Domino.

Dominꝰ Deꝰ, frequentius

ANNOTATIO XXIIII.

NOn est absque consideratione prętereundum in veteri scriptura frequentissime dictum esse, Dominũ Deũ & dominium copulatum esse cũ diuinitate, eaq; de causa ét nunc ab Angelo repetitur. Quod idcirco factum existimo, ut admonerentur filij Israel status legis, sub qua tenebantur, erat. n. status seruitutis, quod Paulus ad Gal. 4. docens, inquit, Cũ essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes; at ubi uenit plenitudo tẽporis, misit Deus filium suum, factũ ex muliere, factũ sub legẽ, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionẽ filiorum reciperemus. & ad Rom. 8. Non accepistis spiritũ seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Status. n. euãgelicus est filiorũ adoptionis Dei, id circo Matth. 6. docẽs nos Christus orare, præcepit, ut Deum Patrem inuocaremus, quod nomẽ maioris dilectionis, & prouidẽtię Dei erga nos est, & quod ét nos magis ad Deum amãdum, & colendum obligat, & inducit. Plura de hac re diximus in Commentarijs super Ioannem. Hæc aũt sic intelligas, non ꝙ Deus dederit esse Dominus, aut nos serui nos simus, cum hæc perpetuo maneant, sed quòd Deus, qui semper Dominus est, nobiscũ egerit, ut Pater, & nos in filios eius etiam adoptati simus, qui serui tantum natura eramus.

in utero quam in noua scriptura reperitur.

Et ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ.

COMMENTARIA.

ALterum, in quo Ioãnis officiũ positũ erat, Angelus declarat. Præcedet, inquit, in spiritu Eliæ, idest, idẽ officiũ præstabit, qđ Elias, quãdo ueniet, nam præcurret ante Dominũ, & erit Præcursor eius in priori aduẽtu, sicut ét Elias futurus est ꝑcursor in secũdo, de quo sciebat Zacharias ꝑdictum esse Malachię 4. Ecce ego mittã vobis Eliam Thesbitẽ, anteq̃ veniat dies Domini magnus, & horribilis. Nec solũ erit ꝑcursor, sicut Elias, habebitque similẽ spiritũ, & officiũ, sed ét erit similis in virtute ad munꝰ tale exequẽdum, i. zelo, & vehemẽti quodã studio diuinæ legis, qđ in Elia apparuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

paruit.3.Reg.19.quãdo dixit: Zelo zelat' sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerũt pactum tuum filij Israel. dicitur aũt pcessurus ante illum, seu corã illo, quia sic pcedet, vt sit ei proximus tpe, nõ vt Prophetæ, qui pcesserunt, sed multo ante. at Ioannes incepit pdicare prius q̃ Christus, sed attigit tps pdicationis ipsius. cũ audis similitudinẽ, nõ inferas paritatẽ Eliæ, & Ioãnis, hic.n. maior fuit, quia plusquã Propheta. Relatiuũ [illũ] refertur ad antecedẽs [Dominum Deũ ipsorum] ex quo irrefragabile sumitur argumẽtum Christi diuinitatis. si.n. Ioãnes pcursor fuit, & pcessit ante Christũ, Christus aũt est Dñs Deus filiorum Israel. Christus igitur verus, & sempiternus est Deus; filij.n. Israel verum Deũ colebãt, & credebãt. Preterea, si Christus Deus ille est, qui erat filiorũ Israel, & quẽ Iudei colebãt, ergo idẽ Deus est, qui dedit legẽ, & qui auctor est Euangelij cõtra Marcionẽ, & quosdã alios impios cõtrarium asserentes. Non est aũt idem cõuertere filios Israel ad Christũ, & precedere ante Christum. Illud.n. fecit Ioãnes, quando Christũ præsentem populis demõstrabat, ut diximus in præcedẽti Cõmentario; hoc aũt anteq̃ Christum ostẽderet, cum populos instruebat, & ad pœnitẽtiam hortabatur, eosq; præparabat, ut ipsis præparatis, & per penitẽtiam dispositis Christum predicaret, ne si impræparati essẽt, a fide in eum concipiẽda retraherẽtur. Erat.n. fides vẽturi mutanda, & transferenda in nouũ statum, videlicet in fidem præsentis, ideirco ut capaces fierẽt tantę translationis, dispositio pręcessit, ut in sequẽtibus verbis explicabitur. Arduũ.n. erat credere dicenti, hic ipse, quẽ uidetis, est Christus, & Messias, quẽ sperabatis, & in quem venturum ante credidistis. Propter prius dictus est Ioãnes plusquam Propheta, ꝓpter posterius Propheta. Angelus autẽ incœpit narrare, quod posterius tẽpore fuit, quia id erat præcipuum munus Ioannis, & causa prioris.

ANNOTATIO XXV.

QVod ad uerba spectat illud [in spiritu & virtute] positum est loco [cum spiritu & uirtute] sicut Luc.21. dictum est, Videbũt filiũ hominis uenientem cum potestate magna, & maiestate. Sic nũc dicitur uẽturus Ioannes cũ spiritu, & uirtute Eliæ. Aduertẽdum ẽt est quosdam neotericos illud [&] interpretati, quia, quasi ista sententia sit causa pcedẽtis, quam significationẽ fateor aliquãdo in scriptura talem particulã habere, ut notauimus sup Ioãnem. tamẽ hoc in loco non pro [quia] posita est, sed copulãdi uirtutem hẽt, cum sint distincta opera, nec iter se necessario cõnexa hæc duo, populũ disponere ad Christũ suscipiendum, & eum populo demonstrare, quę Ioannes exercuit, ut diximus in Cõmẽtario. Quod uero ad sensum ptinet, non conuenit inter oẽs in explicandis his duobus [spiritu & virtute] Titus Bostrenus spiritum gratiam Spiritus sancti interpretatur: virtutem uero munus, & ministerium; & in priori conuenit ẽt Euthymius, secus in posteriori. nam virtutem interpretatur efficaciam, quam Ioannes habuit in sui muneris exercitio. Nonnulli recentiores virtutem eam intelligunt, quæ ad mores spectat, quomodo dicimus virtutem temperantiam, iustitiam, reliquasque similes, quod non uidetur accommodatẽ dictum. nam vocabulum Græcum δύναμις potẽtiam, & facultatẽ significat, quę interdũ minus latine virtus dr. Mihi igitur Greg. hom. 7. in Euãg. visum est sentire, vt spũs ad munus, & officiũ Ioãnis referat. solet.n. spiritus pro dono ipso, & munere Spũs sancti accipi, sic dicimus spũm prophetiæ, spũm scientiæ, spiritum euangelizandi, & Paulus Apostolatum sibi cõcessum uocat spiritum suum. Iubuit ergo Ioannes eundem, spiritum cum Elia, quia præcursor Saluatoris uterque est, licẽt non in uno, eodemq; aduentu. Elias.n. præcurret posteriorem, Ioannes uero prię-

præcursor annunciatur prioris. Virtus aũt non ad virtutes morum, sed ad efficaciam, & zelum, vehementemq; animi ardorem spectat, in quo consentio cum Euthymio. Fuit.n. Ioannes maximo animi robore in annuntiãdo Christo, sicut erit Elias quando ueniet. Nec intelligas de uirtute miraculorũ, nam Ioãnes nullum miraculum fecit, idq; ex diuina prouidentia, ne homines fallerẽtur putãtes Messiam esse, cum præsertim multi id existimarent ẽt sine miraculo. Fuit ergo uirtus, & potentia eius in admirãda uitæ sanctitate, & prædicationis efficacia, ac libertate collocata. Illud tamen dubitationem facit, nam quidam ẽt Patres antiqui uirtutem, & spiritum Eliæ ad ea, quæ præterierunt, referũt. nam Elias etiam si uenturus sit, tamen multo ante uixit, & adhuc uiuit. comparãt ergo ad uirtutẽ, & spiritũ, quæ in Elia apparuerunt. sic uidetur Ambrosius sentire, & consentiunt quidam recentiores multas similitudines proponẽtes inter Eliã & Ioãnem, ut.n. ille Achab regẽ impiũ reprehẽdit, sic hic Herodem, ut ille zelator legis, ita & hic, ut ille zona pellicea præcinctus erat, ita & hic, & sunt alia huiusmodi. At profecto difficile accommodatur hoc, nam Elias nondum præcursor Domini factus est, hoc autẽ in loco confert Angelus vtrunque in officio præcurrendi, & populum disponẽdi, & præparandi, ut uerba sequentia comprobant, idemque postea Dominus significauit Matth.11. loquens de Ioanne. Ipse, inquit, est Elias, qui uenturus est, i. ipse est præcursor, qui nunc uenire debuit, sicut Elias postea uenturus est. Oportet ergo spiritum, & virtutem Ioannis conferre spiritui, & uirtuti, quæ apparebunt in aduentu futuro Eliæ, quando præcursor erit Domini. Alias profecto, nec uerba Angeli aptari poterunt, nec similitudo procedit perfecta. nã alij multi Prophetæ extiterunt similes Eliæ in ijs, quæ gesta per ipsum sunt.

Et conuertat corda Patrum in filios.

COMMENTARIA.

CVm Ioannes pręcursor sit futurus sicut Elias, idẽ efficiet, quod & Elias faciet in aduẽtu poste riori, hic.n. præcedet, ut duo munera præstet. Vnum est cõuertere cor patrum ad filios, ut scriptũ est Malach.4. Id ipsum ẽt Ioãnes in aduentu priori facturus prænuntiatur, restituet.n. sua predicatione, & reuocabit illã fidem, & deuotionem patrũ, Patriatcharum nempe, ac Prophetarum antiquorum erga uenturũ Messiã in filijs, & posteris, ut & ipsi uiua fide, & deuotione, ac cordis puritate Messiam prosequãtur, illudque ardentissimũ desiderium patrũ iam multis uitijs refrigeratũ, accendet in filijs. hæc.n. dispositio debuit præcedere in ijs, quibus paulo post demonstrandus, & ad oculum ostendendus erat Christus, eaque de causa Ioannes prius tpe, quam Christus apparuit prædicans populis pœnitentiam, & annuntians imminentem Christi aduentum.

ANNOTATIO. XXVI.

HIeronymus Malach.4. hanc sententiam explicat, sicut & in textu dictum est, hoc.n. est corda patrũ conuertere ad filios, illorum mẽtem, fidem, desiderium, & deuotionẽ erga uenturum Christum excitare in posteris, ut & filij imitentur patres illos, de quibus dictũ est Ioan.8. Abraham pater uester exultauit, ut uideret diẽ meum. Et Luc.10. Multi Reges, & Prophetæ desiderauerũt uidere, quę uos uidetis, & audire, quę uos auditis, Eundẽ sensum amplexus est August. lib.20. de ciu. c.29. & Greg. lib.11. moral. cap.9.

Et incredulos ad prudentiam iustorũ.

COMMENTARIA.

ALterum Eliæ in posteriori aduentu munus est conuertere cor filiorum ad patres, vti scriptum est. Malach.4. id ipsum etiam Ioannes in priori aduentu præstiturus prædicitur. Angelus aũt nõ secutus est uerba Malachiæ, sed sensum. qđ enim Malachias dixerat, cõuertet cor filiorum ad Patres, Angelus de Ioãne dixit: cõuertet incredulos ad prudentiam iustorum. Tria effecit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tria Ioã nũt mune ra, ob q̃ tribus no minibus à Christo fuit insignitus.

Ioannes ordine hoc gesta. Primo quidem prædicauit Iudæis pœnitentiam, & mandatorum Dei obseruãtiam, ut peccatis abiectis, quæ sunt opera tenebrarum, clariori fidei luce Christum agnoscerent, & recipierent, quem iam adesse anuntiabat. Secundo quia multi increduli erant, nec Christum adesse credebant, eos reuincebat per signa, quæ Deus per Prophetas de aduentu Christi dederat, vt vel ex his crederent iam tempus Christi esse impletum. Tertio Christum ipsum digito ostendit affirmans illum ipsum esse, quem prius annuntiauerat. ratione primi lucerna ardens appellatus est, rõne secundi Propheta, rõne tertij plusquã Propheta. propter primum ergo, & secundum dicitur conuersurus corda patrum in filios. propter secundum uero conuersurus incredulos, non solũ quidem ad fidem, sed ad prudentiam iustorum, nempe ut signa a Deo data aduertant, & diligenter considerent, eaque considerantes credant, id.n. prudentiæ opus est, & hoc idẽ est cõuertere cor filiorũ ad patres, nimirum contemplari, & meditari signa aduentus Christi à Deo per patres reuelata. Appellat iustos, vel illos sanctos patres, uel hoïes pios, & sanctos illius temporis, quorum erat diligenter attendere, & obseruare omnia signa, quibus aduẽtus Christi significabatur.

ANNOTATIO. XVXII.

Qui in credoli, & q̃ pru dẽtes dicantur.

GRæce legitur ἀπειθεῖς, quod quidã rebelles, quidam alij inobedientes vertunt, vulgata habet incredulos, vel quia legit ἀπίστους, vel quia rebellio, & inobedientia illa ex ifidelitate proficiscebatur, vnde vnũ nomen pro altero vsurpatur. Illud aũt ad prudentiam, græce habetur ἐν φρονήσει, i. in prudentia iustorum. sensus non mutatur, idem.n. est cõuertere incredulos in prudentia, & in prudentiam iustorum. Quidam vertunt ad frugalitatem iustorum, sed parum accommodate. Hæc quo ad verba annotata sint, quod verò ad sensum spectat, aduerte Dominum Deum, cũ præuideret aduentum Filij sui in carne futurum in humilitate ad saluandum nos morte, & passione sua, ne homines eum non agnoscerent, & in ea ignoratione, & in fidelitate perirent, per suos Prophetas multa documẽta, & signa dedisse, & prænuntiasse, quibus eum agnoscerẽt. nam & huius humilitatis eos præmonuit, locum etiam, patriam, tribum, tempus, miracula, & multas alias circunstãtias prę signauit, iniungens illis, vt attenti, & vigilantes essent, ne incuria, & inconsideratione in infidelitatẽ laberentur. sic.n. dictum est Prouer. 8. Beatus vir, qui obseruat ad postes ostij mei, & vigilat ad fores meas quotidie, qui inuenerit me, inueniet vitam. Christus etiam ipse aduenies ad hanc considerationem inducebat eos dicẽs Ioan. 5. Scrutamini Scripturas, illæ.n. sunt, quæ testimoniũ perhibẽt de me. Hæc obseruantia, & attentio ad quandam prudentiam pertinebat. prudẽtiæ.n. spũalis erat, prouide, & caute agere semper in ijs inspiciẽdis, quibus agnitio Christi venientis habenda erat. Nõ solum Dominus Iudæos de ijs omnibus præmonuit, sed eorum imprudentiam, & inconsiderationem, vnde orta est infidelitas, per eosdem Prophetas prænuntiat, & incusat obijciens eis animaliũ irrationalium prudẽtiam naturalem Hierem. 8. Miluus, inquit, in cœlo cognouit tempus suum; turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus aũt meus nõ cognouit iudicium Domini. Isa. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Qui igitur prudentes erant, & obseruarunt tempus cum omni fide, deuotione, & diligentia, agnouerunt Christum, & hi iusti dicuntur, ad quorum prudentiã Ioannes præcursor reducere incredulos vehementer conatus est.

Parare Domino plebem perfectam.

COMMENTARIA.

SCopus Ioãnis in his duobus pdictis erat parare Domino, & Christo

Christo venienti populum bene dispositum, & instructum ad suscipiendam Christi doctrinam & prædicationem. Ioannes quidẽ non perficiebat populum, quia baptismus eius, gratiam non cõferebat, nec ipse auctor erat salutis, & iustitiæ, eũ tamen ornabat & præparabat, ut p Christum aduenientem perficeretur. instructus.n. populus scripturarũ notitia, & bonis moribus dispositus, facilius poterat Christũ agnoscere, & doctrinam eius amplecti. Hæc sunt, quæ Angelus Zachariæ de promisso filio prænuntiat.

ANNOTATIO XXVIII.

ILlud (parare) græcismus est, latine autem, paret Domino. Illud aũt (Domino) Christum significat, de quo paulo ante dixerat, multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum. Illud (perfectã) græce κατεσκευασμένον, quod quidam vertunt, instructam, quidam ornatam, aut paratam, & reuera vtrunque complectitur, nam Ioannes instruxit doctrina, & ornauit, seu parauit populum pœnitentia, & mandatorum obseruantia, ad quam ipse inducebat, & exhortabatur, quod quidem ad quandã populi perfectionem pertinebat, non q perficeret gratia, & iustitia, qua Christus sua prædicatione, & uirtute effecit, sed quòd ad ea disposuerit dispositione perfecta, nam quod recte dispositũ est, dicitur etiam perfectum in ratione dispositionis.

Et dixit Zacharias ad Angelum; Vnde hoc sciam?

COMMENTARIA.

Quomodo Ioannes para ret Domino ple bem perfectam.

INtellexit Zacharias Angeli verba, tamen ad eis fidem præstandam signum, & argumentum petit. Vnde, inquit, sciã hoc? id est quod mihi signum, & argumentum erit, ut hoc credam, & dictis tuis assentiar. Culpabilis est hæc incredulitas, cum Angelum Dei esse nouerit, eius promissioni fidem non adhibere, sed argumẽtum, & signum ad credendum petere.

ANNOTATIO XXIX.

Superioris sententia sensus expẽditur.

GRæce habetur, per quid, seu secundum quid sciam? Sensus idem est. Chrysostomus hom. 2. de incõprehensibili natura Dei, iterpretatur sic, ut modum scire petierit, quo hæc futura erãt, ex hæsitatione tamen, & incredulitate. accommodatior aũt sensus est, ut intelligamus de signo, & argumento, hoc.n. significat illud (per quid) præterea etiã, quia de re ipsa hæsitabat, ideo argumentum credendi petijt, similibus fere uerbis usus est Abraham erga Deum promittentem tetræ illius hæreditatem. Genes. 15. Quomodo, inquit, sciam, qd possessurus sim eam? at non fuit similis sensus. verbum enim Abrahe non ex infidelitate processit, de quo dictum est, credidit Abrahã Deo, & reputatum est ei in iustitiam. neque signum, aut argumentum petijt, vt crederet, sed modum, quo illam terrã esset possessurus, scire, & intelligere postulauit, ut dicit Ambrosius lib. 2. de Abraham c. 8. quem modũ statim Deus illi reuelauit, at Zacharias nõ modum scire quærit, sed argumentum, & signum credendi postulat, idcirco in fidelitatis crimen incurrit.

Ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis.

COMMENTARIA.

CAusam suę incredulitatis, & cur signũ petat, affert Zacharias. nã ego, inquit, sum senex, qui generare non possum, uxor ẽt mea est ætatis prouectæ, quę concipere non valet, cum igitur utriusque ætas uerbis tuis contradicat, resque, quam annuntias, sit supra naturæ ordinem, argumentum, & signum, ut tibi credam me petere non mireris. Incredulitas Zachariæ, in eo fuit, quòd non credidit Angeli uerba uera esse, huius tamen sententię in sequenti annotatione perfectiorem explicationem inuenies.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO XXX.

SImilia fere verba dixit Abrahã Deo promittenti filium Gen. 17. Putasne, inquit, centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? at hæc non dubitantis fuerunt, sed præ miraculi, & fidei magnitudine admirantis, ut docet August. lib. 16. de ciu. c. 16. Verba autem Zachariæ dubitãtis, & non credentis fuere, ut ex Angeli reprehensione deducitur. eam. n. incredulitatẽ exprobrauit, & propter eã pœnam taciturnitatis inflixit. Quæ aũt fuerit ista incredulitas, explicatione indiget. Attẽde igitur Zachariam credidisse quidẽ Deũ posse facere, vt quãuis senex esset, filiũ ex vxore ætate prouecta generaret, nec in hoc incredulus fuit, quãuis Chrysost. vt mihi quidem videtur minus probabiliter ho. 2. de incomprehensibili Dei natura, id affirmauerit. sciebat. n. Zacharias sacerdos ex Scriptura Abraham senem ex Sara, cui per senectutẽ muliebria defecerãt, Dei virtute filium genuisse, nouerat ét Rachelem, & Annam, quæ steriles erãt, concepisse, Deum ẽt omnia verbo ex nihilo creasse, & nihil illi impossibile esse didicerat, non igitur de uirtute Dei dubitauit. si. n. Zacharias non credidisset Deũ posse id facere, non petijsset signũ, sed absolutè respondisset nulla rõne id fieri posse. Incredulitas ergo Zachariæ ea fuit, quia nõ credidit Angelum uera narrare, nec eius dictis fidẽ habuit, sicut inter nos accidit, qui sæpe difficilia narrantibus non credimus. sic Zacharias, quamuis non dubitaret posse Deum facere, quæ promittebantur, de Angeli tamen dictorum veritate dubitauit, an uera prænuntiaret. magnitudo. n. promissionis excedẽtis ordinem, & potestatẽ naturæ eum in hanc dubitationem, & incredulitatem impulit. Huic explicationi verba Angeli ualde accommodãtur, ut in eorum expositione liquidũ erit.

Et respondens Angelus dixit ei, ego sum Gabriel, qui asto ante Deum, & missus sum loquí ad te, & hæc tibi euangelizare.

COMMENTARIA.

QVia Zachariæ incredulitas in eo posita erat, quod de veracitate personæ annuntiantis dubitauit, Angelus personæ suæ excellentiam, & cuius nomine loquatur aperte denũtiat, ut se omni exceptione superiorem, & omni dignum fide declaret. Ego, inquit, sum Gabriel, qui non sum de Angelorum qualiumcunque numero, sed astio ante Deũ, idest de primis, qui astãt ante Deum, iussa eius executuri. Alludit ad illud Tob. 12. Ego sum Raphael, vnus ex septem, qui astamus ante Deum. Præterea nõ mea auctoritate tecum locutus sum, sed missus a Deo, verba ergo Dei sunt, quę dixi tibi. Præterea non infausta tibi prænuntiaui, ut timore futuri mali occasionem aliquam non credendi arriperes, sed euangelizaui, & bona annuntiaui; igitur nulla ratio compulit, ut de meis dictis dubitares, quãuis magna, & supra naturam annũtiauerim. Nouerat Zacharias Gabrielẽ ex Scriptura. Dã. 8. & 9. ubi eí⁹ facta est mentio. Sciebat etiam à principio Zacharias bonum Angelum Dei illum esse, Gabrielem tamen eũ esse ignorabat, donec Angelus id ei manifestauit. Attende nõ fuisse hæc uerba nuda, nam nec eis fidem Zacharias dedisset, sed cõiuncta diuinę virtuti, quæ intellectum Zachariæ illustrauit, ut agnosceret vera esse, quæ nunc proferebãtur, quod quidem paũlo post magis explicabitur.

ANNOTATIO XXXI.

GRæce illud (asto) habetur in præterito παρεστηκώς, qđ significat se tũc primum de cęlo descedisse, ut prædicta nuntiaret. est aũt natura angelica circũscripta, ut cum uno est in loco, nõ sit in alio, & cum est in terra, non sit simul in cœlo, ut recte dicit Damascenus lib. 2. de fide cap. 3. quamuis enim ubicunque sint Angeliboni, beati sint, & Deum uideant, tamẽ non sunt ubicumq; simul. Quidam recentiores Hebraismũ existimant, præteritum enim pro præsenti positum est, quod etiamsi verum sit in multis alijs locis, tamen in hoc peculiarem habet rationem, cur in præterito dictũ sit, vt explicui. Adstare autẽ ante Deũ, non tantum significat esse in cœlis, q⁹ est commune omnibus Angelis bonis, sed indicat in ministerio quandam principalitatem, vt diximus in commẽtario iuxta illud Tob. 12. Ego sum vnus de septẽ spiritibus, qui adstamus ante Deũ. Habet autem quandam emphasim, & argumentum simul illud nomen Gabriel. idem enim significat, quod latine fortitudo Dei, vt vel ipso suo nomine respõdeat Angelus rationi, quam attulerat Zacharias suæ dubitationis, nimirum quia senex erat, & eius vxor processerat in diebus suis. Ego, inquit, sum Gabriel, idest Dei fortitudo, quia per me magna, & ardua, & quæ naturæ virtutem superant, solent operari, nihil ergo meo nomini contrarium annuntio. Cuius autem ordinis fuerit inter angelicos spiritus, & ad quam Hierarchiam pertineat Gabriel, & de nomine ipso Angeli, dicemus paulo inferius, cũ de eo iterum loquemur, hic enim missus est ad Beatissimam Virginem.

Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem, quo hæc fient pro eo, quòd non credidisti uerbis meis, quæ implebuntur in tpe suo.

COMMENTARIA.

POstquã Angelus veritatẽ suorum dictorum confirmauit, Zachariã pœna eius incredulitati conuenienti corripit, ecce inquit, quia meis verbis fidem non habuisti loquendi facultate priuaberis, & eris mutus, nec verbũ facere poteris vsque ad illud tempus, quando fient quæ tibi nuntiaui, & quæ tu nõ credidisti. tu enim non credidisti Elisabeth paritura tibi filium, eris ergo tacens vsque ad illud tẽpus, meaq; verba implebuntur tẽpore suo definato, & decreto a Deo, quasi diceret, tu quidem pœna afficeris, tamen incredulitas tua veritatẽ uerborũ Dei non euacuabit, nec protrahet, sed suo statuto tpe implebũtur, quo erant implenda, ẽt si tu credidisses. Ordo accõmodatus est correctionis, vt prius conuincatur errati sui, qui deliquit, postea corripietur, sic enim prodest correctio. illud (ecce) admonentis est, vt ex inflicta pœna, delictum agnoscat, & illius pœniteat.

ANNOTATIO XXXII.

Probabile est, q⁹ Zacharias non solũ mutus, sed etiã surdus mãserit.

ADuertendum est illud (tacens) græcè σιωπῶν, Theophylactum interpretari, eris surdus, quasi pœna Zachariæ fuerit, vt simul & mutus, & surdus esset. fuitque accõmodata pœna delicto, q. n. audiẽs verba Angeli nõ credidit, priuatur auditu, & quia verba protulit incredulitatis, priuat loquela, pro qua interpretatione multa faciũt. Primo qđ nomen ipsum. nã σιωπή, silentiũ significat, & σιωπάω fileo, quasi silentiũ patiens, quia oĩa illi silent, q⁹ surdis maxime conuenit. Secundo quia superfluũ vr, eris tacens, & non poteris loqui, nisi illud ad auditum, hoc ad loquelã refera tur. Tertio, quia Zacharias vtrãque passus vr pœnam ex ijs quæ dicuntur inferius. Innuebant, inquit, patri eius. Nam si audiret, vtique nõ erat opus nutibus, sed sermone. Et ibi Amb. adnotat eũ, & mutum fuisse simul, & surdum, quod ẽt censet Euthym. in illo verbo (& permã sit mutus) vnde nõ est improbabilis interpretatio Theophylacti, maxime quia muti omnes naturaliter surdi sunt.

Non in signũ sed in pœnã mut⁹ remansit.

Et secundo aduertendum nonnullos recentiores existimare pœnã hanc inflictã esse Zachariæ in signũ, ut crederet, quasi dictũ esset, tu petijsti signũ vt scires, & crederes uerbis meis. Ecce signũ, eris mutus, vsque ad tps, qñ hæc fiant, vt experientia agnoscas potentiã Dei ea facientis. Hanc tñ sententiam non probo, qñ enim pœna hæc infligebatur, iã Zacharias fidẽ adhibuerat, audiens eũ, ego sum Gabriel &c. credidit. punitus autem est propter præcedentem incredulitatem, quod verba Angeli confirmant. non enim dictum est, eris tacens, quia non credis, sed quia non credidisti; quasi iam crederet, & propter præcedentem incredulitatem corriperetur. nec est verisimile Zachariam audientem verba

Universidad de Deusto
Biblioteca

verba mirifica Angeli dicentis se esse Gabrielem, & a Deo missum, adhuc perseueraſſe in sua incredulitate.

Est tertio aduertendum illud, vsque in diem quando hæc fiant nõ referri ad omnia per Angelum prænunciata, quę que impleta sunt, cum Ioannes peregit officium suum, sed ad ea quæ præcipue a Zacharia non fuerunt credita, nempe quod ex Elisabeth habiturus esset filiũ, hoc enim est, quod animum Zachariæ a credẽdo auertit, quo impleto perfecte, quia non est locutus vsque ad octauum diem, quando Ioanni adhibita est circuncisio, & nomen impositum, nam eo tempore iam partus confirmatus est, & spes vitę eius cõcepta, ideirco ante octauum diem non circuncidebatur, quamuis hoc factum sit propter significationem mysterij.

Est quarto aduertendum illud verbũ (nõ credidisti verbis meis) indicare Zachariæ incredulitatem nõ eam fuisse, vt negaret Deum posse facere, vt ex Elisabeth filium gigneret, quamuis senex, sic enim dictum esset, quia non credidisti Deo, sed dictis Angeli non credidit, putans non sibi narrari vera, nec futura, quę dicebãtur, est enim a fide difficulta te deterritus, vti diximus paulo superi⁹.

ANNOTATIO XXXIII.

Contra dicentes Zachariam ex admiratione mutum euasisse.

DE hac Zachariæ taciturnitate adnotãdum est Isidorũ Pelusiotã lib. 1. epist. 131. referre quendam nomine Timotheũ existimasse eam ex stupore ab Angeli visione concepto prouenisse, quam sententiam merito ipse reijcit, at gumento tamen, non admodum firmo. ait enim Zachariã diuinos prospectus, atque angelicas visiones habuisse familiares, quasi dicere veller, nõ obstupuisse angelica illa apparitione. Hoc tamen textui nõ est consentaneum, siue enim assuetus fuerit Angelorum visionibus; siue non, certum est isto Angelo vehementer esse conturbatum, & timorem irruisse super eum, quod dictũ nõ esset, nisi magno quodam horrore esset correptus. Efficacius illa sententia refutatur duobus alijs argumentis. Vnũ est, quod post illum timorem, & stuporem locutus est, & dixit, vnde sciam hoc, &c. nõ igitur stupor uocem abstulit. Alterũ est, quod Angelus adiunxit, quia non credidisti verbis meis, non poteris loqui, ex quo apparet taciturnitatem fuisse incredulitatis pœnam, non autem stuporis effectum, si enim credidisset, non fuisset profecto tãto supplicio affectus. Nec etiam est simpliciter probanda ratio, quam ipse Pelusiota affert, illud silentium typum fuisse silentij legis, quæ cessatura erat; id, quod repetit eodẽ libro Epist. 257. nam si intelligatur, quasi ea sit integra causa silentij, non est recipiẽda, cum silentium non typus tantum, sed pœna fuit incredulitatis, quòd si velit dicere eam pœnam fuisse typum legis silentij, non est reijcienda eius sententia, cum sit valde probabilis. quam Ambrosius, & Euthymius sequuntur. hoc tamen difficultatis in hac sententia inest, quòd similitudo claudicare videtur, nam Zacharias mutus postea locutus est, lex autem ablata, non restituetur amplius, nisi quod dicere possumus nõ esse in omnibus similitudinem quærendam. Hæc igitur sunt ex lectione euangelica certa. Zachariã peccasse, & eius peccatum incredulitatis fuisse, & propter id ad tempus esse mulctatum, quæ Doctores etiam Catholici affirmauerunt, ex quibus aliquot testimonia proferam. Irenæus libro tertio cap. 11. Zacharias, inquit, desinens mutus esse, quod propter infidelitatem passus fuerat nouello spiritu adimpletus noue benedicebat Deum. Gregorius Nazianzenus oratione prima de pace sic habet. Vinctam Zachariæ linguam Ioannes in lucem editus soluit, neque enim vocis parentem prodeunte voce silere conueniebat, sed quemadmodum illa non credita linguam constrinxerat, ita etiam æquum erat, vt in lucem prodiens patrẽ, cui fauste prænunciata fuerat, in libertatem assereret. Hæc Gregorius. Accedat Ambrosius, Zacharias, inquit, qui non credidit, & statim silentio condemnatur. Augustinus homil. 44. quia, inquit, non credidit, tacuit. Sunt etiam alij multi in eadem sententia.

Zachariæ incredulitas quale peccatum fuerit.

Quòd si quis interroget, quale, & quantũ peccatum hoc fuerit? Respõdeo me relinquere iudicium hoc Deo, qui nouit omniũ cordia, & optime scit opera metiri. Valde probabiliter mihi uidetur dicendum non fuisse mortale peccatum, neque enim Deus iustum hominem, qui in omnibus mandatis, & iustificationibus sine querela vsque ad illam horam incesserat, cuiusque orationem exaudierat, & cui tantam promissionem prænuntiari fecerat, permittet in tale peccatum ruere, vt gratiam, & iustitiam amitteret, crederem ergo fuisse veniale, licet graue, quamuis enim nesciret tunc fuisse Gabrielem, nouerat tamen Angelum esse Domini bonum, pœna autem inflicta est propter peccatum, vt natiuitas Ioannis clarior, atque illustrior redderetur.

Et erat plebs expectans Zachariam; & mirabatur, quod tardaret ipse in templo.

COMMENTARIA.

PLus temporis insumptum est in ijs, quæ gesta sunt, quàm solerent Sacerdotes in adolendo incenso impendere, ideo plebs, quę in oratione foris stabat, longiori expectatione, quasi lassata, mirabatur, quòd in templo tamdiu moraretur. Templum appellatur ea pars templi, in qua erat altare thymiamatis prope velum, vt supra diximus.

Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quòd visionem vidisset in templo.

COMMENTARIA.

EX mora, & carentia vocis collegerant ij, qui foris stabant, eũ in templo visionem vidisse, tribueruntque silẽtium illud stupori, qué ex visione conceperat. solet enim stupor, & vehemens pauor vocis prolationẽ impedire, neque enim cognoscere potuerũt Zachariæ incredulitatem hac iusta pœna diuinitus fuisse mulctatã. Visionẽ appellat externã Angelorũ apparitionẽ.

Et ipse erat innuens illis.

COMMENTARIA.

CVm Zacharias illis tunc diebus in templo ministraret, & cũ populo loqui multa oporteret, voce deficiẽte nutibus, & signis vtebatur. Illud (erat) quandam continuationẽ temporis significat, quasi diceret illis diebus, quibus cum populo agebat, vtebatur signis loco vocum.

ANNOTATIO XXXIIII.

QVidam recentiores illud (&) causaliter interpretantur quasi loco (nam) positum sit iuxta, quam interpretationem, hæc sententia connecti deberet præcedenti in hunc modum, cognouerunt quòd visionem vidisset, quia innuebat eis, id est ex hoc nouerunt eum loqui non posse, quia nutibus, & signis vtebatur loco vocum; non enim statim, ac egressus est, & loqui non potuit, nouerunt eum priuatum voce, nisi postquam viderunt illum vti nutibus. Hæc tamen expositio non videtur accommodata; nã populus ex solo silentio, quando egressus est, maxime aliqua mora intercedente, nouit eum loqui non posse, indeque eum visionem vidisse deduxit. Quid si autem innueret, explicat Titus Bostrenus hunc in modum, nimirum populum causam silentij interrogasse, illam vero nutibus indicasse, idque probabile est, non quòd de filij promissione, neque de sua incredulitate aliquid reuelarit, sed quòd significauerit se visionem vidisse, quam populo eius taciturnitate, & silẽtio agnouerat: mihi tamen probabilius est, Euangelistam nõ hoc narrare voluisse, sed ab eo die, quo Angelũ vidit in posterũ apud populum nutibus vsum esse Zachariã loco vocum, nam permansit in ministerio templi aliquot diebus vt suum ministerium expleret.

Quid innuebat Zacharias egressus de templo.

Et permansit mutus.

COMMENTARIA.

CAusa est præcedentis sententiæ, quia permansit mutus, & post illud tempus, quando egressus est, idcirco innuebat, seu signis vtebatur apud populũ. Permansit aũt

mutus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutus iuxta verbum Angeli vsque ad tempus ab eo præscriptũ. Hoc populum confirmauit in ea opinione, quòd visionem vidisset, immo credibile est, omnes aliquod magnum cõcepisse mysterium, cum facile intelligerent stuporem solum non efficere potuisse tam longum silentium, nisi mysterium aliquod esset, præcipue verò quia illis iã tẽporibus uisiones Angelorum rarissimæ essent, sicut & Propheriæ.

ANNOTATIO XXXV.

GRæcæ illud (mutus) habetur κωφός, quod verbum Euthymius significare affirmat, & mutum, & surdum, ex eoque deducit Zachariam vtrãque pœnam sustinuisse, quod etiam supra diximus ex Ambrosio, & Theophylacto, idque est probabilissimum. Illud autẽ, Et, causaliter positum est, iuxta frequẽtissimum Hebraismum in scriptura, eaque mihi accommodatissima expositio visa est, quam in commentario posui.

Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam.

COMMENTARIA.

SIlentium non impediuit Zachariã a ministerio templi, sed in eo peragendo mansit vsque ad prefinitos dies, quibus secundum vicẽ suã ministrabat, propterea dictũ est supra, quòd erat innuens illis, nempe populo loquebatur toto illo tempore, non uocibus, sed signis, & nutibus, quibus muti vti solent, vt mentis suæ sensa explicent. Completis aũt diebus ministerij, & functionis suæ in domum suã abijt, non enim habitabat in Hierusalẽ, sed in montanis Iudeæ, venerat autem in Hierusalem gratia ministrandi in templo. Commendanda est Zachariæ religio, tanto enim promisso accepto non prius profectus est in domum suam, ubi erat Elisabeth, ex qua filium erat susceperus, quàm diuinum ministerium impleret.

Post hos autem dies concepit Elisabeth uxor eius, & occultabat se mensibus quinque.

COMMENTARIA.

MVlta prætermittit Euangelista, quæ postquam domũ rediit Zacharias, gesta sunt, nam & Elisabeth admiratã fuisse silentium viri, & Zachariam nutibus indicasse omnia probabilissimum est, copulæ etiam maritali operã dedisse certum est, at Euãgelista ea omnia insinuans, ad narranda, quæ Angelus prænũtiauit, præparat, post hos igitur dies ministerij, Elisabeth ex Zacharia concepit. Insinuat Euangelista dicens, (post hos dies) parũ intercessisse temporis. Hæc autem agnoscens se concepisse, vt solent fœminæ signis proprijs comprehẽdere, occultauit conceptionis miraculum spatio mensiũ quinque ob causam, quam Euangelista ex verbis ipsius Elisabeth in sententia sequenti refert.

ANNOTATIO XXXII.

HI quinque menses computantur a die conceptionis Ioãnis Baptistæ, quãdo animatus est fœtus, & mẽstruus sanguis conuerti incipit in alimentum conceptæ prolis, sic efficitur, vt Ioannis conceptio præcesserit Christi secũdum carnem conceptionem sex mensibus. nã vt statim dicitur sexto mense missus est Angelus ad Beatã Virginem. Cum igitur Christus conceptus sit in æquinoctio verno, quod tũc erat vigesimaquinta die mensis Martij, vt asserit Aug. lib. 4. de Trinitate c. 5. dicens Ecclesiam tenere Christum conceptum octauo Kalẽdas Aprilis, consequitur Ioannis conceptionem fuisse in æquinoctio hyemali mense Septembri, vt testatur Chrysostomus sermone de natiuitate Ioannis Baptistæ tom. 2. Sic enim potuerunt computari hi quinque menses, quibus se Elisabeth occultauit ante mensem sextum, quando Saluatoris annunciatio facta est, & eius conceptio perfecta.

Menses hi quinque, a quo tps cõputan di.

Sententia Bernardi explicatur.

Quod quidem cum verum sit, sequitur vix posse sustineri sententiam Bernardi

nardi in sermone de Natiuit. Ioan. Baptistæ affirmantis promissionem Angeli ad Zachariam factã fuisse in festo expiationis, quãdo summus Sacerdos ingreditur in Sancta Sanctorũ. existimat etiam Zachariam fuisse summum Sacerdotem, & dum ingrederetur in Sancta ad adolendum incensum, qui ingressus illo solo die licebat, vt habetur Leuitic. 16. & ad Hebr. 9. tunc Angelum ei apparuisse, & prænũtiasse, quæ dicta prius sunt. Hæc autem cõsistere non possunt, nam si Ioannis conceptio facta est in æquinoctio hyemali, vt probatum est, necesse fuit præcessisse dies quadraginta formationis fœtus, naturalis enim via conceptionis secundum omnes Philosophos est, vt in maribus quadraginta dierum spatio formetur fœtus, prius quam animam recipiat, & dicatur conceptus, non ergo in festo expiationis facta est annũciatio, nam hoc festum agebatur die decima Septembris, vt cõstat Leuit. 16. quando Zacharias erat in Hierusalem, immo aliquot diebus ibi Zacharias permansit, antequam rediret in domum, si igitur post reditum numeremus quadraginta dies, fiet ut ab vltimo qũ est conceptus animatus, & cõceptio dicitur facta, nõ possint numerari quinque mẽses ante mensem Martij, qui fuit sextus, quando conceptus est Saluator, & hoc probat etiam Zachariam nõ fuisse summum sacerdotem.

Adde cũ dictũ sit superius impletos esse dies functionis, & officij eius, non posse nos de festo expiationis id intelligere, quod vno solo die peragebatur. Facta est ergo Angeli apparitio, & prænũtiatio mense Augusti, sic conceptio perfecta est mense Septembri, & Elisabeth potuit se quinque mensibus integris occultare, vsque ad sextum, qũ missus est Angelus ad Beatã Virginẽ, & vnico instãti, vt dicemus, formatio, & cõceptio Saluatoris effecta. Ex hoc sumit argũm efficacissimum altare thymiamatis non fuisse collocatũ intra Sancta, quò semel in anno licebat ingredi, idque soli summo sacerdoti, & in expiationis festo, si igit Zacharias in eo adolet incẽsũ extra diẽ expiationis, qũ Angel' apparuit, nõ erat perfecto, intra Sancta, nec ipse erat summus sacerdos, uti superius diximus.

Dicẽs, quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

COMMENTARIA.

CAusam, cur se occultaret, Elisabeth ipsa exponit, quia, inquit, qñ placuit Dño auferre opprobrium meum inter homines, i. sterilitatis infamiã a me tollere, id non effecit, cum eram iuuenis, facileque mihi narranti concepisse me vel primo mẽse crederetur, at nũc cum sim ætatis nimis proiectæ, nemo asserenti fidem habebit, quousque vterus ita intumescat, vt si nõ verbis, saltem factis credatur. Sterilitatẽ appellat opprobrium, & infamiæ notam apud homines, non aũt apud Deum, nam populus sterilitatem adscribebat peccato, & vitio, at Deus etiam iustissimos fecit esse multo tempore steriles, idque magno mysterio, & beneficio. Attẽde Elisabeth grati animi significationem, fidem, & prudentiam, gratam quidem volũtatem, quia opus hoc Deo auctori tribuit. inquit enim respexit Dominus, & mecũ benigne egit. fidem autem, quia natiuitatẽ, & felicem partum credebat, & expectabat. sic enim opprobriũ inter homines erat auferendum; prudentiã vero, quia cõceptum non euulgauit, quandiu apud auditores fidẽ se non inuenturam existimauit.

ANNOTATIO XXXVII.

OBscura est superior sententia, quã primo loco nonnulli antiqui Doctores interpretantur. Elisabeth erubescentia quadam, & pudore se occultasse, pudebat enim eam apud homines significare se liberis in ætate nimium prouectã operã dedisse, ita dicunt Ambrosius, Euthymius, & Titus Bostren⁹. Elisabeth, inquit, mulier erat grauis, & pudica, ea pp rubore quodãmodo suffundebat, qp in senectute concepisset. Hæc expositio mihi difficilis visa est, cum infidelis, & iusta Elisabeth, in hoc diuinam virtutẽ agnoscere, verisimile non

Qua Elisabeth per tot mẽses se occultauit.

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est rubore, & verecundia quadam humana tantum Dei opus occultare tanto tempore voluisse. is profecto rubor non videtur laudi, sed vitio potius tribuendus. crediderim magis occultasse se toto hoc tempore, vt virtus diuina cognosceretur, & commendaretur, si enim a principio, quando ipsa primum nouit, tunc id manifestasset, Dei opus hominum ludibrio exposuisset, nemo enim credidisset; quin potius ei omnes illusissent. Quocirca eo potius tempore aperiendum, & declarandum censuit, cum iam negari nō posset, quod prudentię, & religionis erga Deum, non autem verecundiæ humanæ fuit, quæ suæ potius famæ, quàm diuinę gloriæ rationem habuisset. Prudenter autem non vsque ad ipsum partum occultauit, ne si inexpectatus, & præter omnium opinionē, partus aduenisset, suppositus non autē proprius eius filius ab omnibus crederetur eius sane calumnię semina vel hac maxime ratione extincta sunt, cum ante nonnullos menses multis prægnans palam visa est. Tunc enim euulgari cępit, vt dicit Ambrosius, quādo in sexto mēse a Virgine visitata est, & Ioannes in vtero eius exultauit. quod eo argumento probatur, quia Beata Virgo ex Angeli reuelatione Elisabeth grauidam esse primum nouit, quod si iam ante diuulgatum id esset, vtique Beata Virgo sciuisset. Prętermissa ergo sententia hac antiqua nonnullorum patrum, secundo loco Gregorius in lib. 1. Regum. lib. 4. c. 4. spiritualiter hanc occultationem interpretatur. Occultabat se, inquit, mēsibus quinque, qui enim spirituales, ac fortes esse nequeunt adhuc per quinarium numerum designantur, quæ autem recens concipit, quinq; se mensibus celat: quia per sensus corporis bona agit, sed quia spiritualis, ac fortis in hoc bono opere nondum est, ea, quæ agit, sapienter abscondit. Hæc Greg. quæ ad moralem potius, quàm ad literalē sensum spectant. Tertio loco recentiores quidam parum considerate sic interpretantur, causam occultationis eam fuisse, ne arguerętur ab alijs, si minus res ipsa euenisset. nā si ad maturitatem conceptus non peruenisset, vitio datum fuisset Elisabeth, ꝙ se grauidam euulgasset. Hæc autem expositio omnino est improbabilis, & reijcienda. præsupponit enim Elisabeth non credidisse perfecte diuinæ promissioni factæ marito, cuius contrariū verba ipsius indicant. nam opprobriū eius ablatum esse a Deo confessa est credēs, & certo sperans filium se parituram. Vera igitur causa, & legitima expositio ea est, quam diximus, & in commentario explanauimus. 24.

In mense autem sexto.

COMMENTARIA.

Interrupta Ioannis historia ordinem temporis prosequēs, quæ gesta ante natiuitatem illius sunt, Euangelista describit, intertexit autem narrationem annunciationis Beatissimæ Virginis per Angelum factæ, & Christi Saluatoris conceptionis, quam narrationem soli Lucæ inter Euangelistas debemus, vt adnotat Irenæus libro tertio, capite quarto. Historiam ergo secundū temporis ordinem continuans, tēpus annunciationis tradit. In sexto, inquit, mense a conceptione Ioānis post quinque illos, quibus se Elisabeth occultabat, qui fuit mensis Martius, primus anni secundū Iudæorum computationem. Nemo vitio dabit, si in historia tam admirabili, in qua nostri Redēptionis conceptio describitur, aliquanto diffusius eam per annotationes explicā do immorabitur, sunt enim singula verba plena mysterijs.

ANNOTATIO XXXVIII.

NOnnulla digna adnotatione hoc in loco se offerunt. Primū est, quare Dominus hunc mensem elegit conceptioni suæ secundū carnem, si enim, vt inquit Gregorius libro secundo Moralium cap. 2. Quando in Scriptura notantur tempora, mysteria indicantur, multo magis in hoc summo mysterio id factum esse credendū est. Huius rei possumus tres causas adferre ex tribus mirandis operibus in hoc mense gestis.

Primo quidem in hoc mense mūdus creatus est, vt enim affirmant Athanas. quæst.

quæst. ad Antioch. 9. & q. 17. Aug. in q. ex veter. testament. c. 8. & quæst. ex vtroque mistis quæst. 106. & Anselmus lib. 2. de fide, c. 7. Sol in signo Arietis creatus est, quod est æquinoctium vernum, & mensis Martius, quamuis quidam asserant mense Septembri in æquinoctio hyemali creatum esse, illud tamen longe probabilioribus rationibus nititur. Christus igitur Verbum Dei, quo omnia creata sunt, veniens secundum carnem, vt quæ creauerat repararet, conuenienter eo mense concipitur, quo illa creauerat, vt idem creator, & reparator significetur. Hac ratione vsus est Athanasius loco citato.

Alterum opus mirabile factum est in hoc mense, in eo enim aquæ diluuij, quæ totam terram inundauerunt, intra proprios, & antiquos terminos conclusæ sunt, sic enim habetur Gen. 8. Incœpit enim inundatio mense Aprili, vt recte adnotat Ambros. lib. de Noe, & arca c. 17. & per vndecim menses perduranit, vsque ad Martium, qui erat primus, quando imminutæ sunt. Conuenienter autem secundo mense diluuium accepit exordium, quia peccatum post creationē hominis fuit, creauit enim Deus hominem rectum, ipse postea peccatorem se constituit, reparādus tamen erat per eum, qui eum rectum a principio creauit, idcirco Filius Dei carnem induit, vt hominem reparet in eo mense, in quo homo creatus est rectus, & bonus, quia per Christum ad rectitudinē & bonitatem restituendus erat.

Tertium insigne opus Dei in hoc mēse gestū fuit liberatio populi Iudaici a captiuitate illa Aegyptiaca, vt habetur Exod. 12. quæ quidem liberatio figura fuit admirandæ liberationis generis humani a captiuitate dæmonis, & peccati, & mortis per Christum efficiendæ, idcirco conuenienter carnem in qua, & per quam liberaturus erat mundum, sumit eodem mense, vt figuræ adaptetur veritas, qua etiam de causa in eodem mense passus est, & redemptionem nostram perfecit.

Sensibilibus ad salutem nostram

His causis connectuntur, & aliæ a significatione sumptæ. Deus enim in nostra salute efficienda frequentissime rebus sensibilibus vsus est, & vtitur, tum quia nobiscū agit, qui sensibus sumus prædicti, tū ēt ut se auctorē & factorē ēt rerū sensibilium ostēdat, tum demum, vt per eas spiritualia, & intelligibilia mysteria significet. His de causis in lege veteri sacrificia sensibilū creaturarum instituit, & in nouo sacramenta gratiæ in sensibilibus collocauit. Eandē ēt rationem in tpe assumendæ carnis tenere dignatus est, elegit enim hunc mēsem, vt in eo multa significaret mysteria eius, qui carnem induebat, sunt autem præcipue quattuor significata.

efficiddā cur Deꝰ frequentissime vsus est.

Primo quidē in hoc mense Sol materialis ingreditur signum, quod appellatur Aries, quo quidem significauit, quæ in hoc mūdo facere veniebat, ipse enim Sol est iustitiæ, qui illuminet mundū luce fidei, & gratiæ, vt postea illuminet lumine gloriæ. coniungitur Sol, & accedit Arieti, quia se hostiam, & sacrificiū facturus erat pro nobis. Aries enim erat vnum ex sacrificijs, quod maxime offerebatur p peccatis, vnde & ipse Agnus dictus est. Io. 1. Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, quia futurus erat hostia pro peccato, & vt adnotant Cyrill. li. 2. in Io. c. 2. & Orig. hom. 2. in Num. eadem de causa Gen. 22. significatus est illo ariete, quē Abrahā intet vepres cornibus hærentē reperit & obtulit holocaustum Deo.

Christus pastor noster.

Secundo, vt hoc ipso indicaret se futurū Pastorem nostrum, qui suo corpore, & sanguine, & donis spiritualibus nos erat pastur⁹, sicut pastor pascit arietes; implendumq; fore illud, quod per Ezechielē c. 34. dictū erat: Suscitabo super eas Pastorē vnū, q pascat eas. & Io. 10. Ego sum Pastor bonus. Non ꝙ Christus fato, aut stellarum necessitati subditus esset, vt impie, & falso asseruerūt Priscillianistæ referentibus Aug. tract. 8. in Io. & Greg. hom. 10. in Euāg. sed quòd sua spontanea voluntate, tamquā oium Dominus elegerit conceptionis tēpora apta ad significanda ea, q̄ facturus erat.

Christus iustus, & iustificans.

Tertio in hoc mense fit æqualitas q̄dā dierū, ac noctium, qua de causa Ambros. lib. de Noe c. 17. existimat hoc mēse significari natalem hominis iusti, nā iustitia æqualitatis causa, & custos est, cū igitur Christus & iustus sit & iustificās, quia in se plenus iustitia fuit, & no-

bis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis est iustitiam impertitus, cõueniens-
ter hunc mensem elegit, in quo carnem
induceret, vt eam iustitiam nobis indica
ret, de qua dictum est Iere. 23. Suscitabo
Dauid germen iustum, & faciet iudi-
cium, & iustitiam in terra.

Quarto in hoc mense incipiunt auge
ri dies, & noctes decrescere, electus igi
tur hic mensis est, vt significaretur futu
rũ esse per Christum, vt diminutis vm-
bris legis, & tenebris gentium, lumen
Euãgelicum inciperet crescere in Chri-
sto, & per Apostolos eius mirum in mo
dum augeri, & expandi in ætatis tem-
pus, qũ segetes metuntur, & congregã-
tur. ea propter non in æquinoctio autũ-
nali concipi voluit, quando dies decre-
scunt. Ob quam causam Ambros. lib. 4.
Hexam. c. 5. tempus legis diebus autũni
cõparat, tps vero Euangelij diebus æsti
uis, qũ lux, & calor multũ vigent, quæ
fidem auctiorem, & charitatem perfe-
ctiorem significat. His igitur septem de
causis in mense hoc sexto concipi filius
Dei decreuit.

Christus lumine Euangelij, vmbras legis, & tenebras gẽtiũ expulit.

ANNOTATIO XXXIX.

Cur Euangelista nõ dixerit mẽse primo anni, sed sexto a cõceptione Præcursoris.

SEcundo adnotandum est, hunc men
sem fuisse primum, & anni exordiũ,
Iudæi enim ab hoc mense initium sui
anni sumebãt, præcipiẽte Domino Exo.
12. a principio etiam mũdi ab eo nume
rus mensium anni computabatur, nam
in Geneſis historia, qñ dicitur mensis
decimus, aut vndecimus, aut septimus,
cõputatio fiebat a primo Martio. Cum
igitur hæc ita sint, cur Euangelista nõ
dixit, mense autem primo, maxime cum
historiã Christi describere incipiebat,
sed dictum est, mense sexto a præceden-
tis anni initio computationis accepto,
nam quinque menses ad annum præce
dentem spectabant; Nemo sibi persua-
deat hæc inconsiderate, aut leui de cau-
sa, humanitus facta esse; sunt enim ea
omnino plena altissimis mysterijs, nec
enim satis est, si quis dixerit, id esse sic
dictum, vt mensis proximus quinque
præcedentibus indicaretur, si enim di-
ceret, primo mense, non significaret, an
anni proximi, an sequentis. sed hæc cau
sa non euacuat difficultatem, nã potuis-
set dicere, primo mense proximo, maio
ra igitur & profundiora nobis significa
uit Spiritus sanctus per suum Euange-
listam. Proponam quędam, quæ mihi vi-
dentur accommodatiora.

Vnus & idẽ Deus auctor veteris & noui testamẽti, cõtra Marcionem.

Primũ est, vt significetur idem Deus
auctor veteris, & noui testamenti, qui
veteribus noua contexuit, & quæ im-
perfecta præcesserant, perfecit, nam cũ
dicitur sexto mense annus posterior cũ
priori coniungitur, quinque enim mẽ
ses ad anteriorem, sextus ad præsentem
spectant, sic vnus Deus indicatur, qui
veterem instituit legem, & Euangeliũ
condidit, ideirco Matth. 13. regnum cœ
lorum simile perhibetur patrifamilias,
qui de suo thesauro profert noua, & ve
tera. Quo quidem facto hæresis antiqua
reprobatur Marcionis, qui vt refert Ter
tull. in libris contra ipsum, & Epiph.
hær. 42. alium Deum dicebat, Creatorẽ
cœli, & terræ, auctoremq; veteris testa-
menti, alium autem auctorẽ Euangelij,
& Patrẽ Saluatoris nostri Christi, cum
sit vnus, & idem, qui prius creauit om-
nia, postea legem dedit, & per Prophe-
tas futura nunciauit, & postremo Chri
stum Filium suum misit in mũdum, no-
ua semper veteribus adiungens, quod
& Aggæus Propheta c. 2. vnico verbo
significans dixit: Adhuc ego mouebo
cœlum, & terram, & veniet desideratus
cunctis gẽtibus. Illud [Adhuc] hãc vni-
tatem Dei opera operibus contexentis
indicat, vt notat Chrysost. homil. 32. in
Epist. ad Hebræos. Isaias etiam c. 44. id
ipsum alijs verbis indicans dicit: Ego
primus, & ego nouissimus. Conuenien
ti ergo ratione annus nouus veteri con
iungitur, dum dicitur, sexto mense.

Christus Dominus qui venit, & qui per Prophetas promissus fuit.

Secundum est, vt significaretur idem
Christus, qui venit, & qui per Prophe-
tas prænũtiatus, & promissus fuit, qui-
que in vmbris, & figuris legis illius cõ-
tinebatur. quam ob causam a Paulo ad
Hebræos 13. dicitur, Iesus Christus he-
ri, & hodie, ipse & in sæcula. qui enim
prius promissus, & figuris significatus
est, ipse postea venit, & Euangeliũ in-
stituit, & veniet postremo iudicare, &
vitam æternam corporibus resumptis
dare, & Apocal. c. 22. Ego sum Alpha,
& Omega, principium, & finis. Hac igi
tur de causa præsens annus veteri con-
nectitur sexto mense.

Christus Saluator omnium.

Tertium est, vt hoc eodem significe-
tur Christus Saluator omnium, non
tantum

Christus Saluator omniũ.

tantũ eorũ, qui post eũ sed etiam eorum
qui ante eũ secundum carnem fuerunt.
quod Paulus Rom. 3. aliis uerbis significat dicens, Quẽ proposuit Deus propitiatorẽ in sanguine ipsius, &c. propter remissionẽ præcedentiũ delictorum. Ea propter paulo inferius Euangelista no-
ster generationẽ secundum carnẽ Chri
sti describens ad Adã vsque perducit.
Cuius etiam figura præcessit Num. 13.
in palmite illo quæ, quẽ duo homines li
gno pendentẽ portabant, qui populum
priorẽ, & posteriorẽ significabant, quos
Christus suo sanguine redemit, vt ibi
pretantur Ambros. serm. 72. & August.
serm. 100. de tempore. Hæc idẽ significa
tur nunc tẽporis computatione facta, ab
anno superiori, & sequẽti, cum dicitur,
sexto mense.

Numer. 13.

Ioannes Baptista eur plus quã Propheta dicitur.

Quartum est, quia Ioannes quodam
modo ad Euãgeliũ pertinebat, quia præ
cursor Christi fuit, eaque de causa dici-
tur plus quam Propheta, temporibusque le
gis, & initiũ quoddã Euãgelij, Luc. 16.
Lex, & Prophetæ usque ad Ioannẽ, ex
eo regnũ Dei euangelizatur, & Matth.
11. A diebus Ioannis Baptistæ regnum
cælorum vim patitur. ipse enim incœpit
prædicare aduentum Christi præsentem
& demum, quia Ioannis conceptio fa-
cta est propter Christum ipsum, ideo re-
cte tempus vtriusque coniungitur.

ANNOTATIO XL.

Quare Christus sexto mẽse à cõceptione Præcursoris concipi voluerit. Senarius primus numerus perfectus.

TErtio adnotandum est nõ septimo,
aut octauo, aut quarto, alioue men
se, sed sexto conceptionem Domini fa-
ctam fuisse post Ioannis cõceptionem.
non est hoc silentio prætereundũ, nam
vt aduertit August. lib. quæst. in Genes.
cap. 152. numeri in scriptura sunt sacra-
tissimi, & magna indicant mysteria. At-
tende igitur senarum esse primum nu-
merũ perfectum, qui constat ex omni-
bus suis partibus, quas Arithmetici ali-
quotas appellant, quinarius autem pro-
ximus est perfecto, sed à perfectione re-
cedit, nec eam attingit, eapropter lex nu
mero quinario exprimitur, ut asserit Au
gustinus tract. 17. in Ioan. Lex enim il-
la proxima erat senario perfecto, quia
pædagogus erat in Christo, ut dicitur
Galat. 3. & ad fidem eius perducebat,
tamen ipsa per se non iustificabat, quia
vt habetur Hebr. 7. nihil ad perfectum
adduxit lex. Christus verus, & perfe-
ctus senarius iustitiam efficit, & uirtute
sua per fidem nos iustificauit, & in illa
lege iustificabat per fidem eandem, non
autem per legem. Abac. 2. Iustus meus
ex fide vivit. Hinc lex illa quinque libris
conclusa erat, vt eius imperfectio quina
rio significaretur, erat igitur Ioannes le
gis figura, ut idem Augustinus dicit
serm. 20. de sanctis, ideirco quinque
mensibus præcedit eius conceptio, sexto
autem concipitur Christus, qui Euange
lium perfectionis instituit.

Cur à sexto mense natiuitatis lex Christus Dominꝰ cõceptꝰ sit.

Adhuc tamen vnũ desideratur, quod
quarto loco adnotandum est, nimirum
cur hi sex menses nõ à natiuitate sumã-
tur, nempe vt sexto à natiuitate Ioannis
mense Christus Dominus cõceptus fit.
nec enim hoc uacat mysterio, quod no-
nullis de causis factũ esse existimo. Pri-
mo quidem, ut uerus & perfectus præ-
cursor significaretur, scriptum namque
erat de eo Malach. 4. Ecce ego mittam
Angelum meum, qui præparabit viam
tuam ante te, debuit ergo conceptio con
ceptionem, & natiuitas natiuitatem præ
uenire. Secundo ut eius testimonium
esset plenius, sic enim, & intra uentrem
& extra uentrem matris potuit testimo-
nium perhibere de Christo. Tertio ut
intelligeremus omnes indigere Christo
in uentre, & extra uentrẽ. cõcepti enim
sumus in peccato, in quo & nascimur,
Ioannes ergo in uentre matris visitatus
à Christo purgatur à peccato, ut sanctus
nascatur, nos uero in uentre non sancti
ficati nascimur in peccato, sed indige-
mus Christo non solum propter pecca-
ta, quæ extra uentrem adulti commisi-
mus, sed etiam propter peccatum, quod
in uentre contraximus. His omnibus de
causis constat, quanto cum mysterio di-
ctum sit, in mense sexto.

Missus est Angelus Gabriel à Deo.

COMMENTARIA.

QVod factum sit sexto mense
narrare incipit, describit autẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

missionem quandam, personã missam, personam mittentem, personam, ad quam missio facta est, & demum quæ per missionem effecta sunt. Verbis autem propositis, tria prima comprehẽsa sunt, missionẽ, verbum, missus, significat, missa persona Angelus Gabriel, mittẽs Deus ipse est.

ANNOTATIO XLI.

Sex missionũ genera à Deo facta referũtur in Scriptura.

MVlta in proximis verbis notatu digna occurrunt, quorum primum est in illo uerbo (missus est) sex enim missionum genera à Deo facta legimus in Scripturis sacris. Prima est, per quam Filius Dei missus est à Patre homo factus, de qua dicitur. Galat. 4. Misit Deus Filium suum factum ex muliere. eius enim incarnatio missio dicta est. Altera est per quam Spiritus sanctus missus est sub uisibili specie in discipulos post Christi in Cœlos ascensionem, de qua dicitur Ioan. 16. Si abiero, mittam eum ad uos. Vtramque existimo prænuntiatam à Dauid Ps. 42. illis uerbis. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. Veritas Filium, lux Spiritum Sanctum significat. Tertia est, per quam Spiritus Sanctus idem mittitur inuisibiliter per gratiam, & dona sua in corda hominum, ad ea sanctificanda, purificanda, & perficienda, de qua dicitur Rom. 8. Misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra. Quarta est, per quam Deus mittit Angelos ad aliquid annuntiandum, vel ad aliquod opus in hoc mundo peragendum, de qua scriptum est Act. 1. Misit Deus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis. Quinta est, per quam iussit etiam Deus hominem ad aliquid etiam annunciandum, aut faciendum, de qua dicitur Ioan. 1. Fuit homo missus a Deo. Sexta est per quam creaturas irrationales mittit Deus ad aliquid efficiendum, de qua scriptum est Ionæ 1. Misit uẽtum magnum in mare, & facta est tẽpestas magna in mari. Et Psal. 77. Misit in eos cœnomyã, & comedit eos, ranam, & disperdidit eos. Sunt harum sex missionum plurima testimonia, à quibus brevitatis causa, & quia res notissima est, supersedeo. Si ordo temporis consideretur, ultima missio est Spiritus sancti in Apostolos & penultima Filij missio in carnem, non quòd reliqua missionum genera non fiant post has duas, sæpe enim fiunt, & factæ sunt, sed quòd ante illas duas in veteri Scriptura legamus factas ceteras quattuor. nam Spiritus Sanctus inuisibiliter missus est in corda illorum iustorum, qui secundum carnem Christum præcesserunt, & in Prophetas, per quos locutus est. missi etiam sunt Angeli, & hic idem Gabriel prius ad Zachariam missus erat, missi sunt etiam homines, nam Deus misit Prophetas, missæ sunt etiam creaturæ irrationales, vt constat ex locis allegatis. si igitur tempus spectetur, antiquiora sunt quattuor missionum genera duobus primis. at si ordo causalitatis & efficientiæ spectetur, omnium prima est missio Filij, nam ceterarum causa est. missus enim est Spiritus sanctus visibiliter in homines, quia missus erat Filius. Ioan. 7. Nondum erat Spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. Quotquot autem ante Christum secundum carnem Spiritum sanctum acceperunt, propter Christum acceperunt, nisi enim vẽturus fuisset, & futurus homo, nemo unquam iustificatus esset. Angeli, & Prophetæ propter hoc idem missi sunt ad homines, & creaturę etiam irrationales magna ex parte missæ sunt ad corrigendum homines, ob hoc mysterium, quod futurum erat. omnis enim gratia, & beneficium spirituale Dei erga homines factum, originem, & causam habuit, quia Filius Dei carnem pro hominibus susceperturus erat. Si etiam ordo dignitatis consideretur, hæc missio est omnium prima, non solum earũ in quibus creaturæ mittuntur, sed etiã eius, quæ fuit Spiritus sancti, nã quamuis quantum ad personam missam sit eadem dignitas, quia æqualis, & consubstantialis est Filio Spiritus sanctus, tamẽ ex parte termini maior est, & dignior missio Filij, quia Spiritus sanctus nõ est vnitus creaturis illis visibilibus, in quibus apparuit, nec est unitus domui suis, at Dei filius vnitus est naturæ humanæ, & factus est homo, idcirco ex parte termini dignior est, & excellentior hæc missio, quàm sit missio Spiritus sancti.

Considerandæ etiam est inter has missiones

Multiplex inter has missiones differentia.

differentia multiplex. Prima quidem est inter tres priores, & tres posteriores, istæ enim communes sunt toti Trinitati, nam Pater, Filius, & Spiritus sanctus, vnica, & indiuidua missione mittunt Angelos, homines, & creaturas irrationales, at tres illæ priores nõ sunt communes toti Trinitati, quãtum ad principium ipsum missionis, nam solus Pater misit Filium, Pater, & Filius miserunt, & mittũt Spiritum sanctum, vt enim docet Augustinus lib. 4. de Trini. cap. 19. missio duo habet, vnum ex parte mittentis, & hoc est producere; alterum ex parte termini, & hoc est effectus ipse exterior, qui resultat ex missione, missio ergo Filij a Patre, est produci a Patre quantum ad primum, & carnem indui: quantum ad secundum missio Spiritus sancti est produci à Patre, & Filio, & per gratiam vniri mentibus, seu cordibus hominum, seu per formas uisibiles apparere, & significari. quantum igitur ad principium solus Pater mittit Filium, quia solus Pater producit eum, solus Pater, & Filius mittunt Spiritum sanctum, quia à solis eis duobus procedit, at uero quantum ad terminum missionis, tota Trinitas est causa, nam Pater, Filius, & Spiritus sanctus produxerunt, & creauerunt illam humanitatem, quæ Christo est unita, tres etiam eędem personę producũt gratiã, per quam Spiritus sanctus vnitur cordibus fidelium. in missionibus uero tribus posterioribus non sic est, sed totæ tres personæ etiam quantum ad principium missionis mittunt Angelos, homines, ceteraſque creaturas. Hæc de causa Ambros. lib. 2. de fid. cap. 4. & August. tract. 63. de uerb. Dom. illud Galat. 4. Misit Deus Filium suum, de solo Patre mittenti interpretati sunt.

Hinc sequitur secũda differentia, tres enim emissiones priores non sunt ex imperio, & dominio, non enim Pater misit Filium imperando ei, ut homo fieret nec Pater & Filius mittunt Spiritũ sanctũ imperando, & præcipiendo, sed mittunt ex uirtute productiua. quia enim Pater generat Filium. dicitur mittere Filium, quia Pater, & Filius producunt Spiritum sanctum, dicuntur mittere Spiritum sanctum, quamuis non ex hoc solo sit missio, nisi ex parte termini accedat effectus exterior, ut quod fiat homo aut per gratiam vniatur homini. hi effectus fiunt à tota Trinitate ex imperio, & dominio, quo cuncta creant, ceteræ vero missiones ex solo imperio, potestate, & dominio fiunt, quo Deus Angelos, homines, & creaturas mittit tamquam earum Dominus, & potestatem in omnia habens.

Hinc est tertia differentia, solus Deus est, qui mittit Filium, & Spiritum sanctum, at reliquæ tres missiones à creaturis fiunt, nam & Angelus Angelum, & hominem mittit. de Angelo Zach. 2. Ecce inquit, Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & ecce Angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ei: Curre, & loquere ad puerum istum vt enim dicit Greg. hom. in Euang. Angelus superior mittit inferiorem. Quod Angelus mittat hominem habetur 4. Reg. 1. dixit Angelus ad Eliam, Surge, & ascende in occursum nuntiorum Regis. homo etiam hominem mittit, quod probatione non indiget, cum sit res manifestissima. etiam Angelus, ac homo mittunt creaturas diuina virtute, vt constat in multis miraculis, denique tres posteriores cõmunes sunt Deo, & creaturis, quamuis non æqualiter, at tres priores soli Deo propriæ.

Postrema differẽtia est inter vltimam & quintam ac quartam. nam quando homo, aut Angelus mittitur, cum sint creaturæ rationales agnoscũt imperium eius, à quo mittuntur; creatura verò irrationalis non sic mittitur, quasi agnoscat imperium, sed eam mitti non aliud est, quàm à Deo excitari, & per eas effectus illos efficere, quos intendit. Vnde Hieron. in illud Matth. 8. Imperauit ventis, & mari, inquit, imperauit, non errore illorum, qui putant omnia esse animata, sed maiestate conditoris. Hæc Hieronym. vti enim potestate erga creaturas, hoc est mittere, & imperare eis. Cũ igitur tot sint missionum genera, in præsenti sermo est de ea, per quã Deus misit Angelũ notificando ei, quod per eũ fieri uolebat, & iubẽdo, vt faceret, & ad locũ, in quo id facturus erat, destinãdo. Fuit ergo missio ex dominio, & imperio, quo Deꝰ uti erga Angelos. Fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam missio hæc a tota Trinitate, vt paulo post dicimus. Pater enim, Filius & Spiritus sanctus miserunt Angelum vti dictum est, non sicut in missione Filij, aut Spiritus sancti.

Quid nomē Angelus significet, & quibus modis ī Scriptura usurpetur

ANNOTATIO XLII.

SEcundo adnotandum est Angelū nomē esse Græcum idem significans, quod apud Latinos nuntiū, id est, vnius voluntatis apud alterum expositorem, & interpretantur, in scriptura autē Angeli dicuntur, qui voluntatem Dei alijs explicāt Tripliciter autē usurpatur hoc nomen in eadem Scriptura. Vno modo vt est nomen officij tantum, sic autem quicunque nuntius, & interpres diuinæ uoluntatis ad eā explicandā ordinatus dicitur Angelus, quamuis homo sit quātū ad naturā. iuxta quā significationē Christus dictus est Angelus Malach. 3. Angelus testamēti, quem uos vultis, Episcopi etiam dicuntur Angeli. Apoc. 2. Angelo Ephesi scribe. Sacerdotes etiā qui uerbum Dei [illegible] Angeli appellantur Malach. 2. Legem de[illegible] requirunt, quia Angelus Dei est.

Secundo modo usurpatur, vt est nomen officij, & naturæ, pro substantijs illis spiritualibus, & incorporeis, quę Dei voluntatem annuntiant, iuxta quā significationem appellamus omnes illas substantias Angelos, ut enim, inquit, Dionysius lib. de cœlesti Hierarch. cap. 5. omnes illæ sunt nuntij uoluntatis diuinæ. non quidem omnes respectu hominum, sed quædam nūtiant hominibus, quædam uero inuicem inter se superiores inferioribus, vt paulo inferius dicemus. Sic usurpatur ad Hebr. 2. Nusquā Angelos apprehendit. Et ad Hebr. 1. Tanto Angelis melior effectus. Nec putes officium Angelorum solum esse nuntiare, nam per eos multa alia facit Deus, vt dicit Greg. hom. 34. in Euāg. Castigat enim homines, & per eosdem beneficia confert. Hinc Basilius, & Theodoret. exponunt illud Psal. 103. qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis, dicunt Angelos dici spiritus, quādo benefacit Deus per eos, quando uero castigat, flammam ignis. Sunt etiam multi ex his hominū custodes, & magistri. Matth. 18. Angeli eorū semper uident faciem Patris. Ab illa operatione, quæ notior, & communior est, sumptum est nomen.

Tertio vsurpatur, vt est nomē officij, naturæ, & ordinis, iuxta quam significationem, cum sint tres Hierarchiæ, & in singulis tres ordines, vltimum ordinem dicimus esse Angelorum. hi enim frequentius ad nos solent mitti, & sic distinguimus Angelos ab Archangelis, principatibus, ceterisque ordinibus. in qua significatione accipitur ad Rom. 8. Neque Angeli, inquit, neque Principatus. Cum igitur in scriptura hoc nomē tripliciter vsurpetur, scito hoc in loco accipi secūdo modo, nēpe generaliter, p omni substātia illa spirituali, & incorporea cœlesti, nā Gabriel, nō erat de ordine Angelorum, sed de superiori ordine, vt paulo inferius dicemus. dictus tamē est Angelus communi significatione, qua omnes ordines illi dicuntur Angeli, & sic etiā accipitur superius, quādo dicitur Angelus apparuisse Zachariæ, & ad ipsū loqui, nā idē est ille Angelus, qui nunc erā missus est ad beatissimā Virginem.

Hinc [illegible] mysterium incarnationis prius notū fuisse Angelis, quām hominibus, pro cuius rei intelligentia aduerte, mysterium incarnationis tribus modis potuisse manifestari. Vno modo quantum ad factum ipsum, nempe Deum carnem sumpturum esse, & sic ab exordio mundi, & Angelis & hominibus innotuit, & a Deo est eis reuelatum, sic tamen, vt Deus per Angelos hominibus indicauerit, ita docet August. lib. 7. de ciuit. c. 32. ex quo fit prius Angelos nouisse, cum per eos homines nouerint. Altero modo, quantum ad temporis circunstantiam, nempe quando hæc extra erat sumēda, & quo tēpore Filius Dei futurus homo esset, quod etiā prius Angelis reuelatū est, & per ipsos hominibus, Danieli enim reuelatum est tempus, sed per Angelum. Tertio modo quantum ad præsentiam facti, nempe quantum ad horam determinatam, quā etiam ratione prius reuelatum est Angelis, nam Gabriel, qui nuntium portabat beatæ Virgini, nouit id mysterium prius, quām nuntiaret. Deus enim reuelauit antea Gabrieli, quod futurum erat, & omnia, quæ nuncianit, prius nouit, ut recte dixit Chrysostom. hom. 4 in

in Matthæum. Deus enim loquitur Angelis, quādo mittit eos, significans quę facturi, aut dicturi sunt. loqui autem Deum Angelis, nihil aliud est, vt notat Gregor. lib. 2. moral. c. 5. quām manifestare, & reuelare eis occulta, quæ fieri per illos uult. prius ergo quantum ad determinatum tempus, & præsentiam Angelus mysterium nouit, & per eum homines, nempe beatissima Virgo, ita affirmat Dionysius de cœlesti Hierarchi cap. 4. hunc locum Lucæ explicans, post beatam autem Virginem primus nouit celebratum mysterium Ioannes Baptista in vtero matris, & tertio loco Elisabeth, quando exultante in vtero Ioanne exclamauit: Vnde hoc mihi, vt ueniat Mater Domini ad me, & post eam Ioseph, quando uolens dimittere sponsam ab Angelo audiuit, Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Hæc est communis doctrina Patrum, quamuis non sit omnino certum, an Gabriel nouerit horā precisam incarnationis prius quām beata Virgo, nam licet mysterij nuntiū detulerit, nō consequitur ipsum sciuisse statim post Virginis beatissimæ consensum, celebrandū esse mysterium, tamen tenendum est cum Dionysio no uisse, idq; est plusquam probabile. Ne autem existimes, quando dicimus Angelis prius innotuisse, me velle dicere omnibus Angelis fuisse id manifestatū, non enim ita est, sed quibusdam.

Quare Deus non ipse, sed per Angelum reuelauerit Mariæ mysterium Incarnationis.

ANNOTATIO XLIII.

TErtio loco posset non immerito aliquis interrogare, cur Deus in hoc mysterio vti nuntio dignatus est, cum potuerit per se ipsum reuelare beatissimæ Virgini? fateor, si id Deo placuisset, fieri potuisse, & quidem conuenienter, tamen multo conuenientius, & congruentius fuit nuntio uti, cuius cōgruētiæ aliquot causas adferre non est inutile. Prima quidem est, quia hac via fides beatissimæ Virginis magis exercebatur, & perficiebatur, quo enim difficilius fuit tantum mysterium credere Angelo nuncianti, quām Deo ipsi per se reuelanti, tanto maior, & robustior fides credentis apparet, & efficitur. Huius fidei magnitudo commendatur postea a beata Elisabeth dicente, Beata, quæ credidisti; cū enim beatissima Virgo prius debuisset Filium suum mente, quam ventre concipere, congruentissime fidei eius exercendæ, & roborandæ per nuntiū præbetur occasio. Hanc causam insinuat Tertul. in lib. de carne Christi, dicens: Crediderat Eua serpenti, credidit Maria Gabrieli, quod illa credendo deliquit, ista credendo delevit.

Secunda causa ea est, in hoc enim mysterio celebranda erant tria sponsaliorum genera. Primum est inter Deum Patrem, & beatissimam Virginem; desponsauit enim eam sibi, & qui Filium generauit ab æterno Deum, ex ea in tēpore genuit hominem, dicitur namque paulo post, Virtus altissimi obumbrabit tibi. Vnde Augustinus serm. 14. de natali Domini, beatam Virginem appellat sponsam Dei. Alterum inter Filiū Dei & naturam humanam; vnio enim verbi eterni cum humanitate spōsaliorum speciem quandam refert, & uterus Virginis ea de causa thalamus dictus est. Psalm. 18. Ipse tamquā sponsus de thalamo suo. De his nuptijs scriptum est Cant. 3. Videte filiæ Sion regem Salomoné cū diademate, quo coronauit illū mater sua in die desponsationis illius.

Tertium fuit inter Christum & Ecclesiam Euangelicam, quam sibi in fide, & charitate spondebat; beatissima ergo Virgo in his sponsalijs consensum præbuit, nomine proprio, tanquam sponsa Patris, & nomine humanæ naturæ de sua carne assumendæ, nomine etiam Ecclesiæ, vt præcipuum, & primum membrū eius. Solet autem in nuptijs intercedere nuntius, & paranymphus quidam, qui & consensum mittentis defert, & consensum eius, ad quam mittitur, recipit; debuit ergo interuenire nuntius hic in tot ac tantis sponsalitijs. Vnde August. serm. 14. de natali, hunc nūcium paranymphum appellat.

Tertia causa congruentiæ traditur ab Augustino eodem sermone, nempe, vt eadem via restitueretur homo, qua perditus erat. Dæmon enim per serpentem aggressus est Euam, vt eam perderet, Deus igitur per Angelum beatissimæ Virgini loquitur, vt mundum in ea reuocet. Hāc causam adfert Bernard.

Universidad de Deusto
Biblioteca

serm. 2. de Pentecoste dicens: Missus est coluber tortuosus a diabolo, vt venenum per aures mulieris in ipsius mentē transfunderet, & sic refunderet in totius posteritatis originem, missus est interim Angelus a Deo, vt verbum Patris per aurem Virginis in mentem, & ventrem ipsius eructaret, ut eadem via intraret antidotum, qua venenum intrauerat. Hæc Bernardus.

ANNOTATIO XLIIII.

Quare nō per hominē sed per Angelum facta fuerit hæc annūciatio.

QVarto loco inquirendum est, quādoquidem nuntio Deus uti voluit cur Angelo non homine vsus est, aut cur aliquem Prophetam ad id munus non legit? Multæ rationes huius rei esse possunt. quarum Prima est ex parte Dei mittentis, cum enim ipse Deus esset carnem sumpturus, conueniens fuit aliquem ex suis curialibus destinare nūtium, non ex ijs, qui in terra degunt, Angelus autem ex ijs erat, qui semper vident faciem Dei. Secunda causa est ex parte personæ ad quā mittitur, erat.n. Virgo purissima sine ulla labe peccati, debuit ergo mitti Angelus, qui nulla labe culpæ infectus fuit. hanc rationem adfert Chrysost. in orat. de annuntiatione. Tertia causa est ex parte personæ mittendę, ut enim vnus ex Angelis fuit causa ruinæ hominum, nempe Angelus malus, ita congruum erat, vt unus etiam ex Angelis in eorundem reparatione operam poneret. Hanc causam adfert Iren. libro 5. cap. 19. Quemadmodum, inquit, Eua per angelicum sermonem seducta est, ut effugeret Deum præuaricata uerbum eius: ita & hæc nē pe beata Virgo per angelicum sermonē euangelizata est, vt portaret Deum obediens eius verbo. Quarta ex parte eiusdem personæ mittendæ, cū enim Deus angelicam naturam nollet assumere. sed humanam, fuit congruum eos non omnino excludere a participatione tanti mysteri j idcirco nuncios effecit, maxime cum & hoc mysterium etiam ad eos spectaret, nam illorum ruinæ implendę erant. Quinta causa est ex parte mysterij, quod agebatur, erat enim Deus ex vna parte, ex altera homo, natura namque humana diuinę erat copulanda, nuntius igitur medius eligitur inter vtrumque, cuius natura inferior est diuina, & superior humana. Sexta causa ex parte ipsius Christi Dei, & hominis, cum enim ipse sit non tantum hominū, sed etiam Angelorum caput, rex, & Dominus, congruum erat uti Angelorum ministerio. Postrema ex parte dispositionum præcedentium aduentum Christi; a principio enim mundi usus est Deus erga hominum salutem, Angelorum opera. per eos enim reuelauit multa hominibus, per eos dedit legem, per eos eduxit populum de Aegypto; per eos introduxit in terram promissionis; per eos victorias perfecit multas contra inimicos, multaq; mirabilia patrauit, quæ omnia gratia huius aduentus facta sunt, congruebat igitur uti eis in hoc peragendo. His igitur de causis apparet, quam rationabiliter Deus uti Angelo tamquam internuntio in tanti mysterij celebratione uoluerit.

ANNOTATIO XLV.

Quodnā Angelus sit Gabriel.

QVinto loco adnotandum est, qualis Angelus sit Gabriel. Aduerte sacros Doctores secutos Dionysium lib. de cœlesti Hierarchia, substantias spirituales in tres Hierarchias diuidere, supremam, mediam, & infimam, & singulas Hierarchias in tres ordines partiri, Supremum medium, & infimum. In prima quidem, & suprema sunt hi ordines, Seraphim, Cherubim, & Throni, eo ordine distribuit, quo numerātur. In media sunt Dominationes, Virtutes, Potestates. In ultima sunt principatus, Archangeli, Angeli. Hic est ordo secundum Dionysium, quem Gregor. hom. 34. in Euang. aliqua ex parte narrando immutauit tamen Dionysij potius amplectenda est doctrina, cui accessit Athanas. in hom. de Deipara De vltima Hierarchia affirmat Dionysius esse omnes, quotquot in huius inferioris mundi operibus, & gubernatione Deo inseruiunt. Principatus quidem sunt, qui eram habent, & præsunt Regnis, & Prouincijs, & his subduntur in hoc ministerio ordines inferiores eiusdem Hierarchię, nempe Archangeli, & Angeli. De ijs Principatibus est illud Dan. 10. Princeps Persarum restitit mihi viginti vno diebus, & ecce Michael vnus de Principibus primis uenit in adiutorium meum. In hoc ordine constituunt Michaelem Dionys. capit. 9. & Athanas. hom. de Deipara. De eisdem Principipus est illud Deuteron. 32. Constituit terminos populorum secundum numerum filiorum Israel. Septuaginta legunt secundum numerum Angelorum. & Basil. lib. 3. contra Eunom. ita legit. Similiter Damas. lib. 2. de fid. c. 3. vbi nomen Angelorum usurpant, ut commune est toti Hierarchiæ ultimæ, sicut etiā Dionysius. Principatus enim sunt qui prouincijs præsunt. De ordine vero Archangelorū sunt, ut dicit Greg. hom. 34. in Euang. qui magna & insignia nuntiant. ex Angelis vero, seu ex ultimo ordine, qui minora nuntiant, & qui sunt custodes singulorum hominū priuatorum. His suppositis dico secundum Doctorum communem opinionē Gabrielem esse de ordine Archangelorum, qui sunt supra Angelos, & sub Principatibus. Hæc est sententia Ambros. lib. 1. de Spiritu sancto c. 7. Iren. lib. 5. c. 21. Aug. serm. 14. de natali Domini, & Gregor. hom. 34. in Euangelia. Non autem esse de Principatibus videtur ex scriptura deduci, nam Daniel. 8. legitur vir quidam dixisse Gabrieli, Gabriel fac intelligere istam uisionem. Hieronymus ibi affirmat virum hunc esse Michaelem, igitur Michael est superioris ordinis, uti enim diximus ante, solus superior Angelus mittit inferiorem, cū igitur Michael sit de principatibus, consequitur Gabrielem esse ordinis inferioris, cum mittatur à Michaele, non tamen de ordine Angelorū vltimo, sed de medio, qui enim mysterium supremum annuntiaturus erat, de numero supremorum nuntiorum assumendus, erat, quales sunt Archangeli.

ANNOTATIO XLVI.

Quare Gabriel præ alijs ad hoc munus fuerit electus.

SExto, nomen ipsum Gabrielis est cōsiderandum, ex eo enim deducitur causa, & ratio, propter quam inter Archangelos hic est in nuntium tanti mysterij electus. Aduerte igitur nomina Angelorum, quorum in scriptura fit mentio sumpta esse ab ijs officijs præcipuis, ad quæ peragenda sunt missi. Hinc est, quod Origen. lib. 1. periarch. cap. 8. & Hieron. Daniel. 8. tria illa nomina celeberrima Gabrielis, Michaelis, & Raphaelis sic interpretantur. Dicunt enim Michaelem esse præpositum precibus, supplicationibus, & oblationibus fidelium, ob idq. appellatur Michael, quod idem significat, ac Latine, quis sicut Deus? quasi diceretur, ut inquit Hieron. nullius est propitiari peccatis, nec preces exaudire nisi Dei. Raphael autē præest sanitati corporum, idcirco ad illuminandum Tobiam missus est, & nomen idem significat, ac medicina Dei Gabriel vero præest prælijs, ac bellis hominum idemq. significat, ac fortitudo Dei, seu robustus Dei. quam etiā Etymologiam tradit Gregor. hom. 34. in Euangelia, ex qua Hieronymus, & idē Gregorius causam inferunt, cur ad hoc mysterium annuntiandum Gabriel sit missus, nempe quia Christus, qui annūtiabatur, bellum gesturus erat contra Diabolum, & de eo victoriam reportaturus. Psal. 22. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis, & potens in prælio, & Luc. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt, quæ possidet at si fortior eo superuenerit, vniuersa arma eius auferet. Veniebat etiam Christus bellum illud inferre inter homines de quo dictum est Matth. 10 Non veni pacem mittere in terram, sed gladium, ea de causa Isai. 9. inter alia nomina Christus fortitur illud. quo appellatus est, fortis in Hebræo גבר ea propter nūcius præmittitur nominis eiusdem particeps, Gabriel, qui prælijs, & bellis præesse solet recte autem fortitudo Dei dicitur, quia Christus uirtute diuinitatis victoriam consecutus est. Matth. 12. in digito Dei ejcio dęmonia. Hæc est nominis significatio, & una causa, cur Angelus hic missus sit nuntius. Est etiā alia ratio, & etymologia spernēda apud Hebræos גבר idem significat, quod apud Latinos vir, quod quidem nomen est ætatis, & sexus, nec enim fœmina, nec masculus paruæ ætatis dicuntur vir sed solus masculus ætatis perfectę à verbo גבר quod est præualere, cōfortari, seu confirmari, inde nomen quasi robustus

Michaelis, Raphaelis, & Gabrielis etymologia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stus corpotis viribus, quod fit in ætate matura. Sunt multa loca scripturæ, in quibus hoc nomen eam retinet significationem. Iob. 38. Accinge sicut vir lũbos tuos. Threno. 3. Bonum est viro, cũ portauerit iugũ ab adolescẽtia sua. Sunt alia etiam testimonia huiusmodi. Ab hoc nomine trahitur nomen Gabriel, adiuncto nomine אל quod significat Deum, quasi Latine dictum esset, Vir Deus quod soli conuenit Christo, hic enim est homo Deus seu vir Deus. Est autem ex mysterio huic Angelo nomen id inditum, quia annuntiaturus erat eum qui futurus erat vir Deus, & Verbum caro, quamuis enim multo ante hoc nomen sortitus sit, tamen ex præuisione eius, quod futurum erat, illud accepit à Deo cui futura sunt præsentia.

Itaque quando placuit Altissimo reuelare præcise tempus huius aduentus, Danieli numerum hebdomadarum præscribens, tunc Gabrielem ad hoc annũtiandum misit, utpote quem destinauerat suo tempore tanti mysterij nuntium futurum. Hanc nominis etymologiam tradiderunt Proculus in hom. de natiuit. quæ habetur in Actis Concil. Ephes. tom. 6. ca. 7. & Theophylat. in præsenti, Gabrielem inquiunt, missum esse nuntium, quia nomen idem significat, quod homo Deus. His adiungo, non tantum significare idem, quod homo Deus, sed etiam, quod uir Deus, ut significaretur Christus futurus homo, quãtum ad naturam, & ætatis, ac corporis progressus facturus, tamẽ quantum ad animam atque intelligentiam semper futurus vir, quia in ventre matris adhuc existens summa scientia, & charitate etiam quãtum ad actum, & rationis vsum fuit plenus. De quo graues Doctores interpretantur illud Hierem. 31. Mulier circumdabit virum quo in loco est nomen hoc גבר. Denique quia annunciandus futurus erat bellator fortis, & vir Deus, Gabriel Angelus mittitur nuntius, cuius nomine vtrumque mysterium significabatur.

ANNOTATIO XLVII.

Deus in superioribus Angelis superiora missus est Angelus, sicut Filius, & Spiritus sanctus, Filius enim quia à solo Patre est, ideo à solo eo mittitur Spiritus sanctus vero, quia à Patre, & Filio est, à solis Patre, & filio mittitur, non aũt à se ipso, quia à seipso nõ procedit. Angelus vero qa creatura est, a tota Trinitate mittit, sicut à tota Trinitate creatus est. Vnde non naturali processione, sed ex imperio Dei mittitur. Vt aũt quo modo à Deo missus dictus sit, magis exprimatur, aduertẽda est doctrina Dionysij de cœlesti Hierarch. cap. 9. nempe Deum ea, quæ ultimę Hierarchię committit facienda in terris, non immediate illi manifestare, sed per superiorẽ, in his enim rebus per superiores illuminat inferiores, & suam eis explicat voluntatem. Hac de causa Daniel. 8. per Michaelem mittitur Gabriel ad Danielem, & per illum Dei voluntas ei reuelatur, iuxta quam doctrinam ita missus dicitur Gabriel à Deo, qui non à Deo immediate accepit præceptum, nec quæ dicturus erat, sed per superiores spiritus medios, quos elegit Deus ad hoc minus præstandum, sic etiam Deus hominibus sæpe dicitur loqui, & præcipere per Prophetas, per Apostolos, & denique per alios medios, ad Hebr. 1. Locutus est Deus olim Patribus in Prophetis, nouissime locutus est nobis in Filio. Hac ratione interpretanda est doctrina Chrysost. hom. 2. in Matth. dicentis, Deum locutum esse Gabrieli, Vade in ciuitatem Galilææ, &c. Quamuis enim Deus possit cuncta per se operari sine creaturis tamen id non vult semper facere, sed ordinem seruat, & utitur creaturis, nã id in honorem & dignitatem cedit creatoris. Ex hoc consequitur mysterium hoc prius innotuisse quibusdã, aut vni, aut pluribus primæ Hierarchiæ & per hos manifestatum esse ordinate per inferiores ordines vni, aut pluribus vltimę, nempe principatibus, & per hos ordini medio vltimæ Hierarchiæ Archangelorum, nempe Gabrieli, qui iussã Dei intelligens promptissimo, & gratissimo animo excepit, & de cœlis ad terras descendens venit in ciuitatẽ Nazareth, & qui prius Zachariæ prænuntiauit præcurſorẽ, idẽ nũc sexto mẽse annuntiat beatissimæ Virgini Saluatorẽ.

Deus in superioribus Angelis superiora missus est Angelus.

In ciuitatem Galilęæ.

COMMENTARIA.

DEscribitur locus, quò à Deo missus est Angelus, in ciuitatem quandam, inquit, Galilææ, ibi enim commorabatur tunc beatissima Virgo, quæ conceptura, ac paritura erat Mundi Saluatorem. Huius rei mysterium, & loci declarationem in adnotatione inuenies.

ANNOTATIO XLVIII.

De duplici Galilæa, & vtra earum hæc fuerit.

PAlæstinæ, quam post captiuitatem Aegyptiacam duodecim tribus incolebant, Galilæa pars quædam est. In diuisione autem per Iosue facta, hæc Galilæa sors fuit duarum tribuum, nempe Zabulon, & Nephtalim. Iudæam vero, in qua erat Hierusalem habitabant tribus Iuda, & Beniamin. Partitio autẽ hæc inter duodecim tribus facta fuit, quãtum ad agros, & possessiones, quas singuli habebant secundum proprias sortes, licebat tamen commorari vbi vnicuique placebat, nã qui erant ex Iuda, in Galilęa, & qui erant ex Galilæa, in Iudæa habitare poterant, sortes tamẽ semper singulorũ in ea erãt parte terrę quæ proprię tribui obuenerat. beata ergo Virgo, & Ioseph, cum essent de tribu Iuda, partem suam habebant in regione Bethlehem, quę erat de sorte Iuda, tamen habitandi gratia venerant in Galilęam, & ibi commorabantur, quando missus est Angelus. Huius Galilęę duæ sunt partes quas Hieronym. lib. de locis Hebraicis appellat duas Galilæas, inferiorem, & superiorem. Inferior erat versus meridiem, quæ habitabatur à tribu Zabulon, vbi erat mare Tiberiadis, & ciuitas Nazareth. Superior vergebat ad Septentrionem, & incolebatur à tribu Nephtalim, & hanc Hieronymus appellat Galilæam gentium. In ea Salomõ assignauit Hiram regi Tyri viginti oppida in pretium eorum, quæ contulerat pro templi ędificatione, 3 Reg. 9. & erat coniuncta Tyro, & Sidoni, eaq. de causa quidam affirmant Galilæam gentium dictam esse, quia gentibus, erat confinis, & à gentibus multis habitabatur, maxime postquam à Salomone tradita sunt oppida Regi Tyri. Quidam uero totam Galilæam appellant gentium, quia totam multæ gentes habitabant, ita affirmant Ioseph. lib. 3. de bello Iudaico cap. 4. & Strabo cap. 16. vbi de Galilæa agit. Angelus ergo missus est in partem inferiorem Galilææ, ibi enim sita erat ciuitas Nazareth.

ANNOTATIO XLIX.

Galilææ nomine mysteria aliqua designata.

CONsiderandæ sunt mysteria aliquot hoc nomine significata, non enim casu, sed diuino consilio ac prouidentia factum est, vt Christus, qui de tribu Iuda futurus erat secundum carnem, in Galilæa, in alienaq. tribu conciperetur. Nonnullas huius tanti mysterij causas ex nominis etymologia inuestigare conabimur, sunt enim variæ nominis huius rationes, & derivationes, ex quibus aliqua, quæ ad rem faciunt deducemus. Primo quidem apud Hebræos גל idem significat, quod apud Latinos, tumul⁹, inde גלל id est terminus, seu confiniũ, nam tumulus, seu aceruus lapidum frequenter statui pro confinio solet. Galilæa ergo confinium, seu terminum significat. Vnde illud Isai. 9. Via maris trans Ioardanem Galilææ gentiũ. Quidam uertunt loco Galilææ, terminum, & Hieronym. ibi vertit tumulum, quia tumulus lapidum solet poni loco confinij, & termini. Iuxta hanc significationem sumimus causam, cur Dominus in Galilęa homo factus est, nimirum, quia ipse futurus erat terminus legis, & initium Euangelij. Ro. 10. Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. illud (finis) non solam finalem causam, propter quam res est, significat, sed etiã terminum, & complementum, quoniam Christus utrumque habuit. ipse enim scopus est, & finis, propter quem lex illa instituta est, & quem lex significabat, & in quem omnia illa, quæ in lege erant, tendebant. Galat. 3. Lex pædagogus noster fuit in Christo, idem etiam fuit terminus legis, propterea subiunxit Paulus: Vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus tribus modis legem impleuit.

Tribus ergo modis Christus legem impleuit. Primo quidem quia præceptis illius vltro obtemperauit. circuncisus enim est, & festa legis, ceterosq; ritus diligenter obseruauit. Altero modo, quia quę in lege prædicta erant, ac significata de illo, re ipsa præstitit, horũ duorum meminit August. lib. 17. contra Faust. cap. 6. Tertio uero modo, quoniam sacrificijs illis, ac cæremonijs antiquis finem imposuit, propter hoc ergo in Galilæa, & confinio homo factus est.

Galilæa quasi trãsmigratio dicta, trãslationẽ Ecclesiæ a Iudæis ad Gentes denotat.

Secundo nomen hoc Galilæa, potest trahi à uerbo גלל quod idem significat, quod apud Latinos transmigrare, inde Galilæa, quasi transmigratio, quam etymologiam secutus est Gregor. hom. 21. in Euang. iuxta quam significationem aliud mysterium indicatur, fit enim homo in Galilæa, id est, transmigratione, vt significet religionem, ac fidem abiectis maxima ex parte Iudæis, populoq; illo repudiato migraturam in gentes, quod ipse Christus Matth. 21. comminatus est Iudæis. Auferetur, inquit, à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, & Rom. 11. Nolo vos ignorare mysterium, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, ut plenitudo gentium intraret. Quod Hieremias cap. 14. prædixit, de Christo enim loquens ait: Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi vir declinans ad manendum. ibi Hieronym. exponit, cur dictus sit, vir declinans, quia translaturus inquit, erat religionem ad gentes, quam migrationem Apostoli fecerunt Act. 13 dicentes: Quia repellitis illud, & indignos uos facitis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. In huius ergo rei significationem carnẽ sumit in Galilęa.

Galilæa quasi reuolutio Latine, q̃ Christus mirabiles reuolutiones ad nẽtuſuo effectu patrauit.

Tertio hoc idẽ nomẽ deriuari etiam potest à uerbo גלגל quod idem significat, quod Latine uoluere, seu portare unde גלגל id est rota, & Galilæus, quasi rotatus, seu reuoluens, & Galilæa, quasi reuolutio. Hanc etymologiam secutus est Gregor. Nyssen. orat. 2. de Resurrectione, ex qua deriuatione, & significatione sumimus causam aliam, cur Christus homo factus est in Galilea, & Galilæus esse, & dici uoluerit, multiplicem enim, & admirabilẽ reuolutionem & ut ita dicam rotationem suo aduentu effecturus erat in mundo. Prima fuit, qua populum Iudæorum, qui erat prius populus, & dilectus Dei, factus est vitio suo non populus, & non dilectus, contra uero gentiles qui erant non populus & non dilecti, effecti sunt Dei misericordia populus dilectissimus. mirabilis rota hæc est, ille erectus deprimitur, hic depressus erigitur. Hanc reuolutionẽ prædixit Oseas cap. 1. Voca, inquit, nomen eius. Non populus meus, quia uos non populus meus, & ego non ero vester Deus. & cap. 2. Dicam nõ populo meo, populus meus es tu. quem locum interpretans, & citans Paulus Rom. 9. Vocabo, inquit, non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam, & nõ misericordiam consecutam, misericordiam consecutam, & erit in loco, vbi dictum est, Non plebs mea uos. Postremo autem mundi tempore, postquam intrauit plenitudo gentium, tum populus Iudæorum depressus, iterum erigetur, & accedet Ecclesiæ Christi, vt habetur Rom. 11. mira ergo reuolutio hæc est, meritoq; in Galilæa homo fit, Galilæusque dictus est. Altera reuolutio est, qua totam gentium religionem falsam euertit, & idola omnia, ac eorum cultum deiecit, penitusque deleuit, ac ueram fidẽ, religionem, & cultum erexit, & confirmauit. De qua 1. Thessal. 1. dictum est. Quomodo conuersi estis ad Deum à simulachris seruire Deo viuo, & vero. Hac ratione utitur Gregor. Nyssen. loco citato ad ostendendum, quare Christus in Galilæa conceptus, & educatus est, prædicauit, ac discipulos congregauit. Ad quam forsan etymologiam, & rationem Angelus allusit, quando Christo ascendente in Cęlum Act 1. Discipulis admirantibus dixit: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in Cęlum? quasi diceret, ò viri, qui debetis mundum reuoluere, & per quos gentes à falsis dijs, ad uerum Deum, sunt cõuertendæ, quid hic statis? non enim hęc est uestra mansio. Tertia reuolutio est, quæ etiam nũc fit, & fiet usq; ad finem sæculi, qua corda hominum reuoluit, & conuertit mira, & diuina conuersione, & ex lupis agnos mansuetos, & ex leonibus oues facit, ac terrenis cupiditatibus obstrictos, sensibusque deditos, & uoluptatibus

tibus sæculi immersos extrahit, & commutat in homines spirituales, purissimos, & sanctissimos, & contrarijs vitijs depulsis in mores Angelicos euehit. Ephes. 5. Eratis tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et Col. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Postrema reuolutio est inimicorum. victorem enim dæmonem, qui de homine triumphabat, vicit, & superauit. & qui in ligno vincebat, in ligno victus est, & vincitur, carnem, & mundum, & mortem, quorum imperio subdebamur, redegit in nostram seruitutem. victores subegit, ac superauit, & victis victoriam dedit. Rom. 5. Sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam per Christum. & 1. Cor. 15. Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum. Propter has igitur quattuor insignes reuolutiones significandas merito in Galilæa, id est in reuolutionis, & cõuersionis prouincia homo fieri elegit.

Cui nomen Nazareth.

COMMENTARIA.

Nomen ciuitatis indicat. digna enim nominis claritate erat ciuitas, in qua tantum mysterium celebratum est, & in qua mater futura Dei commorabatur & à qua nomenclaturam Christus accepit. Dictus enim est Nazarenus à patria, vt habetur Matth. 2. eamque in cruce signari voluit. Ioan. 19. Erat autem scriptum, Iesus Nazarenus rex Iudęorum. Est autem Nazareth ciuitas parua in Galilæa inferiori in monte fundata, & prope montem Thabor sita.

ANNOTATIO L.

Christus qua ratione Nazarẽus dictus sit.

Hieronymus Isa. 11. tractans qua ratione Christus sit dictus Nazarenus, refert duas huius nominis etymologias. Vna est, quam ipse probat nempe, vt scribatur cum ז zain, & tunc deriuatur à uerbo נזר nazar, quod idem significat, ac latine separo, sanctifico, consecro. Nazarenus ergo idẽ est, quod latine separatus, sanctificatus, consecratus, quod nomen Christo Domino optime conuenit. ipse enim fuit separatus ab hominibus, quia hi omnes peccatores sunt, ipse uero solus sine peccato est vere sanctificatus, & consecratus, qui diuinitatẽ ipsam habuit vnitam suæ humanitati, de quo Paulus Hebr. 7. sic dicit: Talis decebat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus. Iuxta hanc etymologiam clare liquet optimo consilio elegisse ciuitatem Nazareth, à qua dictus est Nazarenus, ut ex nominis significatione, qualis esset, qui in ea conceptus est, significaretur. Et hanc causam, cur in Nazareth concipi voluerit, sumptam ab hac significatione, & etymologiam adfert Euseb. libr. 7. demonstr. Euang. cap. 5. iuxta hanc etiam etymologiam in veteri lege quidam se vel ad tempus, vel perpetuo Deo dedicabant, & se à communi viuendi modo separabant iuxta præscripta Num. 6. & dicebantur Nazaræi, quasi separati ab alijs, & Deo consecrati, de quorum numero fuit Sampson Iudi. 13. qui fuit Christi figura. Hac eadem significatione vsus Gregor. Nazianzenus orat. de funere patris sui, appellat religiosos Nazaræos, quia modo quodam peculiari se dedicant Deo, & à communi vita ceterorũ Christianorũ segregantur.

Alia Hebraorum etymologia, qua contemnẽda nõ est.

Altera etymologia est, quam Hieronymus dicit esse sapiẽtum Hebræorum, qui asserunt nomen hoc Nazareni scribendum esse cum littera צ tsade, cui apud Hispanos respondet c, cum puncto inferiori, quam ipsi appellant, cerilla, tunc autem deriuatur à uerbo נצר quod idem significat, quod latine custodio, præseruo, obseruo, seu à nomine נצר quod significat florem. Hæc etymologia nõ placet Hieronymo, quia literæ tsade non respondet latine litera z, zain, sed s, at Nazarenus scribitur cum zain. At profectò etymologia hæc non videtur spernenda, nec tam facili argumento repellenda, quæ efficacioribus argumentis nititur. Primo quidem in titulo crucis vero, qui Romæ asseruatur maxima veneratione, habetur scriptum

Universidad de Deusto
Biblioteca

est Christum tunc appellatum sic esse. Nec est alicuius momenti quorundam recentiorum euasio, illum nempe titulum scriptum esse à Romanis militibus, qui ignari idiomatis Hebræi sic scripserunt. hæc inquam euasio est valde incõsiderate prolata, tũ quia titulus ille maxima diligentia fuit confectus, quod vel ex eo liquet quod tribus idiomatis fuit conscriptus, Hebraice, Græce, & Latine. tum quia non casu, aut hominum consilio id factum est, sed diuina plane prouidentia, neque sine mysterio, ut omnes Doctores sacri fatentur. nec est facile admittendum errorem tanti momẽti fuisse permissum à Deo in re tanta. tum ẽt quod est valde notandum, quia si ignorantia militum aliquid in hoc peccasset, potius quod scribẽdum erat cum tsade scripsissent illi cum littera notiori qualis est Zain, non autem cum tsade, quæ est Latinis plane ignota, quippe qui nullam habent literam ipsi correspondentem, habent autem, quæ respõdet Zain. porro ignari solent scribere literis sibi notis, non aũt literis ignotis, cum igitur scripserint cum tsade, quæ est propria Hebræis, non aũt Latinis, nec Græcis, profectò arguimẽto est illos scripsisse, ut Hebraice scribendum erat. Demũ, quia nomen illud notissimum, & vulgatissimum tũc temporis apud omnes. Christus enim Nazarenus omnibus tũc notus dicebatur Nazareus, non ergo in eo erraruntur. Secundo hæc etymologia confirmatur, quia nomen Nazareus cum zain, quo appellabantur illi q secundum legem erant Nazarei, semp Græce scriptum est cum Alpha, at Christus Nazareus, seu Nazarenus cum omega, ut conflat Ioan. 18. & Luc. 18. quod ea rõne credimus factum, quia cũ Græci non haberent literam tsade, & loco eius vtendum esset litera zain, ne quis existimaret Christum dictum Nazarẽũ, sicut illos, qui secundum legem erãt Nazarei, Euangelistę dixerunt litera proxima, & Christum appellarunt, Nazarenum, seu Nazareum, præter Marcum, qui Romæ scribẽs propter Latinos vsus est litteta Alpha. nunquam tamen inuenimus illos, qui secundum legem erant Nazareni, dictos fuisse Nazareos, cum omega. Adde Epiphanium hęres. 29. affirmantem Christum dictum Nazoreũ, & Christianos Nazoreos, non autẽ Nazarenos, sicut illos legis. Tertio comprobatur hoc idem ex Euãgelio, quod Matthæo adscribitur Hebraicè scriptũ ca. 2. Scriptum enim est nomen hoc tsade, Venit, inquit, in ciuitatem Nazareth, ut impleretur, quod scriptum est per Prophetas, qui Nazareus uocabitur. Nec argumentum Hieronymi multum roboris habet. nam incumbit illi probare literam tsade non habere latine respondentem zita, hoc enim negamus, immo maxime respõdet, quia tsade fortiorem habet pronũtiationem, quam litteras, simplex, & est maxime uicinus sonus eius sono literæ zain, seu zitæ, quãuis i principio dictionis aliquãdo Latini, & Græci loco illius vtantur, Sigma. vt in nomine Sion. Non est igitur spernenda etymologia hæc, secundum quam apparẽt diuina mysteria, cur in Nazaret si carnẽ sumpserit, & ab ea appellationẽ sumere dignatus sit. Primo quidem, si a uerbo נצר deriuetur, tunc idem est, ac ciuitas custodiæ, quo quidem significabatur ex ea proditurus uerus custos Christus, talis enim appellatus est Iob 7. Quid faciã tibi, ò custos hominum, qui homines seruauit, præseruat, & conseruat à dæmonis potestate, à peccatis, & à morte, ne pereant. Hic est bonus ille Pastor, q suas oues sic custodit, vt dicere uere possit Ioan. 10. Ego cognosco oues meas, & sequuntur me, & vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & nemo rapiet eas de manu mea: Hic est ille uineæ, & Ecclesiæ fidelissimus custos, qui animam propriam posuit, ut illam custodiret, ut vere diceret Cant. 1. Posuerunt me custodem in uineis: vineam meã nõ custodiui, quia propriæ animæ, seu uitæ non pepercit, ut nos saluaret. Secundo si deriuetur à nomine נצר quod significat florem, tunc Nazareth erit quasi ciuitas floris, seu florida, quia in ea conceptus est flos ille, de quo Cantic. secundo dictum est, Ego flos campi, verus, & perfectus flos, præcurrens fructum uenturum, sic Christus flos iustitiæ, sanctificationis, & gloriæ fructum prænuntiauit, & effecit. Roman. 6. Habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uerò uitam æternam. Quadrat

drat autem similitudo floris, nam flos, vt fructum adferat, ipse destruitur, & quandiu integer manet, fructus nõ apparet, sic Christus Dominus morte sua fructum animarum nostrarum sanctificationis attulit non allaturus, nisi moreretur, Ioã. 12. Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longæuũ. Ioan. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, nullum fructum adfert, si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Et rursus: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Tertio, est etiam aliud mysterium, nam nomen hoc etiam significat idem, quod germen, seu surculus, ciuitas ergo surculis, & germinis est Nazareth, in qua productum est illud mirabile germen, de quo dicitur Hierem. 23. Suscitabo Dauid germen iustum, seu germen iustitiæ in terra peccatorum, & transgressorum, ubi nulla erat iustitia, quæ hominem iustum efficeret coram Deo, producitur Christus, qui factus est nobis iustitia, & sanctificatio, 1. Corinth. 1. Hæc omnia, & plura mysteria significata credimus hac electione diuina, secundum quã in Nazareth homo factus est Filius Dei.

ANNOTATIO LI.

Immerito Iudæi verum Christũ non admittũt, qm Galilæus, et Nazareni fuit.

ADnotãdum etiam est, vnum ex ijs, quę Iudæos maxime remouerunt à credendo in Christum, & quo suę incredulitatis excusationem prætexebãt, illud fuisse quod Christum Galilæum, & Nazareum existimarunt, cum tamẽ per Prophetas scirent futurum de Bethlehem, quæ erat in Iuda. cũ enim Herodes, vt refertur Mat. 2. in aduentu Magorũ nosse uellet, ubi Christus nasceretur, sapiẽtes Iudæorũ respõderũt in Bethlehẽ nasciturũ, sic enim scriptum esse per Prophetã Michæã c. 5. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet Dux. Hac ratione, seu excusatione moti Christum repellebant tanquam Nazarenum & Galilæum. Legimus enim Ioan. 1. Nathanaelem audientem à Philippo: Quem scripsit Moyses in lege & Prophetæ inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth, admiratum esse, & obsciesse patriam, A Nazareth inquit, potest aliquid boni esse? quod uerbum, non affirmantis, ut Augustinus existimauit, sed opponentis est, vt interpretatus est Cyrillus, & ibi nos explicauimus. Præterea Ioan. 7. dissensione facta inter maiores Iudæorum, quibusdam dicentibus, hic est Christus, quibusdam negantibus, oppositio ea facta est, Numquid a Galilæa uenit Christus? Nonne Scriptura dicit, quia de semine Dauid, & de Bethlehem castello, ubi erat Dauid, uenit Christus. Præterea, ut ibidem refertur, Nicodemo partes Christi agenti Pharisæi obiecerunt dicentes: Numquid tu Galilæus es, scrutare Scripturas, & uide quia Galilæa Propheta non surgit.

Hinc Iudæorum excusationi, & oppositioni respõdendum esse existimo quibusdam assertionibus sequentibus. Prima est, Christus, & de Bethlehem fuit simul & de Nazareth, neque vnum alteri repugnat. In hoc quidem errarunt Iudæi, quia erat Nazareus, inferentes non esse Bethlehemitam, cum vtrumque sit complexus; conceptus quidem in Nazareth, & educatus, tamen natus in Bethlehem, ut constat ex historia Euangelica.

Christus & de Bethlehem & de Nazareth fuit, & vtriusq; à prophetis prædictus.

Secunda assertio. Vtrumque prædictum fuit per Prophetas, & Nazareum futurum, & Bethlehemitam. De posteriori apertum est testimonium Michææ, cuius paulo ante meminimus, & refert Matthæus c. 2. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet Dux. De priori vero certum est ex Euangelio per Phrophetas illud esse prædictum. Nam Matthæus inquit, Venit in ciuitatem Nazareth, ut impleretur, quod dictum est, per Prophetas, quoniam Nazareus uocabitur, at apud quem Prophetam reperiatur hoc testimonium, certant sacri Doctores. Chrys. hom. 9. in Matth. affirmat multa monimenta Prophetarum esse deperdita, nec eorum integra haberi à nobis uolumina, in illisq; hoc testimonium contineri. Auctor imperfecti homil. 2. asserit allegari à Matthæo Prophetas alios, non hos, quos nunc habemus, illorum autem scripta non extare. Secundum hos Doctores in libris, quos nunc habemus, testimonium

Universidad de Deusto
Biblioteca

monium hoc non commetur. Hæc tamen solutio parum satisfacit, non enim eorum assertio firmo nititur fundamento nempe probandum erat, quod supponunt. At Hieronymus Matth. 2. recurrit ad significationē nominis, nam Nazareus significat Sanctum, si scribatur cum zain, vt ipse Hieronymus scribendum censuit, Sanctum autem futurum Christum multi Prophetæ prænuntiarunt. Hæc tamen responsio non videtur accommodari posse Euangelio, nā Matthæus dicit prædictum esse per prophetas Christum Nazareum vocandū esse quia de patria Nazareth, non autem quia Sanctus futurus erat. nam Sanctus dici poterat, etiam si non esset de Nazareth, at Christus vocatus Nazareus à patria immo Matthæus id adnotasse videtur, vt occurreret obiectioni Iudæorum Christum non recipientiū, quia Nazareus erat, quibus Euangelista opponit id etiam per Prophetas prænuntiatum fuisse. Quidam recentiores scribentes nomen cum zain affirmāt testimonium hoc haberi Iudic. 13. vbi de Samsone in figura dicitur, Erit Nazareus Dei ab infantia sua. Simile etiā Gen. 49. dicitur de Ioseph qui fuit etiā figura Christi. Fiant, inquit, in capite Ioseph, & in vertice Nazarei inter fratres suos. At quia Christus non dictus est Nazareus, ut illi qui secundum legē erant, sed Nazareus à patria, & cum littera tsade scribitur, vt dixi supra, aliter existimo respondendum, Euangelistam videlicet allegasse illud Isa. 11. secundum litteram Hebraicam, ubi enim nos legimus, flos de radice eius ascendent, in hebræo est נצר seu נצר quod sapientes hebræorum, & Hiero. ibi, & Matth. 2. refert, nomē esse appellatiuum affirmant, quasi dictum esset, & Nazareus de radice eius ascendet, & connectitur cum præcedenti, Egredietur virga de radice Iesse, qui fuit pater Dauid, & Bethlehemita, de hac autem radice ascendet Christus, qui Nazareus erit. Hieronymo non placet hæc etymologia, quia scriptum putat Nazareth cū zain: at vt supra diximus, multo probabilius est, scriptum esse cum tsade. Vulgata autem significationem interpretās uertit flos ascendet, quia nomen נצר significat florem, si tamen ibi sit nomē appellatiuum, vt esse potest, tunc est testimonium expressum, quod à Matthæo citatur, nec est inconueniens quod vtitur numero plurali, per Prophetas scriptum est, nam apud Hebræos sæpe pluralis numerus pro singulari, & è contrario usurpatur firma ergo manet assertio, per Prophetas, prædictū fuisse Christum futurum, & de Bethlehem, & de Nazareth.

Tertia assertio, Iudæi non potuerūt sui erroris, ignorantiæve excusationē vllam prætexere, nec grauissima culpa vacarunt, quod Christum, ut Nazarenum, & Galilæum repulerunt. Hęc assertio multis probatur rationibus. Primo quidem Scripturas non obseruarunt diligenter, in quibus prænunciatum erat Christum fuisse Nazarenum, nec aduerterunt verba Michææ, vt enim rectè adnotat Chrysostomus hom. 7. in Matth. Michęas dixit. Ex Bethlehem egressurum Ducem Christum non autem dixit ibi permansurum, aut commoraturum, ac vere egressus est, quia ibi natus est, & in Aegyptum profectus, & in Nazareth reuersus. Secundo eius Natiuitas in Bethlehem fuit manifestata aduentu Magorum, quando uenerunt in Hierusalem, publice annunciātes Christi natiuitatem, & proficiscentes in Bethlehem inuenerunt Christum, quis excusare poterit Iudæos, qui tunc nullam diligentiam fecerunt, nec miserunt Bethlehem ad ueritatem indagandā. Tertio, historia pastorum, quibus Angelus apparuit, & qui festinantes venerūt Bethlehem, & inuenerunt Christū ignorari nō potuit; si solliciti fuissent Iudęi, vt par erat, habuerunt, vnde nosse potuissent, natū in Bethlehē. Quarto facinus illud Herodis horrendū, cōtra infantes, mūdo manifestauit Christum in Bethlehem natum, & inde discessisse, cum non fuerit inuentus ab Herode. Scire enim poterat in Scriptura Herodem nō potuisse tūc occidere Christū, nec impedire, quæ prædicta erāt a Deo p Prophetas. Quinto quādo tot, ac tāta miracula Christi viderunt, & doctrinā eius audierunt, cur non diligenter inuestigarunt eius natiuitatem, cum Virgo Beatissima adesset, cum testimonia habere poterāt, modo

modo enim quando inquisitio aliqua fit ad dignoscendam hominis alicuius prosapiam, occultissima, & difficillima scitu, clarescunt & in lucem prodeunt, potuerunt ergo, & debuerunt tanti hominis, quantus Christus etiam illis videbatur, inuestigare natiuitatē, & educationem, & omnia minutissima, si sic vtique fecissent, inuenissent & Bethlehemitam fuisse, & nō tantum Galilæū. Sexto opera, ac miracula Christi fuerūt talia, ac tanta, vt quamuis ignorassent in Bethlehem natum, debuissent potius interpretari Scripturam, & existimare dictum Christum futurum de Bethlehem, quia oriundus erat secundum carnem de Bethlehem. nam notum omnibus erat Beatam Virginem, & beatum Ioseph esse de familia Dauid, & a Bethlehem oriundos esse. nam in descriptione illa a Cæsare indicta vterque in Bethlehem profectus est, quia oriundi erant ab illa, non igitur excusationem iustam suæ incredulitatis, nec causam æquam repellendi Christum, quia Nazareus erat, habuerunt.

Ad Virginem.

COMMENTARIA.

DEscribit Euangelista personā, ad quam Angelus missus est, Virgo erat mente, & corpore; talē enim matrem decebat Christū habere, vt nouus homo, nouo modo conciperetur, & nasceretur; & purissimus corpore, & anima, de purissima ex omni parte Virgine procederet. Cetera in annotatione perlege.

ANNOTATIO LII.

Quatuor assignantur rationes ob quas potuit Deus non nouam carnem quā fecit accepit.

VErbum hoc (ad Virginem) multa & magna continet mysteria, è quibus nonnulla considerabimus. Primo quidem, quare Deus volens fieri homo non sibi creauit de nihilo carnem, sed de ea, quæ facta erat, assumpsit. Secundo, quando sic voluit carnem assumere non nouam sibi creando, quare de muliere eam accepit. Tertio, quare de Virgine. Quantum igitur ad primum attinet, *assumere potuisset quidem Deus Filius sicut animam de nihilo creauit, etiam de nihilo corpus creare, & sibi vnire, homoque fieri, aut saltem carnem seu corpus de terra formare, sicut fecit corpus Adæ, assumere nolut tamen, sed de carne humana carnem accepit.* Huius mysterij aliquot rationes, & causas inuestigabimus. *nihilo creare, sed iā creatam.*

Prima est Tertul. lib. de carne Christi, quia id in Christi gloriam cedebat, venerat enim vt in carne euacuaret hominum peccata; gloriosum igitur illi erat id in ea carne petagere, in qua erat peccatum. nempe magnum est in carne noua non peccatrice peccatum destruere, et maius fuit in carne eadem, quæ infirmabatur peccato, peccatum delere, non quòd ipse peccauerit, aut peccatum acceperit, sed quòd de carne, in qua erat peccatum, carnem sumpsit, qua destruxit peccatum. Hanc huius mysterij causam etiam Chrysost. serm. 13. in epist. ad Rom. adfert, & insinuatur a Paulo Rom. 8. Deus inquit mittēs Filium suū in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleret in nobis, qui non secundū carnem ambulamus.

Secunda causa est, vt perfectius, multoque clarius diuina iustitia appareret. Obseruandum est enim Deum humanam carnem assumpsisse, non tantum vt hominem a peccato liberaret, & in salutis statum reuocaret, id enim facere potuit etiam carne non assumpta. Nec etiam tantum, vt pretium redemptionis nostræ redderet Patri, nam id potuit etiam facere sumpta natura Angelica, in qua mereretur nostram liberationē, & offerret Patri merita sua pro nobis, ac spirituali sacrificio nos redimeret. Nec etiam, vt in eadem natura fieret satisfactio, in qua facta erat iniuria, id enim fieri poterat sumpta carne de nouo creata, aut de terra formata, quæ procul dubio fuisset eiusdem substantiæ. Non hæc inquam solum intendit Deus, cum homo fieri decreuit, sed etiā vnum aliud quidpiam vltra prędicta, nimirum vt in illa ipsa peccatrice carne, in qua facta fuerat iniuria, fieret satisfactio, & homo qui debitor erat, solueret; hanc n. Dei Filius purificans ab omni la-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nilabe sibi assumpsit, & sic in natura, in qua erat debitum, fit solutio, quod perfectiorem iustitiæ rationem complectitur, hanc causam tradit Iren. lib. 3. cap. 21. & latius lib. 5. cap. 21.

Tertia causa ut ostenderet Deus se esse eundem Deum, qui nostram naturam creauerat. si enim aliam carnẽ, seu aliũde eam sibi assumeret, non defuissent, qui cogitarent alium fuisse auctorẽ carnis huius peccatricis, & alium, qui in alia carne reparauit, quãdoquidem etiã si eandem carnem sumpserit, fuerunt impij Marcionitæ, qui alium creatorẽ, alium redemptorem finxerunt, contra quos efficax militat argumẽtum, quod de ea carne, quæ creata erat, caro sumpta est, in qua illa est reparata, sic enim ostenditur vnus, & idem creator, & redemptor hominum qui plasma, quod creauerat, & se peccati macula infecerat, restituit, & sanctificauit. Hæc ratio est Iren. lib. 5. c. 59. quo eodem facto cõuincũtur Manichæi, qui naturam ex se malam esse affirmarunt, & à malo principio conditam, ac si natura ex se mala esset, malitia ab ea separati non potuisset, Christus uero de eadẽ massa carnẽ sibi purificatã accepit, igitur malitia separabilis est à carne nostra, hãc rationẽ attulit Chrysost. ser. 13. ad Rom.

Quarta causa est, vt illa natura, quæ ceciderat, in Christo exaltaretur, & qui eò mali deuenerat, ut esset filius iræ, & perditionis, & seruus peccati, in tantam eueheretur dignitatem, ut in Christo vniretur diuinitati, & esset homo, qui simul esset Filius consubstantialis æterno patri. His igitur de causis congruum admodum uidetur Filium Dei hominẽ fieri uolentem carnem accipere de eadẽ carne, quam uenerat reparare.

ANNOTATIO LIII.

Quatuor de causis eõueniens fuit, non aliter quã de muliere Deũ car-

QVod spectat ad secundum, quare de muliere carnem hanc accepit, aduerte potuisse Dei Filium de carne peccatrice carnem sibi etiam assumere, & non de muliere, sed de uiro eam sibi formando, sicut de Adæ costa corpus Euæ construxit, & illa sic assumpta effecisset omnia, quæ in præcedenti annotatione dicta sunt, at non de uiro eam nem uoluit assumere, sed de fœmina, ut esset. Hoc enim congruentissimis causis est. effectum est, quarum nonnullas propopemus.

Prima est, ut ab ea initium reparationis fieret, à qua ruina sumpsit exordiũ. Orsus est enim Dæmon hominem destruere, ac perdere à fœmina, incipit etiam Filius Dei à fœmina hominem reparare, ut sicut Eua initium fuit mortis, ita altera felix Eua exordiũ fieret uitæ, quod comminatus est Deus tunc ipsi serpenti dicens Gen. 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem, inter semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum. Hæc causa simul cum testimonio scripturæ allegato est Iren. lib. 3. cap. 21. & August. in qq. ex uete. testam. cap. 8. Quomodo, inquit, peccatum factum est, sic emendatum est: per mulierem sublatum est, regnum per lignum iustum amissum est, per lignum quæsitum est.

Secunda causa, ut sic sexus vterque honoraretur: erat enim per peccatum multum abiectus, & depressus. sexus quidem uirilis clarificatus est eo, quod carnem uirilem assumpsit, clarificanda ergo erat fœmina, ut ex ea caro acciperetur, Hæc causa est Aug. lib. de fide, & symb. cap. 4.

Tertia causa, ut eo facto significaret se esse fœminæ plasmatorem: nouerat enim Dei filius impios hæreticos dicturos fœminam non esse Dei, sed Satanæ opus, quales extiterunt Seueriani, & Andronici, ut refert Epiph. hæresi 45. itẽ impios quosdam alios affirmaturos aliquando solos uiros fuisse redemptos, non autem fœminas, qui omnes hoc facto confunduntur, & conumcuntur; quòd caro, in qua sumus redempti, de fœmina sumpta est, igitur fœmina opus Dei est, nec is sexus à redemptione repulsus est, qui carnem exhibuit, in qua redemptio perficeretur.

Quarta causa est, ut sic Dei Filius significaret, qualis ad nos accedebat, veniebat enim non ut iudex, sed ut Saluator, non ad damnãdum, sed ad copatiẽdum, & ad miserẽdum, idcirco carnem de fœmina accepit. Sexus enim femineus est multũ procliuis ad compatiendũ & subueniendum, & miserendum, tali

tali enim epitheto scriptura hunc sexũ exornat. Threno. 4. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos. Basil. in homil. in aliquot scripturæ locos, affirmat Deum teneritudinem quandã mulieribus dedisse propter filiorũ educationem, ob eamque causam fuisse a Deo hunc sexum dulciorem, & humaniorem creatum. merito ergo de fœmina carnem assumpsit, qui misereri veniebat, quique ad filios sibi faciendos, & educandos descendebat, vt affectum suum erga eos eo facto indicaret. De quo affectu Matth. 24. ipsemet pronuntiauit: Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina cõgregat pullos suos sub alis, & noluisti. est enim gallina fer uentissima, & affectuosissima erga pullos suos. & Hebr. 4. Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. His igitur de causis congruũ maxime videbatur, vt carnem de fœmina Christus Dominus assumeret.

ANNOTATIO LIIII.

Quinq; de causis fuit cõueniẽs vt & Virgine carnem sumeret.

QVod ad tertium attinet, nimirum, quare de virgine caro sumpta est? non est dubitandum illam potuisse de corrupta, seu de non virgine sumi, etiã per modum conceptionis, & natiuitatis, sicut de virgine sumpta est, vt inferius dicemus; at id noluit Deus sed purissimam Virginem elegit, vt in ea, & ex ea homo fieret, idque non sine congruentissimis rationibus.

Prima quidem, vt medicinæ ordo responderet morbi progressui. Inceepit enim peccatum a muliere virgine, quia nondum Eua cognita erat, quando peccauit, & peccato suo traxit ad se Adam, in quo tota est natura humana infecta, debuit ergo salus a muliere virgine incipere. Hanc causam adferunt Iustin. in dialog. cum Trypho. & Irene. li. 3. c. 33. & Tertul. lib. de carne Christi.

Secunda, cum Christus esset secũdus Adam reparaturus quod primus perdidit, debuit quandam cum eo similitudinis proportionem habere: primus autem de terra virgine nondum hominũ manibus tractata seu culta fuit formatus: secundus ergo de intacta virgine sibi etiam carnem formatam induit. Hanc causam proferunt Iren. lib. 3. cap. 31. Ambros. sermo. 37. & Augustin. sermo. 5. de natiuit. Domini.

Tertia causa est propter significationem, Deus enim factus homo est, vt hominem ad integritatem quandam, & spiritualem virginitatem reuocaret, iuxta illud 2. Cor. 11. Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo, ea propter de Virgine purissima carnẽ sibi formauit. hanc causam adducit Gregor. Nyss. orat. de Natiu. Dom. Decebat, inquit, eum, qui propter integritatem, & incorruptibilitatem vniuersitatis in humana carne versatus est, initium facere ab ea, quæ natiuitati eius inseruiret integritate, & incorruptibilitate.

Quarta causa, quia fine opera virili concipiendus erat, vt paulo inferius dicemus, debuit ergo Virginem intactam eligere, ne eius conceptio vlla via posset tribui copulæ præcedenti.

Quinta est, vt quantum sibi virginitas, & castitas placeret, indicaret, hæc est August. serm. 7. de natiu. Dom. Diligamus, inquit, castitatem, quia vt hanc sibi placere Deus indicaret, pudicitiam veteri virginalis elegit. Plura de hac virginitate in sequentibus dicturi sumus. Iam verò inquirendum erat, quare per modum conceptionis, & natiuitatis de Virgine caro sumpta est; præterea qualis, & quanta fuerit hæc virginitas: hæc tamen & alia suis in locis explicanda reseruamus, cum de verbis Angeli, & responsione Beatissimæ Virginis scribendi occasio dabitur.

Desponsatam viro.

COMMENTARIA.

VIrgo erat, sed viro despõsata. decuit enim Filium Dei matris honori consulere, & scandalũ hominũ præcauere. Si enim despõsata viro nõ esset, eius partus vitio, & peccato matris ab ijs, qui mysterium ignorabant, tribueretur. Cetera in annotationibus perlege.

ANNOTATIO LV.

Assignãctores varias proferunt causas. In primis Origen. homil. 1. in diuersos locos. & Hieron. Matth. 1. causam hanc afferũt, cur de despõsata nasci Christus voluerit, nimirũ ne Beata Virgo a Iudæis

ob quas de despon sata nascitur Christus sed voluit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæis lapidaretur, quasi quæ stuprum cõmisisse putaretur. Hæc doctrina difficile sustineri potest, nam in scriptura veteri non inuenitur tale supplicium latum contra stuprum. Nam Leuit. 21. virgo quidem stuprum committens flammis comburebatur, non tamen omnis, sed quæ sacerdotis erat filia, vt significaretur, quanta debeat in domo sacerdotis castitas esse, at Beata Virgo non erat filia sacerdotis quippe quæ non de tribu Leui, vt sacerdotes, sed de tribu Iuda erat, in quo lapsus est, vt inferius copiosius docebimus. Faustus hæreticus, vt refert August. lib. 23. contra eundem cap. 4. qui affirmans Beatam Virginem filiã fuisse Ioachim sacerdotis, consequenter asseruit eam esse de Tribu Leui, quod est falsum. Nec credibile est Hieronymum, & Origenem existimasse Beatam Virginem filiam fuisse sacerdotis, non ergo hoc Leuitici præcepto comprehendebatur. Adde hanc non lapidari, sed iussam esse comburi. Deuteronomij autem 22. nõ lapidabatur quæcunque virgo stuprum cõmittens, sed illa quæ erat desponsata, si vero desponsata non erat, non puniebatur, sed tantum vir stupratã cogebatur dare patri puellæ quinquaginta siclos argẽti, & illam ducere, nec toto vitæ tempore dimittere eam poterat. Præterea Exod. 22. habetur, si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eã, & habebit eam in vxorem. Non igitur lapidabatur, quæ stuprum perpetrabat, si desponsata non erat. Hęc igitur causa desponsationis non videtur firma. Quapropter ea dimissa, alias inuestigabimus probabiliores. Quarum quæ iam ex parte Christi, quædam ex parte Virginis; quædã vero ex parte matrimonij; quędam demum ex parte credentium sumuntur.

Prima, vt mysterium celaretur dæmonibus.

Prima ergo est ex parte Christi, qua multi Doctores vtuntur, vt dæmonibus hoc mysterium occultaretur, vt enim Basil. homil. de humana Christi generatione: & Damasc. lib. 4. de Fid. c. 15. asserunt, dæmon ex illo Isai. 7. testimonio, Ecce Virgo concipiet, nouerat Christũ de virgine nasciturum, eapropter diligentissime virgines obseruabat, vt eius aduẽtum agnosceret; vt ergo Dominus illum eluderet, & in sua astutia comprehenderet, elegit Virginem viro desponsatam, vt partum nõ virginitati, sed matrimonio dæmon adscriberet. Hęc causa assignatur ab Ignatio epist. ad Ephes. Origen. homil. 16. in Lucam, & hom. 1. in diuersos locos. Basil. loco citato, Ambros. Luc. 1. & Hieronym. Matth. 1. ob quorum Doctorum auctoritatem causa hæc declarãda est. Prima enim facie nõ videtur efficax, cum dæmon cognoscere possit virginitatem fęminæ, sicut & homo, quòd si impeditus est a Deo, potuit etiam impediri, ne cognosceret, quamuis coniugata non esset. In primis illud certum est Dominum voluisse aduentum suum celare dæmonibus, tum, vt dicit Ambros. ne impedirent mortẽ eius, qua mundum redempturus erat, 1. Cor. 2. Nemo Principum cognouit, si enim cognouissent, numquam Dominũ gloriæ crucifixissent; tum, vt inquit Bernard. hom. 2. de beata Virgine, vt eodem ordine, quo homo ceciderat, repararetur: cecidit autem sic, nam dæmon seduxit fęminam, & postea virum cadere fecit, nunc autem factum est, vt in fęmina prius seduceretur dæmon, ac postea a viro Christo caperetur, & destrueretur. Præterea certum etiam illud est, dęmonũ sui intellectus subtilitate, & acumine naturali potuisse cognoscere beatam Virginẽ post partum manifisse virginem, & incorruptam. nam si homini nota, & manifesta esse pòt fęminæ virginitas, multo magis dæmoni, Deo permittente, & volente dęmon nõ animaduertit. cernens. n. illam esse cõiugatam, cetera speculari contempsit, matrimonio omnẽ illi impediente suspicionem, credidit q; partum esse ex viro, cui sciebat fęminã desponsatam, ficque deceptus est per desponsationem, nõ quòd non posset virtute naturæ suæ dæmon agnoscere virginitatem, sed quòd inuestigare in coniugata nõ curauerit, eaq; de causa non prius cõceptio Christi annunciatur, quam Virgo esse viro desponsata. Dæmõ enim ijs, quæ rectè, & iustè fiunt, parum intendit. Causa igitur a tot, tantisque Doctoribus tradita, hac via, & modo intelligenda est. Huius rei figurã Rupertus lib. 11. de victoria Verbi Dei capit. 19. asserit præcessisse in Saule.

Saule. 1. Reg. 16. quo ignorante vnctus est Dauid in regem à Samuele.

Secũda causa ex parte Christi est Hieronymi Matth. 1. & lib. aduersus Heluidium, ut generationis ordo texeretur, & Christus de semine Dauid, sicut promissum erat, esse significaretur. non. n. erat consuetudo Iudæorum generationis ordinẽ a fœminis sumere, sed a solis viris. Si autem beata Virgo desponsata non esset, Christus habitus esset, ut ex incerto, & obscuro patre genitus, accepissentq; Iudæi apparentem occasionem negandi eum esse Messiam, quippe quem de semine Dauid esse non constaret, at putantibus eum esse ex Ioseph, ablata est occasio contradicendi; mysterio autem detecto apparuit esse de sola matre, quæ erat de semine Dauid: ut igitur Iudæis scandalum, & impedimentum tolleretur, ne Christum de semine Dauid esse negarent, idcirco de desponsata nasci voluit. Hæc ratio Hieronymi sic est explicanda.

Tertia, ut maior fides haberetur Maria.

Tertiam, quæ est ex parte B. Virginis, causam profert Ambrosius, in præsenti; nimirum ut testimonio B. Virginis maior accresceret fides, dum suam tuet virginitatem: si enim desponsata nõ esset, impij homines opponerent eam suam virginitatem defendere, ut peccatum suum occultaret, & ne ex fornicatione concepisse putaretur, at cum sit desponsata, id opponi non potest, cum absque vllo peccato, & dedecore fœmina cõiugata filios habeat. Quando igitur apud homines eius testimonium profertur, de Spiritu sancto, non de uiro concepisse, non est, vnde calumniam pati possit.

Quarta ut Virgi nis fama consuleretur.

Quarta causa ex parte Virginis est eiusdem Ambr. & Bernar. Serm. 2. super Missus est, ut ea rõne bonę opinioni, & existimationi B. Virginis apud homines cõsuleretur. homines. n. ignari mysterij, Filium peperisse uidentes, de stupro cõcepisse censerent, quam notam infamiæ matri purissimæ Filius inuti ab hominibus non est passus. quin potius, ut Ambros. hic, & lib. de instit. Virgi. cap. 6. Rectè, inquit, maluit Christus ad tẽpus putari de viro natus, quàm Virginem matrem tali vitio in hominum opinione denigrari. Non solum autem matris honori hac via consultum fuit, sed ẽt alio-

Quinta, ut custos dem, & socium Maria haberet.

rum scandalo obuiatum est. nam graue scandalum patiuntur homines, quando ab ijs, quos sanctos ac iustos ipsi putabant, scelus aliquod committi intelligunt. Vnde Origen. homil. 7. in Ezech. affirmat dæmonem maximè incumbere pertrahendis viris iustis ad aliquod malum perpetrandum, vt in eis multos homines scandalizet, & perdat. Cum igitur B. Virgo deuotissima, ac purissima haberetur, vt vere erat ex religiosis parentibus orta, in templo educata, Sanctorum hominum secundum carnem cognata, profecto si de stupro concepisse arbitrarentur, maximum scandalum in ea paterentur, præsertim cum per totannos Filius eius apud eam mansurus esset, omnia hęc impedita sunt per desponsationem.

Quinta causa etiam ex parte Beatæ Virginis est, Damas. lib 4. de fid. cap. 15. qui præter primam superius allatam, hanc etiam adiungit, vt custos esset B. Virginis: tenerę enim ętatis Beata Virgo, & honestissima multis ministerijs inseruiebat, quæ per solum uirum decenter fiunt. nam in peregrinatione in Aegyptum, & in quotidianis ministerijs, quę ad victum pertinent, uiri opera necessaria erat, datus est igitur matri Dei fidelissimus, & diligentissimus minister, potius sic appellandus, quàm custos, ut autem omnis sinistra hominum suspicio repelleretur, sponsus eius factus est.

Sexta causa etiam ex parte Beatæ Virginis est Ambros. in præsenti propter significationem. Beata enim Virgo figura erat Ecclesiæ, hæc autem virgo, & sponsa Christi est, congruum igitur erat etiam Dei matrem Virginem, & sponsam esse: Adnotat autem Ambr. in hac similitudine, & figura, sicut Beata Virgo vni fuit nupta, tamen ab altero repleta, scilicet à Spiritu sancto, sic Ecclesiam exterius nuptam esse Sacerdoti visibili, tamen à Spiritu sancto repleri, ut filios adoptionis faciat, iuxta illud 1. Corinth. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, sed neque qui rigat, neque qui plantat est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus.

Septima causa est ex parte matrimo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Septima ut sint matrimonij honoraretur.

nij, ut vterque status virginum, & coniugatorum honoraretur, & probaretur. Quidam hæretici statum virginitatis, quidam alij nuptias improbarunt, at dū virgo, & nupta eligitur in Dei matrem, vterque status approbatur, & à Deo esse conuincitur.

Octaua ut medicina morbo conformaretur.

Octauam huius desponsationis causam, quæ est ex parte matrimonij affert. Iren. lib. 3. cap. 33. vt esset quædam proportio inter morbum, & medicinam. Vna enim Virgo viro desponsata per ui rum ruinæ humanæ causa fuit, Eua uidelicet, quæ Adæ matrimonio copulata nondum tamē cognita, principium fuit peccati; congruum ergo fuit vnam virginem viro desponsatam per virum filium scilicet suum, principium fieri reparationis, vt salus à matrimonio proficisceretur, a quo etiam infirmitas prodierat.

Nona, ut ostenderetur Mariā eiusdem naturæ nobiscū esse.

Postrema causa quæ ex parte credentium, est Athanas. epist. ad Epictetum, vt ex sponso cognosceremus Beatam Virginem eiusdem substantiæ nobiscū fuisse, sicut erat etiam sponsus eius, quo efficeretur, ut corpus Christi eiusdem esse etiam nobiscum substantiæ manifestaretur, de illa sumptum esse, non enim defuerunt hæretici, qui beatam Virginem alterius substantiæ a nostra fingerent, Deumque eam fuisse dogmatizarent, ut refert Epiphan. hæres. 78. de qua re infra dicemus. His igitur de causis ualde congruum fuit Dei filio, de virgine desponsata, & matrimonio copulata carnem accipere.

ANNOTATIO. LVI.

Verum fuit matrimoniū inter Mariam, & Ioseph.

Iuliani Pelagiani error.

QValis autem hæc desponsatio sit, inquirendum est, nam in hac parte erraruntt hæretici multi, quidam autē Catholici Doctores non ut oportet, locuti videntur. In primis Iulianus Pelagianus, vt refert August. lib. 5. cōtra eūdem cap. 9. inter Beatam Virginem, & Ioseph non verum matrimonium, sed tantum hominum opinione excitisse dixit: eo autem argumēto motus est, quia non fuit copula, nec futura erat, non igitur potuit verum esse matrimonium, existimabat enim hic hæreticus copulam esse de substantia matrimonij.

Secundo loco Heluidius, ut refert Hieronymus aduersum eum, in principio. affirmauit quidem verum fuisse matrimonium, eodem tamen, quo Iulianus, argumento deceptus, in contrariam partem declinauit asserens copulam fuisse inter Beatam Virginem, & Ioseph, post natum Dominum. contra quam hæresim disputandum est paulo inferius. Cum autem hi duo hæretici in Euangelio legerent desponsatam esse Beatam Virginem uiro, & Ioseph dictam esse coniugem, simulque de substantia matrimonij copulam esse arbitrarentur, partes contrarias elegerunt, ille tamen ne copulam admitteret, maluit detorquere uerba scripturæ, & affirmare dictam esse desponsationem, quātūm ad opinionem, non autem quantum ad ueritatem. Hic uero ne detorqueret verbum Euangelij, copulam induxit, & tam hic, quàm ille ignorantiam suam prodiderunt, cum & uerum matrimonium, & simul copula nulla interceſſerit, ut modo declarabimus. *Helui. error.*

Tertio loco, Catholici quidā, & graues Doctores, ut utrunque errorem vitarent, medium quiddam inuenerunt, asseruerunt enim fuisse sponsalia, & desponsationem ueram, quæ sine copula est, negarunt tamen matrimonium, aut nuptias fuisse. Ita censuere Hilarius Matth. 1. & ibidem Theophylact. atq; Epiphanius hæres. 78. hi tamen sacri Doctores explicandi sunt, quod paulo post fiet.

Quarto loco Augustinus lib. 1. de nupti. & concupisc. c. 14. & lib. 23. contra Faust. c. 8. & lib. 2. de consen. Euang. c. 1. ac alibi sæpe uerum fuisse matrimonium censet, etiam sine ulla omnino copula, lib. autem 5. contra Iulian. c. 9. eam sententiam probat, & confirmat illo testimonio Matth. 2. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, coniux enim non diceretur, nisi uerum matrimoniū esset. Addit etiam secundum argumentum, quia si uerum matrimoniū nō fuit non erat, cur genealogia Ioseph describeretur ab Euangelistis. Id ipsum comprobatur, nam si matrimonium nō fuit, sed tantum sponsalia, non celebatur, partus diabolo, nec cōsulebatur honori Beatæ Virginis, nec obuiabatur scādalo, nec

alia procedebant, quæ diximus paulo ante, quando causas adduximus, propter quas Virgo desponsata electa est. Adiungenda etiam sunt verba Euangelij. Matth. 2. vbi Beata Virgo vxor, & Ioseph vir eius dicitur, quæ verum matrimonium indicant, & hæc est sententia vera, & legitima. Hilarius autem, & ceteri citati, non sic intelligendi sunt, vt dicere velint desponsationem solā, quæ est promissio de futuro matrimonio interfuisse inter Beatam Virginem, & Ioseph, hoc enim reijciēdum est, sed desponsationem appellarunt matrimonium de præsenti, in quo copula nō est: Solet enim nomine sponsaliorum etiā tale matrimonium appellari, non tamē propterea negandum est veras nuptias, & verum matrimonium fuisse, & in hoc loquendum, & sentiendum est cū Augustino. Falluntur autem hæretici existimantes copulam esse de substantia matrimonij; vt enim rectè dicit Augustin. lib. de bono viduit. cap. 8. non semper matrimonia celebrantur propter copulam, sed aliquando etiam propter humanitatis solatium, & mutua obsequia inter coniugatos. & lib. 1. de nupt. & concupiscen. cap. 11. matrimonia fide mutua perfici tradit. & idem August. lib. de institut. virgin. cap. 6. affirmat verū posse esse matrimonium inter eos, qui copulam carnis non intendunt, quod intellige, quando naturalis potentia non deest. Ea propter licet coniugibus ex voto communi a copula abstinere, nec tamen ob id desinunt esse cōiuges, aut separandi inter se sunt, cum præter copulam multa obsequia sint, propter quæ matrimonium & celebrare, & continuare liceat. Fuit ergo verū matrimonium inter Beatam Virginem, & Ioseph, quamuis nulla vmquam interceſſerit copula. Hac de causa Christus est dictus filius Ioseph multo verius, & perfectius, quàm per adoptionem, vt docte adnotat Augustin. lib. 1. de nupt. & concupisc. capit. 11. non quòd genuerit Christum, sed quòd verus, & legitimus vir fuerit eius, quæ genuit eum, & in hunc finem Deus instituit, & præordinauit hoc matrimoniū, vt proles talis nasceretur, & etiam si daremus prolem esse necessariam in matrimonio (copula enim non per se, sed propter prolem instituta est) huic matrimonio non defuit, cum ex vno coniugum, nempe Beatissima Virgine Spiritus sancti opera proles tanta concepta, & genita est. *Copula nō est de substantia matrimonij.*

ANNOTATIO LVII.

Cū Maria dixisset Virginitatē seruare, quorsum voluerit matrimoniū contrahere.

NOn minus grauis difficultas se offert, cum Beata Virgo non intenderit copulā, sed in sua virginitate perseuerare, quare, aut qua ratione matrimonio se coniungere voluit, quoque animo id celebrauit? Augustinus libro de sancta Virginitate cap. 4. respondet, Beatam Virginem etiam si non intendisset copulam, matrimonio tamen se copulasse, quia mores illius temporis id postulabant. quibus verbis significat Augustinus tunc matrimonium fuisse in legis præcepto. nam & lib. de bono viduit. c. 8. asserit, tunc temporis matrimonium fuisse obsequium legis, nunc vero infirmitatis remedium. Accedit auctoritas Hieronym. aduersus Heluidi. prope finem, vbi affirmat, illo tempore lege fuisse obligatas tam fœminas, quam viros ad matrimonium contrahēdum. Nec dissentit Epiphanius hæres. 78. dicens Beatam Virginem traditam fuisse Ioseph propter legem; indicatque matrimonium tunc in præcepto legis fuisse, quam doctrinam quidam Scholastici Doctores magni nominis recepe runt, confirmantes eam illo Deuteron. 7. & Exod. 23. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus. Aduersus hanc tamē doctrinam hoc maxime facit, quòd in tota veteri scriptura tale præceptum non repetitur, fuerat quidem a principio, quando pauci homines erant, illis tamen postea multiplicatis cessauit in singulis, nemo enim obligabatur contrahere in particulari, manſit tamen præceptum in communi, sicut & modo in Euangelio, necesse est matrimoniū contrahere, nemo tamen in particulari absolute obligat. Illa aūt testimonia Deuter. & Exod. allegata ad rem nullatenus faciunt, non enim sunt verba præcipientia, sed potius promittentia, ijs enim, qui legem obseruarent, inter alia bona terræ, hoc quoque promisit Deus, inter eos ne in pecoribus quidem non

Universidad de Deusto
Biblioteca

futuram sterilitatem. Inde autem non licet inferre matrimonium fuisse singulis præceptum. Contra eandem doctrinam etiam vrget multos tempore legis extitisse aut virgines, aut saltem sine vllo matrimonio, quos nemo audebit damnare, quasi legis transgressores. Hieronymus ipse lib. 1. contra Iouinian. refert virginitatem seruasse Iosue, Eliam, & Eliseum. idem dicendum est de Ioanne Baptista, & alijs, quorum meminit Ignatius Epist. ad Ephes. Iosephus etiam lib. 18. Antiquitatum, refert sectam extitisse Essenorum, qui vitam Anachoriticã agebant in deserto Iudææ virginitati vacantes. Facit etiam aduersus eam doctrinam, nam si Beata Virgo propter legis præceptum matrimonio se iunxit, debuit etiam in copulam consensum habere, ea enim ratione matrimoniũ præcipiebatur, ne esset sterilis in Israel, oportebat ergo indulgere copulæ, si ea verba præceptum continent.

Aliam viam sequuntur Damascenus lib. 4. de fid. c. 15. & Epiphan. hæres. 78. & Gregor. Nyssenus orat. de Natiuitate Christi. Hi Doctores affirmant Beatam Virginem a pueritia fuisse in templo prætextam sententiam, id quod etiam Aug. probat Serm. 14. de natiuit. Domini, traditamque fuisse Sacerdotũ curæ, ac custodiæ, qui eam adultam, & nubilẽ matrimonio copulare decreuerunt, ijs ergo Beata Virgo obsecuta est. Addit tamen Gregorius, Sacerdotes propter legis præceptum id fecisse. Iuxta doctrinam hanc respondere possumus Beatã Virginem consensisse matrimonio, vt Sacerdotibus obediret, quorum potestati, & curæ tradita erat. Quòd si interroget aliquis, qua ratione non consensit in copulam, si in matrimonium consensit, etiam si id ex obedientia acceptauerit? Respondent Doctores allegati eam traditam fuisse a Sacerdotibus Ioseph ad solam custodiam, & desponsationem sine vlla copula, sicque celebratum fuisse matrimonium sine copulæ voluntate, aut consensu ex parte Beatæ Virginis, & ex parte Ioseph. Huic doctrinæ cõsonat illud Hieronym. aduersus Heluidium in fine, dicentis Ioseph fuisse custodem, nõ maritum Beatæ Virginis. Aduersus autem hanc doctrinam illud militat, si tale matrimonium eo modo celebratum esset, aut omnibus, aut Sacerdotibus manifestum fuisset nullam inter eos copulam futuram esse, quãdo igitur Christus natus est, profecto ignorantes mysterium existimassent Ioseph infidelem, aut Beatam Virginem adulteram, neutro autem modo consulebatur honori Beatæ Virginis, nec probanda essent multa ex ijs, quæ diximus, pp quæ voluit Christus nasci de desponsata.

Probabile est reuelationem diuinam reuelationi fuisse consentaneam.

Difficile est profecto inuenire viam, per quam omnis in hac parte euacuetur difficultas, vt simul in matrimoniũ consenserit, & animum a copula alienum habuerit. Existimo tamen probabiliter dici posse, Beatã Virginem, siue a Sacerdotibus, siue a parentibus tradita matrimonio fuerit, diuina inspiratione, & reuelatione in matrimonium consensisse, certam, suam semper virginitatem a Deo conseruandam; non enim dubitandum est eam, quæ mater Dei futura erat, sicut ex priuilegio omni caruit peccato, ita in omnibus suis actionibus directam & gubernatam esse a Spiritu sancto, & maxime in ijs, quæ ad huius mysterij celebrationem spectabant, quapropter & matrimonium acceptauit, & simul copulæ nõ consensit, nec matrimonium eius purissimæ corporis, & animæ virginitati quicquam detraxit. Vnum hoc in loco inquirendũ videbatur, nempe, an voto virginitatis Beatissima Virgo se obligauerit, id tamẽ remittimus examinandum in verborũ illorum explanatione [quoniam virum non cognosco.]

Cui nomen Ioseph.

COMMENTARIA.

NOmen viri manifestatur, nõ solum vt quis fuerit sponsus beatæ Virginis, distincte cognoscatur, sed etiam vt virtus, & excellentia eius ipso nomine significetur. q̃quidem in annotatione explicatũ inuenies. Hebraismus autem est ab ijs, quæ vltimo dicta sunt, incipere; erat enim dictum ad Virginẽ desponsatã viro, ideirco a viri nomine exorditur. quamuis etiam huius rei ratio sit, vt veritatem matrimonij indicet, caput enim vxoris vir est, etiamsi enim sponsæ sanctitas absque vlla proportione maior fuerit, tamen quod ad desponsationem, & matrimoniũ spectat, vir præcedit, eaque de causa & Angelus Matth. 2. ad Ioseph loquitur, Tolle, inquit, puerum, & matrem eius.

ANNOTATIO LVIII.

Commẽdatur magnitudo beatissimi Sponsi Mariæ Virginis.

QVod attinet ad nomen Ioseph idẽ significat apud Hebræos, quod apud Latinos auctus, seu accrescens. Ad hanc significationem alludens Iacob Gen. 49. quando filio suo Ioseph benedixit, sic locutus est: Filius accrescẽs Ioseph, filius accrescens. quasi diceret; vere ò fili Ioseph auctus es, & accreuisti, sicut nomen tuum significat, nam excelluisti, & in dignitatem proiectus es tantam, vt omnium fratrum tuorum sis summus, & qui natu penultimus eras effectus, sis primus honore. Hoc idem nomen sponsus beatæ Virginis ex diuino cõsilio sortitus est, vt potiori iure de eo dicere possimus, vir accrescens Ioseph, vir accrescens. in tantam enim euectus est dignitatem, vt matris Dei, cui inter puras creaturas sanctitate, & dignitate nihil est æquale, meruerit esse verus spõsus, & vnigeniti Filij Dei pater nuncupatus. Quibus duobus priuilegijs, & titulis auctus est super oẽs Patriarchas, & Prophetas, qui ante eum fuerunt, quibus si adiungas, quòd quem Reges, & Prophetæ desiderauerunt videre, & nõ viderunt, & audire, & non audierunt, ipse eum non solum vidit, & audiuit, sed in vlnis sæpe portauit, frequenter amplexus, & exosculatus est, per plures annos cibauit, vestiuit, & paternis officijs ipsi ministrauit, iure profecto hoc nomen adeptus videbitur. Si vero virtutem animi spectes, non inferiorem, aut æqualem illi Patriarchæ filio Iacob, sed longe superiorẽ inuenies. In Ioseph enim illo castitas mirifice commendatur, qui vt refertur Genes. 39. dominæ sollicitanti ad peccandum, non solum non acquieuit, sed etiam elegit potius iram Domini sui pati, & peccatorem reputari, quàm crimen cõtra Deum committere. Vere magna castitas hæc est, at quis non admiretur supra modum nostrum Ioseph, qui per plures annos cũ Virgine pulcherrima sponsi sua ita conuersatus est, vt tamen nec vllo verbo, nec cogitatione, nec motu interiori, quæ minus cum summa puritate conuenirent, quæque solent in sanctissimis viris, vel ex aliqualeui causa subrepere, fuerit inquinatus. Talem profecto sponsum, & consortem habere decebat illã, in qua summa puritas erat. Deique Filium matri suæ si non parem, saltem nõ degenerem sponsum eligere æquũ erat. nam quibus Deus munus iniungit, pro muneris qualitate solet communicare perfectionem. Multa dici possent de viri tanti sanctitate, quæ ad conciones reseruamus. Hoc vnum adnotasse contenti, Si qui in terris deuoti sunt Matris Dei mirabiles in sanctitate progressus faciunt, quantos putabimus fecisse eũ, qui per multos annos cum ipsa viuere ac familiariter agere meruit? si quibus ad horam Christum videre aliquando licet, ij spiritus feruorem ardentissimũ concipiunt; quantam charitatis flammã existimabimus in illo fuisse, qui illum educauit, quem Filium Dei, & mundi Saluatorem non solum perfectissime credebat, sed suis obsequijs præsens venerabatur? Hæc de nomine.

ANNOTATIO LIX.

Ioseph semper permansit.

NOn sunt duo quædam silentio prætereunda. Vnum est Epiphanium hæres. 78. affirmasse, Ioseph, quando cum beata Virgine nuptias celebrauit, fuisse viduum, ex alteraque vxore filios genuisse, qui fratres Domini dicti sunt. Huius etiam sententiæ mentionem fecimus in commentarijs supra Ioannem, quæ nullo argumento probabili, aut testimonio efficaci fulcitur. Probabilius, & certius est, quod Hieronymus aduersus Heluid. & Augustinus serm. 18. de tempore, asseruerunt, Iosephum fuisse Virginem. quam quidem sententiam vel ipsius doctrina Epiphanij confirmat, ipse enim Epiphanius ibidẽ tradit passionis tempore Ioanni Euangelistæ beatam Virginem fuisse commendatam, quia ille virgo erat, decebatque vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ginem virgini commendare, quam etiã causam attulerant Hieronymus lib. 1. contra Iouinian. & Ambros. lib. de institut. virgin. cap. 7. Si ergo virgo commendata est Ioanni, propter eius virginitatem; profecto non minus decebat virgini tradi Virginem in matrimoniũ, immo magis congruum id videbatur, nam Ioanni data est in matrem, qui titulus aufert omnem suspitionem inhonestatis, at Ioseph data est in sponsam, qui titulus copulæ coniecturam admittit, maxime cum matrimonij tempore beata Virgo fuerit adolescens, non autem passionis tempore, vt igitur castitas omnino comprobaretur, virgini Virgo tradenda erat, & ita tenendum est.

Non grãdæuæ sed maturæ ætatis erat Ioseph ctũ Virgini nupsit.

Alterum quod silentio prætereundũ non est, eundem Epiphanium existimasse Ioseph proiectæ ætatis extitisse, octuagesimum enim excessisse annum, quando beatæ Virginis sponsus factus est, quæ quidem sententia pugnare videtur cum causis desponsationis superius adductis. Nec enim bonæ Virginis apud homines opinioni consulebatur, quæ ex tam prouecto sene concepisse, nequaquam facile crederetur, ex quo etiam calumnia contra Christum ab incredulis Iudæis sequebatur, opponerent enim eum de semine Dauid non fuisse, nec etiam sic partus celebratur Diabolo. Præterea ministerio, ad quod fuit electus, vt beatæ Virgini, & ipsi Christo in ijs, quæ ad corpus spectant, ministraret, tam prouecta ætas inepta erat; indigebat enim potius ipse alieno obsequio, quàm ille alteri id posset exhibere. Hoc etiam virtutis ac castitatis excellentiæ ipsius detrahit, vt enim inquit Basilius oratione 8. de temperantia & incontinentia. temperantia, quæ est in senectute, non tam temperãtia, quàm libidinis, & incontinentiæ quædam est imbecillitas. Non igitur Ioseph ita grandæuum credimus, sed eius fuisse ætatis, quæ omnem falsam suspitionem copulæ vitiosè impediret, & in qua facultas ministeria, & obsequia Filio, ac matri necessaria suppeditandi vigeret. Nec est, quod aliquis obijcere audeat, propter periculum incontinentiæ senem fuisse electum, cum id affirmare esset diuinæ gratiæ iniuriam inferre. qui enim eum elegit in tantam dignitatẽ, eam potuit illi gratiam impartiri, & vere impartitus est, vt puritatem omnimodam consequeretur. plus enim potest gratia, quàm ætas, castiorque euadet, quem gratia adiuuat etiam in viridi ætate, quàm quem ætas longa sine gratia corporis viribus extenuat, vt enim Augustin. lib. 14. de ciuit. ca. 16. recte dicit aliquando deficiente corpore animi libido non deest. contra vero dicere possumus gratia Dei iuuante, etiam corpore vigente, & animi, & corporis puritatem adesse. Nec obstat a Pictoribus Ioseph in ætate senili depingi, id enim ad repræsentandam nobis eius castitatem factum est. Quantum autem temporis Ioseph cum beata Virgine vixerit, ignotum est, scimus vsque ad duodecimum ætatis Christi annum vixisse, vt inferius dicetur, an vero plures annos superuixerit, incertum est. Ambrosius existimauit eum superstitem fuisse tempore passionis Christi, quod non videtur probabile. De hac autem re, & super Ioannem scripsimus, & illo etiam loco super Lucam repetemus.

De domo Dauid.

COMMENTARIA.

NOn tantum nomen, sed etiã prosapia, seu progenies viri describitur. Erat, inquit, de domo Dauid, id est de stirpe, & progenie Dauid. Origo Ioseph notatur, tum vt beatæ Virginis. ex qua Christus secundum carnem natus est, generatio agnoscatur, & constet impletum esse, quod prius fuerat Dauidi promissum. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam Psalm. 131. erat enim ipsa beata Virgo de eadem domo cum Ioseph, tum etiã vt eiusdem promissionis omni ex parte veritas constet. quandoquidẽ etiam ex parte eius, qui pater Christi habitus, & sponsus matris Christi electus est. Prophetia cõpletur.

ANNOTATIO LX.

Maria et Ioseph erant de Domo Dauid.

CHrysostomus hom. 2. in Matthæũ, hunc locum Lucæ interpretans, sic legit, erat de domo & familia Dauid, & non solum ad Ioseph, sed etiam ad beatam Virginem refert. Quod autem ad primum dictum spectat, fere omnia exẽplaria Latina, & Græca habẽt in hoc loco, vnum tantum, nempe (de domo Dauid) quamuis in quodã exemplari Græco vtrumque legitur. lectio tamen communis est probanda, scriptum quidem est vtrumque inferius. cap. 2. eo, inquit, quod esset de domo, & familia Dauid. hoc tamen in loco vnum tantum reperitur, quia sola cognatio, & prosapia significabatur. Quare autem inferius additum sit de familia, dicemus, cum ad illud exponendum peruenerimus. Quod ad secundum dictum Chrisostomi spectat, interpretatione opus est, si enim velit quantum ad verborum contextũ, hoc referri ad beatam Virginem, durũ est, & difficulter accommodatur, nã de solo Ioseph videtur Euangelista locutus, sicut etiam quando nomen eius narrat, dicit enim, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid. Sicut igitur nomen ad Ioseph ipsum, ita domus ad eundem refertur, maxime quia consequitur (& nomen Virginis Maria) si eam de Domo Dauid verbis exprimere intendebat, dicendum erat sic, cui nomẽ erat Ioseph, & nomen Virginis Maria, de domo Dauid; hoc modo secundum literam ad vtrumque referri poterat. Non igitur hoc est intelligendus Chrysostomus, sed aliter, nempe hoc ad beatam Virginem referri per consecutionem, nam si Ioseph de domo Dauid erat, consequebatur ẽt beatam Virginem de Domo eadem esse. qualis autem sit ista consecutio, ipse explicat Chrysostomus, nempe quia viro non licebat, nec fœminæ accipere in coniugium aliquem, nisi de eadem tribu, & cognatione. viri ergo stirpe, & prosapia expositа etiam sponsæ progenies explicatur. Hoc autem diligenter examinare differimus in proprium locum, nempe c. 3. quãdo genealogia Saluatoris ab eodem Euangelista describitur, hoc nunc adnotasse sufficiat beatã Virginem absque vllo dubio fuisse de semine & progenie Dauid. Qua autem ratione Ioseph origo describatur, cum non fuerit pater verus Christi, & quare non a beata Virgine genealogia narretur, & an consequatur, si Ioseph fuit de domo Dauid, etiam beatam Virginem de eadem Domo extitisse, in eo loco, quem diximus, inquirendum est, & ibi qui scire volet scriptum inueniet.

Et nomen erat Virginis Mariæ.

COMMENTARIA.

QVæ dicta sunt de Ioseph, occasione quadam narrantur, nempe ad beatam Virginem describendã, idcirco postquã eam desponsatam viro dictum est, nomen eius explicatur, vt historia, quæ de ipsa sequitur, accommodatius texatur, quod non ita fieret, si a principio sic scriptum esset, Missus est Angelus ad Virginem, cui nomen Maria, desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph. Quale autem, & quantum nomen Mariæ sit in annotatione lege.

ANNOTATIO LXI.

Sacrosãctum nomen Mariæ tria significat.

HVius sacratissimi nominis tres sũt etymologiæ, quarum prima hæc est, apud Hebræos מר significat amaritudinem, & ים mare, inde מרים quasi mare amaritudinis, seu amaritudo maris. Ambrosius lib. de institut. Virgin. cap. 5. admittit hanc etymologiam, negat tamen ab hac significatione sumptum esse nomen Beatæ Virginis, sed conuenire dicit Mariæ sorori Moysis, cui idem nomen erat, quod & Beatæ Virgini. Non tamen omnino reijcienda est, nam & in Beatissima Virgine aliquando cõpletum est, vt mare amaritudinis esset nempe in passione Filij sui, quando gladius pertransiuit animam eius, iuxta figuram Noemi; Ruth. 1. vbi legitur Elimelech, & Noemi Bethlehemitas famis vitandæ causa recessisse in regionẽ Moabitarum, ibique marito mortuo fœminam viduam in patriam reuersam, cumque audisset vocari se Noemi, quod nomen significat pulchram, nolite vocare me Noemi id est pulchrã, sed Marah, id est amaram, quia amaritudine repleuit me Omnipotens. Profecto incomparabiliter maior, & acerbior fuit dolor compassionis Beatissimæ Virginis, vt vere dicere posset, vocate me Mariã, id est mare amaritudinis, nec est opus

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt etymologiæ significatio semper conueniat ei, cui nomen est impositum, nam & lapis dicitur à lædēdo pede, non tamen semper lædit, satis est, si aliquando læserit. Illa autem etymologia, quam adfert Ambrosius, vt idem significet Maria, quod Deus ex genere meo, non inuenio, qua ratione trahi possit ab idiomate Hebræo, aut Græco.

Secunda etymologia nominis huius est ab idiomate Syro, simul & Hebræo, apud Syros enim ים significat mare, inde maria, quasi Domina maris. Hanc etymologiam secutus est Damascenus libro 4. de fide capit. 15. vbi affirmat nomen Mariæ idem significare, quod domina, ratione autem huius significationis vere Beatæ Virgini nomen cōuenit, vt enim recte ibi dicit Damascenus, ea Dei mater est, dominiū habet super omnes creaturas, & domina merito appellatur, nemo quippe Sanctorū dominus est, quod si interdum eos dominos appellamus, id eis potius honoris gratia quam propter dominium tribuitur. at Beatissima Virgo domina est ex dominio, nō solum inferiorum creaturarum, sed & cœlestium, hocque epitheto ab Ecclesia nuncupatur, O gloriosa domina. & Aue domina Angelorum, Aue regina cœlorum. Hanc doctrinam docte tradidit Athanas. sermo. in Euangelium Deiparæ prope finē. vbi sic inquit, Quia ipse est rex, qui natus est ex Virgine, idemq; & dominus, & Deus, ea propter & mater, quæ eum genuit, & regina, & domina, & Deipara proprie, & verè censetur, licebitq; nobis illa congruenter dicere, dum ad ipsam, & ad eum, qui ex ipsa genitus est, carnificum filium respicimus. Hæc Athana. Nec abs re dicitur domina maris, quamuis enim omnium sit domina, hominum tamen, qui in hoc mundo, velut in periculoso, & turbulēto mari, nauigant, peculiarem habet prouidentiam, & affectū, vbi continenter inuocatur eius auxilium, & perpetuis laudibus celebratur iuxta ipsius Prophetiam Luc. 1. Beatam me dicent omnes generationes.

Tertia huius nominis etymologia est à nomine Hebræo מאור ideſt luminare Gen. 1. Fecit Deus luminare maius, & luminare minus, in Hebræo hoc nomen legitur. Maria ergo idem est quasi luminare, vel illuminatrix in sancta enim Ecclesia, quæ cœlo comparatur, Christus est sol iustitiæ, luminareq; maius illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum; Sancti autem velut stellæ, qui suo exēplo, & doctrina illustrant hominum mentes; Beatissima uero Virgo luminare minus, & luna est, minor Filio, Sanctis vero longe maior, in qua virtutes omnes super omnium Sanctorum virtutes splendent, & iure illuminatrix dicitur, quæ solem vitæ nobis peperit, iuxta has tres etymologias nomen hoc accomodari potest Beatæ Virgini.

Et ingressus Angelus ad eam.

COMMENTARIA.

PRosequitur Historiam ingressus Angeli indicat eam non in plateis, aut in vijs, vt quidā recēriores Hæretici fabulantur, sed domi tunc fuisse, vt recte adnotat Eusebi. homi. de annunti. & quidem in cubiculo clausam, & in domus penetralibus solam sine comite; vt asserit Ambros. lib. 2. de Virgini. lib. 1. offic. cap. 18. immo orans inuēta est ab Angelo ingrediente, & ostium clausum penetrāte, vt dicit Bernar. hom. 3. de Beata Virgi. credendum enim est, Dēum, qui eam formauerat, & elegerat in matrē, cunctasq; illius actiones mirabili prouidētia disponebat, mentē eius in perfectissimā, & altissimā cōtemplationem excitasse tunc temporis, quādo conceptura erat Dei filium, & efficienda Dei mater; & valde consentaneū videtur rationi eā diuinū hoc mysteriū aduentus Dei tunc considerasse, nihil tamen de se tale præ profundissima sua humilitate cogitasse, aut suspicatam esse.

Angeli tribus modis manifestat hominibus quæ Deo placent eis renuntiant.

ANNOTATIO LXII.

INgressum hunc Angeli ad Beatam Virginem prænuntiatum fuisse ab Esaia, testatur Epiphanius hære 78. inquit enim Esaias cap. 8. Accessi ad Prophetissam & concepit & peperit filium. Prophetissa Beata Virgo est, accessus est Angeli

Angeli nunciātis, ingressus conceptio, & partus, filij est conceptio, & natiuitas Christi opera Spiritus Sancti facta. pro intelligentia autem huius angelicæ apparitionis sunt nonnulla adnotanda.

Primo quidem, quantum ex scripturis sacris licet deducere, Angeli tribus modis manifestant hominibus, quæ suo ministerio illis Deo significari vult vt docet Augustinus lib. 12. super Genes. ad liter. cap. 7. & sequentibus. Vno modo intellectualiter, nimirum producēdo in intellectu hominis species, & lumen, quibus intelligant, & sciant ea, quæ eis intendunt reuelare hoc modo visus est Angelus, quando Matth. 2. Ioseph reuertenti ex Aegypto indicauit, ne rediret in Iudæam. Admonitus, inquit, cessit in partes Galilææ. Illa admonitio fuit vere intellectualis per species in intellectu ab Angelo productas. Altero modo spiritualiter, quādo non tantum intellectum hominum excitant per species, & lumen, sed etiam imaginationem, & sensus exteriores mouent per aliquam speciem corpoream, qua apprehendunt vocem aut figurā aliquam, sicut nobis accidit in somnis, quam visionem, seu locutionem appellat Augustinus spiritualem, quia non fit ad sensus exteriores, sed ad solos interiores. sic Angelus locutus est Ioseph. Matth. 2. quando ei dixit, vt fugeret in Aegyptum. Angelus, inquit, Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Tolle puerum, & matrem. dicitur apparuisse, & dixisse, quia imaginatiuam, seu phantasiam Ioseph mouit, vt apprehenderet figuram corpoream, & voces similes exterioribus Angeli significātis, quę illum facere volebat. Tertio modo, corporaliter, & sensibiliter, quando non solum hominis interiora excitant, sed etiam sensibus exterioribus apparent imprimendo species vel vocum, vel figurarum exteriorum, vt paulo post dicemus. Hanc reuelationem, seu modum significandi appellat Augustinus visionem, quamuis enim fiat aliquando sensibus alijs præter visum, nempe per uoces, tamen principali sensu omnis reuelatio sensualis visio denominatur. sic apparuit Angelus Zachariæ, quando à dextra altaris visus est in forma corporea, & voces eius exteriori auditu percepit. Sunt multa exempla harum reuelationum Angelicarum in scriptura veteri, ad intelligentiam vero sufficiunt, quæ posita sunt. Hæc Angeli apparitio fuit tertij generis, quia in figura corporea, & per voces exteriores facta est.

Secundo adnotandum est huiusmodi apparitionem, quæ dicitur visio, & fit sensibus exterioribus, multipliciter fieri. Primo quidem per solas uoces in aere formatas, sic Angelus apparuit Abrahæ Gen. 22. quando clamauit, Abraham, Abraham, ne extendas manus super puerum. Secundo, quando pars aliqua corporis apparet, vt Daniel. 5. accidit Balthasari, quando vidit extrema digitorum humanorum scribētium in pariete. Mane, Thecel, Phares, Tertio, quando apparet in figura humana integra, sic Tob. 5. Angelus multis diebus apparuit Tobiæ, & locutus est cum illo in uia. Quarto, quando apparet non in humana figura, sed in specie alterius corporis aut animalis, sic Ezech. 1. apparuit in specie leonis, uituli, & aquilæ, & Exo. 3. apparuit in specie ignis. Multa harum apparitionum exteriorum exēpla in scriptura inueniuntur. Apparitio autem quæ facta nunc est Beatissimæ Virgini, visio fuit, nam Angelus visui exteriori ipsius per species visibiles se præsentauit, & uocibus exterioribus aures eius excitauit, & in figura humana, non fœminea, sed virili visus est. talem apparitionem indicant verba Euangelistæ. dicitur enim ingressus, & locutus, quæ duo significant humanam figuram, & uoces. Idem affirmāt sacri Doctores, inter quos sunt Hierony. Epist. ad Eustochi. & Aug. ser. 14. de Nat. Domi. vbi affirmat apparuisse tanquam iuuenem facie rutilante, veste coruscante, ingressu mirabili. Ambros. lib. 1. offic. cap. 18. asserit apparuisse in forma peregrina quasi de re noua, & peregrina nūtium portantem. Congruum autem valde fuit Angelum sic apparere, cum enim annuntiaret Deum carnem humanā iam iam assumpturum, debuit nuntius in humana, & visibili forma apparere, vt & dictis, & factis nuntium quod deferebat, exprimeret; si enim in lege, & ante legem Angeli

Angeli multis modis corporali visione se manifestauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

geli visibili, & humana specie sæpe visi sunt, vt indicarent Angelorum Dominum aliquando carnem humanam sumpturum, profectò quándo tale mysteriũ celebrandum erat, conueniebat nũtium in humana specie visibili apparere, quã existimo fuisse pulcherrimã visu, & auditu suauissimam, quia annuntiabat speciosum forma super filios hominum, & eum, qui locuturus erat verba vitæ æternæ, qualiter nemo ante locutus erat. Præterea cum quæ significanda, & reuelanda erant, essent difficillima creditu, & maximi momenti, debuerunt reuelatione efficacissima manifestari, qualis est, quæ non intellectu solo, & sensu interiori, sed quæ etiam sensibus exterioribus fit. Præterea, cum Beatissima Virgo mente, sensu exteriori, & interiori tunc Deo seruiret, & in diuinas laudes inuigilaret, decuit, ut nuntium acciperet mente, & sensu tam interiori, quàm exteriori. An autem tunc Beata Virgo eum nouerit, dicemus inferius.

Tertio adnotandum est Angelos huiusmodi corpora non habere ex se, quasi eorum substantia ex his sit composita, sicut conflata est hominum natura ex corpore & anima. Extitit olim inter sacros Doctores non vulgaris controuersia, an Angeli corpora connaturalia haberent, eorumque substantia ex corpore & spiritu constaret. multi enim & grauissimi Doctores affirmarunt, inter quos sunt Orig. lib. 2. Periarch. c. 2. & 3. Tertul. lib. de carne Christi. & lib. de velan. Virgin. Basil. lib. de Spiritu Sancto, cap. 16. Lactant. lib. 2. diuin. instit. c. 15: cum alijs, quos prætermitto. Augustin. autem fuit in hac re dubius, & uarius, nã in nõnullis locis affirmauit eos esse corporeos, ut in Epist. 115. ad Nebridi. At lib. de fid. & symb. c. 59. & lib. 15. de ciu. c. 23. difficultatem excitauit, & insolutã reliquit. Communior tamen Doctorum sententia est Angelos esse incorporeos, & immateriales, sicut animas secũdum se, ita habent Iustin. in quæstion. de incorporeo. respon. 4. & ante illum Dionysius Areopag. lib. de cœlesti Hierarch. c. 2. ubi Angelos appellat essentias omnino immateriales. Idem Athanas. lib. de communi essentia patr. fil. & Spi. Sãcti. vbi definit Angelum viuentem, rationalem, materiæ expertem. Cõsentiunt his Cyrill. lib. 4. in Ioan. c. 10. Damasc. lib. 2. de fid. cap. 3. & Grego. lib. 4. moral. ca. 9. cum alijs. Quorum sententia est omnino amplectenda, quam etiam probauit Concil. Lateranen. Vnde desumptum est cap. firmiter, de summa Trin. & fid. catholi. vbi creaturarum diuisio fit in incorpoream & corpoream, & hominem ex utraque compositum, quod etiã scriptura confirmat, nam Angelos appellat spũs, quasi materiæ expertes. Id autem est aduertendum Doctores illos, qui Angelos corporeos esse existimarunt, non sic eos corporeos sensisse, quasi figuram humanam haberent, aut aliquam aliam ex ijs. in quibus apparuisse leguntur, ex quo fit, nemine dissentiẽte hoc corpus, in quo Angelus Beatę Virgini appatuit, non fuisse proprium, aut de substantia Angeli, sed assumptum eo modo, quem sequentibus uerbis explicamus.

Quarto igitur aduertendum est Angelos huiusmodi corpora, in quibus apparent, ex materia externa conflare, & confícere, ex vaporibus condensatis, & varijs coloribus, non tam qualitatum mistione, quàm luce, seu lumine illustratis, sicut accidit in nubium coloribus ex varia luminis reflexione prouenientib. diuina enim virtute boni Angeli id efficiunt; mali vero naturales creaturarum virtutes applicando. Quibus quidẽ corporibus Angeli non vniuntur, sicut anima corpori, sed in ipsis sunt præsentes, & eis tanquam instrumentis vtuntur ad opera corporea, nec enim per ea opera uitæ exercẽt, quasi uideant, audiãt, aliaue similia vitæ opera exerceant, sed apparent cum hisce membris, & per ea uoces proferũt, aut motus corporeos exercẽt, vnde Iob. 12. inquit Angelus, videbar uobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu vtor, qui ab hominibus videri non potest. accipiebat quidem Angelus cibos, & conterebat corporis assumpti dentibus, sed in substantiam suam non conuertebat, quasi illis nutriretur, ideo non dicitur uere manducare. sonos etiam proferebat formatos in modum vocum, tamen nõ procedebant à Spiritu exhalato, ut in nobis, corpus denique verum erat, sed nõ pars Angelicæ substantiæ, nec animatum,

tum, aut viuificatum ipso Angelo, sed vt instrumentum motum ab illo, post vsum vero corpora hæc dimittuntur, & dissoluuntur, sicut nubes, aut vapores dissolui solent. Vtuntur autem Angeli his corporibus propter nos, tum vt nobis se adaptent, & ea quæ dicunt aut faciunt, vehementius nostris mẽtibus imprimant; tum vt suas spirituales virtutes per signa corporea quodammodo nobis significent. Sic solent Angeli depingi, & vt adnotat Chrisost. hom. de incomprehensibili natura Dei, Gabriel aliger depingitur ad significandas eius sublimes uirtutes, & ut eum de Cœlo ad terras descendisse exprimamus. In huiusmodi ergo eleganti, & speciosо corpore non proprio, sed assumpto Virgini Beatissimæ se nunc præsentat nuntiaturus exteriori sono, & voce summum incarnationis Filij Dei mysterium.

ANNOTATIO XLIII.

Hoc in commentarijs adde.

COnsideratione dignũ videtur, quo diei tempore Angelus nuntium detulerit, & mysterium hoc celebratũ fuerit, vt enim inferius dicem⁹, statim post Angeli discessum Verbum caro factum est. In hac re non habemus scripturæ testimonium sed solam Doctorum auctoritatem, non omnium quidem, sed paucorum, & rationes aliquot probabiles, & congruentes. In primis Athanasij, in sermo de Deipara. prope finem, in exordio diei dicit Angelum salutasse Beatã Virginem, appellat diei exordium, quãtum existimo post mediam noctẽ, quando solent horæ matutinę decãtari. Dies enim Ecclesiasticus à media nocte in mediam noctem cõputatur. ratio etiam idem probat, nam cum Christus Dominus natus sit noctu, vt ex Euangelio cõstat, consequens est conceptum fuisse noctu, sic enim nouem menses perfecte numerantur à conceptionis hora vsq; ad partum, conceptionis enim, & natiuitatis Christi tempus fuit ordinatissimũ, sicut autem vigesima quinta Decembris natus est noctu, ita vigesima quinta Martij conceptus est noctu. Præterea quemadmodum noctu natus est ad significandas tenebras ignorantiæ Dei, quibus mundus premebatur quasq; ipse expulsurus nascebatur, sic eadẽ ratione eodem tempore conceptus est. Præterea, vt ueritati conueniat, Angelus enim missus ad occidenda primogenita Aegyptorum; & liberandos Iudæos de captiuitate figura fuit aduentus Saluatoris in carne ad liberandos homines de captiuitate Dæmonis, & delenda peccata eorum, venit autem ille media nocte. Sap. 18. Cum quietum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu mediũ iter haberet, omnipotés sermo tuus exiliens de cœlo a regalibus sedibus durus debellator in mediam exterminij terrã prosiliuit: ergo Christus etiam nocturno tempore conceptus est nam conceptio aduentus quidam est; tunc enim Deus factus est homo, & descendisse de cœlis vere dicitur per incarnationem suam, ut dicere similia verba de ea conceptione liceat, cum quietum silentium tenerent omnia &c.

Dixit.

COMMENTARIA.

NOn tantum in humana specie ingressus Angelus apparuit, sed humanis etiã vocibus vsus est, ea verba proferens, quæ à summo Deo, à quo mittebatur, proferẽda acceperat.

ANNOTATIO LXIV.

Angeli quandoque Dei personã, quandoque vero propriã repræsentãt.

ANgeli in humana forma bifariam locuti sunt cum hominibus, priori quidem modo agentes personam Dei, cuius nomine loquebantur; sic Gen. 18. tres uiri apparuerunt Abrahæ, & locuti sunt quasi Deus, cũ Angeli essent, quia personam Dei repręsentabant; sic etiam Abrahæ, & Prophetis sæpe apparuisse, & locutos esse legimus. Posteriori modo Angeli apparuerunt propriam personã agentes & tanquam Dei ministri, & nuntij loquentes; sic Gabriel apparuit, & locutus est Danieli c. 10. & Raphael cum Tobia cap. 12. Hoc igitur modo loquitur nunc Angelus cum Beata Virgine, non quidem Dei personam repræsentans, sed propriam, quasi nuntius Altissimi: unde uerba omnia, quæ pronuntiat, sunt à Deo mittente ordinata, & ea loquitur, quę in mandatis accepit. Dixit autem de re nouissima, altissima, honestissima, utilissima, & delectabilissima. Quid enim æque nouum, ac Deum fieri hominem, & virginem pari-

Universidad de Deusto
Biblioteca

parituram, ac matrem simul futuram? quid ita excellens, & altum, ac hominē Deum esse, & humanitatem viuiri diuinitati? Quid sic honestum, & sanctum; velut conceptio, Spiritu Sancto superueniente, & virtute Altissimi obumbrāte facta? Nihil æque vtile, ac redemptionis, & salutis æternæ opus, nec sic delectabile, vt concipi Saluatorem hominū, victorem mortis, Diaboli, & inferni, ac peccatorum. Dixit breuissimo compendio, quæ si scribenda, & calamo exaranda essent, mundus libros capere non posset.

Aue.

COMMENTARIA.

Gabriel Angelus quatuor præstitit in annūciatione B. Virg.

QVattuor Angelus facit. Primo quidem Beatam Virginē salutat. Secundo nūtium explicat. Tertio modum perficiendi rem annuntiatam indicat. Quarto difficultatem, quæ de re ipsa concipi poterat, euacuat. A salutatione incipit, tum ut suum ingressum pacificum, & eximij cuiusdam boni causa, factum esse significet; tum, ut ipsa salutatione ad magnitudinem mysterij attendam, animum excitet; tum etiā ut personam eius, quæ iamiam futura erat Dei mater, veneretur; tū demum, ut ad consensum rei nuntiatæ B. Virginem quodam modo inducat. Verbum autem Aue, exhortantis est ad gaudium, & congratulātis B. Virgini ipsius priuatam ac propriam & communem omnium salutem. Est autem salutationis initium ualde accommodatum, nam, & salutem, & gaudium annuntiat ei, quæ conceptura, & paritura erat auctorem salutis, & gaudij, primū ipsius Virginis, deinde totius generationis humanæ.

ANNOTATIO XLV.

Aue Verbum est gaudij & congratulationis.

NOuam, & insolitam salutationem hāc esse adnotāt Orig. ho. 6. in Lucam, & Ambrosius in præsenti; & recte. nemo. n. hominū audiuit ab Angelo, & quidē verba Dei referēte, Gratia plena, benedicta tu in mulieribus. Hieron. in serm. de assumptio. Beatæ Virg. affirmat, Angelum ipsum admiratum fuisse Beatæ Virginis excellentiam, quæ tanta erat, ut merito dicere ei posset, gratia plena, &c. Verbum eius primum explicatione indiget χαῖρε, apud Græcos idem est, quod apud Latinos Salue, & gaude. Sacri Doctores posteriorem amplectuntur significationem, ut Basilius hom. de Christi humana generatione. Maria, inquit, edocta, & iussa est ab Angelo gaudere. Gregorius Nisse. orat de nat. Dom. & Euthymius in præsenti, & Titus Bostren. ad gaudium referunt, id quod Augustinus etiam insinuat ser. 15. de natiu. Dom. Non est autem hoc loco vox imprecantis, sed annūciantis, & exhortantis ad gaudium & lætitiam; tum de proprio, tum de communi bono: proprio quidem, quia super omnes creaturas etiam cœlestes exaltanda erat, mater futura Dei, de quo gaudio ipsa paulo post protulit illud. Exultauit spūs meus in Deo salutari meo: quia fecit mihi magna, qui potens est: De communi uero, quia fructus ventris eius totius mundi salus, & redemptio erat. Est etiam altera huius uerbi ratio, quam adferunt Augustinus, & Gregorius Nisse. locis allegatis, nempe ut Angelus Beatam Virginē Aeuæ illi primæ opponeret, indicans illam principium futurum salutis, sicut Aeua initium mortis, & miseriæ. Primum enim verbum contra Aeuam prolatum Gen. 3. illud fuit: Multiplicabo ærumnas tuas: primum igitur B. Virgini verbum allatum contrarium est, gaude, quasi diceret, primæ mulieri tristitia primo annunciata est, quia initiū fuit mortis, at tibi annunciatur primo gaudium, quia futura es mater uitæ. De causis gaudij in Saluatoris aduentu dicēdum erit infernus c. 2. in explicatione illius sententiæ, gaudium euangelizo vobis. Possumus etiam hoc idem salutationis verbū interpretari simul, vt etiā significet idē. quod, Salue. non quod Angelus imprecetur salutem ei, quam sciebat matrē salutis futuram, sed quod salutem per eā annuntiat futuram quasi diceret, Salue, quia salus mundo per te aduenit, & in te medicina vitæ, ac sanitatis conficiet. Præterea est verbum congratulationis, quo Angelus B. Virgini congratulat, & lætitiam præ se fert de maximis donis, quibus

quibus a Deo illa erat affecta, & proxime afficienda, qua ratione Ecclesia nūc decātat: Salue Sācta parens, enixa puerpera Regem. Verbum igitur hoc & salutis, & gaudij est, atque exhortantis, annuntiantis, & congratulantis, ut declaratum est.

Gratia plena.

COMMENTARIA.

SAlutatio hæc tacite mysterij annuntiationem continet, quam à B. Virgine nondum perceptam dilucidioribus postea verbis explicat. Connectuntur autem omnia tria salutationis verba, nempe gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, verbo, Aue, quasi tres causæ gaudendi. Primum est, gratia plena, quasi dicat, gaudere te, & saluere iubeo, quia gratia plena. Tu præ tua humilitate profundissima, talem te non reputas; at à summo Deo, à quo mitter, qui falli non potest, hoc nomine digna iudicaris, & ab eo te hoc nomine salutandi mādatum accepi, tu vere gratia plena es, quæ supra omnes Deo fic placuisti, & grata, & accepta facta es, ut filium suū de te carnē assumere decreuerit. Aue ergo gratia plena. Plura habes in annotatione.

ANNOTATIO. LXVI.

Gratia tria significat.

GRatia plena. Græce est vnum verbū, κεχαριτωμένη quod est participium à verbo χαριτόω, quod trahitur à nomine χάρις. Oportet ergo explicare, quid χάρις, quod latine gratia dicitur, significet. Aduerte igitur & in sacra scriptura, & apud prophanos ēt scriptores nomen hoc tripliciter vsurpari. Primo quidem pro quadam complacētia affectus, secundum quam dicitur homo homini placere: sic Gen. 39. dicitur: Inuenit Ioseph gratiam coram domino suo, i. placuit, & acceptus est dño suo, & Esther 2. Inueniebat Esther gratiam apud oēs, qui videbant eā, i. placebat, & grata erat oculis videntium, & omnibus complacebat. Illa igitur complacentia, quam uidentes erga Esther, aut dīs erga Ioseph concipiebant, dī χάρις, & gratia. Nō est aūt idem gratia, & amor: nā amor est affectus quidā, quo alteri bonū uolumus; gratia uero affectus, quo aliquis nobis placet & gratus, ac acceptus est: ideo nomina distincta sunt apud græcos χάρις, & Ἀγάπη. Amamus ēt sæpe eos, qui nobis non placent, nec accepti sunt, quales sunt inimici, ideo gentes idolatræ finxerunt aliam Deam amoris, aliam gratiæ. *Gratia & amor differūt.*

Secūdo hoc nomē significat id, quod est in illo, qui nobis placet, & acceptus est, causaq; est, ut nobis placeat, hinc est gratiā significare leporē, venustatē, elegantiā, deniq; quidquid illud est, in quo complacemus. Dan. j. Dedit Deus gratiā in conspectu Principis Eunuchorū. Eccle. 16. Gratia super gratiā mulier sācta, & pudorata. Colos. 4. Sermo vester sit in gratia semper sale cōditus. Sicut aūt in priori significatione distinguebatur ab amore, ita ēt in hac posteriori distinctio est, nam quod amorem conciliat aliorū, dicitur Philtron, quod vero gratiam, & acceptationem, & complacentiam, gratia seu χάρις.

Tertio significat beneficium, quod ex gratia & complacentia procedit, ijs. n. q nobis placēt, solemus beneficia cōferre, ideo ipsum beneficium gratia dī, Eccle. 29. Gratiā fideiiussoris ne obliuiscaris. Gen. 12. Viuat anima mea ob gratiā tui. Nō aūt quodcunq; beneficiū gratia dī, sed quod gratis, & sine vllo pretio, aut merito, spōte, & libēter confert. Ro. 11. Si gratia iā non ex operibus. In præsenti ergo accipit in secunda significatione, vt gra sit illud, quod est in aliquo, quod gratū, & acceptum facit alteri, siue quo vnus placet alteri, siue Deo, siue homini, nam ēt Deo placēt homines, & accepti sunt. Ab hoc nomine χάρις, iuxta secundam significationem trahit uerbum χαριτόω, significans idem, quod latine gratū facere, seu efficere, vt aliqs placeat alteri. sic Eph. 1. dictū est. In laudē gratiæ ipsius, in qua gratificauit nos in dilecto Filio suo, ibi est uerbū hoc. Deus. n. per Christū fecit nos gratos sibi donans ea quæ ipsi placēt, & q̄ ei nos acceptos, & gratos efficiunt. inde deriuatū est participium passiuum in fœminina terminatione κεχαριτωμένη, quasi grata facta

Deo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deo, in qua ea sunt, quę Deo maxime placent, & accepta sunt. erat talis Beata Virgo, gratiosa in oculis Dei, ita tamen vt eam gratiam à Deo ipso obtinuerit, potest enim participium locum nominis verbalis tenere, vti fieri solet. Attende autem participia, siue verbalia nomina, quæ deriuantur à verbis terminatis in [ἐω .] significare quandam abundantiam, & plenitudinem, vt non quouis modo gratam, sed abundantissime, & plenissime gratã fuisse indicet, quod Latinus interpres sapienter considerans vertit, gratia plena. Illud enim participium nominaliter accepit, ideo non vertit, gratia repleta, sed plena gratia, vt maiorem in hoc abundantiam significaret, certum enim erat Deo esse acceptã. Fuit autem illa vere plena gratia, quæ ita accepta, & placuit Deo, vt in matrem vnigeniti Filij sibi consubstantialis electa esset ab æterno Patre. Hinc patet, quantum errent Neoterici quidam, qui hanc vocem reijciunt, quasi græco vocabulo minus accommodatam, & vertendum censent, Aue gratia dilecta, aut gratiosa, alijsve modis, contra receptissimam, & ab Ecclesia receptam versionem, Aue gratia plena, quæ supra omnes eorum interpretationes perfectius explicat vim vocis græcæ, & gratiam Beatæ Virginis verius magnificat. Cui accedit auctoritas grauissimorum Patrum, Ambrosius enim in præsenti, & lib. 1. de Spiritu Sãcto c. 7. & Augustinus serm. 14. & 15. de Nat. Dom. ita legunt & interpretantur. quibus ne quis falso opponat, nõ fuisse in Græco idiomate multum versatos, adiũgo Græcos Patres doctissimos. Athanasius in hom. de Deipara hoc participium cecharitomeni interpretans dicit, Beatam Virginem ea de causa sic esse appellatam, quia adimpletione Spũs Sancti omnibus gratijs abundaret, quid apertius dici potuit, quo verbum nostrũ probaret, Gratia plena? Accedat Epiphanius hęre. 78. prope finem, vbi, vt significationem participij cecharitomeni explicaret, addidit uerbum expressum [secundum omnia] cecharitomeni quo plenitudinem, & abundantiam exprimeret, quæ eo nomine insinuata erat. Hieronymus etiam, qui etsi Latinus sit, propter sermonis tamen Græci insignem peritiam inter Græcos est computandus, in serm. de Assumpt. Beatæ Virg. vertit (gratia plena) sicque exponit, vt paulo inferius dicemus. Hæc de voce hæc dicta sint.

ANNOTATIO LXVII.

VT merito iureque optimo Beatam Virginem gratia plenam dici intelligamus, quę sit hæc abundantia, & plenitudo indagandum est. Multiplici de causa Beata Virgo gratia plena appellata est, multosq; gratiæ plenitudinis modos obtinuit. quorum primus est quantum ad partes, seu diuisiones gratiæ, ut enim à Paulo docemur 1. Cor. 12. diuisiones gratiarum sunt, quas Deus non singulis omnes confert, sed pro sua uoluntate distribuit. Alij, inquit, datur sermo sapientiæ, alteri gratia sanitatum, alteri opera virtutum, alij sermo prophetiæ. Denique Spũs Sanctus non omnes vni, sed singulis partem pro suo beneplacito donat. At Beatæ Virgini gratiam quoad omnes suas partes contulit, & in ea omnium diuisionum membra cumulauit, ut supra omnes Sanctos gratia plena sit. Hanc plenitudinẽ tradidit Athanasius hom. de Deipara, ubi sic inquit: Ita quoque Spũs Sanctus descendit in Virginem eum omnibus suis essentialibus uirtutibus, quæ illi per rationẽ principatus diuini adsunt, imbuens eam in gratia, ut in omnibus gratiosa esset, atq; idcirco gratia plena cognominata est, eo quod adimpletione Spũs Sancti omnibus gratijs abundaret. Hæc Athanasius. Accedit Hieronymus serm. de Assumpt. B. Virginis, Bene, inquit, plena, quia cæteris per partes præstatur Mariæ uero se tota infudit plenitudo gratię. Et paulo inferius inquit: In Mariam totius gratiæ plenitudo, quæ in Christo est, uenit, quamuis aliter, quia etiamsi in sanctis Patribus, & Prophetis gratia fuisse creditur, non tamen eatenus plena. Docte igitur Sanctus Thomas de Aquino 3-p. q. 27. art. 5. dicit, Beatam Virginem, quamuis omnes gratias habuerit, non tamen omnium usum habuisse, nam miraculorum uirtute in hoc sęculo non est usa, licet eam obtinuerit.

Hanc plenitudinem gratiarũ in Beata

Plenitudo gratiarũ an fuerit B. Virgini collata ante, vel post incarnationẽ Filij.

ta Virgine fuisse non est dubitandum; an vero hæc plenitudo fuerit ei collata ante Filij incarnationem, an uero post, id est in controuersia. nam Athanasius, & Hieronymus locis allegatis affirmãt eam gratiam Spiritu Sancto superueniente, quando filium concepit, consecutam fuisse. At S. Thomas asserit, etiã ante conceptionem Filij illi fuisse datãi mihi probabilius uidetur, quod Athanasius, & Hieronymus tradunt non tamen propter hoc excludenda est plenitudo hæc à uerbo Angeli, nam ut hi patres dicunt gratia plena salutatur, non à sola gratia præsenti, sed ab ea etiam, quę iamiam implenda erat. quod enim proximum est præsenti, pro præsenti habetur, maxime ab Angelo, qui, quæ futura in hoc mysterio erant, nouerat, & hunc Spiritus Sancti aduentum prænũciaturus uenerat.

Gratia partes in duplici sunt differẽtia.

In cuius rei declarationem, & ut certa ab incertis distinguamus, aduerte, gratiæ partes in duplici esse differentia, quædam enim perficiunt hominem absolute, quæ nimiram ad rectitudinem, & sanctitatem, & innocentiam habẽtis pertinent, qualia sunt donum gratiæ iustificãtis, fides, charitas, spes, ceteraque virtutes, dona Spiritus sancti, fructus, & beatitudines. Quædam aliæ perficiũt hominem in ordine ad alium, nec homini dantur propter vtilitatem præcipue propriam, sed propter alios, qualia sunt donum linguarum, donũ prophetiæ, uirtus miraculorum, & gratia sanitatum, ceteraque similia quæ dicuntur gratiæ gratis datæ. De prioribus non est in controuersiam uertẽdum Beatã Virginem habuisse plenitudinẽ ante Filij conceptionem, ijs enim gratijs dispositа, & præparata est à Deo, ut dignum Filij habitaculum effici mereretur, eratq; perfectissima, & sanctissima, Denq; acceptissima super omnes creaturas, ut uere dicta sit ab Angelo gratia plena, & gratiosissima apud Deũ. De posterioribus controuersia est, uti diximus, & sententiæ Athanasij, ac Hieronymi adhæsimus, uti iam dictum est, nimirũ hãc plenitudinem post Filij cõceptionẽ cõsecutam fuisse, cum primũ mater Dei effecta est. Hæc igitur est prima plenitudo.

Beata

Secũda plenitudo fuit ex parte subiecti recipientis gratiã. Sãt enim in homine plures partes, scilicet, anima, & corpus, seu spiritus, & caro, seu intellectus, & sensus, ratio, & appetitus, quæ quidẽ partes in hominibus iustis nõ replẽtur gratia, Etenim iusti, & sancti in hoc sæculo non eã gratiam accepernnt in anima, quę à carnis appetitu auferret illam legẽ peccati aduersantẽ spiritui, de qua Rom. 7. dicit Paulus: Video legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantẽ me legi peccati, & paulo post. Menti seruio legi Dei, carne autem legi, peccati, quamuis enim gratia efficiat, ut mens, & spiritus nõ succumbat carni, & appetitus impulsibus, præbeatq; victoriã, nõ tamẽ subijcit carnẽ, ne contra spiritum insurgat, eũq; impugnet, licet non expugnet, Vnde in omnibus iustis dicitur inhabitare peccatum, longe enim aliud est regnare peccatum in corpore, seu carne, & inhabitare: regnat quidem, quando ratio, mensq; cedunt, & consentit ut carnis impulsui cõtra legem Dei, vincitq; caro spiritum, at inhabitat tantum, quando caro quidem impellit, & luctatur contra spiritum, tamen nõ vincit, sed uincitur, & reprimitur. Dicitur autẽ peccatum inhabitare tunc, non quòd impulsus ille sit peccatum, non accedente rationis consensu, vt recte dicit Augustinus lib. 1. de ciui. cap. 25. sed quòd incliner, & instiget ad peccatum, & sit etiã effectus peccati, nã ex originali culpa solutus est appetitus à rationis imperio perfecto. Hanc differentiã nos docuit Paulus, qui Rom. 7. dicit: Nõ ego illud operor, sed quod inhabitat in me peccatum, & Rom. 6. Nõ, inquit, regnet peccatũ in uestro mortali corpore, in carne igit Pauli inhabitabat peccatũ, sed nõ regnabat. Hũc appetitũ effrænem, & rebellem contra spiritum pugnantem appellat Augustinus concupiscẽtiã 1. de ciu. c. 25. & legẽ peccati lib. 2. de peccat. mer. cap. 28. & fomitem peccati Epist. 29. ad Hieron. quo vocabulo Theologi vsi sunt, & recte, propter similitudinem. vt enim fomes facile inflammatur, & ignem accẽdit, sic appetitus iste solutus & rebellis quia à peccato processit, in peccatum trahit, nisi spiritus per Christi gratiam eum comprimat. Hic autem fomes non uno mo-

Virgo & ex parte subiecti gratia plena.

Quo pacto dicitur in eibus iustis habitare, nõ tamẽ regnare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fomes peccati variis modis excitat carnis appetitū contra mentem, & ea quæ legis Dei sunt.

do carnis appetitum excitat contra mẽ tem, & ea quæ legis Dei sunt, sed multis. Nam aliquando delectatione carnalium, aliquando timore rerum difficilium, aliquando tædio, & torpore spiritualium, idque multis modis, & inducendo in malo, & retrahẽdo à bonis, Iam. Nemo Sanctorum eam plenitudinem gratiæ accepit, ut caro eius subdita omnino spiritui esset, sed contra eũ pugnaret, & reluctaretur, hoc est Beatæ Virgini priuilegiũ concessum, ut anima & corpore, spiritu & carne, subdita esset omnino Deo, nec quicquã in ea esset quod reluctaretur diuinæ uolũtati, & legi, ablatus enim est fomes ille, id est appetitus carnis subiectus est spiritui. decuit enim illam carnem sacratissimam, de qua Verbũ caro factum est, purgatissimam, & purissimam esse ab omni eo, quod legi Dei aduersatur. Eapropter gratia plena dicta est ex parte subiecti. Hanc gratiam concessam Beatæ Virgini affirmat Leo serm. 2. de Nat. Immaculata, inquit, uirginitas concupiscentiam nesciuit, quo uerbo Leo insinuat etiam ante Filij conceptionem fomitem hunc ablatũ ei fuisse, dũ enim dicit, Virginitas nesciuit concupiscentiam, significat, quàm antiqua uirginitas fuit, fuisse etiã concupiscentiæ ignorationem, ideſt fomitis ablationem, à sua ergo conceptione caruit fomite, & cum gratia accepit priuilegium istud. Quamuis autem Richardus de Sancto Victore lib. 2. de Emmanue. cap. 28. asserat ablatum esse illi fomitem, quando Filium cõcepit. tamen certius est & verius, quod Leo affirmauit: si enim antè conceptionem Filij habuisset fomitẽ à veniali peccato ante hanc conceptionem uix fuisset immunis, quod Catholico iam post Concilium Tridẽtinum dicere non licet, ut paulo inferius explicabitur. Semper ergo fuit plena gratia ex parte subiecti, & à uentre matris.

Fomes ãt ante Filij conceptionẽ extinctꝰ fuit i B. Virgine.

Gratia ẽin sibi cõtraria expulit a Maria.

Tertia plenitudo gratiæ fuit ex parte eorum, quæ aduersantur ipsi gratiæ, & charitati, aut disponunt ad illa, qualia sunt peccata, nempe originale, mortale, & ueniale. nemo enim iustus in hoc sæculo sine aliquo peccato fuit, omnes quidem in originali concepti sunt, & quamuis quidam adulti per gratiam à mortali præseruati fuerunt, uenialia tamen habuerũt, à quibus per gratiam ordinariam nemo est immunis. ex quo factum est, ut nullus merus homo ab omni peccato fuerit purus: at Beata Virgo eã sortita est gratiã à Filio, quæ omne peccatũ impediuit, nec enim originale contraxit, nec ullum actũale, nõ solum mortale, sed nec ueniale admisit, quæ gratia ex priuilegio diuino illi concessa est & quidem quantum ad actuale Concilium Tridentinum ses. 6. cap. 23. credendum statuit tanquam firmam Ecclesiæ confessionem B. Virginem nullum actuale, nec ueniale quidẽ peccatũ perpetrasse in uita. Vere ergo gratia plena fuit, & inter omnes sola hanc consecuta est plenitudinem, quam Augustinus non est ausus inficiari: nam lib. de natura, & gratia cap. 36. habet hæc verba: Excepta Sancta Virgine, de qua propter honorem Filij nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere uolo quæstionem. inde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad uincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Hæc Augustinus. Sunt autem ponderanda uerba Sancti, & egregij Doctoris; propter honorem, inquit, Filij, igitur spectabat ad honorem Filij matrem omni carere peccato. Rursus nota causam (meruit concipere, & parere) igitur ante conceptionem Filij omni carebat peccato, si quia meruit concipere, inde est, quòd habuisse peccatum. Nota illud omni ex parte igitur loquitur de omni peccato actuali, atque originali, & si honor fuit Filij matrem non habere ueniale, igitur nec originale, nam hoc grauius est, cum priuet Dei gratia, & efficiat filium iræ, & inimicum Deo. Præterea ibi Augustinus de omni peccato agit etiã originali, nam generaliter probat omnes habuisse peccatum etiam infantes, & utitur illo testimonio Pauli Rom. 5. Omnes peccauerũt, igitur Beatam Virginem ab omni peccato immunem fuisse asseuerat, & hæc est gratiæ plenitudo ex parte contrariorum, de qua nunc loquimur. Hæc autem plenitudo non solum aduersantia, peccata remouet, sed, etiam ea, quæ disponunt ad peccatum,

catum, qualia sunt, hebetudo mentis, repugnantia affectus, ignorantia rerum spiritualium, & alia huiusmodi, quæ in Beata Vergine non fuerunt, in qua nullum omnino nec ueniale peccatum fuit.

Concordabant ea Maria cum gratia, & Domino quibus dita fuit.

Quarta plenitudo est ex parte actuũ, & operationum; ad cuius declarationem attende, quamuis gratia iustis concessa eos Deo gratos, & acceptos faciat, non tamen per eam possunt omnia operari, & actus suos rectos, ut oportet facere. hinc est, quòd labuntur in uenialia saltem peccata: quotus enim quisque est qui nullum uerbum unquam ociosum, nullam imaginationem inutilem, nullum uel oculi intuitum, aliquemue actũ minus rectum proferat, sed in omnibus & singulis sanctum, & iustum se exhibeat? nemo profecto. At Virgo Beatissima nullum actum, nullam cogitationem, nullam operationem habuit, quæ non esset sancta, iusta, Deoque accepta: si enim aliter se habuisset, sine peccato vitam non egisset, quod tamen nunquã commisisse certum est. Præterea, quis est, qui nihil omittat, uel leue saltem ex ijs, quæ omittenda non erant? at in Beatissima Virgine nulla omissio, uel minima reprehensione digna reperta est. Præterea, non quæuis gratia est sufficiens, sed requiritur abũdans ad actus & operationes heroicas, & excellentes uirtutum. Virgo autem sanctissima eam habuit gratiam, per quam ad quoscumq; uirtutum actus eminentes, & arduos exercendos erat præparata. Actus enim eminentissimus fidei erat, uerbis Angeli enunciantis ea, quæ omnem superabant captum, credere, & tamen per gratiam acceptam assensit. De qua fidei magnitudine dicendum est postea; quòd autẽ de fide dicitur, idem de alijs omnibus uirtutibus est sentiendum, ut in progressu manifestabimus. Vere ergo fuit gratia plena.

Quinta plenitudo gratiæ fuit ex parte eminentium uirtutum, quas Dominus Deus Sanctis suis distribuit. Quamuis enim Deus iustis suis uirtutes omnes singulis concesserit, tamen non datum est singulis in omnibus eminere, sed p suo beneplacito partitus est excellentias uirtutum. quidam enim Sancti eminuerunt temperantia, quidam castitate, quidam humilitate, quidam fortitudine, quidam contemplatione, quidam charitatis feruore, denique diuersis sunt diuersa dona huiusmodi præstita, & Sanctorum Ecclesia etiam in hac parte circundata est uarietate. in Beatissima uero Virgine omnes uirtutum excellentiæ collectæ sunt. idcirco in multis fœminis egregijs, quæ diuersis donis eminuerũt, fuit figurata in Abigail propter prudentiam, in Iudith propter fortitudinem, in Ruth propter honestatem, in Anna propter religionem, in Iahel propter sapientiam, in Esther propter charitatem proximi, & alijs, quas facile est in uenire in scriptura ueteri. Quod autem hanc plenitudinem mirum in modum explet, illud est, quòd non solum eminẽtiæ uirtutum, & donorum alijs diuersis concessæ in Beatissima Virgine conuenerunt, sed incomparabiliter maiores, & superiores, quàm in singulis Sanctis etiam noui testamẽti extiterunt. Magna profecto fortitudo S. Laurentij, insignis charitas S. Ignatij, mirabilis humilitas S. Francisci, impenetrabilis sapiẽtia Pauli, denique quotquot in Apostolis, Martyribus, Confessoribus, Virginibus, Patriarchis, & Prophetis, omnibusque iustis, immo & Angelis ipsis eminuerunt uirtutes, & dona, superãtæ sunt plusquam dici possit à Beata Virgine. Mira est hæc plenitudo, quam ille Magnus Gregorius nos docuit in Commentar. super lib. Reg. fere in principio, ubi inter alia, quæ paulo post referemus, sic inquit: Mons sublimis Maria, quæ ut ad cõceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum uerticem supra omnes Angelorum choros, usque ad solium deitatis erexit. Huius enim montis præexcellentissimam dignitatem Esaias uaticinans ait: Erit in nouissimis præparatus mons Domini in uertice montiũ. mons quippe in uertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes Sanctos refulsit. Hæc Gregorius, qui hanc plenitudinem ante Filij conceptionem iuisse docet. Hieronymus etiam ætate prior in Serm. de Assumpt. Beatæ Virginis sic inquit: Patribus per partes est gratia distributa, at in Beata Virgine totius gratiæ plenitudo fuit. Vere igitur de Beatissima

Universidad de Deusto
Biblioteca

tissima Virgine illud Psalm. 86. possumus affirmare: Fundamenta eius in mõtibus sanctis. Montes sancti sunt eminentiæ, & culmina virtutum, & donorum Sanctis concessa, quæ fundamenta sunt, quia supra eas, sicut super fondamenta erigitur ædificium, ita altitudo sanctitatis Beatissimæ Virginis se extulit. Hæc est plenitudo quinta.

Maria quomodo digna fuit, q̃ Dei mater eligeretur.

Sexta plenitudo fuit sufficientiæ, & dignitatis, hæc autem est, qua ad eum gradum sanctitatis ascendit, ut digna esset, quæ Filium Dei conciperet, & mater efficeretur eius, qui consubstantialis est ęterno Patri. Huius plenitudinis magnitudo ex ipsa dignitate cognosci potest, esse enim Dei matrem omnem superat dignitatem, & excellentiam puræ creaturæ, post illud enim quod supra omnia creata est, nempe esse hominem Deum, proximum est Virginem esse matrem Dei. tantæ igitur, & tam admirandæ dignitatis mater digna effecta est per gratiam. Hanc dignitatis plenitudinem confitetur Ecclesia, sic Deũ orans: Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ Virginis matris corpus, & animam, ut dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante, præparasti. Et in quodam hymno decantat: Quem meruisti portare, resurrexit, sicut dixit. Augustinus etiam lib. de natura & gratia cap. 36. & Serm. 14. de Nata. meritum hoc confirmat, non quod vilus mereri potuerit vt Deus homo fieret, sed postquam gratis voluit Deus nostram carnem sumere, sic disposuit Beatam Virginem, vt digne ex ea conciperetur, adeoque ipsa quadã ratione meriti supra omnes mereretur effici Dei mater. Hoc idem Gregorius in lib. Regum prope principium affirmat, sic dicens: Beatissima Dei genitrix mons fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit, quæ vt ad cõceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes choros Angelorum vsque ad solium Deitatis erexit. Ante Augustinum etiam & Gregorium Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto cap. 7. non solum hanc plenitudinem dignitatis, & sufficientię docet, sed etiam affirmat in verbis Angeli eam esse significatam. Verba Ambrosij sunt: Aue, inquit, gratia plena, spiritualẽ utique in ea declarãs gratiam, quòd in ea Spiritus sanctus supereueniret, & plenũ gratiæ vterum verbo esset habitura cęlestis. Quæ verba intellige de gratia, qua obtinuit, vt Spiritu sancto superueniente Dei Filium conciperet.

Septima plenitudo est acceptionis. Omnes enim gratiã Deo sumus accepti, & grati. Beata autem Virgo eam gratiæ plenitudinem accepit, ut super omnes homines, & Angelos sit dilecta, & accepta Deo. post Christum enim Dei Filium & hominem neminem diligit æque Deus, ac matrem, cuius gratia longo interuallo superat Sanctorum gratiam & acceptionẽ, qui hac dignitate matris multo sunt inferiores.

Maria apud Deum omnes gratia superat.

Ecce quibus modis Beatissima Virgo gratia plena dicta sit. in quibus aduerte, non sic nunc dici plenam, quasi plus gratiæ postea non acceperit: non enim hoc ita est; nam post salutationem hãc, magnam adhuc copiam gratiæ accepit à Spiritu sancto superueniente, quam etiam eminentissimis meritis operum, & virtutum per totum uitæ tempus in hoc sæculo auxit. Plenitudo ergo hæc abundantiam quandam & copiam significat, non autem talem perfectionem, ut nequeat plus accipere, nam de facto accepit. sola enim humanitas Christi eam gratiæ plenitudinem ab instanti incarnationis habuit, quæ augeri non posset. Solet autem scriptura copiam & abundantiam nomine plenitudinis significare, Act. 6. Stephanus plenus gratia & fortitudine dicitur. & in hoc eodem capite Elisabeth repleta Spiritu sancto dicta est. Sic Beata Virgo plena nunc dicitur, quamuis hæc plenitudo & abundantia omnem cõcessam hominibus lõge superauerit, vti diximus. Hinc deduces, quanta sit nunc Beatissima Virgo in cœlis, quæ ante Verbi conceptionem gratia plena fuit, & in conceptione referta est gratia, & post conceptionem, & partum merita à nobis immensurabilia, & indicibilia cumulauit. Omnis autẽ hęc plenitudo matris à Filij merito, & gratia processit, quia de plenitudine eius omnes acceperũt. Ioã. 1. Etit ergo plenitudo hæc matris ab illa perfectissima, & absolutissima plenitudine Christi, impletumq; est illud Psal. 46. Sanctificauit tabernaculum suũ Altissimus, hoc enim tabernaculũ de Beata Virgine interpretatur Athanas. serm. de Deipara, quamuis Basilius hom. in eundem Psal. de Christi humanitate, quæ fuit tabernaculum diuinitatis, explicet. vnus tamen sensus alteri non aduersatur, sed simul stat uterq;, nam Dei Filius suam humanitatem, & matrem, quãuis non eodem modo, sanctificauit. Attende etiam hoc loco, ab Angelo gratia plenam dictam non solum propter sanctitatis acceptationem apud Deum, sed etiam quòd ad eam gratiam euecta erat, vt Filium Dei, cõciperet, ficq; Deo grata foret, ut in matrem Filij eius esset electa, hoc enim insinuat Angelus hoc verbo, quod postea ipsemet explicatius enuntiauit.

ANNOTATIO LXVIII.

Conueniẽs fuit Deũ nõ peccatricem, sed Sanctissimam matrem eligere.

CVm igitur Virgo Deo grata, & omni virtute referta electa sit in matrẽ inquirendum est, quare Dei Filius fœminam sanctam, & gratia plenam elegit matrem. Hoc quidẽ non ex necessitate factum est, nã potuit Dei Filius de peccatrice fœmina carnem sibi sumere, & homo fieri sine ulla labi peccati inde cõtracta, ut recte affirmauit, & docuit Anselmus lib. de concep. Virg. cap. 18. cũ enim eadem sit peccatricis, & sanctæ fœminæ substãtia, & caro, potuit ex utraq; corpus sibi Filius Dei formare, & sibi unire, nec ob id contagione peccati infici ceretur, quia non per commistionem viri & fœminæ ex Adam concipiebatur, nec erat merus homo, sed homo simul & Deus, cui repugnat peccatũ. Caute ergo legendus est Richardus de S. Vict. lib. 2. de Eman. c. 26. dicens, Si virgo Beata ab omni peccatorum cõtagio purgata non fuisset, Dei filium generare nõ posset, vt ergo Virgo conciperet, Virgo pareret, summa puritate opus habebat. Hæc interpretari debemus non quidem absolute, sed suppositã diuina ordinatione, per quã sanctã eligere decreuit. Inuestigandę igitur sunt causæ congruentes, propter quas ita factum est. Quattuor autẽ sunt huius mysterij causæ. Vna ex parte totius Trinitatis, quę ad Filium carne induendum cooperata est; secunda ex parte Christi concepti, & carne induti; tertia ex parte ipsius Virginis matris; quarta ex patte finis incarnationis huius.

Prima ergo ex parte sanctissimæ Trinitatis traditur ab Anselmo loco proxime citato, ea autem est, Pater diligit Filium suum sibi cõsubstantialem, decuit ergo Patrem non peccatrice immicę, sed sibi dilectissimę Virgini talem Filiũ dare. Præterea per incarnationem Filius Dei factus est Filius Beatæ Virginis, & ipsa Virgo eius mater, decuit ergo Filiũ diligere matrẽ, quod non fieret, nisi esset sancta & gratiosa. Præterea Spiritus Sanctus sua opera interuenturus erat in Christi conceptione, ut nasceretur Sanctus, decuit ergo Spiritum sanctũ ipsam Virginẽ sanctificare, adeoq; totam Trinitatem Virginem sanctam in Dei matrem assumere.

Ex parte Christi etiam id fuit valde congruum, cum enim ipse conceptus sit Sanctus, & immaculatus, congruũ fuit eligere matrẽ conceptũrã sibi valde simile, vt scilicet esset Sancta, & immaculata non solũ tunc, quando cõcepit, sed etiã ante, & post. Præterea cũ ipse Filius auctor sit matris, ipseq; suum sibi fecerit tabernaculum, condecens fuit, vt dignũ se illud efficeret, cumque filiorũ sit bene facere parẽtibus, cum possunt, eum, qui erat omnipotens multo magis benefacere matri cõueniebat, beneficium autem gratiæ, & sanctificationis est potissimum & supra omnia naturalia. Adde si Euam seruam fecit Sanctam, & creauit in gratia multo magis Virginem matrem.

Ex parte etiam Virginis id congruũ fuit, cum enim mater Dei, & domina omnium creaturarum futura esset, non debuit vnquam filia & serua peccati, & dæmonis esse. Præterea, qui accedit maxime Soli, maxime illuminatur, cum ergo Beatissima Virgo maxime accesserit Deo, cũ eius mater vera sit effecta, & supra omnes illuminata est lumine gratiæ debuit sanctitas eius esse supra omnium Sanctorum sanctitatem, nempe vt nullius peccati fuerit particeps, sed sancta vndequaque.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex parte etiam finis congruitas est, venit enim Christus, vt nos sanctificaret Rom. 6. Habetis fructum in sanctificationem, conueniens ergo fuit, ut in matre hoc maxime exerceret, supraque omnes eam sanctificaret: Ecce cur sanctam Virginem elegerit Deus.

Dominus tecum.

COMMENTARIA.

ALteram causam gaudij, simul etiã mysterij partẽ Angelus prænuntiat, Dominus, inquit, tecũ id est auere te oportet, quia iamiam fiet, vt Dominus sit tecũ ad perficiẽdũ in te, & per te mysterium altissimũ, & opus admirabile, nam Pater tecũ, quia eius virtus tibi obumbrabit; Spiritus Sanctus, quia in te superueniet, Filius autem, quia in utero tuo, & de substantia tua fiet homo. Hoc secundũ cũ primo connectitur tanquã eius causa quædam, quasi dictũ esset, gratia plenã te saluto, & prædico, quia obtinuisti, ut Dominus tecum sit.

ANNOTATIO LXIX.

Circa hæc verba, Dominꝰ tecũ, duo sunt attendenda.

CAuere hoc loco duo debemus, primum quidem hæresim quorundã affirmantium hanc salutationis vocem, Aue gratia plena, Dominus tecum, esse ipsam Filij Dei, & æterni Verbi hypostasim, & substantiam, hancque ingressam fuisse in Virginis uterum, & carne indutam. huius meminit Athanasius, eamq; reijcit in Sermo. de Deipara, quæ quidẽ assertio impia est, & blasphema, nã uox hæc fuit sonus quidem in aere formatus & articulatus ab Angelo, sicut humanæ uoces ab homine formantur, quæ ad aures audientium perfingunt, & pereunt cum sono ipso, manente specie in sensibus interioribus, & significatę rei in mẽte: at Verbi æterni hypostasis & substantia insensibilis est, & permanẽs semper, ab illa voce Angeli differens, sicut creator à creatura, multo magis quàm homo à sua propria uoce, siue uerbo. Secundo quorumdam assertionem dicentium ad huius vocis Angelicæ prolationem, Dominus tecum, fuisse Verbum æternum hominem factũ, carneque in utero Virginis indutum. ita uidetur sensisse Petrus Episcopus Alexandriæ & martyr, cuius sit mentio in Concil. Ephesi. tom. 2. cap. 7. & Concil. Chalced. Sect. 1. cuius verba hæc sunt: Vera Euangelista prædicat, dum ait: Et Verbum caro factum est. Tunc videlicet, cum Angelus sacram Virginem ejusmodi oratione salutauit, Aue gratia plena, Dominus tecum, hoc est Dei Verbum nunc tecum est, nam illa Gabrielis salutatio Deum Verbum in utero Virginis natũ, & carnem factum significat. Hæc Petrus Alexandrinus, cui sententiæ accessit Nicephorus lib. 1. Histori. cap. 8. affirmans præsente Angelo, & cũ ipsius uoce Verbum Dei æternum intransfibiliter descẽdisse, & naturam nostram induisse. Hęc vero doctrina reijcienda est, nec vlla ratione probanda, quæ & verbis Euangelicis, & Patrum communi sententię aduersatur, nam post salutationem, respondet sacra Virgo: Quomodo fiet istud? quasi nondum sit factum. Angelus etiã verba de futuro profert: Ecce concipies, & Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit. demum est responsum sacræ Virginis: Fiat mihi secundum uerbum tuum. Igitur ad salutationis illius prolationem Verbum caro nõ est factum, expectabatur enim sacræ Virginis consensus, quod etiam Patres confirmant. Athanasius loco citato affirmat conceptionem Verbi secundum carnem peractam fuisse post Angeli discessum, tantum abest, ut fit facta ad prolationem illius verbi: Dominus tecum. Augustin. Serm. 18. de Sanctis, Noli, inquit, morari Virgo, nuntio respondę festinanter uerbum, & suscipe Filium: da fidem, & senti virtutem. Hæc Augustinus. Damascenus etiam lib. 3. de Fid. c. 2. docet post sacræ Virginis consensum Verbum esse carne indutum. Gregorius lib. 18. Moral. cap. 27. & post consensum, & post superuentionem Spiritus sancti Verbum carnem factum docet. Non igitur illud Angeli verbum: Dominus tecum, ita interpretari debemus, quasi tunc, cum proferebatur, Verbum

Verbum caro fieret, sed cum iamiam immineret mysterij complementum, annuntiat quasi præsens, quod proximum est. præsertim cum vox [Dominus tecũ] careat uerbo præsentis temporis, absolute sit prolatum, quod ad futurum etiam trahi potest.

ANNOTATIO LXX.

Tribus modis Deus dicitur esse cũ hominibus

ADuerte Deum dici esse cum hominibus in scriptura tripliciter. Primo quidem per auxilium, protectionẽ, aut defensionem. Iudi. 6. Dixit Angelus Gedeoni, Dominus tecum virorum fortissime, ideſt Dominus auxiliator, & protector tuus est. Isai. 41. Ne timeas, quia ego tecum sum. Hieremi. 1. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecũ sum, vt eruam te. Secundo per gratiam, ratione cuius dicitur Deus esse in homine, & cum homine, quia per eam unitur cũ ipso, & in eo habitat. Sap. 9. Mitte sapientiam de Cœlis Sanctis tuis, vt mecum sit, & mecum laboret. Tertio per quandam coniunctionem rationę naturæ humanæ assumptæ, secundum quam in terris visus, & cum hominibus conuersatus est. Matth. 1. Vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est nobiscum Deus. Fuit autem cum Beata Virgine Dominus non tantum per auxilium, & protectionem, nec etiam per solam gratiam, sed per quandam particularem cõiunctionem: quia ex ea genitus est, & in eius uentre fuit, qua ratione solus Filius Dei cũ ea fuit. At uero ad hoc operãdum mysterium tota Trinitas cum ea erat, uti in commentario diximus, quẽmodum Angelus precipue significauit. quod enim iam instabat, quasi præsens annuntiat, sic Bernardus Sermo. 3. super [Missus est] interpretatur, dicens: Tota Trinitas tecum, Pater, cuius virtus obumbrabit; Spiritus sanctus, qui superueniet; Filius, qui carne inducetur à te, ideſt de tua substantia, & in te. Augustinus Sermo. 18. de Sanctis idem alijs verbis dicit: Dominus, inquit, tecum, tecum in mente, tecum in auxilio, tecũ in uentre. Aduerte præterea Athanasiũ in Epist. ad Marcellinum, de interpretatione Psalmorũ, interpretari illud Psal. 44. Audi filia, & uide, quia concupiuit &c. de Beata Virgine prędictum esse, illudque [quia concupiuit rex speciẽ tuam] idẽ significare, quod [Gratia plena] illud autem [Quoniam ipse est Dominus Deus tuus] esse idem, quod [Dominus tecum.] Optat ergo Dauid consensum Beatæ Virginis ad nũtium Angeli, ex quo pendebat Verbi conceptio, ob id dicit, Audi filia, & inclina aurem tuam.

Quare Angelus non dixerit, Deꝰ, sed Dominꝰ tecum.

Non est autem sine consideratione prętereundum, cur Angelus non dixerit, Deus tecum, sed Dominus tecum. Athanasius in Sermo. contra omnes hæreses, vt Deꝰ, asserit Angelum appellasse Dominum, vt significaret se communem Dominũ habere cũ Beata Virgine, Deus enim & Angelorum, & hominũ Dominus est. Causa autem accommodata mihi ea uidetur, scilicet, cum Angelus intenderet Beatam Virginem ad consentiendum tanto nuntio inducere, nomine Domini tamquam argumento quodam vsus est. Si enim Dominus est, eius dicto obediendum est, & imperio ipsius consentiendum, quasi diceret, o Virgo sacra attende me præcepta Domini tibi annuntiare, Dominumque esse, quem tecum futurum annuntio; oportet igitur te nõ dissentire ei, cui summa debetur obediẽtia. Huic sensui respondet verbum sacræ Virginis, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum, quasi diceret, cum Dominus sit, qui eius uoluntati, & iussui refragetur. Sic habemus 1. Reg. 3. Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat, & Exod. 20. Legem daturus dicebat Deus: Ego Dominus Deus tuus. Hoc igitur dominium proponit Angelus, ut ijs, quæ annuntianda erant, Beata Virgo præberet cõsensum, simul etiam ut indicaret, se nõ proprio arbitrio accedere, sed iussum, & missum à Domino.

Benedicta tu in mulieribus.

COMMENTARIA.

TErtiam causam gaudij, & mysterij partem prænuntiat, Benedicta, inquit, tu in mulieribus, fiet enim ex hoc, quòd Dominus sit tecum, ut Filium cõcipias, & pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rias, quo cũctas benedictiones prolificas feminis factas exuperes, & antecellas. Concipies enim & paries hominem, qui sit Filius simul Dei, virginitatem etiam maternitati sine dolore cõiũges, ut & prole, & concipiendi ac pariendi modo sis inter omnes singularis. Hanc benedictionem beata Elisabeth paulo post explicuit, repleta Spiritu Sancto clamans, Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui, idest benedicta tu in mulieribus, quia fructum benedictum cõcepisti, & paries. Hoc uerbum Angelus non expressit, sed tacite insinuauit expressurus salutatione perfecta. Aduerte igitur hãc Angeli salutationem, tacitam quandam fuisse mysterij annuntiationẽ, quam Beatæ Virgini non assequẽti explicuit uerbis differtioribus. Gratia dicitur, quia inuenerat gratiam apud Deum, ut in matrem eligeretur, Dominus tecum, quia tota Trinitas cum ea futura erat, Pater quidem obumbrans, Spiritus vero Sanctus superueniens, Filius denique carnem induens. Benedicta uero pronuntiatur, quia conceptura, & paritura erat Filium talem ac tãtum. Sunt autem tres hæ causæ gaudendi, & una alterius causa, Aue, & gaude, quia gratia plena, quia Dominus tecum, quia benedicta in mulieribus. Præterea, quia gratia plena est, ideo Dominus tecum, & quia Dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus.

ANNOTATIO LXXI.

Quare Maria præ cunctis mulieribus benedicta dicatur.

QVod ad uerba spectat, illud [in mulieribus] Aug. Serm. 10. & 11. de Natali Domini, & Ambrosius legunt [inter mulieres.] Hieronymus vero in Serm. de Assumpt. legit ut nos, In mulieribus, & interpretatur, scilicet, plus benedicta, quàm omnes mulieres. sensus idem est, vtrouis modo legas, ad uerbum in Græco est: In mulieribus. Quod vero ad sensum pertinet, quidam recentiores benedictam interpretantur, quia digna est, ut omnes de ea bene loquantur, parum tamen accommodata est expositio, licet uera sit doctrina. Aduerte igitur inter multas benedictionum species, quas Deus confert, vnam esse fœcunditatem ad multiplicandam prolem, de qua dicitur Genes. 1. Benedixit illis Deus, & ait, Crescite, & multiplicamini, & replete terrã. Gen. 49. Omnipotẽs benedicet tibi benedictionibus uberũ, & vuluæ. Tob. 7. Deus Abraham, Isaac, & Iacob coniũgat uos, impleatque benedictionem suam in uobis. Hanc benedictionem nunc Angelus significat, idcirco benedictam in mulieribus pronũtiauit. Quamuis in alijs benedictionibus absolute, in omnibus etiam viris benedicta fuerit, sic exponit Augustinus Sermo. 11. de Natali Dom. cum dixit, inquit, benedicta tu in mulieribus, uirginitatis eius benedictum fructũ expressit, & Serm. 10. Benedicta, inquit, tu inter mulieres, quia ecce concipies, & paries Filium. Fuit autem sanctissima Virgo supra omnes fœminas benedicta, cuius fœcunditas tãta fuit, ut Filiũ Dei cõciperet, & pareret, tamque mirabilis, ut sine grauamine grauida, sine corruptione mater, sine dolore puerpera esset. Sũt quidem in Scriptura quædam mulieres benedictæ super alias pronuntiatę, Iudith. 15. Benedicta inter mulieres Iahel. Iudith. 13. Benedicta es tu filia à Domino præ omnibus mulieribus; at nulla talem ac tantam cõsecuta est benedictionem, qualis ac quanta ab Angelo nunc profertur. Fuit etiam multis alijs modis nõ super mulieres solas, sed & super omnes uiros, immo & Angelos benedicta, de quibus dicemus, cũ inferius hæc eadem uerba ab Elisabeth repetita explanabimus.

Hic aduertendum est Ecclesiam, & fideles hac uti salutatione quotidie, adiũctis uerbis Elisabeth, Benedictus fructus uentris tui, & quibusdam, quæ pro statu præsenti nostro faciunt, Ora pro nobis peccatoribus, Amen. Quam salutationem hæretici nostri temporis ferre non possunt, uano argumento decepti, quod iam Annũtiatio peracta est, & res ipsa, quam talis salutatio prænuntiabat; *Causa impugnandi Angelicam salutationis vsum.*

tiabat; quasi non essent modi, & sensus multi alij, in quibus eadem verba frequenter repeti possent. Athanasius ille magnus in Sermone de Deipara, Angelicas Hierarchias in cœlis hisce eisdem verbis Beatissimam Virginem laudare perpetuo affirmat, clamãt enim omnes: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vẽtris tui, ab hisque Hierarchijs cœlestibus nostram terrestrem hierarchiam didicisse asserit. Quid ergo nobis vitio id dant hæretici, quod nouem Angelorum chori etiam nunc decantant, & quod ab eisdem didicimus decantare? Non autem hæc verba proferimus, quasi annuntiare velimus, quod futurum est, sed multis alijs modis. Primo quidem in memoriam tanti beneficij, quantum per sactam Virginem recepimus, cuius fide, & consensu effectum est, vt mysterium salutis nostræ implere tur. Secundo, in gratiarum actionem, dum enim hanc repetimus salutationẽ, Deo immenso, qui Filium suum carnẽ indui de nostra substantia voluit, ipsique sacræ Virgini, quæ se Ancillam prõptam exhibuit, gratias agimus. Tertio, quadam sancta, & spirituali congratulatione, congratulamur ipsi sacræ Virgini, quòd tot ac tanta a Deo beneficia acceperit, vt mater Dei dignissima fit facta. Quarto ob quandam laudis acclamationem, qua eam magnificamus, & implemus, quod ipsa prædixit, Beatam me dicent omnes generationes. Quinto propter cultum & reuerentiam, quam ipsi præstamus, vt serui Dominæ, & reginæ nostræ, ac matri Dei. Hac de causa solemus Psalmos cãtare Domino, quãuis sint de rebus iam transactis. Sexto ad contemplationem, qua eius mirabilem perfectionem, gratiam, sanctitatem, ac dignitatẽ intuemur. Septimo in inuocationem, & petitionem, qua eius auxilium, opem, & intercessionem implotamus, reducentes velut in memoriam verba Angelica, quando prouecta est in tantam celsitudinem, vt pro nobis posset apud Filium, magna sane cum fiducia intercedere. Non ergo est, cur ab hac salutatione repetenda retrahamur, sed quòd intimo cordis affectu, & mentis attentione, cum gaudio, & humilitate deuotissime, & frequentissime eam recitemus, & sacratissimæ Virgini offeramus.

Quæ cum audisset.

COMMENTARIA.

DEscribit Euangelista, quæ salutatione peracta, in Beatæ Virgine facta sunt; hæc autem tria fuere. Primum, audiuit salutationis verba. Secundum turbata est. Tertium, cogitauit, qualis esset ista salutatio. Primũ verbis propositis exprimitur, audiuit Beata Virgo salutationis verba auditu exteriori, & verborum significationem mente apprehendit.

ANNOTATIO LXXII.

Loci huius lectio expenditur.

ADnotandum est exemplaria Græca habere [quæ cum vidisset] & ita legit Ambrosius, & interpretatur, propterea que existimat ad visum Angeli in vi ri specie turbatam fuisse Beatam Virginem, vt paulo post explicabimus. Communis tamen lectio est [cum audisset] & sic legit Bernardus homil. 3. super [Missus est] & hæc lectio accommodatior est, nam statim sequitur, cum audisset, turbata est in sermone eius. Sermo autem non ad visum, sed ad auditum pertinet; si autem dictum esset [cum vidisset] oportebat dicere, turbata est in visu eius. Quam verborum connexionem perpendit Ambrosius, & propterea legendum putauit, Turbata est in introitu eius, quæ lectio, vt inferius dicemus, aduersatur exemplaribus Græcis, & Latinis. Legendum igitur est [cũ audisset.] etiam si autem Græcus codex haberet [cum vidisset] interpretari oportet; cum audisset. est enim verbum vidẽdi in Scriptura omnibus sensibus commune, vt adnotauit recte Augustinus tractatu 121. in Ioann. nam Exod. 20. dicitur, Cunctus populus videbat voces. & Marc. 15. Vide in quantis te accusent; quibus in locis vsurpatur pro auditu. & Io. 21. Affer digitum tuum huc, & vide manus meas. vbi pro tactu accipitur. Sunt multa huiusmodi testimonia: ita nunc dicendum est, cum

cum vidisset, ideſt cum audisset, nam verbum ſequens, turbata eſt in ſermone eius, indicat non pro viſu, ſed pro auditu accipi debere.

ANNOTATIO LXXIII.

An Maria ab initio ſalutationis Angelũ nouerit.

DVbitatio eſt, an Beata Virgo nouerit Angelum ſalutantem? dico ſalutantem, nam nouiſſe eum poſtea, quando myſterium annuntiauit, certum eſt, & ſine controuerſia; difficultas autem eſt, an a principio agnouerit, quando ingreſſus eam ſalutauit. Ambroſius lib. 2. de Virginit. affirmat, Gabrielẽ ſolitũ eſſe apparere Beatæ Virgini, tamen quãdo ingreſſus eſt ad ſalutandum, in viri forma viſum eſſe, & ideo non agnitum fuiſſe; poſtea vero nomen ipſum Virginis pronuntiantem, Ne timeas Maria, agnitum eſſe. Hieronymus epiſt. ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis, aſſerit adeo conſternatam fuiſſe Beatã Virginem, quia Gabriel in forma viri apparuit, vt reſpondere continuo non potuerit, tamen audito nuntio, quæ hominẽ formidabat, cum Angelo fabulatur intrepida. Bernardus Serm. 3. ſuper [Miſſus eſt] affirmat Beatam Virginem ſciuiſſe, Angelum Satanæ ſolitum ſe transformare in Angelum lucis, idcirco cogitaſſe, qualis eſſet ſalutatio, maxime quia præ ſua humilitate ab Angelo lucis tantam ſalutationem non ſperabat. Conueniunt hi tres Doctores a principio non nouiſſe Angelum. diſcrimen autem eſt inter eos, nam Ambroſius, & Hieronymus ſentire videntur Beatam Virginem exiſtimaſſe hominem eſſe, qui ſalutabat. Bernardus vero, nouiſſe non hominem, ſed Angelum eſſe; dubitaſſe vero, an eſſet Angelus bonus, an malus. Athanaſius in qq. ad Antiochũ q. 12. dicit Beatam Virginem mente vidiſſe nudam Angeli ſubſtantiam, & ei ſoli in hoc ſæculo id priuilegium fuiſſe conceſſum, at non diſtinguit tempora Athanaſius, an a principio, an poſtea, ex quo tamen abſolute loquitur, ſentire videtur etiam a principio, nouiſſe, vtpote quæ nudam eſſentiam intellectu aſpiciebat.

In hac parte quædam mihi videntur probabiliora. Primũ eſt, Beatã Virginẽ nõ exiſtimaſſe hoiem eſſe, quẽ videbat, tũm quia clauſa cum eſſet in cubiculo, nocturnoque & intempeſtiuo tempore & domus fores clauſæ eſſent, non erat, cur arbitrata eſſet hominem eũ, qui tũc repente illic apparebat, maxime cũ ſolita eſſet Angelorum colloquijs uti, vt idẽ teſtatur Ambroſ. Præterea, vt Aug. Serm. 14. de Natiuit. Domini dicit, corporis ab Angelo aſsumpti effigies adeo lucida, & pulchra erat, vt hominũ pulchritudinẽ naturalem ſuperaret. Præterea, quia tunc non in ſermone, ſed in viſu eius turbata diceretur. Demum, quia verba ſalutationis, non ab homine profecta eſſe videbantur, ſed ab Angelo. Secundum eſt Beatam Virginem non dubitaſſe, an Angelus eſſet bonus, an malus, ſed certam fuiſſe bonum Angelum eſſe, & a principio. Hoc mihi probabilius eſt, ſi. n. dubia de hoc eſſet, poti⁹ cogitaſſet, quis is eſſet, quàm qualis eſſet eius ſalutatio. Rurſus, veriſimile non eſt in tanto, ac tã ad credendũ arduo myſterio Dominũ permiſiſſe, vt nuntius incertus videretur. Adde Beatam Virginẽ inter gratias tunc a Deo acceptas conſecutam fuiſſe ſpirituum perfectam diſcretionẽ, nouit ergo bonum fuiſſe Angelũ. Poſtremo ſi Zacharias Angelũ nouit a principio, non vi, cur Beata Virgo eundem non agnouerit, quæ Zachariã multis partibus antecellebat. Nouit ergo a principio, an autem viderit eſſentiam Angeli diſtincte, vt Athanaſius dicit, argumenta efficacia id affirmandi non inuenio, ſicut nec negandi.

Turbata eſt.

COMMENTARIA.

HOc eſt ſecundum, audiẽs Beata virgo Angeli ſalutationẽ, turbata eſt, id eſt timuit cũ quadam corporis cõmotione, quæ ſolet animi timorem comitari præcipue, cũ magnus eſt, vti diximus ſuperius de turbatione Zachariæ.

ANNOTATIO LXXIIII.

Quid ſit animi perturbatio, quotuplex ſit, & efficacia.

ADuerte animi affectus, nempe timorẽ, triſtitiam, gaudiũ, itã, ceteroſq; ſimiles appellari turbationes, vt affirmat Aug. tract. 60. in Io. cauſa aũt, cur hoc nomine vocentur, ea eſt, quia fiunt cum quadã corporis commotione, & alteratione. bilis cum, ſanguis, cæteraque humores commouentur, & alterant cor, parteſque corporis vitales interiores, & aliquando ad exteriores peruenit turbatio, nam palleſcunt, qui timent, rubeſcunt, quos pudet, aliaſque mutationes patiuntur. Propterea à Philoſophis hi affectus etiam paſſiones appellari ſolent. Non quidem, quòd timere, iraſci, ſperare, & cætera ſint omnino paſſiones corporeæ, cum ſint actus animi, & appetitus, ſed quòd coniuncti ſint corporis paſſionibus, & alterationibus huiuſmodi. Hinc Philoſophi i ſcholis diſtinguũt duo in affectibus iſtis; formale, quod uocant, nempe actum animi, & naturale, corporis ſcilicet alterationem. Ex apprehenſione enim obiecti fit primo in animo, & appetitu actus ipſe timendi, uel deſiderandi, uel amandi, uel alius ſimilis, & hic commotionis in corpore cauſa eſt, quæ quidem commotio maior, aut minor eſt pro uarietate affectuũ, & pro magnitudine ſingulorum. Solẽt hæ turbationes & animo, & corpori nocere: corpori quidem, quia ægritudinis cauſa aliquando ſunt; animo uero, quia multum immutant ipſum, dum obiecta faciunt aliter apparere, quàm ſunt, ut. n. linguæ & oculo extraneis humoribus affectis, obiecta ſolent aliter repræſentari, quàm ſint, & apparent iuxta humorum qualitatem, ita hæ perturbationes intellectui obiecta immutant, corporis enim miniſterio intellectus vtitur ad intelligendum. Vnde Ambroſ. in Pſa. 118. Ser. 6. ver. 3. dicit mentem non uidere perfecte ſua obiecta his turbationibus exiſtentibus, ſicut nec oculus, quando humoribus extraneis eſt alteratus. quod quidem intellige, non quòd mens uidere nequeat, ſed quòd difficile id ſit. Hinc eſt turbatos affectibus male iudicare de rebus frequentiſſime, ſed non ſemper. nõ. n. eſt mẽs, ſicut oculus, nã hic diſcurſu, & ratione caret, illa uero polleꝫ. Hi autem affectus, & commotiones, ſi ratione temperentur, ſolent multum acuere, & excitare animum ad opera uirtutis exequenda: turbatio. n. fortem animo ſiorem facit. Attende demum, quamuis affectus hi quantum ad actus animi, liberi ſint, & in poteſtate hominis, ut recte docet Gregor. Nyſſen. libro quinto de Philoſophia, cap. 3. tamen ſæpe ſunt neceſſarij, inſurgunt que ex obiecti apprehenſione etiam nolentibus nobis, præueniuntque rationem, & dicuntur naturales affectus, ideſt non a libero animo procedentes: turbationes uero corporeæ, ex actu animi ſiue libero, ſiue neceſſario conſequuntur ex neceſſitate, etiamſi enim aliquãdo liberum ſit nobis excitare animum ad timendum, poſito tamen timore liberum non eſt efficere, ſeu impedire, quominus timor hic turbet corpus. Hæc breuiter dicta ſint de his affectibus pro intelligentia huius loci, quem nunc explicamus.

Qualis fuerit Mariæ turbatio.

Eſt igitur inquirendum, quæ, & qualis fuerit turbatio B. Virg. & de primo nulla eſt difficultas; turbationem enim hanc fuiſſe timorem Doctores ſine controuerſia aſſerunt, idque Angelus ipſe confirmauit, nam ſubiunxit, Ne timeas Maria, quaſi diceret, turbata es timore, Ne timeas. Dicta autẽ eſt turbata, quia non ſolum animo concepit timorẽ, ſed ex timore ſacratiſſimum corpus ipſius commotum, & alteratum eſt, ut ſolet timentibus accidere: id autem conuenientiſſime factum eſt ex diuina prouidentia: timor enim initium eſt ſapientiæ, & diſpoſitio quædam ad gratiam, quæ igitur corpore receptura erat Filium Dei, & nouo modo eius anima repleda erat gratia ex ſuperuentione Spiritus ſancti, timorem animo, & corpore concipit.

Quibus conueniãt & differãt turbationes, quæ de Zacharia, Deipara, & Chriſto & Beata Virgine enũtiantur.

Qualis autem fuerit turbatio hæc, difficilius eſt inueſtigare. Aduerte igit tres extitiſſe turbationes. Prima fuit Zachariæ, de qua ſupra dictum eſt, Turbatus eſt Zacharias. Secunda hæc eſt B. Virg. Tertia eſt ipſius Chriſti Domini. Io. 12. Nunc anima mea turbata eſt. & Ioan. 13. Turbatus eſt ſpiritu. & Ioan. 11. Turbauit ſeipſum, & dixi. Omnes hæ turbationes conueniunt in uno, ſed differunt in multis. Conueniunt quidem, nam cum quadam corporis commotione factę ſunt: in Chriſto enim corporis motionem agnoſcimus ex Ioan. 11. dicitur enim turbauit ſemetipſum, & paulo poſt lachrymatus eſt, quæ lachrymatio interiorem commotionem corporis indicabat. De Zacharia autem, & Beata Virgine non eſt dubitandi cauſa: non enim dicuntur timuiſſe, ſed eſſe turbati. Non quidem fuit æqualis turbatio, ſeu commotio in omnibus, nec eadem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem animi affectio, nam in Beata Virgine, & Zacharia timor erat. in Christo uero non omnes tres allegatæ affectiones fuerunt timoris, ut in Commentarijs supra Ioannem explicuimus. Hoc tamen commune est fuisse cum quadã corporis motione tàm in Christo, quàm Beata Virgine, & Zacharia. Est tamen discrimen. Primo quidem affectus in Zacharia potuerunt eo peruenire, ut rationem perturbarent, & a recto abducerent, immo illa perturbatio, & timor sic excreuit, ut mentem illius ad incredulitatem reprehẽsione dignam inclinaret: at in Beata Virgine ita affectus hi omnes erant ordinati, ut rationem a recto nunquam abducere possent. Secundo in Beata Virgine non solum affectus eo peruenire non poterant, ut rationem abducerent, sed neque contra rationem insurgere; in Sanctis enim hominibus affectus inuenti sunt, qui contra rationem resilirent, quamuis diuina gratia ratio contra eos præualeret, nec illis succũberet, de quibus dicitur Rom. 7. Sentio in membris meis legem repugnantem legi mentis meę. Beatæ vero Virgini ex diuino priuilegio concessum est, vt nullos tales affectus, aut motus pateretur, qui non solum non expugnarẽt mentem ac rationem, sed nec etiam oppugnarent; in Christo autem non solum hoc fuit, sed etiam omnes eius affectus erant uoluntarij, & liberi, non enim timebat, nec irascebatur, nec tristabatur, nec ex reliquis aliquem affectũ habebat, nisi quando uolebat, & quomodo volebat. idcirco affectus eius nõ passiones, sed propassiones à Theologis appellantur, idque sumptum est à Hieronymo Matth. 26. in illud: Cœpit contristari, hoc enim nomine Christi affectus appellat, nobis autem ex necessitate, & nolentibus sæpe accidunt, ut hæc tria in nostris affectibus patiamur, & quòd nolentibus in nobis sæpe fiant, & quòd contra rationem insurgant, eamque impugnent, & quòd eis aliquando, quamuis id libere faciamus, succũbat ratio. nihil horũ in Christo fuit, in Beata autem Virgine duo posteriora certum est non fuisse, an tamen tertium sit ei concessum, ut omnes eius affectus in ipsius fuerint potestate, & liberi, non ita certum est, nec habemus expressam in hoc Patrum doctrinam, est tamen probabile, & rationi consentaneum id etiam habuisse, ut qualis filius, talis etiam & mater, licet non in æquali excellentia, & perfectione extiterit, nec eadem causa, Christus enim id habuit ratione personæ, quia Deus erat. Beata vero Virgo ex priuilegio, sicut & quod vterque nullum peccatum habuit, non quidem pari causa. Ad hoc affirmãdum maxime inducor, quia quòd affectus in nobis rationem præueniant, & inuoluntarij sint ex originali peccato prouenit, quo omnes sumus affecti, cum autẽ Beata Virgo tali peccato infecta nõ fuerit, consequitur nec habuisse tales affectus. Si igitur nunc turbata est, voluntarie turbata est, & affectus timoris hic non passio, sed propassio dicenda est.

In sermone eius.

COMMENTARIA.

HOc est tertium, nempe causa timoris, & turbationis, hæc autem fuit sermo Angeli salutatorius; ex uerbis enim illius suspicata est aliquid ad conceptionem spectans, quodque minus cum virginitate constaret, dubitabatque ne forte Dominus vellet eam maritali copulæ indulgere, ut uirum aliquẽ insignẽ cõciperet, & pareret, & ignara mysterij, virginitati suæ, quæ in summis ei votis erat, timuit, & turbata est; uerba. n. Angeli, vti diximus, conceptionem, & partum insinuabant. Eximius igitur amor virginitatis, ac puritatis, causa fuit timoris ex uerbis salutantis Angeli concepti, quasi aliquid, quod uirginitati non conueniret, annuntiantis, maximè cùm se matrimonio copulatam cerneret, & cum ex scriptura didicisset Angelos conceptionem, & partum hominibus aliquãdo prænuntiasse. Est autem Hebraismus [in sermone] pro [sermone.]

ANNO-

ANNOTATIO. LXXV.

Vnde orta fuerit Mariæ turbatio

QVod ad litterã spectat, Ambrosius hic, & lib. 1. Offici. cap. 18. & lib. 2. de Abraham cap. 9. legit [in introitu eius] lectio tamen singularis est, cum cæteri omnes, fauentibus Græcis, & Latinis exemplaribus, legant [in sermone eius.] Quod uero ad sensum attinet, non caret difficultate scire, quæ fuerit causa timoris, & turbationis huius proxima. In qua re multæ Patrum extitere sententiæ. Primo loco Origenes hom. 6. in Lucam, causam timoris asserit fuisse excellentiam, & magnitudinem salutationis; solemus enim timere rerum excellentium, & insolitarum præsentiã, ut enim inquit Athanasius in vita S. Antonij: Timor non solum ex imminentis mali consideratione, sed etiam ex rerum magnarum aspectu incutitur. Huic doctrinæ obstat, quod sequitur: Cogitabat, qualis esset ista salutatio. dicendum enim erat, iuxta Origenis sententiã, quãta esset ista salutatio. Præterea, quia cogitatio hæc, qualis esset ista salutatio, indicat timorem ex rei futuræ meditatione ortum esse; cogitabat enim, quò tenderet ista salutatio. Præterea, quia Angelus, ut timorem remoueret, dixit, Ne timeas, quia inuenisti gratiam apud Deũ. Si rei magnitudo timoris causa erat, potius hæc uerba timorem auxissent, quibus rei magnitudo amplificabatur.

Secundo loco Ambr. lib. 2. de Abraham c. 9. & li. 1. Offici. c. 18. timoris causam affirmat fuisse Angeli visionem, qui in forma viri insolita, & peregrina apparuit, quæ causa non accommodatur verbo [in sermone eius] dicendum. n. erat in visione eius, nec etiam uerbo sequenti [cogitabat qualis esset salutatio.]

Tertio loco Hieron. in Epist. ad Eustochium, de custodia uirginitatis, nõ solum insolitam uiri faciem, sed etiam salutationem; quia nunquam à viro salutata erat, timorem incussisse dixit. Huic tamen obstat, quod dicitur [in sermone eius, & qualis esset ista salutatio] nõ igitur persona, sed sermo illius causam timoris attulit.

Quarto loco Euthymius, timoris & turbationis causam eam affecit extitisse, quia dubitabat, an esset Angelus lucis, an Satanæ, & dolosus idem dicit Bernard. Serm. 3. in Missus est. Huic repugnat, quod sequitur [in sermone eius, & qualis esset ista salutatio] cogitasse etiã potius quis esset, & ex eo timuisse, diceretur.

Quinto loco idem Bernardus Serm. 3 super Missus est, virginalem verecundiam causam timoris fuisse dicit, quæ etiam tuta timere solet, sed nec hoc accommodatur sequentibus verbis. non enim uerecundia hæc faceret cogitare, qualis esset ista salutatio; cogitatio enim indicat nondum percepisse salutationis sensum.

Auctoris sententia.

Pro rei huius explicatione illud ante oculos proponendum est, cum Beatissima Virgo plena esset tunc gratia, & Spiritu sancto in omnibus suis actionibus duceretur, maximisq; & heroicis esset ornata virtutibus, non est verisimile illam concepisse timorẽ huiusmodi, qui imperfectioni alicui esset coniunctus, minusque statui tam eminenti congruret. Hinc sequitur non satis accommodatam videri sententiam Hieronymi, & Ambrosij, timere enim ad viri faciem pugnat cum fortitudine, & roboris magnitudine, quæ erant in Beata Virgine, potius dicenda esset timiditas, quæ imperfectorum est, quàm timor. Eadem de causa Euthymij sententia non videtur probabilis; timor enim ille imperfectionem indicat, cum spiritus discernere non ualeret. Nec etiam sententia Bernardi, verecundia enim illa naturalis quædam passio est, rationem præueniens. Quod autem dicit Origenes, uti diximus, contextui non accommodatur. Mihi igitur probabilius visum est timorem Beatæ Virginis à ratione cœpisse, & ad partem sensitiuam peruenisse, cuius causa fuit insignis amor uirginitatis, cum enim in Angeli verbis aliquid, quod prolem, & conceptionem redoleret apprehenderet, & modum adhuc ignoraret, timuit dubitans virginitatem se conseruare non posse, quamuis enim Angelum Dei agnosceret, & quod futurum erat, Dei uoluntatem esse non dubitaret, ipsique se in omnibus conformem exhiberet, virginitatem tamen conseruare summopere optabat. sciebat enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim Deũ ita quæ præcipit velle nos facere, vt non displiceat, in eisdem nos dolorem concipere. nam cum iussit Abraham filium suum occidere, non displicebat Deo dolor Abrahæ de filio occidendo: ita nunc Beata Virgo Dei voluntati obedire paratissima, virginitatem amittere timebat, qui timor perfectissimus, & honestissimus fuit, dignusque tanta Virgine. Hanc causam insinuat Augustinus Serm. 2. de Annunciat. Domini. Ne timeas, inquit, inuenisti gratiam apud Deum, ne a conspectu meo terrearis mater Domini mei, ego conceptionis tuæ minister adueni, non vt virginitatem amitteres, interueni. Hæc Augustinus, & Gregorius Nyssenus orat. de Christi natiuitate. Angelus, inquit, partum denuntiat, illa virginitatem cõplectitur, castitatem præferens Angelicæ apparitioni, non quòd non esset obediens diuinæ voluntati, sed quòd vellet, si posset virginitatem conservare.

Et cogitabat, qualis esset ista salutatio.

COMMENTARIA.

HOc est quartum, cũ enim nõdum percepisset plene Angelicæ salutationis sensum, cogitauit, qualis esset ista salutatio, nempe quo tenderet, & quis finis, quæue causa eius esset. Sicut autem timere fuit eximiæ castitatis, ita cogitare, & secum inuestigare salutationis causam, insignis prudentiæ erat, vtrũque autem tam timor, quàm cogitatio, quæ effectus erat timoris, voluntarium fuit.

ANNOTATIO LXXVI.

EVthymius in præsenti, & Bernardus Serm. 3. in [Missus est] suam interpretationem prosequentes, hanc sententiam sic explicant, nimirum cogitabat, qualis esset ista salutatio, an a Deo, an a Dæmone, an ab Angelo lucis, an ab Angelo Satanæ. Origenes iuxta suam etiã interpretationem exponit, qualis, idest quanta esset salutatio ista. Legitima tñ explicatio est, quam in cõmentario adhibuimus. Suspicata. n. est Beata Virgo ex salutationis verbis aliquid, & ad prolẽ, & generationem spectabat, ideirco timuit castitati suæ, nondumque de ea re certior facta, diligenter cogitabat, quo tenderet salutatio, an scilicet esset id quod timebat, verbum etiam Græcum διαλογίζετο hũc sensum admittit, sicut & Latinum illi respondens [qualis.] inuestigabat enim qualis esset salutatio, nimirum an eius esset generis, quæ fieri solet ad prolem aliquam annuntiandã, an ad aliud quidpiam significandum.

Et ait Angelus ei.

COMMENTARIA.

NOuit Angelus diuino lumine illustratus Beatę Virginis timorem, & cogitationem, quæ eã detinebat, ne responderet, idcirco iterum affatur, ait, inquit, non autẽ dicitur respondisse, sed dixisse, quia Beata Virgo nondum verbum aliquod protulerat, vt Angelus ei responderet. Prudentissime autẽ responsum detinuit Beata Virgo, quousq; secũ examinaret, & inuestigaret, quo salutatio tenderet.

ANNOTATIO LXXVII.

CVr Beata Virgo Angelo salutanti non statim responderit, nec cum re salutauerit, causam Hieronymus Epist. ad Eustochium, de custodia Virgini. existimat eam fuisse, quia perterrefacta Angeli visione respondere nõ potuit. Huic tamen terrori aduersatur fortitudo perfecta, quæ erat in Beata Virgine, idcirco non videtur causa legitima, maxime vti diximus, cum timor ille fuisset voluntarius. Ambrosius verò lib. 1. Offic. ca. 18. aliter sentit, nimirum præ verecundia non resalutasse, ac cum hæc verecũdia non sit cum perfectione virtutis, quod enim impedit, & retrahit ab officio debito, nimirum salutantem resalutare, imperfectum est, idcirco nec causa hæc probanda videtur. Potius igitur ad prudentiam referendum id est, quam etiã prudentiam ipse Ambrosius in commẽtarijs Lucæ cõmendat. verbi enim nondum sensu percepto respondere imprudentiæ est, quæ a Beata Virgine longe aberat. sciebat enim illud Ecclesiast. 11. Priusquam audias, non respondeas verbum, quod non ad auditum exteriorem tantum,

tantum, sed etiam ad intelligẽtiam pertinet, respondendũ enim non est, priusquam intellectum sit, quid dicatur. Beata ergo Virgo cogitare, & intelligere prius voluit, quàm responderet, dumq; cogitaret, præuenta est ab Angelo verbis sequentibus. noluit enim Angelus Deo sic iubente permittere Beatam Virginem diu cogitare, & inuestigare sensum, & intelligentiam, quam non erat assecutura, nisi eodem Angelo manifestante.

Ne timeas Maria.

COMMENTARIA.

ANgeli salutatio duo effecerat, timendi, & cogitãdi causam Beatę Virgini præbuerat, idcirco vtrique satisfacit duo item explicans, nempe causam nullam timoris esse, illamque Filium Dei concepturam, ac parituram, Messiæq; matrem futurã. Est autem integer sensus hic, non est, quòd timeas ò Beata Virgo, inuenisti enim gratiã apud Deum, quòd non timẽdi, sed gaudendi causa est. Nec etiam fatigeris cogitãdo, qualis sit, quòue tẽdat mea salutatio, Ecce enim concipies, & paries filium, & vocabis nomẽ eius &c. depone igitur timorem Maria. Proprium est Angelorum Sanctorum, quando nuntiãt, quæ lætitiæ, & salutis sunt, vti verbo, Noli timere, sic Zachariæ dictũ est, sic etiam alijs in veteri testamẽto, vt supra dictum est. Merito autẽ Angelus eam, vt timorẽ remoueat exhortatur, non solum quia causa non erat timendi, sed etiam quia altissima reuelaturus erat mysteria; vt enim recte Hieronymus Matth. 28. in illud [Nolite timere] adnotat, quando augustior apparet uisio, timor expellitur, ut mente pacata possint, quę dicuntur, audiri. Nomine autem proprio eam alloquitur vocando Mariam, ut quanta benevolentia eam Deus prosequatur, quàmque illi sit chara significet, qui enim nobis chari sunt, eos nomine proprio nominamus, iuxta illud Exod. 33. Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me.

ANNOTATIO LXXVIII.

Cur Angelus in salutatione nomine proprio Mariam vocat.

AThanasius, epist. ad Marcellinum, de interpretatione Psalmorũ, adnotat Angelum vocasse Mariam, quasi a suo genere diuersam, cũ Angelus incorporeus, & spiritualis, illa verò corporea substantia esset, Dauidem vero vtpote hominem, & de cuius semine erat procreanda, appellasse filiam. Psal. 44. Audi, inquit, filia, & vide. Præter causam autem in commentario assignatam, cur proprio nomine vsus fit, ea etiã est, vt gratiæ Dei magnitudinem commendet, & ad eam contemplandam animum audientis euehat, quasi diceret, cũ sis Maria, & fœmina quędam de filiabus hominum, in tantam es prouecta maiestatem, & altitudinem, vt gratiam inueneris apud Deum, qua efficieris mater Filij æterni Dei. S. Bonauentura existimat nominis meminisse, vt insinuaret illud scriptum esse in Cœlo, iuxta illud Luc. 10. Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo.

Inuenisti enim gratiam apud Deum.

COMMENTARIA.

CAusam adhibet timoris deponendi, & quia Beata Virgo ex verbis salutationis illius nondum plane perceptis timorem conceperat, incipit exponere, & est sensus, timuisti Beata Virgo, quia te gratia plenam dixi, inde aliquid humanum, seu opera humana efficiendũ suspicaris, at ne timeas, quia gratia plena es apud Deum, inuenisti gratiam apud eum, & illi facta es gratiosa, quod in te fiet, non hominis opus, sed solius Dei erit, apud quem gratiam obtinuisti.

ANNOTATIO LXXIX.

Quid sit gratiam inuenisse.

GRæcum verbum εὑρεῖν, idem significat, quod Latine inuenisti, quod aliquando de eo dicitur, quod nihil tale cogitanti, aut speranti obtingit, ad significandam magnitudinẽ, & singularitatem gratiæ, quam Beata Virgo nacta est, vt mater Dei efficeretur, quam ipsa nec opina-

Universidad de Deusto
Biblioteca

opinabatur, nec sperabat. Est autē phrasis scripturæ inuenire gratiam apud aliquem, tam Deum, quàm hominem pro eo, quod est valde ei placere. Esther. 2. Inuenit, inquit, gratiam in conspectu illius, scilicet Asueri. & cap. 7. Si inueni gratiam in oculis tuis ò Rex. Iudith. 12. Inuenisti gratiam coram me. Sunt verba Holophernis. Apud Deum autem ēt dicitur gratia inuenisti. Gen. 6. Noe inuenit gratiam coram Domino. Gen. 18. Si inueni gratiam coram oculis tuis. Act. 7. Dauid inuenit gratiam ante Deum. Sunt multa huiusmodi testimonia, Angelus ergo Beatam Virginem inuenisse gratiam dicit, non quidem apud hominem, sed apud Deum, quo quidem suspicionem de Virginitate non conseruāda extenuat. Gratia enim, inquit, qua te plenam annuntiaui, non est vt hominibus, sed vt Deo placeas, grataque illi sis, non igitur virginitati tuæ timeas. Est autem aduertendum multo excellentius, & singularius dictum esse de Beata Virgine inuenisse gratiam, quàm de ceteris omnibus, quorum scriptura meminit, hi namque inuenisse gratiam pronuntiantur coram Domino, aut ante Dominum, aut in conspectu Domini, aut in oculis Domini, his enim quatuor locutionum modis scriptura de alijs locuta est; at noua est hæc forma loquendi [apud Deum] vt enim Græci auctores rectè tradunt Præpositio παρὰ casui dādi iuncta, vti nunc legitur, idem significat, quod Latine, iuxta, seu prope, quasi dictū sit, inuenisti gratiam prope Deū. Latinus autē interpres vertit apud Deū, gratia enim hac effectum est, vt Deum ipsum in suo ventre reciperet, ipsumq; gigneret per carnem, quod nemini præter ipsam concessum est. Rectèque dicitur apud Deum, & non apud Dominū, quia cum omnes simus serui, Deumque Dominum habeamus, ipsa consecuta est, vt mater etiam esset, idcirco inuenisse gratiam apud Deum dicta est, quāuis enim natura sit serua, & ancilla, in tantam tamen electa est gratiam, vt etiam mater Dei sit, & relatione seruitutis, ac maternitatis ad Deum referatur.

Ecce concipies in vtero.

COMMENTARIA.

EXplicitis verbis exponit nuntium Angelus, & cogitationis ambiguitatem tollit: Ecce, inquit, concipies in vtero. particula [Ecce] hoc in loco temporis, quo, quæ annuntiantur, futura sunt, propinquitatem, & instantiam significat, vt recte Athanasius Serm. de Deipara interpretatur, quasi diceret, iamiam adest tempus, quādo concipies in vtero &c. verbo cōcipiendi adijcitur particula [in vtero] vt propriam, realem, & corporalem conceptionem significet, qua fœminæ concipiunt filios, vt distinguat a cōceptione metaphorica, & spirituali, qua mente dicimur concipere, quæ postea facturi sumus. Cetera in annotatione perlege.

ANNOTATIO LXXX.

IN primis illa particula [Ecce] considerāda est, præter id enim, quod dictū est in commentario, duo quædam alia indicat. Vnum est allusio quædam tacita ad prophetiam illam Isai. 7. vbi hoc ipsum, quod Angelus annuntiat, prædictum est, Ecce, inquit Virgo concipiet, & pariet filium, &c. Vetitur ergo Angelus hac eadem particula [Ecce] quasi diceret, ecce tu es illa Virgo prænuntiata ab Isaia, conceptura, & paritura Filium. Nec præter Angeli intentionem hoc videtur, cum idemmet cum Ioseph alloquens, & mysterium significare volens eandem prophetiam expresse allegauerit Matth. 1. Hoc, inquit, totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, quæ quidem verba non ab Euangelista tamquam sua, sed quasi ab Angelo pronuntiata referri testantur Tertullianus lib. 4. contra Marci. & Iren. lib. 4. c. 40. Alterum est, hanc eandem particulā indicare magnitudinem, & excellentiā mysterij, quod annuntiatur, solet enim hæc particula in Scriptura in ea significatione accipi, quām habet in illo loco Isai. 7. allegato: Ecce Virgo concipiet. & Ierem. 1. Ecce ego cōstitui te hodie

die super gentes, & super regna. Sunt multa loca huiusmodi.

De Energia uerbi illius (concipies.)

Est etiam considerandū uerbum (cōcipies) Græce haberi συλλαμβάνειν quod compositum est (sicut & verbum latinum, simplex uero est λαμβάνειν hæbraeo autem est verbum הרה. Est autem aduertendum Septuaginta interpretes verbum hoc non eodem modo semper uertisse, nam aliquando per uerbum συλλαμβάνειν, vt Gen. 4. Eua concepit Cain. concepit, & peperit Enoch, & alias sæpe, aliquando aliter nempe ἐν γαστρὶ ἕξεις, id est in utero habebis ut Iud. 13. de matre Samsonis dicitur. Ecce in utero habebis & Gen. 38. de Thamar dicitur, De uiro, cuius hæc sunt, cōcepi. Septuaginta habent in utero habeo At uero Isai. 7. de Beata Virgine prophetia est: Ecce Virgo concipiet, uerūmodo distincto, nempe simplici uerbo: In utero accipiet, quod Ambrosius lib. de incarn. Domini. Gerām. cap. 6. ad uirtutem Spiritus Sancti refert, quasi dictum esset, accipiet uirtutem Spiritus Sancti, & pariet Filium. Significare enim uoluerūt virginitatem illius, quę concepturā erat, & paritura filium, idcirco non sunt vsi verbo composito, nam συλλαμβάνειν, dicit, concipio, quasi simul capio, seu accipio significat, quod debuerunt quę non sic exprimere virginitatem. Matthęus autem cap. 1. loco Isaiæ citans, uertit, Ecce Virgo in utero habebit, quasi non de viro proles esset, ideoque abstinuit à verbo composito. At Lucas noster vsus est uerbo composito cōcipiendi, quia explicaturus statim erat illam coniunctionem duorum significatam uerbo composito non hominis, & fœminę, sed uirtutis Dei, & Spiritus sancti, ac fœminæ futuram. Magis autem exprimitur ueritas mysterij uerbo cōcipiendi, quàm verbo accipiendi, aut in vtero habendi, nam illud significat Beatam Virginem ministrasse materiam, & substantiam, ex qua cōceptus est Filius, hoc enim est concipere, nempe accipere virtutem in se ab alio, & simul ministrare ex se, suaque substantia, unde generetur, seu gignatur proles, non enim vas dicitur concipere liquorem in se existentem, quia non ex se illum habet, nec ignis concipit ignem, sed fœmina cōcipit uere filium, seu prolem, quia ex sua substantia, & intra se gignit, accipiēdo uirtutem etiam ab alio ob id concipit, & simul accipit. Ceterę quidem fœminę de uiro, Beatissima uero Virgo de Spiritu Sancto.

Voce illa (concipies) quatuor expugnantur hæreses.

Hoc igitur uerbo confirmantur quatuor hæreses, & dogmata fidei quatuor stabiliuntur. Prima hæresis fuit Manichæorum negantiū Christi carnē fuisse veram, contra quos uerbum hoc irrefragabiliter pugnat. si enim uera Christi caro non esset, nulla ratione Beata Virgo Christum concepisse dici posset, vnde docte Athanasius lib de Assumpt. hominis, hoc Angeli verbo talem hæresim euertit. Altera hæresis fuit Valentini, & quorundam aliorum, qui ut refert Tertullianus lib. de carne Christi, & Iren. lib. 3. cap. 32. affirmabant Christi carnem alterius esse substantiæ à nostra, & non de Beata Virgine sumptam, sed aliunde in eius utero positam. confutantur autem hi hæretici uerbo eodem, non enim cōcepisse diceretur, nisi de eius substantia caro illa sumpta esset, hoc enim est gignere, seu cōcipere. Tertia hæresis fuit eorundem Hæreticorum, qui, uel quia carnem Christi factam non esse, uel quia alterius esse substantiæ existimarunt, negarunt Beatam Virginem matrem fuisse Christi, ut refert Augustinus lib. de fid. & symb. cap. 4. Hæc autem hærosis eodem verbo refutatur, si enim concepit, genuit, si autem genuit, mater uera fuit, nec enim stant simul hæc, concepisse filium, & matrem non esse. Quarta hæresis fuit Nestorij, & quorundam aliorum, admittebant quidem matrem esse Christi, negabant tamen matrem esse Dei, meminit huius Damascen. lib. 3. c. 12. & Histor. tripart. lib. 12. cap. 4. Vtuntur autem hæretici isti hoc argumento, non genuit diuinitatem, igitur non est mater Dei. Soluitur autem à Cyrillo in Concil. Ephesi congregato contra hanc hæresim tom. 1. cap. 1. inter homines enim meros fœmina dicitur mater hominis, & tamen nō genuit animā, cūm sit à solo Deo creata, nam ut mater hominis dicatur, satis est si materiā corporis præstet, cui anima uniatur, & fiat homo: sic Beata Virgo carnis materiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

exhibuit, cui diuinitas est unita, si ergo argumentum illorum efficax esset, contra eosdem procederet, nam nec mater Christi dicenda esset, cum nec animam genuerit, uere ergo & mater Christi, & mater Dei, Christotocos, & Theotocos esse definitur, idq; uerbum concipiendi demõstrat. Error autem Nestorij ex alia radice procedebat, negabat enim unionem Verbi cum natura humana, duasq; personas in Christo diuidebat, idcirco negabat Beatam Virginem esse Dei matrem, hic autem error illis Ioan. 1. verbis euertitur, Verbum caro factum est, vt in eorum expositione diximus, posita ergo vnione Verbi in vnitate personæ diuinæ cum natura humana, consequitur Beatam Virginem esse matrem Verbi, seu Dei, quamuis non fuerit causa Verbi, sicut, & fœmina mater est hominis, quamuis animam non fecerit, vti diximus. Hæc occasione uerbi huius dicta sunt, inferius etiam nouis occurrentibus occasionibus explicabuntur, & fusius tractabuntur.

ANNOTATIO LXXXI.

Multis de causis Angelus addidit verbũ illud (in utero.)

SVpereſt illud tertium verbum consideratione & expositione dignũ (in vtero) hoc autem positum est nonnullis de causis. Primo quidem vt distinctio fiat à conceptionibus spiritualibus, & secundum animam, quarum scriptura meminit Isa. 26. A facie tua concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Psal. 7. Concepit dolorem, peperit iniquitatem. Iacob. 1. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum. Cum autem conceptio, quæ annuntiabatur, futura esset secundum carnem, & corporaliter, idcirco additum est (in utero). Secundo est quædam tacita allusio ad æternam generationem, secundum quam Filius Dei erat ab æterno ex utero Patris genitus, eiq; consubstantialis, quasi dictum esset, concipies in utero, efficieturq; tibi consubstantialis secundum carnem, ille idem, qui ex utero Patris ab æterno processit, estq; Patri consubstãtialis, ac Filius Dei æternus fiet Filius tuꝰ uerus, & realis in tẽpore. De æterno autẽ illo utero dictum est in Psal. 109. In splendoribus Sanctorũ ex utero ante luciferũ genui te. Ambrosius lib. 4. de fide. cap. 4. interpretatur Filium dici ex utero Patris genitum vt ostendatur vera, & realis generatio Filij à Patre, ita vt sit in ipsomet Patre eiusdem prorsus cum ipso substantiæ. Tertio hoc idem verbum est quædam confirmatio promissionis factę Dauid à Deo Psal. 130. De fructu, inquit, ventris tui ponam super sedem tuam. Adnotat autem Ire. li. 3. c. 27. ventrem seu uterũ hunc non esse ipsius Dauid, non enim vir dicitur ex utero, aut uentre generare, sed significari Beatissimam Virginem, quæ erat de semine Dauid, quasi dictum esset, de utero cuiusdam fœminæ, quæ erit de tuo semine, ego concipi & gigni faciam virum, qui sedebit super sedẽ tuam. Hic est uterus, de quo nunc dicit Angelus, Ecce concipies in utero, nempe illo promisso, & prænuntiatio à Deo, sicque implebitur in te promissio illa. Sacratissimus est, & admirabilis uterus hic, in quo mira gesta sunt scilicet caro Christi futura hostia pro omnium peccatis fabricata est ex purissimo Beatæ Virginis sanguine, anima Christi plena gratia, & veritate creata est, & carni copulata: subsistantiaq; ex anima & corpore composita æterni Filij Dei hypostasi vnita; & Filius Dei factus est homo, perq; nouem menses habitauit, & nutritus est. Hic est thalamus, à quo egressus est sponsus ad perambulandam viam redemptionis nostræ. ratione huius dicta est Beata Virgo domus Dei, ciuitas, templum, sanctuarium, multaq; alia huiusmodi sortita est encomia. Bernardus in sermone insetipto, de Beata Maria affirmat figuratum fuisse hunc uterum per Arcam illã testamenti, & profecto id uerum est. Arca enim illa urnã habẽtẽ mana, tabulas legis, & virgã Aaron continebat, vt testatur Paulus ad Hebr. 9. hæc omnia Christum significãt, erat enim Christus mãna cœleste in urna terræ, nempe diuinitas in humanitate, erat etiã Rex, & legifer, qui præcepta & leges uitæ daturus venerat, idque tabulæ legis significabant: erat etiam summus Sacerdos, & Pontifex, oblationem nouam, & miram di fructus efficacẽ oblaturus, quod virga Aaronis indicabat, recte ergo uterus qui eũ continebat, Arcæ cõferrur, tanto dignior,

dignior, & excellentior illa, quãto figuratum maius est quàm figura, & creator Christus, quàm creatura. Nec est contrarium Paulo, quod legitur 3. Reg. 6. nimirum, in Arca nihil aliud fuisse nisi tabulas legis. sensus enim est ex lege nihil aliud in Arca fuisse reseruatum, nisi tabulas lapideas decalogi, non autem excluduntur virga, & vrna quæ etiam intra Arcam erant, vt dicit Paulus.

Et paries.

COMMENTARIA.

Quatuor de causis non solã Filij conceptionẽ sed etiã partum Angelus nũtiat.

NOn solam conceptionem, sed etiã partũ Angelus prænuntiat nonnullis de causis. Primo qui dẽ ad perfectionẽ sęrus concipiendi significandã, nã non omnes fœminę, quę concipiunt pariunt, abortũ enim multæ faciunt, multæ etiã in partu pereunt, nec partum edũt, de quibus dicitur Isa. 37. Venerunt filij vsq; ad partum, & virtus non erat pariẽdi: at tecũ, ò Beata Virgo nõ sic fiet, cõcipies enim, & paries. Secundo ad indicandũ modũ, quo conceptus in lucẽ proditurus erat, refert enim Damas. lib. 4. de fide c. 15. errorẽ quorundã dicentiũ Christũ de uentre matris per eius latus exisse, contra quos Angeli verbum facit, paries, inquit, sicut & fœminæ parere dicuntur. Tertio ad indicandũ partũ singularẽ futurũ, sicut & conceptionẽ, cõcipies sine uiro, & paries sine dolore, quod tibi erit singulare. Vnde Bernardus sermo. de Beata Maria, sicut inquit in conceptione non fuit uoluptas vlla, ita nec in partu dolor, aut tristitia, impletũq; est illud Isa. 66. Antequam parturiret, peperit, antequã veniret partus eius, peperit masculum. quis audiuit vnquam tale? aut quis uidebit huic simile? quæ uerba Damascẽ. lib. 4. fid. c. 15. de Beata Virgine interpretatur, quę sine dolore peperit, hoc est enim parere, antequam parturiret. Quarto ad ostẽdendam permanentẽ virginitatẽ in conceptione, & in partu, quasi dictũ esset concipies integra, & Virgo, & talis permanens paries. Fuerunt hæretici, qui etsi virginitatẽ in conceptione affirmarent, in partu tamẽ negarunt, ut refert Ambrosius epist. 81. ad Syritiũ, contra quos ipse Ambrosius ab Isaia utrumq; coniunctũ asserit, Ecce Virgo cõcipiet, & pariet, idẽ in uerbis Angeli dicendũ est, id ipsum prænuntiauit Dauid Psal. 21 Quoniam inquit, tu es, qui extraxisti me de uentre, quod Augustinus Epist. 120. ad Honorat. cap. 12. de Christo interpretatur, qui de uẽtre seruata uirginitate extractus est. quid enim, inquit, propriũ est Christo, ut dicatur à Deo extractus à uẽtre, nisi quia sic de uentre egressus est, nã & Iob. 10. dicitur, Quare de uulua eduxisti me? si igitur illud est Christo singulare, matris integritatẽ in partu confiteri oportet.

Filium.

COMMENTARIA.

PRosequitur Angelus prænũtiare mysterũ, Filiũ, inquit, cõcipies & paries, eritq; partus etiã ex hac parte perfectus, ut non filiam, sed filium gignas, filiorum enim procreatio maiori, quàm filiarum, gaudio & honore afficit parentes. Ioan. 16. Cum autem peperit puerum, iam non meminit præsurę propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

Magis conuenit fuit Deũ virilẽ sexũ, quã fœmineum assumere.

ANNOTATIO LXXXII.

POtuisset Dei Filius naturam humanam in sexu fœmineo assumere, in eoque liberare hominem si voluisset; tamen conuenientissimè effectum est, ut naturam nostram in virili sexu induceret. In primis masculus, & fœmina nõ substantia, aut natura, sed accidenti differunt; in cuius rei argumentum dicit Ambros. lib. de Paradi. cap. 10. Deum non ex terra, sed ex ipsius Adæ costa fę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minam formasse. Hunc sexum fœmineũ honorauit in matre, dum eam in tãtam prouexit dignitatem, ut Deum concipere, & parere, & mater eius fieri mereretur, ipse uero sexum uirilem assumpsit, & in eo utrumque reparauit. cuius conuenientissimæ dispositionis prima causa ea esse potest, nimirum, quia à uiro totius generis hominum corruptio magis quàm à fœmina permanauit, si enim sola Eua peccasset, peccatum eius in omnes nos nõ pertransisset, ut docet Anselmus lib. de concept. virgin. c. 9. Adam vero peccãte tota posteritas infecta est. Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum introiuit, & per peccatum mors & ita in omnes homines mors, in quo omnes peccauerunt. conueniens ergo fuit, vt ab eo sexu exiret reparatio, à quo ruina emanauit, quod & Paulus Rom. 5. insinuans, inquit, sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per unius iustitiam in omnes homines in iustificationẽ uitæ. Secunda causa est, nã Christus caput est Ecclesiæ, ad Colos. 1. Ipse est caput corporis Ecclesiæ, expediebat ergo viri sexũ sumere, uir enim est caput mulieris. Tertia causa, quia opera Christus gessit, quæ uirũ magis, quã fœminã decent, vt docere, discipulos congregare, & præesse. Quarta, quia Sacerdos futurus erat, & quidẽ summus Pontifex seipsum in cœna, & in cruce Patri oblaturus, & in Ecclesia per Sacerdotes ministros celebraturus, hoc autẽ munus non fœminæ, sed uiro magis cõuenit, igitur conueniens fuit sexũ uirilẽ assumere. Postremo, ut qui Filius erat Patris secundũ diuinitatẽ, Filius etiã esset matris secundũ humanitatẽ. Paries ergo Filiũ. Attende autẽ Filiũ dici non per solã relationẽ ad æternũ Patrẽ, quasi sensus sit, paries eũ, qui Filius est Dei secundũ diuinitatẽ, sed etiã per relationem rationẽ humanæ naturæ ad Beatã Virginẽ, nempe paries, & habebis prolẽ, quæ vere sit Filius tuus. ex quo etiã consequitur, Beatã Virginẽ matrẽ verã, & realem fuisse Christi, non enim filiatio sine maternitate, aut paternitate, & ubi filius est, mater, vel pater est, cum autem secundum humanam naturam nemo fuerit Pater Christi, erit igitur mater.

ANNOTATIO LXXXIII.

EX præcedenti sententia (concipies, nempe, & paries Filium) constat Dei Filium nõ tantum carnem nostram induisse, sed etiam modo quodam nostro, nempe per conceptionem, & partum, ut vere conceptus & genitus dici possit, & sit. potuisset quidem, vt recte adnotat Augustinus lib. 9. super Genes. ad liter. cap. 16. de costa Beatæ Virginis sibi carnem assumere, sicut de costa Adæ Eua facta est, & in ea sic assumpta salutem nostram operari: at noluit sic homo fieri, sed conceptione, & generatione, idque multis rationabilibus de causis. Prima quidem Tertullianus lib. de carne Christi, nimirum, vt sic ostenderet veram nostram carnem assumpsisse, id enim multo magis elucet, cum ex fœmina conceptus, & genitus dicitur, quàm si de eius costa esset producta caro, quandoquidẽ ex vno vnius speciei, potest fieri aliquid alterius speciei, & naturæ, quod autem genitum est, eiusdem est speciei, & substantiæ cum eo, ex quo genitum est. Secunda causa est, vt sic magis nobis conungeretur, & vniretur, recte enim dicit Irenæus lib. 3. cap. 21. & Cyrillus lib. de recta fide ad Reginas. Si Dei Filius carnem sumpsisset non nascendo, sed modo quouis alio carnem sibi uniendo & producendo, fuisset quidem homo, sed non Filius hominis, sicut Eua quãuis de costa Adæ procreata, non tamen fuit, nec dici potuit eius filia, si autem non esset Christus Filius hominis, consequenter nec esset Filius Dauid, nec de eius semine dicendus: dum autem concipitur, & gignitur, Filius hominis, & homo est, de semine Dauid, & frater noster efficitur, nobisque multo maiorem propinquitatem secundum carnem habet. Tertia causa ea est, vt omnia, quæ Adam peccando infecerat, sui præsentia repararet, & sanctificaret, Adam autem nostram corrupit, & infecit conceptionem, partum, infantiam, & adolescentiam, seu uitæ augmentum, quia in peccato concipimur, & nascimur, & in miseriis infantia nostra uersatur, ac in peccatis adolescimus, Christus ergo reparator noster hæc omnia debuit transcurrere, & sua præsentia sanctificare, dũ con-

Multi de cõsti Dei nõ alium quam verũ ho nem fuis esse hom

ceperit, nascitur, & extra uterum adolescit. Hæc causa insinuatur ab Hilario lib. 2. de Trinit. vbi sic inquit: Dei imago inuisibilis pudorẽ humani exordij nõ recusauit, & per cõceptionẽ, partũ, uagitũ, & omnes naturæ nostræ contumelias trãscurrit. Quarta causa est, ut se Dei Filiũ esse significaret; cum enim vt Deus à patre nascẽdo diuinã naturã acceperit, secũdũ quã est Deus Patri cõsubstãtialis, cõueniens fuit, ut naturam humanã, quã sibi uniebat, & per quam homo efficiebatur, ẽt nascẽdo assumeret, ut natiuitas sensibilis, & tẽporalis signũ esset natiuitatis inuisibilis, & æternæ, ac qui erat Filius Dei, nõ tãtũ homo, sed Filius ẽt esset hominis. Quinta causa est, ut indicaret id, quod in nobis factus uenerat, uenit enim nouã nobis daturus natiuitatẽ, ut filij Dei adoptione efficeremur Ioan. 1. Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, cõgruum ergo erat, ut ipse fieret filius hominis, & ipse nascere tur ex homine, ut nos nasceremur ex Deo. Hæc causa affertur à Leone Ser. 5. de natiu. Originẽ, inquit, quã sumpsit in utero Virginis, posuit in fonte baptismatis. Est ẽt eadẽ causa insinuata à Paulo Gala. 4. Misit, inquit, Deus Filiũ suum factũ ex muliere, ut adoptionẽ filiorum reciperemus, quasi diceret filiatio eius, quã habuit, ut homo, nostrã protulit filiationẽ, qua filij Dei nominamur, & sumus. Sexta causa est, ut uel sic magnitudo diuini erga nos amoris manifestaretur, qui se sic pro nobis, & ut nos exaltaret, humiliauit, ac depressit, ut non tãtũ homo fieret, sed conceptionẽ natiuitatẽq; sustineret, & in vẽtre fœminæ per nouẽ menses incrementa carnis susciperet, & infantiam, ac pueritiã nostrã degustaret, quę adeo uilia uisa sunt peruersis hominibus, ut ueritatẽ eius carnis negãdi inde occasionẽ arripuerint, unde maioris beneficij accepti uinculo tenebãtur, & efficacius argumẽtũ diuini erga eos amoris acceperãt. Quod quidem Gregorius lib. 29. morali c. 1. detestans, inquit: Natiuitas carnis despecta uisa est sapiẽtibus mũdi. cõtempserunt enim infirma humanitatis, indigna Deo iudicantes; cui tanto magis homo debitor fuit, quo magis pro illo indigna suscepit. Hæc Gregorius, & ante eum Hilarius lib. 2. de Trinit. enumeratis conceptione, natiuitate, partu, infantia, & reliquis, ait: Hæc si quis indigna Deo recolet, tanto se maioris beneficij obnoxiũ confitebitur, quanto minus hæc Dei cõuenerint maiestati. Septima causa est ut Beatam Virginem in maternitatis dignitatem ueheret, nisi enim illa concipiendo & pariẽdo carnem ministraret, mater Dei, aut Christi dici non posset, titulus autẽ hic, & ipsi Beatæ Virgini, ac nobis eximium honorem, & copiosãm cumulauit utilitatem Fuit sane titulus hic honori, & utilitati Beatæ Virgini, honori quidem, quia omnem puræ creaturæ dignitatem titulus maternitatis antecellit, cuius causa cultus quidam debetur Beatæ Virgini supra omnes creaturas, & post Deum, eiusque Filium primum locum supra choros omnes Angelorum, & Sanctorum omnium tenet, Regina, & Domina omnium effecta. Vtilitas autem, quia inde in gratiam, & gloriam multo superiorem ea, quæ ceteris est concessa, elata est. Nobis etiam honori est, & utilitati, honori quidem, dum ea, quæ ex nostro genere est, in reginam, & Dominam omnium etiam Angelorum promouetur. multum enim familiæ hominum nobilitantur, quando quidam eorum in altam dignitatem euehuntur, præcipue autem à sexu fœmineo dedecus auferetur, à quo initium sumpserat peccatum. Vtilitati uero cumulatissime nobis titulus est, nam eius intercessio plurimum ualet apud Deũ, preces enim matris à Filio plura, & maiora impetrant, quàm seruorum à Domino, immo filiorum adoptionis à Patre, idcirco enim Deus uoluit sibi matrem assumere, vt plurima, ac maxima beneficia nobis impartiendi, & peccatoribus ueniam concedendi causam, & argumentum haberet ex parte nostra. Quantum autem eius intercessio apud Deum possit, ex his intelliges. tria enim intercessorem maxime commendant, nempe, ut is possit plurimum apud eum, apud quem intercedit, quod sit ei est gratissimus. Quid autem est, quod nequeat impetrare mater à filio, & dilectissima super omnes à dilectissimo. Præterea, ut etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapiat, & prudenter agat ea, quib. opus nobis est, & quomodo subueniẽdũ est. Beata autem Virgo prudentissima est, & sapientissima, nihil ignorat eorum, quibus indigemus. Præterea, ut uelit, quid enim prodest, si possit, & sapiat, si nolit intercedere; at Beata Virgo maxime cupit nostram salutem, utpote, cuius charitas erga nos omnem Sanctorum charitatem longo interuallo superat. nemo enim ita nos diligit post Filium, sicut mater ipsa; sumus enim pretiosissimo sanguine dilectissimi Filij eius redẽpti, sumus eius serui, & filij, & ipsam matrem adoptionis habemus in ipso Ioanne prope crucem adoptati, eius ergo intercessio efficacissima est, & inter beneficia inenarrabilia à Deo accepta magnum locum tenet hoc, quòd matrem Dei habemus intercedẽtem, in quo status Euangelicus supra legis illius, statũ plurimum inter cetera eminet. Ecce igitur quibus de causis conceptus, & genitus Filius est.

Et uocabis nomen eius Iesum.

COMMENTARIA.

POst conceptionis, & partus nũtiũ, Filio nomen imponẽdum prædicit, quod quidẽ ab eo, quod factũrus uenerat, acceptũ est. Filius enim hic humani generis salutem operaturus erat, eaque de causa cõcipi, & nasci dignatus est, idcirco Iesu nomenclaturam sibi assumit, & per Angelum manifestat, Iesus enim apud Hebræos idem significat, quod apud Latinos salus, aut Saluator, quasi ipse sit, qui hominibus salutem conferret.

ANNOTATIO LXXXIV.

DAmascenus lib. 3. de fide cap. 2. & Gregorius Nyssen. orat. de Christi Natiuitate & ante eos Iustin. Apolog. 2. ad Anton. imperat. legunt sic: Vocabis nomẽ eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum, at hæc adiunctio non habetur apud Lucã, sed est desumpta à Matthæo, ubi Angelus loquens cum Ioseph talem protulit sententiam, modo autem Beatæ Virgini verba proposita tãtum dixit. Quod igitur ad rẽ attinet, nomina filijs imponenda, quandoq; Deũ præscripsisse, parentibusq; per Angelos manifestasse, idque modo patrib⁹, modo matribus, scriptura cõmemorat, nã Genes. 16. Agar dictũ est: Paries Filium, & uocabis nomẽ eius Ismael. & Genes. 17. dictũ est Abrahæ, Sara uxor tua pariet tibi filiũ, uocabisq; nomen eius Isaac. In nouo autẽ testamẽto Luc. 1. legimus Zachariæ Angelũ præcepisse; Vocabis nomen eius Ioannẽ. Quãuis enim nomẽ filijs imponere mun⁹ sit pcipuæ patrũ, cũ pater sit caput tamẽ quando à Deo ipso præscribitur, modo uni, modo alteri fit reuelatio.

Quam Ioannis cõceptio antequã fiat, Zachariæ reuelatur.

Non uacat autem mysterio, quòd cõceptio Ioãnis soli Zacharię reuelata est, antequã fieret, & per ipsum Elisabeth; at cõceptio hæc prius Beatæ Virgini manifestata est, non autem Ioseph, nisi post quam est completa. Zacharias enim futurus erat pater prolis concipiendę, idcirco Angelus ei locutus est, at non Ioseph, sed sola Virgo Beata genitura erat Filium Dei, eaque de causa ipsi primum conceptio, partus, & nomen annuntiãtur antequã fiant, Ioseph uero cõceptio iã peracta reuelatur, & partus & nomẽ prædicuntur, quia uerus pater nõ erat, occasione autẽ quadã ne prolẽ ex adulterio esse existimaret, quod factum erat, per Angelum significatum est, Matth. 1. Quod in ea natum est, de Spiritu Sãcto, est, pariet autẽ Filium, & uocabis nomẽ eius Iesum. Erat enim sponsus, & habitus pater Christo, ideo nomen imponẽdum ei etiam prænuntiatur.

Cur Ioseph manifestatum fuerit.

Quod autem ad nominis impositionem spectat, aduerte eam, quæ ab hominibus fit, longe ab illa, quã Deus facit, differre: quæ enim ab hominibus fit, aliquando casu quodam, aliquando cõsulto facta est; casu quidem quando homo filio nomen imponit nihil aliud intendens, quàm propria quadam nomenclatura eum ab alijs hominibus secernere. consulto uero, quando ultra nomenclaturæ distinctionem aliud quippiã ex tali nomenclatura prætendit, nimirum cũ nomen aui, aut proprium pater filio imponit, ut eorum memoria in filio conseruetur, aut imponitur nomen uiri cuiusdam excellentis, ut filius ex nomine ad illum

Aliter. Deus quando homini nomen imponit.

filium imitandum excitetur, aut alijs de causis, ut fieri solet. Est autem impositio hominum sæpe fallax, & mendax, fallax quidem, quia non semper euenit, ea in impositione prætẽdebatur, multotiesque homines in contraria diuertũt his, propter quæ nomina cõsulto sortiti erãt mendax uero, quia sæpe nominũ significatio aduersatur moribus sortientium talia nomina. filius ille Dauid dicebatur Absalom, quod idẽ significat, quod Latine patris pax, at re ipsa fuit bellum patris. Appellabatur ille Ananias act. 5. idest gratia Dei, mores autem eius contra Dei gratiam fuere. Sunt multa exempla huiusmodi, & in scriptura, & apud nos. At uero impositio nominum, quę à Deo fit, non casu, sed consilio fit, semperque est certa, & uera. prætermissis autẽ exemplis, quæ in scriptura sunt satis manifesta, in hoc filio aperte demõstratur, qui quam nomine salutem præ se ferebat, re ipsa cumulatissime efficit, in cuius nomine significatione, & ueritate explicandis sequens uersatur annotatio.

ANNOTATIO LXXXV.

Nomen Iesu vnde dictũ.

MVlta diximus de hoc nomine in commentarijs super Ioannẽ cap. 1. his autem addenda nonnulla sunt. In primis certa res est nomen hoc hebræũ esse, quod significat salutem, seu Saluatorem, deriuatum à uerbo ישע significante saluum facere, reperitur enim in scriptura in tertia cõiugatione Hebræa, quam etymologiã Angelus nos docuit Matth. 1. Vocabis, inquit, nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populũ suum a peccatis eorum. Vbi notanda est causa nominis, nempe dicitur salus, seu saluator, quia saluum faciet populũ, ergo nomen trahitur ab effectu, & operatione saluum faciendi, & à uerbo eam actionem significante, quasi Latine dictum esset, vocabitur Saluator, quia saluabit populum suum.

Ex diuersis falsitatis arguuntur quatuor diuersa sententia.

Hinc nonnulla consequuntur. Primo quidem error, & blasphemia quorundã Iudæorum, qui nomen Iesu faciunt triũ literarum ישו Iesu, auferunturque literarum ain y ne à uerbo ישע deriuetur, quod significat saluum facere. nolunt enim admittere nomen Christi significare Saluatorẽ, at Euangelij ueritas eos condemnat. Secundo reijcitur etymologia quorundam Catholicorum, qui nomen hoc trahi existimant à uerbo ישה quod significat esse, à quo est celebre illud nomẽ Dei tetragrammatõ יהוה id est, qui est, huic nomini interponendũ existimãt literã sin ש post Iod faciuntq; nomen quinque literarum ישוע Iehouah, illam enim literam additam putant vt significetur qui est, ideſt Deus, carne assumpta factus homo, & uisibilis. Contra hos autem facit locus allegatus ex Matthæo. Angelus enim ab operatione saluandi nomini etymologiam accipit, non igitur a uerbo illo deriuatur, nec cum illis literis scribitur nomẽ Iesus. Tertio loco quidam alij catholici rectius sentientes a uerbo saluandi ישע deriuet nomẽ Iesu, scribẽdũ tamẽ censent quinq; literis nempe iod, schin, uau, ain, & in ultimo ה quasi ישועה qui quantum ad derivationem, & quatuor literas priores, uere dicunt: quantum autem ad illud additamentum literæ ה in ultimo, non uidentur probandi, nam in titulo crucis, qui maxima reuerentia, & custodia nunc Romę asseruatur, scriptum reperimus sine illo ה cũ quattuor solis prioribus literis ישו. Nec dubitare rationabiliter ullus potest tunc temporis nomẽ Christi ignoratũ, aut non recte scriptum esse, cum titulus ille non solum accuratissime ab illis tũc fuerit conscriptus, sed diuino mysterio, & prouidentia dispositus. Quarto eodem argumento reijcitur quorundã recentiorum opinio existimantium Christum non Iesum, sed Iehosuah appellatum, sicut & illum Ducem magnum; addunt enim literam ה post iod, dicentes hoc esse nomen concretum significans idem, quod Latine Saluator significat, at ישו idem esse, quod salus, nec uideri nomen uiri. At aduersus horum sententiam non solum pugnat argumentum ex titulo acceptum, sed etiam scriptura, nã in ea legim⁹ multos uiros hoc nomine appellatos cum quattuor literis prædictis, vt constat 1. Paralip. c. 31. & 1. Esdr. 3. & Nehem. 12. pugnat etiam mysterium ipsum, nam ut recte Dionysius nos docet, nomina abstracta magis proprie de Deo prædicantur, quàm con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

creta, ut dicatur sapientia potius, quàm sapiens, iustitia, quàm iustus, vt significemus eum non participatione, sed substantia esse talem. Sic nunc factum est, nam meri quidam homines particularem salutem attulerunt, nimirum vi, & armis liberando populum quempiam ab hostibus, idcirco non salutis, sed Saluatoris nomen merito sunt consecuti, at Christus noster mundo perfectam salutem attulit, idcirco salutis nomen verius sortitus est, quàm omnes alij, qui eiusdem nominis participes ali quando fuerant. Ex his omnibus concludimus nomen esse quattuor literarum à uerbo ישע originem trahens, quasi Saluator, seu salus Latine diceretur, idque conuenientissimè factum est, duo enim opera insignia fecit Deus, prius fuit mundi creatio, & ab hac dictus est iehouah, id est, qui est, quia dedit esse mundo, qui ab ipso, & in ipso est. Posterius est reparatio, & recreatio mundi in homine deperdito, & opus hoc carne assumpta perfecit. ab illo igitur nomine tetragrammaton iure optimo appellatur, ab hoc uero Iesus idest salus, seu Saluator, quod est proprium verbi incarnati, tunc enim impositum est illi quando sibi carnem copulauit vt opus reparationis humani perficeret. Aduerte autem pro exactio ri huius rei intelligentia nomen ישוע esse appellatiuum, seu commune, & esse proprium, sicut nomen Latinum Saluator potest esse commune multis, proprium alicuius viri; priori modo toti conuenit Trinitati, sicque in scriptura frequéter dicitur Deus Saluator, & salus nostra, in quibus locis habetur nomen hoc ישוע posteriori modo soli verbo incarnato conuenit, ipsum enim est, quod nomine proprio vocatum est Iesus, vt ab Angelo pronuntiatur, quia etiam si salus à tota Trinitate sit, per Verbum tamen in carne facta est, quatenus Christus Dei Filius, & homo satisfecit pro peccatis nostris, passione, & morte sua, & meruit nobis remissionem, & reconciliationem cum Deo, cum cæteris bonis omnibus, quæ ad plenam pertinent animæ, & corporis redemptionem.

Hebraïi nomē & appellatiuum, & propriū esse solet.

Aduerte etiam in hoc nomine multa mysteria significari, ut enim inquit Hieron. Ephes. 3. in diuina Scriptura, dictiones, syllabæ, puncta, & apices mysteria indicant diuina. quod etiam Basil. lib. de Spiritu sancto cap. 1. docuit. cum igitur hoc uerum sit, in tanto nomine, quantum hoc est, ipsas literas magna, & multa significare mysteria, non est dubitandum, è quibus duo tantum consideranda proponam. Primum est nomen hoc duas continere literas nominis illius ineffabilis Dei tetragrammaton יהוה nempe Iod, & Vau, Iod enim Patrem, Vau autem Spiritum sanctum significat, sicut ה Filium, in hoc autem nomine litera Patris, & litera Spiritus sancti, positæ sunt ad indicandum Christum Deum & hominem uirtute Patris, & opera Spiritus sancti conceptum esse secundum carnem. Alterú est in ueteri scriptura, quando Christi mentio fit, nomē ישוע quattuor modis scriptum inueniri, primo quidem absque vlla additione, sed solis quattuor literis expressum, tuncque aduentus eius in carnem ad saluandú significatur Psal. 84. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Secundo inuenitur cum additione literæ ה in fine, ut sit nomen quinque literarum. Sic legitur Psal. 117. vbi nemini dubiú est de Christo sermonem fieri. Factus est mihi Dominus in salutem, terq; reperitur. Similiter Isa. 12. Laus mea Dominus, & factus est mihi Dominus in salutem, & paulo inferius, Hauritis aquas de fontibus Saluatoris. In his locis habetur ישועה cum quinque literis, hoc autem mysterium significat, salutem effecturum Deum per Filium, & verbum incarnatum quod significat litera ה vti diximus. Tertio inuenitur cum litera tau ת in principio iod, quasi תשוע tesuac psal. 33. Salus autem iustorum à Domino. indicatque salutem hanc efficiendam per crucem, ut enim inquit Hieronymus Ezech. 13. litera Tau mysterium crucis significat, sicque interpretatur locum illum Prophetæ, vbi legimus eos saluos factos, qui in fronte literam Tau scriptam habebant, adnotatque Samaritanos etiam usque ad eius tempora litteram Tau signo, seu charactere crucis scripsisse. Quarto inuenitur

Plura mysteria in nomine Iesu includuntur.

uenitur hoc idem nomen cum eadem litera ת tau in fine, quod significat in fine etiam mundi Christum uenturum, tuncque signum crucis appariturum, juxta illud Matth. 24. Tunc apparebit signú Filij hominis in cælo, quod Chrysost. hom. 77 crucis signum interpretatur. Habemus locum insignem Genes. 49. vbi de vltimo aduentu loquens, qui post Antichristum fiet, vt rectè exponit Gregorius lib. 31. mora. cap. 10. sic prophetat Iacob. Fiat Dan, coluber in uia, & cerastes in semita mordens vngulam equi, ut cadat ascensor eius retro, saluta re tuum expectabo Domine. illud salutare cum tau in ultimo scriptum est. Similiter Isa. 52. Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri, quod de ultimis mundi diebus Hieronymus exponit. Multa alia dici possent, hæc sufficiant, in hac parte.

ANNOTATIO LXXXVI.

Quo conueniat Angelus & Isaias, cũ ille Iesum hic uero Emmanuelem dicat Dominũ appellãdũ.

DVæ supersunt breues dubitationes de hoc nomine, Prior est, videtur enim dissonantia quædam inter uerba Angeli, & prophetiam Isaiæ. Hic enim cap. 7. prædixit, Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Angelus uero nuntiat, vocabis nomen eius Iesum. Esse autem diuersa nomina Iesus, & Emmanuel, nemo non uidet, qua igitur ratione hæc consona sibi erunt? Hanc apparentem discrepantiam nobis obiecerunt Pagani, ut refert Iustinus qq. adugenti. resp. 135. eandem oppoſuerunt Iudæi, ut meminit Theophylactus Matth. 1. nec eam tacuerunt hæretici, inter quos est Marciõ, ut scribit Tertullianus lib. 3. contra eundem. Ad hæc respõdet Iustinus loco allegato duo, alterum est Christum dici etiam Emmanuelem, ac vtrunq; nomen habere. Alterum uero Christum multa alia nomina sortitum esse, relicta uero fuisse cetera, & Christi nomen retentum esse, quia in eo illa omnia continebantur. Accommodatior tamen uidetur responsio Chrysostomi hom. 5. Matth. Theophyl. Euthym. Matth. 1. & Tertulliani loco prædicto. nimirum Isaiam non prædixisse nomen Emmanuelis perinde quasi futurum esset proprium & ex impositione, sed appellatiuum, & quantum ad significationem, & re ipsa Christum futurum Emmanuelẽ, scilicet Deum, & hominẽ, hoc enim significat nomen Emmanuel, idest nobiscũ Deus, vnde Cyrillus exponens illud Isa. 7. inquit Dabit uobis signum Deus ipse, Ecce Virgo concipiet, & pariet Filiũ, quod tale erit, ut uocetis, idest confiteamini ipsum esse Deum & hominẽ, seu Deũ hominẽ factum, hoc autem est Emmanuel; idque repetit Cyrill. lib. 12. thesau. cap. 14. & affirmat etiam Ambrosius lib. de incarnat. Domini. sacram. cap. 6. quod autem ita sit confirmatur primo ex Matth. cap. 1. qui prophetiam referens, inquit, Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est nobiscum Deus, quid enim causæ esse dicemus, quod interpretatur Matthæus nomen Emmanuelis dicens, quod est nobiscum Deus, Lucas autem non interpretatur nomen Iesu, qui est Saluator? nimirum, quia illud non erat nomẽ propriũ, nec ex impositione, ficut hoc, sed nomen appellatiuum, & quantũ ad significationem in Christo implẽdum. Confirmatur secundo ex phrasi scripturæ frequenti, ubi non nomina ex impositione, aut propria, sed quantum ad signnificationem, & rem ipsam significantur Isa. 8. dicitur. Voca nomen eius, accelera, spolia detrahere, festina prædari. Ecce dicitur, uoca nomen eius, scilicet Christi, accelera spolia, &c. & tamen nemo censet hoc esse nomen proprium, quasi vocandus esset, accelera spolia detrahere, festina prædari, sed esse nomina appellatiua, quæ de eo prædicanda erant. Iterum Isa. 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, princeps pacis, pater futuri sæculi. hæc autem non propria, sed appellatiua sunt. Præterea Zach. 6. Ecce uir oriens nomen eius, quod Iudæi de Zerobabele interpretantur, qui tamen nunquam sic uocatus est proprio nomine, nomen autem oriens, est in Hebræo צמח & nos vere de Christo exponens, nec tamen nomen proprium eius dicimus, sed appellatiuũ, & secũdũ rem significatã. Obmutescãt igitur Iudæi, & oẽs impij contrarias existimantes scripturas Spiritus sancti, quæ ualde cõsonæ sunt, Emmanuel enim dicitur nomine

Universidad de Deusto
Biblioteca

mine appellatiuo, quia uere Deus & homo est, at nomine proprio Iesus, quod Angelus prædixit, quodque ipse Euangelista postea declarauit dicens: Postquam impleti sunt dies octo, ut circuncideretur puer, vocatum est nomẽ eius Iesus, quod dictum est ab Angelo prius quàm in utero conciperetur; significãs Angelum de nomine proprio, & ex impositione locutum esse, hoc enim infantibus tunc temporis imponebatur in circuncisione, sicut nunc in baptismo, ut constat Gen. 21. Imposuit nomen Isaac & circuncidit illum octauo die.

Qua ratione nomen Iesus nouũ dici possit.

Posterioris dubitationis est Causa Cyrillus lib. 5. de Trin. qui illud Isaiæ vaticiniũ cap. 62. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit, interpretatur de hoc nomine Iesu, quod quidem si ita est, locus interrogationi, & inquisitioni datur, qua ratione nomen hoc nouum dici posset, cum siue Iesus, siue Iehosuah dicatur, inueniantur multi in scriptura ante aduentum eius in carnem, ea nomina sortiti. In primis non omnes Doctores sacri illud vaticinium eodem modo interpretantur, nam primo loco Athanasius in disputa. contra Arium coram Probo, in symbolo; nomen id explicat, quo fideles in Euangelio Christiani appellantur, ut enim constat Act. 11. Apostoli fideles, qui ante discipuli dicebantur appellandos decreuerunt Christianos, cui expositioni adhęserũt Chrysostomus hom. 19. in Ioan. & Eusebius lib. 2. demonst. Euang. cap. 49. nomen autem hoc inuidens Christianis Iulianus Apostata non Christianos, sed Galilæos uocabat, vt refert Gregor. Nazian. orat. 1. contra eundem. Secundo loco Hieronymus in illum locum Isaiæ extendit hoc non ad solum nomen Christianorum, sed etiam ad nomen Ecclesiæ, quæ non iam Hierusalem, aut Sion, ut ante, sed Ecclesia Christi appellatur sic Domino appellante Matth. 16. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Tertio loco idẽmet Cyrillus lib. 12. thesauri cap. 14. ad nomen Emmanuelis refert, quod Christus habuit. Est igitur inter has sententias discrimen. quidam enim ad Ecclesiam, seu fideles, quidam ad Christum referũt hoc nomẽ nouũ. Et reuera si attendamus contextum, & seriem uerborum, illa prior opinio accommodatior est, nam ibi Propheta cum Hierusalem, quæ Ecclesiam repræsentabat, loquitur non tamen propter hoc probabilitate caret interpretatio Cyrilli, nam dicere possumus, factam esse apostrophen ad Christum, cuius mentionem fecerat, est autem familiaris Prophetis in sermonibus mutatio personarum. Est igitur difficultas, quomodo nomen Iesus sit dicendum nouũ, si enim de Ecclesia, aut de Emmanuele, aut de Christianorum nomine interpretaremur, facilis esset responsio, quia nomina illa noua erant, at de nomine Iesus non est ita facilis propter causam dictam. Ea autem mihi videtur, quam Cyrillus utroque loco allegato, exponit, & communis est nomini Iesu, & Emmanuelis, nimirum nouum nomen dici, quia Dei Filius antequam carnem sumeret, nunquam nomen habuit Emmanuelis, ideſt Dei hominis, seu nobiscum Dei, nec nomen Iesus, quasi proprium, quod est nomen diuinitatis in carne, & per carnem operantis salutem, vti enim nouum fuit Deo carni vniri, ita & nouum fuit nomen id habere, quod eum carni vnitum significat, Non igitur nomen Iesus nouum dicitur, quasi nemo ante eo nomine nuncupatus fuerit, sed quod Dei Filius numquam sic fuerit proprio nomine prius nominatus, & propterea dicitur. Vocabitur tibi nomẽ nouum, tibi, inquit nouum, quia non sic ante uocabaris, ut sit sermo cum Dei Filio. Hæc est legitima interpretatio, cui adiungere possumus duo alia, nempe nouum dici propter uerbum, quod sequitur, nempe quod os Domini nominauit, imposuerat quidẽ Deus ante quibusdam nomina, nam filium Abrahæ ex Agar iusserat Ismaelem appellari, & filium ex Sara Isaac, & qui prius Abrã dicebatur, uoluit Abraham nominari, & quæ prius dicebatur Sarai, præcepit dici Sara, at neminem Iesum appellari iussit, nisi solũ Christũ, nouum ergo nomen est inter ea, quæ os Domini nominauit. Alterum est, quosdam hoc Iesu nomine appellatos quantum ad uocem, & quosdam quantum ad aliquam particulam significationis, at

at nominis significatio plena soli Christo competit, ipse enim uere est, qui saluat, & salutis ex omni parte causa est, quantum ergo ad significationem plenam nouum est nomẽ hoc, quod Christo imponendum prænuntiatur, quod copiose tradit Bernar. ser. 15. in cantica.

Hic erit magnus.

COMMENTARIA.

Multis modis magn⁹ fuit Christus

QValis, quãtusque futurus hic Filius esset, Angelus prænũtiat, Hic, inquit, erit magnus. Loquitur aũt Angelus de hoc Filio, ut homine, & ratione humanæ naturæ, secundum quam concipiendus, & in lucem edendus erat. Dũ autem nõ determinat Angelus magnitudinis materiam, sed absolute magnum futurũ prędicit, perfectissimam, & omni ex parte completissimã excellentiam eius indicat futuram, quam, vtcumque explicare nobis ex scriptura licet, erit enim magnus virtute, sermone, opere, officio, obsequio. Virtute quidem, ni mirũ sanctitate & iustitia, de quo dictũ est Isa. 12. Magnus in medio tui Sanctus Israel, & Act. 3. Sãctũ, & iustũ negastis, & Ioan. 10. Quẽ Pater sanctificauit, & misit in mundũ, sermone, ideſt doctrina, & prædicatione, de quo dictum est Ioan. 6. Verba uitæ æternæ habes & Ioã. 7. Numquam sic locutus est homo. & Ioan. 8. Si quis sermonem meũ seruauerit, nõ gustabit mortem in æternum. Opere, & miraculis, de quo dictũ est. Ioan. 15. Si opera nõ in eis fecissem, quæ nemo alius fecit. & Ioan. 9. A sæculo non est auditum, quòd quis aperuit oculos cęci nati, & Ioan. 3. Nemo potest facere opera, quæ tu facis, nisi esset Deus cum eo, & Ioan. 5. Pater omnia demonstrat ei, quæ ipse facit, & maiora demonstrabit, ut uos miremini, & Luc. 24. Vir potens opere, & sermone. Officio, quia redẽptor est, & Saluator mundi, de quo scriptũ est Ioan. 4. Hic est uere Saluator mũdi, quia etiã Pastor, Ioan. 10. Ego sum Pastor bonus, & animam meã pono pro ouibus meis. Et quia summus Sacerdos, qui suo sacrificio Patri mundum erat reconciliaturus, de quo Hebr. 7. scriptum est: Hic manet in æternum, sempiternum habens sacerdotium, unde & saluare in perpetuũ potest, qui nõ habet necessitatem quotidie offerre hostiã pro peccatis populi, hoc enim semel fecit. Prętera quia Propheta, de quo dicitur Luc. 7. Propheta magnus surrexit in nobis, & Ioan. 6. Hic est uere Propheta, qui uenturus est in mundum. Demum quia Rex, de quo scriptũ est Apoc. 19. Rex regum, & Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, magnus ergo est officio. Obsequio autem, quia eius Euangelium, & religionem mundus amplexurus erat, & ei cultus toto orbe exhibendus iuxta illud Dani. 2. lapis paruus creuit in montem magnum, & repleuit uniuersam terrã, & Matth. 13. Granum sinapis creuit in arborem magnam, & Psal. 71. Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Hic igitur erit magnus virtute, sermone, opere, officio, & obsequio.

ANNOTATIO LXXXVII.

Christus longe alter magnus est quã homines.

AMbrosius in præsenti, & Cyrillus lib. 12. in Leuiti. seu Origẽ. hom. 12. in Leuiti. hanc magnitudinem ab Angelo prædictam, eam esse interpretantur, quæ primo loco expolita est, nẽpe uirtute, seu sanctitate, idque uerum est, non tamen excludendæ sunt cæteræ magnitudines, quæ insignes sunt, & verè ab Angelo prænuntiatæ. Adnotãt autem prędicti Doctores tria, Vnũ est Ambrosij, nimirum Angelum de Ioanne prænuntiasse eum futurum magnũ, sed adiecisse, coram Domino, quia ille homo merus, erat, nõ Deus, nec Dominus, sed Domini seruus, ac minister Ioan. 1. Non erat ille lux, sed ut testimonium

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium perhiberet de lumine, at Christus lux uera, simpliciter prænuntiatur magnus, non autem coram Domino quia ipse est Deus, & Dominus, uti ipsemet Angelus verbis proximis explicat. Alterum est Cyrilli, seu Origenis, nempe in scriptura quosdam appellatos magnos Exo. 11. Fuit Moyses magnus in terra 4. Reg. 18. Ezechias factus est magnus ualde 1. Reg. 15. Nabal erat homo magnus diues. Sunt alia huius rei testimonia. Dicunt tamen Cyrillus, & Origenes has magnitudines fuisse relatiuas seu comparatiuas, nam collatione minorum illi magni dicebantur, qua ratione granum milij dicimus magnum relatione minimorum. at Christus absolutam, & perfectam habuit magnitudinẽ, quã tam nemo unquam consecutus est, aut consequetur. Adde nonnullos illorum magnos dictos existimatione hominũ, non autem re ipsa, quia diuitijs, potentiaue temporali eminebant, quæ mundus magna putat: at Christus magnus est in his, quæ uere magna sunt, de qua duplici magnitudine diximus supra, cum de Ioanne locuti sumus. Tertium est eorundem scilicet, peccatores non posse absolute magnos esse, deest enim uerum & proprium bonum, in quo perfecta magnitudo est; quamuis enim reges, & diuites, & nobiles sint, si gratia Dei careant, non habent, quod uerũ bonũ est, quodq; absolute magnos facit.

Et Filius Altissimi uocabitur.

COMMENTARIA.

PRosequitur Angelus explicare quis, & qualis sit Filius eõcipiẽdus, & nasciturus, & cũ, quæ humanitatis eius erãt, exposuerit, nẽpe cõcipies, & paries, uocabitur Iesus, eritq; magnus; quæ ad eius diuinitatẽ spectãt, nunc declarat. Vocabitur, inquit, Filius Dei, quasi diceret: Dixi te ò Beata Virgo, cõceptuã, & pariturã Filiũ, ne propterea tuũ tãtũ Filiũ futurũ arbitreris uocabitur enim Filius Dei, nõ solã naturã, seu substãtiã, quã abs te nascendo accipiet, habebit, sed simul naturã aliã lõge superiorẽ, secũdũ quã natus est Filius Dei, nascetur quidem ex te homo, eritq; uere Filius tuus, sed idem ab æterno natus est ex Patre ei consubstãtialis. Deũ appellat altissimũ, tum quia in scriptura frequẽter sic est appellatus, tum ut mysterij profunditatem magis exprimat, quasi diceret, cum sit Filius Altissimi, sic humiliabitur, ut fiat homo, & nascatur de fœmina qua de causa etiã Ioãnes dixit; Verbum caro factum est. Sapienter autẽ dictũ est (uocabitur) & nõ (erit) ne quis Filiũ Dei adoptionis intelligerer, qui de nouo fieret, & antenõ esset, propterea dixit (uocabitur) nã Filius Altissimi ab æterno est, neq; propterea, quòd nouã accipit natiuitatẽ, de nouo est, aut incipit esse. Vsus ẽr est Angelus eo uerbo, ut simul indicaret fidem populorum, qui Filium Dei, non hominem tantum, sed etiam, ut uere est, Filium Dei in carne, & crediturí corde, & ore prædicaturi erant.

ANNOTATIO LXXXVIII.

NOnnulla obseruanda sunt in præcedenti sententia. Primo quidem tacite Angelum Beatæ Virginis dubitationi occurrisse; dubia enim erat, an uirginitati, quod annuntiabatur, aduersaretur, præcipue cum salutationis uerbis conceptionem, & partum Filij Angelus adiungeret, idcirco dubitationi occurrens dicit, Filius Altissimi uocabitur, quasi diceret: ò Beata Virgo, cum audis te concepturam Filium, ne cogites de Patre terreno, sicque timeas uirginitati tuæ, non sic erit, non enim alium habebit patrem, quàm Altissimum ipsum, erisque mater sine uiro, & Filius hic sine terreno patre habebit te matrem. Neque huic soli dubitationi occurrit Angelus, sed etiam alteri, quæ ex uerbis prophetiæ oriri poterat, scilicet, quomodo Angele dicis uocandum Iesum, cum Isaias eum appellandum Emmanuelem prædixerit? huic tacite respondet, erit etiam, Emmanuel: nam Filius Altissimi uocabitur, hoc est Emmanuel, id est nobiscum Deus. Hæc tunc Beata Virgo nondum percepit, idcirco interrogauit modum con-

Angelus ijs uerbis subdicus Mariã Dei filiũ paritura, & uirgo perseuerãs.

conceptionis quem Angelus uerbis aperturis explicuit.

Quare Deus in scripturis frequenter Altissimus dicatur.

Secundo in Scriptura Deus sæpe Altissimus sine substantiuo appellatus est. Deutero. 32. Quando diuidebat Altissimus gentes. Psal. 38. Tu solus Altissimus super omnem terram. Psal. 90. Qui habitat in adiutorio Altissimi. Eccl. 24. Ego ex ore Altissimi prodiui. Isa. 14. Ero similis Altissimo. Quod ea ratione factum existimo, ut a falsis dijs distingueretur; adorabant enim Iudæi uerum Deum, quem Altissimum dicentes, profitebantur eum solum esse uerũ, ceteros falsos, qui de terra erant, & altissima non fecerant. Psalm. 112. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat. & Psal. 123. Adiutorium nostrũ in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram & Psal. 95. Omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit. Vsus autem est Angelus hac uoce, uti diximus in commentario, ut Christum Filium Dei uerum, & naturalem significaret, & ut humiliationis magnitudinẽ exprimeret, qui cũ Altissimi Filius esset, in infimis nasci uoluit.

Tertio, uerbum hoc (uocabitur) non appellationẽ nominis solã sine existentia significat, quasi non sit uere filius Dei, sed hominum opinione, & acclamatione tantum appellandus, sed reuera unico uerbo, utrumque cõplectitur, est. n. sensus, uocabitur Filius Dei, & re ipsa erit, qui sane loquendi modus in scriptura frequens est: nam paulo inferius dicitur de Elisabeth, quæ uocatur sterilis, & tamen re uera erat. Isa. 26. Domus mea, domus orationis uocabitur, quæ etiã erat. & Isa. 61. Vos Sacerdotes Dei uocabimini. & Gen. 21. In Isaac uocabitur tibi semen. Suntque alia multa testimonia. Potuisset quidem Angelus dicere: Erit Filius Dei, nam qui nasciturus erat homo, uniendus erat diuinitati, & futurus simul Filius Dei, non quod initiũ acciperet Filius Dei in se, sed quod homo de nouo fieret Filius Dei: tũ ut magis exprimeretur Filij Dei æternitas, & immutabilitas, dictum est, qui ex te nascetur, uocabitur Filius Dei. Præterea ut diximus in commentatio, ut fides copiosa credentium exprimeretur, quæ non significabatur uerbo (erit) at dum dicitur (uocabitur) indicatur non solum esse Filium Dei, sed ut talem recipiendum, & colendum.

Quare Angelus dixit erit, sed uocabitur Altissimi Filius.

Quarto Christus adhuc in terris existens, uocatus est Filius Dei, & non tantum post suam ascensionem, idque ab ipso Patre, ab hominibus, & a dæmonibus; a Patre quidem Matth. 17. Hic est Filius meus dilectus. Ab hominibus Io. 11. Ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei uiui. Matt. 16. Tu es Christus Filius Dei uiui. Ioan. 9. Tu credis in Filiũ Dei? credo Domine. A dæmonibus Mar. 5. Quid mihi & tibi Iesu, Fili Dei Altissimi? Post Ascensionem uero perfecte impleta est hæc appellatio, & confessio, quæ est, & erit in Ecclesia per fidẽ usque ad sæculi consummationẽ, & erit in cœlis in æternũ per claram uisionẽ.

Christus et ante Ascensionem suã uocatus est Filius Dei.

Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius.

COMMENTARIA.

QVæ spectabant ad naturã diuinã huius Filij prænuntiati, Angelus exposuit, nũc explicat quæ ad humanã pertinent. Sensus est, sedem, seu regnum Dauid hactenus deperditum, & absens sum, Dominus Deus in eo restaurabit, ac restituet; sedebit enim in solio Dauid, a quo secundum carnem descendet, quique propterea pater eius erit, quod de te, quæ filia es Dauid, nascetur. Notanda sunt uerba: non enim dicit, restituet sedem Dauid, sed dabit illi Dominus Deus sedem Dauid. Primo quidẽ, ne iure hæreditatis humanæ, quasi filius secundum carnem Dauid sicut ceteri, sedem hanc obtenturus existimaretur, cum alijs nobilioribus titulis eam sedem habiturus esset, & præcipue ex unione diuinæ naturæ, quia Filius Dei homo ille erat. Secundo, ne quis sedem illam Dauid, qualis fuit in Dauid ipso, in Christo futuram putaret; cum tamen hæc sit multo amplior, & excellentior. Dicit autem Dominum Deum, ut indicaret sedẽ hãc Chri-

stum

Universidad de Deusto
Biblioteca

stum acceptarum ratione humanæ naturæ, qua minor est Patre, & Dominum, Deum habet, ac Filius est Dauid. Meminit autem Dauid, vt insinuaret promissionem in eo implendam, quam Deus per Prophetas factã Dauid, per ipsummet prænuntiauit. Psal. 131. Iurauit Dominus Dauid, & non frustrabitur eũ, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Isa. 9. Super soliũ Dauid, & super regnum eius sedebit. Hisce verbis Angelus significat Filium hunc esse Christum, & Messiam promissum in lege, & Prophetis. Hic enim est, in quo solo regnũ ablatum erat restituendum, quasi clarioribus verbis diceret: ò Beata Virgo, hic, quem te conceptură, & parituram prænuntio, erit Messias ille per Prophetas promissus, & a cuncto populo expectatus.

ANNOTATIO LXXXIX.

In Christi regno completa sunt sex quæ de Regno Dauid scriptura prædixit.

HOc est vnum ex multis, quæ perfidi Iudæi nobis obijciunt contra Christi veritatem: sic enim disputant. Cum per Prophetas prænunciatum sit Christum futurum esse regem, ac sessurum super solium Dauid, in eoque reparandum regnum illius deperditũ; Christus verò non videatur regnasse in suo aduentu, nec sedisse super solium Dauid, non est verus Messias credẽdus. At quantum isti errent, & in media luce ecutiant non intelligẽtes scripturas, nec facti veritatem percipientes, explicandũ est breuiter. Ante omnia igitur aduertendum est, de hoc regno prænunciata fuisse sex. Primo, antequam regnũ institutum esset in tribu Iuda, fuit prædictum futurum: nam Genes. 49. Iacob benedicens filijs, quando peruenit ad Iudam dixit: Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorũ tuorum, adorabunt te filij matris tuæ. Hæc adoratio significabat regnum, & regiam potestatem futuram postea in Tribu, & semine Iuda, vnde subiunxit: Non auferetur sceptrum de Iuda; igitur sceptrum erat futurũ in Iuda, quod impletum est in Dauid, & multis de posteritate eius. Secundo postquam hoc regnum erectũ est in Dauid, & filijs eius, prædictum fuit abscindendum, & posteritatem regiã in familiam priuatam reuocandam esse. Sic Hieremias prædixit de Iechonia rege c. 22. Pone virũ istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur, nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda. Duravit enim regnum a Dauid vsque ad Sedechiam, qui vltimo regnauit. Tertio prædictum erat hoc regnum abscissum, & deperditum, restituendum aliquando, & reparandum in eadem tribu Iuda; Amos vlt. In illa die suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea, quę corruerant, instaurabo. Quarto prędictum est hoc regnum abscissum, non ante instaurandum, quàm Christus veniret, & eo ipso reparandum, & renouãdum. Hæc duo prophetauit Ezechiel c. 21. Aufer, inquit, cydarim, & tolle coronam, & paulo post: donec veniat, cuius est iudicium, & tradã ei, nota illud (donec veniat) & illud (tradam ei). Hæc eadem prædixit Isaias ca. 11. Egredietur, inquit, virga de radice Iesse, in Hebræo illud (radice) est יִשַׁי id est trũcus, de trũco Iesse egredietur virga, id est sceptrũ, & regia potestas; trũcum appellat, quia abscindendi erant rami, id est regia potestas auferenda a familia, & posteritate Dauid, mansuruſque erat truncus vsque ad virgam hanc, quæ Christus est. Hieremias etiã c. 23. Suscitabo, inquit, Dauid germen iustum, & regnabit rex, & erit sapiens, & faciet iudicium, & iustitiam in terra, & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. quam prophetiã esse de Christo nemo dubitat. Quinto prædictum est non tantum regnum hoc in Christo renouandum, & reparãdum, sed amplificandũ, multoque latius, ac maius futurũ, quã in ipso Dauid, aut posteritate eius præcesserat, sub eiusque dominio non modo Iudæos sed etiam gentes esse futuras. Psal. 71. Dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsq; ad terminos orbis terrarum; coram illo procident Aethiopes, & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Isa. 11. In illa die radix Iesse, qui stat in signum

gnum omnium populorum, ipsum gentes deprecabuntur. quod etiam Iacob Gen. 49. prænunciauit: Non auferetur, inquit, sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Sexto prædictum est, non solum amplificandum, & multiplicandum, sed etiam non habiturum finem, nec amplius abscindendum, sed futurum perpetuũ, & æternum. Isa. 9. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: vbi notant ipsi Iudæi cum Catholicis multis, illud verbum (multiplicabitur) quòd in Hebræo est lemarbe, habere, m, clausum in principio, quod solet semper esse apertum, ad insinuandam perpetuitatem ipsius regni, quam apertioribus verbis idem Propheta prædixit subiungens: super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia, amodo, & vsque in sempiternum. Hæc sunt sex, quæ de regno hoc inter alia prædixerunt prophetæ.

Potestas regia per fides in Christo fuit ꝙ in Dauid.

Aduertendum est secundo, Christũ vt hominem habuisse regiam hanc potestatem multo perfectiorem, quam fuerit in Dauid, Salomone, vllove rege homine ex omnibus, qui regnant, aut regnarunt in terra, quæ quidem perfectio ex multis constat. Primo quidem ratione tituli, & iuris, quo hoc obtinet dominium; homines quidem regiam potestatem ab hominibus accipiunt, quatenus humanæ reipublicæ sibi vnum præesse statuunt, & ei potestatem supra ceteros omnes conferunt, eius dominio sponte se subdentes. At Christus pluribus, & nobilioribus titulis regiam consecutus est potestatem, qui quinque præcipue sunt. Primus est iure vnionis hypostaticæ: ex quo enim ille homo Deus est, & humanitas diuinitatem sibi coniunctam habet, omnium creaturarum spiritualium, & corporalium, cœlestiũ, & terrestrium dominium, & potestatẽ habet. Huius tituli meminit Athanasius in serm. de Deipara, & Cyrillus lib. 3. in Ioan. cap. 2. & lib. 11. cap. 15. vbi docet Christum vt hominem accepisse a Patre potestatem super omnia, ex quo nimirum homo ille diuinitatem accepit, quam filius habet a Patre. De quo titulo illud est Matth. 11. Omnia tradita sũt mihi a Patre meo. idem Damascenus orat. 1. de Nat. B. Virg. Secundus est iure redemptionis: ex quo enim suo sanguine nos redemit, Dominus est absolutus noster multo magis, quam Dominus serui empititij. quod ius habuit ab instanti incarnationis; quamuis enim tũc nondum sanguinem effudisset, tamen effundere decreuit, & eius efficacem voluntatem Pater acceptauit, & nostram Christus prometuit redẽptionẽ, quod dominium etiam est vniuersale omniũ creaturarum, nõ solum terrestrium, sed etiam cœlestium terrestrium quidem, nam harum homo Dominus est; cum autem ipse ad plenum dominium Christi iure redemptionis pertineat, etiam quæ ipsius sunt, pertinebunt; cœlestiũ vero, quia fructus redemptionis etiam in illorum vtilitatem redundauit: ciuitas enim illa cœlestium spirituum perfecta est hominum redemptione. De quo titulo, est illud Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, nimirum postquam completa est redemptio, hoc enim dictum est post resurrectionem: datam autem sibi dicit potestatem quantum ad exercitiũ, & vsum, nam quantum ad facultatem, obtinuit eam ab instanti incarnationis, vt diximus. Meminit huius & præcedentis tituli Bernardus lib. 3. ad Eugeni. Christus inquit possessionem sibi vindicat iure creationis, & merito redemptionis, & dono Patris. Hæc Bernardus. Ius creationis habet, vt Deus, meritum redemptionis, & donum Patris, vt homo. donum Patris appellat, vnionem diuinitatis: nam vnire diuinitatem humanitati, donum fuit Patris, concessum humanitati ipsi. Tertius est iure hæreditatis; ex quo enim ille homo filius erat, & est Dei, Paternam obtinet hæreditatem, quæ est Dominium plenũ omnium rerum: si enim filius est, & hæres Rom. 8. de quo titulo est illud Psalm. 2. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. & Matth. 21. Hic est hęres & ad Hebr. 1. Locutus est nobis in filio, quẽ constituit hæredem vniuersorum. Quartus est iure donationis; data enim sunt a Deo omnia Christo homini in dominiũ, & regnũ, de quo Io. 13.

dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictũ est, Scies, qa tradidit ei oia Pater in manus. & Ioan. 17. Dedisti ei potestatem omnis carnis. Quintus est iure meriti, ex quo enim homo ille Patri satisfecit, & honorem peccatis hominum Iesum propria morte reparauit, meruit ab ipso ipatre omnem honorem, & dignitatem, cuius tituli meminit Paulus Philip. 3. Humiliauit semet ipsum vsque ad mortem, mortem autẽ crucis: propter quod exaltauit illum Deus, & dedit ei nomen super omne nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. His igitur modis regnum Christi perfectius est omni potestate. & dominio humano ex parte tituli, & iuris. Secundo perfectus etiam est ex parte plenitudinis potestatis, & dominij: reges enim inter homines non habent plenam potestatem in ipsos, nec possunt imperare quæcunque velint, nec subditi regum sunt eorũ seruit at Christus plenum dominium, & potestatem habet supra homines, potestque præcipere quæcunque, & obligare nos ad ea omnia, quæ uelit, vitæque, ac mortis nostræ habet integrum imperium. vnde potestas eius non tantum est temporalis, sed etiam spiritualis, nimirum regia, & sacerdotalis. Tertio perfectius est ex parte eorum, quibus dominatur; est enim uti diximus omnium rerum Dominus; imperat etiam Angelis, dæmonibus, ac creaturis insensibilibus, & obediunt ei omnia etiam, quæ sensu carẽt. Si autem loquimur de dominio, quod habet in homines, regnum eius, & potestas supra omnes gentes est, nec solum uiuos, sed etiam mortuos complectitur: ex his autem non eos solos, qui sunt in cœlo, sed etiam eos, qui in purgatorio, & in inferno sunt: dominatur enim etiam in his per iustitiam suam. Quarto ex parte superioris, neminem enim habet supra se, sed illa humanitas soli est diuinitati subdita, rex est regum, & Dominus dominantium. Quinto ex parte durationis, hominum enim principatus morte complentur, postquam non iam reges, aut principes sunt, aut ullam in alios habent potestatem. Psal. 48. Cum interierint, nõ sumet omnia, neque descender cũ eo gloria eius. at Christus morte nõ amisit potestatem, sed permanst eius imperium; & manebit in æternum, neque unquam dissoluetur, aut ei alius succeder. Daniel. 2. In diebus regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnũ eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, & cõsumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum; quod ideo dictum est, quia sæculo hoc consummato cessabunt omnes principatus, regna hominum: at regnum Christi, eiusque dominium, & potestas permanebit etiã in futuro sæculo sine fine. Aduertendũ est tertio, habuisse quidem Christum hanc regiam potestatem, uti diximus, ab instanti incarnationis, cum ex unione uerbi præcipue emanauerit, unde & à Magis tãquã rex quæritur, & in cuna bulis adoratur, & muneribus afficitur. Matt. 2. Vbi est qui natus est rex Iudæorũ. & ingressus Hierusalem cũ põpa regium nomen non refutat sed acceptat. Luc. 19. Benedictus qui uenit in nomine Domini rex Israel. Et Iudæorũ principibus id ægrè ferentibus respondit: Si isti tacebũt, lapides clamabũt. Et passionis tẽpore regem se esse nõ negauit. Ioan. 19. Tu dicis, quia rex sum ego. & in titulo crucis nomen regis deleri non permisit; illa enim Pilati uox, quod scripsi, scripsi, ex diuina dispositione emanabat. Fuit igitur uerus rex etiã dũ in hoc mũdo uisibiliter cõuersabatur; tamẽ nõ exercuit potestatẽ hanc, sed repressit, obediens factus etiam hominibus vsque ad mortem: non enim uenerat iudicare, sed saluare, non ministrari, sed ministrare, & animã suã dare in redemptionem pro multis. quod tãto magis eius humilitatem commẽdat, quod cum rex regũ esset, & Dominus omnium, subditũ se fecit etiam pessimis hominibus propter nos. Præcesserat figura huius rei in Dauid, qui multo ante fuit vnctus rex à Samuele, quàm regnaret, & potestatem exerceret Saule regnante, à quo multa passus est. Non tamen ita se huius suæ potestatis exercitio spoliauit, quin etiam ante mortẽ exigentibus cau-

sis quibusdam eam exercuit, ut exterioribus operibus eius, quæ latebat, significationem aliquam præberet. nam Luc. 8 legionem eorum dæmoniorum in porcorum multitudinem magnam ire permisit, & occidi fecit, tanquã rex, & Dominus omnium: eo etiam opere placuit vti ad suæ diuinitatis ostensionem, & Luc. 22. eadem potestate asinam, & pullum solui, & sibi adferri iussit dicens: dicite, Dominus his opus habet. & Ioan. 2. Eiecit de templo oues, boues, & vendentes, & effudit æs nummulariorum, & mensas subuertit, quod insignis fuit potestatis, & dominij. & Marc. 2. ficum exiccauit. & Io. 8. Adulteram à pœna legis Mosaicæ liberauit, & à Magis adorari voluit, & acclamationes regias, uti diximus, admisit. Et passione imminente militibus præcepit, vt discipulos suos liberos abire permitterẽt. Hæc omnia potestatis sunt regiæ, non qualiscunque, sed absolutæ, & perfectæ, qualis erat in homine veri Dei filio. Post resurrectionem vero plenum potestatis exercitium assumpsit. Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. quod quidem ipso opere significauit, mittens discipulos in uniuersum orbem prædicare Euangelium, & legem omnibus imponens, nulla regum, aut principum facultate requisita tanquam verus Dominus dominantium, & rex regum, & modo in cęlis regit, & gubernat inuisibiliter. Vt enim rex in una ciuitate residẽs, ceteras regni partes regit: sic Christus residens in cœlis, quæ mundi huius sunt, gubernat per scientiam, & potentiam omnia attingens; illinc punit delinquentes in hoc sæculo; illic Ecclesiã suam defendit, dirigit, & protegit, cum hoc tamẽ Vicarios visibiles in hoc mũdo habet, quibus magnam suæ potestatis partem communicauit, & communicat, vt regant, & gubernent, & dirigant homines ad uitam æternam, & ea, quæ ad salutem spiritualem pertinent; reliquit enim Petrum, & eius successores Pontifices Romanos, in quibus est potestas spiritualis, & temporalis ad illam ordinata, per quos in Episcopos, & alios ministros potestas deriuatur plus, aut minus secundum gradus singulorum; omnes autem ministri sunt illius regis regum, qui & regiam, & sacerdotalem, spiritualẽ, & temporalẽ habet potestatẽ. Ecce igitur, quo pacto sedem Dauid regiam habet Christus, ampliorem tamen, perfectiorem, & durabiliorem, vti explicatum est.

Ex his error, & ignorantia Iudæorũ detegitur, & conuincitur; errabant enim isti, existimantes regnum Dauid sic excitandum in Christo, quasi futurus esset rex temporalem habens potestatem, sicut Dauid, aut Salomon, aut ceteri reges habuere; qui quidem error ex parte, discipulorũ mentes tũc tẽporis tenebat. inde enim factũ est, ut illic duo per matrẽ sibi dexterã, & sinistrã dari peterent, Matth. 20. illi etiã alij duo ante resurrectionẽ dicerent: Nos sperabamus, quod ipse redẽpturus esset Israel. Luc. 24. Post resurrectionẽ etiã interrogarẽt, si in tẽpore hoc restituet regnũ Israel. inde etiã Iudæi occasionẽ acceperunt dicẽdi, Io. 19. Omnis, qui se regẽ facit, contradicit Cæsari: putabant enim Christũ sic fore regẽ Iudæorũ tẽporalẽ, vt ceteris omnibus regnũ adimeret, neq; vlli hominis dominatũ pateretur. Decepti sunt antẽ valde, nã Christus quidẽ rex est potestatẽ habens in omnibus, sed supra, nõ cõtra tẽporales reges, & gubernatio eius amplissima est, & perfectissima, & æterna atq; ab humana dominatione longe diuersa. vnde uerissime de Tribu Iuda, & de stirpe Dauid iuxta antiqua vaticinia egressus est vnus, in quo sũ Dauid reuocaretur sed amplificatum, corroboratum, & omni ex parte perfectum multo enim excellentius est regnum, & potestas Ecclesiæ, quàm quæ erat in Dauid, quippe dominium Christi est, cuius potestas extenditur etiam in cœlum, & in infernum, & durabit in æternum.

Errabãt Iudæi intelligentes Messiã futurũ tẽporalẽ Regem.

Ex hix etiam facile est intelligere, quæ Doctores facti in hac parte, vt Iudæorum calumniam reprimerent, do cuerunt. Athanasius in sermo. de Deipara, huic obiectioni sic respõdet, nimirum Christum habuisse sedem Dauid, sed transtulisse à Iudæis in gentes, quibus Ecclesiam dedit, & in qua regnant Christiani; ponderatque illum ver- bum Angeli (dabit ei sedem Dauid) di cens esse simile illi Matth. 22. autere-

Qualiter intelligendi sint Patres, Iudæorum calũnias de Christi regno respondẽtes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructũ eius. Bernardus hom. 4. in (missus est) respondet, regnum hoc Christi esse spirituale in potestatem, quę est in Ecclesia, quæ uere est regnũ Christi, & sedes Dauid promissa. Epiphanius autem hæres. 29. dicit, Christum duas potestates comprehendisse, regiam, & sacerdotalem, & utramque communicasse Ecclesiæ, & residere in Pontificibus, quæ quia Christi est, qui est de semine Dauid, idcirco dictum est solium Dauid in Christo restauratum. Hæc omnia vere dicuntur, sed non plene. veritas est, quam explicauimus, nempe Christũ de semine Dauid fuisse & esse Regem gentium, & Iudæorum multo perfectius, quàm fuit Dauid; nam potestas Christi extenditur ad omnes gentes, & ad viuos ac mortuos, & regnat in cœlo, & in terra, & in abyssis summo & potentissimo dominio, & pars huius potestatis est in Ecclesia, in qua regnat per Vicarium visibilem, in multis operibus; tamen ipse etiã inuisibiliter regit & gubernat, multaq. ac mirãda opera & spiritualia & tẽporalia facit, tanquam absolutus & uerus Dominus, cuius potestas manet in æternum, etiam cessante hac Ecclesię potestate ministeriali. Dicitur autem restauratum solium Dauid, quia de eius stirpe à qua regia potestas erat ablata, surrexit Christus, qui est Rex regum, & Dominus dominantium, qui à principio incarnationis Rex fuit, quamuis non statim eam potestatem exercuerit, uti postea factum est.

Et regnabit in domo Iacob in æternũ.

COMMENTARIA.

SOlium Dauid in principio non fuit perfectum; nam septem primis annis regnauit super Iudã, postea uero super alias etiã tribus in posteritate autem eius, nempe Roboam, & successoribus eius diminutum est solium: nam regnarunt tantum super Iudã & Beniamin, quo tempore abscissum est regnũ à domo Dauid. ne quis igitur solium Dauid in Christo restituendum arbitraretur, sicut erat in diebus, quibus abscissum est, cum re uera perfectissimum futurum esset in Christo, id circo adiũxit Angelus, Dabit Deus illi solium Dauid perfectum, & plenum, vt regnet in domo Iacob. domus enim Iacob omnes Tribus cõplectebatur, quæ à duodecim filijs eius deriuatæ sunt. Ne autem quis putaret, iterum hoc Regnũ abscindendum, & in alterius potestatem deuolutum iri, addidit in æternum. Regnum enim Christi perpetuum erit, nec unquam abscindetur, ut eo abscisso populus eius alteri⁹ fit. Dani. 2. in æternum non dissipabitur, & eius Regnum alteri populo non traderur. Hisce uerbis significat Angelus Ecclesię Euangelicę regnum, quod amplissimum est ex omni gẽte, tribu, & natione, & nunquã antiquandum, sicut antiquata est Synagoga. Cetera in Annotatione perlege.

ANNOTATIO XC.

HAec Angeli sententia Regnum Ecclesiæ significat, in qua modo quo dam particulari Christus regnat: uterum Deus, cum in toto mundo per potentiam, & generalẽ gubernationẽ semper regnet, peculiariter in synagoga illa regnare dicebatur, quia ibi cultus, religio, & lex Dei obseruabatur, ideoq; populus Dei peculiaris appellatus est: ita & Christus Deus, & homo potestatem habet regiam in omnibus, & Rex est supernorum, & infernorum, fidelium, ac infidelium; tamen in Ecclesia regnare dicitur, in qua fides, religio, sacramenta, sacrificium, gratia, remissio peccatorum ius ad gloriam, quorum ipse causa est, vigent. Hoc autem est regnare in domo Iacob, in qua dicitur in æternum regnare, quia Euangelium non est, ut synagoga, seu lex illa vet⁹, vt recte adnotat Cyrillus lib. 10. Ioan. cap. 25. Lex enim illa & synagoga abolita est & euacuata per Euangeliũ: at Euãgeliũ nõ abolebitur vnquã, aut euacuabitur per aliud Euangelium, aut legem, sed manebit usque ad sæculi consummationem, quod Paulus Hebr. 13. docuit, dicens Iesus Christus heri & hodie, ipse, & in sæcula. doctrinis varijs, & peregrinis nolite abduci. Ex hoc facile soluetur dubitatio, quæ suboriri poterat, cur nempe non dicitur regnaturus in Domo Abrahæ, aut in Domo Isaac, cum etiam hi sit Christus promissus, sed in domo Iacob. Respondeo, Abraham duplicem habuisse posteritatem, vnam ex Isaac, in qua facta est promissio, & cui data est circuncisio, & lex, & prophetia, & sacrificia: Alteram ex Ismael, quæ ab his bonis repulsa est: in illa autem significabatur Ecclesia, non in hac, vt docet Paulus Gala. 4. Non sumus, inquit, filij ancillæ, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Non ergo tota domus Abrahæ Ecclesiam repræsentabat. Hoc idem in Isaac factum est; habuit enim duos filios, à quibus duo populi effluxerunt, Esau, & Iacob; ille à bonis prædictis exclusus est: hic vero ea obtinuit, iuxta illud: Iacob dilexi, Esau odio habui. Non igitur in tota domo Isaac Ecclesia significabatur: Iacob uero duodecim habuit filios, & omnes hi legem, & circuncisionẽ, & cetera acceperunt à Deo, & populꝰ eius peculiaris factus sũt, idcirco tota domus Iacob Ecclesiam repræsentabat, eaque est causa cur nunc Christus in domo Iacob regnaturus dicatur; peculiare enim eius regnum significatur, quo in fidelibus, & in Ecclesia sua regnat, quæ non ex materialibus tribubus illis conficitur, sed ex tribubus secundum spiritum, siue Iudæi, siue gentiles secundum carnem sint; omnis enim natio, & gens, ac populus credens, & Christo adhærens dicitur de domo Iacob, iuxta illud Rom. 9. Non omnes qui ex Israel sunt, Israelitæ sunt, sed qui secundum repromissionem.

Quare nõ dicitur Christ⁹ regnaturus in domo Abraham & Isaac sed i domo Iacob.

Regnum Christi in Ecclesia quo modo dicatur.

Sunt autem aduertenda duo uerba (Domo Iacob) & (regnabit) Domus Iacob dicitur, quia Iacob non fuit Rex; regnum enim, Saul expulso, incepit in Dauid, propterea regnum, seu solium Dauid, Iacob uero domus dicitur. In hac ergo domo Christus regnaturus prænũtiatur, quia Ecclesia per domum Iacob repræsentata euehenda, & extollenda erat in dignitatem ampliſſimam, & supremam, ut fieret regnum Christi, & haberet Christum in regem, & caput: quasi diceret, ex domo fiet regnum. Præterea solus Christus regnaturus dicitur; Ecclesiæ enim nemo hominum Rex est, sed ille solus, qui ædificauit eam Christus: Pontifices enim, & Prælati eius, non domini nec reges, sed Vicarij sunt illius, qui è Cœlo regnat in Ecclesia 2. Cor. 4. Sic nos existimet homo tanquam ministros, & dispensatores.

Christus sol⁹ Eccles. Rex est, Pontifices & Prælati, Vicarij solũ sũt.

Conuenienter autem dicitur Ecclesia domus propter multa. Primo quidem, ad indicandam prouidentiam peculiarem, quam habet Christus de sua Ecclesia, sicut Rex de domo sua. Secundo, sicut homines in domibus proprijs habent suam supellectilem, & pretiosa quæque recondita, sic Christus nostet in Ecclesia repositos habet thesauros suos, sacramẽta, sacrificium, religionem, dona Spiritus sancti, & reliqua salutis instrumenta. Tertio propter habitationẽ; propriè enim homo domi habitat; sic Christus quandam habet in Ecclesia habitationẽ particularem: præterquam enim quod habeat in cordibus fidelium spiritualiter præsentiam quandam habet in Ecclesiam etiam corporalem: nam in Sacramento Eucharistiæ adest, ut impleatur illud Matth. 28. Ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi. Quarto, ad significandam familiaritatem quandam & dilectionem, & vnionem, quam nobiscum habet, & nos cũ eo, & inter nos habere debemus, ficut ij, qui eiusdẽ domus sunt. hac de causa Paulus, Eph. 2. appellat fideles, & domesticos Deiscilicet eum in Ecclesia variæ, & diuersæ sunt hominũ nationes; tamẽ charitas, fides, sacramenta, & religio eadẽ sunt, & fratres in Christo omnes sumus. His deiuſis Ecclesia, domus dicta est, etiã ante Angeli nuntium Psal. 25. Dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis tuæ. Prouerb. 9. Sapientia ædificauit sibi domum. qua uoce etiam Paulus vsus est 1. Timoth. 3. Vt scias quomodo oporteat te ambulare in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei uiui.

Ecclesia Dei merito Domus appellatur.

Et regni eius non erit finis.

COMMENTARIA.

NOn solum regnabit Christus in domo, & Ecclesia in æternum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

num, quia eius regnum non euacuabitur per aliud, sicut Synagoga euacuata est per Ecclesiam, & lex per Euangelium, quod durabit vsque in sæculi consummationẽ, sed etiam regnum Christi in æternum manebit. nam etiam consummato sæculo præsenti, & Ecclesiæ statu completo, permanebit regnũ Christi in cœlis sine fine. Præcedens igitur sententia hoc indicat, regnum Ecclesiæ non abolendum vnquam per aduentum alterius Ecclesiæ, aut Euangelij. Hæc verò sententia significat regnaturum Christũ sine fine, etiam consummato sæculo.

ANNOTATIO XCI.

Christus regnat nunc in Ecclesia sed perfectius post finẽ sæculi regnabit & est.

ADuerte, Christum regnare nunc in hoc sæculo, & in Ecclesia, tamẽ nondum, vt ita dicamus regnum obtinet pacificum: nam nondum omnes inimici expulsi & deleti sunt; superati sunt quidem & deuicti, tamen non dum extirpati & euulsi; nam permanent dæmonis tentatio, peccatum, mors; Sunt multi etiam rebelles præceptis ac legibus Christi, & contra ipsius misericordiam libero pugnant arbitrio, hæc vsque ad finem sæculi erunt, post quem regnum erit pacatum, regnabitque Christus fugatis inimicis, & rebellibus eradicatis: nam mors euacuabitur per resurrectionem, nec iam vltra erit. Dæmon in æternum carcerem neminem iam tentaturus detrudetur, peccatum amplius non erit, quia peccatoribus licentia peccandi auferetur, nec amplius de nouo peccabunt: iusti autem perpetuam mundiciem, & puritatem obtinebant in gloria, carne omnino subiecta spiritui, tũc erit perfecta redemptio, & regnabit pacifice Christus in æternum, eius inimicis perpetuas luentibus pœnas; amicis autem, sine fine gloria fruentibus. In hac ergo domo Iacob, vbi luctatus est, & supplantatio, regnabit quidem in æternum, id est, Ecclesia & Euangeliũ vsque ad finem sæculi perdurabunt: at consumato sæculo regnum Christi omnino pacificum erit, cuius nõ erit finis. Hæc Paulus docuit 1. Cor. 15. sic dicens: Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo, & Patri, cũ euacuauerit omnem principatum & potestatem, & virtutem. Oportet aũt illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus eius; nouissime autẽ inimica destructur mors: omnia enim subiecit sub pedibus eius: cum autem illi subiecta fuerint omnia, tunc & ipse Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Hęc Paulus. In qua sententia nonnulla aduertenda sunt. Primo, illud (oportet regnare, donec ponat inimicos suos) significat Regnum Christi præsens, quod habet in hoc sæculo, & dicitur regnare in domo Iacob in æternum, quando inimicos quidem superauit, & vicit, tamẽ nondum depulit, ac aboleuit. Illud autem (cum fuerint ei subiecta omnia) indicat regnum alterius sæculi, de quo dicitur. Regni eius non erit finis, quando inimici euacuabuntur, & abolebuntur, vti diximus. Secundo, illud (donec) non indicat, non regnaturũ, postquam inimicos posuerit, sed tantum quòd regnabit quousque subiecerit sibi inimicos; est enim phrasis hæc scripturæ, vt adnotat Hieronymus in illud, Matth. 1. Non cognouit eam donec peperit filium: nõ enim inde deduci potest, ergo cognouit eam postquam peperit. ita & nunc regnabit, donec ponat inimicos, nõ recte colliges: ergo post depositionẽ inimico rũ non regnabit: nã & postea regnabit: addit enim, (cũ subiecta ei fuerint omnia) tunc autem regnum erit omni ex parte pacatum per obedientiam omniũ; nam inimici luent pœnas secundũ eius iustitiam statutas; amici autem & iusti in æterna pace, & conformitate cum ipso erunt. Tertio, hoc testimonio Ariani abutebantur, dicentes filium minorem Patre, quia dicitur futurus ei subiectus. Decipiuntur autem & errant, nam vt recte Athanasius lib. de incarnatione Christi prope finem dicit, Paulus loquitur hic de Christo ratione corporis mystici, quod quidem in hoc sæculo nõ est ex parte subiectũ Deo, cum multi fideles, qui membra sunt eius, & ad corpus Christi pertinent, peccent, & stulta trãsgrediantur mãdata; in sæculo vero futuro totũ Christi corpus mysticũ erit

1. Co. 15

erit subiectum Deo, quando tota Ecclesia triumphans erit sine macula, & ruga, & mali, ac peccatores ab hoc corpore erunt abscissi, refecti, & abiecti. Quãuis autem Paulus de Christo loqueretur in se, nihil inde Arianus contra veritatem haberet, cũ Christus ratione humanitatis minor sit Patre, & ipsi subijciatur.

Dixit autem Maria ad Angelum.

COMMENTARIA.

VErba sunt hæc Euãgelistæ, historiam connectentis & referentis, quid Beata Virgo ad Angeli nuntium responderit. Notãdum est autem verbum illud [ad Angelum] non enim dictum est tantum [dixit Maria] sed etiã [ad Angelũ] vt eo verbo significaret Euangelista, Beatam Virginem nouisse Angelum esse, qui secum loquebatur. Commendanda est profecto prudentia respondentis, quæ Angeli sermonem non interrupit, sed totum attenta audiuit: sunt enim qui, antequam perfectus sit sermo loquentium, respondent, quod imprudentiæ adscripsit Sapiens Prouerb. 18. Qui prius, inquit, quã audiat, respondet, stultum se esse demonstrat.

Quomodo fiet istud.

COMMENTARIA.

MEnte percepit Beata Virgo Angeli nuntium, eique fidẽ adhibuit, quo tamen modo conceptura talem Filium esset, nõ est omnino assecuta, ideirco interrogat, quo modo fiet istud? quasi diceret, intelligo, & credo beneficium insigne, quo me Deus prosequitur, dũ me tanti filij matrem facere dignatur; quo autem modo id futurũ sit, non assequor, scire tamen cupio, ideo qui rem mihi nuntias, modũ quæso rei perficiendæ expone.

ANNOTATIO XCII.

Diuersæ expositiones super tio.

MVltiplex est antiquorum doctorũ huius interrogationis interpretatio. Primo loco Origenes hom. 1. in Genesi affirmat, huiusmodi interrogationẽ ex incredulitate processisse; solet enim in Scriptura hæc particula in ea significatione aliquando vsurpari, vt non credentis animum indicet. Ioan. 6. Quomodo potest hic carnẽ suam nobis dare? Cõsentit huic opinioni Euthymius in præsenti loco, & Greg. Nyss. orat. de Christi Natiuitate. Secũdo, Athanasius in serm. de Deipara, & Chrysostomus, hom. 49. in Genes. temperatius loquentes, dicunt esse verbum hæsitantis, & dubitantis: considerabat enim Beata Virgo, (vt ipsi affirmant) quod naturæ erat, non autem quod diuinæ virtutis, ideirco hæsitabat, & dubitabat admirata, & obstupefacta, vt dicit Chrysostomus. Tertio Ambrosius lib. 2. de Abraham cap. 8. & in præsenti loco, dicit nõ esse verbum incredulitatis, aut hæsitationis, seu diffidentiæ, sed interrogationis, & percunctationis: modum enim ignorabat, quo mysterium perficiendũ esset, ideirco interrogat, vt sciat. vtitur exemplo Ambrosius ex Gen. 15. vbi Abraham audiens promissionem Dei magnificam, non incredulus mysterij, sed cupidus sciendi modum, quem ignorabat, dixit: Vnde scire potero, quod possessurus sum terram hanc? quem modũ statim Angelus ei aperuit; ita nunc factum esse existimat. Huic sententiæ accessit Augustinus lib. 16. Ciuit. c. 24. & Bernardus hom. 4. in Missus est. & eandem probare visus est Damascenus, lib. 3. de fide cap. 2. & re vera hæc sententia est legitima & amplectenda, quam multa persuadent, & demonstrant. Primo quidem, quia incredulitas hęc vix a culpa excusari potest, quam longe a Beata Virgine abfuisse non est dubitandum. Habemus exemplum Zachariæ, qui dictis Angeli non credẽs peccauit, & peccati pœnam sustinuit. Cum igitur Beata Virgo multis partibus illum superauerit, perfectioriſque virtutis fuerit, si hæsitasset, aut non credidisset, eius incredulitas grauioris culpæ notam induceret, reprehensibiliorque esset, nec excusari posset ea ratione, quam Athanasius, & Chrysostomus adferunt, nẽpe q̃ cõsiderauerit virtutem naturæ, nõ Dei. At profecto hæc inconsideratio, reprehensibilis esset; vbi enim de mysterio

Superiora verba nõ dubitãtis sed interrogantis sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& nuncio Dei egebatur, quamuis propriam virtutem considerare ad humilitatem exercendam esset laudabile, tamé ad dubitandum de veritate, multum esset reprehensibile. Nec etiam excusaretur eo, quod dicit Euthymius, nimirum Zachariam admonitum esse per pœnā, quia non credidit ea, quorum in scriptura legerat exempla, nempe in Sara, Rebecca, & Rachel: at Beata Virgo non habuerat exemplum vllum, Virginem scilicet aliquando concepisse. Ideireo inquit, quamuis incredula fuerit sicut Zacharias, per pœnam tamen admonita non est, hæc, inquam excusatio non est efficax: nondum Angelus expressérat, illam salua virginitate concepturam. Præterea, etiam si expressisset, incredulitas a culpa non vacasset; nam sciebat Beata Virgo maiora Deum fecisse, & facere adhuc posse, cum nihil illi impossibile esse etiam ex scriptura didicisset. Adde etiam, quòd a culpa omni Beata Virgo vacabat: si autem incredula fuisset, non esset a culpa immunis. Rectius ergo Ambrosius in præsenti dicit, cuius verba sunt: Videtur hic non credidisse Maria, nisi diligenter aduertas, neque enim fas est, vt electa ad generandum vnigenitum Dei filium, fuisse videatur incredula. Quo autem fieri modo posset, (licet salua sit prærogatiua matris, cui profecto fuit amplius defendendum, & vt prærogatiua maior, maior etiam fides ei debuit reseruari,) vt Zacharias, qui non crediderat, silentio condemnaretur, Maria autem, si non credidisset, Spiritus Sancti infusione exaltaretur? Hæc Ambrosius. Eadem sententia confirmatur secundo: nam videtur incredulitas, quam hi Doctores affirmant, aduersari verbis a Spiritu Sancto per Elisabeth prolatis. Beata, quæ credidisti, quoniam perficientur quæ dicta sunt tibi a Domino. qua ratione tanto encomio fides Beatæ Virginis commendari posset? quaue ratione fructus tantus ei fidei adscriberetur, quoniam inquit perficientur quæ dicta sunt tibi a Domino, si incredula extitisset a principio? Tertio hoc idem comprobatur, quia Beata Virgo nouerat esse Angelū Dei: si autem incredula fuisset, oportebat de veritate Angeli dubitare, quod profecto absonum est a tantæ Virginis perfectione, cum quilibet de Populo sciret, Angelum Dei Sanctum non mentiri, sed verba eius esse vera. Postremo, quia si non credidisset, aut dubitasset, dixisset, vt recte Bernardus admonuit, An fiet istud? aut, Quomodo potest fieri hoc? sicut illi increduli dixerunt, Ioan. 6. Quomodo potest hic dare nobis carnem suam? Non igitur dubitauit, aut incredula fuit, sed certa de nuntio; modum perficiendi mysterij ignorabat, idcirco interrogauit, & responsum audire meruit. vt enim rectissime Ambrosius dicit, non vsurpauit sibi diuina, quasi diceret, noluit suo ingenio credere, & a seipsa modum excogitare, quem maxime probaret, sed præ humilitate sibi diffidens scire modum, quæsiit ab eo, a quo tantū nuntiū acceperat. Superest aut vt explicemus quis sit modus hic, quem ignorabat, & scire cupiebat, quod in sequenti annotatione fiet.

ANNOTATIO XCIII.

IN Annotatione præcedenti ostendimus Beatam Virginem modum perficiendæ eius rei, quæ annunciabatur, interrogasse, non autem incredulam fuisse, aut de re ipsa hæsitasse, seu dubitasse, & cum Ambrosio, & Augustino discessimus ab eorum sententia, qui contrarium existimabant. nunc inquirendum videtur, quid sit illud, in quo illi Doctores affirmarunt Beatam Virginem hæsitasse, seu incredulam fuisse, & quod nos diximus, credidisse; nō enim sunt Doctores consentientes in eo explicando, necesse facile illorum sententias distinguere, & explicare fideliter. Primo igitur loco Euthymius, qui affirmauit Beatam Virginem incredulā fuisse, sicut & Zachariam, sic sentit, nimirū intellexisse ex verbis Angeli, se salua virginitate concepturam. hoc autem, quippe præter naturæ ordinem, ne dū nouum, & nunquam visum, non credidisse, hoc idem sentire videtur Chrysostomus hom. 49. in Genes. & Greg. Nyssen. orat. de Christi natiuitate. Origenes vero hom. 1. in Genes. quamuis asserat incredulam extitisse, nō declarat, quid sit id quod non credidit. Hæc sententia non potest sustineri; præterquam enim

enim quod non est admittendum, Beatam Virginem fuisse incredulā, vt ostensum est in præcedenti Annotatione, tamen etiam si id admitteremus, adhuc non potest accommodari verbis: nam quæ sequuntur verba, essent, superflua, & inconsona. quod manifestum est, si verba Angeli sic componamus. Ecce cōcipies & paries salua virginitate tua; si ipsa Beata Virgo id non credidisset, dixisset tantum, Quomodo fiet hoc? non autem addidisset, Quoniam virum nō cognosco, vt quisque facile intelliget; diceret enim Angelus: immo hoc est q̄ annuntio, fiet enim hoc, quia virum nō cognoscis. Non ergo dici potest, incredulam fuisse in eo, quod virginitate salua se concepturam audiuit.

Secundo loco Athanasius serm. de Deipara affirmat quidem hæsitasse Beatam Virginem, & in eo hæsitasse, quod sine viro concepturam se intellexit: at vero ex quibus verbis Angeli id nouerit, explicat, quod Euthymius non fecit. dicit ergo Athanasius, Angelum annuntiasse conceptionem iamiam, & sine mora futuram. cum autem Beata Virgo sciret se Virginem esse, & numquam virum nouisse, existimauit conceptionem hanc sine viro futuram, ideo hæsitauit. quod clarius sic exponi potest, si Beata Virgo virū nouisset, quādo Angelus conceptionem, & partum annunciabat, existimasset conceptum, & partum futurum ex copula præcedenti. Si etiam Angelus annunciasset conceptionem, nō quidem instantē, sed post moram temporis cogitasset de viro futuram, quem postea nosset: at dum ei, quæ non nouerat virum, instantem nunciat conceptionem, significauit sine viro futuram; ideoque Beata Virgo hæsitauit. Hæc est sententia Athanasij fideliter explicata, cui etiam aduersatur idem verbum (virum non cognosco) dicendum enim erat, quoniam nō noui virum. Hæ sunt sententiæ eorum, qui incredulitati adscripserunt verbum Beatæ Virginis, Quomodo fiet istud?

Tertio loco, Greg. Nyss. orat. de Christi natiuitate, aliter sentit, nimirū, eam existimasse Angelum sibi annunciare conceptionem virginitate non permanente; cumque votum ipsa virginitatis haberet, auersata est eum, etiam si sciret Angelum de Cœlo, nec credidit dictis eius. Hoc tamen sustineri non potest, vt ex præcedenti Annotatione constat.

Quarto loco, Ambrosius in præsenti negat incredulam fuisse, & verbum illud interrogantis fuisse affirmat. conuenit cum Doctoribus primæ, & secundæ sententiæ in hoc, quod intellexit se virginitate salua concepturam, & parituram; dicit tamen, illam modum interrogasse, qui nempe modus tenendus esset in conceptione perficienda cum virginitate, quem Angelus explicuit, dicens. Spiritus Sanctus superueniet in te, &c. Addit Ambrosius, modum hūc non fuisse reuelatum Isaiæ Prophetæ; nouit quidem virginem concepturam, & parituram, quando prædixit: Ecce Virgo concipiet; tamen quo modo virgo erat concepturā, ignorabat, immo inquit superioribus potestatibus erat modus hic absconditus. Virgo igitur nouit se Virginem concepturam, & credidit, tamen quo modo futurum hoc esset, ignorauit, & interrogauit, ac ab Angelo didicit. Huic sententiæ plurimum aduersatur verbum idem (quoniā virum non cognosco) nec video, qua ratione possit accommodari; si enim Angelus annunciasset, salua virginitate eam concepturam, idque credidisset, & modum interrogasset, solum dicendum erat, Quo modo fiet istud? nam causa interrogationis adiuncta non cohæret, immo nec vera causa esse posset; non enim erat causa interrogandi, quia virum non cognoscebat, sed ignorantia altitudinis mysterij: dicendum enim erat, Quomodo fiet istud, si virum non sum cognitura? Adiunge vnum, quod tribus recitatis sententijs contrariū est, Angelum nondum aperte significasse concepturam, sed virginitate eō ctum est: at Beata Virgo non fuerat id tunc assecuta, percepit quidem conceptionem, & partum filij tanti, quo autē modo futurum id erat, an nempe salua virginitate, an copula viri superueniente, ignorabat, quamuis crederet potuisse Deum omnia facere. Nec obstat, Isaiā prædixisse, Virginem concepturam, & parituram, præterquam enim quod tex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus hic non erat omnibus plane intellectus, nondum Beata Virgo perfecte intellexerat id in se esse implendum; paulatim enim & per incrementa illuminabatur a Deo in hoc mysterio, vt eius fides exerceretur, & liberum arbitrium, a quo pendebat consensus, maturius deliberaret. Quinto igitur loco est sententia Bernardi serm. 4. in Missus est. quam existimo veram & legitimam esse, qui tenet, quod paulo ante dicebam, nimirum intellexisse mysterium conceptionis, ignorasse tamen modum, an salua virginitate (quod posse Deum facere credebat) an alio modo Deo placeret id perfici. Huic expositioni consonat verbum sequens, Quoniam virum non cognosco, vt in eius interpretatione magis innotescet. Hæsitabat ergo & dubitabat, non in verbis Angeli, nec in conceptione, sed an viri coniunctione, an modo alio diuino, futura esset Mater tanti Filij. Hanc Bernardi sententiam multo ante Augustinus docuisse visus est lib. de Sancta virgini. cap. 4. si verba eius diligenter perpendantur.

Quoniam virum non cognosco.

COMMENTARIA.

PRudentissima Virgo non tantum interrogat, sed etiam causam interrogationis exhibet, quasi diceret: O Angele Dei, ex vna parte conceptum, & partum mihi annuncias, ex altera ego virum non cognosco, id est, meam virginitatē Deo dicaui, nec mihi iam viro accedere fas est, explica modum, quo hæc fieri debeant, an nempe Deo placeat me virginitati renunciare, an modum alium tenere velit, qui omnia potest.

ANNOTATIO XCIV.

Hæc Virginis Verba indicant & Virginitatē voluisse.

CVm hæc sententia sit antecedentis causa, nimirum, quo modo concipiam, dum virum non cognoscam, consequuntur tria. Primum est, Beatam Virginem nondum ex verbis Angeli percepisse, se virginitate salua concepturā; si enim id assecuta fuisset, non adiecisset hanc causam, vti superius etiam diximus: at quia dubia erat, & ignorabat modum, idcirco interrogauit, causam dubitationis exhibens, scilicet quia copulæ vacare ei fas non erat: si autem cōceptura erat, modus alius, quo Virgo permanens conciperet, futurus videbatur. Alterum est, hoc verbū (cognosco) tempus omne complecti, quasi diceret, non cognoui, & me non cogniturā esse decreui, meque Deo astrinxi; si enim tantum significaret, se non virum nouisse, nec futuræ copulæ facultatem auferre, non erat congruens causa interrogationis, sicut si modo cuidā virgini spem copulæ habenti diceretur: concipies filium, non esset apta responsio, dicere. Non cognosco virum, nam si non nouit, poterit cognoscere. Beata ergo Virgo causam hanc, cur modum interroget, exhibens, significat omnino se copulæ facultate priuatam, vt nec nouerit, nec nosse vnquā illi sit liberū. Ex quo rectè Augustinus lib. de Sancta Virginitat. 4 & Gregor. Nyssen. orat. de Christi natiuit. & Bernardus hom. 4. in Missus est. deducunt, votum habuisse virginitatis, quo se Deo astrinxerat; sic enim conueniens est causa interrogationis, Quomodo fiet istud? quia virum non cognosco. Addit Augustinus, etsi si hæc verba non protulisset Beata Virgo, sed sola illa dixisset, Quomodo fiet istud? indicabat se votum habere virginitatis, nec copulam illi liberam fuisse; si enim hoc non esset, non erat cur modum inquireret. Nec efficax est responsio, iuxta sententiam Athanasij in Annotatione præcedenti citati, nimirum Angelum significasse iam iam fine mora illam concepturam, ita vt non esset tempus futuræ copulæ. Nam re vera nō apparet in verbis Angeli tāta celeritas, vt non posset Beata Virgo existimare copulam futuram, maxime quia erat coniugata viro, nec multum temporis interceßisset, si viri copula necessaria fuisset: nam & Isaias eadem protulit verba. Ecce Virgo concipiet, & tamen nō ita celeriter impleta sunt, & Iud. 13. Vxori Manue dixit Angelus: Ecce concipies & paries filium: & tamen nō indicatur tanta celeritas, vt non intercederet viri copula. Nec etiam efficax est responsio ex doctrina eorum, qui asserūt, Angelum significasse, illam virginitate salua concepturam, nam nec id apparet in verbis Angeli, sicut nec in ijs, quæ dicta sunt vxori Manue. Præterea, quia superflua & incōsona tunc essent hæc verba, Quoniam virum non cognosco. Oportet ergo confiteri hæc verba indicare votum virginitatis, quo se Beata Virgo astrinxerat: Hæretici n. nostri temporis vota huiusmodi respuentes, conuincuntur hoc testimonio, nec quicquam accommodate respondent. Tertium est, in his verbis splendere admirandam castitatem & puritatem Beatæ Virginis, cuius conseruandæ desiderio flagrans, etiam cùm tanti filij conceptio nunciaretur, non est voti oblita, sed eam conseruare cupiebat, simulque certare videbātur, gaudium concipiendi Filiū Dei, & timor amittendi virginitatem, ideoque obtinuit vtrumque.

ANNOTATIO CXV.

Quare Christus sine viri copula cōceptus sit.

NON est sine consideratione prætermittendum, cur sine viri copula Christus conceptus sit. diximus quidem superius aliquot causas, cur Virginem in matrem elegerit, hunc tamen in locum, peculiarem hanc considerationem reseruauimus, quæ communis est: nam etiam de non Virgine potuit sine copula viri nasci; quod autem Virgo sit electa, vt de ea sine copula nasceretur; & quod Virgo etiam post partum permanserit, argumento sunt sine copula fuisse conceptum; si enim ante aut post corrupta fuisset, opponerent increduli, sine virili copula nō fuisse conceptum. Virginitas ergo perpetua probat sine copula Christum conceptum fuisse, nō autem, quod non posset sine copula concipi, nisi Virgo præfuisset, aut Virgo post partum permansisset; vnde verba Basilij sunt sano modo intelligenda: in homilia. n. de humana Christi generatione, sic inquit. Donec dispensabatur Christi generatio: necessaria erat Virginitas. quid vero postea sit factum, ad mysterij huius doctrinam non anxie comungendum est. Hæc Basilius. Intellige autem, necessariam fuisse virginitatem, donec dispensabatur Christi generatio, nō quidem absolute, quia de non Virgine, & iam ante corrupta, potuit sine copula viri Christus concipi: sed necessaria dē virginitas ad dispēsationem ex suppositione, quia non solum sine uiro concepturā prænunciata erat per Prophetas, sed etiam uirgo integra & pura, idque conuenientissimis rationibus factum esse, supra ostēdimus. Consideratione igitur peculiari opus est, cur sine copula cōceptus sit. Aug. lib. 1. de nupt. & concupiscē. c. 12. huius rei unam adfert causam: nimirum quia sine peccato Christus cōcipiendus erat: Ea igitur de causa uiri commistio non debuit intercedere, ad cuius rōnis declarationem aduerte, eos peccatum originale contraxisse & contrahere, qui in Adam fuerunt, & ipso peccante peccarunt, non autem in Adā fuisse dicuntur, nisi qui uirtute in illo continebantur, nimirum qui naturali propagatione ab eo originem trahunt, & procreantur; in causa. n. illi effectus præexistūt, quos uirtute sua producere causa ipsa pt, sicq; Adam uirtute oēs homines cōtinebat, q uirtute naturali ab eo geniti sunt, sine per se, siue per filios naturaliter propagatos: pater. n. uirtutē naturalē p̄ducendi cōmunicat filijs, & hi rursus alijs, unde a primo illo oīs uirtus deriuat, ac propterea in eo oēs p̄fuerūt, qui naturali uirtute ab ipso p̄creantur. Hinc cōsequitur (quod docte adnotauit Anselmus lib. de cōcep. uirgin. c. 11. & lib. 2. cur Deus homo c. 16.) si qs homo purus de sola fœmina per mira cu lum absq; uiri cōiunctione & semine nascereť, eum nō contracturum peccatum originale, sed sine ullo peccato nascituru, cum secundū uirtutē actiuam non fuerit in Adā, sicut ét si de costa alicuius hoīs aut fœminę Deꝰ uirtute sua hominē quempiam produceret, is utiq; peccatum non cōtraheret, quia naturali p̄pagatione ab Adam nō descendit, nec in uirtute illius præfuit. Cum igiť Christus non sit ex uiri semine, nec naturali propagatione conceptus, non potest dici fuisse in Adam, aut in Dauid, aut in ullo alio ex Patribus, quamuis de eorum semine & substantia sit progenitus, ut docuit Athanas. in orat. qđ unicus sit Christus: sunt. n. hæc lōge diuersa, esse in aliquo, & esse de aliquo. Fuit Chri-

Quæ ratione homines cō trahant, & Christus non cōtraxerit culpā originalem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus de Adam, Abraham, & cæteris Patribus, quia carnem, quæ de ipsis erat, induit; tamen in eis non fuit, quia virtute naturali actiua ab ipsis deriuata nõ est propagatus, sed virtute Dei. Hæc est causa, cur Christus non dicitur decimatus in Abraham, quando decimas soluit Melchisedech, quia Christus non erat in lumbis eius, sicut fuerunt omnes, qui naturaliter propagati sunt ab illo; & per hoc probat Paul. Hebr. 7. Sacerdotium Christi fuisse & esse nobilius sacerdotio legis, quia legis sacerdotes in Abraham decimati sunt, non aũt Christus. Cũ igitur hæc ita sint, consequitur, etiamsi Christus merus homo esset, & non Deus, non contraxisse tamen peccatum Originale ex Adam, quia non de viro, nec naturali propagatione ab illo genitus est.

Obijciet aliquis duo, quæ ad maiorẽ declarationem huius mysterij tendunt: Primo quidem sic. Christus erat Dei Filius, & sic non erat capax peccati, etiam in natura assumpta propter vnionẽ: igitur non erat opus nasci sine viri copula, vt a peccato esset immunis. Respondeo, etiam si id ita esset, quòd Christus propter vnionem nõ posset nasci peccator, si tamen de viro genitus esset, propagationem habuisset infectam, & quantum est ex parte illius propagationis, nõ fuisset à peccato immunis, quamuis aliunde, nempe propter vnionem illud non contraxisset: at dum sine viro concipitur, non solum ex parte vnionis, sed et ã ex parte propagationis liber est a peccato, & macula; talem enim oportebat concipi cũ, qui venerat tollere peccata mundi, ut & propagatione, & unione à peccato esset alienus. Potest secundo obijci, ex his. n. quæ dicta sunt, consequi uidetur, Beatam Virginem peccatum contraxisse ab Adam, à quo naturali propagatione descendit. Respondeo, ex vi propagationis contractũram fuisse peccatum iat præseruatã fuisse à gratia, ne macularetur. & hac ratione B. Virgo dicitur sine peccato concepta, non quidem quod ex natura propagationis suæ immunis esset à labe, cum Adæ filia esset, & in lumbis eius extitisset, sed quia ne peccato inficeretur, præseruata est Dei gratia. At Christus non sic, sed etiam ex parte propagationis peccato inquinari non poterat. & hic est sensus, & explicatio argumenti Augustini, Christũ nempe sine viii commistione fuisse conceptum, quia sine peccato concipi debuit, non solum ex parte personæ conceptæ, sed etiam ex parte propagationis.

Altera etiã huius mysterij causã est, cum enim Christus, qui concipiebatur, Deus esset & homo, conueniens erat, vt vtrumque in conceptione innotesceret; conceptio enim ipsa hominem esse declarabat, non enim cõciperetur, nisi homo esset, ac conceptionis modus ostẽdit esse etiam Deum; concipi enim de virgine sine viro, indicabat, qui concipiebatur plus esse, quam hominem. Hanc causam conuenientię adfert Origenes, homil. 1. in diuersos. & Maximus hom. 3. de natiuitate, quæ sic est intelligenda, non quidem quod id sit argumentum, aut signum necessarium; nã posset Deus merum hominem de virgine producere, etiam per viam conceptionis, & natiuitatis. sed quod cũ Christus sit Deus & homo, debuit nouum conceptionis modum habere, qualem non habent cæteri homines. Tertia causa est Ambrosij epist. 82. vt qui in Cęlo erat filius Dei sine matre, esset homo in terris sine Patre. quam ẽt causam Lactantius lib. 4. de vera sapientia adfert, ut esset inquit in terra apator, qui erat in Cœlo amitor. Quarta est Augustini serm. 20. de natiui. nouum asserit conceptionis esse modum, quia nouus erat fœtus concipiendus. distinguit autem modos quatuor productionis hominis. Primus fuit sine viro, & sine fœmina, quo Deus Adã de limo terrę produxit. Secundus, de uiro sine fœmina, Eua de costa Adæ formata est. Tertius de viro, & fœmina, & quo omnes nos naturali propagatione concipimur. Quartus supererat, de fœmina sine viro, quo conceptus est hominum Saluator. Quinta est Damasceni li. 4. de fide. c. 15. & Cyrilli Hierosolym. catech. 12. id factum dicunt, vt sic solueret fœmina debitum quoddam viro; nam quædam fœmina de solo viro formata est: at nunc inuenta est fœmina, Beata scilicet Virgo, de qua sola vir quidam conceptus est. Sexta est Tertulliani lib. de carne Christi. Conceptum asserit de sola

sola fœmina, quia cum Pater æternus potens esset sua virtute de fœmina sola producere filium suum Christum, super fluum quodam modo videbatur, virtutem viri admiscere, & patrem nouum inducere. Has huius mysterij causas, seu congruentias, Doctore docuere.

ANNOTATIO XCVI.

Ex superioribus Mariæ Verbis, ostẽditur perpetua eius Virginitas.

VErbum hoc (virum non cognosco) non tantum probat virginitatẽ matris ante conceptionem filij, sed ẽt virginitatis perpetuitatem; quia Virgo etiam permansit. Et quamuis de hac virginitate ante partum, in partu, & post partum contra paganos, & hæreticos plura dicemus in illorum verborum explanatione [non erit impossibile apud Deũ omne verbum] & quædam ad explicationem, & congruentiam huius mysterij iam diximus; tamen non pigebit in præsentia pauca commemorare. Dico igit, hæc uerba B. Virginis, Virum non cognosco, esse argumẽtum efficacissimum virginitatis eius perpetuæ; ut non tantum virgo in partu, sed etiam post partum permanserit, nec vmquam viri copula fuerit maculata. Est autem argumẽtum tale. Si ad Christi filij Dei conceptionem annunciatam per Angelum, Beata Virgo se virum non cognoscere opposuit, & audiens modum concipiẽdi per Spiritum Sanctum, & virtutem Altissimi, non aliter acceptauit, nisi dicendo: Fiat mihi secundum uerbum tuum; qua ratione potuit postea viro copulari, ad filios, merox homines, immo peccatores procreandos, de quibus Angelicam non habuit annuntiationem? profecto vanissimum est id asserere, & qui id confinxerunt, vel hoc vnico argumento omissis alijs multis, quæ postea dicentur, facile conuincuntur. Verum quidem est, quod dicit Basilius homil. de humana Christi generatione. ad mysterij dispensationem magis referre, quod Virgo præfuerit, quam quod permanserit post partum; nisi enim illud esset, Virgo non concepisset, & peperisset: at etiam sine hoc, scilicet quod Virgo permanserit, potuit virgo concipere, & parere. Magis ergo ad dispensationem mysterij facit, quod Virgo fuit ante conceptionem filij, quam quod Virgo permansit post partum: tamen vtrumque fuit verum, & vtrumque Catholica fides confitetur.

Docuit Mariã ẽt post partum Virginẽ permanere.

Sunt autem nonnullæ rationes congruentes, quod Virgo permanserit. Primò quidem, quia sic mysterium magis confirmabatur apud hominum mentes; suspectum enim vitium esset incredulis, Virginem concepisse, & peperisse Christum, si post eius partum, de viro alios concepisset filios. Secundò, decebat in eo ventre neminem concipi peccatorẽ, in quo Christus filius Dei, & homo genitus erat; si enim in sepulchro, vbi conditus fuit corpus eius triduo, nemo ante nec post iacuit, propter maiestatis reuerentiam; quanto magis id fieri debuit in utero uirginali? Vnde rectè Augustinus lib. 4. Trin. cap. 5. confert in hoc uterum virginis illi sepulchro. Tertiò, cum secundum diuinam naturam Christus primogenitus, & unigenitus sit Patris, debuit secundum humanam pariter primogenitus, & unigenitus fieri matris. Quartò, id etiam ad Beatæ Virginis dignitatem maxime pertinebat. quæ enim mater erat effecta Regis Regum, & Domini omnium, non debuit fieri mater naturalis seruorum; & quæ conceperat sanctum de Spiritu Sancto, non erat cõsentaneum, eam concipere de peccatore peccatorem. Quintò, quia cum ipsa sit perfectissima inter omnes, debuit statũ perfectissimum consequi, talis est virginum status, coniugatorum, & continentium statum longe superãs. Sextò, quia qualis filius, talis & mater futura erat; Christus perpetuã virginitatem coluit; congruum igitur erat, ut & mater virgo esset perpetua. Postremo, quia in B. Virg. Ecclesia Sancta repræsentatur; hæc aũt Virgo est perpetua ita Greg. in psal. 4 pœn. affirmat, dicẽs: Sicut, inquit, Dei Mater Christum peperit Virgo, & post partum Virgo permansit incorrupta; ita & Mater Ecclesia filios Dei sine dolore generat, & Virgo semper illibata perseuerat. Hæc Gregor. plura dicemus inferius, quando pro hoc argumento in paganos, & hæreticos inuehemur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et Respondens Angelus dixit ei.

COMMENTARIA.

NOn incredula, sed de virginitate, atque integritate sua solicita, modum concipiendi, & pariendi inquisiuerat, idcirco Deo sic disponente ab Angelo responsum, quo plane modum edoceretur, meruit audire; quæ. n. Angelus respondit, prius ipse Deo reuelãte cognouit, & B. Virgini interrogaturæ respondenda in mandatis habuit.

Spiritus Sanctus superueniet in te.

COMMENTARIA.

EXponit Angelus modum cõceptionis huius, & ad id, quod B. Virgo scire primo cupiebat, nempe cum nõ cognosceret virũ, quo modo cõceptura esset, respondet: Spũs Sanctus superueniet in te, i. quod viri virtus in concipiendo fœtu præstat, ipse Spiritus Sanctus efficiet; & ideo etiam si virum non cognoscas, salua virginitate concipies, & fecundaberis. Nec hoc solum Spũs Sãctus operabitur, sed superueniet in te per eam gratiam, qua concipias filium Sanctum, & omni gratia plenum; hoc enim vir non facit; nam quæ fecundatur à viro, non solum virginitatem deperdit, sed etiã filium concipit peccatorem. At tu hac superuentione Spiritus Sancti sine corruptione vlla filium sanctũ concipies.

ANNOTATIO. XCVII.

Quid sit Spũm Sãctũ super uenire.

ADuerte, Iustinum in Apolog. 1. ad Antonin. Imperat. per Spũm Sanctum interpretari ipsum filium Dei, immo eundem intelligi dicit per virtutem Altissimi, q superuenisse, & obumbrasse dr Beatam Virginem per suum aduentum, & carnis assumptionem ex ea. At vero communis Doctorum cõsensus p Spũm Sanctum, personam tertiam exponit, & ita est; ex hac. n. superuentione dr Christus cõceptus de Spiritu Sãcto, nõ aũt de se ipso. Aduerte pterea, Spũm Sãctum in aliquẽ hominẽ venire dici rõne effectꝰ, quem in eo operaẽ, Io. 14. Ad eũ veniemus, & mãsionem apud eũ faciemus. Superuenire aũt, vltra effectum aliquid aliud indicat, nimirum effectum illum esse supra naturæ humanæ potestatem, & cœlestis esse virtutis; quasi idẽ sit superuenire, quod desuper venire: immo Hilarius lib. 2. Trini. sic legit: Spũs Sãctus desuper ueniet in te. qua ratione Paulus Rom. 3. de iustitia fidei loquens, quam nec lex, nec humanæ vires attigerunt, inquit: Iustitia Dei in oẽs, & super oẽs. Ruffinus in suo symbolo legit. Spũs Sanctus veniet super te. Solet ẽt verbũ hoc significare, aduentum præcedẽtem eiusdem Spũs Sancti: cum. n. aliquid operatus est in homine, & iterum operatur, dr superuenire. sic act. 1. Accipietis virtutem Spũs sancti superuenientis in vobis; acceperant. n. Apostoli Spũm Sanctum primo die resurrectionis, quando Io. 20. dictum est: Accipite Spũm Sanctum. promittit iterum nouus aduẽtus, ad alios eiusdem Spũs Sãcti effectus: idcirco dr superuẽturus. quin ẽt tertio significat, efficaciam, & energiam Spũs Sãcti ad insignia, & excellẽtia quædam opera, ideo. n. Spũs Sanctus superuenturus promittit Apostolis, quia efficaciter in eis operaturus erat miros, & insolitos effectus, vti factũ est in die Pentecostes. His tribus de causis dr nunc ab Angelo Spũs Sanctus superuenturus in Beatam Virginem, tum quia quæ facturus in ea erat, omnẽ creatam facultatem superabant; tum quia multa iã ipsius Spũs Sancti dona B. Virgo acceperat, ut merito in ea, non quidẽ uenturus, quasi prius non uenisset, sed superuẽturus dicꝰ fit: tum demum quia insolita, & nunquam ante visa mira quadam planeq; diuina facultate effecturus erat in ea.

Quamuis aũtem ob eadem hæc tria in Apostolos superuenisse dici posset: tamen multo aliter in Beatam Virginem nunc promittit superuenturus, ut recte adnotauit Athanasius serm. de Deipara. n Apostolos. n. superuenit quantum ad abundantiam donorum, gratiarum, & virtutum, quibus perficiendi erant, vt Euangelium mundo digne annũciarent: at superuentio hæc longe superior est, & illius principium, & origo; nisi enim hæc præcessisset, núquã illa facta esset. Superuẽtio igitur ista quattuor cõtinet, quorũ duo ad gratiã Beatæ Virgini concessam, duo ad cõceptionem pertinent: quæ quidem quattuor Doctores sacri nõ quidem omnia omnes, sed alij aliud tradiderunt; ex omnib. tamen colligitur perfecta doctrina, & legitima huius uerbi intelligentia. Primo igitur superuenturus promittitur quantum ad Spiritus Sancti donorum, & gratiarum abundantiam, & copiam singulatem: quamuis enim tunc, quando Angelus ei loquebatur, & ante esset sanctissima, & doni Spiritus Sancti refertissima, uti diximus in expositione illius (gratia plena) tamen superuenit in ea Spiritus Sanctus post annuntiationem abundantissime, ut eam disponeret, ac perficeret, vt digna prorsus esset, quæ Filium Dei conciperet, & ut sanctificaret illud corpus, de cuius substantia caro Christi vnienda uerbo Dei, erat, formanda. de qua sanctificatione corporis, & animæ est illud quod Ecclesia canit. Omnipotens Deus, qui glorioſç Virginis corpus & animam, ut dignum filij tui habitaculum essici mereretur, Spiritu Sancto, cooperante præparasti. Eandem magnificat Gregorius Nyss. orat. de Christi natiuit. sic dicens: In cæteris omnib. uix anima pura Spiritus Sancti præsentiam capit: hic uero corpus Spiritus Sãcti receptaculũ fit. De hac superuentione hũc locum interpretatur Athana. ser. de Dei para, & comparat eam superuentioni Apostolis factæ, quamuis multo copiosior fit ea, quæ Beatæ Virgini facta est, quod intellige de animæ sanctificatione: nam Beata Virgo accepit etiam eam quæ est corporis, uti diximus, quæ Apostolis non fuit concessa de qua August. li. qq. nou. & vet. testa. c. 49. inquit. Spiritus Sãctus purificauit, q de Virgine in corpꝰ Saluatoris plecit. Sãcta ergo et anima, & corpore Beata Virgo effecta é.

Spiritus Sanctus superue-

Secundò, superuenit Spiritus Sãctus in Beatam Virginem, ut conceptionem etiam sanctificaret, quem effectum ut

Aliter i Mariã quã in Apostolos super uenit Spiritus Sanctus.

nitl M riam ut èt ex ui cõcepti nis prolis Sãcta ẽ set.

intelligas, aduerte doctrinã Ambrosij Epist. 71. ad Irenæum, & Anselmi de cõcep. Virg. c. 2. si enim Adam non peccasset, non solum ipse sanctus fuisset, sed sanctitatem, & gratiam acceptam communicasset filijs, & posteritati suæ; procreasset enim filios sanctos, & gratiam Dei habentes. quo casu duo cõtigissent. nam & fœtus, seu filius conceptus fuisset, & productus cũ gratia, & sanctus, & ipsa etiam conceptio fuisset sancta, quia per eam, ut per quoddam medium gratia derivabatur, & cõmunicabatur filio, quatenus filius gratiam cõsequebatur, ex eo quod ab Adamo Sancto descẽdebat, & filius eius erat: illo autem peccante duo hæc in contrarium sunt conuersa: nam & proles in peccato concipitur, & conceptio infecta est, quia per eã peccatum transit, quatenus proles peccatum contrahit, quia de Adam genita est. Aduerte præterea, Christum præterquam quod ratione vnionis ad uerbũ, omnis peccati expers, omniq; gratia plenus erat, cõceptionẽ habuisse plane sanctã, atq; innocentẽ, quatenus Beatæ Virgini ea gratia data est. & Spiritus ita in eam superuenit, ut ex illa conceptione, nõ nisi sanctus cõcipi posset. Quam aũt hæc duo distincta sint, superius exposui, & iterum explico. Si Deus in instãti conceptionis, quando homo merus cõcipitur, & quãdo Deus animã creat, & vnit corpori, gratiã illi infunderet ita, vt peccatum non contraheret, is homo sanctus & iustus esset, sine peccato, & in gratia conceptus; tamen eius conceptio sancta non esset, sed infecta, quia filius est Adæ, naturaliter ab eo descendens, & ex ui conceptionis, & propagationis, peccatũ erat cõtracturus, sicut diximus de Beatæ Virginis conceptione. Præterea, si Adam in puris naturalibus creatus esset, & ante peccatũ gigneret filiũ; tunc filius hic sine peccato esset, tamẽ nõ haberet gratiã, & conceptio non infecta quidem, non tamen sancta esset. At in Christo non sic factum est; ipse enim gratiam habuit ex unione, qua in se sãctus est, & eius cõceptio sancta fuit quia de Sãcta Virgine, & de Spiritu Sãcto conceptus est, nec existimes, gratiam Beatæ Virginis causam fuisse gratiæ Christi; neq; enim res ita habet, sed

Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus filius Dei etiam antequam cõciperetur, meruit & obtinuit matri hãc Spiritus Sancti superuentionem, ut sancta sanctè & sanctum conciperet. Atq; hoc est, quod secundo loco, in hac superuentione diximus contineri; quod quidem paucis, sed doctissimis uerbis exposuit Auctor operis imperfecti in Matthæum hom. 1. cum dixit Spiritum Sanctum superuenisse in Beatam Virginem, ut conceptio esset sancta, & immaculata.

Spiritus Sanctus superuenit Viri uices supplet.

Tertiò, superuenit Spiritus Sanctus quantum ad efficaciam & energiam cõceptionis, ut Beata Virgo sine viro conciperet, Spiritu Sancto, quod virtutis viri est, supplente; hanc superuentionem explicat Damascenus lib. 3. cap. 2. Pro quo aduerte, in naturali generatione fœminam præbere materiam, ex qua formanda est caro fœtus, neq; id solum sed ad locum concipiendi emittere, concoquere præparare, quæ non efficit per solam uirtutem suã, sed uirtute uiri accedente, quæ organizat, & formatmateriam illam, ut capax sit & receptiua animæ inducendæ, seu infundendæ, & infusam vnit, & copulat materiæ illi, ut fiat uiuens & animatus fœtus. in hac autem generatione, & cõceptione hæc facta sũt, sed nõ à uiro, aut uirtute eius, sed à Spiritu Sancto, cooperante Beata Virgine in his, quæ fœminæ sunt; exhibuit quidem materiam, id est sanguinẽ purissimum; ex hoc enim, ut rectè adnotat Damascenus lib. 4. cap. 15. formata est Christi caro: at non sola ad locum conceptionis produxit, sed Spiritu Sancto adiuuãte, nec sola disposuit, sed Spiritus Sanctus sua infinita efficacia perfecit, organizauit, & præparauit, & animam infusam carni vniuit. & ad hæc omnia perficienda superuenit. Hæc doctrina est non solius Damasceni, sed & Ambrosij lib. de institu. uirg. cap. 16. ubi dicit, opera Spiritus Sancti corpus Christi esse formatum: & Augustini lib. qq. vete. & nou. testam. cap. 51. vbi docet, Spiritum Sanctum superuenisse, & Beatam Virginem sanctificasse, atque effecisse corpus sanctum ex ea, in quo filius Dei nasceretur.

Spiritus Sanctus

Quartò, superuenit, ut mira celeritate conceptio illa perficeretur, & sine mora ulla Deus homo fieret, & Beata Virgo Mater Dei ictu oculi fieret; in generatione enim naturali, spacio multorum dierum, nempe quadraginta, aut octuaginta cõceptio fœtus compleri; totum enim hoc tempus consumitur in præparanda, disponenda, & organizanda materia, & corpusculo hominis, ut *supple* ani*nã* capax fiat, & eam recipiat. nec fit fœmina mater statim, ac uirtutẽ recipit viri; uirtus enim naturalis est & finita, & agit in tempore tat cum uirtus Spiritus Sancti infinita sit, sine mora, sine temporis spacijs, illum purissimum sanguinem de sactatissimis uenis Beatæ Virginis excisum concoxit, disposuit, organizauit, suisq; membris omnibus, quamuis in parua quantitate, distinxit, animamque illam Christi benedictam, creatã, & infusam vniuit, ac copulauit corpori disposito, & conceptio peracta est, & filius Dei homo factus est, ac Beata Virgo Mater tanti Dei effecta. Hæc non humanæ, aut creatæ uirtutis fuere opera, sed omnipotentis Spiritus Dei. Hæc doctrina est Basilij hom. de humana Christi generatione, & Damasceni lib. 3. de fid. cap. 2. asserentium, corpus illud Christi sine tẽporis mora, & absq; dierum spacijs formatum, & membris singulis, quamuis in exigua quantitate, opera Spiritus Sancti fuisse dispositum. hæc duo sunt, quæ Spiritus Sanctus in Beata Virgine effecit, quantum ad cõceptionem Christi secundum carnem, & in quibus non solum uiri operam supplenit, sed superauit: propter quæ Hilarius lib. 2. de Trinit. dixit, Spiritum Sanctum se humanæ naturæ immiscuisse, & quod alienum à se erat, ui sua operatum esse. Hæc dicta sunt ab Hilario, ut Significaret, Spiritum Sanctum, quæ ad naturalem generationem spectant, in hac mirabili conceptione effecisse, uti dictum est. vt igitur in epilogum reducamus omnia hæc, Spiritus Sanctus superuenisse dicitur, & quãtum ad gratiam, & quantum ad naturæ opera: nam primo quidem corpus Beatæ Virginis sanctificauit nouo sanctificationis modo, vt de eius substãtia digne sumeretur caro illa diuinitati vnienda. Secundò, ut conceptionem ipsam sanctam faceret. Tertiò, vt quæ naturalis virtutis viri erant, *supplen* *nã viri* *ne fier* *viri* *incre* *ficie* *plet* *ret*

erant, supplereț, & quod virginis naturale erat, perficeret, & adiuuaret. Quartò, vt celeriter, & sine mora supra cursum naturalium agentium conceptionẽ Christi perficeret. In his adhuc nonnulla alia explicãda desiderantur, quorum explicationem sequentes duæ Adnotationes continet.

ANNOTATIO XCVIII.

Quarõne Christus dicatur cõceptus de Spiritu Sancto.

EX ijs facile intelliges sensum articuli fidei; dr enim Christus cõceptus de Spiritu Sãcto, iuxta illud Matt. 1. Quod in ea natum est, de Spiritu Sãcto est. vbi diligẽter attẽde, Christum secundũ carnem dici conceptum de Spiritu Sancto duas ob causas. Vna est ipsius Spũs Sancti virtus, qua effecit quod viri erat, formando, & organizando, ac animando carnem Christi, quod Augusł. Enchi. c. 37. docet interpretans illud Matthæi: Quod in ea natum est, de Spiritu Sãcto est, quasi Angelus diceret. Ioseph tu existimas coniugem tuam de viro concepisse, non sic est, sed quod in ea natũ est, de Spiritu Sancto est, qui eam fœcundã fecit, & lib. 3. cõtra Maxim. c. 17. his verbis Matthæi probat Spũm Sanctum non solum ad sanctificandam Virginem superuenisse, sed etiam ad carnem Christi fabricandam; non enim aliter diceretur Christus de Spiritu Sancto conceptus. vnde caute intelligendus est Athanas. qui in serm. de Deipara, inquit, Spũm superuenisse ad sanctificandam Beatã Virginem: conceptionem autem perfectam fuisse per virtutem Altissimi Athanas. uero per Altissimum, Spũm Sanctũ eundem significari credidit, ut sit sensus. Spũs Sãctus superueniet, & eius virtus obumbrabit; non n. negare licet, Spũm operatum esse, quod viri est, & formasse carnẽ Christi; aliter n. nõ posset Christus dici conceptus de Spiritu Sancto, nec locus Matthæi (de Spiritu Sancto est) intelligi potest de sola sanctificatione, sed de operatione etiam ad concipiendum; aliter enim uerba Angeli non essent ad rem, nec respondisset Angelus Ioseph putanti de uiro concepisse, cui falsæ opinioni obuiauit dicens, non de uiro, sed de Spiritu Sancto concepit, quæ antithesis probat Spiritum Sanctum cõceptionem Christi operatum fuisse, ut doctè annotauit Augustinus. Altera causa, propter quam dicitur, de Spiritu Sancto cõceptus, est sanctificatio conceptionis, quia sanctam effecit generationẽ Christi, vt explicuimus in Annotatione præcedenti in secundo effectu superuentionis, atq; hæc est causa, vt paulo inferius repetemus, cui conceptio tribuatur Spiritui Sancto, cum sit opus totius Trinitatis nimirum, ut significetur sanctitas conceptionis: si. n. ad conceptionẽ, quãtum ad formationem tantum, & alia, quæ naturæ sunt, supplenda concurrisset, non esset cur magis Spiritui Sancto quam Patri tribueretur conceptio: at quia ad sanctificandam etiam cõceptionem, & corpus illud B. Virginis, à quo caro sumenda erat, superuentio hæc facta est, ideirco Spiritui Sancto attribuitur. Hæc igitur duo articulus ille fidei significat, qui quidem articulus eũdem habet sensum, quem, & hæc verba. Spũs Sanctus superueniet in te, ut recte adnotat Chrysostomus hom. 2. in Symbolũ: quia enim ex superuentione Spũs Sancti conceptus est, ideo de Spiritu Sancto conceptus dicitur.

Quare Spiritui Sãcto tribuatur Christi cõceptio.

Quidã antiqui Doctores quo pacto explicentur. Semẽ naturale tria hãt.

Ex his etiam facile interpretaberis, quod quidam antiqui Doctores parum proprie loquentes affirmarũt, Spiritum Sanctum fuisse uelut semen, quo Christus est conceptus. Ita dixerunt Tertullianus lib. 3. de fide cap. 2. quod quidem sic intelliges, semen enim naturale tria habet. Primo quidem continet materiam, ex qua conficitur fœtus, & sic impium esset existimare Spũm Sanctũ fuisse semen carnis Christi conceptæ. Secũdo habet uirtutem effectiuam, quę organizat, disponit, & animat fœtum. Tertio est instrumentum agentis principalis, nempe Patris; non enim uirtus seminis efficax est per se, sed ut instrumentum quoddam separatum agentis præcipui, qui est pater. Spiritus Sanctus ergo semen dicitur tantum, quia effecit quod virtus naturalis efficere solet, non autem propter tertium, quasi ipse Spiritus Sanctus id fecerit, ut instrumentum alterius, cum ipse Spiritus Sanctus fuerit ipsum agens principale, qui locum patris supplet modo eminentissimo, & altissimo. Sic isti Doctores interpretandi

Universidad de Deusto
Biblioteca

di sunt, non autem in eũ sensum, quem obtrudunt quidam recentiores, dicentes, Spiritum Sãctum fuisse uelut quoddam semen diuinum, Patrem autem, ut generantem: quorum sententia omnino est reijcienda, ex qua consequitur, Christum non de Spiritu Sancto, sed de Patre esse conceptum contra verbum Angeli, Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est, & contra articulũ fidei, Qui conceptus est de Spiritu Sancto: non. n. dicimus conceptum hominem, seu generatum à semine, sed à patre, à quo semen est. Angelus autem, vti diximus ex Augustino Enchi. cap. 37. loquens cum Ioseph, hoc voluit significare non de viro, sed de Spiritu Sãcto conceptũ Christum esse: viro autem Spiritum Sãctum contraposuit, quasi generantem, seu cõceptionis causam agẽtem principalem. Adde absurdum esse Spiritum Sanctum æqualẽm, & consubstantialem Patri, instrumentum Patris facere, quod Arianum quid sonat; Filium enim Patris instrumentum in rerum creatione Arius asserebat, quod est impium, ac sæpius ab Ecclesia damnatum: nõ est autem dissimile si quis in filij secundum carnem conceptione Patrem lotum generãtis; Spiritum Sanctum autem locum seminis tenuisse, affirmet: vnde merito reprobatur hęc assertio à Damaso in symbolo, ubi sic hẽt. Non vt quidam sceleratissime opinantur, Spũm Sanctum dicimus fuisse pro semine, sed potestate ac virtute Creatoris operatum. Præterea, sicut Spiritus Sanctus superuenit ad sanctificationem, ut causa principalis: ita etiam dicendum est superuenisse ad cõceptionem. Demum, si loco seminis fuit, Pater autem loco generantis, dicendum erat, Virtus Altissimi obumbrabit tibi, & Spiritus Sãctus superueniet in te: sic enim ordo conseruaretur, nam prior est generans, quam semen ipsius. His igitur reiectis tenenda est doctrina Patrum exposita, & si qui impropriè locuti sunt, interpretatione recta & ppria declarãdi.

ANNOTATIO XCIX.

Spiritus Sanctus nõ est di

SVpereſt autem tribus dubiolis satisfacere, quæ Augustinus proposuit, quorum resposione, intelligentia huius sententiæ perficitur. Primum est, an Spũs Sanctus dicendus sit pater Christi secũdum carnem, cum viri opus suppleuerit? hanc dubitationem excitauit Augustinus Enchi. cap. 38. & 39. & concludit, nullo modo dicendum esse, nec fuisse Patrem. Satis autẽ obscure insinuat huius causam, quæ quidem apertioribus verbis sic exponitur, non. n. Pater dr qui solum uirtutem actiuam, seu effectiuã confert agendo, organizando, & formãdo; sed qui etiam de sua substantia confert aliquid, ex quo fœtus conceptus cõfiatur, & constituitur. Hæc causa est, cur Philosophi censent; Solem non esse patrem murium, & ranarum, & multorũ animaliũ, quę uirtute eius ex terra, aut elementis producuntur: non enim Sol particulam aliquam suæ substantiæ confert, sed solam exhibet efficientiã. Cum igitur Spũs Sanctus, uti Sol immensi splendoris, & uirtutis effecerit, & operatus fuerit conceptionem illam; non aũt aliquid de sua substantia ministrauerit, ex qua caro illa fit conflata, non potest dici Pater Christi secundum carnẽ. Adde, non satis esse aliquid de substantia præbere, sed ut productum sit simile in specie producenti: nec enim pulices, aut vermes generati ex corporum nostrorum substantia, dicuntur filij nostri, nec nos patres eorum, aut matres; non enim eiusdem nobiscum speciei sunt. Quamuis igitur Spũs Sanctus supplerit, quod uiri est, quantum ad efficientiam, Pater non est Christi dicẽdus, tum quia non est eiusdem speciei cum Christo secũdum carnem, tum, uti diximus, quia non contulit aliquid ex sua substãtia: quod enim ad illius carnis constitutionem opus fuit, totum de B. Virgine sumptum est: quæ tanto magis est mater Christi secundum carnem supra cæteras omnes matres: quanto plus ministrauit ex sua substantia, quam cæterę matres: hæ enim partem exhibent uiro etiam concurrente, & partem ministrãte, ut ex utroque caro fœtus confiatur: at B. Virgo totam materiam contulit, ex qua Christi corpus constitutum est. Vere ergo Christus secundum carnem, solam matrem habuit sine Patre, qui ut Deus solum Patrem habet sine matre. Hæc differentia inter Spiritum Sãctum, & Beatam Virginem; quod ille efficientiam, & virtutem, hæc substantiam exhibuerit in filij conceptione significata in symbolo, quãdo dicitur. Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine. In illa præpositione, de, significatur efficientia Spiritus Sancti. In illa autem, Ex, significata est materia, & substantia exhibita à Beata Virgine, ex qua per Spiritum Sanctum formata est caro Christi. vnde docte Ambrosius lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 5. interpretans illud

Ambros. Matthæi (de Spiritu Sancto est) dicit, præpositionem, de, potestatem, non autem substantiam significare.

Quare Trinitati nõ tribuatur Christi cõceptio sed Spiritui Sancto.

Alterum dubium est. Cum omnia opera; quæ extra se Deus operatur, communia sint quantum ad efficientiam toti Trinitati, consequitur, illam carnem, non a Spiritu Sancto solo, sed etiam a Patre, & Filio, indiuisa actione fuisse formatam; vt enim sanctificatio, ita & conceptio quantum ad virtutem, opus est totius Trinitatis. Quid ergo causæ est, quod soli Spiritui Sancto tribuitur? hoc etiam dubium excitauit Augustinus Enchir. cap. 38. & soluit cap. 40. sic. Commune quidem fuisse toti Trinitati carnem illam formasse, & conceptionem perfeciſſe, tamen Spiritui Sancto tribui, ad significandam conceptionem hanc, Deumque hominem fieri, gratuitum quid esse, & ex puro Dei dono, nõ

Scriptura quæ gratiæ sunt, solet Spiritui Sancto tribuere.

vllis præcedentibus hominum meritis; solet enim scriptura, quæ gratiæ sunt, Spiritui Sancto tribuere, quia per voluntatem a Patre, & Filio procedit. Huic adiungenda est illa potissima ratio ad insinuandum conceptionem Christi, nõ solum non fuisse infectam, sed etiam sanctam, & eum qui concipiebatur, non solum sine peccato, sed Sanctum Sanctorum esse; ad insinuandum etiam finem aduentus, & conceptionis illius, nempe vt per eum, qui concipiebatur, mundus sanctificaretur. Ex his soluitur dubiolum tertium, quod idem Augustinus libro quæstionum veteris, & noui testamenti cap. 59. etiam excitat, nempe quo modo Spiritus Sanctus carnem Christi formasse dictus sit, cum scriptura id tribuat Filio ipsi. nam Prou. 9. dictum est: Sapientia ædificauit sibi domum. respondet. Cum totius Trinitatis sit opus, vti

diximus, tribui potest singulis personis, ideo etiam filius dicitur sibi carnem formasse. nec hoc vetat quo minus peculiaribus de causis Spiritui Sancto tribuatur. adde. sicut Spiritui Sancto tribuitur, quia hæc efficientia coniuncta est sanctificationi, ita etiam tribuitur Filio, quia opus fuit sapientiæ Dei; sapientia autem Filio tribuitur, qui ex intellectu paterno procedit. Hæc omnia manifestant sententiam propositam: Spiritus Sanctus superueniet in te.

Et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

COMMENTARIA.

Text.

PRosequitur Angelus explicare modum. Cum autem exposuerit quod spectabat ad humanitatem illius, qui concipiebatur, narrat, quæ diuinitatis sunt. Et sensus est, superueniente Spiritu Sancto in te, vt ex tua substantia carnem, & corpus prolis concipiendæ salua virginitate tua, formet, & animet, in eodem temporis momento virtus Patris obũbrabit tibi, id est, illi carni per Spiritum Sanctũ formatæ, & animatæ Pater Altissimus sua virtute, & potentia immensa filium suũ vnget, & copulabit, vt qui conceptus est, non tantum homo, aut filius hominis, sed etiam filius Dei Altissimi sit, & tu nõ hominis solius, sed simul etiam filij Dei mater efficiaris. Aduertendum est eodem temporis instanti, quo caro illa Christi organizata est, animam Christi creatam, & simul infusam, & vnitam esse carni illi, simulque naturam ex anima, & carne compositam vnitam fuisse diuinitati in persona filij Dei, ita vt simul omnia hæc facta sint, formatio carnis, creatio animæ, & copulatio cum carne, vnio cum diuinitate in vnitate personæ filij: non ergo illa natura humana subsistẽtiam, aut personalitatem, quam vocant, propriã habuit, sed eam, quę est filij Dei, qui simul ac pducta est natura illa hominis, sibi eã vniuit, coniungendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

suæ diuinitati in vnitate personæ, quod opus summæ uirtutis, & potentiæ fuit. idcirco quamuis à tota Trinitate sit, quantum ad efficientiam, & actionem; tamen Patri attribuitur. Dicitur autē Pater obumbrare Beatam Virginem, id est, grauidam, & fœcundam facere Filio suo, ut uere conciliat, & sit mater non hominis meri, sed filij consubstantialis æterno Patri, quod in annotatione perfectius explicatū inuenies.

ANNOTATIO. C.

Patre diuersimode exponunt illud, obūbrabit tibi.

QVod ad litteram spectat (obumbrabit tibi) locutio est Græca, Latine obumbrauit te, & sic legit Irenæus lib. 3. cap. 26. & lib. 5. cap. 1. Quod vero attinet ad sensum. In hac explananda sententia antiqui patres multum sunt inter se, & sibi etiam quidam discordes, quorum interpretationes proponam, & explicabo. Primo loco Hilarius lib. 2. de Trinitate, sic inquit: Ne quid per humani corporis imbecillitatem dissideret, virtus Altissimi Virginem obumbrat, infirmitatem eius veluti per circumfusam vmbram confirmans, ut ad sementinam ineuntis spiritus efficaciam corporalem diuinæ uirtutis obumbratio tēperaret. Hæc Hilarius, quorum uerborū sensus hic esse uidetur, cum Spiritus Sāctus superuenerit, locum viri sua infinita actiuitate supplens, & Virginem fœcundam faciens, ut ipsa Virgo tantam posset corporalem actiuitatem sustinere, virtute altissimi roboratur, & confirmatur; quæ cōfirmatio obumbratio per quandā metaphorā dicitur: sicut enim corpus umbra protectū caloris, seu lucis radios facilius sustinet: sic B. Virgo virtute Altissimi protecta Spiritus Sācti actiuitatem in concipiendo filio tanto sustinuit. Hæc expositio & contextui parum accommodatur, & ueritati doctrinæ minus inseruit. non aptatur quidem contextui, quia quod sequitur uerbum (ideo quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei) nō potest deduci, nec connecti sententiæ huic sic explicatæ. Non satis autē ueræ doctrinæ fauet, quia Spiritus Sanctus est agens liberū, & agit quātū opus est ad effectū producendū, nec indiget alio temperamento. Quod aūt Hilarius dicit, procedit, & locū habet in agētib. necessarijs, qui agūt secūdū ultimū suæ potētię, & uirtutis, nec liberū ē eis suā tēperare actiuitatē.

Ambrosius, & Augustinus.

Secūdo igitur loco Ambrosius libro de ijs, qui mysterijs initiātur, c. 3. interpretatur hāc obumbrationem Spiritus Sācti, ejusdē gratiam, qua Beata Virgo protecta est, ne in hac cōceptione ęstū aliquē libidinis, aut cōcupiscētię persētiret; ideo enim obūbrata dicitur ex eadē metaphora; caloré enim, & æstū vmbra temperat. Accessit huic expositioni Augustinus lib. 50. homiliarum, homilia 44. & Epistola 57. ad Dardanū, qui alijs in locis aliter explicuit: hoc tamen discriminis est inter Ambrosium, & Augustinum, q̄ ille per altissimi virtutem Spiritum Sanctum intelligit, hic vero nō explicat an Spiritum Sāctum an Patrem intelligat. Hæc aūt expositio præterquā quod difficile sequentib. accommodatur, ut in eorum explicatione apparebit, non uidetur doctrinæ veritati satisfacere. nam B. Virgo multo ante cōceptionē filij ab omni libidinis motu libera erat per gratiam concessam, qua præuenta est, ne originale peccatum cōtraheret. Et quamuis sic præuenta non fuisset, nō tamen videtur obumbratio hæc necessaria, cum non uiri, sed Spiritus Sancti opera conceptio ista sit effecta. Hæ duæ sententiæ cōueniūt in duobus, nimirum quod superuētioni Spiritus Sancti tribuunt conceptionē Christi, quantum ad carnis formationem. & quantum ad unionem cum diuinitate in persona Filij: ac etiam quòd per virtutem Dei, gratiam, seu auxilium interpretantur, quo Virgo Beata confirmabatur, aut protegebatur, vt aut ferret Spiritus Sancti efficaciā in cōceptione, aut ne libidinis alicuius motu agitaret.

Athanasius.

Tertio loco Athanasius in sermone de Deipara, virtutē hanc Dei filium intelligit, qui carnē formatā per Spiritum Sanctū induit, & homo factus est incarnationē aūt hanc affirmat obūbrationē Virginis dictam quia effecit, ut Beata Virgo agnosceret se concepisse Filium Dei, non quidem eum in essentia videndo, sed ex signis quibusdam velut lineamentis, & vmbris, sicut qui animam habet, agnoscit se eam habere ex signis; ita Filius Dei carnem sibi vniens Virginem illuminauit ad eius agnitionem vmbris, & signis. Hęc est sentētia Athanasij, quæ non cohæret sequētibus verbis Angeli, & sensum habet parum ad mysterij explicationem, cui exponendo Angelus incumbebat, facientem.

Origen.

Quarto loco Origenes homil. 3. in librum Iosue virtutem interpretatur Dei Filium, & obumbrationem, eius incarnationem, & in his duobus cum Athanasio conuenit; tamen causam, cur incarnatio obūbratio dicta sit, diuersam profert, nimirum, quia Christi aduētus prior, obscurus, & obumbratus erat in humilitate, & passione, idcirco obumbratio dicitur: cui expositioni illud aduersatur, quod si is esset sensus, dicendū potius erat, virtus Altissimi obumbrabitur in te, non autem obumbrabit te, seu tibi.

Ambros.

Quintoloco Ambrosius sermone 5. in Psal. 118. versu 5. in eisdem duobus conuenit cum Athanasio, & Origene, tamen causam aliam assignat, cur virtutis, seu Filij incarnatio dicatur obumbratio, nimirum quia Dei Filius carnē induebat mortalem; est enim vita hæc nostra velut vmbra quædam: cui expositioni illud idem repugnat, quod non dicitur, Virtus Altissimi obumbrabitur in te, sed obumbrabit te.

Augustin.

Sexto loco Augustinus lib. quæstionum veteris & noui Testamenti ca. 51. in eisdem duobus conuenit; sed cur obumbratio dicta sit incarnatio, aliter interpretatur, nimirū, quia Dei Filius, & virtus velut temperata est, & accōmodata per carnem, ut a B. Virgine concipi posset: non. n. illa aliter concipere potuisset Dei virtutem, & filium, nisi carni fuisset contemperatus. Huic expositioni accessit Bernardus ser. 4. in Missus est. hoc autem, si sermonis proprietatem consideremus, non est obumbrare B. Virginem, sed seipsum.

Bernar.

Gregor. Nyss.

Septimo loco Gregorius Nyssenus oratione de Christi Natiuitate consentit prædictis doctoribus, filium esse virtutē, qui per incarnationē obumbratus est; causam aūt adfert distinctam, nēpe, quia sicut vmbra effigies quædam est corporis, in qua corpus ipsum quodāmodo agnoscitur: nā vtrum arbor, animal, aut homo sit ex vmbra discernitur; sic Filius Dei in illa assūpta natura humana sic latebat, vt ex illa, & operibus quæ per eam efficiebat, agnosci posset filius Dei, vnde natura assumpta uelut vmbra erat diuinitatis eius. Hoc verum est, tamen sententiæ non accommodatur eadem de causa; dicendū enim erat, Virtus obumbrabitur in te.

Gregor. Papa.

Postremo loco Gregorius lib. 13. Moral. c. 12. cum eisdem conuenit, virtutis nempe obumbrationem esse filij incarnationem; causam tamen omnis accommodatiorem exhibet: vt enim lux interposito opaco, vmbram facit in corpore obiecto, sic Filius Dei carnē suscipiens, uelut Virginem matrem obumbrauit per carnem interpositam inter ipsum, & matrem. Hæc sunt, quæ Patres antiqui senserunt, qui omnes, præter eos, qui primo, & secundo loco sunt numerati, in hoc cōueniunt, quod uirtus Altissimi sit ipse Filius Dei, cuius incarnatio obumbratio quædam dicta est.

Quid autem mihi dici posse uideatur, paucis aperiam: in primis reijciēda est hæresis, cuius meminit Athanasius in sermone de Deipara, eorū, qui Christi natiuitatem negantes, dicebant hāc virtutem Altissimi esse quandam energiam, & virtutem Spiritus Sancti creatam, quæ illi carni indita est, vt posset opera miranda facere, quæ Christus postea fecit, hancque dicebant incarnatā, & obumbratam, non autem quod ipsa diuinitas illi carni vnita sit. Vt enim Act. 1. cū dictum est Apostolis: Donec induamini virtute Spiritus Sancti superuenientis in vobis, hanc virtutem, non diuinitatem interpretamur, quæ vniatur Apostolis, sed Spiritus Sancti donum infusum, quo effecerunt mira opera; sic isti interpretabantur superuētionem, & virtutem istam. Quæ doctrina impia est, & contra scripturas, & aduersatur verbis ipsis Angeli: dicit enim: Ideo, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Apostoli autem etiā virtute accepta, numquam effecti sunt filij Dei, sed homines manserunt puri: at homo conceptus de Spiritu Sancto, obumbrante virtute Altissimi, verus

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat Filius Dei. non igitur donum accepit, sed ipsa essentia diuinitatis vnita est in Filij Dei hypostasi, seu persona, quod Ioannes cap. 1. explicans dixit: Verbũ caro factũ est. Sunt innumera testimonia, quib⁹ hęresis hęc refutatur, & Christi vera diuinitas cõprobatur, sed a nostro instituto præsenti id alienũ est. Missa igitur facta blasphemia, & hęresi ista.

Quid hoc loco eo nomine virtutis significetur.

Dico secundo, Virtutem hoc in loco non significare filium Dei, sed potentiã & virtutẽ Patris, qua facit quæcunque vult, & quæ nulla naturali virtute fieri possunt & propter quam dictũ est inferius: Non erit impossibile apud Deum omne verbũ. quæ cõmunis est Trinitati tamẽ Patri tribuitur, vt principio à quo est Filius, & Spiritus Sanctus, sicut & creatio ipsi Patri adscribit̃, licet totius sit Trinitatis. Et in hoc conuenio cum Hilario, Ambrosio, & Augustino citatis, nempe virtutẽ hoc in loco nõ significare Dei filiũ; si enim Angelus indicare vellet filium, non erat, cur eũ appellaret virtutẽ, & non filium: præterea quia ab hoc mysterio non erat excludenda actio attributa Patri; nã filius erat, qui carne induebatur, & concipiebatur. igitur obũbratio hæc ad Patrem refertur.

Angeli verba Filij incarnationẽ significant.

Dico tertio, hac sententia exprimi incarnationem Filij, & assumptionẽ naturæ humanæ in vnitate personæ verbi. In cuius declarationẽ, aduerte, duo intercessisse opera in hoc mysterio, vnico, & eodẽ momento temporis facta. Vnũ est, quod ad humanitatẽ spectabat, nempe de purissimis sanguinibus Beatæ Virginis formare, & organizare carnem & corpus Christi, atq; animã illã tũc à solo Deo creatam, & infusam vnire carni & corpori illi, quod opus in hominib⁹ efficit viri virtus concurrente fœmina; in Beata autem Virgine effecit Spiritus Sanctus sine opera viri, sed non sine opera ipsius Beatæ Virginis. & ratione huius operis Virgo Beata, mater hominis est facta. Alterum opus ad diuinitatem Christi pertinebat, nẽpe hanc humanitatem sic constitutã eodẽ momento temporis vnire diuinitati in persona Filij, seu hypostasim Filij communicare & copulare humanitati, ita vt in vna persona esset in duabus naturis, diuina, & humana, & hoc opus est Filij incarnatio, opus profecto summæ potentię, & hoc efficit Pater sine opera Beatæ Virginis, vt docte dixit Ambrosius lib. de Institut. Virg. c. 16. vt enim solus Deus sine opera hominis creat animã, quæ corpori inditur; ita solus Deus sine opera Virginis Filij hypostasim vnuit naturæ illi humanæ, & effecta est Beata Virgo mater Dei; sicut per primũ opus mater est hominis; Hoc opus tribuitur Patri, & hoc est, quod dicitur: Virtus Altissimi obumbrabit tibi, id est, Pater æternus sua virtute infinita cõceptæ carni communicabit Filij personã, ac vniet eidem carni diuinitatem, & faciet te secundam Filio suo, vt sis Mater Filij Dei.

Obũbrare vt hoc loco significet fœcundare.

Dico quarto. Vtrumque totius esse Trinitatis, quantum ad efficientiã, tamen tribui Spiritui Sancto, & Patri, sicut sanctificatio, & creatio tribui solẽt: illud quia opus est bonitatis; hoc quia opus est potẽtię: tres ergo personę vnica, & indiuisa actione humanam carnẽ sine viri opera formarunt, & animarũt, & huic carni diuinatem in persona Filij coniunxerunt; solus tamen Filius homo factus est, quia hypostasis eius, non Patris, nec Spiritus Sancti communicata fuit illi carni. Tota ergo Trinitas incarnauit, ut ita dicam, Filium, solus autem Filius incarnatus est.

Obũbrare idem esse, quod fœcundare, & grauidam facere.

Dico quinto obumbrare idem esse, quod fœcundare, & grauidam facere. Pater enim æternus fœcundã fecit Beatam Virginem Filio Dei, & effecit, ut esset Mater Dei præcedente prius natura opere Spiritus Sancti; quo conceptio carnis perfecta est: est enim verbum honestum, sumptum à metaphora; vir enim obumbrat fœminam in opere generationis, quasi diceret. Patet amplexabitur te, & sua uirtute te fœcundam efficiet.

Ideoque, & quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei.

COMMENTARIA.

EX duobus præcedentibus Angelus dubitationi, seu interrogationi Beatæ Virginis satisfacit, & ea, quæ annuntiauerat confirmat. Est autem sensus, quia Spiritus Sanctus superueniet in te, ideo ex te sola nascetur sine viri mixtione, & non solum ex te nascetur, sed quod nascetur etiam, Sanctum nascetur; hoc enim illa particula (&) indicat, nimirum, nascetur ex te sine viro, & Sãctum etiam nascetur, seu concipies sine copula, & concipies etiam sanctum, non solum Sãctum post conceptionem, sed ex ipsa, & ab ipsa conceptione Sanctũ, eaque de causa non dicitur Sanctũ erit, sed nascetur Sanctum, quia ẽt conceptione, & ex conceptione Sãctitatem habebit. Quia vero virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideo quod nascetur ex te non tantũ Sanctum, sed etiam Filius Dei vocabitur, & erit; clariotibus verbis sensus est, nascetur ex te sola, & quidẽ Filius Dei, & homo, non quidem homo peccator, sed homo in se habens sanctitatem ipsam, vtpote de Spiritu Sancto conceptus. Verba sunt adnotanda: non enim dicitur, qui nascetur, sed, quod nascetur, vt neutro genere insinuet non hominem merum, nec solum Deum, sed vnum, qui vtramque naturam complectatur, diuinam, & humanam. Dicitur etiam, nascetur ex te, ad significandam Christi naturam humanam, quæ accipiebatur ex sola Virgine sine viro, & secundũ quã Christus concipiendus erat de Spiritu Sancto, & quæ per eundẽ Spiritum Sanctum sanctificatur. Hoc autem loco nasci dicitur non tantum; quando ab utero progreditur id etiam quando in vtero concipitur, iuxta illud Matthæi 1. Quod in ea natum est de Spiritu Sancto est. Additur particula (&) id est (etiam) in hunc sensum, quod nascetur ex te, erit etiam Sanctum, sicut principium de quo est, Sanctum est. Nõ autem dicitur sic de Ioanne; Replebitur Spiritu Sancto, sed Sanctum nascetur, vt recte adnotat Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 3. quia ille donum Spiritus Sancti accepit; hic vero ipsam Spiritus Sancti diuinitatem, quæ unita est humanitati in persona Filij. Præterea uocabitur Filius Dei; non autem dicitur (erit Filius Dei) quamuis vere futurus esset Filius Dei: sed ne putaretur Filius Dei incipere in se, cum ab æterno esset, etiam in humana natura tunc appareret, ob id dicitur, Vocabitur Filius Dei, vt annotat Cyrillus lib. 2. in Io. c. 3. Postremo, non dicitur. Erit Sanctum; & vocabitur Filius Dei, sed unico uerbo utrumque cõnectitur. Quòd nascetur Sãctũ, uocabit̃ Filius Dei quia unica erat persona, q̃ simul hõ, & Deus, simul Sãctus, & Fili⁹ Dei erat. Hac sententia confirmat Angelus præcedẽtem, qua dixerat, erit magnus, & Filius Altissimi uocabitur, quasi diceret, superueniet in te Spiritus Sanctus, uirtus Altissimi obumbrabit tibi, ideo implebitur quod dixi, Erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur. Cetera in Annotatione require.

ANNOTATIO CI.

IN primis quædam, quę ad verba attinent, annotanda occurrũt. Irenæus lib. 3. cap. 16. Cyprianus lib. 2. contra Iudæos cap. 9. legunt in loco illius (ideo) (quapropter) Augustinus autem lib. 3. contra Maximin. capit. 17. legit (propterea) & ad sensum nihil facit legere, ideo, quapropter, aut propterea, quamuis si legamus (ideo) superflua est particula (quæ) cum nec Græce habeatur, nec ad sensum necessaria sit; sufficit enim particula sequens (&) Præterea idem Cyprianus legit in masculino genere (qui nascetur ex te Sanctus) & verum continet sensum, tamen Græce habetur in neutro, & sic Doctores Græci, & Latini legunt, eaq; lectio multo est significantior, vt in Commẽtario annotatum est, & in sequenti annotatione explanabitur. Illud autem ferendum non est, quod quidam recentiores parum in Doctorum sacrorum lectione

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersati, temere annotant, nempe illud (ex te) non esse legendum, vtpote nō repertum in Græcis codicibus, aut apud veteres Patres, legendumq; censent. Qd nascetur Sanctum vocabit Filius Dei. Quantum aūt isti errent, & temere reijciant duo hæc verba, facile ex antiquissimorum Patrum tam Græcorum, quā Latinorum communi consensu demonstrabo, præterquam quod in Græcis exēplaribus antiquis habetur, nec ab his Patribus legeretur, & perpenderetur, nisi in eorum exemplaribus passim esset repertum. In primis Athanasius oratione illa contra Arianos, quod ex Deo Deus est verbum, & sermone contra oēs hæreses, & Epist. ad Epictetum, non solum legit, nascetur ex te, sed perpendit, & animaduertit illud (ex te) inde deducēs ueritatem carnis Christi, sumptæ de Virgine Beata. Epiphanius etiam Hæresi 76. hanc totam Epistolam Athanasij refert, & illud idem (ex te) ab Angelo pronunciatum perpendit, & Hæresi 30. eandem habet lectionem Cyrillus ēt li. 2. in Ioannem c. 3. Tet repetit hoc verbum Angeli, nascetur ex te Sanctum. Greg. Nazianzenus oratione de Fide, quę est quadragesima nona numero, eandem tenet lectionem, & explicat natum Deum esse hominem Christum, quia dictum est, Spūs Sanctus superueniet, & virtus Altissimi obumbrabit, & rursus, ex te; illud enim (ex te) humanam probat naturam. Eandem lectionem seruat Chrysost. ho. 2. in symbolum Apostolorum. Inter Latinos aūt, Irenæus li. 3. c. 16. & Cyprian. li. 2. contra Iudæos cap. 11. & August. li. 3. contra Max. c. 17. ita legunt. Ambros. etiam libro de Incarnatione Domini sacram. c. 6. non solum legit, sed vtitur his verbis: (ex te) cōtra hæreticos. Accedat his doctoribus Greg. lib. 18. Moralium cap. 17. Omnes hi, cum alijs, quos libēs prætermitto, hanc sequūtur & obseruāt lectionem: nemo igitur iure negabit, ita esse legendum, & uerba hæc esse ab Angelo prolata. Quod etiam ratio psuadet; nam Angelus non explicaret modū concipiendi, nisi ea verba exprimeret, quibus vere Beata Virgo concepisse diceba tur, quia ex ea, & de eius substantia caro Christi formanda erat. Prætereā, hoc (ex te) correspondet illi (superueniet in te) nimirum, Spiritus Sanctus superueniet in te, ut ex te nascatur, & concipiatur Sanctum. Hæc de ijs, quæ ad literam spectant.

ANNOTATIO CII.

EA uero quæ ad sensum attinent, consideranda nunc sunt. Primo igitur, dicitur (quod) non autem (qui), si enim dictum esset (qui) vnam personam cum vnica natura esse eum, qui nascebatur, nempe, aut solum Deum, aut solum hominem, facile aliquis conijceret, at illud (quod) magis explicat rei ueritatē: erat enim Deus, & homo, & unica persona cum duplici natura: propter unitatem ergo personæ dicitur i singulari (quod) non autem (qui) propter duarum naturarum coniunctionem in genere neutro ponitur. Est enim Christus persona diuina in duplici natura perfecta subsistēs, diuina, & humana, propterea Athanasius sermone de Deipara, Christū dicit esse unum quid, & duo. Vnum quidē ratione personę, Duo uero ratione naturarum, quia una persona in duabus subsistit naturis. Hinc licet veram intelligētiam illius similitudinis in Symbolo Athanasij traditæ assequi. Sicut, inquit, anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus, & homo vnus est Christus. qua similitudine ante Athanasium usus est Iustinus in libro de recta fidei expositione, imo non ut sua, sed tanquam ab alijs tradita: declarat autem qua ratione sit intelligenda. Est aūtē similitudo hæc in duobus posita. vnum est, sicut est vna hominis persona, quæ tamen duas continet distinctas naturas, animam, & corpus: sic Christus unica est persona, continens duas naturas diuersas, diuinam, & humanam, ficque idem Athan. hāc similitudinem interpretat lib. de Incar. Christi, & Augustinus Epistola 3. ad Volusianum. Alterum, in quo similitudo hæc posita est, secundum Iustinum, est, sicut anima est, quæ operatur, ipsa enim cogitat, discurrit, decernit, amat, &c. corpus uero est instrumentum, per quod quæ cogitat, & uult, exequitur; sic natura diuina est, quæ miracula principaliter facit, humana vero est velut quoddam instrumentum, & in qua nascitur, mori

Quid sit quod nascetur ex te.

Symbolum Athanasij quo sensu explicatum.

tur, resurgit, ceteraque fiunt, quæ per diuinam sunt dispositā. In his similitudo ista est, quamuis præcipue posita sit ad explicandā unitatem personæ Christi in duabus naturis. Cauendum aūtē est, ne similitudo plus iusto & vero extendatur; sunt enim multa in quibus dissimilitudo consistit. Primo quidem ex anima, & corpore vnica conflatur natura, quæ dicitur humanitas, seu humana substantia, in Christo autem natura diuina, & humana non conficiunt vnam tertiam naturam ab vtraque distinctam. Secundo, anima, & corpus sunt naturæ imperfectæ, quæ per se non faciunt personam, nec per se aptæ sunt subsistere subsistentia personali: at in Christo sunt duæ naturæ perfectæ, aptæ subsistere per se; nam Filius Dei in sua natura diuina subsistebat etiam ante incarnationem, humana autem natura, quamuis non aliam haberet subsistentiam, quam illam, quæ est Filij Dei, per quam vnio facta est, tamen apta est subsistere propria substantia, vt videre est in ceteris hominibus. Tertio ex anima, & corpore vnitis inuicem, & unicam componentibus naturam persona consequitur, & ex illa unione resultat, unione uero ablata, factaque partium separatione inter se, non permanet: at in Christo non sic, nam persona diuina præcessit in natura, sicque copulat humanam sibi, vt etiam si deponeret talē naturam, permaneret eadem persona. Postremo, sic homo animam, & corpus habet, quod non subsistit in vtroque, id est, anima non subsistit immediate, nec corpus, sed natura composita ex vtroq; est, quæ subsistit immediate, & ex humana natura, & subsistentia fit persona: at Christus non sic se habet, sed subsistentiam, qua subsistit diuina natura, communicat humanæ naturæ, ut uere natura humana subsistat, non propria quidem subsistentia, sed diuina. vnde confitemur de Christo, eum subsistere in natura utraque, & duas habere naturas subsistentes, diuinam quidem subsistentia propria, humanam eadem, sed cōmunicata subsistentia, ideo unica est persona in duplici natura, Deus, & homo. Hinc facile quilibet intelliget, qua ratione, quoue sensu accipienda sit doctrina a multis Patribus tradita, & antiquis Concilijs stabilita, docuerunt. n. Christum esse compositum ex duabus naturis, & unionem hanc esse secundū compositionem factam: Ita affirmauit Damascenus, inter alios, libro 3. de fide c. 7. Gregorius autem Nazianzenus sermone de Paschate, de hoc mysterio loquens inquit: O mistura noua, o temperamentum mirandum. Et Augustinus Epist. 3. ad Volusianum, mysterium hoc appellat, misturā Dei, & hominis. Quæ, & similia nō sic dicta accipias, quasi ex diuina, & humana natura unica tertia conflata resultauerit, vt Eutyches, & Dioscorus impie dogmatizarunt, ut refert Damascenus lib. 3. capit. 3. sic enim Christus nec Deus esset, nec homo; sed quod sic ut in compositione, & mistione reperiuntur multa, & unum, sic in Christo est unitas, & multitudo: unitas quidem personæ, multitudo uerò naturarum. Hanc enim compositionis nocē insuxerunt Patres antiqui, ut Nestorij errorem, & hęresim damnarent, qui ita dividebat Christum, ut duas naturas, & duas personas in eo esse dogmatizaret. At Patres, ut unitam personam in duabus subsistentem naturis cum esse indicarent, appellarunt personam compositam, ceterisque locutionibus usi sunt, quæ tamen sano modo, & cum limitatione sunt accipiendæ. Hinc intelligere etiam licet uerba, quæ in Pontificali cōtinentur in Episcoporum consecratione, quæ ex Concilijs & Patribus sunt desumpta; interrogatur enim sic Episcopus: Credis in unicum Filium Dei in duabus, & ex duabus naturis? & respondetur, Credo. Dicitur Christus in duabus naturis propter pluritatem naturarum inconfusarum, impermistarum cōcitur autem ex duabus, propter unitatē personæ, qua in utraque subsistit contra hæresim Nestorij. Quæ cūcta sint, recte dictum est: (Quod nascetur.)

Patres, q Christum ex duabus naturis cōpositū appellāt qua rōne explicandi.

Eutychetis, & Dioscori error impius.

Nestorij hæresis.

Patrum locutiones & unitate p sonæ Christi cū limitatione accipienda.

ANNOTATIO CIII.

SEcundo loco considerandum est illud (nascetur ex te), quod autem ad uerbū spectat, nasci in Scriptura aliquādo dicitur illud, quod in ventre cōcipitur, et ex-

Nasci p natiuita te in uentre, et ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fra vteri, vsq; natur.

tur, etiam priusquam foras egrediatur, id enim est vere nasci, vt superius diximus. iuxta quam significationem Matthæi. 1. dictum est; Quod in ea natũ est, de Spiritu Sancto est. Aliquando dicit nasci, quod de ventre matris egreditur. Matthæi 2. Cũ natus esset Iesus in Bethleem. Hoc loco, non posteriori solũmodo, sed priori ét accipitur; nam non tantum quando de matris ventre Christus egressus est, sanctus fuit, sed ét in vẽtre conceptus, ut non prius conceptus, quã sanctus, quin ét ipsa conceptio sancta, quippe de Spiritu Sancto fuit, nõ de viro vti paulo ante explicuimus. quod si conceptio, & natiuitas hæc prior sancta est, necessario sequit, vt & posterior sancta sit; sanctus ergo cõceptus est in matris vẽtre, sanctus ét est egressus. In quo differt à Ioanne Baptista: hic. n. de vẽtre matris sanctus natus est, at non est in vẽtre matris natus sanctus, sed peccator, & Dei gratia postea in uentre matris sanctificatus. Differt ét à B. Virgine, quæ nata est sancta de utero matris suæ, & in eodem utero sancta concepta, sine peccati macula, & gratia sanctificata; sed conceptio eius non fuit sancta, quia de viro, & fœmina processit, & nisi gratia præuenta fuisset, sancta non esset concepta: at Christus natus sanctus de vẽtre matris, & in eodem sanctus conceptus, & cõceptio sancta, ita ut etiamsi gratiã ex voione non habuisset, eam obtinuisset ex vi conceptionis; quia nõ de viro, sed de Spiritu Sancto conceptus est, ut supra diximus, & paulo inferius planius dicemus.

Quod uero attinet ad illud (ex te) ad uerte particulam hanc explicare modũ cõceptionis, quem Beata Virgo scire cupiebat, nimirum eam sine viri copula cõcepturam. Est enim sensus. Spũs Sanctus superueniet in te, ideo nascetur ex te, nõ pe sola: nam sicut superuentio promittit futura in eam solam, ita & conceptio ex ea sola futura prænuntiatur, vnde particula hæc est valde necessaria ad sensum, sine qua non explicabatur, sine uiro prolem hanc conceptum iri.

Hæc etiam particula probat B. Virginem de sua substantia ministrasse partẽ, ex qua corpus, & caro Christi formaretur, propter quod mater Christi dicitur. quod verbum multos hæreticos cõuincit. Primo quidem Manichæos, qui verã Christi carnem negabant, quæ si vera non esset, vtique non esset uerum, quod ex Virg. Beata natus est. Secundo Valẽtinum, & quosdam alios, qui carnem Christi ueram dicentes, negabant esse eiusdem substantiæ cum nostra: affirmabant aũt esse spũalem & celestem, de cœlo allatam, non de nostra formatam, ut referunt Tertul. libro de carne Christi, & Irenæus li. 3. c. 32. hinc dicebãt Christum natum in ea, non ex ea. Similiter, transisse per eam, quasi per canalẽ, nihil tamen sumpsisse ex ea. Hoc autem uerbum Angeli eorum cõfutat uanitates, & errores (Nascetur,) inquit, (ex te) qd verbum Paulus cõfirmans Gal. 4. dixit: Christum factum ex muliere secundum carnem, & Ro. 1. ex semine Dauid. Nec obstat illud Matth. 1. Quod in ea natum est. quo loco hi hæretici suam tuebantur hæresim, non, inquam, obstat, ut enim rectè Tertullianus respõdet, in ea, & ex ea natus est Christus, nec unum alteri aduersatur, immo in ea natus est, si ex ea natus est. Angelus autem illud Ioseph, hoc Beatæ Virgini annuntiauit. Adde quod uerissimum, est & apud eos qui uel mediocriter versati sunt in Philosophia, dubitationem nullam habere ipsum verbum nascendi, sed necessario significare; quod enim nascitur, necesse est, ut ex principio coniuncto nascatur; non enim nasci dicuntur homines, nisi quia de matrum substantia formantur, hoc enim est fœminam concipere, & filium nasci: si ergo Beata Virgo cõcepit, & Christus natus est; profecto ex ea natus est, & de eius substantia caro illius formata est. unde vel hoc solo verbo errores prædicti cõfutãtur, & euertũtur.

ANNOTATIO CIV.

TErtio loco considerandũ est illud (sanctũ.) Quod aũt spectat ad connexionem verborum, Cyrillus lib. 2. in Ioan. c. 3. connexit eum sequenti uerbo in hunc sensum: sanctum, quod ex te nascetur, uocabitur Filius Dei. Cui expositioni adhæret Euthymius, sic explicãs: Ideo sanctus infans, qui ex te nascetur, uocabitur Filius Dei. Refert tamen alios, aliter connectentes, nempe

Ideo

Ideo quia Spiritus Sanctus superueniet in te, quod nascetur ex te, sãctũ erit. Cyprianus vero lib. 2. contra Iudæos c. 9. & Augustin. lib. 3. contra Maximin. ca. 17. connectunt cum verbo (nascetur) nempe, quod nascetur sanctum; & hæc est legitima lectio, & sensus, quo significatur conceptio Christi sancta. Si enim diuideremus, sanctũ erit, posset aliquis intelligere, post conceptionem habuisse sanctitatem; Si autem connectitur cum verbo sequenti, sanctum, quod ex te nascetur, vocabitur Filius Dei, posset de sãctitate, ut Deus est, exponitat dum dicitur, quod nascetur ex te sanctum, significatur sanctitas Christi, ut homo est, quam habuit in conceptione, & per cõceptionẽ, quia de Spiritu Sancto est, vt supertius interpretati sumus, per talẽ ẽm cõceptionẽ nõ potuit nasci nisi sãctus.

Super excellens Christi Sãctitas

Quod vero spectat ad sensum. Aduerte Christum, vt Deum, sanctum esse æterna sanctitate, & innocentia, qua diuinitas longe abest ab omni labe ac sorde peccati. de qua dictum est Isa. 6. Sãctus, Sanctus, Sanctus, nempe Sãctus Pater, Sanctus Filius, Sãctus Spiritus Sãctus; vt hominem uero sanctum fuisse ab incarnationis, & conceptionis initio, per excellentiã, seu antonomasiam quandã iure appellatum testatur Isa. 54. Redemptor tuus Sanctus Israel. & Psal. 15. Nõ dabis sanctum tuum videre corruptionem. Fuit autem Christus, vt homo, sanctus, noua, & numquam ante concessa vlli sanctitate; nempe diuinitate ipsa; humanitas enim illa vnione diuinitatis in persona Filij Dei sanctificata est supra omnes Sanctos, quam alijs verbis Apostoli unctionem appellarunt. Act. 10. Quomodo unxerit eum Spiritu Sancto, id est, ipsa diuinitate Spiritus Sancti; propter hanc enim vnionem ille homo erat sanctissimus, ab omni macula segregatus, & Deo acceptissimꝰ. Colos. 2. In quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, de qua sanctitate scriptum est, Ps. 45. Sanctificauit tabernaculum suũ Altissimus. Basilius in homilia eiusdem Psalmi interpretatur de sanctificatione illius humanitatis Christi per immediatã diuinitatis vnionem. Damascenus etiam lib. 4. de fide ca. 6. illud Psalmi 44. Vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis, interpretatur hanc humanitatis sanctificationem per vnionem diuinitatis, supra omnes homines, soli illi concessam, de qua inferius plura dicendi dabitur occasio. Præter hanc habuit illa humanitas plenitudinem gratiarum, infusorumque donorum spiritus Sancti. Etenim, inquit Damascenus lib. 3. de fide c. 22. propter vnionem ad Verbum ditata est illa humanitas Christi omni sapientia, & gratia, Spiritus Sancti, de qua in annotatione 106. plura, ad loci huius declarationem necessaria dicemus. Vtramq; sanctitatem Christus habuit ab ipso cõceptionis instanti; natus enim est, & cõceptus sanctus.

Omnibus modis Christus Sanctissimus est.

Hinc facile conijcere licet, quãta fuerit, quamque sublimis Christi sanctitas si enim sanctum accipias pro eo, quod Deo dicatum est, quid sanctius inueniri potest eo, quod inseparabiliter diuinitati in vnitate personæ Dei copulatum est? si autem sanctum appelles, quod Deo acceptum est, ac gratũ, quid dabis ita acceptum, ac gratum illi, atq; eum, in quo diuinitas habitat corporaliter? de quo dictum est Matthæi 17. Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Si denique sanctum dicas, quod purum ac sincerum est, & ab omni maliciæ macula segregatum, quid excogitabis eo purius, in quo nõ tantum peccati macula reperta non est, sed etiam nec reperiri potuit: Christus enim etiã ut homo, non tantum quia Filius Dei erat, & actiones suppositorum sunt, peccare non potuit; sed etiã quia illa humanitas sanctificabatur, & grata erat à diuinitate unita sibi, cũ qua multo minus poterat esse macula peccati, quã cũ gratia infusa: stante ergo vnione diuinitatis, ille homo non poterat peccare. Quam impeccabilitatem nobis tradidere Patres antiqui. Athanasius enim libro de Incarnatione Verbi multis eam confirmat. Idem Cyrillus li. 12. in Io. c. 11. Damascenus lib. 3. de fide c. 21. & Anselmus libro 2. Cur Deus homo c. 10. & 16. cum alijs multis docuere. De qua re diximus in Commentarijs in Ioannem cap. 8. merito ergo Danielis 9. Christus Sanctus sanctorum appellatus est, & nunc ab Angelo prænuntiatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiatur(,Nascetur ex te sanctum).

ANNOTATIO CV.

QVarto loco considerandũ est illud (Filius Dei) in primisque adnotãdum est, de Christo loqui nos posse dupliciter, aut ut homo est, aut ut Deus est. ut Deus est, tunc est Filius Dei, ut inquit Hilarius libro 7. de Trinitate. nomine, natura potestate, professione; Nomine quidem, quia Filius Dei appellatus est. Natura uero, quia eiusdẽ est substantiæ cum Patre, à quo nascendo eandem cum ipso accepit natutam. Ioan. 10. Ego, & Pater unum sumus. Potestate, quia eiusdem est uirtutis, & potentiæ cum ipso. Ioan. 5 Quæcunque ille facit, hæc similiter & Filius facit. Professione, quia se esse Dei Filium & docendo, & operando monstrauit. Ioan. 10. Si mihi non creditis, operibus credite, ut credatis, quia ego in Patre, & Pater in me est: professione item, quia à fidelibus, vt Dei Filius uerus creditur, colitur, & adoratur. Si uero de Christo, ut homo est, loquamur, sicut filius Dei est, vnione, non natura, id est, quia illa humanitas vnita est diuinitati in persona Filij Dei, inde ille homo Filius Dei est, & humanitas sortita est filiationẽ Dei naturalem, non natura, sed unione, quia Deo placuit hypostasim æternam Filij sui illi communicare, & in ea suam diuinitatẽ illi copulare. Ita docet rectè Bernardus sermone 4. in Missus est. Vna igitur est filiatio Dei, qua Christus, ut Deus, & ut homo filius Dei dicitur, & est, sed eam ratione diuinæ naturæ habet ab æterno, & nascẽdo de Patre, hãc vero, ut homo, habet ex unione facta in tempore.

Filiationes duæ in Christo quatenus dicendæ.

Aduertendum est præterea, Christũ vnicam quidẽ esse personam, tamẽ propter duas natiuitates, & naturas (natus enim est ab æterno Deus; natus est etiã in tẽpore homo) duas habuisse filiationes, æternam ad Patrem, secundũ quam erat Filius Dei; temporalem ad matrem secundum quam erat Filius hominis. Angelus autem illam expressit: Vocabitur inquit, Filius Dei. hanc autem insinuauit (Nascetur, inquit, ex te) si enim nasciturus dicebatur ex ea, consequens erat illum eius Filium futurũ: qui enim ex fœmina nascitur, filius eius est, & ipsa illius mater. Et quia hæc superuẽtio, & obũbratio ad id præcipue à Deo concessæ erant, ut qui concipiebatur, Filius esset Dei, idq; erat creditu difficilius, propterea apertius debuit explicari.

ANNOTATIO CVI.

QVinto, & postremo loco annotanda est illa particula (ideo) quæ quandam deductionem, & illationẽ in dicat; quia enim ex superuentione Spiritus Sancti, & obumbratione virtutis Altissimi Christus conceptus est, idcirco Sanctus, & Filius Dei est; illud quidem ad superductionem, hoc ad obumbrationem refertur. Aduerte Christum nõ solum, sine viri copula, sed etiam ex ipsa conceptione Sanctum conceptum esse; tametsi enim potuit, uti superius diximus, Deus & de fœmina sola meritũ hominem formare, etiam per conceptionẽ te; quia tamen Christus vtrumque habuit, qui sine utro, & sanctus cõcipitur, idcirco eius conceptio Spiritui Sancto tribuitur, rectèque deducitur, quia Spiritus Sanctus superuenit in te, non solum sine uiro, sed etiã sanctũ cõcipies.

Aduerte præterea Augustinum li. de correp. & gratia c. 11. ex hac particula collegisse doctrinam quandam catholicam, continentem duas partes. Vna est, Christum non sic esse Filium Dei, quasi prius natus sit merus homo de Virgine, & postea per liberum arbitrium bene viuendo, & sine peccato, bonaque opera faciẽdo, meruerit fieri Filius Dei. Altera est, in utero Virginis Verbum carnem factum esse, nec prius fuisse hominem merum, postea Filium Dei, sed simul hominẽ, & Filiũ Dei esse; hoc enim Christus est, unica nẽpe persona in duab⁹ naturis, diuina & humana subsistẽs. Cõfirmat aũt Augustinus hãc doctrinã hisce Angeli verbis: Spiritus Sãctus superueniet in te, & uirtus Altissimi obũbrabit tibi, quapropter q⁹ nascetur ex te sanctũ, vocabitur Filius Dei. Si ideo, inquit, q⁹ nascetur ex te sãctũ, uocabitur Filius Dei, quia Spiritus Sãctus superueniet, & uirtus Altissimi obumbrabit: ergo nõ præcedentibus meritis liberi arbitrij, nec post cõceptionẽ ex Virgine, sed simul in conceptione, & non præcedentibus meritis natus est Filius Dei.

Quamuis autẽ Augustinus dicat neminem tanta huius rei, & fidei catholicæ ignorantia ecẽ esse, vt audeat oppositum dicere; post eum tamen nõ defuerunt hæretici, qui in eam prolaberentur cæcitatem. nam Gregorius lib. 18. Moralium cap. 27. & libro nono Epistola 61 refert Hæresiarcham quendam id affirmasse, nempe conceptum prius fuisse hominem, & per merita operum postea obtinuisse vt Filius Dei esset. aduersus quem Gregorius hoc etiam Angeli testimonio vtitur; multum enim efficaciæ habet illud (ideo) ex superuentione enim, & obumbratione deducit cõceptum de Virgine sanctum, simulque Filium Dei esse. Eadem particula conuincitur hæresis Ebionis, cuius meminit Epiphanius hæresi 30. & Faustí, quam refert Augustinus lib. 23. contra eundem. Hi etiamsi de meritis nihil dixerint, affirmarunt tamen non in utero Virginis hominem Filium Dei factum, sed longo post tempore, nimirum quando baptizatus est, & Spiritus Sanctus descendit super eum, & vox Patris audita est. at eisdem verbis eademq; particula conuincuntur; ex superuentione enim Spiritus Sancti in Beatam Virginem, & ex obumbratione eius factum est, vt quod ex ea nasceretur, Filius Dei esset.

Hæresis quorundã circa Christi cõceptionẽ Lucæ testimonio conuincuntur.

Non ex meritis, sed ex dono gratiæ Diuinitas vnita fuit humanitati Christi.

Aduerte præterea Augustinum lib. 2. de peccat. meri. cap. 17. quantum ad illud, quod dictum est de merito vnionis cum diuinitate, vnum aliud superaddere; nam in loco prius allegato solũ affirmare videtur, Christum nõ meruisse Filium Dei fieri per opera arbitrij humani, sed in utero Virginis ab ipsa conceptione fuisse Deum, & hominẽ, quo insinuabat se agere de operibus, & meritis sequentibus conceptionem. At in hoc loco apertius significat etiam ipso conceptionis instanti non fuisse unitã diuinitatẽ illi humanitati propter merita aliqua uoluntatis humanæ, sed ex dono gratuito Dei, ex quo consequitur, gratiam, charitatem, cæteraque dona, & virtutes, quæ illi humanitati ab ipso, & in ipso conceptionis instanti infusa sunt, non præcessisse ipsam unionem diuinitatis cum humanitate, sed esse effectus ipsius, sicut quando sol creatus est, lumen in eodem instanti fuit, non quasi dispositio creationis ipsius solis, sed quasi effectus consequens ipsum solem. vnde non fuit prius natura lumẽ quam sol, sed contra potius sol prior natura, & origine, quam lumen: ita gratia illa, & charitas, ac dona Christi non fuerũt infusa humanitati, quasi dispositio præcedens natura, & origine vnionem cũ verbo, sed quasi effectus ipsius, quãuis totum in eodem instanti tẽporis fuerit peractum. Si enim præcessit charitas, & gratia unionem, confiteri debemus, meritũ fuisse in humanitate, vt verbo vniretur, quod negat Augustinus maxime quia in instanti illo non quantũ ad habitum solum, sed etiam quantũ ad actũ fuit charitas, & virtutes ceteræ. Ex vnione igitur humanitatis ad uerbum effluxit omnis perfectio humanitatis illius. quod clarioribus verbis docet Damascenus lib. 3. de fide c. 22. vbi sic inquit; Si caro Dei verbo in ipso ortu unita extitit, ac personalem cum ea identitatem habuit; quid tandem afferri potest, quin omnibus potius sapientiæ, gratiæq; opibus affluxerit? non ipsam gratiam more nostro percipiens, nec in partem eorum, quę uerbi erant, per gratiã ueniẽs; quin potius ob personalem vnionẽ tũ diuinarum, tum humanarum rerũ, quæ vnius Christi factæ erant (quandoquidem idem simul Deus, & homo erat) gratiam, & sapientiam, ac deniq; omnium bonorum cumulum, mundo fontis instar effundens. Hæc Damascenus. Hinc consequitur, Spiritum Sanctum superueniſſe in Beatam Virginem, & in Christi humanitatem, sed illa superuentio prior natura, & origine fuit, quam obumbratio virtutis Altissimi, nã prius debuit formari caro sũpta de Beata Virgine, quam uerbo uniretur, at hæc quæ est in Christi humanitatem, quantum ad dona & uirtutes ipsi infusas, posterior est origine quam obumbratio; nam ob unionem cum Verbo illa humanitas plenitudinem donorum, & gratiarum Spiritus Sancti accepit, omnia tamen hæc eodem temporis momento facta sunt. Atque hæc dicta sunt de huius sententiæ explicatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ecce Elisabeth.

COMMENTARIA.

Mirabilis conceptionis futuræ annunciationē Angelus cō firmat, nō, ut Beatæ Virgini, quasi dubiq, & nō credēti persuadeat; nihil enim in tanta promissione, & mysterio hæsitabat, sed ut rem in se difficillimā, & arduā, ac insolitā argumento corroboret; hoc enim in scriptura legimus factū. nā 1. Regū 10. vnctō Sauli in regē, nec de ea re dubitanti, Samuel signum adiecit, Hoc, inquit, tibi signū, quod vnxerit te Deus in regē. ita nunc Angelus de annuntiato mysterio, nō Beatæ Virgini hæsitanti argumentum ueritatis confirmādæ apposuit; Ecce, inquit, Elisabeth, quæ cū senex, & sterilis esset, filiū iā concepit; qui autē potuit efficere, ut senex, & sterilis conciperet; poterit etiā, ut Virgo concipiat, facere. Particula (&) continuat, & cōnectit sententiam cum præcedentibus.

ANNOTATIO CVII.

GRauis hoc loco occurrit dubitatio, qua ratione, quave de causa Angelus hoc factum Elisabeth in mediū produxerit, scilicet, an ad persuadendū Beatæ Virgini nuntij sui veritatē, quia forsan dubia erat, nec fidem dictis prioribus adhibuerat, indigebatq; probatione, & argumento ad fidem concipiendam? in cuius rei explicationem aduertere oportet, ad fidem duas operationes intellectus esse necessarias. Vna est, qua percipimus ea, quæ credenda sunt; nemo enim credit, nisi prius intelligat, & apprehendat ea, quæ creditурus est, & hæc operatio dicitur intelligentia, siue intellectus, de qua est illud Lucæ 2. & 18. Ipsi vero non intellexerunt. & Matthæi 15. Adhuc uos sine intellectu estis? Altera operatio est, qua rebus apprehēsis assentimur, & eas ita esse iudicamus quæ dicitur credulitas, siue assensus, in quo fides consistit: idque est omnino credere. Ioan. 10. Credis in Filiū Dei? credo Domine, id est, assentior, & iudico, & mente probo te esse Filiū Dei. Est autem magnum discrimen inter vtramque operationem, prior enim sine posteriori esse potest; multis namq; prædicata est ueritas Euangelica, & audierunt, ac perceperunt, quæ dicebantur, tamen auditis, atque perceptis non præbuerunt assensum. Ioannis 10. Loquor vobis, & non creditis. Act. 2. Qui recepterunt sermōnē eius, baptizati sunt, prædicante enim Petro multis, eorum quidam assenserunt prædicationi, quidam non, & illi dicti sunt recepisse sermonem, hi vero non. Posterior autem operatio sine priori esse non potest. nemo enim potest assentiri, nisi prius percipiat, & apprehendat ea, quibus assentiendum est. Rom. 10. Quomodo credent in eum, quem non audierunt? Vtraque operatio, donum & gratia Dei est, nempe ut reuelentur ea, quæ credenda sunt, & vt credantur. de priori dicitur Ioannis 1. Vnigenitus, qui est sinu Patris, ipse enarrauit. & Matthæi 13. Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum. de posteriori Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem: In quo errauit Pelagius, qui priorem, non posteriorem gratiā fatebatur. Dicebat enim gratiæ esse Dei, quod reuelentur, & manifestentur homini, quę credenda sunt, quod vero credat, virtus, & potestas est solius arbitrij humani sine gratia, quod æque impium, ac falsum est. nam credere est auxilij gratiæ, sine quo arbitriū hominis non est sufficiēs. de qua re plura dicere non est præsentis instituti. Præterea prior illa operatio aliquando per Angelos fit, per quos Deus nonnunquam reuelat fidei mysteria, & ea quæ credi debent, vt docet Cyrill. lib. 1. in Ioann. cap. 9. idque Scripturarum testimonio confirmat. Aliquādo (& hoc commune est) per homines. sic per Apostolos mundo fidei ueritatem Deus manifestauit, ut homines apprehenderent, & intelligerent, quę occulta erāt fidei. Rom. 10. In omnem terram exiuit sonus eorum; sic enim sæculis succedentibus per homines, & verbi prædicatores id effectum est, quorum munus est, docere, & aperire ea, quæ credi debent, & inducere homines in notitiam Euan-

Ad fidē duas operationes intellectus requiruntur.

Pelag. error de gratia.

Euangelij, quæ ad priorē operationem pertinent. quod autem assentiantur, & ea credant, hoc non est munus hominis prædicantis, sed uirtutis, Dei hominis intellectū, & affectum illustrantis, & inducentis, seu mouentis, aut excitantis. 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Sunt quidem concionatores, ut seminatores, qui semen spargunt in terram; quod autem terra cōcipiat, & germinet, hoc est virtutis cęli, & astrorum, terræ uirtutē excitātis, & adiuuātis, ac promouentis. hoc Apostoli docebāt Lucæ 10. dicebāt namque non credentibus: Extergimus puluerem, qui de ciuitate vestra adhæsit nobis; veruntamen hoc scitote, quoniam appropinquauit Regnum Dei. & Act. 20. Non subterfugi quominus annuntiarem uobis omne consilium Dei.

Cum igitur in fide hæc duo sint, certum est Beatam Virginem percepisse, & intellexisse modum cōcipiendi per Angelum, significatum, seu reuelatū, quod clarius explico: audiēs Beata Virgo Spiritus Sāctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, & cetera, penetrauit intellectu quid ista significarent, & quid Angelus per ea dicere uellet, idque perfectē, & sine ambiguitate, nō ut nos, qui in uarios sensus distrahimur, & sensum proprium non statim attingimus. quo fit, ut varias adducamus interpretationes. At non sic cum Beata Virgine factum est, quæ sensum eundē percepit, quem Angelus indicare prætēdebat, id quod multa persuadēt. Primo, quia Angelus non confirmasset, quod dixerat, facto Elisabeth, nisi Beata Virgo iam percepisset, quod dictum erat: nemo enim dictum suum cōfirmare argumentis conatur, prius quam sciat intellectum & apprehēsum esse ab eo, cui illud persuadet; vsus esset potius Angelus verbis elatioribus ad idem explanādum, si nūdum Beata Virgo intellexisset. Secundò ex uerbis ab ipsa Virgine prolatis idem apparet: ait enim: Fiat mihi secūdū uerbū tuū. igitur intellexerat verbū Angeli, idque antequam factum Elisabeth narraret. hoc enim ad intelligentiam prædictorum uerborū nihil cōducebat. Tertiò, quia Deus erat, qui per Angelum nuntiabat, & Beatam Virginem docebat. quando autem Deus doctor est, facile qui audit penetrat, & percipit, quæ traduntur: nō enim Deus perinde atque homo docet, & manifestat, quæ vult. nam homo audienti non potest lumen infundere intellectus, ut capiat, quæ dicuntur; atque ideireo qui ab homine discit, non semper capit, nec penetrat, quæ audit, quando non pollet ingenio, vnus etenim alio melius, & perfectius intelligit, ut cū Deus ipse illustrare possit hominum intellectus, & incapaces ac rudes facere capacissimos, quā do docet, etiamsi profunda nimis sint, & verbis breuissimis significentur, homo autem rudis, & habes sit, perfectē tamen percipit, dat enim Deus intellectum, & lumen perfectius multò, quam natura; cum autem Angelum miserit Deus, ut manifestaret Beatę Virgini modum conceptionis huius, dubitandum non est, lumen infudisse Beatæ Virgini, quo dicta Angeli optime perciperet, & sine obscuritate intelligeret, non ergo difficultas est in hac operatione priori, sed in posteriori, nimirū, An verbis Angeli intellectis, & eorum sensu cōprehēso, statim fidem adhibuerit, an potius remorata fuerit in credendo, ita vt facto Elisabeth opus fuerit, ut fidē præberet.

An Virgo Beatissima fidē habuerit verbis Angeli.

In qua re sunt quattuor Doctorum sententiæ; Prima est Chrysostomi homilia 49. in Genesim, vbi affirmat, Angelum vsum esse facto Elisabeth, ut Beatam Virginem ad fidē prouocaret, induceretque ad credendum dictis; quibus uerbis indicat Beatam Virginē non dum credidisse dictis Angeli, donec Elisabeth factum intellexit.

Altera sententia est in altero extremo, Bernardi sermo. 4. in Missus est, qui asserit Beatam Virginē credidisse dictis Angeli absque alia confirmatione, factum autem Elisabeth nō esse ab Angelo propositum ad fidem Beatæ Virgini conciliādam, sed ut ei reuelaret factum hoc, & ipsa audito, gauderet, ac gaudiū gaudio cumularet.

Teria sententia est media, Euthymij dicentis, Angelum proposuisse exēplū Elisabeth Beatæ Virgini, ut eam certiorem redderet, quasi Angelus diceret, qui vētri anus sterilis fructu carens dedit fructum, ipse quoque in te faciet, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod per me tibi locutus est.

Quarta sententia est Ambrosij, quæ legitima est, nempe in veritatis ipsius maiorem confirmationem, exemplum propositum fuisse: Moraleinquit,est,ut qui fidem exigũt,fidem astruãt; & ideo cum Angelus abscondita nuntiaret, ut fides astrueretur,exẽplo senioris fœminæ sterilisque cõceptum Virgini Mariæ nuntiauit,ut possibile Deo omne, quod ei placuerat,assereret.Hæc Ambrosius. cuius sententia nõ multum differt à tertia.Hæ sunt sententiæ Patrum.

In huius difficultatis dilucidationem tres sunt stabiliendæ assertiones.

Angelꝰ non uti tur exẽplo Elisabeth, ut Mariam inducat ad credẽdum.

Prima est, Angelum non proposuisse hoc exemplum Elisabeth, ut induceret Beatam Virginem simpliciter ad credẽdum, quasi ipsi opus esset hoc adminiculo,aliter non creditura. Hanc assertionem multa confirmant. Primò,quia hoc miraculum inferius est eo,quod annuntiabat: minus enim est sterilem concepisse, quàm Virginem concipere, & parere. non autem insufficiens est probatio,quæ utitur minus difficili ad persuadendum difficillimum creditu ei, qui non credit. Secundò, quia hoc exemplum non erat manifestum Beatæ Virgini,sed ex solo Angeli testimonio notum erat tunc, quando proferebatur; quæ autem assumũtur ad probanda difficilia,debẽt esse manifesta, & nota per se creditura.Nec dici potest, Angelum retulisse exemplum,ut postea, quando Beata Virgo uisitaret Elisabeth,& illud experta esset,credetet mysterio nuntiato,hoc,inquam,dici non potest.nã Angelus fidem præsentem poscebat, cum statim mysterium nunciatum peragendum esset, & ipsa Beata Virgo Angelo præsente crediderit. Tertiò, quia Beata Virgo nuntio crediderat dicenti: Ecce concipies,& paries, & cetera.modum autem interrogauit. Cum igitur crediderit rem nuntiatam, absque dubio dignum credituiudicauit nũtiantem Angelum: consequitur ergo credidisse ei nuntianti modum, præsertim cum ipsa Beata Virgo ab ea petierit; & ipsa petitione se ei fidem adhibituram significauerit. Quartò, quia non erat causa, quæ fidem eius impediret. Ex tribus enim causis prouenire solet, ne quis alterius dictis fidem adhibeat.

Tria impedimenta fidei.

Vna est ex parte audientis, quando male dispositus est, aut praue affectus erga dicentem; quos enim odio habemus, eorum dictis non facile credimus, qui etiam malis est moribus, & vitijs deditus, sæpe non recipit quæ fidei sunt, utpote contraria ijs, quæ ille amplectitur, & quæ intellectum eius excæcant. cum enim dogmata fidei nõ sint manifesta, nec demonstrationibus confirmẽtur,necessarius est affectus inclinans intellectum ad assensum, quem quidem affectum perturbant uitia & praui mores. Habemus exempla in Scriptura huius causæ. Ioan. 5. Quomodo uos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis? ecce uana gloria, & ambitio impediens homines a credendo prædicationi Domini. & Lucæ 16. Audiebant hæc Pharisæi, qui erant auari,& deridebant eum. ecce auaritia impedimentum est fidei.

Secunda causa est ex parte dicentis, quando enim qui loquitur, prauis est moribus,aut mẽdax reputatus aut ignarus, fidem audientium non conciliat in ijs, quæ sola dicentis auctoritate firmantur. Hæc etiam causa ex Scriptura habetur.Rom.2.Propter uos blasphematur nomen Dei, id est, uestris malis moribus efficitis, ut gentes non credãt fidei,quam profitemini, & 2. Cor. 6. Nemini dantes vllam offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum, id est,ne fitis malo exemplo alijs, neue testimonium nostrum, quo fidem prædicamus,debilitetur, efficiaturque minus fide dignum.

Tertia causa est ex parte eorum, quæ dicuntur; quando enim sunt arcana, & supra communem hominum rationem, fit, ut homines aliquando auertantur a credendo, quod etiam Scriptura docet Ioan. 6. Quo modo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Ioan. 3. Quomodo si dixero vobis cælestia, credetis? Hæc causa Zachariæ incredulitatis fuit; Angelo enim non credidit de sterili, & sene se senem, filium generaturum.

Applicemus hæc nostro instituto. Nulla causa ex his tribus interfuit in hac annuntiatione, quæ sola sunt impedimenta fideiigitur Beata Virgo credidit absque argumento. & exemplo, nam qui annũtiabat, Angelus erat Dei, idque Beata Virgo, vt ante diximus, credebat; ipsa Beata etiam Virgo omni virtute,& dono erat cumulata, nullum que affectum sinistrum habebat, cumque sciret ea quæ dicebantur. ab Angelo bono esse, qui mentiri non poterat, consequens erat ipsum credere, omnia illa à Deo esse: quamuis ergo ardua, & difficilia essent,non deterrebatur à credendo, cum certa esset, Deo nihil esse impossibile.quod ut perfectius explicẽ, attende miracula,quæ ad fidẽ cõfirmandam fiunt, ad hoc præcipue instituti, vt sciant homines,quæ prædicantur esse à Deo: nemo enim est ita demens, qui si sibi persuadeat Euangelium esse à Deo, & Dei verbum esse quod prædicatur, non credat verum. difficultas credendi ea est, an sit verbum Dei, quod prædicatur Euangelium & hoc est quod miracula indicant, & probant, non autem quod Deus sit verax; hoc enim per se notum est. Si igitur innoteſcat homini aliqua ratione absque miraculo & argumento, à Deo esse quod dicitur, sine dubio credit. Cum igitur Beata Virgo lumine supernaturali nouerit Angelum esse Dei, nec hæsitauerit à Deo esse,quæ dicebantur,non indigebat probatione simpliciter ad credendum, sed declaratione & manifestatione eorum, quæ nuntiabantur. His omnibus satis liquet assertum primum, nempe hoc exemplum Elisabeth non fuisse propositum, quasi aliter Beata Virgo nõ fuisset creditura.

Angelus usus est exemplo Elisabeth ad maiorẽ confirmationẽ eorũ, quæ dicebantur.

Secunda assertio est. Exemplum Elisabeth propositum est ad maiorem confirmationem, & corroborationem eorum, quæ dicebantur. Habemus, ut in Commentario diximus, exempla in Scriptura. illis enim, quæ promittuntur, etiam si credantur ab ijs, quibus dicta sunt; tamen in maiorem confirmationem, & stabilimentum veritatis signa adiunguntur. & præter exẽplum adductum in commentario, est etiam aliud 4. Regum.19. & Isaiæ 37. vbi Isaias promisit Ezechiæ liberationem ab exercitu Sennacherib, & credenti, nec de promissione dubitanti, signum adiecit. & Lucæ 2. Angelus annuntiãs pastoribus Saluatoris natiuitatem, & statim credentibus signum etiam adhibuit. ita etiam nunc factum est cũ Beata Virgine; exemplum enim Elisabeth nuntiato mysterio angelus addidit, nõ vt crederet, quasi aliter non creditura, sed vt mysterium altissimum confirmaret, & veritatem magis corroboraret. Hac de causa fideles multis fidei veritatibus rationes naturales adhibent, quæ simplici fide credebantur. Solemus etiã in disciplinis tradendis aut dum aliqua persuademus,multas rationes cumulare, & necessarijs probabiles annectere, non vt rei fides simpliciter adhibeatur, sed, ut veritatem dictorum magis, ac perfectius stabiliamus. Eadem etiam de causa signa etiam multiplicantur, quod Genesis 41. probatur, vbi sic dictum est: Quod vidisti secundò,ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est,eo quod fiat sermo Dei & velocitas impleatur. Quod autẽ hoc exemplum sit propositum ad fidem dictorum confirmandam, & non tantùm ad annuntiandum factum Elisabeth,eo argumento conuincitur: nam post narrationem adiungit Angelus. Quia nõ erit impossibile apud Deum omne verbum, quasi concludens ex exemplo veritatem mysterij annũtiati, vt fides Beatæ Virginis magis ac magis confirmaretur: vti enim diximus supra, quamuis esset perfectissima, omnique virtute refertissima; tamen proficiebat,& augumentum in acceptis virtutibus accipiebat, quod etiam inferius magis declarabitur.

Alias etiam ob causas Angelus vtitur exemplo Elisabeth

Tertia Assertio. Hoc exemplum Elisabeth non in solam veritatis annuntiatæ confirmationem propositum est, sed etiam alias ob causas: si enim propter illud solum esset in medium productum,vtique Angelus ex Scriptutis proculisset testimonia maiora, quibus Deũ Virginem fœcundam sine viro posse facere ostenderet, quæ testimonia erãt Elisabeth Beatæ Virgini manifesta, nec ex dictis Angelis dependebant; aliud ergo etiam prætendebat hoc exemplo, nimirum factum illud reuelare Beatæ Virgini, vt ipsa eo cognito ad visitandũ Elisabeth

Universidad de Deusto
Biblioteca

sabeth excitaretur, & sua uisitatione & Ioânes a peccato originali præsentia Saluatoris purgaretur, & Elisabeth a Spiritu sancto repleretur. Præterea, ut indicaret eum, qui ex Elisabeth cõceptus erat, præcursorem esse Filij, qui ex ea concipiendus annuntiabatur, quasi diceret, nascetur ex te Christus, & ecce iam eius præcursor cõceptus est, & præuenit eũ; decebat.n. matrem Christi nosse eius præcursorem. Præterea etiam ne tantum miraculum, quod propter Christum factũ erat, Beata Virgo ignoraret, aut cũ euulgaretur, ab hominibus disceret, quin potius quando ab alijs ignorabatur, ipsa diuina reuelatione agnosceret. Exemplũ igitur hoc & ad ueritatis annunciatæ confirmationem, & ad mysterij alterius reuelationem pertinet.

Cognata tua.

COMMENTARIA.

CVM mirabile factum narraturus esset de Elisabeth Angelus, ne B. Virgo quampiam aliã existimaret, multæ.n. eo nomine appellabantur, adiecit (cognata tua) vt personam distingueret; senectus.n. & sterilitas huius omnibus nota, facile mẽtem B. Virginis ad cogitandũ de alia inclinasset, nisi distinctè Angelus illam significasset. Vt etiam fidem promissionis factæ confirmaret, cognationis appellatione vsus est, quasi diceret, incepit iam Deus mira tecum operari; nam & cognata tua, quæ & spe, & potestate concipiendi carebat, filium diuina virtute cõcepit. Erat autem Elisabeth cognata B. Virgini ex parte matris.

ANNOTATIO CVIII.

Qualis cognatio fuerit inter Dei parã & Elisabeth.

DVbitatio occurrit, quo modo B. Virgo, quæ erat de Tribu Iuda, potuit esse cognata Elisabeth, quæ erat de Tribu Leui, & familia Aaron. cum tribus mutuis matrimonijs inter se non miscerẽt, iuxta præceptum Domini. Num. 27. 36. Epipha. hæresi 78. multos refert hæreticos ignorasse genealogiam Saluatoris; idq; oppositisse, dicentes: Quomodo ea quæ est de Tribu Iuda, & Dauidis, cognata esse potest Elisabeth, quæ est à Leui? Multis modis Catholici Doctores hanc cognationem interpretantur.

Cognatio inter B. Virg. & Elisabeth multis modis a Catholicis declaratur.

Primo. Quidam recentiores dicunt, hanc cognationem esse generalem, qua omnes Iudæi, quia una gẽs sunt, cognati sibi dicuntur. quod Paulus ad Rom. 9. confirmat, dicens de omnibus illis: cognati mei sunt secundum carnem. Hæc interpretatio parum habet probabilitatis: nam si non arctior quædam alia cognatio intercesisset inter B. Virginem, & Elisabeth, nisi generalis, non diceret Angelus ei, Ecce Elisabeth cognata tua: loquebatur enim de persona coniũcta, & nota, ac familiari ipsi; secundum autem cognationem generalẽ, multę aliæ erant Elisabeth nomine appellatæ. Nec etiam B. Virgo eam visitasset, nisi propinquitate sanguinis esset sibi coniũcta; propter quod & tribus mensibus mãsit apud illam.

Secũdo loco Beda, & Theophilactus cognationem hãc interpretãtur minus large, dicunt.n. Aarõ fratrem Moysis, q erat de Leui, duxisse uxorẽ Elisabeth sororẽ Naasson, filiamque Aminadab, qui erat de Tribu Iuda, ex qua quatuor suos illos filios suscepit, à quib. familia Aaronica emanauit. hinc factum est, ut familia Dauid, quę descendebat de Nasson, fuerit coniuncta sanguine cũ familia sacerdotali, quę erat de Aaron, sicq; B. Virgo, quæ erat de Iuda, & Dauid, cognatã habuit Elisabeth de Aaron. Hæc aũt interpretatio nimis ẽt larga est, & cõtra eã procedunt illa, quæ cõtra præcedentem obiecimus. Hoctamẽ hẽt utraq; ista interpretatio, qđ ratio dubitãdi in principio posita cõtra eã nõ militat, nẽpe de præcepto Domini, quod Tribus inuicẽ matrimonio nõ miscerẽt; in prima.n. interpretatione dr, nõ fuisse talẽ cognationem, in qua Tribus miscerẽt; in secũda uero illam mixtionem Tribus Leui cũ Iuda fuisse ante illud præceptum, quod postea datum fuit.

Tertio loco Aug. li. 83. quæstio. quæst. 63. propinquiorem cognationem assignat, Nathan filium Dauid duxisse uxorem ex Tribu Sacerdotali, unde Beata Virgo,

Virgo, quæ erat ex Nathan, vtramque Tribum complectebatur, hinc Elisabeth cognata dicta est. Contra quam interpretationem militant eadem argumenta, & illud etiam, quod ex Scriptura non constat, Nathan duxisse uxorem ex Aaron, seu familia sacerdotali.

Quarto loco. Idem August. lib. 7. Quæst. in lib. Iudic. q. 47. dicit fœminas solitas fuisse nubere viris de quacumque Tribu, sicque vnam de Aaron nupsisse viro de Iuda, & ex hac parte erant cognatæ B. Virgo, & Elisabeth; quo autem gradu & quomodo non explicat, sed hoc solum, quod vna de Aaron nupsit viro de Iuda, & inde origo emanauit B. Virginis.

Quinto loco Ambros. lib. 3. in Luc. c. de genealogia Saluatoris, dicit ambas, tam B. Virginem, quam Elisabeth fuisse de Tribu Iuda; quod si esset, facile intelligi posset, eas esse cognatas, non tantum generaliter, sed speciali etiam quadam cõiunctione ac propinquitate; probat autem Ambros. Elisabeth fuisse de Iuda; nam de B. Virgine tanquam re indubitata probatione non indigebat, argumentum autem eius est, quia Elisabet habitabat in Ciuitate Iuda; ascendit enim B. Virgo in Ciuitatem Iuda, & visitauit Elisabeth. Hæc sententia difficile sustineri potest; nam ex Euangelio Luc. 1. habemus Elisabeth fuisse de filijabus Aaron; argumentum autẽ Ambros. si valeret, consequeretur etiam Zachariam de Tribu Iuda fuisse, dicit enim B. Virgo ascendisse in Ciuitatem Iudæ, & intrasse in domum Zachariæ. Præterea quia cum Leuitica Tribus non esset sortita partem separatam in terra promissionis, permitta erat ceteris Tribubus, sicque habitare potuit in ciuitatibus Iuda. Forsan Ambros. dicere voluit, Elisabeth aliquid habuisse de Tribu Iuda ex parte matris, aut auiæ; id vero non satis erat ad affirmandum, fuisse de Tribu Iuda; nam a patribus Tribus sumebantur, vnde filij Aaron erant de Leui propter patrem, etiamsi mater fuisset de Iuda.

A patribus & nõ a matribus Tribus sumebantur.

Sexto loco Epiphan. hæres. 78. affirmat Tribus illas duas Iuda, & Aaron mutuis matrimonijs coniungi solitas, indeque factũ, vt B. Virgo, & Elisabeth cognatæ sibi essent. Quo autẽ modo, an vnus de Iuda duxerit vxorem de Aarõ, an vnus de Aaron duxerit vnam de Iuda, quoue gradu cognationis coniunctæ fuerint, non explicat Epiphanius. Consentit Theodoretus lib. quæst. in Num. q. vltima, vbi affirmat illas Tribus Regiam, & Sacerdotalem, inuicem coniungi solitas propter Christum, qui Rex, & Sacerdos futurus significabatur.

Septimo loco, quidam gradum hunc cognationis distinctius explicantes referunt, Annam matrem B. Virginis, & matrem Elisabeth dictam Ismeriam, fuisse sorores, & ambas de tribu Iuda, filias cuiusdam dictæ Emerentianæ de Tribu Iuda, quæ nupsit viro eiusdem Tribus. iuxta quam sententiam Elisabeth erat de Iuda, ex parte matris, & cognata B. Virginis, quæ sententia placet recentioribus, quibusdam non paruæ auctoritatis, atque doctrinæ viris.

Hippolytus & cognatione inter Mariã & Elisabeth, magis probatur ab authore.

Octauo loco Hippolytus referẽte Nicepho. lib. 2. Hist. c. 3. affirmat Annam, & matrem Elisabeth sorores fuisse, aliter tamen texit historiam. refert enim quendam dictum Mathan Sacerdotem de Aaron, ex vxore nomine Maria tres genuisse filias, Mariam, Sobam, & Annã. prima nupsit viro, & peperit Salomen obstetricem; secunda nupsit, & genuit Elisabeth, tertia, quæ Anna est, genuit B. Virginem. Erant ergo Elisabeth, & Beata Virgo ex parte matrum de Aaron filiæ duarum sororum, sed Beata Virgo ad Tribum Iuda, & familiam Dauid pertinebat, quia patrem habuit Ioachim, qui fuit de Iuda, ut tradit August. lib. 23. contra Faustum capit. 9. at vero Elisabeth erat de Aaron, quia patrem etiã habuit de eadem familia. Hæc sententia propter antiquitatem, & auctoritatem Hippolyti a multis recipitur, & mihi placet, vti omnium probatissima, nihil tamen certi constituere in hac parte possumus, sed id solum, quod licet B. Virgo de Iuda, & Elisabeth de Aaron essent, cognationem tamen habere potuerunt, & habuerunt ex parte matris, aut alicuius auiæ propinquæ, ac præcedentis. Nec argumentum illud ex præcepto. Num. 27. & 36. efficax est, de quo plenius dicemus inferius c. 3. vbi de Genealogia Saluatoris

Universidad de Deusto
Biblioteca

tractabimus: nunc autem illud tantũ respondemus, Tribus has duas solitas fuisse commisceri, Tribum nempe Iuda, & Aaron, vt ex Epiphanio, & Theodoreto notauimus, & Scripturæ testimonijs cõprobatur, non solum ante præceptum Iud, sed etiam post: nam Iudic. 19. dicitur Leuita de sorte Ephraim duxit vxorem de Tribu Iuda, & lib. 2. Par. c. 22. Iosabet filia Regis Ioram de Iuda, nupsit Ioiadæ Pontifici. & Deut. 21 præcipitur Pontifici, vt ducat uxorem virginẽ, non tamen præscribitur vt sit de eadem familia, vnde accipiebat aliquando ex Iuda, quæ erat tribus nobilissima; non enim hoc præcepto continebatur Leuitica tribus à principio, quando conditum illud fuit, ne enim hæreditates Tribuũ cõfunderentur, & ex una ad aliam transirent, præceptum fuit à Domino, ne matrimonijs permisceretur, sed unusquisq; intra Tribum propriam contraheret: cum autem Leuitica non haberet determinatam hæreditatem terræ, nulla confusio ex ipsius permixtione sequebatur, idcirco illo præcepto non fuit comprehensa: miscebatur ergo Tribui Iuda propter nobilitatem eius, & propter mysterium Christi venturi, ut diximus ex Theodoreto.

Hoc vnum postremo loco notandum est, ex hac cognatione non certo deduci, B. Virginem habuisse aliquid de origine sacerdotali, licet id deducat Augustinus lib. 2. de consen. Euang. c. 4. & lib. 83. Quæst. q. 61. nam vti ex relatis constat potuit Elisabeth aliquid habere de Iuda, sicq; cognatio inter eas consistere vt nonnulli dixerunt. Habuit quidem Christus, & ex Iuda, & ex Aaronica stirpe originem, regiamq; ac sacerdotalem coniunxit; præcipue tamen, & absolute ex Iuda, id tamen non ex hac cognatione necessario concluditur, de hoc tamẽ inferius cum de genealogia Christi agemus, plura tractabimus.

Et ipsa concepit filiũ in senectute sua.

COMMENTARIA.

MAgnitudinem miraculi exponit: concepit, inquit filiũ, & in senectute, & sua. Filium quidem, quia maioris est virtutis, seu robotis filium, quam filiam concipere: in senectute. senem enim concipere difficile est. Adiunxit (sua) non enim in quacũq; senectute, sed sua; processerat enim illa in diebus suis, & nimis proiectæ ætatis erat. Nota illud (ipsa) nã facilius est iuuenẽ de viro sene concipere, quàm senẽ fœminam de viro iuuene; ipsa autẽ senex, & de viro sene concepit. magnum profecto hoc opus est, & solius virtutis Dei. Nota etiam parti culam (&) quæ est loco (etiam) posita, quasi diceret, etiam ipsa cõcepit filium, sicut tu concipies. eiusdem est potentiæ hoc, & illud facere, & tam certum est factum esse hoc cũ Elisabeth, quam certum, & infallibile hoc tecum efficiendum.

Et hic est sextus mensis illi.

COMMENTARIA.

AMplificat miraculum. Nõ solum, inquit, concepit filium, sed iam est sextus à cõceptione mẽsis; est enim sextus mensis argumẽtum vigoris cõcipientis; nã post sextũ mensem non contingit aborsus à causa intrinseca, sed ab accidenti extrinseco: quę enim femina ad sextũ mensem perduxit fœtum, perfectæ virtutis est in concipiẽdo, & generando: nam si contingat, vt vetula concipiat, tamen non nutrit fœtum, nec ad sextũ perducit mensem sed aborsum patitur: at huic iã sextus est mensis, vnde nõ virtutis propriæ, & naturalis, sed Dei opus hoc est. tacite insinuat Angelus partum futurum.

Quæ vocatur sterilis.

COMMENTARIA.

PRosequitur Angelus. Non senex tantum, sed sterilis erat Elisabeth, & naturali potentia, etiam si iuuenis esset, ad generandum, seu concipiendum, destituta, adeoque sterilis, ut omnibus manifesta esset eius sterilitas, eoq; nomine nota esset apud omnes. Connectitur hæc sententia præcedenti sic: illa, quæ sterilis erat, quamque omnes hoc nomine appellabant, tantam uirtutem à Deo est consecuta, ut fœtum ad sextum iam mẽsem perduxerit, quod est signum perfectæ cõceptionis, & partus futuri. Diximus de hoc miraculo, & facto Elisabeth in præcedentibus.

ANNOTATIO CIX.

Quo differat sterilis à cõclusa.

ADuerte, in Scriptura differre sterilem, & conclusam. conclusa est, quæ potentia concipiendi naturali non est priuata, sed est impedita ne concipiat. sicut 1. Regum 1. dicitur de Anna: Concluserat Dominus vuluam eius. & Genes. 20. Conclusit Dominus omnem vuluam domus Abimelech. Sterilis est, quæ priuatur potentia proxima naturali, eo quod corporis partes non sunt aptum instrumentum ad cõcipiendum, etiamsi cognita sit a uiro, quod accidit aliquando ex obstructione venarum, & pororum matricis, quæ naturali arte, aut virtute remouerri non potest; tunc enim vere sterilis est; & hæc erat olim oppobrio in lege, talis erat Elisabeth. Hæc autem sterilitas nõ agnoscitur, nisi longo tempore, & vsu. nam quædam fœminæ post multum temporis cõcipiũt, vnde non statim sterilitas certa esse potest, nisi post longam experientiam: idcirco dictum est, quæ uocatur sterilis, quasi temporis longitudine talis ab omnibus iudicata.

Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

COMMENTARIA.

COnfirmat Angelus vtrũque opus, nempe & quod annunciauerat Beatæ Virgini de conceptione, & partu futuro, & quod reuelauerat de Elisabeth; quia, inquit, non est impossibile apud Deũ omne verbũ, quasi diceret, nihil habent incredulitatis quæ dico, & annuntio, & quod tu Virgo cõcipies, & quod senex, & sterilis cõceperit, quia apud Deum, qui auctor est vtriusque, non est impossibile uerbũ ullum, id est, potens est facere quęcunque dicit, quantumuis magna, & ardua illa sint. Et bene apud Deũ dicitur; quia hæc facultatem creatam superant. Insinuat Angelus omnia quæ nuntiauit, uerba esse Dei, & le nomine, & iussu Dei loqui. Non est autem Deus, ut homo; hic enim promittit sæpe facere quę non potest, & narrat fecisse, quæ nondum fecit, nec efficere valet: at Deus non sic se habet; potẽs enim est quæcunque dicit facere, & opere complere. Alludit Angelus ad illud Ieremiæ 32. Domine Deus, tu fecisti cœlum, & terram, & non est tibi difficile omne uerbum. Verbum appellat opus, seu rẽ verbo, uel uoce significatam.

ANNOTATIO CX.

Verbum pro uere & pro rẽ ipsa usurpatur

ADuerte, Verbum duobus modis accipi. Vno quidem pro voce ipsa significante rem, siue sit promissionis vox, siue narrationis, assertionis, aut negationis. Plena est scriptura huius significationis. Matth. 15. Audito uerbo hoc scandalizati sunt. & Matth. 12. Qui dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei. Lucæ 2. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum in pace. Psal. 118. Memor esto uerbi tui seruo tuo. Altero modo accipitur pro re ipsa, uerbo, seu voce significata. Lucæ 2. Videamus hoc uerbum, quod factum est. id est, hoc opus nobis annuntiatum. Exodi 9. Cras faciet vobis Dominus hoc uerbum in terra; id est rẽ hãc, quæ dicta, & manifestata est. frequens est Scriptura in huiusmodi locutionibus. Vbi annotandum est (verbum) non significare opus seu rem absolutè, sed rem, quæ dicta, aut uoce significata est. Hoc posteriori modo accipitur in hoc loco Verbum. Hinc facile est intelligere huius sententiæ sensum. Non est impossibile apud Deũ omne uerbũ. id est, nihil eorum, quæ Deus dicit, quouis modo id dicat, siue promittẽdo, siue comminando, siue annuntiando, impossibile illi est; omnia enim quæcunque dicit facere potest. Sic exponunt Euthymius

Universidad de Deusto
Biblioteca

mius in hoc loco,& Bernardus homilia quarta in Missus est. quamuis enim plura sint possibilia Deo, quam ea,quæ loquitur, & locutus est, tamen hoc loco eum sensum sententia habet; de illis.n. quæ dicta erant, Angelus loquebatur. Quidam, verbum, interpretantur rem: nam in ea significatione accipitur aliquando,ut fit sensus, omnis res possibilis est Deo. Sed facilior, & accomodatior est sensus prior. Asserit autem Bernardus dictum esse verbum, non autem opus, ut significaret Angelus tam facile esse Deo facere opus,quam homini dicere verbum.

Verbum hominis multis modis fallax.

Ad maiorem autem declarationẽ adduerte, verbum hominis multas pati discordantias, vt ibidem etiam Bernardus annotat. Primò quidem discordat,& dissentit à mente loquentis.nam homo sæpe loquitur aliter, ac sentit, promittit, quæ implendi non habet animum;affirmat,& negat,quę aliter se habere putat, quam pronunciat. & hoc mendaciũ est: cui opponitur virtus, quę dicitur veritas, seu veracitas, quæ conformitas est mentis cũ verbis,& vocibus. Hęc discordia longè est à Deo. Rom.3. Deus verax est,omnis autem homo mendax. Secundò discordat uerbum hominis à facto, etiam si consentiat menti: euenit enim, vt homo promittat, quæ implendi animum habet;tamen postea mutat animũ, & non facit,quę promisit,& implere decreuit. quod vitium infidelitas appellatur, eique aduersatur virtus fidelitatis, quæ dicta, & facta concordat,& in Scriptura aliquando veritas,seu veracitas ẽt vocatur; magis tamen propriè Fidelitas dicitur,nam qui promisit animo implendi,si postea non impleuerit,non dr mendacium dixisse proprie,si.n. mendacium esset,numquam liceret non implere promissa,quod tamen licet. Vt.n. recte dicit Seneca lib.4.de beneficijs. c.36. sine vitio potest aliquis nouis cautis rationalibus emergentibus promissa non implere, immo aliquando est virtus non implere,& vitium potius implere. quando ergo non impletur promissum,quod sine uitio impleri potest,infidelitas est, a quo remotissimus est Deus, qui immutabilis est. Psalm.144. Fidelis Deus in omnibus verbis suis. Propter primam, &

Veracitatis definitio.

secundã perfectionem dictum est Num. 23. Non est Deus quasi homo,ut mentiatur,neque sicut filius hominis ut mutetur. Tertio discordat verbum hominis ab eiusdem potestate,ea enim sæpe factu rum se pollicetur,quæ implendi non habet potestatem. quod ad imprudentiam, iactantiam, malitiam, aliaque vitia, aut ignorationem,seu errorem pertinet. huius radix est infirmitas,quia ualde limitatæ sunt humanæ vires: in Deo autem talis discordantia non est;quęcunque.n. loquitur,& promittit, potest per omnipotentiam implere. Psalm.136. Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit in cęlo,& in terra. de hac nunc dicitur: Non est impossibile apud Deum omne verbum. Hæc enim consensio uerbi ad potestatem maxime nunc erat necessaria, ubi de facto supra omnẽ potestatẽ creaturæ agebatur,nimirum,vt virgo conciperet filium Dei,& quod sterilis,ac vetula filium concepisset.

ANNOTATIO. CXI.

DVO sunt, quæ maxime Angelus Deo esse possibilia affirmauit, nempe,& quod Virgo cõcipiat,ac pariat, & quod Filius hic non hominis tãtum, sed Dei etiam sit,quod est, Filium Dei carnẽ assumere,ac hominem fieri. Hæc.n. duo, vtpote in se ardua,& insolita;tali sententia confirmauit. De utroque aũt nonnulla dicere instituti nostri esse uidet. Prius ergo de virginitate Matris agẽdum est, quam quatuor accerrimi hostes impugnare,& labefactare conati sunt, euertere autem,aut expugnare non ualuerunt. Hi sunt dęmon, Pagani, Iudæi, Hæretici. De quorum singulis agendum sub breuitate est.

Primus omnium dæmon est, primus quidem tempore,malitia,& astutia;tempore,quia ante Christi aduentũ, priusqi quam Virgo conciperet,hoc mysterium tentauit obscurare, ut modo explicabimus. malitia autem, quia cæteri tres hostes huic uirginitati Matris contradixerunt ignoranter, non enim sibi persuaserunt uirginem peperisse,licet ignorantia eorum non fuerit excusabilis,sed omni potius digna reprehensione. Pagani enim, Iudæi, & Hæretici non credentes virgi-

uirginem concepisse, aggressi sunt oppugnare veritatem,quam reuera, si uoluissent,Deo adiuuante,cuius auxilium nemini defuit,agnouissent. At dæmon non sic, sed sciens virginem concepturam, ac pariturã, posteaque concepisse, ac peperisse, veritatem euertere curauit. Astutia verò, quia præuenit veritatem, idque medio peracuto, ac subtili. Quæ omnia declarantur ex doctrina quadam tradita a Iustino Martyre in Apologia ad Antoninum Imperatorem. Dæmon enim ex scripturis Prophetarum intelligens multa futuri Euangelij mysteria, quæ suo erant tempore complenda,& populis in salutem credentium prædicanda,multo ante induxit gentes in opiniones quasdã rerum ficta rum, & fabulosarum, quæ quandam similitudinem haberent cum veritatibus futuris, vt quando hæ aduenirent,& annuntiarentur,gentes aut existimarent eas esse fabulosas, sicut illas,quas audiuerant, aut esse similes illis, minorisque fieret diuina veritas, sicque a fide Euangelij auerterentur. Hinc est, quod cum ex scripturis cognosceret Christum Filium Dei futurum, & de Virgine nasciturum, multosque a languoribus curaturum, & in cœlos ascensurum,præoccupauit mentes hominum fictionibus, fabulisque, quandam veri similitudinem habentibus, nam finxit, multisque persuasit quendam dictum Perseum de Virgine natum, quendam alium Bellerophontem cœlum ascendisse,Deum filios genuisse, & in humana forma apparuisse, Aesculapium morbos curasse, ceteraque similia. Hinc Pilatus audiens Christum Dei Filium, timuit, non quidem, vt recte annotat Cyrillus lib.12. in Io. c.10.ex vera fide,sed ex errore illo diabolico, qui multos deos, & filios deorum arbitrabatur. Hac arte dæmon mysterium uirginitatis uerę euertere,& ab hominum mentibus propellere conatus est, nec in uanum omnino eius conatus cessit;multos enim a principio nascentis Euangelij decepit, non tamen efficere potuit,quin Euangelica ueritas agnosceretur,& ab infinita credentium multitudine reciperetur. Hæc fuit oppugnatio dæmonis.

Secundoi loco, Pagani aduersus hoc mysterium nsurrexerunt, ei contradicentes eo capite,& prætextu, quod rem impossibilem iudicarent, Virginem sine uiro concipere, & parere, ut refert Augull. Epist.3. ad Volusianum; fides aũtẽ nostra non solum possibile, sed factum prædicat, & quamuis articuli fidei demonstrari non possint a nobis, tamen contra Paganos eos negantes, duabus uijs agere possumus,quarum altera est, ut eorum fundamenta, & argumenta soluamus; cum sint falsa, quia uerũ uero contrarium esse non potest. Altera ut quibusdam manuductionibus utamur,quæ ad fidem conciliandam multum possunt. Quod autem ad priorem uiam spectat, duo nobis maxime Pagani opponere potuerunt contra uirginitatem hanc,ad probandum,esse de numero eorum,quæ fieri nõ potuerunt. Vnũ est,quia principium passiuum sine actiuo nullo modo potest effectum producere; cum igitur fœmina sit principium passiuum, uir autem effectiuum, siue actiuum, non potest sola filium concipere. Cui argumento nos objicimus, dato quod fœmina sit principium passiuum, multa animalia nasci sine sexũs admixtione,etiam ex ijs,quæ solent ex utriusque sexus coniunctione generari,nam ex terra, quæ est uelut mater, multa talia producuntur,& in aere etiã ex uaporibus sæpe gignuntur. Respondent illi in huiusmodi generationibus non deesse principium actiuum; nam sol,& astra supplent uirtutem causæ efficientis particularis & sexus vnius. Ex hac responsione nos euertimus argumẽta eorum; nam non dicimus solam uirginem sine principio actiuo concepisse, sed sine uiro,intercedente tamen uirtute Altissimi,& Spiritus Sancti superuẽtione supplente viri efficaciam: non ergo negamus actiuum principium, sed quoddã principium,nempe uirũ. Objiciẽt illi:in animalibus imperfectis, Sol, & astra supplent uirtutem sexus,tamen non in perfectis,qualis est homo:at nos respondemus, saltem illud principium illorum non esse uerũ,ex cõmistione sexus debere animal produci, quia passiuũ principiũ non est sine actiuo. quod uero in animalibus imperfectis, non aũt

Quid Pagani opponãt Virginitati Dei parę.

Duplex via contra Paganis pro Virginitate Deipara agi pũt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in perfectis sol suppleat virtutẽ sexus, fatemur, sed nos non dicimus solem lo cum viri suppleuisse, sed Deum ipsum, qui auctor est solis: & si Sol potuit animal imperfectum de terra gignere, cur nõ Deus ipse in visceribus Virginis potuit perfectum animal, nempe hominẽ generare, & Virginem fœcundare? Alterum quod Pagani opponere potuere, est, insolitum est Virginem sine viro generare, cui nos respondemus. Primo cũ Augustino lib. 10. Ciuitatis ca. 29. cum is qui concipiebatur fit singularis, nec similis homo ante visus, non mirum si eius conceptio singularis est. Secundo: Si agens naturale huius conceptionis principium esset, profecto insolita res non esset, sed plures huiusmodi experiremur cõceptiones: at cum fit ipse Deus solus, qui quando vult, & quæ vult, operatur, non est argumentum contra veritatem ex eo, quod res insolita est.

Altera via contra Paganos est manuductio ex quibusdam exemplis, & similitudinibus, in cuius rei gratiam notanda est Basilij doctrina hom. 8. Hexameron, & Isa. 7. vbi de hoc eodem mysterio loquens dicit Deum prouidum omnium, cum præsciisset fidei nostræ articulos multa continere supra naturæ virtutem, & communem cursum causarum, effeciisse quosdam effectus naturales, in quibus quædam similitudo licet imperfecta, inueniretur, ut per eos, velut quadam manuductione inducerẽtur homines in assensum illarum supernarũ ueritatum, ne omnino incredibiles, aut ridiculæ quædam crederentur. Cõtra Paganos autem pro virginitatis huius mysterio opponit Basilius vultures, quos eorundem Paganorum naturales historiæ narrant, sæpe sine sexus commistione concipere, & prolificare. Hoc eodem exemplo vulturum vtitur Ambrosius lib. 5. Hexam. c. 6. Lactan. etiam lib. 4. de vera sapientia cap. 11. pro hoc eodẽ mysterio contra Paganos, profert multa animalia sine coniunctione concipere, sed solo vento fecũdari, & refert equas Hispanas quasdam sine masculis uento grauidari. quod & Poeta 3. Georg. fatetur, & graues auctores confirmant, ut Ambros. lib. 4. Hexam. cap. 21. & August. lib. de bono coniug. cap. 2. Vtuntur etiã pro hoc mysterio, exẽplo apũ, quas prolificare sine commistione affirmant, non solum ipsi, sed multi alij Doctores, & idem Vergilius loco allegato. Aristo. etiam lib. 4. historiæ animalium cap. 11. tradit, nonnulla aquatilia sine coitu generare: non igitur simpliciter impossibile est fœminã sine commistione concipere. Quod si id inter homines naturaliter non fit, at non esse in se rem repugnantem exempla producta cõprobant, nec nos uirtuti naturali id tribuimus, sed Deo ipsi, qui est supra naturã, & ipsius naturæ auctor. *Isaia 7*

Tertio loco Iudæi hunc articulũ impugnant, contra quos efficacius, quam contra Paganos procedere possumus: cum Paganis enim nõ habemus ullum commune fidei principium, quo eos reuincamus; habemus autem cũ Iudeis: nam & hi admittunt sanctarum ueterũ Scripturarum ueritatem, earundem igitur testimonijs efficacissimis reuincendi sunt. *Iudæi impugnãt Mariã virg.*

In primis hi non possunt confugere ad Paganorum fundamenta, nimirum id impossibile esse; nam Scriptura mine Deus tu fecisti cœlum, & terrã, & terea ex Genes. 1. Si enim fecit Deus de costa uiri fœminam, cur non & uirũ de substantia fœminæ efficere poterit? Iudæi ergo non possunt negare potentiã, id solum sibi negare posse uidentur, nẽpe factum, quia Deus nihil tale unquã fecit, aut faciet. contra quos Scripturæ testimonia pugnant, quibus id futurũ esse, prædictũ, & promissum est. ex quibus nonnulla proferemus, idq; sub breuitate.

Est igitur illud insigne testimonium, quod Matthæus refert ex Isaia cap. 7. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, quod Iudæi sentientes illo se conuinci, quærunt infirmare, & efficaciam eius minuere, ut referunt Origenes lib. 1. contra Celsum, & Tertullianus contra Iudæos cap. de probatione Natiuitatis Christi. Obijciunt ergo Iudæi, in Hebræo nomen עלמה Almah non significare uirginem, sed adolescentulam, siue sit uirgo, siue corrupta. Contra hanc autem calumniam Iudæorum,

dæorum, multa faciunt. Primo quidẽ in hoc loco non est nomen simpliciter positum, sed cum litera ה emphatica ha Almah. quo modo ter tantum in tota Scriptura reperitur positum. Primo Genes. 24. vbi de Rebecca dictum est; Puella decora nimis, & pulchertima virgo, & incognita viro. Statim adiungitur de eadem; puella quæ egredietur ad hauriendam aquam. Quo loco habetur ha Almah. ex præcedentibus autem constat virginem, & viro incognitam fuisse; non igitur adolescentulam solum, sed uirginem simul significat. Secundo Exod. 2. de Maria sorore Moysis dicitur: Puella perrexit, & vocauit matrem. ibi scriptum est ha Almah, erat autem tunc illa duorum annorum, vnde virginem fuisse certissimum est. Tertio, hoc in loco Isaiæ reperitur, non autem alibi præter hæc loca. Cum igitur in duobus præcedentibus, hoc nomen virginem significet, non est dubitandũ, in hoc loco etiam idem significare.

Secundo. Contra Iudæos facit ipsum nomen etiam sine litera, seu articulo positum, virginem adolescentulam significare in Scriptura. quod Basilius Isa. 7. probat ex illo loco Scripturæ Deut. 22. Si quis inuenerit in agro puellam desponsatam, & vim intulerit ei, interficite eum, puellæ autem nihil faciatis. ibi legitur Almah. certum est autem ibi uirginem nondum cognitam significare. Similiter ex illo 3. Regum 1. ubi Sunamitis illa, quæ Dauid senem calefaciebat, Almah dicitur, & tamẽ uirgo erat. Sunt etiam loca Scripturæ alia, in quibus nomẽ hoc semper pro uirgine usurpatur.

Tertio facit contra Iudæos etymologia nominis, nã trahitur a uerbo עלם quod significat Latine abscondo, inde nomen Almach, quasi fœmina abscondita, & adhuc hominum aspectibus occulta, ut notat Hieronymus Isaiæ 7. Hinc est quod significat virginem adolescentulam parentum domibus reseratam, & clausam, nondumque viro traditam. Sunt enim tria nomina, ut Hieronymus linguæ Hebrææ peritissimus lib. 1. contra Iouin. annotat נערה Naara quod significat adolescentulam, siue sit uirgo, siue corrupta בתולת Betulah, ꝙ significat uirginem, siue adolescentula sit, siue ætate prouecta, & עלמה Almah quod utrumque comprehendit, nimirũ uirginem adolescẽtulam, & tenerę ætatis, talis erat Beata Virgo, quando concepit Filium Dei, ideirco hoc nomine usus est Isaias, mysterium futurum prænuntians. Nec hoc rãtum significat, sed uirginẽ absconditã, & ab hominũ conspectu semotã, quo quidẽ Hieronymus in quæstionibus Hebraicis super Genesim significari dicit uirginitatem ẽt, ac puritatem mẽtis Beatæ Virginis, quæ & mente, & corpore Virgo erat purissima.

Facit quarto contra Iudæos auctoritas 70. Interpretum, qui Christũ secundum carnem præcesserunt; cumque Hebræi idiomatis essẽt peritissimi, uerterunt nomen illud Græce παρθένος, ideſt virgo. Notat autem Basilius Isa. 7. illos maluisse dicere παρθένος, quamuis non exprimeret nomen hoc ætatem; nam ẽt virgo ætate prouecta dicitur παρθένος. quam uertere νεάνις, quod significat iuuenem, seu adolescentulam, siue Virgo sit, siue corrupta, nam illo nomine mysterium significarunt, quod virgo conciperet, non autem exprimebatur, si dictum esset, adolescentula concipiet. Chrysostomus hom. 5. in Matth. vtitur hoc argumento, nimirum, auctoritate 70. Interpretum, qui virginem significari per prophetam sua uersione testati sunt. Hinc optimo iure reprehendit Irenæus lib. 3. c. 24. illos, qui hunc locum uertentes dixerunt. Ecce adolescentula concipiet, cum Virginitatis mysterium hoc nomen non significet.

Facit quinto contra Iudæos id, quod annotant Origenes lib. 1. contra Celsũ. & Basilius, & Cyrillus Isaiæ 7. Isaiã ea uerba protulisse tãquam quoddã signũ mirabile Regi Achaz, renuẽti accipere, seu petere signum. Ecce, inquit, Dominus ipse dabit uobis signum, Virgo concipiet, &c. Si autem non Virgo, sed fœmina corrupta conceptura prænuntiatur, nihil mirabile prędicebat, nec signũ erat ita admirandum, ut ceteris signis, q̃ obtulerat, præponeretur: nouũ ergo, & efficacissimũ est testimoniũ uirginitatis cum maternitate. Aduerte aũt in Hebræo uerba habere expressiorẽ significationẽ: non n. est uerbum, Virgo conci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

piet, ideſt, quę uirgo eſt, cõcipiet poſtea uiri coniunctione, at in Hebreo nomen eſt, quaſi Latine dictũ eſſet, Ecce Virgo grauida, ſeu, Ecce Virgo habens in utero, quod magis explicat myſteriũ, quãuis etiam idem ſignificatur, quando dicitur: Ecce Virgo concipiet. Aduerte & Prophetam non ſolum ſignificaſſe uirginitatem in concipiendo, ſed etiam in pariendo: Ecce, inquit, Virgo concipiet, & pariet. Quod annotauit Ambroſius Epiſt. 81. ad Siricium. De hoc tamẽ poſtea dicemus. Hæc de hoc teſtimonia dicta ſint. Eſt etiam teſtimonium Iſaiæ. 53. Aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti, quod teſtimonium copioſius explicabitur paulo inferius.

Nunc vero illud eſt annotandum de terra ſitienti, i. ſicca, & ſine humore aquæ non receptæ, ad ſignificandam Beatam Virginem, de qua naſciturus erat Chriſtus, qui & virgultum, & radix dr. Verè erat illa terra ſitiens, quæ ſine viri ſemine concepit. aliter enim terræ ficcę conferri non poſſet, ſicque ibi Hieronymus aduertit, & perpẽdit uerbum hoc. Concilium etiam Conſtantinopolitanum ſextum act. 8. idipſum annotauit. Extant etiam ante Iſaiam teſtimonia veritatis huius: nam Gen. 3. à mũdi principio, idipſum indicauit Deus: diabolo enim comminatus dixit: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, inter ſemen tuum, & ſemen illius. Proferant Iudæi cauſam, cur dictum eſt, ſemen mulieris; ſi enim de viro conceptus eſt Chriſtus, potius viri ſemen, quàm fœminæ dicendus eſſet. ſi igitur ſemen mulieris dictũ eſt, futura ergo erat mulier, quæ ſine uiro conciperet. hanc nos dicimus Beatã Virginem Chriſti matrem. Vnde merito Cyprian. hoc teſtimonio vſus eſt lib. 2. contra Iudæos c. 8. ad hanc uirginitatem confirmandam.

Poſt hoc eſt teſtimonium Leuit. 12. in quo ſignificatum eſt idem myſteriũ ab ipſo Deo: Mulier, inquit, ſi ſuſcepto ſemine pepererit, immunda erit. Reſpondeat Iudæus, cum non ſit in ſacra Scriptura uerbum ſuperfluum, & ſine myſterio poſitum, quid eſt, quod lex illa à Deo limitata eſt, ſi ſuſcepto ſemine, immunda erit, cum ſatis eſſet dicere, ſi peperetit. profecto ratio & cauſa alia non eſt, niſi quia futura erat mulier nõ ſuſcepto ſemine paritura, quæ lege immunditiæ non eſſet comprehenſa. quo teſtimonio vſi ſunt ad Virginitaté hanc defendendam, Origenes homilia 8. in Leuiticum, ſeu Cyrillus lib. 8. in Leuit. & Theophylactus Lucæ 2. de hoc autem teſtimonio plura dicemus cap. 2. annot. 35. cui teſtimonio conſonãt, quę præcepit Deus Exod. 13. & Num. 8. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit uuluam: futurus enim erat primogenitus, qui matris uulnam non aperiret, ſed matre integra naſceretur. de hoc autem loco plura dicemus in ſequenti capite ſecundo, ibique perfectius explanabitur. Perſeuerauit etiam Deus in hoc myſterio indicando. nam etiam Dauid 2. Regum 7. dixit: Suſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de utero tuo.

Quis eſt iſte uterus Dauid? nã filius non eſt de utero, ſed de lumbis uiri, uterus enim non uiri, ſed fœminæ eſt; & filius de fœminæ utero naſcitur. certe uterus eſt hic uirginis matris, de qua egreſſus eſt Chriſtus ſemen Dauid promiſſum, ſine lumbis, aut ſemine uiri. Intellexit myſterium ipſe Dauid ſibi ſignificatum. nam Pſalm. 131. repetens promiſſionem ſibi a Deo factam dixit. Iurauit Dominus Dauid: De fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam. fructus enim hic Chriſtus eſt, qui non uiri lumbos, ſed matris uẽtrem ſolum nouit. Quo teſtimonio utitur recte Irenæus ad Virginitatem hanc comprobandam lib. 3. ca. 27. & Tertullianus lib. 3. contra Marcion. Hac de cauſa Chriſtus ipſe uermi comparatus eſt, qui de tẽra ſine ſexus commiſtione naſcitur. Ionæ 3. uermis ille rodit cucurbitæ radicem, & areſacta eſt. ibi ſignificatur Chriſtus, qui de Virgine natus legem ueterem aboleuit, & ceſſare fecit: non enim propter natiuitatem Chriſtus uermi confertur, ut annotauit Ambroſius ſermone 3. & Auguſt. Epiſt. 49. ad Deogratias quæſtione 6. & ante eos Origenes homilia 14. in Lucam, & poſt hos Maximus in ſermone de Dominica Palmarum, & Bernardus in ſermone de paſſione Domini, interpretantes, omnes hi illud Pſalmi 21. Ego ſum vermis, & non homo, affirmant Chriſtum vermem dictũ eſſe ſimilitudine quadã natiuitatis, vermis enim intra terram, aut intra lignũ, concipitur & naſcitur virtute ſolis, ſine ſexus commiſtione: ſic Chriſtus ſine viro intra viſcera Beatæ Virginis virtute Spiritus ſancti ſuperuenientis, & Dei obumbrantis genitus eſt. Sunt multa teſtimonia huiuſmodi, ſed hæc pro breuitate inſtituti præſentis ſufficiant. Quæ ſi non omnia, incredulos conuincunt, oſtendunt tamen virginitatem cum prole eſſe infinuatam in Scriptura.

Hæretici Mariæ Virginitatẽ negantes, refutantur.

Quarto loco huic myſterio contradixerunt Hæretici, negantes Virginis integritatem, non quaſi rem Deo impoſſibilem, ſed quaſi rem non factam, qui profectò ſunt maiori reprehenſione digni, quia Euangelium profitentur, & media in luce cæcutiunt. Sunt autem in

Tres hæreticorũ ſectæ circa Deiparæ virginitatem.

tres ſectæ diuerſi. Quidam enim virginitatem negarunt ante partum, dicẽtes Beatam Virginem concepiſſe de viro, & Chriſtum filium eſſe Ioſeph, ſicut cæteri homines filij ſunt propriorum patrũ. Hanc hæreſim dogmatizauit Cherintus, vt refert Irenæus lib. 1. cap. 25. quam aliqui ſecuti ſunt, quos libens omitto. ea tamẽ facile euertitur Matthæi

Matth. 1.

verbis c. 1. generatione enim Chriſti ſecundum carnem enarrata, dixit: Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui dicitur Chriſtus. Perpende de ceteris dictum eſſe: Dauid genuit Salomonem, Salomon genuit Roboam, & ſic continuãdo dictum eſt, Iacob genuit Ioſeph: at quando ad Chriſtum peruẽtum eſt, mutata eſt forma dicendi. non enim dictum eſt: Ioſeph genuit Chriſtum, ſed, Ioſeph virum Mariæ, ne quis etiam ſuſpicaretur nomine viri ſignificaſſe coniũctionem, adiũxit: De qua natus eſt Chriſtus. nõ autem dixit: De quibus. Teſtimoniu igitur apertum non de uiro, ſed de ſola matre natũ eſſe Chriſtum. Hac de cauſa fuit figurata Beata virgo Exodi 3. in Rubo atdenti ſine combuſtione, ut dicit Gregor. Nyſſenus oratione de Chriſti natiuita-

Exod. 3.

Iudic. 6

te: Chriſtus autem in uellere Gedeonis Iudicum 6. quod de carne natum, ſine carnis læſione tondetur, ut dicit Bernardus ſermone ſecundo in Miſſus eſt.

Contra hæreticos negãtes B. Virginẽ in ipſo partu Virginẽ permanſiſſe.

Quidam alij hæretici cõfitẽtes Chriſtum non de viro, ſed ſine commiſtione de ſola fœmina conceptum, dixerunt Virginem fuiſſe in conceptione, ſed nõ in ipſo partu, nec integritatem cõſeruaſſe dum peperit, fuit ergo ſecundum horum dogma Virgo ante partum, ſed nõ in partu, quia Virginitatis clauſtrum in partu apertum exiſtimarunt. Refert Ambroſius hanc hæreſim Epiſtola 81. ad Siricium. Auguſtinus autem lib. 1. contra Iulianum cap. 2. tribuit eam Iouiniano. Quam hæreſim multo ante refellit Dauid Pſalm. 21. ubi in perſona Chriſti loquens, ait. Tu es, qui extraxiſti me de vẽtre, ab vberibus matris meæ in te proiectus ſum ex utero. quod teſtimonium perpendit Auguſtinus Epiſtola 120. ca. 12. ſic. Dum nemo fit, qui de uentre matris egrediatur, niſi Deo opitulante, quid eſt, quod de Chriſto peculiariter dicitur, Tu es, qui extraxiſti me de uentre matris? concludit, ea de cauſſa dictum eſſe, quia ſolus Chriſtus, integra, & incorrupta matre perſeuerante, per Dei virtutem de ventre egreſſus eſt. Ambroſius contra hanc hæreſim adfert illud Iſaiæ 7. Ecce Virgo concipiet, & pariet. in vtroque enim Virgo futura prænuntiatur.

Contra hæreticos negantes Deiparã Virginẽ poſt partũ permanſiſſe

Quidam alij confeſſi ſunt virginitatem ante partum, nimirum in cõceptione, & etiam in partu; negarunt tamen eam poſt partum, aſſerentes poſt filij, ſeu Chriſti, partum, copulæ indulſiſſe, & filios de Ioſeph genuiſſe. Huius hæreſis meminit Epiphan. Hæreſi 78. & Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 56. referuntque huius hæreſis dogmatizatores dictos eſſe Antidicomarianas, quaſi impugnatores, & aduerſarios Mariæ. Hanc hæreſim amplexus eſt Heluidius, contra quem ſcripſit Hieronymus. Quam etiam Spiritus Sanctus multo ante refutauit per Ezechielem cap. 44. dicentem: Conuerti me ad viam portæ Sanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad Orientem, & erat clauſa, & dixit Dominus ad me, porta hęc clauſa erit, & non aperietur, & vir non trãſiet per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa Principi. Hæc verba non poſſumus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumus accommodate illi Templo materiali; nulla enim talis porta in eo erat, quæ principi esset clausa; per quam Dominus Deus ingressus est: necesse est igitur eam esse Beatam Virginem, per quã Christus ingressus est in hunc mundũ. quæ si verba cõsideres, ter dicta est clausa, quia ante partum, in partu, & post partum Virgo permansit: immo causa adfertur, quare post partum Virgo fuit: quia, inquit, Dominus ingressus est per eam: non enim decebat hominem peccatorem per eam ingredi portã, per quã ingressus fuit Saluator hominum. Hoc testimonio vtuntur Patres antiqui ad probandum mysterium hoc, inter quos sunt, Ambrosius lib. de institu. Virginũ. ca. 7. & 12. & Epistola 81. Hieronymus in commentarijs illius loci, Chrysost. homilia de Ioãne Baptista, Augustinus sermone 14. de Natiuitate Domini, & Damascenus lib. 4. de Fide cap. 15.

Tres hæreses superdictæ vnico Angeli verbo cõuincuntur.

Omnes hæ tres hæreses uerbis huius lectionis nostræ confutantur, & euertũtur. Primo quidem Beatæ Virgini dicenti: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, Angelus respõdet, Spiritus Sãctus superueniet in te, quasi diceret, non concipies hunc filium viri cognitione, sed Spiritu sancto superueniente; sic enim respõsio accommodatur interrogationi: Si autem viri copula intercederet, non sic respondendum erat. Prima igitur hæresis refutatur, & Virginitas ante partum cõprobatur. Secundo. Hæc superuentio Spiritus sancti non ad concipiendum solum, sed etiam ad pariendum facta est, & ab Angelo promittitur: nam dixerat: Ecce concipies, & paries; inquirẽti autem, quomodo fiet istud, nempe, ut cõcipiam, & pariam, dicitur, Spiritus sanctus superueniet: igitur Virgo est etiam in partu, & secunda hæresis repellitur. vtramque etiam verbum sequens improbat. Non erit impossibile apud Deum omne uerbum, quasi diceret, natura quidem hũc partum efficere non potest, efficiet autẽ is, apud quem nihil est impossibile: igitur, & partus, & conceptus supernaturales sunt, & virtuti naturæ non concessi, quod non esset, nisi Virgo in partu, & ante partum extitisset. Tertio, illud (virum non cognosco) hæresim tertiam refutat; uti enim in eius expositione diximus, non solum dicit, se de præsenti virum non nosse, sed omne tempus concludit, scilicet, nõ noui, nec noscere vnquam licet. Ratio etiam ipsa id confirmat: nam si reuelanti Angelo Filij Dei cõceptionem, opposuit Beata Virgo, se non cognoscere uirum, qua ratione induci potuit postea eum cognoscere propria uoluntate, Angelo non reuelante, & ad cõcipiendum hominem merum, & peccatorem? profectõ alienũ ab omni intellectu id est. Multa de hac materia dici possent, quæ ad librum potius particulare, quã ad Commẽtariũ pertinent. Satis videtur hęc esse pro instituto præsẽti, & huius lectionis explicatione.

Dixit autem Maria.

COMMENTARIA.

VErba sunt Euangelistæ continuantis historiam, & connectentis, quę Beata Virgo respõdit. Verbum autem (Dixit) indicat perfectam intelligentiam, qua Beata Virgo diuino lumine illustrata cõprehendit totum id, quod Angelus de modo mysterij peragendi respõderat; simul etiam & fidẽ, qua his, quæ intellexerat, credidit; plena igitur interius dono, intellectus, & fidei, profert exterius responsum. Quique animam illustrauerat ad intelligẽdum, Deus ipse etiam vocem excitat, & dirigit, ut loquatur verba digna Deo.

Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

COMMENTARIA.

COnsensum præbet Beata Virgo ijs, quæ Angelus annũtiauerat, non qualemcumque, sed plenum obedientia, humilitate, fide, & prudentia. Obedientiam quidem particula (Ecce) indicat, ecce inquit, quasi diceret, prõtissima & parata sum, non repugno, non contradico, non detrecto: Humilitatem, verba (ancilla Domini) ostendunt: cum enim futura mater filij Dei annunciaretur, ipsa ancillam se, Dominum, autem filium, & Deũ, quẽ cõceptura erat, appellat, & cõcipere ac parere, ancillari, ac ministrare, & seruire Domino vocat. Quo etiam verbo suã obedientiam magis cõmẽdat; paratã enim in se, & obedientem offert, vt par est ancillis obedire Dominis suis, maximè autẽ tanto Domino. Fidẽ uero, verbũ (fiat mihi) commendat. credidit enim omnia, quæ Angelus locutus ei erat, & Deũ ipsum auctorem huius mysterij confitetur; nõ enim inquit, faciã quod dicis, sed fiat mihi, id est, operetur Deus in me, quæ tu eũ facturũ annuntias, non hoc opus mihi arrogo, aut usurpo, sed virtutẽ omnipotentis agnosco. Prudentiã demũ verbũ illud (secundũ verbũ tuũ) manifestat, non enim cõsensum suũ generaliter exhibebat, nisi ad concipiendũ fine uiri copula, iuxta formã ab Angelo præscriptã, idcirco prudenter adiunxit secundũ uerbũ tuũ. quod etiã plenitudine consensus significauit, vt fierent in se omnia, quæ Deus per Angelũ indicabat. quod uerbũ callida tẽ mitã ipsius, & profunda humilitate significat; puritatis enim, & castitatis ardentissimus amor induxit eã, vt quãuis sciret, non aliter se cõceptura, quã annuntiabatur, verbis etiã exprimeret, cũ hac conditione se præbere consensum. Humilitas autẽ effecit, ne expresse verba Angeli magnifica, & gloriosa repeteret, dicendo, fiat mihi ita, ut superueniat Spiritus sanctus in me, & virtus Altissimi obũbret mihi, sed tacite indicauit. secundum, inquit verbum tuum.

Deiparæ respõsũ varie expenditur à Patribus.

ANNOTATIO CXII.

QVod ad verba attinet, Ambrosius in hoc loco legit (cõtingat mihi) quos dicimus (fiat mihi) accommodatior est autem lectio nostra. Quod vero ad sensum spectat, variãt doctores in eo interpretando. Primo quidem Athanasius sermone de Deipara sic interpretatur, vt sint verba optantis, & hæsitantis in hunc sensum. Vtinam fieret quod dicis, de quo hæsito. Hæc tamen expositio omnino recipi non debet, quę multum perfectioni Beatæ Virginis detrahit, & sententiam ipsam detorquet: erediderat enim Beata Virgo Angelo nuntianti. Secundo. Ambrosius asserit illud verbum, fiat mihi, seu, contingat mihi, esse voti, & desiderij, coniunctũ tamen cum fide; credebat enim, & simul desiderabat. idemq; sentit Euthymius, quasi diceret, credo quod dicis, & desidero, ac opto vt mihi fiat. quæ quidem expositio videtur nonnihil detrahere humilitati Beatæ Virginis, quæ ita de se depresse sentiebat, vt non esset ausa desiderare, sed solum id præstitit quod Dominus exigebat, nempe consensum. Tertio loco Bernardus homilia 4. in Missus est, negat esse verbum optantis, dicit tamen esse uerbum orantis, & deprecantis, quasi deprecata esset, vt tale mysterium in ea peragetur. quæ expositio eadem de causa, qua præcedens non uidetur accommodata. Quarta igitur est sententia Augustini, quæ legitima videtur sermone 17. de Sanctis, nimirum esse verba consentientis, & assensum præstantis diuinæ voluntati; hunc enim consensum Angelus expectabat, & hic solum quærebatur. solet autẽ Scriptura eo uerbo vti in ea significatione. Danielis 14. Dixit Daniel Regi, fiat iuxta verbum tuum, id est, assentior, vt fiat, sicut dicis. Iosue 2. Dixit Raab ad exploratores, sicut locuti estis, ita fiat. ita nunc in præsenti dictum est; Fiat mihi secundum verbum tuum. Est autem verbum solius consensus expressiuum, non autem rei effectiuum, nec sicut illud Christi Matth. 15. Fiat tibi sicut vis, hoc enim non solum significatiuum consensus, sed factiuum rei fuit: at verbum Beatæ Virginis solum significatiuum, quo se consentire significauit, efficere autem quod annuntiatum erat, Deo ipsi proprium erat. Solet etiam Scriptura, eo uti uerbo in significatione optandi, & deprecandi, vt ex multis locis constat: tamen in hac sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare Dei Virginis cōsensū requisierit.

sententia verbum est assentientis & acceptantis. Dubitatio autem se offert, cum potuisset Deus concipi, & nasci de Beata Virgine, eius consensu non requisito; sicuti etiam de Adam dormiente Euam formauit, cur ipsius consensum habere voluit? Respondeo conuenientissime id esse factum. Primo quidem, quia in hoc mysterio sponsalitia celebrabantur Dei Patris cum Beata Virgine, & Filij Dei cum humana natura, & Christi cum Ecclesia, vt supra explicuimus: decuit ergo interuenire consensum eius, quæ sponsa Patris erat, & naturam humanam, ipsamque Ecclesiam repræsentabat: in sponsalitijs enim consensus vtriusque partis est. Secundo, vt sicut per consensum fœminę ruina hominum sumpsit exordium; ita etiam salus, ac reparatio, per fœminę consensum progrederetur. Tertio, vt significaret Deus aliter in creatione nostra, aliter in reparatione se habere voluisse: creauit enim nos, deditque esse sine nostro consensu, at salutem non impartitur nisi uolentibus: ideirco Euam dormiente Adam; Christi uero carnem, Virgine beata vigilante, & consentiente, formauit. Quarto, ut nos omnes obligaret Beatæ Virginis strictissimo uinculo charitatis. magno quippe affectu est à nobis prosequenda ea, cuius arbitrio salus hominum est commendata; non enim aliter voluit Deus homo fieri pro nobis, quam Beata Virgine libere consentiente. Multum profecto illi debemus, & quod caro Christi de ea sumpta est, & quod consensum liberum exhibuit. Quinto vt non solum efficeretur mater filij Dei, sed digne eum conciperet: fuit autem multum dignificata, quando vltra gratiam habitualem receptam, eximiam fidem, obedientiam, humilitatem, charitatem in eo concipiendo exercuit. quod factum est quando nuntio Angelico consentiens dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

ANNOTATIO CXIII.

VErbum illud (ancilla) profundæ humilitatis Beatæ Virginis est argumentum. vt enim Ambrosius annotat, quæ mater Dei eligitur, ancillam se appellat, quod humilitatis est tanto profecto maioris, quanto inferius est esse ancillam, quam esse matrem; esse seruam, quam esse Dominam. Vt autē hęc humilitatis profunditas intelligatur, notanda est Gregorij doctrina lib. 34. Moralium cap. 7. hoc nempe intēt superbos, & humiles interesse discriminis superbi enim si quid boni aut rectę facti habent, in eo oculos mentis infigūt, & à multis, quę minus recta sunt in eis, auertunt. humiles vero contrario se gerūt modo; ea in se, quæ minus recta, aut digna sunt, considerant, nec mentē iis considerandis, quæ laudabilia sunt, applicant, sicque in humilitate positi depresse de se sentiūt; quod enim in se bonum, perfectum, & magnū est, in Deū referunt, quod vero imperfectum, aut minus est, sibi tribuunt. Hoc nūc impletum cernimus in Beata Virgine: nā Angelus eam futurā esse matrem filij Dei, quę regnaturus esset in æternum, prænūtiauit; illa vero, id tribuens Deo, inentem id quod humilius videbatur, cōuertit, nępe quod ancilla sit, seq; in hoc opere, ex parte sua ancillari, & seruire Domino confitetur; quod quidem verū est. ait enim inquit Augustinus libro de Natura & gratia contra Pelagianos c. 34. Humilitas virtus tunc est, quando est cum veritate coniuncta; in mēdacio enim non nititur virtus: erat autem veritatis Beatam Virginem esse ancillam, & matrem, concipere, & ancillari, quamuis diuersis rationibus, ut docte tradit Gregorius lib. 9. epistola 61. Mater enim erat, & filiū concipiebat, aenus de eius substantia caro Christi opera Spiritus sancti formata est. Ancilla autem quatenus is, cui caro formabatur, Deus erat: vnde eius opera & concipere, & ancillari, & famulari fuit. Conuertit igitur oculum mentis in id, quod depressius videbatur, & se, quæ mater eligebatur, ancillam appellat, & concipere, ac parere, famulatum, ac ministerium vocat, & filium Dominum confitetur. quod profundæ eius humilitatis insigne est argumentum. Fuit autem humilitas hæc cum fide coniuncta; non enim ancillam

Insignis Mariæ humilitas i hoc verbum significata.

Differentia inter superbos et humiles.

Virgo mater Dei, & ancilla.

iam filij, nec conceptionem appellasset famulatum, nisi Deum esse crederet, quem erat conceptura. Aduerte autem aliud mirandæ humilitatis argumentū. Prænunciatur conceptura, & paritura filium Dei superueniente Spiritu sancto in eam, & obumbrante virtute Altissimi: ipsa vero non magnitudine promissionis illecta, sed obedientia iubentis Domini tracta consentit, quasi diceret: O Angele Dei magna mihi, & admirabilia promittis, sed scito me consentire, non tam ob excellentiā promissionis, quam ut uoci Dei obediam, eo quod ancilla sum Domini, non quod mater futura sum Dei. pl' apud me ualet, quod Deus hoc vult, quā quod magna sunt, quæ mihi promittuntur. miræ humilitatis, & obedientiæ profecto verbum est hoc. Non minoris autem fidei argumentum est illud verbum (secundum verbum tuum) si enim consentit, vt fiat secundum verbum Angeli; credidit ergo omnia, quæ ei Angelus dixerat; ea autem profecto magna sunt. nam etiam Trinitatis mysterium, & filij incarnationem, opus redemptionis, & regnum Ecclesiæ, & salutem æternam continent; hæc enim omnia nobis iam illuminatis verba ipsa significant, quæ sine hæsitatione vlla credidit Beata Virgo. Vnde merito Ambrosius hanc fidei magnitudinem commendans, inquit; Sacerdos Zacharias non credidit senem concepturam hominem, & puella sanctissima credidit Virginem concepturā Deum, & hominem, meritò audiuit: Beata quæ credidisti. Hæc Ambrosius. Postremo aduerte, ter locutum esse Angelum, nempe quando magnificis verbis salutauit, quando mira annuntiauit quando modum occultissimum reuelauit. His tribus sententijs Beata Virgo perceptis, & toto mysterio iam cognito satisfacit tribus verbis; Ecce, inquit, ancilla, quam tu Angele gratia plenam, & benedictam supra omnes mulieres salutasti. Fiat mihi id quod annuntias, nępe, Ecce concipies in utero, & paries filium, &c. Secundum uerbum tuum, ni mirum Spiritu sancto superueniente, & virtute Altissimi obumbrante.

Aliud fundamentum humilitatis argumētū B. Virginis.

Angelus ter locutus est B. Virgini.

Et discessit ab illa Angelus.

COMMENTARIA.

NE quis Angelum cooperatū esse aliquid in hac cōceptione arbitraretur, cum solā nuntiātis personā egerit, Euangelista, præstito Beatæ Virginis consensu, illum discessisse commemorat. Nō enim Angelorum opera, sed Spiritus sancti, & Altissimi uirtute formata est caro illa Christi, & mysteriū incarnationis confectū. Est etiā huius rei altera causa, nimirū ut p hoc Euāgelista significaret Angelū nō tātū ad nūtiandū, sed etiā ad requirēdū Virginis Beatæ cōsensū fuisse missum: hinc em est, qđ nō post suorū verborū prolationē, sed post sacræ Virginis respōsū discessisse narrat.

ANNOTATIO CXIV.

ATthanasius sermone de Deipara duo in his uerbis annotat. Vnū est Euāgelistā huius discessus meminisse, ne quis Angelū, aut eius uerbū carnem assumpsisse arbitraretur, cū non ille, sed filius Patri consubstantialis, verbumq; subsistens, & æternū, carnē induerit. Alterū est Angelo recedente cōtinuo Verbū factū hominē esse, non quidē Angelo præsente, nec post eius discessū mora tēporis intercedente. Hoc autē secundū assertū non oēs receperunt; uti enim diximus supra in annotatione 69. quidā existimarūt præsente Angelo, & ad prima salutationis verba, Dei filium induisse carnē, quā opinionē taquā falsā, & verbis Euangelistæ dissonā ibi reiecimus; non enim Verbū caro factū est, nisi postquā Beata Virgo consensum præstitit. Duo autē sunt, quæ potest aliquis merito in dubitationē reuocare. Vnum est, an saltē Angelo præsente post Virginis Beatæ consensū, Verbū caro factū sit, in quo non est tanta certitudo, quanta in eo, quod non sit factū ante cōsensū. Euthymius id affirmat; inquit enim discessisse Angelū simul ac Beata Virgo conceperat. Athanasij autē auctoritas plurimi facienda est in hoc, idque Euāgelistæ uerbis consentaneum videtur; si enim Angelo præsente celebratum esset incarnationis mysteriū, præmisisset

Post Angeli discessum Verbum caro factū fuit.

Dubiū duplex de incarnatione Verbi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ser utiq. Euãgelista quod factum erat, antequam Angelus discederet. Fauet etiam huic sententiæ ratio: nam cũ Angelus solam Nuntij personam sustinuerit, & consensum Beatæ Virginis explorauerit, his peractis non erat cur amplius moraretur.

Secundum uero est, an cõtinuo Angelo recedente Filius Dei carnem susceperit, uti Athanasius dicit. Hoc autem certius est, & à pluribus Patribus comprobatum. Sic enim docuerunt, Augustinus sermone 18 de Sanctis. Damascenus libro 3. de fide cap. 2. & Gregorius libro 18. Moralium cap. 27. ac Bernardus homilia 4. in Missus est: Responde, inquit, uerbum, & suscipe uerbum, profer uerbum, & suscipe diuinũ, emitte trãsitorium, & amplectere sempiternũ: quæ uerba nonnulla ex parte sunt Augustini. Gregorius autem sic habet: Nuntiante Angelo, & adueniente Spiritu mox Verbum in utero, mox Verbum carnẽ, manente incommutabili essentia, quæ ei est cum Patre, & cum sancto Spiritu coæterna, assumpsit intra Virginea uiscera. Hæc Gregorius. Est autem hoc loco cauendum ab hæretico quodam dogmate, quod Origenes scripsit libro 2. Periarch. cap. 6. quodque Damascenus libro 4. de Fide, cap. 8. damnat, & deliramentum Origenis appellat, & habetur in quodam libro 2. de Incarnatione, inscripto Augustini nomine, cum reuera non Augustini, sed Origenis sit talis doctrina. Hoc autem est, Verbum unitum fuisse animæ sola à principio creaturæ; asserebat enim animas solas multo ante corpora creatas, tuncque animam Christi assumptã à Verbo, corpus uero sumptum esse, quando facta est per Angelũ annuntiatio: immo dicebat Origenes aliter Verbum uniri carni, seu corpori non potuisse, nisi prius animæ unitum esset. Hæc autem doctrina, quantum ad utramque partem, Catholicæ fidei aduersaria est: fide enim tenere, & confiteri debemus animam Christi non extitisse ante corpus, sed tunc cum formata est caro, esse creatam, simulque corpori seu carni infusam, ipsique copulatã. Verbumque eodem tempore, & instanti cõpositam ex anima & corpore naturam assumpsisse, suæque copulasse personæ; sicque uerbum æternum, naturam humanam induisse, ut & animam & carnem sibi etiam immediate copulauerit. cui sententiæ argumento est mors ipsius Saluatoris, in qua sic anima est separata à corpore, ut utrumque permanserit diuinitati unitum, & uerbi persona in utroque substiterit, quod non esset, nisi quia sic naturam compositam ex anima, & corpore induerit, ut vtramque partem sibi immediate copulauerit. Quod si Augustinus lib. 10. Ciuit. Cap. 29. affirmauit Verbum Dei per animam assumpsisse corpus, non sic intelligendus est, quasi prius animam postea sumpserit corpus, aut quod immediate animam, mediate uero corpus sibi copulauerit, cum simul utramque partem immediate suæ vniuerit diuinitati, sed id voluit docere, Verbum non sumpsisse carnem, nisi quia animæ rationali erat vnita: nisi enim corpus animatũ esset, & quidẽ rationali anima, à Verbo sumptum non esset, eo quod quamuis corporis, & animæ Saluator sit, animæ tamen salutem præcipue allaturus uenie-bat. & hoc Catholici Doctores indicãt, quando dicunt sumptum corpus mediante anima, tamen re uera immediate vtrumque diuinitati copulatum est, idque simul, fallitur ergo Origenes multum in ijs, quod scripsit, & in eo etiam quod tradidit, non posse Verbum uniri carni, nisi uniatur animæ, cum certum sit, in triduo mortis, etiam corpori sine anima, quæ corpus informarat, unitum permansisse. Hæc fusius prosequi non est præsentis instituti: quæ autem dicta sunt ad sententiæ propositæ intelligentiam sufficere uidentur.

Cauendus Origenis error.

Exurgens autem Maria in diebus illis abijt in montana.

COMMENTARIA.

POst Angeli annuntiationem, & filij Dei conceptionẽ, quid proxime Beata Virgo fecerit, enarrat Euangelista; audito enim nuntio de Elisabeth conceptione, continuo à Galilæa profecta est in Iudeam, ut illam uisitaret. Dicit ergo, illis

illis diebus, nimirum conceptioni proximis, atque nondum mense illo sexto completo, exurgens Maria abijt in montana, loca montuosa Iudææ, in quibus erat ciuitas, ubi habitabat Elisabeth. Dicitur autẽ exurgens abijsse, primum ad significandum situm loci; erat enim ciuitas Nazareth, à qua proficiscebatur humilior, atque depressior montanis Iudææ. qua de causa, quando Christus è Galilæa in Iudæam proficiscebatur, ascendere dicebatur. Matth. 20. Et ascendens Iesus Hierosolymam dixit: Ecce ascendimus Hierosolymam. deinde etiam ad insinuandam continuam Beatę Virginis quietem, qua solita erat intra domus suæ parietes inclusa manere; nunc autem Spiritu Sancto ducta, imo impulsa surgens egreditur in montana. demum ad indicandã alacritatem animi, qua hoc iter susceperat. Cætera in Annotatione perlege.

Maria quando abijt in mõtana Iudæa.

ANNOTATIO CXV.

TRia sunt in hac sententia inquisitione digna. Primo quidem, quando Beata Virgo iter istud susceperit. Secundo qua de causa Elisabeth visitauerit. Tertio, quæ sint hæc montana, in quæ abijsse dicta est.

Quod ad primum spectat, S. Bonauẽtura, diluculo illius diei, seu noctis, in qua concepit, profectam esse existimat. Hoc tamen dictum ex Euangelica lectione deduci non potest, immo contrarium verba ipsa ostendunt. dicit enim illis verbis abijsse, non igitur tanta celeritas fuit in itinere suscipiendo, ut intra paucas horas sit profecta: si enim ita factum esset, non sic Euangelista scripsisset. dum igitur dictum legimus, in illis diebus, non continuo, nec eodem die iter susceptum esse significatur, sed vno, aut altero die intercedente, idque est multum verisimile; non enim credibile est vicinis insalutatis repente recessisse, ne quid sinistrum cogitandi pulo occasionem daret. Quamuis autẽ certus numerus dierum ignotus sit, hoc tamen certum est, non multo post esse profectam.

Quod vero ad secundum attinet, varia est Doctorum responsio. Primo quidem respondet Theophylactus, Beatam Virginem tamquam prudentissimam visitasse cognatam, ut maiori certitudine certior fieret, num uera dixisset Angelus de Elisabeth conceptu, vt ex hoc de suo magis confirmaretur. Bonauentura autem huic sententiæ consentiens inquit, illam abijsse ad explorandam ueritatem. Secundo loco respondet Euthymius abijsse, ut infante in utero exultãte, & illa prophetante maiorem conciperet celsitudinem. Tertio loco, Ambrosius aliter respondet. uerba eius sunt: Vbi hoc audiuit Maria, non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuntio, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi læta pro uoto, religiosa pro officio, festina præ gaudio, in montana perrexit. Hæc Ambrosius.

Quare Maria visitauerit Elisabeth.

In huius difficultatis resolutionem nonnulla dico. Primo quidem, si principium efficiens quærimus, certum est Spiritu Sancto inspirante, & excitante Virginem Beatam iter hoc suscepisse. Et in hoc non est controuersia, non quod Spiritus sanctus reuelauerit ei, vt abiret, quandoquidem id Euangelista expressisset, si factũ fuisset, sed quod animũ eius impulerit ad tale iter, quod Ambrosius sentit, dicens: Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia. Hoc dictum cõstat tum ex ipsius Virginis Beatæ excellentia, & gratiæ plenitudine, quæ in suis actionibus peculiari quadã prouidentia à Spiritu Sancto dirigebatur, tum ex ipsius itineris effectu consecuto; Ioannes enim ab originali mundatus peccato, una cum matre Elisabeth aduentum Christi diuina reuelatione cognouit, ipsaque adeo Beata Virgo mira quædam diuino instinctu prophetauit. Cum igitur hæc effecturus esset Spiritus Sanctus, per hanc Virginis profectionem, nemini dubium esse debet, excitasse Beatam Virginem, ipsique inspirasse iter illud suscipiendum. Secundo mihi est ualde probabile, fieatam Virginem ex ipsius Angeli uerbis cognouisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnouisse Dei voluntatem, vt Elisabeth inuiseret, idemq; Angelum insinuasse, quando dixit: Ecce Elisabeth cognata tua. cum enim diuino lumine esset illustrata, plura ex uerbis Angeli cõprehendit, quam nos, & quicumque alij, qui eam luminis claritatem non habẽt. Deo igitur inspirante, & Angelo insinuante profecta est mater Dei; non enim credibile est, proprio consilio solo dictam huiusmodi peregrinationem suscepisse. Tertio. Alius fuit Spiritus sancti, excitantis Beatam Virginem ad iter peragẽdum, alius ipsius Beatæ Virginis finis. Explico. Spiritus sanctus intendebat per hoc iter ea efficere, quæ facta sunt, quæque in primo dicto exposuimus, nempe Ioannem sanctificare, aduentũ Christi in carne præsentem reuelare, & cetera, quæ in eo mysterio explicando narrabimus, at Beata Virgo cum hæc nesciret, non immediate intendebat, nisi eo ipso, quo voluntatem Dei exequi & in hoc, & in omnibus studebat. dico nescisse hæc à principio, quia non habemus certitudinem ullam, neque ex Scriptura, nec ex Ecclesiæ traditione, nec ex Patrum doctrina, Beatam Virginem hæc omnia nouisse tunc cum profecta est. Quarto. Causa quam Theophylactus adfert, nullatenus est recipiẽda: nam ei Euangelica uerba aduersantur. si enim id locum haberet, fatendum esset Beatã Virginem non credidisse Angeli testimonio, cuius oppositum ex Euangelio cõstat; Ecce, inquit, ancilla Domini; fiat mihi secundum uerbum tuum, Quomodo diceret, fiat mihi secundum verbum tuum, si non credidisset? Quod si dicas, credidisse id, quod de ea annuntiatum erat; non autem quod de Elisabeth, hoc profecto nemo rationabiliter dicere potest: nã si credidit, quod difficilius erat, certe quod facilius fuit, etiam credidit: & a contrario, si non credidit facilius, & quod in confirmatione prioris adferebatur, consequitur, vt nec hoc crediderit. Præterea inquit Theophylactus hoc iter suscepisse, ut de suo conceptu magis cõfirmaretur. Quod dictum etiã veritati aduersatur: nam sciebat, se iam concepisse filium Dei: non ergo erat, cur confirmationem quæreret. Tenendum ergo est cum Ambrosio, Beatam Virginem, quæ omnia Angeli dicta perfectissime crediderat, & se concepisse iam erat experta, hoc iter non suscepisse propter hdem. Quinto. Non etiam est probanda causa Euthymij, nempe abijsse, ut maiorem reciperet celsitudinem. quamuis enim id Spiritus sanctus intẽderit, tamen Beata Virgo nondum sciebat, quod futurum erat, nec quid Deus in hac uisitatione facere uellet. Vnde nõ potuit ea de causa iter suscipere. Sexto. Existimo Beatam Virginẽ iter suscepisse, ut voluntatem Dei exequeretur, quam ex Angeli uerbis, Deo ipso inspirante, & excitãte assecuta est: & quãtis congratulatura cognatæ suæ, & ieiunio ficium exhibitura venerit ex charitate, & desiderio mirabile opus Dei proptijs oculis cernendi, ut dicit Ambrosius, tamen hæc non fuissent tanta, ut iter hoc susciperet, cum sciret se filium Dei habere in utero, nisi accessissent illa duo, quæ dicta sunt, nimirum, uerbum Angeli Dei voluntatem insinuantis, & Spiritus sancti instinctus & excitatio; Virgo enim iuuencula, & filium Dei in utero habens, Spiritus sancti, & Altissimi vitute operantibus, numquam aliter ad tale iter suscipiendum se accinxisset.

Quod uero ad tertium spectãt, nempe, quæ sint montana hæc. Aduertendum Græce esse in singulari numero τὸ ὄρεινὸν. Euthymius autem esse putat proprium nomen ciuitatis illius, in qua Elisabeth habitabat. cui expositioni aduersantur uerba ipsa: nam sequitur: in ciuitatem Iudæ. Si autem illud esset nomen proprium ciuitatis, dicendum erat in ciuitatem, quæ uocatur Montana, sicut dictum est supra de Nazareth, aut in Montana ciuitatem Iuda, ut hoc secũdum esset expositio prioris: at non sic dicitur, sed apposita est præpositio (in) quasi aliud sit hoc à priori. Probat hoc ipsum, quod inferius dicitur: In omnia montana diuulgabantur uerba hæc: etiãsi enim sit in singulari (in omni montana) tamen constat non esse nomẽ proprium vnius ciuitatis, sed commune loci, seu regionis; pars enim illa Iudææ, quæ mõtibus plena erat, & in qua multæ ciuitates, seu oppida sita erant, dicebatur, Mõtana, & in hac inter alias erat ciuitas, in qua erat Elisabeth. Euangelista autem non solum narrauit Ciuitatem, sed etiam Regionis qualitatẽ, vt iter magis commẽdaret, & ex mysterio factum esse indicaret, erat enim difficile, & arduum, vt esse solet iter. quod per talia loca conficitur. Inquirũt quidam recentiores, an cum sponso Ioseph fuerit profecta, & respondent affirmatiue, quorum responsio non est ulla ratione recipienda: si enim cum sponso abijsset, nouisset vtique Ioseph mysterium conceptionis. Elisabeth clamante, & ad salutationem Beatæ Virginis dicente: Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? & ipsa Virgine respondente Magnificat anima mea Dominum, &c. Constat autem ex Euangelio, Ioseph multo post nouisse mysterium, quando voluit dimittere eam, & ab Angelo didicit quod gestum erat. non ergo profecta est cum Ioseph. Credibile autem est pro communi honestate, & decẽtia, aliquã fœminã comitẽ habuisse uię, nec solam iter hoc longum suscepisse.

Maria non habuit Ioseph socĳ itineris quando abijt in montana.

Quæ fuerit hæc montana Iudææ.

Cum festinatione.

COMMENTARIA.

FEstinanter, & properanter iter conficit, quippe quæ voluntatẽ Dei exequebatur, quem mira quædam ad suam gloriam declarãdam hac Mariæ visitatione perfecturũ sperabat. stimulabat etiam illã charitas erga proximum, feruensque & ardens desiderium maximæ vtilitatis, quam Elisabeth, & Ioanni iampridem concepto, hoc iter diuina voluntate susceptum allaturum non dubitabat. His accedat, festinatione hac effeciße, ut à locis publicis, & hominum aspectibus cito euaderet, & in domũ Elisabeth penetrale se absconderet. Hoc verbo diuinum esse conceptum Beatę Virginis Euangelista ostendit; duobus enim tẽporibus grauidis motũ interdicitur, & in principio videlicet conceptionis; cũ cõceptus mollis, & tenerrimus est, ac facile à matrice solubilis; atque etiam prope finem, post sextum saltem mensem, quando grauis est fœtus, & pondere suo per motum matris seipsum sua grauitate abrumpit: at conceptus hic diuinus est, qui nec motu matris in principio cõceptionis soluitur, quamuis iter longum, & asperum, ac cum festinatione susceptum sit, quod etiam postea cõfirmatum est, quando vicina etiam partui, iter simile confecit.

In ciuitatem Iuda.

COMMENTARIA.

IN regione mõtana oppida multa sita erant in sorte, seu possessione Tribus Iuda, in quorum uno habitabat Elisabeth, in quod peruenit Beata Virgo de Galilæa. Quæ autem ciuitas sit hæc, in annotatione require.

ANNOTATIO CVI.

ALbertus Magnus, & Bonauentura, quibus recentiores quidam cõsentiunt, ciuitatẽ hanc existimant esse Hierusalem. quibus si obijcias, eam non ad Iuda, sed ad Tribum Beniamin pertinere, respondent dictam esse ciuitatem Iuda, quia Dauid de manu Iebusæorum eam accepit, vt habetur 2. Regum 5. adcirco eius tribui fuit adscripta. Huic sẽtentiæ obstat, quod nunc in Scriptura legimus, Hierusalem eo nomine esse appellatam, nec credibile est Euangelistã nouum nomen inducere voluisse, cum multo potius, & apertius diceret in Hierusalem. Quidam alij affirmant esse Betheleem, eo quod in quodam exemplari Græco se legisse tellantur (in ciuitatem Dauid) quæ lectio si vera esset, dubitationi locus non daretur, cum eo nomine Bethleem dictam legamus Ioan. 7. Nonne Scriptura dicit, quia de semine Dauid, & de Castello vbi erat Dauid? Cum vero exemplaria fere omnia & Græca, & Latina habeant (ciuitatẽ Iuda) sicque etiam antiqui Doctores interpretentur, nec eo nomine appellata fit Bethleem, non videtur ea significari. Dicendum ergo est Euangelistam non explicuisse in particulari nomẽ oppidi huius, sed tantum regionem montanam, & vnam quandam ciuitatem illius. Quod si hisce verbis aliqua in particulari

Quæ fuerit hæc ciuitas Iuda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticulari significata est, forsan nō improbabiliter dici vnum potest. In cuius declarationem annotanda sunt, quę scribuntur Iosue 21. cum enim duodecim Tribubus tota terra promissionis diuisa, & dispertita esset, in singulis portionibus Tribuum oppida assignata sunt pro Leuitis, quæ nullam certam seu separatam partem obtinebant, sed per singulas erant diuisi, vt suo ministerio inseruirent omnibus; ijs autem, qui erant de Aaró, vtpote sacerdotibus, in tribus Tribubus, quæ sibi erant confines, assignata fuerunt tredecim oppida, nempe in Tribu Iuda, Simeon, & Beniamin, ea de causa, vt sacerdores essent vicini Templo ædificando in Hierusalem. Inter ciuitates autem de Tribu Iuda, & Simeon assignatas pro sacerdotibus, prima numerata est Hebron, quæ in monte sita esse ibi narratur; hæc enim erat præcipua pro sacerdotibus. forsan ergo Euangelista hanc significare uoluit, quando dixit: in Montana in ciuitatem Iuda, uolens indicare Hebron, quæ in monte sita, vna erat ex ciuitatibus assignatis in Tribu Iuda pro Sacerdotibus qualis erat Zacharias. Quod si hoc non placet, saltem sic intelligendus est Euangelista, ut significare uoluerit tantum, vnam fuisse ciuitatē ex ijs, quæ assignatæ erant pro habitatione Sacerdotum in portione Iuda. nam alię etiā assignatæ sunt pro eisdem in Tribu Simeon, & in Tribu Beniamin. Ex hoc tamen constare potest, non esse Hierusalem, nā hæc non est computata inter tredecim illas assignatas, sicut nec Bethleem.

Et intrauit in domum Zachariæ.

COMMENTARIA.

CVm esset Elisabeth cognata Beatæ Virgini, ea familiaritate vsa est, qua solēt homines vri cū cognatis; in eorum enim domos diuertunt etiam non inuitati, hoc etiam Beata Virgo præstitit, & maxime cum Dei instinctu duceretur, & ignara non esset, suam præsentiā, & hospitiū magnū cōmodū allatura ipsi Elisabeth. Dom⁹ autē à sexu principaliori appellata est, nēpe à viro, q erat Zacharias, quāuis non propter eū precipue venerit.

Et salutauit Elisabeth.

COMMENTARIA.

BEata Virgo præuenit ipsā Elisabeth salutatione, hic enim mos cōmunis est, vt q ad alios accedūt, ipsi primi eos salutēt. fecit etiā hoc feruēs caritas, & profunda humilitas ipsius Beatæ Virginis, q in huiusmodi officijs non permisit se præueniri. Zachariā autē salutasse nō narratur, vel quia absens tunc erat, vel quia prima ei occurrit, disponēte sic Deo, Elisabeth p certū esse nō dubito. Præterea quia mut⁹ & surdus & cū adhuc esset, verbis salutari nō potuit. quod si postea signis id factū est, ad historia eorū, q narranda erāt ab Euāgelista, id describere nihil faciebat, idcirco prætermissū est. Quib⁹ autē verbis vsa sit B. Virgo in salutādo, nescimus. Quanta vero salutationis ei⁹ fuerit virtus, hoc ex Euāgelista didicim⁹.

Et factum est, vt audiuit salutationē Mariæ Elisabeth.

COMMENTARIA.

QVantæ efficaciæ & virtutis salutatio B. Virginis fuerit, ex ijs, quæ p eā Deus effecit, Euangelista describit; Factū est, inquit, audita salutatione Mariæ ad Elisabeth. Verbū illud (factū est) op⁹ insigne, & mirabile, & à cōsilio, nō casu factū indicat. nō enim dictū est, vt audiuit salutationē Elisabeth, sed factū est, quasi op⁹ diuina prouidētia dispositū, ac quid excellens, p ad cōmunes hominū salutationes nō fit. quid autē factū sit, ftarim exponit. perfectiorem explicationem in annotatione perlege.

ANNOTATIO CXVII.

ATtende salutationem Beatæ Virginis, verbaq; ipsa non tantū signi catiua, sed etiā effectiua fuisse, velut instrumenta quædā, per quæ diuina Omnipotentis virtus operata est in Ioanne, & Elisabeth, quæ sequentibus uerbis narrantur. Sicut enim verba hominis, per quos Deus mira operatus est, erant significatiua, & efficacia, quale fuit illud verbum Iosue 10. Sol cōtra Gabaonem ne mouearis, & Luna contra vallē Aialon, quod Solē stare fecit Deo operante per hominis verbū. Et sicut verbū Petri Act. 3. Surge, & Ambula, claudū ambulare fecit, fuitq; instrumentum virtutis Dei: Et sicut verbū sacerdotis: Ego te absoluo, aut, Ego te baptizo, nō tantū significant, sed etiā efficiunt; ita etiā verbum salutationis Beatæ Virginis significatiuum fuit, & effectiuū, per quod Deus & Ioannem purgauit à peccato, & ipsum, & matrem Spirito Sancto ad fidem veram Christi incarnati profitendam, & ad mira prophetanda, impleuit. cum enim Christus Beatę Virginis Spiritu sancto plenæ, vterū quasi nouus hospes incoleret, voce matri vti voluit loco vocis propriæ, ad saluté efficiendam in Ioanne. & Elisabeth, quod significat Euangelista dicens: Factū est, vt audiuit salutationē Marię Elisabeth, quasi diceret: Salutatio autes Elisabeth exteriores sono vocis attigit, sed intra eam diuina uirtus per illas uoces operata est. Hæc doctrina ante me tradita est à Cyrillo libro de recta fide, ad Reginas, capite ex Euangelio secundum Lucā, ubi recitatis his verbis, & illis, quæ Elisabeth protulit (Vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis) sic inquit: Salutatio sanctæ Virginis Mariæ adhuc secum Iesum ferentis in utero, mouit Ioannem ad prophetiam quomodo nō Deus Christus etiam in vtero Virginis diuino more Baptistā ad prophetię virtutem moueret? Hęc Cyrillus; probat enim Christum in vtero Deū esse, quia per matris vocem Ioanni in vtero matris suæ donū prophetię infudit. quod enim uoce, & salutatione sua Christus effecisset, si extra vterū esset, hoc ipsum per matris salutationem effecit. confirmat hoc idē Ambros. lib. Institut. Virg. c. 7. vbi sic habet: Tanta gratia Mariæ, vt non solum in se Virginitatis gratiam reseruaret, sed etiam ijs, quos viseret, integritatis insigne conferret. Visitauit Ioānem Baptistā, & in utero matris, priusquam nascereturexultauit. Ad uocem Marię exultauit infantulus, obsecutus, antequam genitus. Nec immerito manfit interger corpore, quem tribus mensibus oleo quodam suę præsentię, & integritatis vnguēto Domini mater excecuit. Hęc ille.

Exultauit infans in vtero eius.

COMMENTARIA.

ECce vnum ex ijs, quæ diuina Christi virtus p matris salutationē effecit, nimirū, ut Ioannes intra uterū exultaret. Sicut enim per os matris locutus est Christus, ita p aures Elisabeth Ioannes persensit. Hoc enim ipsa mater statim explicat. propterea Euangelista nō omnia verba refert, referuās narrationi verborū matris, in quibus adiectū est uerbū (in gaudio) q causam exultationis explicat. gauisus est enim infans in anima, & gaudiū prę magnitudine in corpusculū se dilatauit, motuq; corporeo matri significauit gaudiū, q mente cōceperat. Si gauisus est Ioannes in utero, nec esse est, mēte obiectū aliquod gaudij præsensisse; non enim uoluntas fine mentis cognitione mouetur. gauisus est autē, quia nouit præsentiā Christi, Virginis, & matris, quā motu exultationis loco uocis significauit, gauisus est etiam donis sibi collatis, purgationis à culpa, prophetiæ, ac gratiæ fidei, ceterarūque virtutum.

ANNOTATIO CXVIII.

SVperius in annotatione 23. disputauimus de sanctificatione Ioannis in vtero, propter Augustinum, qui id negabat in Epist. 57. ad Dardanum. Nūc consideranduin est, an quando in utero exultauit, nouerit Saluatorem, donū que prophetię acceperit, cum gratia, cęterisque infusis virtutibus, (loquor autem non de solo habitu, sed etiam de actu ipso) ita ut usum rationis liberiq; arbitrij acceperit. Fatetur Augustinus hanc exultationem in gaudio, fieri non potuisse, nisi operatione Spiritus sancti. Confitetur etiam accelleratū esse vsum rationis & in uentre nouisse Saluatorē, idque

An cum Ioānes exultauit in vtero acceperit gratiam reliquas virtutes & vsum arbitrij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

idque ex gratia, seu beneficia singulari. Cum vero Augustinus ipse neget sanctificatum fuisse Ioānem intra uterum, difficile sustineri poterit quod affirmat, nempe habuisse Ioannem donum prophetiæ actuale, vsumq; arbitrij; si enim tunc credidit, nouitque Saluatorem, profecto vix potest negari fidem illam viuam fuisse, & consequenter sanctificatum esse. At vero communis Patrū consensus est, non solum in utero sanctificatum, sicut per baptismum sanctificantur infantes, vsu arbitrij, & rationis carentes; sed etiam nouisse actu Saluatorem, testimoniumque motu exultationis reddidisse, & prophetam ab vtero extitisse, liberique arbitrij vsum obtinuisse, mutuoque infantes se agnouisse, sicut & matres. quam sententiam communem profecto verbum illud (in gaudio) quod mater ipsa expressit, significat; exultatio enim non solum motum corporis, sed gaudium animæ significat: quod tam vehemens est, ut intra mentem se continere non valens, ad corpus ipsum etiam se dilatet. hoc autem gaudium nemo non videt esse non posse sine usu rationis, & mentis notitia. Idipsum ratio ipsa ex Euangelica historia desumpta comprobat. Si enim mater Elisabeth ad Virginis salutationem, & Christi præsentiam impleta est Spiritu sancto, quomodo non est impletus & filius, qui causa præcipua erat visitationis, à Spiritu sancto suggestæ, & ab Angelo insinuatæ? Hoc etiam ipsa eius mater significauit; Ecce, inquit, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in gaudio. Repleta erat mater Spiritū sancto, & prophetabat, & salutante Beata Virgine id effectum erat, non tamen hoc refert Elisabeth, sed in id quod filij erat intendens, quasi per eum ipsa recipiens, exultationis eius meminit. Accedat his auctoritas communis Patrum. Irenæus lib. 3. cap. 18. de Ioanne loquens, inquit: Cognouit Dominus in utero, & salutauit exultans. Ambros. lib. 5. de fide cap. 4. Exultatione, inquit, cognouit. Et Sermone 63. in utero prophetasse dicit. Cyrillus etiam, libro de recta fide ad Reginas cap. de Euangelio secundum Lucam, quod paulo ante citauimus, probat Christum in utero Deum fuisse, quia Ioannem ad prophetandum mouit; solius autem est Dei inspirare prophetas. Cyrillus etiā Hierosolymitanus Catechesi 3. de Ioanne sic inquit: Qui cum gestaretur in utero, à Spiritu sancto sanctificatus est. erat quidem Ieremias sanctificatus in utero, sed non prophetauit in vtero; solus Ioannes in utero existens exultauit in gaudio, & corporeis oculis nihil uidens, Spiritu Dominum cognouit. Chrysostomus in homilijs aliquot in Ioannem, homil. 2. Tomo 3. Nouit, inquit, Christum ab infantia, immo in utero matris nouit, & eum salutauit. Leo ser. 4. in Ephipa. nondum natus, inquit Ioannes prophetica exultatione commotus est, quasi etiam intra matris viscera iam clamaret: ecce agnus Dei. hęc ille. Gregorius etiam lib. 3. Moralium cap. 5. intra matris, inquit, vterum spiritu prophetæ repletus est. Accedat his Ecclesiæ auctoritas, quæ hoc ipsum in officio canonico festiuitatis Ioannis confitetur, sic enim inquit: Ventris abstruso recubans cubili, senseras regem thalamo manentem. Hinc parens nati meritis uterque abdita patdit. Interrogabit aliquis. An usus hic arbitrij, & rationis perseuerauerit in Ioanne, an solo illo tempore, quo visitatio facta est, perduraverit. Non desunt recentiores, quid id sentiunt, existimantes non permansisse usum illum rationis in Ioanne, sed recessisse vsque ad tēpus, quando cæteris infantibus aduenire solet, sicut spiritus prophetiæ datus alicui non semper perseuerat. Sed contraria est sententia Ambrosij, nempe vsum arbitrij perseuerasse in Ioanne: dicit enim mansisse Beatam Virginem tribus mensibus ad profectū Ioannis; nō autē ꝓficere potuisset nisi arbitrio vsus esset, idque ratio ipsa conuincit; si enim ad Saluatoris, & matris Virginis præsentiam vsum recipit arbitrij, cum eadē præsentia perseuerauerit vsque ad eius natiuitatem, profecto etiam perduravit rationis usus. Non est etiam verisimile dono, quod habuit in utero, fuisse priuatum extra uterum.

Et repleta est spiritu sancto Elisabeth.

COMMENTARIA.

ECce alterum, quod per salutationem Beatæ Virginis virtus Christi existentis in vtero effecerit: repleuit enim Elisabeth Spiritu sancto, nempe fide, vt agnosceret Saluatorem, & prophetia, vt occulta, & quæ futura erat, mysteria prænūciaret; prius tamen impletur filius, postea implerur & mater. reuelato enim Christo Ioanni, reuelatur ēt ipsi Elisabeth, audiuit vocis sonum prior mater, sed vocis virtutē prior recepit filius; vterque tamē a Christo per verbum Virginis, in cuius vtero gestabatur. Verbum replendi abundantiā donorum Spiritus significat, quæ Elisabeth sunt infusa.

Et exclamauit voce magna, & dixit.

COMMENTARIA.

CVm repleta esset Spiritu sancto Elisabeth, voce magna clamat, non quod Beata Virgo ad audiendum clamore vocis indigeret, sed quod magna, & admiranda, ac insperata, quæ sibi reuelabantur, erant, & ad quæ propalanda vehemētia Spiritus sancti impellabatur, quæque non pro se sola, sed etiam pro filio ad matrem, & ad filium loquebatur. duas ergo, & propriam, & filij personas agens, ad duosque, nempe Christum, & matrem sermonem dirigens, clamat.

Benedicta tu inter mulieres.

COMMENTARIA.

SAlutat Elisabeth matrem, & filium: prius quidem matrem, cuius vocem audierat; posterius filium, cuius virtutem senserat. Salutat autem per verbum non optantis, sed afferentis, & confitentis, ac congratulantis: Benedicta, inquit, tu es inter mulieres, talē te credo, & confiteor, tibique toto cordis affectu congratulor, quæ tanto beneficio a Deo affecta es, vt filium Dei Virgo cōceperis, qua benedictione cunctas fœminas excellis. Nimirū Spiritu sancto reuelāte nouerat Elisabeth omnia, quæ facta fuerāt Angelo nūtiāte, & diuina potentia operāte; idcirco Angeli salutatione vsa est, & Beatā Virginē a tāti filij cōceptione cōmendat. hæc. n. est bñdictio, propter quam maxime prædicat eā super omnes fœminas benedictam.

Et benedictus fructus uentris tui.

COMMENTARIA.

CAusa est, explicans, cur benedicta inter mulieres eā confessa fuerit: Benedictus, inquit, fructꝰ ventris tui, ea de cā, o Virgo beata, te benedictā prædico, quia fructum benedictū in tuo ventre concepisti, & portas, benedicta es tu, & benedictus est fructus ventris tui, sed iō tu benedicta, qa ille benedictus est. Est aūt fructus conceptus benedictus, qa filius Dei est, illaque caro de te cōcepta diuinitate ipsa sanctificata est, vt non homo merus, sed Deus, & homo sit, indeque omniū benedictionum fons, & origo. Particula (&) causalis est, ut alijs in locis Scripturæ vsurpari solet. Fructꝰ aūt uentris filij dici solent. Ps. 126. Filij merces fructus uētris. Alludit aūt ad prophetiā Ps. 131. De fructu uētris tui ponā sup sedē tuā. Apertis uerbis sensus totus est, Bñdicta mater super cūctas fœminas, q̄ cōcepisti filiū benedictū super omnes.

ANNOTATIO. CXIX.

AVgust. Epist. 57. ad Dardanū legit: Beata tu inter mulieres. & beatus fructus uētris tui. Græca tū magis sonāt benedictā, & benedictū, nec est idē uocabulū cū eo, quod inferius dr̄, Beata, q̄ credidisti. Quod aūt ad sensum spectat, Christus rōne humanitatis, secundū q̄ conceptus erat de Virgine, benedictus dr̄, tum pp se, tū propter nos: pp se quidē, qa humanitas illa summis est beneficijs a Deo affecta, quippe quę diuinitati est unita in psona filij Dei, & ab ea, vta

Quārē ne Christus dicatur benedictꝰ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fonte inexhausto omnibus donis, gratijs, ac virtutibus est referta, & cumulata. Ioānis 1. Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti a Patre, plenum gratiæ, & veritatis. Propter nos autem, quia omnis nostra benedictio spiritualis ab ipso, & propter ipsum est. Ephes. 1. qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in Christo. & 1. Corinth. 1. Ipse factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Vtrumque autem coniungitur Colos. 1. In ipso, inquit, cō placuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare, & per eum recōciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem Crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Aduerte autem omnem fructum mulierum fuisse, & esse maledictum, quia omnes in peccato concipimur; solus Christus benedictus fuit, quia sanctus, & de Spiritu sancto conceptus, quæ benedictio propria, & singularis est Christo; quamuis enim, vti sæpe diximus, Mater Dei fuerit sine peccato concepta, id tamen fuit ex priuilegio, & non ex natura propagationis. merito ergo Elisabeth vtramque benedictionem commendat, & admiratur: numquam enim fœmina extiterat, quæ talem filium concepisset, neque filius vllius fœminæ, qui de Spiritu sancto esset. Vtraque benedictio noua, & singularis erat, nec ante, nec post habitura similem, aut æqualem. Aduerte prætorea, dum fructum ventris, Christum appellat, veram Christi carnem, non apparentem tantum, vt Pharisæi blasphemant, de Virgine etiam assumptam, & eiusdem cum ipsa substantiæ, non, vt Valentinus, alijque similes dogmatizarunt, confitetur, & vere quidem, vtpote Spiritu Sancto repleta. Attende etiam Elisabeth vocasse Christum fructum; hoc enim nomine confitebatur Elisabeth, in nostrā vtilitatem & salutem Christum carnē sumpsisse; sicut fructus est in cibum, & nutrimentum, ac vtilitatem comedentium. sic enim Isaiæ 7. dictum est: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et Ioan. 3. Vt filium suum daret, vt omnis, qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Quomodo Elisabet fructum ventris Christi appellat.

Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini ad me?

COMMENTARIA.

QVę matrem, & filium commē dauerat, suam nunc indignitatem prædicat, seque indignam confitetur, quæ a matre Dei visitetur, & sicut postea filius eius Ioannes, cum Christus ad eum accederet; indignum se vocauit: ecce, inquit, debeo baptizari a te, & tu venis ad me? ita nunc & mater simili vtitur confessione. Vnde, inquit, hoc mihi, vt veniat mater eius, qui Dominus meus est, ad me. Illud (Vnde hoc mihi) non est ignorātis, sciebat enim Elisabeth, non proprijs meritis, sed summa Dei benignitate, & largitate se id obtinuisse, sed admirantis est, ac omne meritum ac dignitatem propriam negantis, quasi diceret: Nihil est in me meriti, propter quod debuerim tanto honore affici, sed ex summa, & admirabili Dei beneficētia hoc est. Dominum suum appellat, quia Christus Deus erat, ac Dominus, & vt Angeli verbis conformetur, qui dixerat, Dominus tecum. Perpende quantam confitetur matrē, vt ea, quæ tantum filium, quantus Ioānes erat, tantoque miraculo cōceperat, indignam se censeat, quæ ab illa visitaretur. Matrem autem appellat etiam ante partum, ia quenim conceperat filium.

ANNOTATIO CXX.

CYprianus lib. 2. contra Iudæos. nu. 8. legit, vnde hoc mihi contingit? sensum potius secutus quam verba; nā supplendum est illud, aut simile uerbū. Interrogabit autē aliquis, cur Beata Virgo se ancillā Domini, Elisabeth autem matrem Domini appellauit? Vtrumque quidem verum est, nā & ancilla, & mater erat, vt ante diximus; sed hæc ratio non satisfacit interrogationi. Si enim vtrumque uerum erat, cur Beata Virgo non vocauit se matrē, aut cur Elisabeth non dixit Ancillam? Respōdeo. Quādo Beata

Beata Virgo illud protulit, nōdum erat mater, quia nondum cōceperat, idcirco ancillam se dixit; at nunc quando uisita uit Elisabeth, cōceperat filium, ideo ab ea mater appellatur, ut enim Elisabeth mysterium iam celebratum esse significaret, matrem uocauit, quod non significabat, si ancillam dixisset. Prēterea cur se indignam iudicaret, ut ab ea uisitaretur, causam proferebat; hæc autem non erat, quia ab ancilla Domini, sed quia a matre Domini uisitabatur. Huc accedit quod uerba magnifica, quæ in ore proprio non probantur, in alieno commendantur, iuxta illud Prouerb. 27. Laudet te alienum, & nō os tuum. Attende maximam fuisse uirtutum excellentiā Beatæ Virginis, tamen Elisabeth hoc in ea magnificat, eiusque causa se indignam appellat, quod mater Dei erat, quē Dominum uocat, ut magis suam indignitatem confiteatur. Dicitur enim Dominus respectu serui; seruam igitur se fatetur, tantoque indignior, quanto magis esse matrem, & esse Dominum excedit conditionem seruorum. Suum autē dicit, cum sit omnium Dominus, & uehementia, & magnitudine affectus, quo erga eum ferebatur, sicut & Thomas Ioannis 20. Dominus, inquit, meus, & Deus meus.

Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.

SEntentia hæc causa est præcedē tis, idque particula (enim) indicat. Est autem sensus: Matrem Domini mei te appellaui, hoc enim ipse effectus ostendit, nimirum, quod mater Domini sis. Ecce, inquit, simul ac vox salutationis tuæ ad aures meas peruenit, infans, qui in utero meo est, præ gaudio exultauit, Domini præsentiam, & eius aduentum sentiens. Illud (in gaudio) Hebraismus est, quo casui instrumenti apponitur præpositio. Latine sensus est, præ gaudio, seu gaudij magnitudine exultauit, quodque voce corporis non potuit efficere, quia infans, & in vtero clausus erat, id motu, exultationeque corporis significauit, implerumque est verbū Angeli ad Zachariam, ante pronūtiatū: Spiritu sancto replebitur adhuc ab vtero matris suæ. Particula (Ecce) magnitudinem miraculi indicat, & effectus celeritatem, quasi diceret, simul ac facta est uox salutationis tuę in auribus meis, infans exultauit. Res profecto admirāda, & præsentiæ Domini matris efficax argumentum.

ANNOTATIO CXXI.

NOuit, Spiritu sancto reuelante Elisabeth, motum Ioannis in utero, fuisse præ gaudio mentis de præsentia matris, ipsiusque Saluatoris concepto. nam contingit aliquando moueri infantes in utero causis alijs naturalibus, & maxime ad uehemētem aliquam matrū turbationē. Quid uero Ioānes præ gaudio illo mentis in utero exultauerit, id mater Elisabeth ex Spiritus sancti reuelatione cognouit, ut tradit Augustinus epist. 57. ad Dardanum. Sicut etiam eodem Spiritu sancto reuelante, nouit Beatam Virginem concepisse Saluatorem. Diximus paulo superius de hac exultatione, quando uerba Euangelistæ eam narrantis exposuimus. Nunc autem dubitatio quædā occurrit explicanda. Causam autem dubitationis adfert particula (enim:) indicat namque exultationē infantis proponi ab Elisabeth tāquam causam, & argumentum, cur confessa sit Beatam Virginem matrem esse Domini, quasi argumentum faceret ab effectu: exultauit infans in utero meo: ergo tu es mater Domini mei. Argumentum autē hoc non uidetur efficax: quis enim illa exultatio fuerit non sine miraculo, & sine uirtute Dei facta, tamen potuit alijs de causis fieri. Si enim Elisabeth grauida uisitasset aliam fœminam quandam in utero habentem, effici potuit, ut ad præsentiam Præcursoris infans illius fœminæ exultasset, non tamen propterea colligebatur, Elisabeth esse matrem Domini. Sunt pro resolutione aliquot annotanda. Primo, Elisabeth non cognouit ex exultatione infantis Beatam Virginē esse Dei matrē, sed ex Spiritus sancti reuelatione: dictum

Vnde orta sit Ioannis exultatio in vtero matris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum enim est: Repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit. Secundo: Eadem Spiritus sancti reuelatione cognouit exultationem infantis in vtero esse præ gaudio præsentiæ Saluatoris, & Beatæ Virginis matris eius: nisi enim reuelasset Spiritus sanctus, exultasset quidem infans, tamen non nouisset Elisabeth illum exultasse præ gaudio illo, nec causam intellexisset, sicut nec Rebecca habens in vtero Esau, & Iacob colluctantes, agnouit inditium esse duorum populorum inuicem aduersantiũ, nisi Deo reuelante. Tertio: Beata Virgo non indigebat eo argumento ad credẽdum se esse matrem Domini: crediderat enim iam Angelo nuntianti, ac Deo ipso manifestante nouerat Verbum carnem factum eodem momento, quo ipsa consensit. Quarto: Sciebat Elisabeth ex eadem Spiritus sancti reuelatione, Beatam Virginem nouisse se cõcepisse Saluatorem, nec indigere probatione, aut argumento vllo ad credendum illud. Istatim enim dixit Elisabeth: Beata quæ credidisti. Ex his consequitur quinto, Elisabeth non hoc dixisse, vt Beatam Virginem induceret ad firmius credendum verbis Angeli, vt affirmat Euthymius dicens, Elisabeth suis verbis effecisse, vt Beata Virgo Angeli uerbis firmius crederet. Quod non videtur dicẽdum. crediderat enim iam, vt ipsa Elisabeth testatur. Beata, inquit, quæ credidisti, & firmissime crediderat, quippe quæ experta erat se concepisse filium Dei, cuius præsentia illustrabatur super omnes Prophetas, multoque perfectius, quã Ioannes, & Elisabeth. Sexto. Exultatio infantis præ gaudio, & repletio Spiritus sancti facta Elisabeth effectus fuit Christi operantis per verba salutationis matris suæ. hoc enim confessa est Elisabeth. Ecce, inquit, vt facta est vox salutationis tuæ. &c. Postremo. Non effectus tantum, sed etiam argumentum, & inditium fuerunt, non quidem necessarium, quasi sola exultatio infantis inducere potuisset Elisabeth in agnitionẽ, sed simul accedente reuelatione Spiritus sancti, qui & lumine infuso, & infantis exultatione significauit illi matrẽ Dei adesse. Potuit quidẽ Elisabeth solo lumine nouisse matris Dei præsentiã, sed Spiritus sanctus etiam filij exultationem adiecit. Elisabeth autem profert Beatæ Virgini factum hoc, non vt eam confirmet in fide, sed vt narret, quod gestum est, & vt causam explicet, cur matrem Dei appellauerit, quæ causa ipsi Beatæ Virgini, scienti se esse Dei matrem, sufficientissima erat.

Et beata quæ credidisti.

COMMENTARIA.

COmmendat fidem Beatæ Virginis, quam Angelo nuntianti adhibuerat. Beata, inquit, quæ credidisti. Miranda profecto fides fuit credere Angelo prænuntianti, Virginem concepturam Filium Dei cõsubstantialem Patri, Spiritu Sancto superueniente, & virtute Altissimi obumbrante. Est autem quædam tacita incredulitatis sui viri reprehensio, quasi diceret, credidisti, non vt vir meus Zacharias, qui eidem Angelo multo faciliora nuntianti non credidit, & incredulitatis pœnam adhuc mutus, & surdus sustinet. Hoc etiam Elisabeth Spiritus Sancti reuelatione nouit, nimirum Beatam Virginem Angelo nuntianti credidisse.

ANNOTATIO CXXII.

QVod ad litterã spectat, Græca quædam exemplaria, & quædam manuscripta Latina, legunt in tertia persona, Beata quæ credidit: communis tamẽ lectio cum Ambrosio est, quã nos sequimur, vt in secunda persona accipiatur, Beata, quæ credidisti. Quod uero ad sensum attinet, Hæretici nostri temporis se ualidum argumentum habere putãt ex his uerbis: Ecce, inquiunt, beata prædicatur, quia credidit; sola igitur fides est, quæ iustificat. Ex hoc tamen loco nihil omnino deduci potest ad eorum errorem vlla ratione persuadendum, quod multis rationibus constat. Primo quidem non hic de iustificatione a peccato agitur; quando enim Beata Virgo Angeli uerbis fidem adhibuit, iam erat iustificata, & sanctificata, & ab ipso Angelo gratia plena prædicata. non ergo per fidem hanc, quæ post Angeli annuntiantis uerba consecuta est, fuit a peccato iustificata, maxime cum nullum peccatum habuerit. Secundo. Etiam si de iustificatione sermo esset, nihil haberent hæretici contra nos: hæc enim credulitas non excludit charitatem, spem, humilitatem, cæteraque virtutes, quas B. Virgo exercuit, quando dixit, Ecce ancilla Domini. non.n. de fide sola, ac meta, sed de perfecta, qualem Beata Virgo exhibuit, sermo est. Tertio. Etiam si de sola fide sermo esset, adhuc nihil deducit pro hæreticis; immo potius est hoc verbum contra illos. non enim dictum est, Beata, quia credidisti, sed quæ credidisti, quia perficientur, quæ dicta sunt tibi. Si igitur credidisset, & quæ dicta sunt, perfecta non fuissent, sic beata nõ diceretur. Quarto. Sensus est omnino diuersus ab eo, quem illi somniãt: nam beatitudo hæc non significat iustitiam illam, qua homo iustificatur corã Deo, sed prærogatiuam, & excellentiã, quam Beata Virgo à Deo supet omnes creaturas obtinuit, quam quidem nisi credidisset Angelo nuntianti, non obtinuisset: non enim Filium Dei concepisset, non quod Deus non potuisset sine fide illa carnem de ea assumere sed quod sic dispositum, ac voluit. Beata ergo, quæ credidit.

Hæretici ex his uerbis fidem solam iustificare putant.

Solus fidei motus non iustificat.

Quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.

COMMENTARIA.

CVr Beatam prædicauerit, causam explicat, quia, inquit, quæ tibi dicta sunt à Domino, complebuntur, & fient. Multa Dominus per Angelum annuntiauit B. Virgini, quorum nonnulla erant tunc impleta; filium enim conceperat Spiritu Sancto superueniente, & uirtute Altissimi obumbrante; quædam alia tunc implenda supererãt. nam nondum pepererat, nondum vocatus erat Iesus, nondum in domo Iacob regnauerat, nondum salutem hominum operatus erat, quæ ipso nomine, & regno significabãtur, & promittebantur. Hæc perficienda, & complenda erant, quę omnia ad insignem beatitudinem Virginis faciunt, ut ipsamet in suo cantico cõfiteatur. Illud (à Domino) idem significat, quod nomine Domini, seu ex parte Domini. quæ. n. Angelus nuntiauit, nõ proprio nomine, sed Dei ipsius nomine, & ex ipso, seu ex parte ipsius, ut dici solet, dicta sunt. Admirãda profecto est notitia prophetica, quam Elisabeth à Spiritu Sancto consecuta est. totam. n. annũtiationem factam nouit, & intellexit tam quæ facta, quam quæ adhuc futura & perficienda erant, omnemq; partem prophetiæ complexa est; vt enim, inquit Greg. ho. 5. in Ezechielem, Prophetia omne complectitur tempus, præteritum, præsens, & futurum. Elisabeth ergo præterita prophetat: Beata, quę credidisti; præsentia uerũ occulta indicat; mater, inquit Domini mei futura prenũtiat; perficientur, ait, quę dicta sunt tibi, ut merito Spiritu Sancto replera dicta sit. Quod quidem totum nobis ad confirmationem mysterij annũtiati per Angelum efficacissimum est argumentum.

Elisabeth uera prophetissa.

Prophetia omne cõplectitur tẽpus.

ANNOTATIO CXXIII.

QVI verba præcedentia in tertia persona legunt, consequenter etiam legunt hęc, Quoniam perficientur ea, quę dicta sunt ei à Domino. Vti autem diximus, lectio legitima est in secunda persona. Illud autem (à Domino) quidam cõiungunt verbo (perficientur) quasi Dominus sit, qui ea perfecturus sit; conuenientius autem connectitur cum verbo (dicta sunt) non quod à Domino immediate dicta sint, sed vti in commentario diximus, idem significat quod, dicta sũt nomine Domini. Verbum autem (perficientur) indicat integrum complementum omnium promissionum factarum, ac certitudinem earum. Num. 23. Nõ est Deus, quasi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutetur, dixit, & non faciet; locutus est, & non implebit. Lu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cæ 21. Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Aduerte aût Elisabeth Spiritu Sancto repletã, seu potius Spiritum Sanctum per Elisabeth omnia confirmasse, quæ Angelus Beatæ Virgini nuntiauerat, seu Dominus per Angelum significauerat: nam Angelus primo loco eam salutauerat, benedictam in mulieribus prædicando: hoc idem Elisabeth repetit. Secundo. Angelus conceptionem prænuntiauit; Elisabeth eam concepisse confitetur: Benedictus, inquit, fructus ventris tui, &, Mater Domini mei veniat ad me. Angelus dixit, Paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, & dabit illi Deus sedem. Hæc omnia Elisabeth perficienda nuntiat. Postremo. Beata Virgo credidit, & consensit, hoc Elisabeth prædicat dicens: Beata quę credidisti, quæ omnia facta sunt, vt veritas tanti mysterij confirmaretur magis, & Beata Virgo tãtum testimonium audiens in ea fide, quam adhibuit, nouo gaudio perfruetetur. mirum enim in modum se credidisse gaudisa est, quando rei, quam crediderat, tantum argumentum audiuit, eiusque fidei adminiculum fuit quoddam nõ quidẽ necessarium ad fidem, cum perfecte credidisset, sed ad fructum abundantiorem fidei, & gaudium in Spiritu sancto, ut ex Cantico eius deducitur. atque hæc est una causa, cur Spiritus sanctus eam ad visitandam Elisabeth excitauit, Angelo id insinuante, vti diximus supra.

Et ait Maria.

COMMENTARIA.

ELisabeth repleta Spiritu Sãcto clamare dicitur, Beata autem Virgo simpliciter dixisse refertur, ne tunc primum, quando hæc proferebar, repleri Spiritu Sancto crederetur. ait igitur Maria, sed tamen illo Spiritu Sancto, quo iam plena erat, excitãte, & Dei filio, quo erat fęcunda, dictante. Admirandũ profecto colloquium Spũs Sancti, per Elisabeth sterilem, ac fęcundã exclamantis, & verbi incarnati p Virginem, & Matrem respõdentis, inuicem laudãtium, inuicẽ prophetãtium. Beata igitur Virgo Dei beneficia & propria, & communia commemorat, sua scilicet, & populi, tã ea, quę ante aduẽtum Christi facta sunt, quã quæ in ipso aduentu. quo quidem se ad Dei ipsius laudẽ excitat, ac audiẽtis Elisabeth animũ ad eiusdem Dei magnitudinem, & bonitatem cõtemplandam euehit. In prima ergo parte Cãticà à propriis beneficijs acceptis exordiens ait.

Magnificat anima mea Dominum.

COMMENTARIA.

EXperta erat B. Virgo in cõprehẽsibilem Dei virtutẽ, ac eius ineffabilem bonitatem. Virtutẽ qui dẽ, quia Deum hominẽ fieri, & de femina Virgine cõcipi, solius omnipotẽtis est opus; Bonitatẽ uero, qa ad hoc tam admirabile opus, eã inter oẽs Adę filias eligere, singularis gratiæ, & bonitatis diuinæ fuit. Horum primum cõtemplans, Dei magnitudinem confitetur. secundum considerans, in eius benignitate exultat. illud eximiæ fidei, hoc ardẽtissimæ dilectionis efficacissimũ est argumẽtũ. Magnificat anima mea Dominum. Cõfiteor, & palã pdico ineffabilem Dei virtutẽ, ac magnitudinẽ, quam ex ipso opere in me facto experta sum. Magna in me agnosco, sed ea nõ in me, sed in Dominum, qui magnus est, & ea fecit, refero. Verba hęc sunt credẽtis, laudãtis, & gratias agẽtis. Notãda sunt singula. Magnificat, inquit, non qđ magnum faciat, sed qđ eius magnitudinẽ confiteatur. Vt autem hanc confessionem non ore solo, sed ẽt intimis pcordijs fieri indicaret, anima, inqt, mea, quasi diceret, qđ ore profero, tota mẽte cõfirmo. Vsa est ẽt hoc verbo ad significãdã Dei magnitudinẽ, quam os exprimere non põt; plus. n. anima cogitatione assequi,

qui, quã os voce exprimere ualet. Mater autẽ cum esset, filium appellat Dominum, ut respõdeat ipsi Elisabeth, quæ eam matrem Domini vocauerat, & ut suã retineat ac pręferat humilitatem, quæ se ancillã Domini exhibuerat, & demum, ut personã indicet Patris, cui uirtus, & potentia, qua fuerat obumbrata, tribuitur.

ANNOTATIO CXXIV.

Deipara Deo refert quæ accepit dona.

FAmiliare est ijs, qui humilitatis virtute prædíti sunt, quãdo laudari se sentiunt, laudũ causam subtrahere, aut propriam occultando excellentiam, si possunt, aut in Deum. quæ in se sunt laude digna, referẽdo, si illud facere nequeũt. Magna profecto encomia à Beata Elisabeth audierat sacra Virgo, quorũ cautãs occultare nec suũ erat, nec debebat. nõ quidem suum erat, quia illa Spũ Sancto repleta loquebat. non aût debebat, quia quę ad fidei testimonium, & Dei gloriã confirmãdam spectãt, quãdo temporis occasio, & personarum ratio postulat, silẽtio non sunt inuoluẽda, ẽt si ad laudem propriam faciãt, dummodo ex illorum manifestatione gloria propria non quæratur: nam & Christus se Dei Filiũ palam cõfiteri non recusabat, qui gloriam propriam non quęrẽs, sciebat uitã æternam in eo positam, ut agnoscerẽt homines verum Deũ, & quem misit Iesum Christum. Cum igit B. Virgo tãtum mysterũ occultari nõ debere animaduertisset, ob suam humilitatem alteram partẽ elegit, nempe totum, quod in se laude dignũ erat, in Deum auctorẽ referre. Magnificat, inqt, anima mea Dominũ, quasi diceret. Cõfiteor me magna habere, & matrem Domini esse, sed hoc nõ mihi tribuo, sed in eum refero, qui magnus est, & à quo magna hæc profecta sunt. Aduerte pro huius sententię maiori declaratione, posse quempiam alterũ duobus modis magnificare; Verbis videlicet, & factis. Verbis quidem, quando alterius excellentia prędicat, siue id fiat verbis, aut signis exterioribus, siue interioribꝰ cordis; magna. n. sentire, aut enunciare de aliquo, est ipsum uerbis magnificare; factis autem, quãdo alicui ea conferunt, quæ eum magnum, & commẽdabilem faciũt, ut idem sit magnificare, ac magnum facere. Inuenimus aût Deum magnificari ab homine, & hominẽ magnificari à Deo, hominẽ deniq; magnificari ab homine, cũ discrimine tamen: nã Deus magnificat hominẽ, eũ magnũ faciẽdo; confert. n. homini ea, quæ eum magnũ, & spectabilẽ, & corã ipso Deo, & corã cæteris hominibꝰ efficiũt. 1. Paralipom. 29. Magnificauit Dominus Salomonem super omne Israel, & dedit il li gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum Rex Israel. Rom. 8. Quos antẽ sanctificauit, hos & magnificauit. Homo aût Deum magnificat, nõ quidẽ eũ magnũ faciẽdo, nihil. n. homo Deo conferre, põt, quo maior fiat, sed magnificat laudãdo, pdicando magnitudinẽ, quæ in illo est, cæterisq; hominibus annuntiãdo, & declarãdo. Ps. 33. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomẽ eius in idipsum. Ro. 15. Magnificate eũ omnes populi. Homo autem hominem vtroque modo magnificat, & laudãdo, & prædicando magnitudinem alterius. Act 5. Magnificabat eos populus. Eccle siast. 10. Nõ magnifices virum peccatorem diuitem. Atq; ẽt magna cõferendo 1. Machab. 10. Misit Demetrius Epistolã verbis pacificis ad Ionatham, vt magnificaret eũ, i. cõtulit magnã potestatẽ ei. Hoc igit in loco homo Deũ magnificat, nempe B. Virgo magnificat Dominum, Dominus quidem prius ipsam magnificauerat, magna ei dona cõferendo, de quibus ipsa dicit. Quia fecit mihi magna, qui potens est. postea uero illa magnificat Dominum, pdicando eũ auctorẽ magnitudinis, sibi ab eo collatæ. Magnificãt ẽt Deus ab homine corde, ore, & opere. Corde quidem, quãdo mente, & affectu ipsius immensam magnitudinem, perfectionem, & excellẽtiam contemplamur, recognoscimus, & veneramur. Voce, quando uerbo, aut signo exteriori pdicamus, & pronũtiamus. Opere uero, quãdo studiosis operibꝰ ipsi inseruimus, bona. n. opera nostra voces sunt, quibus alijs declaramus Dei nostri sanctitatem, & magnitudinem iuxta illud Matth. 5. Vt videntes opera uestra bona, glorificent patrem uestrum, qui

De quo modo homines magnificet.

Magnificamus Deũ corde, voce, & opere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui in cęlis est. Beata ergo Virgo corde & voce Deum magnificat, dum anima hęc exhibet: etiã magnificat opere; hęc enim magnificatio opus quoddam est insigne fidei, dilectionis, religionis, & humilitatis. Est igitur perfecta magnificatio, quam homo Deo exhibere potest. Aduerte autem neminem præter Christum ipsum, ita vere ac perfecte dicere potuisse, aut posse, (anima mea) sicut B. Virgo, idque propter tria maxime. Primo quidem integram suæ uolũtatis habebat potestatem: si enim uerum est, vti re uera est, hominem eius esse quodammodo seruum, cui extra modum afficiũ, est. n. auarus seruus pecunię, & carnalis seruus voluptatis, cæterique similes serui sunt eorum, in quibus male collocant affectum, nemoque est, qui vel passionibus proprijs modo aliquo non subijciat aut affectum, uel leuiter saltem male collocet, consequitur neminem dicere posse perfecte, animam suam esse suam, cũ pars eius sit cui inseruit, si multum, multum, si parum, parum. cum nemo sine peccato, aut sine passionibus intemperatis uiuat. Beata igitur Virgo, quæ ab omni peccato, & inordinato affectu libera omnino erat, nulliq; rei creatæ vllo modo seruiebat, ipsa potuit perfecte dicere (anima mea.) Secundo. Quia cum ipsa omni ex parte Deo placeret, totaque anima illi inseruiret, procul dubio animam suam Deo ipsi integram tradiderat. cum igitur Deum animæ suæ filium habuerit, quæ filij erant, ipsius etiam erant, vnde anima eius filio tradita, in eius potestatem integra teuertebatur, perfecteq; dicit, anima mea; tota. n. ipsius erat, quæ tota à filio, quantum ad omnes eius partes possidebatur. Tertio propter affectũ dilectionis: quo enim Deum aliquis magis diligit, eo magis diligit animam suam. Cum igitur B. Virgo Deum maxime super omnes homines dilexerit, nullumq; peccatum commiserit, suam profecto animam maxime diligebat. Quod autem diligimus, præ dilectione nostrum appellamus quæ igitur animam suam sic dilexit, eam uere suam uocauit.

Nemo uti Dei para, dicere potuit, anima mea

Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

COMMENTARIA.

CVius commendauerat potentiam, eius nunc bonitatem in ea exultãdo manifestat: exultauit, inquit, in Deo Saluatore, ideſt, Verbo carne de meis visceribus accepta pro omnium salute induto. Hæc est illa inenarrabilis lætitia, & exultatio, qua perfusa est in filij conceptione, quãdo Verbum caro factum est. Deum Saluatorem appellat filium Dei factum hominem ad nos saluãdos. Suum autẽ, quia de ipsius substantia carne uestitus, ipsiusque filius factus erat. Illud (salutari meo) Græce est Saluatori meo, apud Hebræos, Iesu meo. Sumptum. n. videtur hoc ex illo Abac. 3. Ego autẽ in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Quamuis non eodẽ sensu vterq; verbum pronuntiauit. Abacuc. n. suum Saluatorem appellabat, quia de eius gente carnẽ erat sumpturus; at B. Virgo, quia de suis visceribus proprijs carnem iam acceperat; ideoq; vla est præteriti temporis verbo, exultauit, quia Verbũ iam conceperat, quando hic loquebatur. Spiritus autem, inquit, meus exultauit, quia gaudium hoc à plenitudine Spiritus sancti, qua repleta erat, procedebat, vt in annotatione perfectius explicabitur. Angeli, qui Deo fruuntur, ut inquit Augustinus, in expositione huius Cantici, hæc duo præstant, nimirum contemplantur maiestatem, & eius dulcedine, ac bonitate delectantur.

ANNOTATIO CXXV.

TRia sunt, quæ difficultatem faciunt. Primum. Quod sit discrimen inter animam, & spiritum. deinde. Cur B. Virgo anima magnificare, spiritu autem exultare se dicat. demum, quid sit exultare in Deo salutari suo. Quod ad primum spectat, recte Augustinus in huius cantici expositione dicit, in homine animam, & spiritum non re ipsa, sed sola tatione differre; eadem enim res est, anima dicitur, quia corpus vinificat; spiritus autem, quia in se substantia quędam spiritualis est, per se habens esse, etiam à corpore separata. iuxta quã significationem dictũ est, 1. Corinth. 15. Factus est homo in animam viuificantẽ. & Luc. 23. In manus tuas commẽdo spiritũ meum. hinc est ut vegetare, & sentire ad animam, vti vero ratione, & contemplari ad spiritũ referamus. In hac significatione hæc duo non accipiũtur in præsenti. Habent autem hæc in scriptura peculiarem aliam quãdam significationẽ. Anima enim dicitur, quæ in his, quæ terrena sunt, & naturalia, occupatur, etiã si ratione, & discursu vtatur; Spiritus vero quatenus gratia perficitur, & ijs, quæ Dei, sunt, attendit, & incumbit. quam significationem animaduertens Paulus Hebr. 4. dixit: Viuus est sermo Dei, pertingens vsq; ad diuisionem animæ, & spiritus. Fit autem diuisio animę & spiritus, quando ita viuit homo secũdum carnem, vt ea, quæ Dei sunt perfecte exequatur, & ijs, quæ caro aduersus Deum concupiscit, resistat. Eandem significationem Paulus prosequẽs 1. Corint. 3. dixit: Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus. Animalem appellat eum, qui ijs quæ ad corpus, & mundum spectant, totus incumbit, quæ Dei sunt, oblitus: anima ergo quãtum ad naturalia, spiritus, quãtum ad ea, quæ gratiæ sunt, dicitur. Hanc significationem nunc Beata Virgo secuta est, & anima Dei magnitudinem confitetur, & spiritu in Verbo incarnato exultat. Occurrit statim secunda difficultas. Quare anima magnificat, & spiritu exultat? Respondeo quia tunc magnitudo Dei, virtusque ipsius magis agnoscitur, cum naturæ humanæ imbecillitas cõsideratur. Animaduertebat enim Beata Virgo, quæ propriæ naturæ erant, & tũc immẽsam potentiam Dei, quæ tam admirabile opus in ea effecerat, apprehendens dicebat: Magnificat anima mea Dominũ. At dum se Spiritus sancti gratia plenã contemplabatur, & per hãc Filium Dei concepisse cognoscebat, eius spiritus exultabat, & gaudebat. Ex ijs tertiæ difficultati satisfacere facile est. Exultat in

Quo discrẽ sit inter animã & spiritum.

Quæ ratione anima magnificet, & Spiritus exultet.

Deo salutari suo, quia quod Deum concepisset, qui ad saluandum venerat, gaudij materiam ministrabat, exultabat & in aduentu Saluatoris, & in eo, quod venientem conceperat. Est autem verbum exultãdi, vti alias diximus, gaudij concepti magnitudinem, & vehementiam exprimens.

Quia respexit humilitatẽ ancillę suę.

COMMENTARIA.

CAusam, cur Dominum magnificet, & exulter, adiũgit, quia, inquit, paruitatẽ, & vtilitatem meã non est auersatus; sed ancillã abiectæ conditionis fauoribus, & beneficijs admirãdis est prosecutus, quibus suam ipse Deus potentiam & uirtutem ostendit, & spiritus meus causam exultationis habuit. Antithesis quædã est uerborũ. Magnificat anima mea Dominũ, & humilitatem respexit meã tanto enim magis Dei potentia elucet, quanto abiectior, & inferior est persona, quæ sublimatur, & euehitur. Humilitatis eximiæ, & religionis singularis fuit Virgini Beatæ, suam paruitatẽ considerare, & confiteri, ut in ea etiam cõfessione Deus exaltaretur & eius gloria manifestaretur. Cõsiderauit Beata Virgo exiguitatẽ naturæ suæ, quia homo erat; sexus etiam, quia fœmina, conditionis, quia pauper, & humanis opibus, & fauoribus destituta, vt eo magis diuina uirtus, & bonitas eluceſceret, quæ talẽ in tãtã gloriam extulit, ut esset digna Dei mater; ancillam autem se appellat, quia loquitur de tẽpore, quando nondum erat mater Dei, hæc enim fuit uirtus summa, & bonitas Domini, ex ancilla matrem, & ex abiecta, & parua, beatã super omnes creaturas effeciſſe. Cætera in annotatione perlege.

ANNOTATIO. CXXVI.

INn sacra Scriptura, ut recte annotat Augustin. in expositione huius Cantici, Deus tripliciter respicere dicitur, nimirum secundum contemplationem, gra-

De tribus modis respiciendi Deo dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratiam,& iudiciũ,Respicit enim Deus omnia,quia omnia cognoscit, nihilque eum latet.Psal.112. Humilia respicit in cælo,& in terra. Respicit etiam quando fauet,& beneficio prosequitur,& complacet sibi in aliquo.Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem non respexit. Exodi 2. Respexit Dominus filios Israel. Respicit demum quando castigat, & punit. Abac.1. Quare non respicit ad iniquitatem Psal.103. Qui respicit terram,& facit eam tremere. Hoc in loco vsurpatur in secũda significatione. Respexit enim Dominus eam, quia complacuit sibi in ea, quia summis eam est prosecutus beneficijs,& ab humilitate, & paruitate in summam gloriam eam euexit. Respicit ergo Deus, siue quando consolatur, siue quando complacet in aliquo, siue quando beneficijs prosequitur, metaphora sumpta ab ijs,qui auertũt oculos ab ijs, quæ sibi displicent. Quid autem per humilitatem intelligendum sit, nõ ita facile est iudicare, non enim antiqui Doctores in eius verbi significatione conueniunt. In cuius rei explanatione aduertendum,hoc verbum Latinum Humilitatis tripliciter in Scriptura vsurpari. Primo quidem significat abiectionem, depressionem,paruitatem,& vilem conditionem.Deuteron.26.dixerunt Iudæi in Aegypto:Respexit Dominus humilitatem nostram, & laborem, & angustiam. Iacobi 1. Glorietur diues in humilitate sua,quia sicut flos seni pertransibit.Sunt enim verba dicta per Ironiã. Philippen.3. Reformabit corpus humilitatis nostræ.Proueru.19. Superbum sequitur humilitas,humilem spiritu susciet gloria. Secundo significat afflictionem, seu tribulationem. Psal. 24. Vide humilitatem meam, & laborem meum. Eccl.20.In humilitate patiẽtiam habe. Tertio.Significat animi virtutem, quæ opponitur superbiæ, & elationi. Ephes. 4.Ambuletis in omni humilitate,& mãsuetudine.Philip.2.Nihil per contentionem,neque inanem gloriam, sed in omni humilitate.Colos. 3. Induite viscera misericordię,benignitatem,humilitatẽ. Dixi autem hoc uerbum Latinum,nam Græcum ei respõdens non sic se habet: quando enim in prima,& secũda significatione accipitur,nomen est ταπείνωσις, at quando pro virtute animi, frequentissimum est ταπεινοφροσύνη, ut in locis allegatis pro tertia significatione habetur,vixque nomen ταπείνωσις pro animi uirtute opposita elationi accipitur,sed pro abiectione,paruitate,aut afflictione.His igitur sic suppositis, quidam hanc humilitatem eam interpretãtur:quæ est uirtus animi, in qua Beata Virgo supra omnes Sanctos eminuit. Huius sententię sunt,Origenes hom.8. in Lucam, Augustinus in expositione huius Cantici,& serm.2. de Assumptione Beatæ Virginis, Beda in huius loci commentario, & Bernardus sermo.43. & 45.in Cantica.Hæc enim humilitatis virtute gratissima fuit Beata Virgo Deo & per eam effecta est digna, ut Dei Filium conciperet,vt supra dictũ est.Quidam alij humilitatem hanc intelligunt paruitatem,& depressam conditionem, seu vilem,qualis est homo Deo comparatus,& quales sunt homines pauperes, & contemptibiles mundo. Hanc expositionem sequuntur Theophylactus, & Euthymius, quibus nonnulli recentiores in eius verbi significatione conueniunt. In cuius rei explanatione aduertendum,hoc verbum Latinum Humilitatis tripliciter in Scriptura vsurpari. Primo quidem significat abiectionem, depressionem,paruitatem,& vilem conditionem.Deuteron.26.dixerunt Iudæi in Aegypto:Respexit Dominus humilitatem nostram, & laborem, & angustiam. Iacobi 1. Glorietur diues in humilitate sua,quia sicut flos seni pertransibit.Sunt enim verba dicta per Ironiã. Philippen.3. Reformabit corpus humilitatis nostræ.Proueru.19. Superbum sequitur humilitas,humilem spiritu susciet gloria. Secundo significat afflictionem, seu tribulationem. Psal. 24. Vide humilitatem meam, & laborem meum. Eccl.20.In humilitate patiẽtiam habe. Tertio.Significat animi virtutem, quæ opponitur superbiæ, & elationi. Ephes. 4.Ambuletis in omni humilitate,& mãsuetudine.Philip.2.Nihil per contentionem,neque inanem gloriam, sed in omni humilitate.Colos. 3. Induite viscera misericordię,benignitatem,humilitatẽ. Dixi autem hoc uerbum Latinum,nam Græcum ei respõdens non sic se habet: quando enim in prima,& secũda significatione accipitur,nomen est ταπείνωσις, at quando pro virtute animi, frequentissimum est ταπεινοφροσύνη, ut in locis allegatis pro tertia significatione habetur,vixque nomen ταπείνωσις pro animi uirtute opposita elationi accipitur,sed pro abiectione,paruitate,aut afflictione.His igitur sic suppositis, quidam hanc humilitatem eam interpretãtur:quæ est uirtus animi, in qua Beata Virgo supra omnes Sanctos eminuit. Huius sententię sunt,Origenes hom.8. in Lucam, Augustinus in expositione huius Cantici,& serm.2. de Assumptione Beatæ Virginis, Beda in huius loci commentario, & Bernardus sermo.43. & 45.in Cantica.Hæc enim humilitatis virtute gratissima fuit Beata Virgo Deo & per eam effecta est digna, ut Dei Filium conciperet,vt supra dictũ est.Quidam alij humilitatem hanc intelligunt paruitatem,& depressam conditionem, seu vilem,qualis est homo Deo comparatus,& quales sunt homines pauperes, & contemptibiles mundo. Hanc expositionem sequuntur Theophylactus, & Euthymius, quibus nonnulli recentiores in eius verbi significatione conueniunt. In cuius rei explanatione aduertendum,hoc verbum Latinum Humilitatis tripliciter in Scriptura vsurpari. Primo quidem significat abiectionem, depressionem,paruitatem,& vilem conditionem.Deuteron.26.dixerunt Iudæi in Aegypto:Respexit Dominus humilitatem nostram, & laborem, & angustiam. Iacobi 1. Glorietur diues in humilitate sua,quia sicut flos seni pertransibit.Sunt enim verba dicta per Ironiã. Philippen.3. Reformabit corpus humilitatis nostræ.Proueru.19. Superbum sequitur humilitas,humilem spiritu susciet gloria. Secundo significat afflictionem, seu tribulationem. Psal. 24. Vide humilitatem meam, & laborem meum. Eccl.20.In humilitate patiẽtiam habe. Tertio.Significat animi virtutem, quæ opponitur superbiæ, & elationi. Ephes. 4.Ambuletis in omni humilitate,& mãsuetudine.Philip.2.Nihil per contentionem,neque inanem gloriam, sed in omni humilitate.Colos. 3. Induite viscera misericordię,benignitatem,humilitatẽ. Dixi autem hoc uerbum Latinum,nam Græcum ei respõdens non sic se habet: quando enim in prima,& secũda significatione accipitur,nomen est ταπείνωσις, at quando pro virtute animi, frequentissimum est ταπεινοφροσύνη, ut in locis allegatis pro tertia significatione habetur,vixque nomen ταπείνωσις pro animi uirtute opposita elationi accipitur,sed pro abiectione,paruitate,aut afflictione.His igitur sic suppositis, quidam hanc humilitatem eam interpretãtur:quæ est uirtus animi, in qua Beata Virgo supra omnes Sanctos eminuit. Huius sententię sunt,Origenes hom.8. in Lucam, Augustinus in expositione huius Cantici,& serm.2. de Assumptione Beatæ Virginis, Beda in huius loci commentario, & Bernardus sermo.43. & 45.in Cantica.Hæc enim humilitatis virtute gratissima fuit Beata Virgo Deo & per eam effecta est digna, ut Dei Filium conciperet,vt supra dictũ est.Quidam alij humilitatem hanc intelligunt paruitatem,& depressam conditionem, seu vilem,qualis est homo Deo comparatus,& quales sunt homines pauperes, & contemptibiles mundo. Hanc expositionem sequuntur Theophylactus, & Euthymius, quibus nonnulli recentiores visa est, propter eas rationes, quas proponam. Primo quidem,quia vix in scriptura Græcum vocabulum, quo Euangelista est vsus,ταπείνωσις,pro uirtute animi accipitur, sed in prima, aut secunda significatione,uti diximus. Secũdo,quia hæc sentẽtia causa est illius, Magnificat anima mea Dominum, cui magis cohæret ista significatio;nam magnitudo Dei non virtuti, sed paruitati, & depressæ nostræ conditioni opponitur, tantoque ipse magis suam ostendit virtutem ac potentiam, quanto magis paruos,& abiectos euehit.Tertio, quia ipsa humilitatis virtus,qua Beata Virgo prædita erat, accepta fuit ab ipso Deo, & in ipsum referẽda erat, & propter eã Beata Virgo Dominum magnificabat, sicut etiam propter alia multa beneficia accepta.Quarto, quia cũ his verbis Dominũ magnificaret, & eius potentiam, bonitatemque ac gratiam commendare intenderet,non debuit humilitatis huius meminisse quasi ob eã fuerit à Deo respecta, cum, & humilitatem, & omnem virtutem, & excellentiam habuerit,

Quid humilitas hoc loco significet.

rit,quia respecta est a Deo. Adde,quæ tanta humilitatis virtute poliebat, non est probabile eam commẽdare voluisse suam virtutem,sed potius suam confiteri indignitatem ac paruitatẽ; quod quidem magis humilitatis virtuti cõuenit. id quod illud verbum adiunctum comprobat(ancillæ suæ)hoc enim ad paruitatem pertinet,non ad virtutem animi: humilem ergo se exhibuit,non quidem virtutem humilitatis verbis profitendo, sed utilitatem suam & abiectionem cõfitendo,qua se abiectam, & ancillã prædicabat.Simile locutionis genus in Scriptura reperitur Iudith.6.Intuere Domine superbiam eorum,& respice humilitatem nostram, id est, abiectionem & imbecillitatem.& Gen.29.Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus.

Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes.

COMMENTARIA.

PArticula(enim) causã indicat, & hanc sententiam cum præcedentibus cõnectit. Diceret enim aliquis, cur magnificas Deum, & exultas in eo, quia respexit te.causam explicans,inquit:Quia ex hoc scilicet tempore, quo me respexit Deus,beatam me dicent omnes generationes:magna ergo mihi causa magnificãdi Deũ & exultãdi in eo est, ꝙ me respexerit,quia effectum est,vt tantis me cumulauerit beneficijs, & tam singularibus donis me sit prosecutus, vt cum humilis, & abiecta ancilla fuerim, omnib. sim anteponenda generationibus;prædicabunt enim me omnes beatam, & felicem,quia non solum beatam & felicem me fecit Deus, sed omnium beatissimam; agnoscẽt enim omnes me maioribus affectam bonis ac muneribus diuinis, ideo omnes beatam me dicent, ac confitebuntur.Illud(ecce) positum est propter duo. Primum ut magnitudiné virtutis Dei commendaret, quasi diceret:Perpende incomprehensibilem Dei potentiam, quantoque iure Deum magnificem, quia cum humilis ancilla essem, in eam me euexit dignitatem, ut omnibus anteponar. Deinde, ut verbo Elisabeth responderet, hoc enim dixerat(beata, quæ credidisti) at Beata Virgo in causam altiorem beatitudinem refert,quasi diceret:ò Elisabeth non quia credidi beata sum, quasi ea sit causa præcipua, ecce prior,& maior causa, quia nempe respexit me Dominus,fiet enim,ut posthac non tu sola beatam me dicas, sed omnes venturæ generationes.Prophetat Beata Virgo repleta Spiritu sancto,quo excitante,& inspirãte Dei beneficia accepta cõmendat, quod non est laudem propriam quærere,sed Dei auctoris beneficam potentiam commendare. omnes cum audis generationes,nõ non ad singulos homines referas, sed ad credentes in Christum, quorũ ore perpetuo beata prædicatur & in cælo,& in terra, ut annotauit Origenes hom. 8.& Euthymius.

ANNOTATIO CXXVII.

ILlud (ex hoc) Albertus Magnus ad humilitatis meritum refert, quasi dicat,ex hoc meæ humilitatis merito fiet, vt me beatam prædicent omnes generationes. Hæc autem expositio legitimo sensui,quem secuti sumus, aduersatur; non enim Beata Virgo in opus aliquod suum,sed in magnitudinem virtutis, & bonitatis Dei refert suam exaltationẽ. Accommodatius Augustinus serm. 2. de Assumptione Beatæ Virginis, & in expositione huius Cantici,& Beda referunt ad verbum præcedens: Quia respexit Deus humilitatem meam,ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et reuera Beata Virgo in hoc referebat beatitudinem hãc, quia à Deo respecta est. quantum tamen ad literam, non refertur illud(ex hoc)ad verbum,sed ad tempus,ut sit sẽsus, posthac,de cætero, seu ex hoc tempore quo me respexit Deus, prædicabor beata;significans non fidei, aut virtuti vlli suæ tribuendam esse exaltatio-

Quid verbum (ex hoc) significet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tationem, sed Deo ipsi, qui potêter, gratis & benigne eam respexit. quem sensum verbum Græcum confirmat: addizum enim est (ex hoc nũc) id est ex hoc tempore presenti ἀπὸ τῦ νῦν, quo enim tempore fides in Christum incepit, Beata Virgo beata est prædicata, nam & Elisabeth beatam acclamauit, & mulier illa, quę Lucæ 11. extollens vocem dixit, Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. id quod in Euangelio omnes credentes implent. Hanc sententiã a Beata Virgine spiritu prophetico pronunciatam affirmat Basilius Isai. 8. illud verbũ (accessi ad prophetissam) de Beata Virgine interpretans, quam etiam interpretationem secuti sunt Cyrillus in eodem loco, & Epiphanius hæresi 78. Verba autem Basilij sunt hęc: Quod Maria prophetissa fuerit, ad quam proxime accessit Isaias per prænotionem spiritus nemo contradixerit, qui sit memor uerborum Mariæ, quæ prophetico afflata spiritu elocuta est. Quid enim ait, Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suę ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quod si animum accómodaueris vniuerbis eius verbis, non vtique per dissidiũ negaueris eam fuisse prophetissam, quod Domini spiritus in eam superuenerit, & virtus Altissimi obumbrauerit ei. Hæc Basilius. Cur aũt beata dicta sit & vere fuerit, ipsamet sequenti sententia enarrat, & explicat.

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.

COMMENTARIA.

PArticula (quia) causam indicat cur sit beata prædicãda ab omnibus generationibus, quia, inquit, magna in me operatus est ille, qui potens est, & cuius nomen sanctũ est. Græce est, magna fecit mihi ille potens. Illud autem (nomẽ sanctũ eius) Hebraismus est. Psalmo 10. Dominus in cælo sedes eius, id est, cuius sedes est in cælo. ita nunc dicitur: Fecit mihi magna, qui potês est, & nomen sanctum eius, id est, cuius nomen sanctum est. Quibus verbis Beata Virgo significat dupli cia beneficia magna se accepisse a Deo super omnes homines, propter quæ beata ab omnib. erat prędicanda. Priora quidem fuerunt beneficia potentiæ, & virtutis Dei; cõcepit enim non hominem merum, sed filium Dei, effectaque est fœmina mater filij Dei sine opera viri, Virginitate permanente, in eã elata dignitatẽ, vt omniũ cęlestium, & terrestriũ sit facta Regina, & domina. Hæc opera sunt diuinæ potẽtiæ, & propterea dicit: Fecit mihi magna ille potẽs, siue qui potẽs est. Posteriora sũt beneficia sãctitatis, & bonitatis: repleta enim est Spiritus sãcti gratijs, & omni benedictione spirituali benedicta, & sãctificata, vt nullius peccati macula vnquam infecta fuerit, & in eum sanctitatis gradum sit promota, & euecta, quo nullus vnquam homo perueniet, imo omnes etiam Angelici spiritus lõge sint inferiores. Hæc beneficia sunt sanctitatis, & bonitatis, de quibus dicit. Fecit mihi magna is, cuius nomẽ sanctum est. Propter hæc igitur, inquit, vere omnes generationes me beatam cõfitebuntur, & prædicabũt, non enim fecit taliter omni nationi: merito ergo magnificat anima mea Dominum, & spiritus meus exultauit in Deo salutari meo. Aduertẽdũ autẽ est, non dixisse, qui potẽs est, & qui sanctus est, sed cuius nomẽ sãctũ est, vt significaret personã Spiritus sãcti, cui tribuitur effectus sãctitatis, & sãctus per quãdã appropriationẽ appellatur. nã Beata Virgo his duobus uerbis allusit ad duo verba illa Angeli. Virtus Altissimi obũbrabit tibi, &, Spiritus sãctus superueniet in te. Propter illud dixit (fecit mihi magna qui potẽs est) propter hoc vero (& nomẽ sãctũ eius) quasi apertioribus uerbis diceremus. Quia obũbrauit me uirtus Altissimi, & Spiritus sãctus superuenit in me, beatã me dicẽt omnes; illa enim duo me talem fecerunt.

Quibus beneficijs Maria uocata sit à Deo potens & sanctũ.

Quare Maria dixerit, cuius nomẽ sãctũ est.

ANNOTATIO CXXVIII.

QVod ad connexionem huius sentẽtię spectat, Beda eã ad primã illam refert, nimirum, Magnificat anima mea Dominũ, quia fecit mihi magna, &c. quidẽ uerum est, si tamen fateamur immediate referri ad præcedentem, nępe Beatã me dicent, quia magna mihi fecit: sunt enim causæ in his sententijs cõcentæ, inuicẽ subordinatæ, scilicet, Magnificat anima mea Dominum, quia respexit humilitatẽ meã, quia hinc factũ est, vt beata sim, & prædicer, beata autẽ quia fecit mihi magna qui potens est. Referuntur ergo omnia ad illam sententiam, Magnificat anima mea Dominum sed ordine quodam. Illud autem (& sanctum nomen eius) recentiores quidam ad sententiam sequentem referunt, & disiungũt ab illa: Fecit mihi magna qui potens est, quasi incipiat Beata Virgo commendare sanctitatem Dei, & misericordiam Dei, vt statim dicit. Et misericordia eius à progenie, &c. Hæc tamen connexio non est accommodata, & qui sic connectunt, non videntur assecuti sensum huius partis, quem in Commentario explicuimus: Beata enim Virgo magna accepit à potẽte, & sancto, quia cumulata est super omnes beneficijs singulatibus potentiæ, & sanctitatis Dei, propter ea beata vere est, & prædicatur. Augustinus in expositione huius Cantici, connectit quidem cum præcedẽti, sed in hunc sensum, nimirum, Fecit mihi magna qui potens est, & idcirco nomen eius sanctum est. id est, quia verbũ in me caro factum est, quod est magna mihi facere; hinc enim prouenit, vt nomen, id est fama, & notitia Dei sit sancta, quia per verbum carnem factũ gloria Dei manifestata est in mundo. Vera quidem est doctrina, sed contextui parum accommodata, vt apparet ex ijs, quæ in Commentario dicta sunt.

Quomodo hæc cũ superioribus sint connectẽda.

Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.

COMMENTARIA.

HAec est pars Cãtici secunda, in qua beneficia cõmunia populo ante aduentũ Dei in carnem, collata decantat, incipitque à misericordia, qua semper vsus est Deus cum primis illis Patribus Iudæorũ, qui eum coluerunt, Abrahã, Isaac, Iacob, & cæteris, quos summa, & perpetua misericordia prosecutus est, & cũ eorũ posteritate, quę Deũ timuit, & coluit; nõ solum enim præmisit illis, de eorũ semine carnẽ se sumpturum, sed à periculis multis liberauit, & multis fauoribus misericordiæ suæ cumulauit. de qua misericordia dictum est Psal. 102. Et misericordia eius ab æterno in æternum super timẽtes eum, & ijs, qui sperant in misericordia eius. vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Quod autẽ dicit, (a progenie in progenies) significat continuã, & perseuerantẽ Dei misericordiã erga Patres, & posteros. Addit (timentes eũ) nępe pios, & cultores, & fideles, qui eius verbo obedierunt: nã incredulos, & præuaricatores seuere puniuit.

ANNOTATIO CXXIX.

NOn me latet, recentiores hanc & sequentes sententias interpretari generaliter de communibus beneficijs, quæ generi humano Deus confert, & de ijs, quos propter superbiam deprimit, & nonnulla horum ad dæmones referunt, quorum superba mens depressa est, multaque similia adferunt, quæ si doctrinam respicias, vera sunt, si autem contextui applicare velis, profecto mihi videntur parum accommodari, cum Beata Virgo in hoc Cantico, de illo populo Iudaico, qui erat tunc electus, & fidelis, ac colens Deum, loquatur, progressum misericordię, quo vsus est cum illo, enarrans vsque ad aduentum in carnem, qui fuit complementum, & perfectio omnium misericordiarum, & beneficiorum. quæ expositio ex ipsarum sententiarum explicatione cõfirmabitur.

Quorundã recentiorũ expositio refellitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

COMMENTARIA.

PRosequitur hanc perseuerantẽ misericordiã, & beneficia populo illi collata enarrare: post misericordiã enim illã, qua vsus est multorũ annorũ curriculo cũ Patribus illis, ante ingressum in Aegyptũ, & dum ibi diu perseuerarent, exponit quo pacto populũ ab illa captiuitate eripuerit, & à iugo duræ seruitutis in libertatẽ eũ vindicauerit. Fecit, inquit, potentiã in brachio suo id est, manu potenti eos extraxit ab Aegypto. Hebraismus est, in brachio, pro brachio. fecisse autẽ potẽtiam brachio dicit, quia mira virtutis opera in eis liberandis vsus est. nam per Moysen miracula effecit, quibus Magi Pharaonis superati sunt, mare diuisit, & iter siccũ præbuit, aliaque multa insignia opera præstitit, nec solum hoc, sed superbos dispersit mẽte cordis sui, id est, cogitationes, & voluntates superborum Aegyptiorum, Pharaonis, & populi eius, qui populum seruitute premebant, & eum insequentes, comprehendere se posse existimabant, & cupiebant, dispersit, & irritas fecit, submergẽdo aquis omnes eos. Dispergere mente cordis sui, idẽ est, ac cogitationes, quæ ex iniquo corde procedebant, irritas, & inanes efficere, vt ad effectũ nequaquã producerentur. quod factũ est, quando Pharaonẽ, & exercitũ eius proiecit in mare, & saluũ custodiuit populũ timentẽ se. De hac potenti liberatione dicitur Deuteron. 5. Memento quod seruieris in Aegypto, & eduxerit te Dominus Deus tu⁹ inde in manu forti, & brachio extẽto. & Deuter. 7. Recorda re quæ fecerit Dominus De⁹ tuus Pharaoni & cunctis Aegyptijs, plagas maximas, quas viderunt oculi tui, & signa atq; portenta, manũq; robustam, & extentũ brachiũ, vt educeret te Dominus Deus tuus. De hac autẽ dispersione Aegyptiorum est illud Psal. 77. Excussit Pharaonem, & virtutẽ eius in mari rubro. Merito autẽ Aegyptios superbos appellat, q̃ suis opib⁹, & virib⁹, vero Deo contẽpto cõfidebant, & populũ, quẽ Deus omnipotens defendebat, & protegebat, subijcere, & superare se posse existimabant.

ANNOTATIO CXXX.

BOnauentura huius sentẽtiæ: Dispersit superbos mente cordis sui. tres adfert expositiones. prima est, qua connectit illud (mente cordis sui) cum illo (superbos) interpretatur autem superbos mente cordis, id est mente per præsumptionem, corde per ambitionem. at hæc expositio non videtur satis accommodata: si enim is esset sensus, dicendũ erat (mente, & corde suo) Secunda expositio est, qua illud (mẽte cordis sui) connectit cum verbo, (dispersit) interpretaturq; superbos dici dispergi mente cordis sui, quia Deus definitione cõsilij sui diuini, quæ dicitur mens cordis Dei, superbos dispergit, ac ista expositio nullo modo sustineri potest: nã mẽs cordis sui ad superbos refertur, non autem ad Deum, ut cõstat ex textu Græco vbi legitur: ac si Latine dicas (mẽte cordis eorũ). Tertia expositio est, qua connectit cum verbo, & mentem cordis ad superbos refert. vt vere connecti, ac referri debet, tamen sic interpretatur, quasi id sit dispergere mente cordis eorum ac diuino iudicio cor superborum tenebricoso obliuionis velamento dispergi. quæ expositio non videtur accõmodata. Ea autem est legitima, scilicet superbos mente cordis eorum dispergi, cum Deus consilia ac cogitationes, quæ pro uitate sui cordis sibi proposuerunt, dissipat, ac irritas facit, ne exitũ suũ consequãtur. iuxta illud Iob. 5. dissipat cogitationes malignorũ, ne possint implere manus eorũ, cp cęperãt. & Isa. 3. Inite cõsiliũ, & dissipabitur: loquimini verbũ & non fiet. & illud 2. Reg. 15. Dissipa Domine consiliũ Achitophel. hæc expositio est accommodatissima, quam in Cõmentario explicuimus.

De-

Deposuit potentes de sede, & exultauit humiles.

COMMENTARIA.

QVæ in egressu de Aegypto De⁹ mira cũ populo illo gessit, explicuit, nũc quæ in ingressu in terrã promissionis fecit, exponit. Deposuit, inquit, potentes de sede, multas enim gẽtiũ nationes potentes, & Reges multos euertit, & suis regnis, possessionib⁹, ac sedib⁹, seu thronis, vel regalibus solijs eiecit, & Iudæos humiles, ac abiectos introduxit, & in illorũ sedib⁹ collocauit. Ex sacra Scriptura nemo est qui ignoret, quot populos, nationũ Principes, ac Reges potentissimos Deus debellauerit, & regnis spoliauerit, vt Iudæos introduceret, & in eorũ sedibus collocaret. Totus liber Iosue in his ennarrandis versatur. Magnũ profectò opus diuinæ misericordiæ erga populũ illũ. De hac depositione potentiũ, & humiliũ exaltatione est illud Deut. 7. Cũ deleuerit gẽtes multas corã te, Hethæũ, Gergezæũ, & Amorrhæum, Chananæũ, & Pherezæum, & Heuæũ, & Iebusæũ, septẽ gentes multò maioris numeri, quã tu es, & robustiores, &c. & illud Psal. 34. Percussit reges magnos, & occidit reges fortes, Seon regẽ Amorrhæum & Og regẽ Basan, & dedit terram eorũ hæreditatẽ, hæreditatẽ Israel seruo suo. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri.

Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

COMMENTARIA.

QValitatẽ terræ, in quam introductus est populus, indicat; terra enim erat fertilissima, lactis, ac mellis copia, & omnib⁹ diuitijs affluens, & terræ fructibus abũdãs. His affluentis bonorũ homines illos incolas priuauit, à proprij locis ablegãdo. Et hoc est: Diuites dimisit inanes, & vacuos populũ autẽ Iudeorũ afflictũ, & esurientẽ, qui pauperi cibo alebatur, vixq; dabatur ei tẽpus eũ sumendi præ nimia vexatione, & oppressione, quicq; in Aegypto, & ĩ deserto per quadragĩta annos ducebatur, de quo dicitur Psal. 106. Esurientes, & sitiẽtes, anima eorũ in ipsis defecit; in hoc abundãtissimo loco collocauit. honorẽ ergo, & abundãtiã populo humili, & abiecto, ac pauperi cõtulit, eũ exaltãdo, & bonis replendo, depositis potẽtib⁹, & eiectis diuitib⁹. De hac abundãtia est illud Deut. 8 Dñs Deus tuus introducit te in terrã bonã, terrã riuorũ, aquarũq;, & fontiũ, in cuius cãpis, & mõtib⁹ erũpunt fluuiorũ abyssi, terrã frumẽti atq; hordei, & vineariũ, in qua fic⁹, & melogranata, & oliuera nascuntur, terrã olei, & mellis, vbi absque penuria vlla comedes panẽ tuũ, & rerũ omniũ abundãtia pfrueris; cuius lapides ferrũ sunt, & de mõtib⁹ eius æris metalla fodiuntur. Hæc Deus cũ populo illo fideli gessit. Et hæc est secunda pars Cãtici, in qua breuissimo, ac perfectissimo epilogo B. Virgo beneficia ante aduẽrũ collata populo descripsit.

Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.

COMMENTARIA.

HAec est tertia pars Cantici, in qua narrat, quo post tot beneficia illi populo facta, tandẽ carnẽ induit Deus ex illo, sicut misericorditer promiserat. Suscepit, inquit, Israel puerũ suũ, id est, carnẽ sumpsit de populo illo seruo suo, scilicet, in quo cultus, & religio ei⁹ perseuerabat. Recordatus, inquit, misericordiæ suæ. misericordia hæc est qua humanã naturã sumere decreuit. Verbi enim incarnatio summũ misericordiæ Dei beneficiũ est & argumentũ, de qua dictũ est Psal. 88. Misericordiã meã nõ dispergã ab eo. & Psal. 50. Miserere mei De⁹ *Psal. 88.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundũ magnã misericordiã tuã. per quandã enim antonomasiã, dicta est misericordia, quia Verbum carnẽ fieri pro nobis summum fuit misericordiæ opus, & quod de Iudaica gẽte caro sumpta est, eximię clemẽtiæ erga populũ illũ argumẽtum, nõ ex ullis illius gentis, aut ceterorũ hominũ præcedentibus meritis. Dicitur autẽ Deus recordat⁹ huius misericordiæ, non q̃ unquã oblitus fuerit, sed quod multum tẽporis intercesserit ab eo, quando Deus misericordiã hãc faciendam significauit; vsque ad illud, quando facta est.

ANNOTATIO CXXXI.

Nõnulla expositiones refelluntur.

QVidam sic interpretantur: Suscepit Israel seruum suum, vt memor esset misericordiæ suæ. Quæ interpretatio non videtur probanda: nam si particula (vt) significat finalem causam, apertum est, Deum non suscepisse Israel eo fine, & causa vt recordaretur misericordiæ suæ: si autem significet consecutionem, nec sic accommodabitur, quia nõ eo quod susceperit, consequitur eum recordatum esse, sed potius ex eo quod recordatus est, consequitur suscepisse. Legitima est ergo expositio, Deum recordatum promissionis antiquæ, quam ex misericordia fecerat, suscepisse carnem ex Israel, vt hæc duo concomitantiam, & coniunctionem quadam significent. Quidam hanc susceptionem ad auxiliũ quod illi populo depresso præstitit, referunt. Hoc tamen minus apte dici verba sequentia indicant: Sicut, inquit, locutus est ad Patres. quæ ostendunt hãc susceptionem esse aduentũ Verbi in carnẽ, quam de illo populo suscepit, sicut multo ante promiserat. Hic sensus quadrat instituto prosẽti; cum enim Elisabeth meminerit aduentus, & incarnationis huius, æquum videbatur, Beatã Virginem eũ comprobare, sicut cætera verba ad Elisabeth dicta cõprobauerat, eo maxime quod Christi mater est prædicata, ac ipsa in hoc Cantico Deũ magnificat, beneficiaque populo Iudaico a Deo collata referebat. Quæ omnia ad hoc vltimum, & omnium maximum, nempe carnis susceptionem tendebant.

Sicut locutus est ad patres nostros.

COMMENTARIA.

ANtiquã, & perfectam misericordiæ huius recordationẽ declarat, quasi diceret: Multo ante locutus erat, & promiserat Deus patribus Iudæorum hanc susceptionem carnis, quam quidẽ sicut promiserat, impleuit. Locutus, idem significat ac promisit. Recordatus ergo est, sicut locutus fuit, id est, fecit sicut promiserat. Possumus etiam illud (sicut) interpretari loco relatiui, nẽpe Recordatus misericordiæ, quã locutus est, & promisit ad Patres nostros. Hi autẽ Patres sunt, Abraham, Isaac, Iacob, & Dauid, quibus promissio facta est de vẽturo Christo ex eorũ genere. Cõmunes Patres hos, Elisabeth, & Beata Virgo habebant; ideo, nostros, appellat.

ANNOTATIO CXXXII.

QVidam per parenthesim hanc sententiam dictam censent. Accõmodatior lectio, & expositio est, vt continua sit præcedenti, reddens causam verbi illius (recordatus) & explicans perfectam Dei veritatem in implendis, quæ prædixit, & promisit. Recordatus est ergo, quia multo ante promisit, & fideliter impleuit, quia sicut promisit, ita fecit. Potest etiã per parenthesim non inepte explicari.

Abraham, & semini eius in sæcula.

COMMENTARIA.

HAec partitula non præcedentibus cõnectitur, sed illis: Recordatus misericordiæ suæ, quę scilicet facta est Abrahamo, & posteritati eius in sæcula, seu in perpetuum. Hæc enim misericordia in vtilitatem cessit ipsius Abrahæ, & posteritatis eius, non solum præcedentis, sed futuræ vsq; in sæculum, & in mundi finẽ. Verbi enim incarnatio non tantũ præcedentibus fidelibus, sed futuris vsq; in sæculũ attulit benedictionem. Semen appellat

pellat posteritatem Abrahæ, quam vt significet comprehendere futurã in finem, addidit, in sęcula. Hanc autem posteritatem, non carnalem illam, sed spiritualem, quę secũdum fidem est, intelligere oportet, iuxta illud Rom. 8. In Isaac vocabitur tibi semen, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, estimantur in semine. His verbis B. Virgo fructum aduentus, & misericordiæ huius explicuit. Cætera in annotatione perlege.

ANNOTATIO CXXXIII.

Aliorũ expositio refellitur.

OMnes interpretes, quot vidi, verba hęc cum præcedentibus cõnectũt, quasi sint eorum expositio, nimirum locutus est ad Patres nostros, qui sunt Abraham, & eius posteritas. quam expositionem non posse accommodari cõtextui, vel illud satis manifeste comprobat, quod Euangelista casum nominũ commutauit; cum. n. diceret: Locutus est ad Patres nostros in accusandi casu, postea adiunxit, Ipsi Abraham, & semini eius. quod profecto non alia de causa factum est, nisi vt hæc posteriora non ad ea, quę immediate præcesserant, referrentur. Est etiam aliud huius nostræ interpretationis argumentum: nam non uidetur uerum Deum locutum Abraham, & posteritati eius; qui enim absolute posteritatẽ dicit, vniuersaliter loquitur, & totã, aut maiorẽm indicat partem: at promissio illa diuina paucis fuit facta, nempe duob. filijs Isaac, & Iacob, & multo post Dauid. Præterea, quia si ad illa referatur, solum declarat, quia sint Patres illi, quibus locutus est De⁹, nec explicatur quod maxime explicãdum erat, nempe huius misericordiæ magnitudo, & vtilitas ac fructus. Præterea, quia si coniungamus cũ illis (Recordatus misericordiæ Abrahã ipsi, & posteritati) sensus est accommodatissimus, & est phrasis Hebręa, & prophetia Dauid, Psal. 97. Recordatus est misericordiæ suæ, & ueritatis suę Domui Israel. ita nũc: Recordatus est misericordiæ suę ipsi Abrahã, & eius posteritati. Sic fiet, ut recedamus ab illis, qui omnia hęc verba nimirũ (Sicut locutus est ad Patres nostros, Abraham, & semini eius in sæcula) per parenthesim dicta cẽsent. ab illis etiam, qui à dicta parẽthesi excipiunt illud (in sęcula) & cõnectunt cum (recordatus est misericordiæ in sęcula) quæ omnia violẽta sunt, & aliena à uero sensu. Connecti ergo debẽt uerbo illi (recordatus misericordiæ) id qđ sæpe in Scriptura fit. Matth. 5. Dixerint omne malum aduersum vos, mẽtientes, propter me. illud (propter me) non illi (mẽtientes) sed verbo (dixerint.) copulat. Ioa. 11. Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, quia non eram ibi. hoc (quia non eram ibi) connectitur verbo (gaudeo fic nũc recordatus) misericordię (connecti) debet (Abraham) & semini eius in sęcula, sensus enim, & ratio uerborum sæpe postulat interpositionẽ quandam fieri.

Mansit autem Maria cum illa, quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.

COMMENTARIA.

TEmpus, quo B. Virgo cum Elisabeth commorata est, Euãgelista indicauit, ut eam partui, Ioannisq; natiuitati interfuisse significaret; mẽsium. n. trium spatiũ deerat, ut ad nonum mẽsem conceptionis Ioannis Elisabeth pueniret, quando solent fęminæ parere: sextus. n. à conceptione mẽsis agebatur, quando B. Virgo uenit ad Elisabeth. cui si addas hos tres, tempus nouẽ mẽsium efficit, quando natus est Ioannes. nec est necessarium nouem integros impleri menses, dummodo in nono fiat partus; hoc. n. tempus est à natura præscriptum, quamuis & illud (quasi) nõ semper minuat, sed certum, & integrum tempus ostendat, ut in annotatione explicabitur. toto hoc tempore, de consensu etiam Ioseph B. Virginem cum cognata mansisse non est dubitandum, ut Euthymius dicit.

Num. deparanatiuita ti Ioãnit interfuerit.

ANNOTATIO. CXXXIV.

AN Beata Virgo natiuitati Ioannis interfuerit, controuertunt Doctores. quidam negant, quidam affirmant; negant quidem Theophylactus, Euthymius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mius, & Nicephorus lib. 1. histor. cap. 8. eo argumẽto ducti, quia moris erat, Virgines, quæ etiam in eadem domo erant, recedere, quando prægnantes parituræ erant, propter cõcursum eorum, qui gratulandi causa aduenire solebant. Beata ergo Virgo deuitans eos, qui ob natum infantem in domum Zachariæ concurrere debebant, ante partum recessit. Adfuisse autem B. Virginem etiã nato Ioanne asserunt Orig. homil. 10. Ambrosius, & Beda, quorũ sententia probanda videtur. Primo quidem ratio moralis id confirmat; ijs enim qui norant toto illo tempore Beatam Virginem permãsisse cum prægnante, inciuile videri posset, si eam desereret proximam iam partui, quando solent amicæ, & cognatæ accurrere auxilij præstandi causa. Secundo, quia non videtur ratio vlla assignari posse, cur tribus mensibus mansisset, nisi quod natiuitatis, & partus tempus expectabat, & idcirco hoc tempus ab Euãgelista descriptum est, ut eo indicaret, partum expectasse. Tertio, quia cum Angelo indicante, Beata Virgo accesserit ad Elisabeth, vt tantum miraculum oculis ipsis cerneret, non est credibile non expectasse consummationem, & partum. Quarto, quia sciebat illum esse filij sui præcursorem. quæ autem ratio potuit persuadere, ut post breuissimum tempus nascituri, oculis, & brachijs amplecti nollet? Quinto, quia non erat priuandus Ioannes Baptista, qui in utero Beatam Virginem exultatione salutauerat, tanto aspectu, ut liceret oculis corporis Dei matrem cernere. Nec argumentum illorum doctorum obstat. Ad quod dici potest in primis, de more illo inter Iudæos obseruato non omnino constare. Rursus, turbam concurrentium vitari potuisse, si statim post natum Ioannem Beata Virgo discessisset, id quod Euthymius dicere videtur, non quod partui non interfuerit, sed qđ cito post natum Ioannem discesserit. Rursus, quia Beata Virgo erat desponsata, & iam apud vulgus nominter virgines omnino computata. vnde non erat, cur cæterarum morem obseruaret. Posset autem aliquis huic sententiæ duo alia ex Euangelistæ verbis obijcere. Vnũ est, quod dicitur (quasi mensibus tribus.) non igitur completi erant tres menses. ex quo fit, quod cum nec esset completus sextus, quando annunciatio facta fuit Beatæ Virgini, Elisabeth nondum nonum mensem compleuerit, quando reuersa est Beata Virgo. Hoc argumentum nullum faceſſit negotium. nam vti diximus in commentario, tempus à natura pariendi præscriptum non semper est nouem mensium completorum; quædam enim citius pariunt, quædam tardius, quædam nono completo. Præterea quando dicitur (quasi) non per hoc significatur, quod non fuerint tres integri menses: nam ea particula aliquando numerum integrum significat. nam Matth. 14. dicitur: Fuit numerus manducantium quinque millia virorum. cum tamen Ioan. 6. dictum sit: quasi quinque millia. immo potest etiã significare numerum maiorem. nã si tres menses sunt, & pauci aliquot dies, dicimus, quasi tres menses. Alterum, quod obijci potest, illud est. Euangelistam post verba illa (reuersa est in domum suam) dixisse, (impletum est tempus pariendi.) Videtur ergo, quando reuersa est Beata Virgo, non dum peperisse. Hoc autem facile soluitur. non enim reuersam in domum narrat, quasi antequam Elisabeth pareret, discessisset, sed vt historiam Beatæ Virginis compleret, & totam Elisabeth historiã coniungeret, propterea vtrumque dixit. Tenendum ergo est, Beatam Virginem vsque ad natum Ioannem mansisse cum Elisabeth. Quamuis non negem sententiam contrariam esse valde probabilem. Hoc autem mirabile est, quod nihil eorum, quæ his tribus mensibus beatæ matres collocutę sunt, & gesserint, narratum est, sed silentio occultarunt Euangelistæ. facile tamen nonnulla ingenio inuestigamus, quæ Origenes optime cõsiderans hom. 9. sic inquit: Si enim eo, quod tantum uenit Maria ad Elisabeth, & salutauit eam, exultauit infans in gaudio, & Spiritu sancto plena prophetauit Elisabeth ea, quæ in Euangelio scripta sunt, & in vna hora tantos profectus habuit, nostræ coniecturæ relinquit, quid in tribus mensibus Ioannes profecit, assistente Maria Elisabeth. Valde quippe indignum est in puncto horæ atque momento exultare infantem, & quodammodo lasciuisse, repletamque esse Spiritu

tu sancto Elisabeth, per tres vero menses, nec Ioannem, nec Elisabeth ex vicina Matris Domini, & ipsius Saluatoris præsentia profeciſſe. Exercebatur ergo, & quodammodo in athletico à sancta matre, & per tres menses vngebatur Ioannes, & præparabatur in matris vtero, vt mirabiliter natus, mirabilius nutriret; quod enim extra consuetudinem nutritus est, non refertur scriptum, quomodo matris fuerit lactatus vberibus, quomodo in sinu gerulæ constitutus, sed statim sequitur: Et erat in desertis vsq; ad diem ostensionis suę ad Israel. Hæc Origenes. Cuius vltima verba non sunt suscipienda, vt Ioannes non sit lacte nutritus more infantum, sed quod nihil horum narretur, ad significandum miram Ioannis supra ceteros homines infantiam; vsu enim rationis pollens, vt inquit Ambrosius, cito membra tenera vsibus adultorum accommodauit.

Elisabeth autẽ impletum est tempus pariendi, & peperit filium.

COMMENTARIA.

HIstoriam prosequitur Euãgelista; impletum autem fuisse tẽpus ipsi Elisabeth, refert, non solũ, vt secundum naturæ ordinem, natum Ioannem significet, sed etiam, ut qđ Angelus promiserat Zachariæ, nempe uxorem eius filium illi parituram, adimpletum esse confirmaret.

ANNOTATIO. CXXXV.

Quomõ dicatur, tẽpus pariendi fuisse cõpletum.

ORigenes homil. 9. in presenti refert multos existimasse superflue dici, Elisabeth impletum est tempus ut pareret. Quæ. n. mulier potest parere, nisi tẽpus pariendi compleuerit? ipse uero nõ superflue dictum esse censet, dicitq; tam in ueteri, quam in nouo testamento, sicubi scriptum est, de ortu peccatoris, numquam repertum esse dictum, impletum est tempus pariendi, sed vbicũque iustus nascitur, ibi completi dicuntur dies; ortus. n. iusti plenitudinem habet, peccatoris natiuitas, ut ita dicam, vacuitatem, & inanitatem. Idem annotat Ambros. Hęc spiritualis est ratio; ad literam aũt illud facit, quod in Commẽtario dictum est, vt scilicet Euangelista diuinam promissionem per Angelum factam completã significaret, & Ioannem licet diuina gratia, ac potentia conceptum, tempus tamen à natura præscriptum in ortu suo non mutasse ostenderet.

Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa.

COMMENTARIA.

AVdierant iam ante vicini, & cognati, Elisabeth grauidam: post quintum enim mensem illa nõ se amplius occultabat; partus tamẽ maiorem admirationem, & notitiã fecit. nam non semper quę apparet, est vere grauida, nec quæ vere est, fœtum ad partum perducit. Partus igitur certitudinem, & perfectionẽ attulit: idcirco tunc vicini, & cognati diuinam virtutẽ, & misericordiã agnouerunt. Est autem phrasis Hebræa (magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa) pro eo qđ dicitur, magna quadam, & singulari misericordia vsus est Deus cum illa, qui sterili & seni filium concessit. tanta euentus nouitas celeriter, & longe, partum euulgauit.

Et congratulabantur ei.

COMMENTARIA.

GAuisi sunt vicini & cognati, & commune gaudium verbis ei significabant; hoc autem est congratulari ei. Quod quidem Euangelista refert, vt verbum Angeli impletum esse ostẽdat, quod superius dixerat: Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Quibus. n. ante doloré attulit Elisabeth sterilitas deplorata, ijs gaudio fuit, quod ex Dei misericordia proles mascula illi contigisset, ideoq; commune cũ illa gaudium exterius testabantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO CXXVI.

GRæce illud (congratulabant) ad verbum est (congaudebant) a uerbo συνχαιρω, quod est cõgaudeo. Latinæ tamen interpres recte vertit (congratulabantur.) nam congaudere alicui idem est, ac gratulari, id est, gaudium conceptum verbis, aut signis testari. Fieri autem potest, vt quidam congaudeant, & non gratulentur, qui nimirum gaudiũ, & lætitiam animo concipiunt, sed eam extetius non exprimunt. Quidam vero gratulantur, sed non gaudent, qui quã animi lætitiam non habent, verbis erga alios ficte ostendunt. quorum gratulatio nec perfecta, nec vera est: qui enim vere gratulat, & gaudet animo, & gaudium animi alteri, de cuius bono gaudet, exteriori signo testatur. Sic congratulabantur vicini, & cognati Elisabeth; vere. n. gaudebant. Verbum autem compositum congratulandi, commune multorum gaudentium testimonium indicat. Quod autem hoc in loco non gaudendi solum, sed etiam gratulandi verbum sit legendum, ratio ipsa ex textus verbis deducta probat. nam nõ uidetur alia causa efficax dari posse, cur magis Elisabet, quã Zachariæ congratulati fuerint, nisi quia gratulatio maxime verbis fieri solet: cum autem Zacharias & mutus, & surdus tunc esset, gratulatio non ei, sed Elisabeth exhibebatur, quamuis gaudium animi fuerit & cum Zacharia commune. Possumus autem alteram huius rei adferre causam, (nam & credibile est signis, & nutibus multos cum Zacharia fuisse congratulatos) nimirũ quia maior erat causa gratulandi Elisabeth, quæ mater erã, quod siue his, siue illis erat, quod apud omnes commune erat cum Zacharia, ipsi soli sterilitatis opprobrium parebatur, ob idque dictum est prius, Dominum magnificasse misericordiã suam illa,

Et factum est in die octauo venerunt circumcidere puerum.

COMMENTARIA.

PRosequitur historiam, & quid temporis siue cessu gestũ sit, narrat: Octauo, inquit, die uenerũt circumcidere puerũ. uenerunt, inquit, ij nempe, quorũ erat circumcidendi munus, quique etiam celebritatis causa conuenerant; uenerunt autẽ in domum Zachariæ, ubi Ioannes natus erat, & pater, ac mater manebant; domi. n. ubi erat puer, fiebat circumcisio; die autem octauo a natiuitate circumcidebatur puer, secũdum legis p̃ceptum. Gen. 17. Filius octo dierum circũcidatur inter vos. & Leuit. 12. Die octauo circumcidetur caro præputij uiri. circumcisio enim figura quædam erat, & signaculum fidei, Christi aduentum, & sanguinem significãs, quo uitia, & peccata erant abscindẽda, ideo die octauo fiebat, qui est post hebdomadam completam, indicans post legem Euangelium futurum. qua etiam de causa die octauo Christus resurrexit.

ANNOTATIO CXXVII.

NOn in Synagogis circumcisionem fuisse celebratam olim, sed in domibus proprijs, aut locis, vbi erant infantes, ex hac lectione satis efficaciter deduci potest. Si. n. in Synagoga celebrata esset, dicendum erat: Tulerunt pueri vt circumciderent eum, sicut inferius capite 2. dictum est: Tulerunt puerum, vt sisterent eum Domino, quia in Templo vt præsentaretur, portabatur. at dum dicitur hic, venerunt, vt circumciderent, deducitur ad locum, in quo puer manebat, ventum esse, vt circumcideretur. Quod etiam ita eo magis confirmatur, quod hoc uerbum (venerunt) non ad parentes Ioannis referendum est, sed ad illos, qui foris erant, qui venerant circũcisionis causa. nam de his statim dicitur: Et vocabant nomine patris eius Zachariam. quod verbum manifeste cõstat, nõ esse dictum de parentibus Ioannis: nam Pater mutus erat, & mater renuit sic vocari. Qui igitur foris erant ministri, & amici, ac cognati, venisse dicuntur in domum Zachariæ. Hoc ipsum alio etiam argumento efficaci corroboratur: nam imitrem interfuisse circumcisioni Euangelistã indicat; refert enim matrem audientem; velle vocare illos puerum Zachariã, dixisse: Nequaquam, sed uocabitur Ioãnes. si igitur mater aderat, consequitur domi circumcisionem esse factam; non enim est uerisimile, puerperã octo dierum domo egressam fuisse, & maxime quod præcepto Domini Leuit. 4. quadraginta diebus manebat in sanguine purificationis, cui non licebat sanctum ullum tangere, nec sanctuarium ingredi. idẽ confirmatur testimonio Epipha. qui hæres. 28. contra Herodianos, ea. de præsentia Christi, Christum circumcisum esse in ea spelunca, in qua natus est, affirmat. Hæc dixerim propter quosdã, qui in Synagoga factam existimant, eo ducti argumento, quod Iudæi nunc in Synagogis circũcidũt. quibus profecto, si id facere se dicant, quia olim ita factũ est, nulla fides est adhibenda, utpote tenebris infidelitatis obcæcatis, cum Scriptura sacra circumcisionem non in Synagogis, sed domibus, aut locis alijs extra Synagogas factam esse commemoret. sic Genesis 17. legimus Abrahã uno die se, & Ismahel, vernaculos, & cunctos domesticos circumcidisse, quæ circumcisio non in Synagoga, quæ tunc non erat, sed domi facta est. Præterea Exodi 4. Sephora in diuersorio dum iter faceret, circumcidit filium suum petra, ne ab Angelo interficeretur. Et Iosue 5. ipse Iosue circũcidit filios Israel in valle præputiorum. non ergo locus a lege fuit præscriptus, in quo circumcisio celebraretur. vnde, et domi, & in agro, & in quouis loco, vbi parentes pueri erat, circumcidi licebat. an aliqui in Synagogis circuncidi voluerint, non constat. Hoc certum tamen est, tunc non fuisse id necessarium, nec in consuetudine, aut vsu communi, cum compertum sit, Ioannẽ domi fuisse circumcisum.

ANNOTATIO CXXXVIII.

Quare octauo die fiebat circuncisio.

INquirendum nunc est, quare octauo die circumcisio infantis fieret; non autem causas hic morales, aut spirituales inuestigamus, quæ multæ sunt, & à sacris Doctoribus traditæ, quasque alio in loco enarrabimus; sola nunc causa naturalis quæritur: multa enim ex divinis illis præceptis præter spirituales, significationes, naturales etiam causas cõtinebant, cumque multa possint in medium exempla proponi, unum producã Leuit. 13. vbi Dominus præcepit Iudæis leprosum non tangere, dum aliqua particula carnis uiuida, & non infecta manebat; cum uero tota caro lepra erat affecta, non amplius tangi prohibebatur. miræ sunt huius rei significationes, tamen causa naturalis ea est, quia quando tota caro lepra est conspersa, tunc putrefactio est in suo termino, & est completa, iamque euaporatio, quæ alios inficit, cessat; experimur enim carnes, uel alias carnes mortuas, dum putrescunt, pessimum generare odorem, & inficere circumstantes; cum uero putrefactio est terminata, cessare illam euaporationem nociuam, & molestam. hæc de eã, dũ caro leprosi adhuc uiuida erat, ui tandum præcepit Dominus; tunc enim putrefactio peragitur, & euaporationes contagiosæ sunt; cum uero tota iam caro exterior infecta est, argumento est cõpletam esse putrefactionem, & euaporationem cessasse. Vides igitur quanta doctrina naturalis præcepto Domini contineatur. Hoc idem in circuncisione inuenies; infantium enim masculorum uita, usq; ad septimum diem inclusiue in magno versatur periculo, tum propter causas particulares, tum propter cœlestium orbium impressiones, quæ in corpora plurimum possunt. Hãc causam habemus in Aristotele, qui lib. 7. Historiar. animal. cap. 12. de infantibus loquens, sic inquit: Plurimi ante septimum diem intereunt, unde fit, ut nomina septimo die imponantur, tamquam saluti iam pueri magis credamus. Eandem causam apud Romanos attulit Plutarchus in libro Quæstionum centuriatarum Romanorum, nempe cur nono die nomen masculis imponeretur: Dies. n. septimus, inquit, anceps erat, octauus autẽ, quia fœminis numerus par adscribebatur, relinquebatur, & ad nonum differebatur. addit etiam umbilicũ die septimo resolui in plurimum, & usque ad diem illum ancipitem esse uitã, & quasi plantam hominem reputari, cum maneat umbilicus, per quem moræ plantæ nutriebatur. Deus igitur noluit

ante

Universidad de Deusto
Biblioteca

ante octauum circuncisionem fieri, ne periculo periculum adderet. adde quod cum nondum vita hominis certa esset, non de numero populi computari. His igitur de causis dies octauus electus, quando vita infantium periculum illud euasit, & in ceterorum hominum numero magis potuit conscribi.

Et vocabant eum nomine patris sui Zachariam.

COMMENTARIA.

CIrcumciso puero nomen cõtinuo imponebatur. Qui ergo uenerãt ut circumciderent puerũ, nomen patris Zachariæ illi imponere uolebant, hoc enim significat uerbum imperfectum (uocabant) id est, de nomine patris illi imponendo agebant. Hanc tunc temporis fuisse cõsuetudinem, ut nomina parentum pueris imponerentur, præsens factum indicat, non enim alia ratione Ioannem nomine patris Zachariam uocare uoluerunt.

ANNOTATIO CXXIV.

Quare circuncisione nomen imponebatur infantib⁹.

NOnnulla annotanda occurrunt. Primo quidem, nomen apud Iudæos in circuncisione pueris imponi solitum, sicut apud nos in baptismo, quod non ante, sed post circumcisionem fieri Theophylactus asserit, & ex textu deducitur; post circumcisionis enim verbum consequitur nominis impositio, quod etiam inferius significatur cap. 2. Postquã, inquit, impleti sunt dies, vt circũcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus. Causa autem cur illo tempore nomen imponeretur, hæc potissimum a Theophylacto adfertur, quia per circũcisionem puer de populo Dei efficiebatur, & vere inter Iudæos computabatur, quã causam diffusius explicat Chrysostomus hom. 9. de laudibus Pauli, exponens cur Sauli nomine mutato vocatus sit Paulus. vbi docet in signum pote statis herilis, & dominij nomina solita fuisse mutari, & imponi; solent enim Domini emptis seruis, noua, inquit, nomina imponere, hac etiam de causa dicit Adam nomina imposuisse rebus, quippe qui earum dominiũ accepisset, id quod etiam testatur Damascenus lib. 3. de Fide cap. 30. Eadem de causa refert Chrysostomus regem Babyloniorũ abductis in captiuitatẽ Ananiæ, Azariæ, & Misaeli nomina mutasse. Cum igitur per circumcisionem de populo Dei efficeretur, & in nouum statum transiret, merito nomen tunc imponebatur, quæ eadem causa cur in baptismo nomen Christianis imponatur, assignari potest. Est etiam altera huius rei causa, quam Cyprianus in tract. de circumcisione adfert, vbi affirmat, eodem octauo die quo celebrabatur circumcisio, nomen etiam puero imponi consueuisse. verba eius sunt hæc. Hoc cũ octaua die iussum sit celebrari, & nomen circumciso aptari, intimatum est his, qui dignã consortio sanctorum censebãtur, quod eorum nomina scriberentur in cœlis, & æternæ beatitudinis, qui post vitę huius septimanam octaua consequitur, hæredes fierent & consortes, quicumque vitæ innocentia, & cælibatus sanctimonia sese Domino consecrassent. Hæc Cyprianus. Est etiam tertia causa, quam in annotatione præcedenti significauimus: nam ante octauum diem puer nondum est in vita cõfirmatus, & quasi nondum homo reputatus vsque ad octauum. qua de causa, vti diximus, refert Plutarchus in quæstionibus centuriatis Romanorum, Romanos solitos die nono masculis nomen imponere, quod die octauo non faciebant, quia cum sit numerus par, fœminæ potius, quam masculo inani superstitione aptabatur, idcirco in nonum transferebant, sicut è contrario fœminis octauo die nomen imponebatur, cum vsque ad sextum vitæ illarum non sit confirmata; vnde septimo eis nomen imponendum erat. at quia hic sexui masculo eadem ratione tribuebatur, in octauum transferebatur, qui fœminis conueniens erat, cum sit par. Romani ergo etiam si circumcisione non vterentur; tamen recenter natis nondum imponebant, vsque ad octauum, vel nonum diem. Quarta causa est Bedæ Lucæ 2. cum de Christi circumcisione loquitur, dicit: Eo die, quo pueri circumcidebantur, nomen imponi solitum, quia quo die Abraham accepit mãdatum circumcisionis, eodem ei, & vxori nomina mutata sunt: hic enim ex

ex Sarai, Sara, ille vero ex Abram, Abraham appellati sunt.

Temporibus Zachariæ mos erat filijs nomina patrũ imponere.

Secundo annotandum est eius ætatis, in qua natus est Ioãnes, morem fuisse, parentum nomina imponere filijs, id quod indicant, non solum verba illa: vocabant eum nomine Patris sui Zachariam; sed etiam quæ sequuntur: Audientes enim nomen Ioannis, dixerunt: Nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine, quasi solitum tunc esset talia nomina pueris imponere. Antiquus tamẽ mos, qui veteri Scriptura legitur, non is erat: nam nec Adam vlli filio nomen suum imposuit, nec ceteri Patres ante diluuium, nec Abraham, nec Isaac, nec Iacob nec Dauid; nam cum nondũ illis maxime temporibus homines, & populi multiplicati essent, ideo noua singulis imponebantur nomina; cum autem maxima hominum multitudo excresceret, noua fabricari fortasse pertæsum est, & recepta parentum nomina sumpserunt.

Olim filijs nomina imponebantur ex euentu aliquo plerumque nomina sumpta esse. sic Genesis 4. Eua filio primogenito Cain nomẽ imposuit, ipsis, & dicens: Possedi hominem per Deum. & cæteris tertium vocauit Seth dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel. Et Lamech, Genesis 5. filium suum vocauit Noe, dicens, quia iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus. Abraham etiam vocauit nomen filij Isaac. Genes. 25. quia dixerat Sara: Risum fecit mihi Dominus. Et Iacob dictus est, quia supplantauerat fratrem, & Esau, quia rufus. Genes. 26. & Phares, quia macerari ceteri diuiserat. Gen. 33. & Moyses vocauit filium suum Gersan, dicens: Aduena fui in terra aliena. Sunt huius materiæ multa testimonia; veterem ergo morem parentes Ioannis Spiritu sancto dictante sequentes, ab ipso euentu nomen filio indiderunt, vt paulo inferius explicabimus.

Et respondens mater eius, & dixit.

COMMENTARIA.

COgnouit mater voluntatẽ eorum, qui nomine Patris puerum vocabant, siue quia interrogata est, siue quia cum adesset, uoces colloquentium audiuit, & illorum uoluntati obsistens, respondit, dicens q̃ sequuntur. Aduerte in Scriptura aliquãdo respondere dici eũ, qui aggreditur loqui etiam non interrogatus; & quamuis nemo ante locutus sit. Matth. 11. Et respondẽs dixit, Confiteor tibi pater. Dicitur autem respondere etiamsi non sit interrogatus, quoties præcessit aliquod dictum, aut factum, cuius occasione loquitur.

Nequaquam, sed vocabitur Ioannes.

COMMENTARIA.

PRohibet puero nomen Patris, & Ioannẽ uocari iubet; repleta enim Spiritu sancto, sicut salutãte Beata Virgine nouit mysteriũ Verbi incarnati, & ita q̃dq̃ de filio suo Zachariæ ab Angelo dictũ fuerat, intellexit, & Spiritu sctõ illuminata puero nomẽ Ioãnis imponi vult.

ANNOTATIO. CXXXIX.

Probabilius est, Elisabet a Spiritu sancto, quam a Zacharia fuisse edoctã de filij nomine.

ELisabeth ab Angelo, qui Zachariæ in templo apparuit, edoctam non legimus; a marito autem surdo, & muto nomen, quod ei ab Angelo significatũ fuerat, accepisse vix est credibile, quamuis & id non sit omnino improbabile; nam scripto potuit vxori indicare omnia, quæ cum illo gesta fuerant; cum vero Spiritu sancto repletam nouerimus, *se edoctã* & prophetica intelligentia mysterium annuntiationis fctæ Virgini affectum esse sciamus, multo probabilius asserimus, per eundem Spiritum sanctum nouisse Elisabeth filij nomen, & omnia, quæ cum marito in Templo gesta erãt. idque affirmant Origenes homil. 9. Ambrosius, Theophyl. Euthymius, & Beda. Verba Ambrosij sunt hæc: Ille mutus intimare vocabulum filij nequiuit vxori, sed per prophetiam Elisabeth didicit, quod non didicerat a marito.

Et dixerũt ad illã, quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nõe.

COMMENTARIA.

MOrem illius ętatis opponũt, vt a nomine Ioannis puero impo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

imponendo matrem auertant. Hoc autem de præsentibus, aut qui non ita pridem defuncti ex illa familia fuerunt, intelligendum est: idcirco dicitur (qui vocetur) nō autem (qui vocatus sit) nam inter maiores eius pletique nomine Ioānis vocati fuerant. Aduerte cognatos, & vicinos fidm carnē, q̄ carnis, & mūdi sunt considerantes, ab iis quæ spūs sunt retrahere, quātum in ipsis est, potē tiorem tñ esse veritatē Spūs sancti.

Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eum.

COMMENTARIA.

MAtris voluntati cognati, & vicini non acquieuerunt, sed Patris voluntatem exquirunt, cūque mutus esset, & surdus, nutibus & signis id significant; sic enim surdis loqui, seu eos rogare solemus. Hoc est autem innuere.

Et postulans pugillarem scripsit.

COMMENTARIA.

EIsdem nutibus, & signis, quibus interrogatus fuerat, vt inquit Euthymius, pugillarem postulauit, vt scriberet nomen, quod voce proferre non poterat; sunt autē pugillares tabellę cereę, aut ligneę, aut alterius materiæ, in quibus stylo scribimus, quorum antiquissimū vsum ēt profani auctores testātur.

Ioannes est nomen eius.

COMMENTARIA.

NOmen indicat, quasi iam impositum a Spiritu sancto per Angelum, non quasi id ipse de nouo tunc imponeret, vt tali assertione contradicentium ora cōcludat. Vnde recte Ambrosius inquit: Ioānes est nomen eius, hoc est, nō nos ei nomen imponimus, qui iā a Deo nomen accepit. Habet nomen suū, quod agnoumus, non quod elegimus. Habent hoc merita Sanctorū, vt a Deo nomē accipiant. Hæc Ambrosius. Recte aūt nomē hoc sortitus est ab euentu; cū n. præcursor esset Christi, p quē gratia facta est, Ioānis nomē accipit, quod Dei gratiā significat, nō q̄ ipse daturus, sed quā ostēsurus populo mittebatur.

Et mirati sunt vniuersi.

COMMENTARIA.

ADmirantur nominis nouitatem, quod non erat in cognatione illorum; admirantur patrem, qui nihil de his, quæ Elisabeth responderat, vtpote surdus audierat, eidem consensisse; admirantur nominis significationē in puero diuinitus nato; admirātur demū verbū Zacharię nomē quasi a Deo positū significātis, a quo tot cognati, & amici illum remouere nō potuerūt.

Aperti est autē illico os eius, & lingua eius soluta est, & loquebatur benedicēs Deū.

COMMENTARIA.

PRorinus ac nomen scripsit, os, & lingua muti soluta sunt a silentio, quo ne loqui possent, tenebantur; merito autē Zacharias post tantum silentium, verba ad Deum benedicendum, ipsumque laudandum profert, vt auctoré suæ uocis prositeatur, ipsiq; gratias repēdat. Manifestum est autem, vt dicit Euthymius, auditum pariter solutum esse; sicut n. pariter erat ablatus, ita quoque pariter est restitutus.

ANNOTATIO CXL.

AVgustinus, siue quisquis est auctor illorū librorū, lib. 3. de mirabilib' sacræ Scripturæ, c. 1. existimat Zachariā non scripsisse nomen, sed dum scribere tentasset, verbo pronunciasse, Ioannes est nomen eius, sic. n, inquit: Nomē filij scribere tentans dixit: Ioānes est nomē eius. id quod etiam Iunēcus scriptor antiquus sensisse videtur, sic canens.

Negāli non est q̄ Zacharias filij nomen scripserit.

Sed proh mira fides, tabulit cū scribere tētat. Implicitā soluit q̄ verba sonātia linguam.

Hæc tñ sñia nullo modo est recipienda, utpote Euangelicis uerbis aduersa; nā dicitur, scripsit: Ioannes est nomē eius. non autem dicitur (dixit) & adiungitur: Illico apertum est os eius, nimirū, postquam scripsit. Sicque interpretati sunt

sunt Patres omnes, inter quos Tertul. lib. de Idolatria, sic inquit: Zacharias tē porali vocis orbatione mulctatus; tamē animo collocutus, linguam irritam trā sit, manibus suis à corde dictat, & nomen filij sine ore pronunciat. loquitur in stylo, auditur in cera, manet omni sono clarior, littera omni ore vocalior. Hæc Tertul. Non tamen est sine consideratione prætereundum, quod in natiuitate pueri, sed post octo dies, & dum nomen imponitur, Zachariæ silentium soluitur. Euthymius hanc dubitationē excitauit, & respondet, id ea ratione factum, vt verbum Angeli adimpleretur, quo dixerat: Mutus eris donec hæc fiāt. Illud (hæc) ad natiuitatem, & nomen referuntur, quorum Angelus fecerat mentionem. Hoc quidem verum est, sed in eo animus non quiescit: nam adhuc interrogare possumus, animusque scire auet, cur Deus id sic disposuerit, quod per Angelum etiam manifestauit. Beda huic dubitationi satis facit, quandamq; rationem adfert: Pulchre, inquit, Zacharias octauo die editæ prolis loquitur, quia per Domini resurrectionem, quæ octauo die, hoc est, post septimam Sabbati facta est, occulta sacerdotij legalis arcana patuerunt, linguaque Pontificū Iudæorum, quam diffidentiæ vincula strinxerant, intelligentiæ rationabilis est uoce soluta. Hæc Beda. Quibus alias possumus adiungere causas. Prima est, ut noua nominis futura impositio (nemo enim in eius cognatione Ioānes uocabatur) nouo quodam miraculo confirmaretur, ob idque non dum circunciditur, sed dum nomē imponitur, lingua aperta est; nomen enim hoc magni mysterij signum esse eo facto ostēdebatur, vt vere erat; Ioannis enim nomen aduēturn gratiæ per Christum imminentem significabat. Secunda est, quia natiuitas Ioannis celebrata erat miraculo magno & lætitia; sterilis enim mater filium pererat; ejus circūcisio alterio erat celebrāda opere, & gaudio, nimirum muti loquela; sic enim Ioannis primordia mirabiliora efficiebantur. Tertia, quia Zacharias magna erat mysteria prolaturus; debuit ergo diem expectatem celebriorem, & quando copiosior fit hominum conuentus, nempe quādo infans circunciditur. Quarta, quia cum ad infantem sermonem conuersurus esset, tē pus expectatur, quo infantis vita confirmata est, & inter homines, uti diximus, incipit computari. Demum ne Ioannis nascentis virtuti loquela patris adscriberetur, sed illi, quem Zacharias aduenisse significauit.

Quare nō in natiuitate sed circūcisione infantis, os Zachariæ apertum fuerit.

Et factus est timor super omnes vicinos eorum.

COMMENTARIA.

HOmines mortales, & Deo lōge inferiores, quando eū potentiam suam exerere animaduertunt, timent, non solum, illius maiestatem reuerentes, quod etiam cęlestes potestates, faciunt; sed etiam ne eā contra peccatores, cōuertat, magnopere formidant. Hinc prodigia, & portenta, quæ certo Dei potentiam referunt, terrere homines solent. Hic timor factus est in omnes vicinos Zacharię, & Elisabeth, qui Dei potentiam in tot, ac tantis gestis clare animaduerterunt, ideirco non in natiuitate timuerūt, quia non ita clare Dei potētia ac virtus in ea exerebatur. De hoc timoris genere scriptū est, Marci 4. Timuerunt timore magno, & dicebant alterutrum, Quis putas est iste, quia venti, & mare obediunt ei? & ca. 5. Venerunt ad Iesum, & vident illū, qui à dæmonio vexabatur, sedentē, & vestitū, & sanę mentis, & timuerunt. Merito autem in Ioannis natiuitate timor, in ortu autem Saluatoris gaudium interceſſere; nam venerat Ioannes ad arguenda peccata, & inducendos homines in pœnitentiam, & timorem iræ Dei cōtra peccantes: Quis, inquit, ostendit vobis fugere à uentura ira? Luce 3. & iā securis ad radicē arboris posita est. Saluator aūt ad dādā remissionē, & recōciliādos homines nascebatur. Luce 19. Venit filius hominis quærere, & saluū facere, quod perierat. Ioan. 10. Veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

In natiuitate Ioannis timor, in natiuitate Christi gaudium inuenitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et super omnia montana Iudææ diuulgabantur verba hæc.

COMMENTARIA.

FAma non in vicinos solos, sed in totam illam regionem, in qua sita erat Ciuitas Zachariæ, peruagata est. Aduerte Iudæam totam in loca plana, quæ campestria dicebantur, & in loca montibus eminẽtia, quæ appellabãtur Montana, diuisam esse. in his erat Ciuitas vbi commorabãtur Zacharias & Elisabeth, & in qua natus est Ioannes. In huius ergo regionis Ciuitates omnes euulgata sunt verba hæc, id est, quæ gesta sunt, nẽpe partus sterilis, silentium Zachariæ, loquelæ restitutio, nominis noui impositio. Facta enim solent vocare Hebræi verba, quia facta verbis exprimuntur. In Græco (omnia montana) in numero est singulari, ut supra annotauimus. Hæc omnia magnam populorum fidem futuræ prædicationi Ioannis concilii abant.

Et posuerunt omnes, qui audierunt in corde suo.

COMMENTARIA.

OMnes, qui hæc gesta mira audierunt, in corde suo posuerunt, id est, cogitarunt apud se, & animo reputarunt, quid ea sibi vellent, & quid portenderent; magnã enim opinionem, ac spem euentus alicuius admirandi conceperant, vti re uera euenit. Prudentis animi est, ac religiosi, quæ præter communem ordinem veniunt cogitatione peruoluere, & quid sibi uelint, animo inuestigare, ut si quid inde sibi faciendũ sit, opportune exequatur.

ANNOTATIO CXLII.

POnere in corde, more Hebræorum dictum est aliquando quidem pro cogitare rem aliquam apud se, & mente reputare, quid sibi uelit, quoue tendat; sicut, ponere in auribus sermones aliquos, pro audire diligenter. sic Lucæ 9. dicitur: Ponite vos in cordibus vestris sermones istos. Aliquando pro memoria tenere, & animo infigere rem aliquam. sic Lucæ 21. scriptum est: Ponite in cordibus vestris non præmeditari, quemadmodum respondeatis. Dicitur etiam ponere cor ad aliquid, quod quidem idẽ significat, quod ponere in corde. Deutero. 32. Ponite corda uestra in omnia uerba mea 1. Regum 25. Ne ponat Dominus meus Rex cor suũ super virum istum iniquum id est ne recorderis, nec rationẽ habeas huius uiri. Psal. 47. Ponite corda uestra in virtute eius, id est, tenete memoria opera mirabilia eius. Sunt multa alia huius locutionis testimonia.

Quid sit ponere in corde.

Dicentes, quis putas puer iste erit?

COMMENTARIA.

QVod animo conceperunt, verbo expresserunt, inuicem dicentes, Quis putas Puer iste erit? id est, magna profecto, & illustria noua hęc, & singularis pueri natiuitas portẽdit, insignis est, & egregius vir euasurus, cuius in ortu talia, ac tãta diuinæ potentiæ argumenta præcedunt, quanta in nullo ante propheta facta sunt.

Etenim manus Domini erat cum illo.

COMMENTARIA.

VErba sunt Euangelistæ, reddẽtis causam, quare omnes tã magnifice senserint de puero, atq; in cordibus suis posuerint, & dixerint: Quis putas puer iste erit? Ea autem est, quia Dei uirtus, & potentia, quę manus Domini dicitur, ex circumstantijs, & ijs, quæ gesta sunt in eo apparebat, quod magna eum ac inaudita patraturum extãt præclaris, & singularibus præludijs, animis omnium certam spem ingenerabat.

ANNOTATIO CXLIII.

MAnus Domini in Scriptura facta Dei virtutem, ac potentiam, quæ supra vires hominum operatur significat. Hæc ex varijs circũstantijs varios indicat effectus; aliquando enim est ad opera mirabilia patranda, aliquando ad auxilium ferendum, & protegendum, 1. Paralip. 4. Si fuerit manus tua mecũ Ezechiel. 3. Manus Domini erat mecũ. aliquando ad miserendũ. Psal. 37. Confirmasti super me manum tuam. Psal. 118. Fiat manus tua, vt saluet me. aliquando ad puniendum & flagellandũ 1. Reg. 7. Facta est manus Domini super Philisthæos. Exo. 9. Ecce manus mea erit super agros tuos. aliquando ad prophetandum. 4. Reg. 7. Facta est manus Domini super eum. aliquando ad fortitudinem conferendam, 3. Reg. 18. Facta est manus Domini super Eliã & accinctis lumbis currebat. aliquando ad Euangelium, fructuose prędicandum. Act. 11. Et manus Domini erat cum eis. aliquando ad miracula facienda. Et, ut uno uerbo dicam, cũ ex Dei virtute innumeri effectus siue gratiæ, siue iustitiæ, siue potentiæ, siue misericordiæ procedant, variijs modis in Scriptura vsurpatur, & ex circumstantijs significatio est explicanda. Quod autem ad locum præsentem spectat, aduertendũ est, Græce non esse particulam causalem sed copulatam (καὶ) Latine (&) vnde quidam hanc sententiam non præcedentis causam interpretantur, sed continuantem, quasi connectat historiam Euangelistæ, ut postquam de parẽtibus, & vicinis, ac cognatis dixerat, ad Ioannem, & Zachariam particulariter conuertatur. De Ionna autem inquit: Et manus Domini erat cum illo. Sic explicat Euthymius, & per manum Domini virtutem, & gratiam interpretatur, quæ erat in Ioanne. Virtus quidem dicitur, silicet eius expositioni adiungere, quia multa supra ętatem operabatur, vtpote vsum rationis habens; gratia uero, quia plenus erat Spiritu sancto, & in dies implebatur magis, ac magis; nõ enim hæc verba de uno die dicta esse intelligendum est, sed de Ioannis indole, & ætatis seu infantiæ incremento. Et re vera particula (&) sensum habere causalem solet, quod sæpe annotauimus, idque vetus interpres animaduertẽs, causalem particulam vertit, & accommodate quidem, eunq; sensum prosequentes, manũ Domini interpretati sumus

Manus id est virtus Domini

virtutem, & potentiam Dei, quæ dicta est esse cum Ioanne, quia ex admirandis operibus, quæ in eius natiuitate effecta erant, apparebat, & agnoscebatur virtus Dei in illo esse, & per eũ magna Deus operaturus credebatur; eaq; de causa dicebant: Quis putas puer iste erit?

Et Zacharias Pater eius repletus est Spiritu sancto & prophetauit dicens.

COMMENTARIA.

PRimo impletus est Ioannes in vtero, salutante Virgine beata Matrem, post eum repleta est tunc Elisabeth; nunc autem repletus est Zacharias, nõ quod non ante Spiritum sanctum habuerit; vt enim recte annotat Origenes homil. 10. Beata Virgo tribus mensibus in domo Zachariæ commorata est, non, vt solus Ioannes Saluatoris præsentia proficeret, sed & ipsa Elisabeth, ac Zacharias; nec enim est credendum, infidelitatis suæ Zachariam ante natiuitatem filij non pœnituisse, nec Spiritus sancti gratia profecisse. pœnituit quidẽ eum, & Saluatoris, Beatæque Virginis præsentia, in mysterij agnitione, & Spiritus sancti gratia progressum magnum fecit; nunc autem repleri dicitur Spiritu sancto, quia nouum donum accepit, ac gratiæ gradum; vehementi enim spiritus ardore inflammatus, & præclaro prophetiæ lumine illustratus palam Canticũ mysterijs refertum pronunciat. Repletur ergo Spiritu sancto, ut actu prophetet. Illud enim (prophetauit) effectus est Spiritus sancti in illum superuenientis, & causa, cur repletus Spiritu sancto dictus sit. Perpende largitatem diuinę misericordiæ. Qui prius mutus erat, & vocem, & donum, ac verbum prophetiæ singulare recepit.

ANNOTATIO CXLIV.

PRophetat Zacharias, & de Christo, & de filio suo Ioanne. Continuatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem Prophetia partim præterita, seu præsentia, partim futura: nam aduenisse in carne Dei filium annunciat, & redemptionem per eum futuram prædicit. Ioānis etiam officium, quod futurum erat, vaticinatur: ut enim, inquit, Greg. hom. 1. in Ezechiel. Prophetia non solum est de futuris, sed etiā de præteritis, ac præsentibus, quæ occulta sunt, omneq; tempus prophetia complectitur. Zacharias igitur à prophetia de Christo exordit. *Benedictus Dominus Deus Israel.*

Prophetia Zachariæ omnes tẽporis differẽtias cõplexa est.

COMMENTARIA.

A Laude, & gratiarum actione de Christo incipit prophetare; vbi enim de beneficijs acceptis agitur, tale exordium conuenienter sumitur. Benedicere autem Deum non aliud est, quam eum laudare, ejusque beneficia gratiarum actione prædicare. Appellat autem Deū Israel, cum sit omnium Deus, tum quia religio Dei, & cultus vigebat in illo populo, gẽtibus idolatriæ deditis. Psal. 75. Notus in Iudæa Deus in Israel magnum nomen eius; tū propter promissiones illi populo factas, inter quas illa erat, quod de eius semine carnem Dei filius sumpturus erat. Rom. 9. Quorum est adeptio, & legislatio, & promissa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem. Merito ergo Deum Israel nunc appellat, quasi impleuisset illud, quod promiserat, cuius causa Deus Israel diceba tur. iuxta illud Psal. 40. Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo, & vsq; in sæculū. fiat, fiat. Hæc benedictio Zachariæ prophetica est, quia laudat Deum, & gratias agit pro beneficio aduẽtus, quem per prophetiam nouerat.

ANNOTATIO. CXLV.

Quare Deus Israel sit appellatus.

DEus & Iudæorum, & gentium omnium Deus, & Dominus est, ut dicitur Rom. 3. tamen voluit olim sic appellari, non solum ob prædictas causas, quia in Israel colebatur, ut inquit Euthymius, & quia de Israel carnem erat sumpturus, secundum promissiones illi populo factas; sed etiam, ut à falsis dijs gentium secerneretur. ipseq; solus Deus verus agnosceretur. Psal. 71. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia magna solus. Deuteron. 32. Nō enim est Deus noster, ut dij eorum, & inimici nostri sunt iudices. Daniel. 6. Paueant Deum Danielis, ipse enim est Deus viuens, & æternus in sæcula. Supra anno 1. unus hominem homini benedicere, & Deum homini, hominemque Deo; multo tamen differentius. Benedicit Deus homini benefaciendo; homo uero Deo, beneficia ab eo accepta recognoscendo, confitendo, prædicando, ac gratias pro eis agendo; homo vero hominī vtroque modo.

Quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ.

COMMENTARIA.

Merito Deus ipse dicitur fecisse, & redemptionem plebi suæ fecisse dicitur.

CAusam explicat benedictionis: Quia visitauit, inquit, & fecit redemptionem plebis suæ, id est, carnē sumpsit, ut plebē suā redimerer, & saluaret. Miro artificio vtrumque coniunctum est uerbum. Visitare dicitur aliquando Deus quādo punit, & flagellat. Visitat ēt quando miseretur, & benefacit. Visitatio autem hæc misericordiæ est, non iustitiæ; potuisset enim Deus carne sumpta plebem uisitare ad iudicandum, & damnandum. at non misit Deus filium suum, ut iudicet mundū, sed ut saluetur mūdus per eū; idcirco, uisitasse, & fecisse redēptionē dicitur, quasi diceret, homo factus est, ut nos redimeret, & saluaret. Fecit quidē Deus aliquādo redēptionē, & liberationē populi, sed nō ut uisitando, nimirum, quando carne nondum sumpta, populū à temporalibus miserijs liberauit. nunc autē homo factus uenit ad redimēdum hominem, etiam à malis spiritualibus, ideo uisitasse, & fecisse simul redemptionem dicitur. Visitatio ad carnis assumptionem, redemptio ad passionem, & morte refertur, per quam redempti sumus.

Nec

Nec mireris, quod redemptionē fecisse dicitur, cū nōdū esset mortu⁹ quia Prophetarū mos est, præterito loco futuri vti ad rei certitudinem significandā, quāuis hoc in loco peculiaris quædā ratio & causa sit, ni mirū, quia redēptio iā tunc inchoata erat sumpta carne. Nō autem redēptio hæc carnalis est, sed spiritualis, p quā à dæmonis potestate, & peccatorum iugo liberauit Deus in carne plebē suā, de qua scriptū est Psalmo 129. Copiosa apud Deum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Fuit quidē generalis hominū redēptio, & visitatio; tamen quia Christ⁹ inter Iudæos natus est, & cū eis conuersatus, & apud eos mortuus, & ipsis promissio facta est, & salus illis prius erat annuntianda, propter ea dicitur, facere redemptionē plebi suæ, nempe, quā promisit plebi suę. De hac visitatione, & plebe illud est Lucæ 7. Quia Prophera magnus surrexit in nobis, & quia visitauit Deus plebē suā. Et Luc. 2. Gloriam plebis tuæ Israel. Cętera in annotatione perlege.

ANNOTATIO CXLVI.

Dei visitatio vt misericordia, & vt pœna.

CYprianus lib. 2. contra Iudæos nu. 7 sic legit; Benedictus Dominꝰ Deus Israel, qui prospexit redemptionem Populo suo. Vetus tamen interpres verba Græca magis expressit & distinxit. Aduerte autem verbum visitandi in Scriptura in bonam, & in malam aliquādo partem accipi. Certum quidē est Deum semper adesse nobis, omniaque nostra prospicere, tamen quando aliquo exteriori opere se præsentem demonstrat, tunc visitare dicitur. Visitat autem vno modo quando damnat, punit, flagellat, aut vlciscitur, sicque aliquando dicitur visitare homines, quos punit, & aliquādo exprimitur causa, propter quam castigat, & punit, & dicitur visitare peccata, aut super peccata, seu super idola. Et aliquando explicatur flagellum in plaga, virga, egestate, & his similibus, quibus castigat. Sunt huiusmodi multa testimonia, è quibus vnum, aut alterum producam. Isa. 26. Visitasti & cōtriuisti eos, & perdidisti omnē memoriam eorum. Num. 14. Visitas peccata patrum in filios. Thren. 4. Visitabit iniquitatem tuam filia Edon. Psal. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: Ierem. 27. In gladio, & in fame, & in peste uisitabo super gentem illam Ierem. 21. Visitabo sculptilia Babylonis. His omnibus modis exprimitur hæc visitatio, quæ est ad pœnam, & punitionem. Altero modo dicitur visitare, quando misericordia vtitur consolando, liberando, dēfendendo, beneficiando; Exodi. 4. Audierunt, quod visitasset Dominus filios Israel. Psal. 64. Visitasti terram, & inebriasti eam. Vtroque modo accipitur nomen visitationis. In malam quidem partem Isa. 10. Quid facietis in die visitationis? Ierem. 23. Assestram super eos mala annum visitationis eorum, ait Dominus. Ezechielis 9. Appropinquauerunt visitationis vrbis. In bonam vero Isaiæ 60. Ponam visitationem tuam pacem. Hinc est quando Dominus uenit iudicare orbem, dicitur visitans, & actus visitatio, quia tunc & malos punit, & bonis mercedem tribuet. 1. Petri 5. Vt nos exaltet in die visitationis. Dicitur autem Deus peculiari, & præcipuo quodam modo uisitasse, quando carne assumpta uenit ad liberandū nos, & actus ipse visitatio appellatur. Ezechiel. 34. Requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum. Et Luc. 19. Eo quod non cognoueris tempus visitationis suæ. Sic accipitur in præsenti; visitasse enim dicitur Deus plebem, quia carnem sumpsit, & homo factus est inter nos, vt nos saluet.

Verbum autem redimendi, & redemptionis in Scriptura, quāuis in bonam partem semper accipiatur, tamen dupliciter usurpatur. Vno modo, p eo quod est liberare, seu eripere à captiuitate, seu ab inimicis, seu à malis aliquibus. Sic dicitur Deus redemisse populū ab Aegypto. Exo. 6. Ego Dominus, qui educā vos de ergastulo Aegyptiorū, & eruā

Redimere rei Scriptura duo significat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de seruitute,& redimam in brachio ex celso. Psal. 100. Redemptionē misit Dominus populo suo. Psal. etiam 118. Redime me à calumnijs hominū. Psal. 101 Redemit eos de manu inimici. Altero modo accipitur proprie pro eo, quod est pretio, seu æquiualente soluto emere. Exo. 13. Omne primogenitū pretio redimes. Leui. 27. Nō redimetur, sed morietur. Hoc modo redemit nos Christus de potestate dæmonis,& à peccatis nostris,soluto scilicet pretio sanguinis sui de qua redemptione dictum est Isa. 43. Noli timere, quoniam redemi te. Iere. 31. Redimet Dominus Iacob. Gala. 3. Christus redemit nos de maledicto legis; Apocalyp. 5. Redemisti nos Deus in sanguine tuo. Et de hac redēptione dicitur 1. Tim. 1. Qui dedit redemptionē semetipsum. Christus etiam dicitur Redemptor Iob. 19. Scio, quia Redemptor meus viuit. Isaiæ 44. Redēptor eius Dominus exercituum. Maior fuit hæc redemptio, quā cum populus fuit ab Aegypto redemptus, non solum ex parte effectus, quia illa à temporali seruitute, ac captiuitate, hac vero à spirituali liberatus fuit; sed etiam ex parte modi redimendi: illic enim populus ereptus est potentia, & virtute liberatoris Dei, at hic carne sumpta, & soluto pretio, & facta satisfactione pro omnium peccatis, propter quæ debitor homo sub potestate dæmonis tenebatur, & mortis æternæ reus erat. ideirco hæc redemptio dicitur copiosa apud Deum. Psal. 129. Erat enim Deus creditor, homo vero debitor, nec vnde solueret habebat: factus est igitur Deus homo, & in natura humana habuit pretiū, quod solueret, nempe sanguinem, passionem, & mortē suā in carne, & per eam Deo creditori soluit, & soluto pretio hominem debitorē liberauit, & à vinculis æternis soluit, & à dæmonis potestate eripuit, & à peccato mundans Patri reconciliauit. De hac redemptione nunc dictum est: Fecit redemptionem plebi suæ. Attendendum est autem non esse dictum: Fecit redemptionem plebis, sed plebi. Plebs hæc Iudaicus populus erat, de cuius semine secundum carnem venit Redemptor, & cui soli redemptio, & aduentus promissa fuerunt; redemptio autem non illius solius, sed etiam populi gentium facta est; nam per Christum uterque populus redemptus est, & in vnam Ecclesiam, & populum Dei congregatus, soluta lege illa, quæ erat quasi maceries diuidēs vt habetur Ephes. 2. idcirco dicitur fecisse redemptionem plebi suæ, nempe quam plebi promiserat, & ad quā admirandam præsentiam suam illi populo exhibuit, non tamen plebis suæ solius, sed & omnium gentium redemptio facta est, quod valde annotandū est; hoc enim Zacharias Spiritu sancto illustratus significauit, & Euangelista ea locutione indicare nobis voluit.

Quare dixerit plebi & non plebis.

Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.

COMMENTARIA.

ALtera causa benedicēdi Deū hæc est, q̄a erexit nobis cornu salutis, id est, regē excitauit, & Saluatorē, q̄ Petr⁹ Act. 5. significauit dicēs: Hūc Principē, & Saluatorē De⁹ exaltauit dextera sua ad dādā pœnitentiā Israeli & remissionē peccatorū; cornu enim regiā potestatē, ac potentiā significat, quæ quidē erat olim apud Iudæos in Dauid & eius posteris, per multa annorū curricula; erat autem iā deiecta, & velut extincta, at in Christo reparata est, & mirum in modum extensa, & aucta. Fuit autem hæc regia potestas, & regnū salutis, quia ad nos saluandum venit, & à iugo peccati, mortis, & dæmonis eripiendū & ad id præstādū erexit hoc regnū; istud igitur est q̄ dixit; Erexit cornu salutis, id est, regiā potestatem, & virtutem reparauit, & restituit nobis Iudæis, à quibus hæc potestas regia iamdiu ceciderat. Erexit autem hanc regiam potestatem in domo Dauid, quia de eius semine caro Christi regis sumpta est, & de eius familia rex natus est, ut sicut ab illo regnum ceciderat, ita in eo repararetur, & erigeretur. Appellat autem Dauidem puerū suū, id est, seruum Dei, non solū, quia Deo

Deo gratus extitit, eiusque uoluntatem fecit, sed quia Rex fuit, & minister Dei. Psal. 77. Elegit Dauid seruū suum. Videtur alludere Zacharias ad prophetiam Psalmi 131 Illuc producam cornu Dauid, id est, florere seu germinare faciam regiam potestatem Dauid, quę iam abiecta erat, & ceciderat. Diximus multa in explicatione verborū Angeli de hoc Christi regno.

Cornu & potētia, & robore sumitur.

ANNOTATIO CXLVI.

COrnu in Scriptura potentiam, ac robur, seu fortitudinem significat, sumpta metaphora ab animalibus cornigeris, quorum fortitudo in cornu est. Deutero. 33. Cornua Rhinocerotis cornua illius. Psal. 43. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Accipitur autem in vtramque partem, & bonam, & malam. Psal. 74. Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. Dicitur autem cornu salutis, quando robur datur ad saluandū, & ad victoriam 2. Regum 22. Scutum meum, & cornu salutis meæ. & Psal. 17. Protector meus, & cornu salutis meæ. Cum autem potentia, & robur maxime in Regibus, & Principibus vigeat, hinc est, quod cornu regiam potestatem, & dignitatem significat, vt constat ex multis locis, præcipue autem Danielis 8. vbi describuntur bestiæ multæ habentes cornua, quæ postea ibidē explicantur significare reges futuros. Euthymius affirmat cornu significare regnū, quia reges vngebantur oleo, quod erat in cornu. Quod quidem etiam si in Regibus Iudaicis verum habeat aliquādo, non tamen certum est reges cæteros sic ungi consueuisse, qui tamen omnes significantur per cornu; accommodatius dicitur cornu significare regnū, eo quod robur, & potentia maxime in Regibus reperitur. Vtramque significationem, nempe fortitudinem, & regnum huic cornu applicat Euthymius nam in Christo erecta est fortitudo salutis; ipse enim vicit, & superauit inimicos nostros, nobisque virtutem ad eos diuincendos suppeditat. Ipse etiam regnum instituit æternum, qui Rex regum est, & Dominus dominantium, & regnare facit suos & in hoc sæculo per gratiam, & in æterna vita per gloriam consummatam. Sicque de semine Dauid surrexit Christus, in quo regnum deperditum renouatum est multo tamen auctius, perfectius, & durabilius, quam illud fuit. Hanc autem posteriorem significationem credimus accommodatiorem esse his uerbis Zachariæ; alludit enim ad cornu illud, de quo 1. Regum 2. dictum est: Dominus iudicabit fines terræ: & dabit imperium Regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Et illud Psal. 88. In nomine meo exaltabitur cornu eius. Et illud Psal. 131. Illic producam cornu Dauid id est, germinare, & reflorescere faciā regnū ipsi Dauid, quod erat deiectum, & ablatum. Dicitur autem cornu salutis, quia non venit Christus ad damnādum, sed ad saluandum. Lucæ 9. Filios hominis non uenit animas perdere, sed saluas facere. Legimus in Scriptura cornua ad ruinam, & mortem, de quibus dictum est Zachar. 1. Hæc sunt cornua, quæ uentilauerunt Iudam per singulos viros, & nemo eorum leuauit caput suum, & uenerunt isti deterrere ea, vt deijciant cornua gentium, quæ leuauerunt cornu super terram Iuda, ut dispergerent eam. & Daniel. 8. Egressu est cornu vnum modicum, & factum est grande contra Meridiem, contra Orientem, & contra fortitudinem. Hoc cornu est Antichristi potestas, quæ erit ad nocendum; cornu vero Christi salutis est. Regnum autem Christi merito per cornu significatur, nam & cornu percutit animal, sicq; percutit, vt procul abijciat inimicum; Christus enim percussit diabolum, & peccata nostra procul abiecit, ne regnent in nobis. Ioan. 12. Princeps huius mundi eijcietur foras. Michææ 7. Deponet iniquitates nostras, & proijciet in profundū maris omnia peccata nostra. Illud autem (erexit) Cyprianus lib. 2. contra Iudæos num. 7. legit (excitauit) magis autem accedit verbo Græco (erexit) seu (exaltauit) quod Gregorius lib. 1. Expositionis lib. Regū c. 2. egregie interpretatur, dicens: In Deo salutari nostro exaltatum est cornu nostrum, quia sublimitas Ecclesiasti-

Cornu & regia potestas.

cæ potestatis in humanitate nobis erecta est Redemptoris. vnde & de eodem redemptore per Zachariam dicitur: Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os Sanctorum prophetarum suorum. Et quia exaltatum cornu suum refert, latenter indicat, quia ante cornu habuerat, q̃ exaltatum non erat. Sancta quippe Ecclesia ante Redemptoris aduentum cornu habuit, quia in Patriarchis, & Prophetis, tam recte viuendi ordinem, quã delinquentes corrigentes potestatẽ diuinitus accepit; sed tamen cornu exaltatum non habuit, quia etsi viuere iuste poterat, tamen ad paradisi gaudia sine Redemptoris præsentia redire non poterat: nunc autem Sanctæ Ecclesiæ cornu exaltatum est, quia iam mundi Redemptorem recepimus uenientem, per cuius gratiam non solum recte possumus viuere, sed ad Paradisi gaudia transire. Hæc, & alia Greg. ibi, & lib. 6. eiusdem expositionis cap. 3. sic inquit: Sublimauit cornu Christi sui. Hinc namq; per Zachariam dicitur: Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Cornu quippe salutis quid est, nisi sublimitas Ecclesiasticæ potestatis? nam quod antiquis nusquam dicitur, modo vniuersali Ecclesiæ dicitur: Quodcumq; ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlis: & quodcũque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Hæc ibi.

Sicut locutus est per os Sanctorum, qui à sæculo sunt Prophetarũ eius.

COMMENTARIA.

TErtia causa benedicendi Deũ hæc est, nempe impleuisse, q̃ per Prophetas promiserat. Erexit, inquit, cornu saluris in Domo Dauid, sicut prius locutus est, & promisit per Prophetas antiquos. Est autem causa magna Deum laudandi impleuisse promissa, quod ad fidelitatem pertinet. Rom. 3. Numquid incredulitas illorum, fidem (id est fidelitatem) Dei euacabit? Significat Zacharias hoc cornu salutis esse Christum, eiusque regnum prænunciatum, & promissum per Prophetas. Prophetæ Sancti dicũtur in destinctionẽ pseudoprophetarum, quorum sæpe Scriptura meminit. Illi quidem non proprio spiritu, sed Dei ipsius locuti sunt, ideirco Deus per eos loqui dictus est. 2. Petri. 2. Non humana voluntate allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Hinc est, quod in Symbolo fidei confitemur Spiritum sanctũ, qui locutus est per Prophetas. Per os promisit Deꝰ Christum salutis auctorem, & de familia Dauid venturum, in quo regnã erat suscitandum, & exaltandum. Sunt tot, ac tam aperta utriusque veritatis testimonia Scripturarum, vt superfluum sit aliqua producere. sufficiant quæ Christus in Euangelio testatus est, dicens: Lucæ 24. O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ. nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriã suam? & incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibꝰ scripturis, quæ de ipso erant. Et Ioan. 5. Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitã æternam habere; illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Dicũtur autem Prophetæ à sæculo fuisse, id est, olim, & ab antiquo. Phrasis enim est Hebræa. Genesis 6. Isti potentes, qui à sæculo fuerunt. Et Psal. 24. Reminiscere miserationũ tuarum, & misericordiarũ tuarum quę à sæculo sunt, id est antiquarũ iuxta illud. Psal 88. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ. ita nunc etiã ductum est, qui à sęculo sunt. cui est simile illud Pauli ad Hebr. 1. Multifariã, multisq; modis olim Deus loquens Patribꝰ in Prophetis, nouissime locutus est nobis in filio.

ANNOTATIO CXLVIII.

ILlud (à sæculo) quidam recentiores intelligunt quasi dictum esset, ab orbe condito, seu à mundi exordio, accõmodatius tamen intelligitur locus hic de Prophetis, quorum testimonia sacra Scriptura continet, qui fuerunt missi ad populum illum Iudaicum, cui facta est promissio Saluatoris, qui à sæculo dicũtur, quia ab antiquo fuerunt, quãdo populus Iudæorum initium sumpsit. Hoc autem (Sicut locutus est per os Prophetarum) refertur ad cornu salutis, & ad id, quod in domo Dauid sit erectum. Verumque in priori sententia affirmatũ est, & utrumque Prophetæ prædixerũt, nẽpe Christum salutis auctorem, & de domo Dauid uenturum. Quamuis Beda referat ad secundum tantum, nempe quia in domo Dauid sit cornu hoc salutis erectum. Per Prophetas autem Deũ locutum esse, & promisisse cornu salutis, non aliud est, quam promisisse Christi Regnum, eiusque aduentum saluatorum homines, quod ab antiquo prænũciatum est. Isa. 25. Ecce Deus iste, expectauimus eum, & saluabit nos. Ierem. 23. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen, quod uocabunt eum, Dominus iustus noster. Osee. 1. Saluabo eos in Domino Deo suo. Soph. 3. Dominus Deus in medio tui fortis, & ipse saluabit nos. Sunt multa huiusmodi testimonia.

Quid verbum illud (à sæculo) significet.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos.

COMMENTARIA.

EXponit quid sit hoc cornu salutis: Salutem, inquit, ex inimicis, id est, eum, qui saluabit, & liberabit nos ab inimicis nostris, & de manu, ac potestate eorum, qui nos oderunt. sicque connectenda est tota hæc sententia, quasi quædam appositio, & explicatio illius, quod dixerat cornu salutis. Similis locutio habetur inferius c. 2. Viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Sicut lumen, & gloria per quandam appositionem dicta sunt illius (saluta re tuum) ita nunc per appositionẽ illius (cornu salutis) dicitur, Saluté ex inimicis nostris. Salutem dicit, id est, causam salutis, aut loco Saluatoris. Sic enim sæpe in Scriptura usurpatur. Psal. 26. Dominus illuminatio mea, & salus mea, Psal. 34. Dic animæ meæ, salus tua ego sum. Ioan. 4. Salus ex Iudæis est. Distinguit autem Zacharias inimicos, & odio habentes, à quibus liberandi sumus, iuxta illud Psal. 105. Saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici. Inimicos, & odio habentes habet homo; inimicos quidem, qui ei nocent spiritualiter, carnem, & mundum, à quibus multis modis patimur, ab his liberati sumus per Christum, dum tanta nobis uirtus, & gratia eius uisitatione, & redẽptione collata est, ut eorum nocumentum uitare possimus, & eis uti ad iustitiæ, & præmij augmentum ualeamus. Rom. 7. Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesũ Christum. Galat. 1. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsẽti sæculo nequã. Qui uero oderũt, dæmones, sunt & homines, sæpe ab illis infligati, qui nostrã salutẽ impedire conantꝰ, a quibꝰ per Christũ eodẽ modo liberati, sumꝰ, nõ q̃ illi nõ tẽtẽt nocere, sed q̃ nõ nocẽãt; nõ q̃ nõ impugnẽt, sed q̃ nõ expugnent nos. Gal. 6. Induite uos armaturã Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli; quoniã non est nobis colluctatio aduersus carnẽ, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates tenebrarũ harum. Liberauit ab his nos Christus, non ut non insurgant contra nos, sed ne uincãt, si nolumus. Hoc est de manu odientium saluare, nẽpe, ne præualeant aduersus nos. Hæc in hoc sæculo fiunt; nam in futuro, & æterno perfecta est salus, ubi nullus aderit inimicus, nec aduersarius, nec qui nos odio habeat, quãdo ponet fines pacem, & adipe frumenti nos satiabit.

Quid per inimicos & quid per eos q̃ nos oderunt significetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Superioris sniæ expositio cõfirmatur.

ANNOTATIO CLXVIIII.

EVthymius, Theophyl. & Beda interpretantur hanc sentẽtiam per appositionem quandam dictam, connectentes cum illa: Erexit cornu salutis, nempe, Salutem ex inimicis nostris, quorũ interpretationi nos in Cõmentario adhæsimus. Quidam vero recentiores connectunt cum verbo (locutus est) vt sit sensus: Erexit cornu salutis, sicut locutus est, & promisit per Prophetas, salutem ab inimicis, & de manu odientiũ. Immo & multa, quæ sequuntur, cum eodem verbo connectunt. Quorum expositio licet probabilitate non careat; multo tamen accommodatior visa est illa, quam antiqui sequuntur, eamque in Commentario & probauimus, & explicauimus. cui locutioni præter id, quod in Commentario protulimus, simile illud etiam est 1. Corinth. 1. Christũ prædicamus crucifixum, Iudæis quidẽ scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum, Dei virtutem, & Dei sapientiam. Illud autem (de manu eorum, qui oderunt nos) quidam repetitionem quandam Hebræis vsitatam existimãt, vt idem sit. ex inimicis & de manu eorum qui oderunt. At quia hæc duo non vt idem significantia in Euangelio legimus. Matth. 5. Diligite inimicos vestros, benefacite ijs, qui oderunt vos, & re vera idem non sunt: inimicorũ enim nomine non semper comprehẽduntur, qui oderunt. nã, & caro, & mundus inimici nostri sunt; non tamen dicuntur odio nos habere, & inter homines ipsos, non semper qui odio habent, inimici sunt. nam inimicus est, qui signo exteriori conceptum contra nos odiũ ostendit. Et sunt qui odio habent: signa tamẽ amicorum, & opera sæpe præbent; idcir co in hoc loco distincta reputamus, vt in Commentario explicuimus. Vtroq; tamen nomine omne genus inimici cõprehenditur; sunt enim inimici visibiles, & inuisibiles, occulti, & manifesti, homines, & dæmones creaturæ rationales, & irrationales, & omne vitium inimicum nobis est, a quibus omnibus per gratiam Saluatoris liberati sumus, in hoc quidem sæculo, ne nobis nolentibus noceant, in futuro vero, quando inimica occidetur mors, ne etiam nocere attentent. In Scriptura autem sacra sæpe hęc duo coniunguntur. Psalm. 17. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab ijs, qui oderunt me. Et ibidem: Inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. Et Psalm. 20. Inueniatur manus omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt, id est, contra inimicos occultos & manifestos, qui oderunt occulti, qui manifesti inimici dicuntur. Sunt multa alia huiusmodi loca.

Ad faciendam misericordiam cum Patribus nostris.

COMMENTARIA.

CAusas cur cornu hoc salutis erexerit Deus, eiusq; fructus, & vtilitates enarrat; illi enim sentẽtiæ connectitur ista, quæ sequitur nũc. Prima igitur causa est, vt misericordiã faceret cũ Patrib⁹ nostris. Non aũt cũ solis illis Patriarchis, & Prophetis, sed ẽt cum omnibus iustis, qui præcesserant, Deus carne assumpta fecit misericordiam. Primo quidem, quia illis peccata remissa fuerũt in fide, & spe huius aduentus, & futuri cornu salutis; pretio enim veluti credito remittebantur illis peccata. Facta est igitur misericordia cum illis, dum mittitur pretium peccatorum illorum, seu dũ misericordia inchoata ante aduentum, in ipso aduentu perficitur, & completur, sicut qui captiuũ de potestate inimici liberat, pretio nondum soluto, sed credito misericordiam inchoat, quã consummat quando illud exhibet. Rom. 3. Quẽ proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorũ in sustentatione Dei. Secundo, quia detinebantur iusti illi, cum è viuis discesserant, etiam purgati in carce- *Rom. 3.*

re, seu limbo, ne viderent Deum, & gloria fruerẽtur, donec per hoc cornu salutis liberarentur. Zachar. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo nõ est aqua. Vnde Christus resurgens, & in infernum descendẽs eos illinc extraxit, & secum in Paradisum introduxit. Vtrumq; opus misericordiæ fuit; remissio enim peccatorum non iustitiæ hominũ, sed gratiæ, & misericordiæ est per Christum. Liberatio etiam illorum a carcere, & introductio in gloriã, licet opus sit iustitiæ, qua Deus mercedem promissam iustis præbet tamẽ à radice misericordiæ procedit, per quam gratiam dare, qua iusti cõstituerẽtur & promittere dignatus est. idcirco etiam misericordia dicitur. Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Hanc igitur misericordiã Christus aduenies fecit cum Patribus illis. Patres. n. appellat priores tempore, qui iam mortui fuerant.

Magis expendũtur verba hæc.

ANNOTATIO CL.

ILlud (ad faciendã) Græce infinitiuus est, (facere misericordiam) sicut etiã quod sequitur (memorari) quamuis Interpres vnum verterit per gerundium, alterum per infinitiuum, vti sermo Græcus habet. Latine dicim⁹, Vt faceret misericordiam, & vt recordaretur testamẽti sui. Sicque clarior efficitur sententia, licet sensus nõ mutet in lectione Interpretis. Erexit ergo cornu salutis Deus, vt faceret misericordiã, seu, ad faciendã misericordiã. Origenes hom. 10. Theophylactus, Euthymius, Beda, cæterique antiqui Patres connectunt illi sententiæ (Erexit cornu salutis) vt diximus in Commentario. Quidam vero recentiores coniungunt, verbo (locutus est) sicut & præcedentem versiculum, in hũc sensum: Sicut locutus est fore, vt saluaret nos ab inimicis nostris, & faceret misericordiam cum Patribus nostris, & memoraretur testamenti sui sancti. Dura tamen, & parum accommodata est connexio, vt intuenti facile est videre. Potius verba hæc ratio sunt, cur cornu salutis erexit, vti diximus. Quæ autem sit hæc misericordia, quam fecit Deus per hoc cornu salutis, Origenes explicat generaliter. nimirum, quia aductus, & præsentia Christi illis profuit, & vtilis fuit. Quæ autem fuerit hæc vtilitas non exponit; nos autem in Commentario explicuimus, nec est quod repetam*.

Et memorari testamenti sui sancti.

COMMENTARIA.

SEcunda causa, cur cornu salutis erexerit Deus, annectitur, nempe vt recordaretur testamenti, pacti, seu promissionis suæ, quam fecerat olim Patribus, quasi diceret, vt re ipsa ostenderet se memorem esse. Recordari enim Deum promissionis, non aliud est, quam implere quod promiserat: vt igitur misericordem, & fidelem se exhiberet erga Patres, carnem sumpsit, & cornu salutis erexit. Quomodo misericordem Patribus se præbuit Deus suo aduentu, in Commentario præcedenti diximus: fidelem autem se exhibuit implendo, quod promiserat. Fuit namque misericordiæ promisisse; at impleſſe, fidelitatis. Testamentum appellat fœdus, & promissionem, seu pactum, quod fecit Deus cum maioribus illis Iudæorũ de aduẽtu suo, & carnis assumptione ad saluandum, & redimendum hominem, quod appellat Sanctũ, vt distinguat ab alijs pactis, quæ fecit Deus de rebus tẽporalibus: hoc autem est Christo venturo, qui Sanctus sanctorum est, & ad nos sanctificandum datus.

ANNOTATIO CLI.

ADuerte quosdam recentiores, vt in præcedenti annotatione diximus, copulare etiam hæc cum verbo (locutus est) accommodatior tamen est connexio, vt sit causa quædam, cur cornu salutis Deus erexerit, vt Euthymius, Theophylactus, & antiqui sentiunt. Aduerte etiam ex his verbis, Deum in

Hæc sententia magis explicatur.

suscipienda carne habuisse ratione statuum, qui præcesserunt; uenit enim vt illorum misereretur, & quod eis promiserat adimpleret. Hæc duo prædixit, & promisit Deus Dauid Psalmo 88. Misericordia, inquit, mea, & ueritas mea cũ ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Perpende (cornu eius) nimirũ Christum de domo Dauid, eiusque semine: præterea illud (misericordia mea cum ipso) quod nunc dicitur (ad faciendam misericordiam) (& ueritas mea cũ ipso) id est (memorari testamenti sui sancti) quasi dicat: Erigam cornu in domo Dauid, vt factam misericordiam cum ipso, & fidelem me exhibeam, implendo quod promisi. Statim explicat ibi sancti tatem, & stabilitatem promissionis huius. In æternum, inquit, seruabo illi misericordiam meam, & testimoniũ meũ fidele ipsi. Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint. Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint. Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, neque nocebo in ueritate mea: Neque profanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Hæc omnia præsentem Zachariæ sententiam explicant. Testamentum autem sanctum dici quidam recentiores putant, quia inuiolabile sit, & firmum; sed accommodatius dicitur sic appellatum, ut indicet illud pactum de Christo uenturo, ad distinctionem pacti de rebus temporalibus, & terra promissionis Iudæis tunc danda.

Psal. 88.

Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum.

COMMENTARIA.

CAusa tertia hæc est, cur cornu salutis erexerit: Iusiurandum, inquit, quod iurauit ad Abraham; id est, vt seruaret, & compleret iusiurandum, quod iurauit. Est autẽ in accusandi casu, & connectitur eidem verbo, Erexit cornu salutis; iusiurandum nempe quod iurauit. Est enim phrasis Hebræa similis illi Abacuc 3. Suscitabis arcum tuũ,

Abac. 3.

iuramenta Tribubus, quæ locutus es, id est, vt impleres iuramẽta, quæ iurasti, & locutus es. ita nunc, Erexit cornu salutis, iusiurandũ, quod iurauit, scilicet, vt redderet iuramẽtum quod iurauit. Distinguit iuramentum a testamento, seu promissione, non solum quia distincta hæc sunt; iuramentum enim promissioni maiorem firmitatem, & immutabilitatem adiungit, sed etiam quia hoc iuramentũ peculiare est, quod Deus præstitit Abrahæ Gen. 22. vt in annotatione explicabitur; Abraham patrem appellat nostrũ, quia est Iudæorum primus parens, cuius fidem, & circumcisionem amplectebantur, & in quo acceperãt promissiones. Ioan. 8. Scio quia Abrahæ filij estis, & Pater noster Abraham est. Refert autem Abraham; nam etiamsi ad Dauid etiam iurauit Deus. Psalmo 131. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum; non fuit tamen iuramentum tale, quale hoc, quod fecit ad Abraham, quodque sequẽti sententia explicatur.

ANNOTATIO CLII.

Sõnus superioris sita magis explicatur.

ACcusatiuus ille (iusiurandum) cũ non appareat uerbum, a quo regatur, uarias induxit interpretationes recentiorum. Quidam enim legendum cẽsent (iusiurandi) facile enim potuit error Græce incidere propter similitudinem litterę ypsilon cum ni ὄρκον ὀρκου. Si autem legamus in gignendi casu, tùc facilis est sensus: connectitur enim cũ uerbo (memorari) quasi expositio illius (testamenti sui sancti) nempe, iusiurandi, &c. Cum autem omnes codices Latini, & Græci legant in accusandi casu, & antiqui expositores sic exponant, & legendum annotent, ut paulo post dicemus, non est admittenda recentiorum illorum emendatio. Quidam alij supplendam præpositionem κάτα, seu Latine (secundum) existimant, ut sit sensus: Secundum iusiurandum, quod iurauit ad Abraham. Oportebat autem Scripturarum testimonijs hanc similem addi-

Quod fuerit iuramentũ Abrahæ præstitũ.

tionẽm solitam probare, quod non fit idcirco, nec probanda est horũ interpretatio. Quidam alij connectunt cum verbo sequenti (daturum) quod Græcis est infinitiuus (dare nobis) vt sit sensus: Vt daret nobis iusiurandum, quod iurauit ad Abraham. Violenta autẽ hæc est transpositio, præterquam, quod improprie dicimus, dare iuramentum, pro eo quod est implere quod iuratum est, idque tam Græce, quam Latine. Quidam alij connectũt cum illo verbo (locutus est) cui etiam, ut diximus, connectunt illud (salutem, & reliqua) sed dura nimis efficitur locutio. Postremo inter antiquos, Euthymius, Theophylactus, & Beda connectunt cum verbo præcedenti (memorari) quod vtrumque casum etiam Græce regit, nempe gignendi, & accusandi, & ab vno casu trãsit in aliũ, sicut supra retulimus multos interpretatos esse illud: Sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & semini eius. Hanc interpretationem non possum mihi facile persuadere. Si.n. Euangelista verbũ præcedens exponere uoluisset, numquã casum mutasset, sed aut vtrumque in gignendi, aut in accusandi casu posuisset: idcirco potius arbitror Euangelistã casum mutasse, ne ad uerbum præcedens (memorari) referri existimarem⁹, sicut supra etiam annotauimus in illis uerbis (Abraham, & semini eius.) Separãdum ergo est iusiurandum à præcedenti sententia, & referendum ad illam primam (Erexit cornu salutis) quasi sit noua q̃dam causa illius, sicut cæteræ præcedentes, vti in commentario explicatum est. Quod autem ad hoc iusiurandum spectat, rectè Theophylactus annotat illud esse, quod Dominus Abrahæ, filium ad Dei vocem sacrificare volenti præstitit, dicens: Per memetipsum iurauí, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in littore maris. Possidebit semẽ tuum portas inimicorum suorum, & benedicẽtur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.

Huius iuramenti tamquam insignis cuiusdam facti meminit nunc Zacharias, distinguens a testamento, seu promissione de Christo venturo, quam fecerat eidem Abrahæ sine iuramento ca. 12. & 18. & quam sine iuramento fecerat Isaac Gen. 27. & Iacob Gen. 28. Iuramentum autem Abrahæ factum est tunc, cum Isaac filium ad Dei vocem sacrificare uoluit, idcirco huius nunc particularis mentio facta est. Iuramentum autem Dei, promissionis immobilitatẽ, & firmitatem auget.

Quamuis enim simplex Dei promissio firma sit, quia Deus verax est, & mẽtiri non potest, iuramentum tamen auget, quasi geminata firmitate, ut docet Paulus Hebr. 6. huius iuramenti mẽtionem faciens: Homines, inquit, per maiorem se iurant, & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem est iuramentum, in quo abundantius uolens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum, ut per duas res immobiles, quibus est impossibile mentiri Deum, fortissimum solatiũ habeamus. Homo quidem, cuius promissio fallax est, firmitatem accipit à iuramẽto, quod Deo sit tanquam maiori: Deus autem non habẽs maiorem, per seipsum iurat.

Daturum se nobis.

COMMENTARIA.

EXplicat quid hoc iusiurandum contineret, quidque iurauerit Deus patri nostro Abraham, hoc nempe, se, id est, Deum daturum nobis ea, quæ sequenti sentẽtia enarrantur. Illud (se) refert Deum: Iurauit, inquit, Deus se daturum nobis. nec est loco appositi, quasi diceret; Iurauit Deus, quod daturus esset se ipsum nobis, sed est loco suppositi; Iurauit se daturum, seu, quod ipse daturus esset nobis, quæ sequuntur.

ANNOTATIO CLIII.

Quid de superiori sententia Doctores senserint

NON modica difficultas est in sensu præcedentium uerborum assequendo. Communis sententia est, connecti debere cum præcedenti sententia, quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi sit quædam explicatio iurisiurandi, quod iurauit Deus: Iurauit, inquit, se daturum nobis, vt sine timore de manu inimicorum liberati seruiamus illi. ita Origenes homilia 10. Euthymius, Beda, & multi ex recentioribus affirmat. Et reuera hunc sensum amplexus est vetus interpres noster. Cui expositioni verba Græca obstare videntur, est.n. infinitiuus cum articulo τῶ δόῦναι ἡμῖν: periti autem huius linguæ annotant, articulū illum indicare causam, supplēdumque esse ἕνεκα, vt sit sensus, ut daret nobis, seu ad dandum nobis. similis.n. locutio habetur Matt. 2. Herodes, inquit, quærat animam pueri ad perdendum eā. illud (ad perdendum eam) est infinitiuus cū eodē articulo. Si igitur sic legamus, non potest connecti cum præcedenti verbo, nec ad iuramenti explicationem pertinet, sed est noua sententia, sicut ille præcedentes (ad faciendam misericordiam cum Patribus) & (vt memoretur testamenti sui sancti) ita etiam dictum est, ut daret nobis, quo sine timore inimicorū liberati seruiamus illi. Erit quæ quædam alia causa, cur Deus hoc cornu salutis erexerit, nec negari potest eam esse congruentem expositionem, & valde accōmodatam, si verba Græca, quæ nunc legimus, consideremus. quam lectionē inueni apud Irenæum lib. 3. c. 11. vbi sic legit: Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, vti det nobis sine timore ex manu inimicorum ereptis, seruire sibi in sanctitate. Hæc Iren. illud (vti) loco (vt) positum est. Vetus autem interpres videtur infinitiuum sine articulo legisse, quasi dictum esset. Iusiurandum, quod iurauit date nobis. Vt sine timore inimicorum liberati seruiamus illi. Ac cum omnes hanc recipiant lectionem, & Græci ipsi auctores, qui idiomatis proprij peritissimi erant, eam sequantur, & inter recentiores etiam linguę huius valde peritos nonnulli Græcis uerbis accommodari posse affirment, existimauimus consultius esse sic interpetari, ideoque in commentario cum præcedenti uerbo coniunximus, nēpe Deum iusiurandum iurasse se daturum nobis, quæ sequenti sententia dicuntur. Nō desunt autem graues Doctores, qui illud (se) appositum existimāt, nempe, Deus iurauit quod daret seipsum nobis. Deus enim seipsum nobis dedit, quando carnem pro nostra salute accepit. Ita interpretati sunt S. Bonauentura, & Albertus Magnus, immo ante eos Augustinus, siue is, cui tribuitur liber de diligendo Deo, cap. 17. Cum autem in nullo codice Græco habeatur illud (se) credēdum est ab interprete positum elucidādi causa, debetque non ut appositum, sed, ut suppositū intelligi, sicut antiqui legunt.

Vt sine timore de manu inimicorum liberati seruiamus illi.

COMMENTARIA.

HOC est quod iurauit Deus Abrahamo, se nobis daturum, nēpe vt liberati de manu, & potestate inimicorum, sine timore seruiamus illi. Connectitur autē illud (sine timore) verbo illi (seruiamus) Est.n. quædam Hyperbaton. Sūt autem in his verbis tria, quæ iurauit dare nobis Deus, quæq; per Christum veræ salutis cornu accepimꝰ. Primum est quod de manu, id est, de potestate peccatorum, diaboli, carnis, & mundi liberati sumus, quod supra declarauimus. Alterū est, seruire Deo facile possumus, quod maximè statui Euangelico peculiare est: qui.n. erant in legis statu, nō ita pure Deo seruiebāt, de quibus Galat. 4. dicitur. Quomodo cōuertimini ad infirma, & egena elemēta, quibus denuo seruire vultis? Porro illi Moysi discipuli erant Ioan. 10. & quodammodo ei seruiebant, legem Moysis obseruātes: at nos Deo ipsi absq; vmbris, & figuris seruimus, ipsius sumus discipuli. Ioan. 6. Erūt omnes docibiles Dei legem, & præcepta Christi, qui verus est Deus, obseruamus. Dicimur etiam seruire Deo ipsi per Euangelium; per ipsum enim efficitur, ut non iam peccato, nec affectibus seruiamus, de quibus dictum est Rom. 6. ut ultra non

non seruiamus peccato. & iterum; Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immunditiæ. Luc. 16. Non potestis seruire Deo, & Mammonæ. Tertium est, quod Timor excludit, non tamen omnis, sed seruilis, & quo præcipue pœna timetur. quo verbo Zacharias significat Christū suo aduentu spiritum illum legalē timoris, & seruitutis abiecturum, & spiritum dilectionis, & filiorum inducturum. Hæc tria egregie Paulus nos docuit; duo quidem priora ad Roman. 6. Gratia, inquit, Deo, quod fuistis serui peccati; obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis, liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ, liberati, inquit, à peccato. ecce quod nunc dicitur, (de manu inimicorum liberati,) nā per peccatum regnat diabolus in nobis: Serui, inquit, facti estis iustitiæ. ecce, quod nunc dicitur (seruiamus illi.) sequenti autem versiculo huius seruitutis, quæ uera libertas est, qualitas explicatur. Iterū adiungit ibidem Paulus: Cum serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Eadē duo repetit capite septimo eiusdem Epistolę: Cum, inquit, essemus in carne, passiones peccatorū, quę per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti: nunc autem soluti sumus à lege mortis, a qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus. De tertio autem eidem Paulus eiusdem Epistolæ Cap. 8. inquit: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba, Pater, hoc est, qđ nunc dicitur (sine timore) nempe seruorum, quia Euangelium à seruitutis statu in statum filiorum Dei nos transtulit.

ANNOTATIO. CLIV.

ORigen. homil. 10. illud (sine timore) verbo (liberati) copulat, vt dicamur per Christū sine timore liberati de manu inimicorum: Crebro, inquit, de manu hostium aliqui liberantur, sed non absque timore; cum enim metus, & discrimen ante præcesserunt, & ita de inimicorum manu quis fuerit erutus, liberatur quidem, sed non sine timore. Porro aduentus Domini IESV de manu inimicorum absque timore nos eruit: non enim sensimus inimicos nostros, nec eos uidimus repugnantes, sed nescimus, quomodo repente de faucibus eorum, & insidijs erepti sumus, in puncto, atque momento, transtulit nos in hæreditatem, partemque iustorum. Hæc Origenes. Quæ expositio non explicat spiritum Euangelij, quem nobis attulit Christus, qui spiritu timoris, & seruitutis, qui illius legis erat, reiecto, induxit spiritum dilectionis, & libertatis filiorum Dei. *Orig. expositore refellitur.*

Hoc enim est, quod Zacharias nunc significat. Præterea illa doctrina non est omni ex parte uera; timor enim inimicorum præcessit: nam peccatum per legem agnoscebatur. Roman. 7. Per legem, inquit, cognitio peccati. Nouerat homo etiam carnis pugnam contra spiritum, & lex ipsa vetus timorem incutiebat: non igitur sine timore liberati dici possumus.

Verius ergo est, & accommodatius, quod dicit Euthymius, nempe esse quandam hyperbaton, & connecti sic debere: sine timore seruiamus: quæ connexio sensum accommodatissimum facit, quem in Commentario secuti sumus.

Duplex hic occurrit dubitatio, vna est, quis sit hic timor, sine quo seruiendum est Deo in Christi aduentu, & Euangelij statu. Quidam de timore inimicorum interpretantur, qui per gratiam modo quodam expellitur, nimirum, ut non timeantur inimici, quasi superari nequeant, cum per gratiam effecti simus illis superiores, si uelimus. Talis igitur timor excluditur per Christū, & fiducia nobis datur, de qua dē Io. 14. Confidite, ego vici mundum. Quidam alij *De quo timore loquatur Zacharias.*

alij de timore seruili intelligunt, quo timetur precipue pœna, qui proprius est seruorum; quique in statu legis erat, vtpote quæ ex vi sua à peccato non liberabat, nec gratiam conferebat; ideo qui sub lege erant, in statu seruitutis erant; à quo Christus nos liberans, & in statũ filiorum transferens, seruitutis illius timorem abiecit, & spiritum dilectionis, & libertatis filiorum attulit, quod Lucæ 12. significans, dixit: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. quasi diceret, abijcite timorem seruilem, quia iam filij estis, & patrem habetis Deum, qui vos in regnum aduocauit, in quo regnetis, & non iam amplius, vt olim seruiatis. Hic est timor, de quo nunc dicitur: Sine timore seruiamus illi. Verum est, hoc timore excluso, etiam illum remoueri, qui est inimicorum, de quo illi hunc locum interpretabantur; tamen precipuum intentum Zachariæ est, significare timorem legis expulsum esse per Christum, & gratiam dilectionis, & filiationis datam.

Dubitatio altera est, cum dictum sit, Deum iurasse ad Abraham daturũ nobis, & hoc iuramentum sit illud, quod scriptum est Gen. 22. Quæret aliquis, quibus illic verbis tale iuramentum sit contentum? Respondeo, illis verbis (Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: & in semine tuo benedicentur omnes Gentes) hoc, & quod sequitur comprehensum, & significatum esse: nam possessio portarum inimicorum significat hanc liberationem de manu inimicorum, quam Christus facturus erat semini Abrahæ, nempe his, qui Euangelio crediturí erant. Benedictio autem illa in semine, scilicet Christo, reliqua omnia complectitur.

In sanctitate, & iustitia.

COMMENTARIA.

EXponit, quæ ad Euangeliũ pertinent. Venit. n. Christus non solũ, vt liberaremur ab inimicorũ potestate, & sine timore seruiremus ipsi, non autem mundi huius clementijs, aut peccatis, vel affectibus, & passionibus carnis: sed etiã, vt seruiremus in sanctitate, & iustitia. Sanctitatem appellat eã, quam Paulus Christianis sæpe tribuit. Roman. 1. Dilectis Dei vocatis Sãctis. Eph. 5. Nec nominetur in uobis sicut decet sanctos. 1. Co. 3. Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Sãctitas autem hæc, est non tantũ immunitas à peccato, sed quædam diuinitatis participatio, quæ est per gratiã, qua homo extollitur, ut fit Dei filius, & cõsors diuinæ naturæ. 1. Petri 1. Magna, inquit, & pretiosa promissa donauit, ut per hoc efficiamini consortes diuinæ naturæ. 1. Ioãnis 3. Videte qualem charitatẽ dedit nobis pater, ut filij Dei nominemur, & simus. Abiecto ergo seruorum timore efficit, ut seruiamus quasi filij Dei, & consortes eius naturæ facti, hoc est, in sanctitate. Iustitiam autem appellat eam, quæ iustos facit apud Deũ, quæ uera est, & supra legis illius iustitiam, & in fide, dilectione, quibus Deo reconciliamur, & perfecta mandatorum Dei obediẽtia, quæ ex illis duobus procedit, constitit. 1. Corinth. 1. Factus est nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio. De hac Paulus Philipp. 3. ait: Et inueniar in illo nõ habens meam iustitiã, quæ ex lege est, sed illã, quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est.

Quid nomine sanctitatis & iustitiæ intelligatur.

ANNOTATIO CLV.

SAnctitatem, quæ Græce ὁσιότης, dicitur, Euthymius cultum Dei interpretatur; iustitiam autem eam, quę est ad proximum, ut hæ duæ partem vtrãque uirtutis amplectantur; sanctitas quidẽ illam, quæ est ad Deum; iustitia uero illam, quę est ad proximum. Mihi tamen accommodatius uisum est, si dicamus, iustitiam significare eam, quæ vere iustum facit apud Deum, quę est in fide, & dilectione, ex qua omnis mandatorum obedientia procedit, & tam ea, quæ ad Deum, quam quæ ad proximum

Quid sit sanctitas & iustitia Euthymius.

ximum sunt, cõplectitur, quæ perfecta est, nec per legem est data, sed per fidem Christi, & Euangelium. Sanctitatem autem non significare hic pietatẽ ad Deũ, quæ sub iustitia continetur, sed id, quod nos facit naturæ diuinæ consortes, & Dei filios, & in esse quoddam diuinum prouehit; sanctũ enim est, quod cõsecratum est, & Deo dicatum. de quo dicitur Ephes. 1. Vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate. quod Zacharias dixit, in iustitia, Paulus dicit, in charitate; hac enim iustificamur, hac mandata Dei perficimus. Immaculatos autem appellat, propter peccatorũ ablationẽ; sanctos uero, quia consecratos, & in diuinum esse promotos, & euectos,

Coram ipso omnibus diebus nostris.

COMMENTARIA.

In lege Euangelica Deo seruimus coram ipso

ALias duas circumstantias adhibet, præter quinq; præcedentes; nõ solum per Christum liberati sumus de manu inimicorũ, ac sine timore, & Deo ipsi seruimus in sanctitate, & iustitia; sed etiã coram ipso, & omnibus diebus nostris. Coram ipso, potest referri ad iustitiã, & sanctitatem, ut hæ dicantur coram ipso, quia iusti efficimur, & sancti uere, & in cõspectu Dei, non simulate, aut apud homines solos. Accõmodatius autem refertur ad uerbum seruiendi; nos enim nõ seruimus Christo, sicuti Patres illi, qui fide sola eum præsentem habebant, carne nõdum sumpta; at nos coram ipso, quia homo factus est, & in conspectu eius sumus. Præterea quia ét inter nos est, & nobiscũ est quotidie in Sacramento Eucharistiæ. Matth. 28. Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Dicitur autem (omnibus diebus nostris) quod non solum perseuerantiam significat, sed etiam status Euangelici à legis statu differẽtiam; lex enim per Christum cessatura erat: vnde cum Christus expectaretur, nemo illorum poterat certus esse se sub lege seruiturum Deo omnibus diebus uitæ suæ: at Euãgelij durabit usq; ad finẽ mundi, nec per legem, aut Euangelium aliud euacuabitur, sicut enacuata est lex: idcirco seruimus Deo omnibus diebus nostris. Hæc sunt, quæ Euangelium præstat, & Zacharias Spiritu sancto illuminatus prophetauit, quæque Genes. 22. illa benedictio, qua gentes erant benedicendæ per Christum indicauit.

Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis.

COMMENTARIA.

HÆc est secunda pars Cantici. Est autem quædam apostrophe, seu conuersio Zachariæ ad filium suum Ioannem, quæ accommodatissime præcedentibus connectitur; à cæteris enim omnibus illũ secernit, quasi diceret cęteri omnes seruiemus in sanctitate, & iustitia omnibus diebus nostris corã ipso; tu uero Puer non solum seruies in sanctitate & iustitia corã ipso, sed etiam eris Prophera Altissimi, qui ad filium, Altissimi uirtute conceptum, & ei consubstantialẽ annunciandũ mitteris, hocq; nomine celebraberis, & uoce publica nominaberis. Græce Puer diminutiuũ est: Tu puerule, & leporẽ habet sermo, & energiam prophetæ indicat, qui nũc es paruulus, & infans, propheta eris singularis Altissimi.

ANNOTATIO CLVI.

POsset quisquã interrogare, qua ratione Zacharias ad puerũ recẽter natũ qui intelligẽtiæ capax nõ uidebatur, sermonẽ cõuertit. Ad quod duo respõdemus. vnũ est, nõ esse nouũ in Scriptura sermonem haberi ad res inanimatas, & quæ intelligere nequeunt. nam & Dauid 2. Regũ 1. mõtibus loquens, inquit: Montes Gelboe nec ros, nec pluuia ueniant super uos. & Luce 23. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos. & est apostrophe valde vsitata, non tantum in Scripturis sacris, sed etiam apud profanos

Quare Zacharias sermonem suũ ad filiũ conuertit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fanos auctores, exprimens affectũ vehementem loquentium. Alterum est, Ioannem rationis vsum tũc habuisse, & qui potuit in ventre matris vocem salutantis audire, ac percipere, intellexit etiam extra ventrem vocem patris prophetantis. Hoc affirmant, & annotant Origenes hom. 10. Amb. Theophyl. & Beda. quem enim rationis vsum in ventre diuino dono obtinuit, semper conseruauit. quod Zacharias eodem spiritu prophetico agnouit, & vt id significaret, ad puerum sermonem conuertit, vt qualis futurus esset puer ille, circumstantes agnoscerent. illud autem (Propheta Altissimi) nõ qualemcunque prophetam significat. Erant quippe omnes, qui præcesserat; Altissimi prophetæ, quia à Deo missi sunt, & quidem ad prænunciandũ filium Dei venturum. Ioannes vero singulari quodam modo Altissimi dicitur propheta, quia nimirum ad filium Dei aduenientem ostendendum, & ad populos, vt eum agnoscerent, disponendum, missus est. quod ipse Christus Mat. 15. declarans dixit: Quid existis videre prophetam? etiam dico vobis, & plus quã prophetam. Illud autem (vocaberis) vt supra annotauimus, Hebræa quædam est phrasis, id est, eris. quamuis etiam hoc in loco amplius aliquid significet nimirum, celebrandum à populis esse nomine Præcursoris, & prophetæ prænũcij Christi, quod quidem etiam si non sit perfecte impletum quamdiu vixit, propter Iudæorum incredulitatem, qui nec Christum, nec eum receperũt, adimpletum est tamen postea perfectissime in Ecclesia, in qua nunc fidelium communi Propheta Dei, præcursor, & pluſquã propheta vocatur.

Ioannes singulari modo Propheta Altissimi dicitur.

ANNOTATIO CLVII.

Chrysost. hom. 2. in Matt. Beda in præsenti, & Idatius Clarus lib. 3. contra Varimantum Arianum, Altissimum interpretantur Dei filium. Hocque loco probant. Idatius quidem, filium Dei in Scriptura appellari Altissimum; Chrysostomus uero, Filium Dei habere prophetas. Estque satis accommodata expositio: accommodatior tamen mihi visa est, si Altissimum interpretemur Patrem ipsum. sic verbum Zachariæ respondet sermoni Angeli; Virtus Altissimi obumbrabit tibi, conuenitque cum prophetia illa Malachiæ 3. ubi Pater loquens Filio inquit: Ecce ego mitto Angelum meũ, ante faciem tuam, vt præparet uiam tuã ante te. quo testimonio vsus est Dominus Matth. 11. Quadrat etiam sequentibus, Altissimi propheta uocaberis; parabis enim vias Domini, id est, Christi, qui filius est Altissimi. ad hoc enim solũ Ioannes missus est: priores quidem Prophetæ ad alia etiam munera missi sunt, Ioannes vero ad Christum ostendẽdũ. Fateor quidem in Scriptura Dei Filium vocari etiam Altissimum. Psal. 86. Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus. quem locum Hieronymus de filio explicat, & Beda citat in præsenti, applicatque sententiæ propositæ. at expositio prædicta aptior uidetur.

Quæ Trinitati personarum omnino Altissimi sit intelligenda.

Præibis enim ante faciem Domini parare uias eius.

COMMENTARIA.

Causam explicat, cur Altissimi Propheta futur⁹ esset: Præibis enim ante faciem Domini, nempe Christi, vt vias eius præpares. Præiuit Ioannes, & ante faciem Christi præiuit quidem, quia prior incepit annunciare, & prædicare. ante faciem autem, quia ipsum præsentẽ ostendit, & populis manifestauit. Parauit etiam uias Christi, quia populos disposuit per pœnitentiam, & doctrinam ad fidem Christi aduenientis, ut eum reciperent, & cõfiterẽtur; viæ enim Christi fides, dilectio, & cultus eius sunt, quibus in corda nostra recipitur, ad quas parandas Ioannes per quandam metaphoram præiturus dicitur, quia viarum impedimenta, id est, peccata per pœnitentiam, & ignorationẽ per doctrinam remouebat. Isa. 40. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini. Hæc sunt quæ supra Angelus prædixerat Zachariæ, ipse vero tunc incredulus non recepit: nunc autem Spiritu sancto afflatus, quæ non crediderat, palam cõfitetur, & suæ incredulitatis palinodiam can tat. Præparans est profecto virtus Spiritus sancti, quæ hominum corda emollit, & illustrat, ac miranda mutatione conuertit.

Gregorius aliter exponit.

ANNOTATO CLVIII.

Gregorius lib. 2. in libros Regum c. 8. spiritualiter interpretari videtur hoc, quod ante faciem præire dicitur; sic enim inquit: Præcursori Redemptoris paterni oraculi laude promittitur: Tu puer propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Ante faciem quidem Domini præire describitur, qui in mini sterio suo non erat secuturus arbitrium superioris hominis, sed inspirationem diuinitatis. Hæc Gregorius. Vbi ante faciem alicuius præire, seu ministrare, interpretatur, secũdum arbitrium eius facere. Idem autem Gregorius libro 19. Moralium cap. 3. optime explicat, quid sit uiam hanc, per quam uenit Dominus, parare, vbi hunc locum allegans, inquit: Quisquis prædicãdo à sordibus vitiorum corda audientium mũdat, venienti sapientiæ uiam præparat. Habet ergo uiam sapiẽtia, habet & locum. Venire sapientiæ est, per illuminationem mentis indicare præsentiam, maiestatis suæ. Hæc Gregorius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius.

COMMENTARIA.

Quam ob causam puer paratus esset vias Domini exponit, nempe, vt indicaret, & ostenderet Iudæis Christũ: hũc enim agnoscere, & in eum credere salus illorum spiritualis, & vita æterna erat. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deũ, & quem misisti Iesum Christum.

Superior expositio magis confirmatur.

ANNOTATIO CLVIIII.

Græce infinitiuus est cum articulo sicut illud (daturum se nobis) τῦ δοῦναι, quod, ut ibi annotauimus, causam indicat, quasi diceret, parabit viam causa dandi scientiam, seu ea de causa, vt scientiam det salutis, & instruat populum Iudæorum fide Christi, à qua salus eorum pendebat. Hinc consequitur, non esse accommodatam expositionem illorum, qui existimant hanc sententiã esse explicationẽ illius (patare q̃ ias Domini) cum non explicatio, sed huius, & causa sit, propter quam parabat viã Domini: nec etiam interpretationem Theophylacti, qui salutem ipsum Christum intelligi dicit, cum salus non sit hoc in loco dictus Christus, sed quã ipse Christus in nobis per scientiam, seu fidẽ sui perfectam, ac viuam operatur. Attende autem non solum salutem spiritualem Iudæorum, & æternam uitam, sed etiã uitam, & regnum temporale posita esse in credendo in Christum. Si enim Christum nõ negassent, nec occidissent, à Romanis nunquam deuastati essent, ut explicauimus in commentarijs in Ioannẽ c. 11. Fides ergo Christi, scientia salutis erat. Hebraismus est, pro eo, quod dicimus, scientiam salutarem. Plebem Domini uocat illum populum Iudæorum, cui soli missus, est Ioannes Baptista, ut baptizaret, & annunciaret, & prædicaret.

In remissionem peccatorum eorum.

COMMENTARIA.

Quæ sit ista salus explicat. est enim remissio peccatorum eorum, id est, Iudæorum, seu plebis; cum enim sit collectiuũ, non tam uocem, quam significatũ respexit Zacharias, dicẽs (eorum.) Est autem contextus talis: Ad dandam scientiam salutis, quæ quidem salus est per remissionem peccatorum, seu in remissione peccatorũ. hæc enim sunt sicut morbus grauissimus, & lethalis infirmitas, qua mũdus tenebatur oppressus. Christus autem salutem, ab hac infirmitate nos liberans, attulit per sui agnitionem, scientiam, seu fidem. non ergo Ioãnes salutem dedit, sed induxit ad agnitionem illius, per quam salus, & remissio peccatorũ erat. Matth. 3. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Diuersa Doctorũ expositio nis.

ANNOTATIO CLX.

Græce (in remissione) legitur. Estq; præpositio ἐν, Latine (per) vel (in.) Quidam autem interpretantur, connectentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctentes cum (scientiam salutis) sic; agnitus est Christus per remissionem peccatorum, seu, quia peccata remittebat. Præterea Ioannes etiam dedit scientiam salutis, id est, agnosci fecit Christum: Ecce, inquit, qui tollit peccata mundi. ita Theophylactus interpretatur. Quidam alij Latinam sequentes interpretationē, exponunt: Ad dandam sciētiam salutis in remissionem, vt per scientiam hanc salutis consequantur remissionem peccatorum. Euthymius vero, & Beda, quibus nos consentimus, hoc coniungunt cum verbo (salutis) quasi sit eius explicatio, nempe ad dandam scientiam salutis, quæ salus est in remissione, aut per remissionem peccatorum, eorum, id est, credentium, & assequentium hanc scientiam, seu agnitionem, & fidem Christi. quæ expositio Græco sermoni respondet, nec à Latino dissentit. nam præpositio (in) loco (per) aliquando ponitur; illa vero recentium quorundam hæreticorum interpretatio sanæ mentis lectori ridicula censebitur, nimirum hanc esse scientiam salutis, cognoscere peccata sibi esse remissa. qui sēsus ab omni prorsus verborum proprietate alienus est: non enim dictum est, cognitionem remissionis peccatorum, sed ad dandam scientiam salutis per remissionem peccatorum, quibus uerbis ille sensus accōmodari, nec ex huiusmodi verbis concipi potest. Hæretici uero prius suos confingunt errores, & postea conantur verba Scripturæ ad eos significandos detorquere. contra quos recte, & vere dixit Hilar. lib. 1. de Trin. Optimus inquit, lector est, qui dictorum intelligentiam ex pectet ex dictis potius, quam imponat, & retulerit magis, quam attulerit, neq; cogat id uideri dictis contineri, quod ante lectionem præsumpserit intelligendum. Hæc Hilarius.

Per viscera misericordiæ Dei nostri.

COMMENTARIA.

COniungenda sunt hæc præcedenti verbo, in remissionem peccatorum, quę non ex operibus, aut meritis, nostris est, sed propter ardētissimam Dei nostri misericordiam. Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ, quę fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Salus igitur nostra, quæ est per remissionem peccatorum, à visceribus misericordiæ Dei procedit, nō ex operibus, aut meritis nostris; nō autem per misericordiam tantum, sed etiam per viscera misericordiæ dicit, quia Deus non tantum nobis subuenire uoluit, quod misericordiæ nomen explicat, sed etiam nobis condolere, & miseriam nostram in se suscipere per carnē assumptā, in qua se exinaniuit, egenus factus est, & vir dolorum, & infirmitatū. Hoc uiscera misericordię indicant. & per hæc uiscera remissionē peccatorum, & salutē nobis dedit, qui potuit per solam misericordiam sine his uisceribus saluare. Illud autē perfectissimæ misericordiæ opus est, ex nimia dilectione erga nos procedentis. Cætera in annotatione lege. Deum nostrum appellat Zacharias, qui peculiari quadā ratione, vt suprā diximus, Deus dicebatur Indeorum, quia nimirū ipsi à Deo peculiaria quædam, & insignia beneficia acceperant, & Deus ab eis agnoscebatur accolebatur, gentibus fere omnibus Idololatriæ deditis.

ANNOTATIO CLXI.

AMbrosius lib. 1. Voca. gent. cap. 7. legit (propter viscera misericordiæ) & Græca præpositio *διὰ*, id etiam significat; immo ipse vulgatus interpres ita alijs in locis uertit. Ephes. 2. Propter nimiam charitatē suam, qua dilexit nos, conuiuificauit nos. Vbi est eadem Græca præpositio, in eoque sensu explicanda est præpositio (per.) Illud autē (Dei nostri) Ambrosius legit (Domini) nempe, (Propter viscera misericordiæ Domini.) Videtur tamen magis secutus sensum, quam uerba; codices enim etiam Græci habent (Dei nostri) & ita legendum videtur. Sunt autem duo consideratione digna. Vnum est, quare non dictum est, propter misericordiam, sed propter viscera misericordiæ, cum etiam illud vere dici potuisset. Quidam existimant dici viscera misericordię, ad significandam ueram, & ex intimo corde misericordiā: sunt enim qui effectu misereātur, quia miserijs indigentium subueniunt, tamen non ex affectu, & cordis misericordia, sed humanis rationib⁹ ducti, hi misericordiā præstant; sed nō misericordię viscera habent: Deus aūt noster non effectu solum, sed ēt affectu nō quidem passionis, sed simplicis uoluntatis misertus est nostri, nostramq; salutē operatus est. Quidam alij id dictum putant, ad significandum affectum paternum Dei erga nos in quē sensum Chrysost. & Oecū. illud Colos. 3. Induite uiscera misericordiæ, interpretantur, ut Paulus exhortetur ad habendum affectum paternū erga proximos, quali patres prosequūtur filios, quos ex suis generant visceribus'. sic Deus, quia paterno nos est prosecutus affectu, viscera misericordiæ habere dicitur. Hęc ońa recte dicuntur, & vere; tamen perfectum, & legitimum sensum nondum explicant. Aduertendum igitur est diligenter, misericordiam esse voluntatem subueniendi alterius calamitatibus, & miserijs, quæ tunc uera, & perfecta est, quando ex dilectione erga eum, cui subuenimus, procedit; solet tamen non semper ex dilectione alterius procedere, sed ex quodam compassionis affectu, quo pars inferior ac sensitiua afficitur in alterius calamitatibus, quam quidem mirabili prouidentia Deus dedit hominibus, ut alijs compatiantur, non quod hęc fit per se uirtus misericordię, sed ut ea nos impellat ad subueniendū; quia non semper diligimus eos, quorū miseremur. si enim diligeremus uehementer, vt oportet, non esset opus appetitus compassione. qui ergo compassione moti subueniunt indigenti, magna ex parte sibi subueniunt, dum alteri subuenientes propriam minuunt compassionem. hac de causa huic virtuti misericordiæ coniungimus viscerum nomen: nō enim dicimus viscera castitatis, iustitiæ, aut humilitatis, sed misericordiæ, quia hæc particulari quodā corporeo, & viscerum affectu excitatur. ficq; intelligēdum est illud Philip. 2. Si qua uiscera misericordię in uobis. id est: Si qua compassio. Deus aūt noster non habet hunc compassionis affectum, quia impassibilis est, nec eo indiget, quia uehementissime amat nos: amor aūt est præcipua causa miserendi, ac subueniendi, quod igitur in homine facit compassio cordis, & viscerum, hoc in Deo ipso fecit amor, & dilectio eius ardētissima erga nos. Ioan. 3. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret. Aduertendum est rursus, hanc cōpassionem, quando præcedit actum misericordiæ, nempe voluntatem subueniendi, virtutem non esse, sed ad uirtutem impellere: at quando sequitur actum misericordiæ, nimirum quia uoluntaria est, & qui miseretur non tantum vult subuenire, sed etiam condolere, tunc est uirtutis effectus, & ex magna, & perfectissima misericordia procedit: alterius enim calamitates non tantum auferre volumus, sed etiam in nos per compassionem quandam transferre. De hac compassione locutus est Gregorius lib. 20. Moral. cap. 26. & ad hæc viscera nos exhortatur Paulus Ephes. 2. Induite uiscera misericordiæ. Hæc viscera misericordiæ Deus suscipere voluit; tanta enim eius fuit misericordia, ut non solū subuenire, quod Dei in se ipso erat, voluerit, sed etiam nostram calamitatem magna ex parte susciperet, quod fieri non poterat nisi carne suscepta. Hæc explicuit Paulus mirabilibus verbis Ephes. 2. Deus, inquit, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, conuiuificauit nos in Christo. Nota, diues est in misericordia, abundans, & superabundans; nam qui per solam uoluntatem potuit subuenire, quod misericordiæ solius est, voluit etiam per compassionem carne suscepta; procedebat hoc ex nimia charitate, qui dilexit, quæ dicitur nimia, quia plus, quam necessarium erat, contulit ad salutem. Hęc sunt uiscera misericordiæ, de quibus nunc loquitur Zacharias. O nimia, & admiranda Dei charitas, quæ induit uiscera misericordiæ propter nos, quibus sine his subuenire poterat, ne ad hæc visceribus, seu compassione præcedenti motus est, sed dilectio eum indui uisceribus fecit.

Alterum consideratione dignum est

Coloss. 3.

Compassio quando sit uirtus.

Philip. 2

Quare viscera misericordiæ Dei nostri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare misericordia, & nõ dilectionis diuinæ mentio fiat.

cur sæpe Scriptura misericordiæ mentionem faciat in redemptione, & salute nostra, cum radix, & primum principium fuerit amor; misertus est enim Deus nostri, quia dilexit nos. Respondeo. Verbum misericordiæ distinctius exprimere beneficij magnitudinẽ: nam dilectio non indicat duo, quæ in hoc opere obseruanda sunt. nam primũ qui dem erat miseria extrema hominum, in qua positi eramus; qui enim dilectionẽ dicit, non semper significat miseriam di lecti; nam diligere possumus eos, qui non indigent, nec miseria premuntur: at qui verbum miserendi profert, miseriam, ac calamitatẽ indicat. Deinde vero, verbũ dilectionis non excludit semper meritum: nam diligimus aliquando qui digni sunt, vt diligantur: at misericordia magis excludit meritum, quia solam miseriam, & calamitatem respicit. atqui nullum meritum in homine præcesserat, quo salute dignus esset; immo multa, & magna demerita, idque inter eius miserias annumerabatur. idcirco frequentius misericordiæ Dei mentio fit in nostra efficiẽda salute. De hac misericordiæ virtute multa dicemus in sequentium capitum expositione, pauca hæc nunc sufficiant.

In quibus visitauit nos oriẽs ex alto.

COMMENTARIA.

COnnectitur hæc prædictis per viscera misericordię Dei, quæ per carnem induens, siue quibus per carnem indutus is, qui oriens dicitur, nẽpe Christus, visitauit nos ex alto diuinitatis suæ. cum visceribus ergo misericordiæ venit Christus, quasi oriens, illuminaturus omnes, qui in tenebris sedent. & qui in diuinitate misericors est, misericordiæ viscera per humanitatem induit, & in his ad nos venit. Hic est sensus. Metaphorice Christus oriens dicitur: Vt enim sol ab Oriente surgit paulatim mundum illustrans; ita Christus sol verus iustitiæ quodã ꝓgressu ætatis, & prędicationis, ac operũ suorũ, vitæ spiritualis lumen sparsit. (Oriens) autẽ non participiũ, sed nomẽ est substantiuũ, quo Christus appellãdus prædictus erat Zach. 6. Ecce vir, Oriens nomen eius. Illud autẽ (ex alto) verbo coniungitur. Visitauit nos ex alto, quo diuinitas Christi significatur; propter nos enim homines descendit de cœlis, & incarnatus est. Cętera in annotatione inquire.

ANNOTATIO CXLXII.

Superiora quibus explicãtur.

QVędam annotanda præcedenti sententia se offerũt. Primum est illud (in viscеribus) ab Euthymio sic explicari, propter quæ viscera visitauit nos. Phrasis est in Scriptura vsitata, vt (in) ponatur loco (propter, seu, per) Psal. 30 Saluũ me fac in misericordia tua. Psal. 20. In virtute tua lætabitur rex. Ezech. 18. Hic non morietur in iniquitate patris. Secundo annotandum est illud (ex alto) quosdam connectere illi nomini (oriens) vt distinguant orientem, qui de alto oritur, nempe de sinu Patris, à Sole materiali, qui de terreno horizõte oriri videtur; at cum non participium, sed nomen sit illud (oriens) nõ videtur accommodate illi connecti posse illud (ex alto) sed potius verbo (visitauit) de cęlis enim venit ad nos, id est, cũ Deus esset, homo factus est, propter nos. Io. 3. nemo ascendit in cęlum, nisi, qui descẽdit de cœlo filius hominis, qui est in cę lo. Difficilius est quod tertio loco annotandum est, nempe de nomine (oriẽs) quod Græce ἀνατολὴ dicitur. Quidam enim recentiores existimantes hoc esse illud nomen, quod Zachariæ 3. dicitur: Ducam seruum meum orientem. & Zach. 6. Ecce vir, nomen eius Oriens. vertunt hoc in loco, germen, ea moti ratione, qꝛ in locis illis in Hebræo est צמח, quod germen significat à verbo חצמ, quod est germinare. reijciunt autem nomen Orientis, quia hoc ortũ Solis, aut Lunæ, aut stellarum significat, sicque in illis Zachariæ locis vertendum censent. Quantum autem hi à veritate aberrent ex ipso Euangelista constat. nam vsus est nomine Græco ἀνατολὴ, quod ortum syderũ proprie, immo Solis & Lunæ tantum significat; non autem herbarum, aut arborum, nisi per quandam simi-

Oriens hoc loco nomẽ ꝓprijũ est, non participiũ.

similitudinem. Verbum etiam quod sequitur idipsum conuincit: Illuminare, inquit, ijs, qui in tenebris sedent. Hoc profecto non est germinis, sed orientis Solis, aut syderis. Quidam alij recentiores arbitrantur quidem non (germen) sed (oriens) uertendum esse, significareque ortum syderis, siue Solis, eaq; ratione Christo applicari. existimant tamen nostrum Zachariam non alludere ad illam prophetiam ex Zacharia allegatam, quia ibi habetur nomẽ צמח quod non syderum ortum, sed germen significat; putant autem ad alias prophetias fieri allusionem, nempe Malach. 4. Orietur vobis timentibus nomen meũ, Sol iustitiæ. Isa. 60. Illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuũ. Hi iudicio meo reprehensione digni sunt: nam Septuaginta interpretes illis locis Zachariæ 3. & 6. vbi habetur nomen, Oriens, vertẽte ἀνατολὴ, quod vti dixi, proprie ortum Solis, aut stellarum significat. Quis autem audeat dicere, illos ignorasse nominis significationem? Ne autem aliquis forsan respondeat, illos nomen ἀνατολὴ, applicuisse ortui herbarum, & germinationi per quandam similitudinem, vti forsan fecerunt, vertentes illud Ierem. 23. Suscitabo Dauid germẽ iustum; vbi idem est nomen Hebræum, & illi interpretati sunt ἀνατολὴ, loco illius (germen) audiat testimonium eorundem Septuaginta, quod eam omnino reijcit responsionem. Isaiæ 4. Erit, inqt, germẽ Domini in magnificentia, ibi est nomen eius צמח & illi usi sunt verbo ἐπιλαμψει, id est, lucebit Dominus, quo aperte significarunt, se de ortu syderum intellexisse. Illud etiam Ierem. 33. vbi nos habemus, suscitare faciam Dauid germen iustitię. estq; idem nomen Hebræum, illi verterũt βλαστὸν, quasi germen, seu ramum; intelligebant enim illi uiri, proprij idiomatis eruditissimi, nomen illud Hebræum vtramque habere significationem. quod Hieronymus confirmat; cum enim Zacha. 3. illud צמח interpretatus esset per oriens, postea Zach. 6. interpretatus est per germen, & reuera ratio ipsa persuadet: nã multa sunt nomina apud nos, quæ geminam habent significationem, unam propriam, alteram per quandam similitudinem; ridet enim homo, rident & prata, per quandam similitudinem: sic etiã צמח dicitur germen propria significatione, tamen sol etiam oriens dicitur, per similitudinem quandam צמח. vt enim germen incipit paulatim, & ex minima quantitate exurgere de terra, sic Sol egreditur ab horizonte, quando oritur, vnde eodem nomine appellatur, quod etiam Christo conuenire ipsemet nos in Euangelio parabola quadã Matth. 13. docet. Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod minimum est omnibus seminibus; cum autem creuerit, maius est omnibus. ea de causa tempus illud aduenientis Saluatoris auroræ confertur; quæ paulatim in diem clarum, & lucidum excrescit. non ergo est cur cum primis recentioribus, nec cum posterioribus sentiamus; dicimus enim non germen hoc in loco, sed (oriens) esse legendum, quod Soli competit, & Christum Solem iustitiæ significat, rectęque Zachariam nostrum hoc usum esse vocabulo, ut primordia Christi aduenientis significaret. Affirmamus etiã allusisse ad locum Zachariæ 3. & 6. vt indicaret illum aduenisse, cuius nomen Oriens erat, nempe Messiam illuminaturum mundum, cui argumento est, Euãgelistam illo usum vocabulo, quo Septuaginta verterunt illa loca Zachariæ, nempe ἀνατολὴ, quod nec Malachiæ 4. nec Isaiæ 60. habetur. Confirmat hoc Hieronymus, qui Zach. 3. illlam prophetiam: Ducam seruum meum orientem, cum hic Zachariæ verbis concordat: Visitauit nos oriens ex alto. Non ergo recentiores hi debuerunt auctoritati Septuaginta, Hieronymi, immo & Euangelistæ se opponere.

Illuminare ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent.

COMMENTARIA.

ACcommodate satis connectitur verbũ hoc prædicenti. Visitauit nos oriens, vt illucescat, & lumen adferat ijs, qui sedent in tenebris, & in umbra mortis. Per tenebras ignorationem, per umbrã mortis peccata significat; his enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idæi & gẽtes in tenebris, & umbra mortis sedebant, sed diuersimode.

mundus præmebatur. Vtrumque autem commune gentibus, & Iudæis erat, licet non eodem modo; in tenebris quidem erant gentes, quia ignorationem veri Dei habebant, & in erroribus innumeris cõtra diuinitatem uersabantur, similes ijs, qui lumen oculorum nõ habent. Iudæi vero Dei veri notitiam habebant, tamen uenturum Christum expectãtes, nec signis eius aduentus agnoscendis intendebant, nec intelligentiæ Propheratum incumbebant, nec legis intelligentiã exquirebant, similes dormiẽtibus, qui cum lumen habeant, ut videre possint, oculis clausis non vident. multis etiam præter hæc erroribus detinebantur, ut ex Euangelio constat. Vtrisque igitur, Iudæis, & Gentibus, qui in tenebris sedebant uenit Christus, ut lumen ueritatis suę infunderet. Vmbra etiam mortis communis erat vtrisque, licet non eodem modo, nam gentes Idololatriæ maximè deditæ erant, & multis alijs sceleribus, & criminibus; Iudæis vero ab idololatria, quando venit Christus, abhorrebant, vitijs tamen, & peccatis grauissimis immersi erãt. Venit ergo Christus ut his, & illis lumen justitiæ suæ communicaret. Sedisse autem tam hi, quam illi dicti sunt, propter consuetudinem longam; nam & sedendi verbum apud Hebræos significat
Psa. 135 habitare, seu commorari. Psal. 136. Super flumina Babylonis illic sedimus. dicitur autem in malam partẽ iacere, & esse prostratum ad modũ infirmorum, seu mortuorum, qui se erigere nequeunt. Thren. 1. Quomodo sedet sola ciuitas, id est, quomodo iacet desolata.

ANNOTATIO CLXIII.

Multiplex huius sẽtẽtiæ.

ILluminare, Græce ἐπιφάναι potest esse modus imperatiuus actiuæ uocis, nẽpe appare, seu illucesce. potest etiam esse infinitiuus, nempe apparere, seu illucescere. Verbum autem Latinum potest etiam esse imperatiuus uocis passiuę, & infinitiuus actiuæ. Hinc sumpta est occasio à nonnullis recentioribus interpretandi hanc sententiam in hunc modũ, vt sit quædam deprecatio Zachariæ facta Christo Domino, connectaturque cum superioribus sic: Oriẽs ex alto, per viscera misericordiæ appare, seu illucesce ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Illud ergo (illuminare) quasi imperatiuum vocis passiuæ interpretantur, id est, esto illuminatus, seu illucescere. Quidam alij eodem modo uerbum hoc interpretantur, non tamen coniungunt præcedentibus, sed hanc sententiam solam, quasi deprecationem quandam exponunt, ut sit apostrophe ad Christum: Appare, inquit, & illucesce ijs, qui in tenebris sedent. Hæ interpretationes præter quam quod sunt cõtra communem antiquorum interpretationem, sunt impropriæ, & violentæ; si enim vox Latina vulgati interpretis consideretur, non dicitur proprie, illuminare, id est, esto illuminatus: nam Christus est, qui illuminaturus omnem hominem uenit, (illuminare) autem passiuæ uocis est lumen recipere, iuxta illud Isai. 60. Illuminare Hierusalem. Vnde inepte, & impropriè adiungitur casus transitiuus (ijs, qui in tenebris sedent) in Græco sermone accommodatius id fieri posset, sicut si Latine diceretur, appare seu illucesce. Vulgatus ergo interpres ipso verbo illuminandi indicauit, se infinitiuo vti uoluisse, nec mirum, quod non dixerit, illuminare eos, sicut phrasis Latina postulabat. secutus est enim casum verbi Græci. Quod autem priores recentiores dicũt, connectentes hanc sententiam cum præcedentibus, nemo non uidet esse ualde violentum: legẽdum est igitur verbum infinitiui modi, sicut in præcedentibus, vt sit sensus: Visitauit nos oriens, ut illuminaret eos, qui sedebant in tenebris.

tia loquitur diuersimode exponit nes.

ANNOTATIO CLXIIII.

Expositio sententiæ.

DVbitatio quædam posset alicui suboriri non spernenda, an Zacharias noster alludat hac sentrentia ad illud *Isa. 9.* Isa. 9. Populus, qui sedebat in tenebris,

vidit

vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. quidam enim id affirmant. In cuius declarationem aduertendum est, quãtum ego existimo, prophetiam Isaiæ intelligendam esse de Galilæis, apud quos nutritus est Christus, & primo inceptt miracula edere, & frequentissime prædicauit, & ex eis Apostolos euocauit, & elegit. Quod quidem mihi persuadet testimonium Matth. 4. Venit, inquit, & habitauit in Capharnaum ciuitate maritima in finibus Zabulon, & Nephtalim via maris trans Iordanem Galilæę gentium. populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Hæc verba indicat impletam illam prophetiam Christi præsentia, & prædicatione in illa Galilæę regione. quocirca statim Matthæus vocationem Apostolorum quatuor enarrat ibi factam. Dicitur autẽ populus ille in tenebris ambulare, quia ibi habitabãt multi Gentiles; postquam enim decem Tribus ductæ fuerunt in captiuitatem, mãserunt quidem Iudæi ex illis Tribubus tamen non multi, vt ante esse solebant, & Gentes habitarunt, illam regionem, etiam à temporibus Salomonis, qui Regi Tyri dederat viginti oppida pretium eorum, quæ ille in templi ædificium erogauerat. Populus ergo, qui sedebat in tenebris ignorationis Dei, & fidei, vidit lucem magnam, nimirum, Christum Dominũ, radios suæ lucis per opera miranda, & per prædicationem salutis spargentẽ. Potest etiam non de Gentilibus ibi habitantibus, sed de Iudæis ipsis intelligi, qui multis erant terroribus, vti in Cõmentario diximus, inuoluti: magis tamẽ probo intelligi de Gẽtilibus inter Iudæos cõmorantibus. hi enim dicũtur ambulare in tenebris; Iudæi uero dicuntur habitare in regione vmbræ, mortis. Galilæa enim, & præcipue eius superior pars erat populis gentium idolatrarum coniuncta, unde confinium gentium dictũ est. eaque de causa nũc appellatur regio vmbrę mortis. Mors regionem significat, quam habitabant Idolatræ gentes. Regio autem umbræ mortis erat Iudæorũ regio, quę proxima erat populis gentilibus. Vmbra enim proxima est corpori, cuius est vmbra; ad has enim partes Christus peruenit prædicationi, & operibus mirabilibus suis, vt ex Euangelica historia constat. Recte autem Isaias huius rei memi-
An Zacharias superiorũ sentẽtia aliquem Isaiæ locũ sub intelligere uoluerit? nit; erat enim maxima dignum confideratione, quod partem abiectissimam populi Iudæorum Christus honorificare, & glorificare, tot, ac tantis priuilegijs voluerit. Ex his deduco, Si Zacharias noster ad hanc prophetiam Isaię allusit verba eius in eodem esse interpretãda sensu, quem explicuimus. At uero quia verba nostri Zacharię generaliora sunt, & de fructu in uniuersũ, quẽ Christus attulit mundo suo aduentu, procedunt tamque gentibus, quam Iudæis conueniunt, quos Christus & per se, & per Apostolos, & per Ecclesiam illuminauit, & illuminat; ideireo aliter interpretanda sunt verba eius, vti in commentario factum est, nec ad illa verba Isaiæ allusisse Zacharias noster uidetur, sed ad alias multas Scripturæ prophetias, de huiusmodi illuminatione prænunciatas. Isa. 60. Surge illuminare *Isa. 60.* Hierusalem, quia uenit lumen tuum, ecce tenebræ operient terram, & caligo populos; super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur, & ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. Sunt multæ aliæ huiusmodi prophetiæ, iuxta quas dicebat ipse Dominus. Ioann. 8. Ego lux sum mũdi, qui sequitur me, nõ ambulabat in tenebris. Ioan. 3. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. & Io. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundũ. Ita nunc Zacharias dicit; Oriens visitauit nos, ut illuminaret eos, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent. Quæ autem tenebræ sint, in Commentario explicuimus: quæ vero sit umbra mortis, paulo diffusius explanare oportet. Quid autem apud Isaiam regio *Quid ilud umbræ mortis* vmbræ mortis significet, exposuimus iam. Præter hanc autem significatio- *bra mortis significet.* nem in Scriptura hæc phrasis alias significationes habet. Primo quidem grauia, & imminentia periculo mortis, dicuntur vmbra mortis, quasi mors sit vicina, & proxima; umbra enim prę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentiam corporis indicat. iuxta hoc dicitur Psalmo 22. Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Secundo, tristissima rerum facies, tempusque calamitosum, & luctuosum captiuitatis, carcerationis, infirmitatis, aut cæterarum miseriarum significari solet per umbrã mortis, sumpta metaphora ex obscuris, & umbrosis mortuorũ sepulchris, quibus nihil tristius videri potest. iuxta hoc dictum est Psal. 106. Eduxit eos de tenebris, & umbra mortis. Tertio longa oblitio dicitur etiam umbra mortis. Iob. 16. Obscurent eum tenebræ: & umbra mortis. Hanc secutus significationem Gregorius lib. 4. Moral. c. 20. sic inquit In umbra mortis sedere, est à diuini amoris notitia in oblitione latescere. Postremo, peccatum mortale umbra mortis dicitur: sic in hoc loco usurpatur, & Hieron. illud Isaiæ 9. expositum superius, in eadem accipit significatione, quam significationem optime explicat; mortem enim dicit significare damnationem æternam, umbram vero mortis peccatũ ipsum ante iudicium, & damnationem. Vere profecto dictum, umbram mortis, quia proximũ damnationi æternæ. immo si diligenter consideres, significationem omnium causæ peccato conueniunt. Qui enim in eo est statu, in summo periculo versatur, maxima premitur calamitate, ac miseria, & vt dicebat Gregorius, obliuioni traditus est, quia à diuino amore separatus, & demum proximus damnationi æternæ.

Psal. 22

Psal. 106.

Iob. 16.

Isai. 9.

Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

COMMENTARIA.

Quæ sit pacis uia

Appositè connectuntur verba hæc verbo præcedẽti, illuminandi; solemus enim uti lumine, ne offendamus in via, aut ne aberremus ab ea. Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumẽ semitis meis. Venit ergo Christus vt illuminaret nos, vt in via pacis ambularemus, & pedes nostri nec offenderent, nec aberrarent, sed in eam dirigerentur. Via pacis est, per quam consequimur veram pacem, quæ cũ Deo est, solutis inimicitijs peccati, & consequimur æternã requiẽ, mortis vinculis ruptis, & inimicorũ impugnationib⁹ ablatis. vtrãq; pacẽ nobis Christ⁹ exhibuit, in ꝑsenti per gratiã, in futuro ꝑ gloriã. Eph. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnũ & mediũ parietẽ macerie, inimicitias in carne sua, legẽ mandatorũ decretis euacuãs, vt duos conderet in semetipso in vnum nouum hominem, faciẽs pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo, per crucẽ interficiẽs inimicitias in ipso, & veniens euãgelizare pacẽ vobis, qui longe fuistis, & ijs, qui prope; quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Deum. Hæc Paulus. Viam consequendi hanc pacẽ Euãgelium est, quo vera fides, & Christi agnitio, Dei dilectio, & charitas, mandatorũ eius obedientia, sacramenta, & sacrificium, quibus hanc pacem assequimur, continentur. In hanc viam pedes nostros aberrãtes conuertit Christus, & in ea direxit & dirigit, vt ad pacem perfectã perueniamus. De via hac illud est ex Psalmo 15. & Isai. 59. à Paulo allegato: Viã pacis non cognouerunt. Qui ergo sedebant in mortis umbra, & in tenebris illustrati ꝑ Christum verum Orientem, viam salutis ac pacis agnouerunt, perambulauerunt, & ad pacem consequendam peruenerũt. Dicitur etiã Euãgelium via pacis, quia cõmune est Iudæo, & Gentili, & illorum diuisionibus, ac differentijs resectis, ꝑ fidem in vnum populum sunt conuocati, vt loco citato Ephes. 2. docuit Paulus.

Ephes. 2.

ANNOTATIO CLXV.

Quæ ad tempora Euãgelij Iudæis, & gentibus mutata fuerint, pacẽ cũ quibus quæ

ERant Gẽtes ante Christi aduentum extra viam Dei, errantes in infidelitate; Iudæi vero erant quidem in via, quia venturi Christi fidem habebant, tamen ipso adueniente commutanda erat

erat fides hæc, vt quem venturum credebant, aduenisse crederent; secus enim qui erant in via, manebant extra viam, & qui erant populus Dei, conuertebantur in non populum. Christus uenit, vt vtrosque illuminaret: Gentes quidem, vt à via aberrantes reduceret in viã veram salutis, de quibus dictum est Isaiæ 42. Educam cæcos in viam, quam nescient, & in semitis, quas ignorauerũt, ambulare eos faciam: ponam tenebras eorũ in lucẽ, & prauia in recta, Iudæos vero, ne offenderent, & caderent, & à via pacis & vitæ, in viam mortis declinarent. Ioan. 10. Veni vt vitã habeãt, & abũdãtius habeãt. Hinc est, vt nõ credẽtibus in eũ dict⁹ sit lapis offensionis, & petra scandali. Isa. 8. & 28. Offendentũt enim in eum, & ceciderunt. Rom. 9. Iuxit ergo Christus omnibus, ut pedes eorũ dirigeret in viam pacis.

Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu.

COMMENTARIA.

Prosequitur historiam Euãgelista, & ad Ioannem reuertitur Crescebat, inquit, corpore, id est, secundum corporis incrementũ, & confortabatur spiritu, quo ad animam; augebatur enim in dies in eo spiritus gratiæ, dum progressus in gratia, & virtute cõtinuos faceret. Quo verbo Euangelista, quod etiã supra annotauimus, indicat etiam ab infantia vsum rationis habuisse, aliter enim non poterat confortari spiritu, sicut crescebat in corpore; infantium enim gratia data nõ augetur nisi vsu liberi arbitrij, & humano studio. Spiritus gratiã ipsam Spiritus sancti significat. Dictũ est etiam inferius de Christo, creuisse ætate, & gratia, non tamen eodem modo; gratia enim Christi fuit à ptincipio summa, nec augumentũ in eo habuit, sed in operibus exterioribus maior ac maior apparebat & demonstrabatur, ut illic explicabimus: at Ioannis gratia in se ipsa susciebat augumentum, sicut in ipsis operibus, quæ perfectiora in dies erant. Non autem dictum est, crescebat spiritu, sed cõfortabatur, vt indicaret Euangelista Ioannem maiora, & perfectiora opera fecisse, quam ætas, & vires corporis postulabant, quod sequens sententia magis explicat.

Quo differãt crescere, & confortari Spiritu.

ANNOTATIO. CLXVI.

ORigenes hom. 11. ad spiritũ vtrũq; refert: Crescebat, inquit, & spiritu confortabatur. incrementũ ad augmentum gratiæ, & virtutis pertinet; cõfortatio vero ad robur spirituale cõtra carnis infirmitatem: spiritus enim prõptus est, caro autẽ infirma. Euthymius consentire videtur, & dubium non est, verbum crescendi etiam ad spiritum aliquando referri. Ephes. 4. Veritatem facientes in charitate, crescamus in illo. 2. Petri. 1. Crescite in gratia. Sicut etiã confortari aliquando pertinet ad corpus. Gen. 48. Confortatus sedit in lecto. Act. 9. Cum accepisset cibum, confortatus est. At cum idem uerbum crescendi etiam ad corpus referatur, Gen. 21. Creuit puer, & ablactatus est, & verbum confortandi etiam ad spiritum. Rom. 4. Confortatus est in fide. Colos. 1. In omni virtute confortari; satis accommodate exponunt quidam, quibus consentimus, vt vnum ad corpus, alterum ad animum referatur.

Et erat in desertis usq; in diem ostensionis suæ ad Israel.

COMMENTARIA.

Describitur conuersatio, & vita Ioannis à pueritia usq; ad tẽpus prædicationis eius, vnico verbo; Erat, inquit, in desertis, id est, latuit in deserto, usq; ad tempus, quo cœpit prædicare populo, & disponere ad messiæ aduentum celebrãdum, seque præcursorem declarare, quod ipse Euangelista describit cap. 3. is fuit annus ætatis suæ trigesimus. Indicat Euãgelista Ioannem à prima pueritia in solitudinẽ secessisse. Verbum autem (ostẽsionis suæ) denotat, Ioannem latuisse in deserto, & ab hominum conuersatione semotum, toto hoc tempo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re vixisse, pœnitentiæ, & diuinæ cõtẽplationi vacantẽ perpetuo, ut ex alijs locis Euãgelistarũ deducitur.

ANNOTATIO CLXVII.

Num ab infantia Ioannes in desertũ secesserit.

ORigenes homil. 11. existimat Ioannem ab infantia ipsa in desertum secessisse, nec more cæterorum infantiũ nutritum fuisse, quod etiam hom. 9. affirmauit. Eius verba hom. 11. sunt hęc: Conceptus Ioannis stupendum quid habuit, quando exultauit infans in vtero, & suum, necdum genitus, Dominum recognouit, & natiuitaa non impar miraculum, quando ad eum velut audientem Zachariæ prophetantis sermo conuertitur, dicens: Et tu puer propheta Altissimi vocaberis. digne igitur qui sic conceptus fuerat, & natus, non expectauit vt à patre nutriretur vsque ad diem ostensionis suæ ad Israel, sed recessit fugiens tumultum vrbium, populi frequentiam, viciniam Ciuitatis, & abijt in deserta, vbi purior aer erat, & cœlum apertius, & familiarior Deus, vt quia nondum baptismi, nec prædicationis tempus aduenerat, vacaret orationibus; & cum Angelis conuersaretur, appellaretque Dominum, & illum audiret respondentẽ: Ecce adsum. Hęc, & alia Orig. in homil. autem 9. sic, inquit: Per tres menses vngebatur Ioannes, & præparabatur in matris utero ut mirabiliter natus mirabiliter nutriretur nam extra consuetudinem nutritus est: non enim refertur scriptum, quo modo fuerit matris lactatus vberibus, quo modo in sinu gerulæ constitutus, sed statim sequitur: Et erat in deserto usq; ad diem ostensionis suæ in Israel. Hæc Origenes. Quibus uidetur affirmasse tẽpora infantiæ in deserto peregisse à primis annis, quod difficile est creditu. Quando cæteris usus rationis illucescere incipit, Ioannem in desertum secessisse mihi probabile est, idque Ecclesia recipere uidetur, quando canit. Antra deserti teneb̃ris sub annis, Ciuium turmas fugiens petisti: Ne leui saltem maculare uitam, Famine posses. ergo eo tempore recessit, quo loqui poterat. Quod autem ab infantiæ ipsius tempore, lacte matris neglecto, recesserit, non uidetur probabile: esset enim nouum miraculum, & quidem insigne, cuius nullus Euangelista meminit, cum tamẽ fere omnes Ioannis historiã texuerint. Apud populum autem, cui eius natiuitas nota erat, suspicionem magnam ingenerasset, fuisse quid fictitium, & arte magica factũ, si per paucos apparuisset dies, & nunquam amplius uisus esset.

Finis Capitis Primi.

FRANCISCI CARDINALIS Toleti

IN SACROSANCTVM LVCAE EVANGELIVM Commentarij.

CAPVT SECVNDVM.

FActum est autem in diebus illis, exijt edictum à Cesare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino: & ibant omnes, vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam in ciuitatem Dauid, quę vocatur Bethlehem: eo quod esset de domo, & familia Dauid, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit Filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem uigilantes, & custodiẽtes uigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circũfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo. quia natus est uobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positũ in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cęlestis laudãtiũ Deũ, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Et factum est, ut discesserunt ab eis angeli in cęlum: pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus usque Bethlehem, & uideamus hoc uerbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et uenerunt festinantes: & inuenerũt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Vidẽtes autem cognouerunt de uerbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt: & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autẽ conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes, & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant, & uiderant, sicut dictum

ctum est ad illos. Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer: uocatum est nomen eius Iesus, quod uocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctũ Domino uocabitur. & ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum Domini. Et uenit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit.

Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum in pace:
Quia uiderunt oculi mei salutare tuum,
Quod parasti ante faciem omnium populorum.
Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Et erat pater eius & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon: & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinã, & in resurrectionem multorum in Israel: & in signum, cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cũ uiro suo annis septẽ à uirginitate sua. Et hæc uidua usq; ad annos octoginta quatuor, quæ nõ discedebat de templo, ieiunijs, & obsecrationibus seruiẽs nocte, ac die. Et hæc ipsa hora superueniẽs, cõfitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus, qui expectabãt redemptionẽ Israel. Et ut perfecerũt omnia secũdũ legẽ Domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatẽ suam Nazareth. Puer aũt crescebat, & cõfortabatur plenus sapientia: & gratia Dei erat cum illo. Et ibant parẽtes eius per omnes annos in Ierusalem, in die sollemni Paschæ. Et cum factus esset annorum duodecim, ascẽdentibus illis Ierosolimam secundum consuetudinem diei festi, consummatisq; diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalẽ, & non cognouerũt parẽtes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes, reuersi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenerunt illum in tẽplo, sedentem in medio doctorũ, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autẽ omnes, qui eum audiebant, super prudẽtia, & responsis eius. Et uidẽtes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus, & ego dolẽtes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est q̃ me quærebatis? nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sũt, oportet me esse? Et ipsi nõ intellexerũt uerbũ, q̃ locutus est ad eos. Et descẽdit cũ eis, & uenit Nazareth, et erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia uerba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

Factum est autem.

COMMENTARIA.

HISTORIAM Natiuitatis Christi à Matthæo prætermissam refert Lucas. Designat autem locum, vbi natus est, tempus item, quãdo natus, & quid eo nato acciderit. Edicti autem Cæsaris ideo meminit, ne quis obijceret; Qui fieri potest, ut Christus natus sit in Bethlehem, cũ paulo ante idem Euangelista dixerit, Beatam Virginem cõcepisse in Nazareth? Causa fuit, quod oportuerit eam uenire ad censum persoluẽdum, ut edicto Imperatoris obsequeretur. Factum, inquit, est. Non quidẽ casu accidit, sed diuina prouidentia effectum est, ut eo potissimum tempore Augustus Imperator vniuersum orbem describi decerneret, & ea occasione Beata Virgo in Bethlehẽ ueniret, ibiq; pareret, ubi prædictũ erat à Prophetis Christum nasciturũ. Mich. 5. atque vt Imperatore orbem in familias distribuente, eodem tempore beata Virgo & Ioseph publice coram tota Tribu Iuda profiterentur, se esse de familia Dauid, cæteris ex eodem genere præsentibus, & consentientibus, eorũq; nomina, & numerus in publicos libros redigerentur, ita vt & ad Augustum deportari possent, Cæsareaq; auctoritate cõfirmaretur, fœtum, quo Beata Virgo grauida tunc erat, esse ex familia Dauid; Diuinis enim consilijs omnia, etiam humana inseruiunt.

Illis diebus.

COMMENTARIA.

NAto scilicet Ioanne Baptista: tunc enim tẽporis promulgatum est edictum Cæsaris, post cuius publicationem facta est descriptio, quo tempore B. Virgo proxima erat partui. Factum igitur est, ut in Bethlehẽ, quo edicti causa profecta erat, impleretur tempus, ibiq; pareret Christum.

Exijt edictum à Cæsare Augusto.

COMMENTARIA.

HIs igitur diebus in publicum emanauit edictum à Cæsare Augusto Romanorum secũdo Imperatore, cuius Imperij anno à Iulij Cæsaris interfectione quadragesimo secundo natus est Christus. Fuit hic Octauius Cæsar, qui post Iuliũ Imperatorẽ nomen Augusti primus à Populo Romano accepit.

Vt describeretur uniuersus orbis.

COMMENTARIA.

HOc est, quod edictum continebat, descriptio nempe eorũ, qui Romano subiecti erant Imperio, quæ quidem fiebat per capita singula. Est autem Synecdoche in Scripturis usitata; neque enim totus orbis Romani Imperatoris imperio parebat, unde nec totus orbis describi potuit, sed maior eius pars quæ sub Romanis erat. Tale illud etiã est Matth. 2. Turbatus est Herodes, & omnis Hierosolima cum illo, & Matth. 21. Commota est uniuersa ciuitas. multaque sunt huius testimonia.

ANNOTATIO I.

Quare Christus nasci uoluerit quando describebatur orbis.

NOnnullæ se offerunt difficultates, quarũ prima est. Quanta fuerit hæc descriptio; recẽtiores enim quidam solam Syriam descriptam affirmant. quo autem efficaci argumento, id sibi persuadeant, non inuenio, cum uerba Euangelistæ contrariũ significent, & communis doctorum opinio illis aduersetur. ideirco ea reiecta sententia, opinio recepta pluribus retinenda est, nimirum, orbem Romano Imperio subiectum esse descriptum. Magno aũt mysterio effectũ est tũc natũ esse Christũ, quãdo orbis describebat. Primo quidẽ, ut inquit, Ambrosius, ut per hanc orbis sæcularem professionẽ, & cen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& censum significaretur spiritualis futura professio p fidem, & Euangelium. Secundo, vt dicit Gregor. Hom. 6. Euang. Nascituro Domino mudus describitur, quia ille apparebat, qui electos suos describeret in æternitate. Tertio, ut tempus aduentus Christi promissum manifestaretur, quando iam Iudæi sub alieno Principe erant, qui etiã ipsis, & Gentibus imperaret tunc enim venturus promissus est. Genes. 49. quando sceptrum Iudæorum deficeret, & sub aliegenæ essent potestate. Quarto, quisille nascebatur, qui pro singulis Iudæis, & Gentibus passurus veniebat, omnes quantum ex se est à tributo peccatorum, & subiectione diaboli liberaturus. Postremo, ut significaret suo aduentu non esse regna temporalia euertenda, sed perficienda, & confirmanda, non enim eripit mortalia, qui regna dat cœlestia. Accedat, quod supra dictum est, ea occasione natum esse in Bethlehem, sicut prædictum erat, ut eũ de Tribu esse Dauid euidentius declararetur, & confirmaretur.

Quorsũ hæc orbis descriptio facta fuerit.

Secunda difficultas est, qualis fuerit ipsa descriptio; duabus. n. de causis Principes faciũt populos describi, vna est, ut sciant quot sint sub eorũ potestate, quãtumque virium habeant ad bellicos casus Hac de causa Dauid 2. Regũ 24. populum numerari iussit. Altera est, ut sciant quantum pecuniæ extrahere possint ac vectigal aliquod in singula capita imponãt. Quidam igitur existimant priori de causa hanc descriptionem esse factam, nempe ut constaret numerus omnium, qui sub Romano essent Imperio; pace enim generali orbi præfita decreuit Imperator orbem describi, ut cognosceret quam late eius pateret imperium. Communis autem opinio est Ambrosij, Euthymij, Bedæ, & aliorum, qui posteriori de causa censent esse factam. quam quidem sententiam amplectendã esse nonnulla probant. Primo, testimonium Iosephi lib. 18. Antiqui c. 1. vbi huius meminit descriptionis, refertque Cyrinum Consularem uirum missum fuisse ab Augusto in Syriam Præsidem, & Censorem, quod non fieret nisi imponendi vectigalis causa, refert præterea Iudam Galeonitem, de quo Act. 5. fit mentio ea de causa populum commouisse. quasi Iudæis non liceret prosanis regibus tributum soluere. Hinc orta est illa contentio Pharisæorum, & occasio tentandi Christum, de qua dicemus inferius, & habetur Matth. 22. Licetne tributum dare Cæsari? Secundo, hoc ipsum probat, quod refert Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem, nempe hanc descriptionem in Romanorum Archiuijs suo tempore esse seruatam. Quid autem attinebat eam asseruari in Archiuijs, nisi census causa? Tertio, quia cum nulla tunc temporis belli esset suspitio, non potuit hæc descriptio fieri, ut numerus tãtum subditorũ sciretur. erat igitur census causa, non enim ob solam numerationem descriptio tanta fieret. Quantum autem tributi Iudæi tunc in singula capita soluerent (de Gentibus enim minor est coniectura) non omnino constat. Quidam existimant tantum eis impositum fuisse, quãtum ipsi Deo, Temploque soluere solebant, mediam scilicet partem Sicli, duas nimirum drachmas. ut habetur Matth. 17. Tradit enim Iosephus de bello Iudaico lib. 7. cap. 26. Vespasianum censũ imposuisse Iudæis, iussisseq; singulis annis binas drachmas in Capitoliũ differre. Est autem verisimile hunc cum primo censu Augusti congruum fuisse. certum tamen non est.

Detrimento à Iudæis ob differentiã habitum, solutio.

Tertia difficultas est, quo tempore sit facta: Iosephus lib. 18. Antiqu. cap. 1. ait esse factam, postquam Archelaus, qui Herodi patri successerat, priuatus regno Viennam in exilium missus est, & Coponius factus est Præses Iudææ. Hoc tamen esse non potest; nam Archelai priuatio, & missio Coponij fãcte sũt anno 51. Imperij, hæc uero descriptio anno 42. quando natus est Christus, ut refert Euangelista. Quidã hanc Iosephi descriptionem aliam ab ea, cuius Lucas meminit, existimant, illa particularis Syriæ, hæc generalis Orbis, & tempore prior fuit. Quidam alij probabilioribus innitẽtes fundamentis, eandem existimant, affirmantq; errasse Iosephum in computatione, idque verius est. Quod vero ad descriptionem attinet, sunt, qui existiment multo ante decretum emanasse, quam descriptio fieret, propter

Quo tempore facta fuerit hæc descriptio.

Iudæo-

Iudæorum contradictionem. cum autẽ ex Iosepho constet, nullam talem cõtra dictionem Iudæorum, decretum retardasse; haud enim difficile receperunt decretum; ideo probabilius est, decretum publicatum nato Ioanne Baptista, vt supra diximus, idque Euangelista significare visus est: In illis, inquit, diebus exijt edictum, nimirum Ioanne nato, cuius natiuitatem descripserat capite præcedenti.

Quarta difficultas est, quomodo uiuente Herode Rege Romani censere potuerunt Iudæos, illisque vectigal imponere. Hæc autem facile soluitur. Herodes enim ab Augusto regnum precario acceperat, vnde ad ipsius nutum populũ regebat, & ipse regebatur Herodes, vt ex historia Iosephi constat.

Hæc descriptio prima facta est à Præside Syriæ Cyrino.

COMMENTARIA.

HAEC descriptio prima dicitur, quia nulla talis vmquam antea est facta. peracta autem fuit per Cyrinũ Syriæ (cui Iudæa adiuncta erat) Præsidem anno XLII. imperij Augusti. Nec est mirum, descriptionem nõ esse per Herodem Regem tunc factam, sed per Præsidem Syriæ, quia non Iudæa sola, sed Syria tota, cui Herodes non imperabat, describebatur. Vnde Iudæa pars prouinciæ per totius prouinciæ Præsidem censenda erat.

ANNOTATIO II.

Vulgata lectio retinẽda i hac sententia.

IN Cyrini nomine dissentiunt auctores. Quidam Cyrenium, quidam Cyrinum, quidam Quirinum legendũ existimant; parum hoc videtur ad sensum facere. Difficiliora sunt duo, quorũ vnũ est, quod Græce non habetur præpositio illa (à) sed dicitur Cyrino præside, quod significat non ipso auctore, aut per ipsum, sed ipsius tẽpore, dum is Syriæ præsidebat, esse peractã descriptionem; sicque legunt, & interpretantur Ambr. & Euthymius, & Beda cum alijs multis. At vero cum vulgatus interpres legat (à Cyrino) non video, quod inconueniens sit dicere, per hunc factam esse descriptionem Cæsaris auctoritate, & Senatus consulto, nec. n. historijs antiquis aliquid proferri potest, quod huic lectioni, & veritati aduersetur. Alterum est illud (Prima) quod multipliciter explicatur. Quidam. n. primam, dictam existimant, non quidem respectu aliorũ, quæ factæ sunt postea, sed quia nulla talis prius facta est ab orbe condito. Huiusmodi expositionis meminit Beda, qui refert aliam: nempe dictam primam, id est, primo inceptam, quasi edictũ ante publicatum esset, nec fuerat incepta descriptio, nisi tunc primum, quãdo Cyrinus missus est præses. Quidam alij (primam) appellatam affirmant respectu alterius, quę ab eodem Augusto facta est, licet nõ generalis, vt ante diximus. Quidam alij primam interpretantur etiam respectu Præfidis Cyrenij, nam per eundem ab eodem Augusto postea altera descriptio facta est, quamuis non totius orbis. Mihi prima expositio, quã refert Beda, & est Orosij, vera videtur, nec vlla apparet ratio, cur duæ illæ descriptiones afferãtur, quas quidam recentiores inducunt, cum sit multo certius, vnam esse descriptionem, & hãc, quam refert Lucas, & cuius etiã meminit Iosephus. Iosephus autem fuit deceptus in tempore, quando facta est: existimauit enim factam anno 51. quæ vere facta est anno 42. Hoc certe mirum est, quosdam interpretes affirmare eandem esse descriptionem, quam tradit Iosephus, cum hæc, quam refert Euangelista, licet ille erret in tempore, & tamen ipsimet concedũt legendum (Cyrino præfide) non autem (à Cyrino præside) cũ ex ipso Iosepho constet Cyrinum tunc missum præfidẽ, & censorem, nempe, ut per ipsum fieret descriptio. Maiorem tamen ingerit difficultatem id quod alij proferunt, nimirum tempore nascentis Christi, quando descriptio generalis facta est, non Cyrenium, sed Varũ aut Saturninũ præsidẽ fuisse Syriæ, si Iosepho credimus. cui difficultati non male quidam respõdet, vt Iosephi auctoritas conseruetur, Cyrenium tunc temporis adiunctum fuisse collegam Varo ad hoc munus obeundũ: non enim hoc insolitum Romanis erat, vnde vterque Præses appellabatur; meminit autem Cyrini Euangelista, quia per hunc descriptio effecta est.

Quare hæc descriptio prima dicatur.

Num Cyrinus Præses fuerit Syriæ, quando Christus natus fuit.

Et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam ciuitatem.

COMMENTARIA.

PArticula (&) cõsecutionem ex præcedentibus indicat. Cum enim edictum exisset, vt omnes describerentur, factum est, ut proficiscerentur ad profitendum, id est, vt se describi facerent: ibant autem vnusquisque in ciuitatem suam, non in qua ortus, sed in eam, quæ erat caput familiæ; non enim Iudæi omnes habitabant, aut nati erant in ijs locis, vbi qui capita familiarum suarum erant, nati sunt. Erat enim Iudæorum habitatio permista, & multi ex vna Tribu, & familia habitabant in locis alterius; erat tamẽ nota vnicuique habitatio propria, & Metropolis, ex qua oriundus erat. Cum igitur nunc singuli per familias essent describendi, qui aliena loca habitabant, proficiscebãtur in eam ciuitatem, & locum, vbi familiæ caput erat, haeque de causa Beata Virgo cum sponso venit Bethlehem, à qua erant oriundi, cum essent de familia Dauid, qui Bethlehemita cum patribus suis fuit.

ANNOTATIO III.

Qua fuerit ista singulorũ professio.

VErbum Græcum ἀπογράφεσθαι. idẽ est cum illo, quod superius habetur (Describeretur vniuersus orbis. vnde potuit hic locus sic verti (vt describerentur) sensus autem per hoc non mutatur, & verbum ipsum vtrumque significat. Profiteri ergo est ex parte illorum, qui describebantur; nomina enim sua, vt describerentur cẽsoribus proferebãt: describere autem est ex parte eorũ, qui censebant, sensui ergo nihil detrahitur, siue hoc, siue illo modo legas; proprius tamen locutus est vulgatus Interpres. Ibant autem omnes ut profiterẽtur, hoc enim ipsorum erat, nomina sua nempe exprimere Censoribus, suamque subiectionem Imperatori Romano reipsa cõfiteri. Aduerte morem fuisse Iudæis populum describere per familias, vt cõstat Iosue 7. & 1. Regum 10. & 2. Reg. 24. ideoque à Romanis seruatus est. Quo aũt modo Gẽtium descriptio facta sit, non constat. Quæstio autem hoc in loco est, in quam quisque Ciuitatem ire debuerit? In qua re sunt variæ opiniones. Prima est Euthymij, affirmantis vnumquemque iuisse in eam Ciuitatem, quæ erat Metropolis Tribus. sic Hierusalem erat Metropolis Tribus Beniamin, Bethlehẽ, autẽ Tribus Iuda. Huic sententiæ quidam recentiores consentiunt. Secunda opinio est affirmantium vnũquẽque iuisse, vbi domum, & bona sua haberet, ideoque Beatam Virginem, & Iosephum in Bethlehẽ profectos esse, quia ibi domum, licet pauperem habebant. Huic recentiores quidam adhærent, cõfirmantque ex Cypriano, qui sermone de Natiuitate Christi sic habet: Veniunt in Bethlehem, quam prædixit Gabriel inuenitur Emmanuel. ciuitas parua, domus paupercula, supellex exigua, nulla domus ambitio, nisi reclinatorium in stabulo, mater in fœno, filius in præsepio. Hæc Cypria. Huic rei consentit Nicephorus lib. 1. histo. c. 13. ubi existimat & in Bethlehem, & in Nazareth domicilium ac possessiones habuisse. Quidã alij putant, iuisse vnumquemque in ciuitatem vbi natus erat; alij demum in ciuitatem à qua oriundus erat. Mihi autẽ probabiliora uidentur quę subiungam. Primo quidem, per Ciuitatem non intelligitur Metropolis Tribus. Hoc est contra primam opinionem, & satis confirmari uidetur hoc dictum ex Euangelistę verbis, dicit enim: Eo quod esset de domo, & familia Dauid: ubi non ad solam Tribum, sed ad familiam refert profectionem in Bethlehem. Secundo. Nõ est necessariũ recurrere ad possessiones, & domos habitas in Bethlehem, ut dicit secunda opinio; hoc enim tributum non reale, sed personale erat. Tertio, nõ est certum habuisse domum in Bethlehem; nam si ita esset, non iuissent in diuersorium, & in præsepium, nec Cyprianus id affirmat; vt enim ex subiunctis verbis ipsius apparet domum exiguam appellauit eã, in qua natus est Christus. Quarto, ciuitas, hic non est ea, in qua quisque natus erat; nam, ut dicitur ex Marco Cap. 6. in Nazareth nati sunt beata Virgo, & Ioseph, si quidem ciues illius vrbis affirmarunt ibi esse fratres, & sorores, & totam eorum cognationem. Consequitur ergo ex his, ciuitatem, in quam singuli ibant, eã esse, in qua erat familiæ caput, vt in Commentario dictum est.

Quæ ciuitas vniuersi professuri ut in illam unusquisque profiterentur.

Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de Ciuitate Nazareth in Iudæam in Ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem.

COMMENTARIA.

PRosequitur historiam. Cũ autem omnes irent in Ciuitatẽ suam ad profitendum, ascendit etiã Ioseph, qui unus erat ex illis, qui edicto comprehendebantur: ascẽdit autem in Bethlehem. Caput enim familiæ eorum erat Isai. pater Dauid, qui fuerat Bethlehemita. 1. Regum 16. Notat autem Euangelista prouinciam, ciuitatem prouinciæ, à qua profectus est, prouinciam ẽt, & locum prouinciæ, in quam profectus est. Ascendit enim à prouincia Galilæa, & de ciuitate quadam Galilææ dicta Nazareth. Ascendit autem in prouinciam dictam Iudæam, quæ erat Tribuum duarum Iudæ, & Beniamin, ascenditq; in ciuitatem Iudææ quandam nomine Bethlehem, quæ appellatur ciuitas Dauid, non solũ quia ibi natus erat cum patribus suis, sed etiam, quia eam primus nobilitauerat, quatis in ueteri testamento ciuitas Dauid sit etiam arx Sionis, quia à Dauid ædificata est. Dicitur autem ascendisse de Galilæa in Iudæam ratione situs terræ; erat enim in sublimiori loco sita Iudæa, unde qui à Iudæa in Galilæam proficiscebantur, dicebantur descendere, qui vero à Galilæa in Iudæam, ascendere. Perpende quam distincta enarratione Euangelista utatur, ut Christi ortum singulis manifestet.

Non sola Bethlehem dicebatur Ciuitas Dauid.

Eo q̃ esset de domo, et familia Dauid.

COMMENTARIA.

CAusam annectit, cur in Bethlehem ciuitatem Dauid ascẽderet, nimirum, quia erat de Domo, & familia Dauid. de domo quidem, id est, de Tribu Iuda, de qua fuit Dauid: de familia vero, id est de stirpe, & prosapia Dauid; nõ enim omnes, qui erant de Tribu Iuda, à Dauid originem ducebant: habuit enim multos filios Iuda, à quibus multæ emanabant familiæ: Ioseph autem de Tribu ac stirpe Dauid cum Beata Virgine sponsa sua erat. Vtrumque autem necessariũ erat ad ascendendum in Bethlehẽ; si enim solum de domo & Tribu Dauid essent, poterant non ascendere in Berhlehem; nam erant multæ aliæ ciuitates Iudæ Tribus. at quia & de Tribu & stirpe Dauid erant, idcirco ascẽdunt in Bethlehem, quæ erat ciuitas Dauid.

ANNOTATIO IIII.

Domus & familiam & tribũ significat.

DOmus in Scriptura aliquando familiam, aliquando Tribum significat, idque fuit causa, cur Euangelista vtrumque coniungeret, ne dum domũ solum diceret, Tribum solam significare uideretur. Domus autẽ Dauid accipitur pro Tribu Iuda, in qua erat regnum quod à Dauid ortum habuit. Ita Hieronymus interpretatur illud Isai. 7. Audite domus Dauid, id est, Tribus Regia. & paulo superius: Nunciauerũt domui Dauid. Eadẽ est significatio illius Psal. 121. Sedes super domum Dauid. Illi enim iudices, qui sedebant in Hierusalẽ, erant de Tribu Iuda. Vt igitur causa explicaretur, cur in Bethlehem ascendisset Ioseph, dictum est eum non esse solum de Iuda, sed etiam de stirpe Dauid, qui erat de Bethlehem.

Isai. 7.

Vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante.

COMMENTARIA.

CAusa cur ascenderet, communis fuit cum alijs, nempe ut profiteretur, seu describeretur cũ desponsata sibi uxore, quę tũc quãdo ascendebat, erat grauida. Meminit Euangelista eam esse tunc grauidam, ut conecteret historiã partus.

Sin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Singuli autem tam viri, quam fœminæ describebantur. Nomen vero Vxoris non aufert Virginitatem, sed verum Matrimoniũ significat. Clare ex his verbis deducitur, B. Virginem eiusdem familiæ fuisse, cuius & Ioseph.

Viri & vxores describebantur.

ANNOTATIO V.

QVidam recentiores, viros solos, & hos nõ omnes, sed qui erãt patres familias, descriptos existimãt. Iuxta horũ autẽ sententiã nõ potest reddi ratio, & causa, cur B. Virgo, & præcipue grauida cũ Ioseph ascenderit, si edictũ descriptionis eã nõ arctabat. Veritas tamẽ est, tã viros, quã fœminas descriptos fuisse; ideoq; B. Virginẽ ascendisse cum Ioseph. Illud autem (cum Maria desponsata sibi vxore prægnãte,) quidam connectunt cũ verbo præcedenti (ascendit.) Quidã alij, ꝙ probabilius est, cũ verbo (profiteretur) Illud vero (cũ desponsata sibi vxore prægnãte) non facit sensum, fuisse prægnantẽ, quãdo desponsata est, sed prius desponsatã, tẽpore autẽ, quando profitebantur, fuisse prægnantem, vt in Commentario expositum est.

Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret.

COMMENTARIA.

NOn casu, sed diuina prouidentia factũ est, ut cũ in Bethlehẽ essent, tẽpus pariẽdi impleretur vt supra diximus. Illud aũt verbũ Euangelistæ (cũ ibi essent) indicat nõ statim, aut eo die, quo peruenit, sed dum ibi aliquot diebus morarentur, peperisse. An autẽ B. Virgo diẽ, & horam partus præscisset, certum omnino non est: probabiliter tamẽ, & rationabiliter creditur; vt enim non ignara mysterij ad visitandam Elisabeth à Spiritu sãcto ducta est, sic quę futura erant in Bethlehem, eodem spiritu præsciens, eò uenit.

ANNOTATIO VI.

Vterus Virginis nullo modo grauem, aut molestum fuisse, sicut solet cæteris mulieribus esse,

VVlgo creditur B. Virgo asino vecta id tamen incertum est, nec aucto ritate vlla probatur. hoc autem constat, vterum ei grauem, aut molestum non fuisse, sicut solet cæteris mulierib. esse, vt recte annotauit Aug. serm. 11. de Natali Domini: Cum esset, inquit, grauida salubri leuitate gaudebat; lumen enim, quod intra se habebat, pondus habere non poterat. Hæc illæ. Quin potius ab illo, quem portabat, portabatur. Quãuis igitur à Nazareth in Bethlehem itet esset quatuor fere dierum, & ipsa proxima partui, potuit facile pedes iter confi cere, sicut confecit, quãdo visitauit Beatam Elisabeth. Improbabile tamen non est, asino vectam esse, nec id paupertati eius repugnat; parum enim ad diuitias facit asellus, quo etiam vectam fuisse in Aegyptum, credibile est. Vtrumque tamen affirmare certo non possumus.

molestus ei fuit.

Et peperit filium suum primogenitũ.

COMMENTARIA.

IMpleto igitur tempore filiũ suũ peperit, qui recte suus dicitur, quem nõ ex Ioseph, sed ex sola sua substantia sine viri commistione cõceperat. Appellatur autem Primogenitus, non quod post eum alium peperit. (vt impius Heluidius affirmabat) sed quod ante eũ, neminẽ alium peperit, vt supra annotauimus contra Hæreticos perpetuæ Virginitatis aduersarios. Vt enim Christus ratione diuinitatis Vnigenitus, & Primogenitus dicitur Patris, vt constat ex Ioanne cap. 1. & Paulo ad Hebr. 1. ita etiam ratione humanitatis Vnigenitus, & Primogenitus appellatur Matris. De quibus duobus nominibus plura diximus in Commentarijs in Ioannẽ in illud (quasi vnigeniti à Patre.)

ANNOTATIO VII.

Quare Virgo filium peperit.

ADuertendum est, verbum pariendi significat, B. Virginem, quamuis integritate seruata, per genitalia tamen emisisse filium, sicut cæteras mulieres; aliter enim non diceretur peperisse. Quod Hieron. cõfirmat libro aduersus Heluidium, idque Hilarius lib. 2. de Trinit. significauit, dicẽs, Christum humani partus lege prolatum; quod intellige quantum ad egressionem per genitalia, non quantum ad aperitionem. Qui enim in vulua fœminæ carnem sumere,

re, & in ea nouem menses coalescere dignatus est, per genitalia eius nasci non abhorruit, quod Ecclesia confitetur, dicens: Beata cœli nuncio, Fœcunda sancto spiritu, Desideratus Gentibus, Cuius per aluum fusus est. Constat ergo erasse eos, qui per latus B. Virginis Christũ de utero egressum esse fabulari sunt, vt refert Damascen. lib. 4. c. 15. de qua re supra etiam diximus. Aduerte etiam Cyrillum lib. de recta fide, dubitationẽ mouere, quomodo vnigenitus Dei filius dicatur Primogenitus. Respondet, ratione humanitatis dici primogenitũ; sic enim est factus in multis fratribus; multos enim habuit eiusdem naturæ participes, nostram enim naturam suscepit. Hæc autem responsio non euacuat difficultatem: nam Christus dicitur hoc in loco Primogenitus respectu Beatę Virginis, quæ non peperit alium, nec fideles nasci mur de ea. Præterea etiam ratione diuinitatis dicitur Primogenitus, ut cõstat ex Paulo ad Hebr. Legitima ergo respõsio est, dici Primogenitum, quia ante eum nemo aliis genitus est; non autem quod post eum alij nati sint, vt in Commentario diximus. Verba porro Cyrilli sunt hæc: Vnum & solum peperit filiũ suum primogenitum, cum non peperit secundum post illum, sed manserit Virgo. Nominatus est primogenitus Vnigenitus Dei Verbum; nam particeps fuit carnis, & sanguinis, & societatẽ nobiscum habuit; sicque factus est in multis fratribus primogenitus, & nihilominus adoratur, tum à nobis, tum à supernis spiritibus.

Quare Primogenitus dicatur.

Et pannis eum inuoluit.

COMMENTARIA.

PRæparauerat Beata Virgo fasciias, quibus solẽt infantes recenter nati inuolui, ut filio nato id officium exhiberet, non quòd eo indigeret, ut cæteri infantes indigẽt, qui ne eorum membra enormiter diffluant, panno obligãtur; sed qui veritatem carnis nostræ assumpserat, verum se esse hominem demõstrare volebat. non autem fericos aut pretiosos pannos fuisse existimare debemus, sed viles, quales pauperi conueniębant; non tamen sordidos, sed puros, ac mũdos, quales præstare matris puritatem, & diligentiã decebat. Is ergo, qui nos à peccatorum vinculis soluere veniebat, eaque in se punienda accipiebat, vt id significaret, fasciis constringi dignatus est, ut recte Greg. Nyssenus Oratione de Natiuitate Domini, & Ambrosius annotarũt.

ANNOTATIO VIII.

Referuntur alia obsequia infanti præstita antequã pannis involuerentur.

PAnnis inuoluit.) Græce ad verbum (infasciauit) Prætermisit Euangelista ministeria quædam præcedentia, contentus ea insinuasse: nam cum Christus in utero matris sanctissimę coaluerit ad modum communem hominum, nempe cohærens matri, & per neruum vmbilicarem sanguinis nutrimentum accipiens, ut Annotatione sequenti dicemus, necessaria fuit nerui huius præcisio: præterea cum in vtero esset membranis obtectus, vt cæteri infantes, opus erat lotione, post quas actiones inuolutus est pannis. Solent hæc obstetrices præstare: cum autem nulla ibi fuerit, B. Virginem exhibuisse hæc omnia ministeria credendum est; non enim probo quod quidam recentiores affirmant, nẽpe Angelorum ministerium in his interfuisse, eademq; opera ablutum esse corpusculum Christi. potius manibus purissimis B. Virginis ea sunt tribuenda. Christus ergo sine opera matris egressus est, separat⁹ ab utero, illa integra permanente; nato uero, vmbilicaris abscissus est neruus, & ablutus ille est à Beata Virgine, & postea pannis inuolutus.

Et reclinauit eum in præsepio.

COMMENTARIA.

BEata Virgo infantẽ recẽs natũ & fascijs inuolutũ loco cuna rũ, præsepio, quo pabulũ bestiarũ reponi solet, reclinauit. Latẽt in hoc diuina mysteria; multaq; præsepiũ hoc indicat. Primo quidẽ abiectissimũ statũ, ĩ quẽ propter peccatũ homõ deciderat; cũ. n. in honore esset creatus, peccando cõparatus est iumẽtis insipiẽtib⁹, & similis fact⁹ est illis. Secũdo, admirãdã humilitatẽ

Quatuor mysteria in Christi præsepio subindicata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi nascentis, per quam iacentem mundũ erigere veniebat. Tertio infantem ipsum futurum cibũ, & pabulum, quo homo similis irrationalib. effectus, mortuusq; peccato, spiritum, & vitam cœlestium adipisceretur. Quarto, gentium conuersionem; quæ maxime per Idololatriam bestiarum conditioni proximæ erant, de quibus inquit Paul. 1. Corinth. 12. Cum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes.

ANNOTATIO IX.

Deipara sine dolore peperit, nec obstetricis indiguit.

EX hoc præcedenti ministerio per B. Virginem exhibito, nẽpe ꝙ pannis inuoluit infantẽ, & quod i ꝓsepio reclinauit, adiunctis ét illis, quę in Annotatione octaua diximus, non leue sumitur argumentum, B. Virginem sine dolore peperisse; talia namque aliter præstare non potuisset, ꝙ in ijs, quæ cũ dolore pariunt, experientia docet, in quibus ea munera exhibẽt obstetrices, quarũ nullã in hoc interfuisse partu Euãgelista verbis enarratis satis aperte indicauit, cui Hieronymus adhærens aduersus Heluidiũ inquit: Nulla ibi obstetrix, nulla mulierculari sedulitas intercessit, ipsa pannis inuoluit infantẽ, ipsa mater, & obstetrix fuit. Cypran. ét Orat. de Natiu. Christi: Panniculi, inquit, pro purpura, pro byssо in ornatu Regio laciniæ congeruntur, genitrix est, & obstetrix, & deuotam dilectæ soboli exhibet clientelã, attrectat, amplectitur iungit oculą, porrigit mammam, totũ negotium plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio. Hæc Cyprianus, qui post ministeria enarrata adiunxit, nullus dolor, nulla naturæ contumelia, quasi diceret, quæ talia potuit ꝓstare, absque dubio, sine dolore, imò cum gaudio magno peperit. & in Oratione eadem paulo inferius reddens rationem, inquit: Quoniã sine tormento peperit, quæ in conceptione caruit voluptate. quod ét Aug. serm. 14. de Natiuitate confirmans in persona B. Virginis, inquit: Nec in conceptione inuenta sum sine pudore, nec in parturitione inuenta sum cum dolore. Damasc. ét lib. 2. de Fide, c. 15. sic ait: Quam voluptas non anteiuit, nec dolor partus secutus est. Quo spectat illud Prophetæ Isa. 14. Antequam parturiret, peperit. & illud: Antequam pariẽdi tempus veniſſet, effugit, ac masculum peperit. Hæc Damascenus. Greg. etiam Nyssenus Orat. de Nati. Christi: Ad mulierem, inquit, prima uox edita est, nũc ad Virginem sermo fit; illa in dolores in partu tolerandos propter peccatum cõdemnata est, in hac per gaudiũ ejicitur dolor; in illa dolores partũ præcesserunt in hac vero gaudium partui obstetricauit. Hæc Greg. Ex his habes B. Virginẽ, non solum sine dolore vllo, immo cum summo gaudio peperisse, nec illa lege comprehensam fuisse contra mulierem lata. In dolore paries: quæ eas solas complectebatur, quæ de viro concepturæ erant: non autem Virginem, quæ de Spiritu sancto conceperat. Vt autẽ hoc perfectius explicetur, attende, ex causa duplici dolorem in partu procedere. Vna est auulsio infantis, à vulua matris, cui per umblicarem neruum, & secũdas ei velut insertus, & infixus est. Altera est apertio vuluæ, & membrorum genitalium, per quæ egreditur infans. Quod ad hanc causam posteriorem spectat, nullus inde dolor prouenire potuit, quia B. Virgo absque ulla ruptura, integritate seruata peperit, vt dicemus inferius, quando illud explicabimus (omne primogenitum aperiens vuluam sanctũ Domino uocabitur.) Quod uero ad priorem causam attinet, fuit quidem Christus in utero ficut cæteri infantes, matris vuluæ cohærens: aliter enim nõ potuisset de matris sanguinibus, alijsque namque de sanguinibus illius secundũ carnem cõceptus erat, eisdem nutriebatur, & augebatur, vnde debuit matri cohærere. quod Hilar. lib. 2. de Trinit. conuenienti uocabulo explicuit: Inenarrabilis, inquit, à Deo originis unus Vnigenitus Deus in corpusculi humani formam sanctæ Virginis utero insertus accreuit. Hæc Hilar. Perpẽde uerbum: Insertum enim utero Virginis accreuisse corpusculum Christi dicit; quãdo ergo natus est auelli debuit: sed hæc auulsio nullum intulit B. Virgini matri dolorẽ

Vnde fluxerit dolor in partu.

quia

quia virtute Christi nascẽtis id factum est, quod Cyprianus egregia similitudine annotauit Orat. de Natiu. Chri. Vitro, inquit, maturus ab arbore baiula fructus elapsus est, nec oportuit vellicari quod sponte prodibat. Hæc Cyprianus. Hoc idem Dauid in persona Christi loquens prædixit: Tu, inquit, es, qui extraxisti me de uentre. Singulare hoc est Christo, ut diuina uirtute extrahatur, & auellatur à uentre, seu utero matris, quia sine ullo dolore, vt fructus maturus ab arbore spõte se separans, segregatus est; noluit enim, qui sine carnali delectatione adhæserat Matri, cum dolore separari ab ea; ut enim pulchre, & uere dixit Leo serm. 2. de Natiu. nõ hic cogitetur parientis conditio, sed nascẽtis arbitrium, qui sic homo natus est, ut uolebat, & poterat. Hæc Leo De hac inhæsione, & euulsione locutus est Tertullia. lib. de carne Christi, cuius uerba sunt: Accipe, inquit, Dauid Domino Patri eloquentem, Quia tu es, qui auulsisti me ab utero matris meæ. auulsisti, inquit, ex utero. quid auellitur nisi ꝙ inhęret, quod infixũ, innexũ est ei, à quo ut auferatur auellitur? si non adhæsit utero, quomodo auulsus est? si adhæsit, qui auulsus est, quomodo adhęsisset, nisi dũ ex utero est, per illum neruum umbilicarem quasi folliculi sui traducem annexus origini vuluæ? etiam cum quid extraneum extraneo adglutinatur, ita concarnatur, & conuisceratur cum eo, cui adglutinatur, ut cum auellitur, rapiat secum ex corpore aliquid à quo auellitur, quasi sequelam quandam corruptæ unitatis. Hæc Tertullianus. Ex quibus ne inferas auulsionem hanc dolorem intulisse, quasi violentam (nam Tertul. ibi agebat contra hæreticos, qui negabant Christum natum de Virgine, aut aliquid ab ea sumpsisse, contra quos vehementer insurgit, vnionem, & connexionem Christi cum Matre deducendo ex auulsione, quam Dauid cõfitetur; per eam enim probat de Virgine natum esse, & de ea carnem sumpsisse) idcirco acrius loquitur de auulsione, quasi violenter sit facta. at uero non ita auulsus est Christus, ut carnem matris secũ auelleret, aut doloré incuteret, uti diximus. Cætera autem, quæ de inhæsione per

Psal. 21

neruum vmbilicarem, & separationem dicit, uera sunt. Constat igitur Virginẽ in partu nullum passam fuisse dolorem.

ANNOTATIO X.

De spelũca et præsepio.

SVnt nonnulla aduertẽda. Primo quidem, Christum natum esse in stabulo, postea uero in præsepio, quod in eodem stabulo erat, reclinatum. Est autẽ stabulum locus bestiarum, in quem B. Virgo, & Ioseph, exclusi à diuersorio, se receperant; hoc enim uocabulo vtuntur Latini Patres. Cypria. in Oratio. de Natiu. Domini: Nulla, inquit, domus ambitio, nisi reclinatorium in stabulo, Mater in fœno, Filius in præsepio. Aug. etiam serm. 2. de Epiphania: Abscondebatur, inquit, in stabulo, & agnoscebatur in cœlo, ut agnitus in cœlo, manifestaretur in stabulo. Quod autem Latini Patres stabulum dixere, Græci distinctius loquentes affirmarunt spelũcam; immo quidam illorum excauatam in petra dixerunt. Inter hos est Iustinus in Dialogo cum Tryphone, ubi dicit Iosephum cum non haberet in uico locum, in quo diuersaretur, in spelunca diuersatum esse. Addit autem Iustinus hanc spelũcam prædictã fuisse Isa. 33. Iste, inquit, in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius erit. Quem locum Septuaginta sic legunt: Hic in excelsæ petræ fortis spelunca habitabit. Epiphanius etiam hæresi 51. sic inquit: Lucas dicit fascijs inuolutum esse puerum recens natum, & iacuisse in ꝓsepi, & in spelunca, eo quod non esset locus in diuersorio. Grego. Nyssenus Orat. de Natiuitate Domini: Quid, inquit, sibi vult, quod Dominus in spelunca diuersatur? quod in spelunca decumbit? cum spelũcam uideris, in qua nascitur Dominus, subterraneam, ac lucis expertem homiqui illucescit, & apparet ijs, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent. Hæc Grego. Theodoretus etiam lib. 8. de curan. Græc. affecti. sic inquit: Tophaceũ specum vident in quo præsepe, in quo pauperculam Virginem, in quo tenui fascia obuolutum infantem ipso in præsepis sinu humiliter reclinatum. Hi omnes Doctores stabulum spelunca fuisse affirmant in petra, seu topho excisam

Isaiæ 33

Universidad de Deusto
Biblioteca

in qua erat præsepe, ubi natus, & reclinatus est Dominus.

Spelũca non extra, sed intra Bethlehem erat.

Secundo aduertẽdum est, eundem Iustinum in eodem dialogo affirmasse speluncam hanc non fuisse intra Bethlehem, sed prope: quoniam, inquit, Ioseph non habebat in loco illo, ubi diuerteretur, in speluncam quandam, quæ uicino propinqua erat, diuersatus est: ibi cum esset, Maria Christum peperit, eumque in præsepio collocauit. Hæc Iustinus. Quam sententiã secuti sunt nonnulli recentiores, idque probant: tum quia si intra urbem locus ille fuisset, non potuissent Magi Christum adorare, quin ab omnib⁹ ciuibus visi fuissẽt, nec potuisset Herodem id latere: tum quia non potuissent etiam Pastores, qua nocte Christus natus est, in media vrbe locum inuenire propheticis, & Euangelicis verbis, quæ Christum in Bethlehem natum aperte significant. at qui natus est prope vrbem, non dicitur proprie in vrbe natus. Idcirco verior est sententia communis, nempe stabulum, in quo natus est Christus, intra Bethlehem fuisse, nec argumenta in cõtrarium efficacia sunt. Ad primũ enim respondemus, non satisfieri difficultati per hoc, quod stabulum erat extra Bethlehem; nam cum aduentus Magorum fuisset celeberrimus, haud dubiũ, quin multis notus sit locus, in quem peruenerunt; diuina tamen prouidentia factum est, ut Herodem lateret, deceptum forsan spe reditus eorum, ut ex ipsius uerbis deducitur. Ite, & cum inueneritis, renunciate mihi. Quidam recentiores existimant Magos non inuenisse Christum in stabulo, sed in domo quadam, quia dictum est Matth. 2. Intrantes domum inuenerunt puerum. id quod docuit etiam Epiphanius Hęresi 51. ubi affirmat post duos annos à Natiuitate aduenisse Magos, & inuenisse Christum in domo, non in stabulo, at hoc non est præsentis instituti; pertinet enim ad locum Matthæi, id tamen certum est, argumentum non habere robur, nam domum appellat habitationẽ quãcumque. Antiqui autem Patres senserunt Magos inuenisse Christum in stabulo, Iustinus. n. ipse in spelunca Christum à Magis adoratum asserit, idemq; Gregorius Nyssenus loco citato. Augustinus etiam sermone 1. de Epiphania dicit, Magos Christum in præsepio positum vidisse. Illud autem de pastoribus nullius est momenti; Angelico. n. ductu inuenerũt Christum, ut infra dicemus.

Tertio, aduertendum est, quosdam recẽtiores affirmare, stabulum hoc separatum locum fuisse à diuersorio, nescio qua ratione ductos, cum multo uerisimilius sit, ad diuersorium pertinuisse, tanquam ad locum, in quo animalia eorum, qui hospitio recipiebantur, manebãt, sicut fieri uidemus nũc in hospitijs.

Adsunt bos, & asinus.

Aduertendum est quarto, tunc temporis in stabulo bouem, & asinum fuisse, ut ueteres Patres senserunt. ita enim affirmarunt Origenes homelia 13. Ambrosius hoc in loco, & Gregorius Nyssenus Oratione de Natiuitate Christi, cum alijs, qui omnes impletam prophetiam illam afferunt Abacuc 3. ubi iuxta 70. legitur (In medio duorum animalium cognosceris) quod Vulgatus sic (In medio annorum viuifica illud) fuit autem in medio animalium cognitus à Pastoribus, qui positum in præsepio agnouerunt, & adorauerunt, quo facto, indicatum est mysteriũ futuræ per Christum unionis in Ecclesiam vnam, populi Iudaici significati per bouem, & populi Gentium significati per asinum. Quæ duo animalia prędicta esse affirmant Cap. 1. Cognouit, inquit, bos possessorem suũ, & asinus præsepe Domini sui; Israel autem me non cognouit, & populus non intellexit. Bos enim, & asinus hi Christum Deum, & dominum omniũ, cuius omnia sunt, agnouerunt, dum à præsepi recesserũt, dantes locum infanti, Iudæi autem tam mirabili pastorum, & Magorum aduentu moniti, non intellexerũt. Non est autem existimandum, bouem, & asinũ fuisse ipsius Ioseph, & Beatæ Virginis, qui pauperes erãt, sed eorum, qui illuc conuenerant, ut describerentur iuxta edictum Imperatoris, quamuis enim illud quidam affirmẽt, tamẽ nullo firmo argumento probatur.

Isai. 1.

Quare in præsepio Dominus natus sit.

Postremo, aduertendum est, Athanasium in illud Matthæi 21. Ite in Castellum, quod contra uos est, causam tradere, cur Dominus in præsepe sit reclinatus,

eus, cuius in Commentario inter alias meminimus. sic enim inquit: Forsasse ob istum pullum Iesus in præsepio reclinatus fuit, alioquin verisimile non est, Iosephum virum nobilem, de stirpe Regia oriundum, qui filius Dauidis appellatus est, locum in diuersorio, aut alibi mansionem obtinere non potuisse. An diuinæ dispensationis erat, quod tunc agebatur? Hæc Athanasius. Gregorius autem libro 7. Moralium. capite 4. cur Dominus in præsepio reclinatus fuerit, duas attulit causas, cuius uerba sic habent: Quia per Prophetam dicitur: Omnis caro fœnum, vniuersitatis conditor ex nostra substantia carnem sumens, fœnum fieri voluit, ne nostra in perpetuum caro fœnum remaneret. Hanc ergo herbam onager inuenit, cum Gentilis populus gratiam diuinæ incarnationis accepit, tũc bos vacuum præsepe non habuit, cum plebi Iudaicę eius carnem expectanti lex exhibuit, quem diu expectatum prophetauit, vnde, & natus Dominus in præsepi ponitur, ut uidelicet significaretur, quia sancta animalia, quæ ieiuna diu apud legem inuenta sunt, incarnationis eius fœno satiarentur. Præsepe enim natus impleuit, qui cibum semetipsum mentibus mortalium præbuit, dicens: Qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem meum in me manet, & ego in eo. Hæc Gregorius, exponens illud Iob 6. Nunquid rugiet onager, cum habebit herbam; aut muget bos cum ante præsepe plenum steterit.

Quia non erat ei locus in diuersorio.

COMMENTARIA.

CAusa, cur Beata Virgo ad stabulum duceretur, fuit, quia in hospitio locum mansionis non inuenit; multitudo enim, eorum, qui erant ex semine Dauid tunc causa descriptionis cõueniens, & loci, siue ciuitatis Bethlehem angustia, & Beatæ Virginis paupertas non habentis hospitij pretium, quod si milibus temporibus earum, & magnum esse solet, causę fuerunt, cur in stabulum receserit, diuina præcipue prouidentia id disponente, vt mysterium significaretur, cuius paulo superius meminimus, & in sequenti annotatione etiam plura dicemus.

ANNOTATIO XI.

Diuersorii quid significet.

QVidam recentiores intepretantur fuisse quidem locum in diuersorio, in quo manere posset Beata Virgo, sed non commodum ad partum; meo tamen iudicio, hi à verborum Euangelistę proprietate, & à ueritate recedunt; absolute enim dicitur: Quia non erat ei locus in diuersorio. Quid autem diuersorium hoc in loco significet, quod Græce καταλυμα dicitur, adhuc recentiores requirunt. quorum quidam domum propriam Ioseph, & Beatæ Virginis, quam in Bethlehem possidebant, interpretantur, cum & uerbum Græcum, non solum pro hospitio publico, sed etiam pro quacumque habitatione accipi soleat. Hæc tamen interpretatio aduersatur tum communi Patrum sententiæ, qui diuersorium commune hospitium, quo solebant viatores diuertere, interpretantur; tum etiam ipsi Euangelistæ, qui si propriam illorum domum significaret, non adferebat conuenientem rationem, cur in præsepe diuertissent: nam si non fuit eis locus propriæ domus, cur non ad hospitium commune diuerterunt? Voluit ergo significare Euangelista illos, domo propria cum caruissent. ad commune hospitium recurrisse, in quo locum non habentes, in stabulum diuerterunt. Et hic est sensus legitimus verborum. Cur autem non diuerterint in alicuius sibi noti atq; cõsanguinei priuatam domum, causa fuit, aut quia forsan locum nõ inuenerunt, cum omnia occupata essent, aut quia præmodestia id non tentarunt.

Gẽtium incredulitatem, qui Christum non conuenerunt, de qua dictum est Ioan. 1. sic, & In propria venit, & sui eum non recepe Iudaeorũ rũt. Ioan. 5. Ego ueni in nomine Patris repulsa mei, & non accepistis me. hoc est, locũ subindi- non inuenisse in diuersorio, erat enim caiur. populus ille diuersorium, quia primo Deus in eo habitabat per fidẽ, & cultũ verum, eratq; Populus Dei peculiaris;

Quod autem ad mysterium spectat, factum hoc duo significat. Vnũ Iudæo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad quem Christus missus non inuenit fidem, nec enim ille ei credidit. Vnde consequéter alterum significat, scilicet illius populi repulsam: nam abiecto populo incredulo, ad præsepe Gentium se conuertit, quæ eum receperunt. de qua re dictum est Psal. 17. Eripies me de contradictionibus populi, & constitues me in caput Gentium. Matth. 21. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. & Matt. 23. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. & Actuum Apost. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Sunt huiusmodi multa loca.

Psal. 17.

Et Pastores erant in regione eadem vigilantes.

COMMENTARIA.

STatim ac natus est Christus, voluit hominibus innotescere, tũ vt salutem hominum, quã operati venerat, inciperet eis impartiri; ea enim in eius fide, & agnitione posita est. Ioan. 17. Hæc est uita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quẽ misisti Iesum Christũ: tum ut iuæ natiuitatis, quæ humilis, & nimium latens erat, testes aliquot haberet. Nõ autẽ plurimis apparuit, ne eius notitia peruenirent ad Herodẽ, qui illum ad interficiendũ quærebatur. Nec etiã se omnib⁹ manifestauit, ne mors eius, per quã saluare venerat, impediretur. Hos igitur testes, & primos fideles Christi Lucas describit: Erant, inquit, in illa regione Bethlehemitica, pastores quidã vigilantes; erat enim nocturnum tempus, quando solẽt pastores inuigilare super greges, ne eos lupi deuorent, aut latrones deprædentur.

ANNOTATIO XII.

Quo loco pastores vigilarent.

MVlta exemplaria Græca habent ἀγραυλοῦντες, quod idem significat, ac Latine, in agro stabulantes, seu sub dio cubantes, ac pernoctantes, vt facere nunc etiã solent pastores in regionibus calidis, aut temperatis: noster uero Interpres vertit, vigilantes, aut quia sensum respexit, aut quia aliter legit, nẽpe γρηγοροῦντες, id est, vigilantes. locus autẽ ubi hi pastores vigilabãt, secundũ S. Hieronymũ erat iuxta turrim quãdã inter Bethlehẽ, & Hierusalẽ, sitã nõ procul à Bethlehẽ, dictã Eder, vbi Iacob reuersus à Mesapotamia pauit pecora sua de qua turri fit mentio Genes. 35. fuit enim extructa turris in loco pascuosissimo, vt esset domiciliũ gregis, in quod se reciperent pastores contra cœli iniurias, & tempestates, ex qua re nomẽ inuenit: nã Eder, gregẽ aut collectionem pecorum significat. Verba Hieronymi in traditionibus Hebraicis sunt hæc: explicãs enim locũ Genes. 31. (Profectus est Israel, & extẽdit tabernaculũ suum trans turrim Eder) inquit: Hunc locum Hebræi esse volunt, ubi postea tẽplum ædificatum est, & turrim Eder turrim gregis significare; hoc est, congregationis, & cœtus, quod & Micheas testatur dicẽs: Et tu turris gregis nebulosa filia Sion; illoque tẽpore Iacob trans locum ubi tẽplum ædificatum est, habuisse tentoria. sed si sequamur ordinem viæ pastorũ, iuxta Bethlehẽ locus est, ubi uel Angelorũ grex in ortu Domini cecinit, uel Iacob pecora sua pauit, loco nomen imponens, uel quod uerius est, quodam uaticinio futurum iã tunc mysteriũ mõstrabatur. Hæc Hieronymus. Idẽ etiam in Epitaphio Paulæ ad Eustochiũ sic inquit: Haud procul inde descẽdit ad turrim Eder, id est, gregis, iuxta quã pauit Iacob greges suos, & Pastores nocte uigilantes audire meruerunt: Gloria in excelsis Deo, & super terram pax hominibus bonæ uoluntatis. Hæc ibi. Hinc manifestũ est, cur dictũ sit in regione eadẽ.

Gen. 35.

Et custodientes vigilias noctis super gregem suum.

COMMENTARIA.

VIgilabant seu in agro erant, quatuor noctis vigilias in ordine suo agentes; diuisa. n. erat nox in quatuor vigilias seu custodias, quarũ singulæ ternas horas habebãt, nocte in duodecim horas diuisa: vicariã igitur hi pastores custodiam

diam agebant, quibusdam alternatim vigilantibus, & quiescentibus, vt grex perfectius custoditetur; si enim omnes simul vigilassent, facile vigiliæ longitudine lassati dormitassent, & obdormissent.

ANNOTATIO CXIII.

De pastorum vigiliis, & qua ratione fuerint probatissimi Dominicæ Natiuitatis testes.

GRæce est callens etymologia verbi, ac si Latine diceremus, custodientes custodias noctis, aut excubantes excubias noctis. Interpres vigilias vertit, quas Græci custodias appellant, sensum potius quam uerbum sequens. Auctor scholasticæ historiæ scribit morem fuisse antiquis, in vtroque solstitio vigilias noctis custodire ob Solis venerationem, eumque morem ad Iudæos peruenisse, hoc tamen nullo firmo nititur fundamẽto. potius credendum est à militari disciplina id promanasse; diuisa enim erat nox apud milites in quatuor interualla, ut qui tota nocte vigilare nõ poterant, quarta vigilarent parte, et sentãue semper qui per quaterna noctis interualla alijs somno, aut labore depressis, integri succederent. quod igitur milites propter hostes facere solebant, id pastores propter bestias, aut fures erga suos greges fecerunt. Est autem tam in hac, quam in præcedenti sententia Euangelistæ artificium. Cum enim pastores testes essent Natiuitatis Christi, eorum testimonium fide dignũ describit circunstantijs ostendit. Primo quidem plures dicit, ne vnius tantum testimonium quispiam inualidum esse opponeret. Secundo, vigilantes, & custodientes vigilias, ne fuisse somnium ullus putaret. Tertio, Pastores, quibus ineit simplicitas, & à dolis, & figmentis absunt, ne quis malitiæ, & mendacio illorum id tribueret. Quarto in eadem regione, & prope Bethlehem eos esse narrat, de longinquo enim facilius error euadere potest; proximis, autem, & vicinis res notior esse solet. & rursus ipsi noti erant omnibus. Ignotos enim, & remote agentes allegare in testimonium non ita firmam fidem facit. Demum nocturno tempore proprium deseruisse gregem, & ad infantem confluxisse rei veritatem commendat.

ANNOTATIO CXIIII.

Quare ob causas Dominum nuncierit primis Iudæorũ sed pastoribꝰ suæ Natiuitatẽ nũciari.

NOn immerito dubitabit quispiam, cur Dominus non Scribis, aut Phariseis, aliisve nobilioris conditionis hominibus suam Natiuitatem anunciari uoluit, sed pastoribus. Multas causas facri Doctores huius rei reddũt, quarum nonnullas producam, hoc uno supposito. Primam causam omnium fuisse liberam, ac spontaneam Dei uoluntatem, quia sic ei placitum est, potuisset quidem eligere quoscumque uoluisset, & eos sua ope, & virtute traxisse ad se, sicut traxit Pastores; noluit autem quia sic placitum est ante eum, nemini enim debet, & quos uocat, ex gratia, & misericordia uocat. Matth. 11. Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Sunt autem quædam causæ inferiores, & congruentiæ, cur pastores elegerit. Quarum quatuor colligit Euthymius. Prima est ob eorum simplicitatem: est enim genus hoc hominum simplex, sine uersutia, & dolo, facilioresque ad fidem. est autem cum simplicibus sermocinatio eius. Hæc causa assignata fuit à Cypriano ser. de Nat. Dom. vbi sic habet: Electa adest personarum humilium simplicitas, ut poneretur regula, & indissolubilis daretur forma, quod non nisi pauperibus spiritu Christi pateret humanitas, nec superbos ad intuitum sui possit admittere uetitas. Et in eodem serm. paulo inferius: Pastorũ, inquit, innocentia, & simplicitas electa est, ut laus Christi perficeretur. quin piscatores, & pastores sequentibus spiritibus confunderent Oratores, & à pauperibus, & humilibus prædicatio paupertatis haberet initium. Hęc etiam est Ambrosij serm. 13. ubi sic inquit: Non mirũ dum est, si Christi gratiam ante scire meruerit innocentia, quam potestas, & prius cognoscere ueritatem simplex rusticatio, quã superba dominatio; quod enim cognouerunt pastores, Principes cognoscere nequiuerunt. Hæc Ambrosius. Eadem causa est August. serm. 2. de Epiph. Prævalet, iniquit, imperitia in rusticitate Pastorum. Secunda causa Euthymij est, quia veterem illum viuendi modum Patriarcharũ, qui Deo dilecti fuerunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerunt, apprehenderant: quam causam Cyprianus docuit orat. de Nat. Dom. Huiusmodi, inquit, officium ab initio auctoritatem obtinuit, & Abel pastor munera de gregibus ouiũ obtulit, quæ in eo, quod celitus inflãmari visa sunt, quod grata essent Deo, cunctis innotuit. Pastores Abraham, Isaac, & Iacob, Viri Deo familiares: Pastores Patriarchę duodecim; Pastor ipse Moyses, qui in Eremi recessu dum sequitur pecudes, in rubo conspicit Deum, & potestate signorum collocata, populi recipit principatũ. Helisæus de aratro Prophetа constituitur. Dauid de post fœtantes accipitur, & in Regni solio collocatur. Hæc Cyprianus. Tertia causa Euthymij est ob significationem; Christus enim Pastor erat Populorum. sic enim Ioan. 10. ipse pronunciauit: Ego sum Pastor bonus. & de eo dicit Petrus 1. Epist. cap. 2. Conuersi estis nunc ad pastorem, & Episcopum animarũ uestrarum. quod multo ante per Ezechielem prædictum erat, qui cap. 34. inquit: Suscitabo super eos Pastorem vnum, qui pascat eos. Recte ergo Pastor pastoribus primo apparet. Hæc ratio fuit etiam Sedulij sic canentis: Tunc prius ignaris Pastoribus ille Creator emicuit, quia pastor erat, hanc etiam canit Ecclesia in hymno Natalis Domini: Angeli, inquit, canunt Deo, palamque fit Pastoribus Pastor creator omnium. Quarta causa Euthymij est ad significandum, Pastoribus rationalium ouium diuina mysteria primũ ante alios reuelari; per illos enim populi doctrinam recipiunt, iuxta illud Ephes. 4. Dedit alios Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, & in Ecclesia sua primo loco Apostolos instituit, quos misit in mundum prędicare Euangelium, quos eidem Ecclesiæ contulit Pastores præesse. Quam causam adducit Orig. hom. 12. in Lucam. Notat autẽ Ambros. serm. 13. quo pacto pastores iuxta custodiæ ouium inuigilantes ab Angelis non deseruntur; vt hinc Episcopi discant inuigilare super homines sibi commissos. Quinta huius rei causa assignatur ab Auctore librorum de mirabilibus Scripturæ, qui Augustino tribuitur li. 3. c. 2. nẽpe cũ Christus agnus esset, in mundi salutem offerendus, de quo Ioan. 1. dictum est: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata Mundi; conuenienter Pastoribus primus apparet. Vtramq; iste Auctor causam connectit, nempe hanc, & tertiam superius dictã; erat enim Christus Agnus, & Pastor, idcirco & pastoribus, ut Agnus apparet, & ut Pastor apud greges.

Quare inter Iudæos pastoribus, inter gentes uero Regibus primum Christus annunciatur.

Ex hac autem responsione oritur dubium, cur ex Iudæis pastoribus, ex Gentibus autem, Regibus apparuerit. hi qui dem sapiẽtes, nobiles, & diuites; illi uero indocti, ignobiles, & pauperes fuere. Respondeo his primitijs Iudæorum, & gentium indicatum esse, quales futuri erant illi, qui crediturí erant Christo, & eius Euangelio; nam inter Iudæos sapientes, & principes, ac Pharisæi, Iudæorumque primi incredduli fuerunt, & obcæcati sunt; minores vero, & pauperes ac indocti illuminati sunt: ita ipsi Iudæorum primi confessi sunt Ioan. 7. nunquid, inquiunt, ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? sed turba hæc, quæ non nouit legem? & Christus ipse hoc significans dixit, Ioan. 9. in iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui nõ uident, uideant, & qui vident cæci fiant. & Matth. 11. Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parulis. quod Luc. 14. in parabola illa significauit; excusantibus enim se quo minus ad nuptias uenirent illi, qui inuitati erant, nimirum Iudæorum primi, dicitur: Exi in plateas, & uicos Ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. ut igitur qualis futura erat messis Iudæorum in Euangelio indicaretur, præmittuntur similes primitię; at vero ex Gentibus non minores tãtum, sed etiam Reges, & Princeps, nobiles, & sapientes conuertendi erant: idcirco tales eliguntur primitiæ. de qua conuersione prædictum est Isai. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. & post pauca: Tũc videbis, & affluues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gẽtium uenerit, tibi, inundatio Camelorum operiet te.

Et

Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos.

COMMENTARIA.

DVm vigilarent, & noctis vigilias custodirent, subito, & improuiso Angelꝰ Dñi visibilis apparuit prope illos astãs. particula (ecce) rẽ subitã, & inopinatã indicat; nihil enim minus illi expectabant, aut cogitabãt, quã reuelationẽ aduẽtus Christi. Fuit autem Angelus hic Gabriel, qui Zachariæ, & B. Virgini apparuerat, cuiq; huius mysterij cura demandata erat.

ANNOTATIO XV.

Cũ vulgata lectio est astitit.

VErbum Græcum ἐφίστη, quidam vertũt superastitit, quasi Angelus de cælo superuenerit, & supra pastores sublimis cõstiterit. Ambrosius legit stetit ante illos. Noster vero vulgatus Interpres vertit, astitit iuxta illos: nã præpositio Græca ἐπὶ, omnes eas habet significationes, ut supra, ante ac (iuxta) & videtur accommodatior lectio: nam allocutus est Angelus pastores, sicut homo hominem alloquitur, idcirco prope illos astitisse recte dicitur, vt propinquitas indicetur, quam non significat præpositio (super,) nec (ante.) Accedat his, Angelum ea propinquitate significasse Christum natum prope esse; erat enim in Bethlehem. Solent autem Angeli, quæ verbis significant, gestu, & habitu exteriori etiam indicare. Quis autem hic Angelus fuerit, Cyprianus expresse tradit, Gabrielem fuisse; nam in orat. de Natiu. Dom. loquens de pastoribus, sic inquit: Veniunt in Bethlehem quam prædixit Gabriel, inuenitur Emmanuel. idem insinuat Ambrosius; quã uis alicui contrarius uideatur. nam sic inquit: Angelus Mariam, Angelus Ioseph, Angelus Pastores edocet, non satis est semel missum esse; duobus enim, & tribus testibus stat omne uerbũ. Hęc Ambrosius. In eo, quod dicit, non semel missum, indicat eundem esse Angelum, qui missus est B. Virgini, Ioseph, & pastoribus. Illum autem esse Gabrielem nemo dubitat; quin etiam teste Augustino serm. 14. de Natiu. Dom. Missus etiam est Ioseph, ut annunciaret cõceptũ esse de Spiritu sancto, quẽ B. Virgo gestabat in utero. Obijcit aliquis, verba sequentia indicare non fuisse cũdẽ; inquit enim: In ore duorũ, uel triũm stat omne uerbũ. Respondeo hoc ipsum indicare vnũ, & eundẽ Angelũ: nã uidetur Ambrosius imitari voluisse verba Pauli 2. Corint. 13. vbi de se ipso loquens, inquit: Tertio uenio ad uos, in ore duorũ, vel triũ stat omne verbũ. nõ quod alius ipse esset à se ipso, sed aduẽtus suos plures vocat testes. ita Ambrosius tres vnius Angeli aduentus, tres appellat testes, seu tria testimonia. Videri etiam alicui Chrysostomus posset contrarius Cypriano: nã serm. 1. in Ioan. sic habet. Pastoribus Angeli; Ciuibus pastores; Mariæ, & Elisabeth Gabriel; his qui in templo erant, Anna, & Simeon annunciauerunt. Hæc Chrysostomus. quæ non sunt contraria: nã pastoribus Gabriel primus, postea vero alij etiam Angeli apparuerunt; Chrysostomus autem non de priori, sed de posteriori locutus est apparitione.

Gabriel fuit, qui pastoribus apparuit.

Quare pastoribus Angelꝰ, Magis vero stella apparuit.

Occurrit autẽ hoc in loco dubitatio, quã Greg. hom. 10. in Euang. proponit, vbi sic habet. quærendũ nobis est, quid nã sit, ꝙ Redẽptore nato Pastoribus in Iudæa Angelus apparuerit? atq; ad adorandũ hũc ab Oriẽte Magos nõ Angelus, sed stella perduxit? Quia uidelicet Iudæis tãquã ratione utentibus rationale animal, id est, Angelus prædicare debuit: Gentibus vero quia ratione vti nescibant, ad cognoscendũ Dñm nõ per vocẽ, se ꝑ signa perducuntur. Vnde etiã ꝑ Paulũ dicitur. Prophetiæ fidelibus datæ sunt, nõ infidelibus; signa autẽ infidelibus, non fidelibus. Hæc Gregor. in cuius sententiæ declarationem adnotandum est, appellasse Angelos animalia rationalia, non quod vellet affirmare esse eos corporeos, & discursiuos. uti nos, sed quod sint substantiæ uiuentes, & intellectuales, quamuis nonnulli antiqui Patres eos esse corporeos existimauerint; de qua re non est instituti præsentis agere. Huic rationi, & causæ Gregorij adiũgere possumus aliã, nempe solitum esse Deum hominum moribus, & consuetudinibus se in operibus gratiæ accommodare, & per ea, in quibus quisque uersatur, operari diuina.

Erant

Universidad de Deusto
Biblioteca

Erant autem Magi docti Astrologiæ, & cursuum cœlestium obseruatores; Angelorum autem nulla erat apud eos cognitio; idcirco per ea, quæ eis nota erant, & quibus ipsi fidem adhibebant, illis reuelat mysteria. quamuis non sine illustratione Spiritus sancti interius operantis: At Iudæis Angelorum apparitiones erant frequentes, & ipsi eorum notitiam ex Scriptura habebant; idcirco hos per Angelos alloquitur. Præterea post peccatum gentibus magisterium creaturarum relictum est, ut per ea, quæ uidentur, inuisibilia Dei scrutarentur. & maxime per cœlestia corpora, quæ enarrant gloriam Dei super cæteras creaturas. Iudæis vero per Angelos lex data est; propterea hos, & illos docet nunc, iuxta vtrorumque magisterium.

Et claritas Dei circumfulsit illos.

COMMENTARIA.

APparuit Angelus splendenti, & fulgenti corpore, omniq; ex parte pastores splendor circumdedit, qui & noctis tenebras discutiebat, & Angelo apud eos, quibus Saluatoris annũciabatur aduẽtus, fidẽ conciliabat, ac nascentis Christi maiestatem, & diuinitatem indicabat: idcirco claritas dicitur Dei, vtpote quæ erat argumentum, Angelum à Deo missum, & natum infantem Deum esse. circum circa autem lumen effunditur, & Pastores circũfulsisse dicitur, quia etsi in humana figura Angelus apparebat: natura tamen eius excellentior, & super humana erat.

ANNOTATIO CXVI.

Quid Angeli claritas significauerit.

CLaritas Græce δόξα multipliciter accipitur, & aliquãdo ab Interprete nostro verti solet gloria. Ioan. 8. Ego non quæro gloriam meam; aliquando, Maiestas, Luc. 9. Viderũt maiestatẽ eius. aliquando claritas. Ioan. 17. Clarifica me pater claritate, quam habui. hoc autem in loco accipitur pro splendore, seu fulgore; idcirco rectè uertit claritatem. estque idem sensus cum illo Act. 9. Circumfulsit eum lux de cœlo. Est autem adnotandum illud, quod obseruauit Beda, nunquam in ueteri testamento legi Angelum apparuisse fulgentẽ, uti nũc, & rectè quidem; exorto enim iam Sole iustitiæ Christo, Angeli tamquam solares radij lucidi, & fulgentes apparent.

Et timuerunt timore magno.

COMMENTARIA.

ANgeli maiestas timorẽ pastoribus incussit, subitus, & insolitus eius aspectus illum auxit, ideo timore magno timuisse dicuntur. Hebraismus est frequens (timore magno timuerunt) pro eo, quod est vehementer timuerunt. Nõ fuit autem timor hic alicuius mali, sed humanæ infirmitatis, in quam per peccatum incidimus. Diximus plura de hoc timore supra, cum de Zacharia locuti sumus.

Et dixit illis Angel⁹: Nolite timere.

COMMENTARIA.

PEculiare est Angelo lucis timorem incussum repellere, & cõsolari uerbis eos, quos suo aspectu terruit; eo maxime quia læta, & salutifera nunciare veniebat. Nõ fuit autem verbum hoc Angeli solum significatiuum, sed etiã efficax; nã verbo significauit pastoribus, ut timorem deponerent, & ipsius efficacia verbi, quia Nuncius Dei erat, operatus est, & effecit, vt timorem abijcerent. Ac sicut præsentia sua timorem incussit, ita verbo eundem timorem remouit. Merito autem timor hic à Pastorũ cordibus est expulsus, ut tranquillo animo mysterium annunciandum facilius percipérét; ut enim aqua turbata imperfecte figuras obiectas recipit, sic & animus passionib. agitatus, spiritualia, ac cœlestia minus apprehendit.

Ecce enim euãgelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo.

COMMENTARIA.

QVatuor causas Angelus reddit, quare pastores timere nõ debeant; idq; particula illa (enim) quæ causalis est, indicat. Prima est, quod gaudium magnum nũciaturus

ciaturus ueniat. Secunda quod nõ priuatum, sed publicum gaudium futurum sit, inquit, gaudium omni populo. Tertia, quod hoc gaudium non alijs, sed ipsis annunciat: uobis, inquit, euangelizo; quod quidem singularis, & magni beneficij erat, eo maxime cum illi essent pastores; & in populo, cui gaudium commune erat, relicti essent nobilioris conditionis multi, quibus non erat tale nuncium factum. Quarta est præsentia gaudij: ecce, inquit, quasi diceret: Adest iam causa gaudij, & lętitiæ. Gaudium autem magnum nocat Nuncium, quod gaudij magni materiã præbiturum erat. Vsus est autem uerbo, Euangelizandi, quod bona nunciare significat, ut re ipsa, & uerbo læta nunciaret, & Euangelium iam Christi quodammodo initiaret. Per populum autem, Iudaicum intelligit, qui eum venturũ sperabat, & cui Christus ipse suã præsentiam corporalem exhibuit, prædicauit, & miracula fecit. iuxta illud Matth. 15. Non sũ missus, nisi ad oues, quæ perierant Domus Israel, & Rom. 15. Christus minister fuit circumcisionis.

ANNOTATO XVII.

An populi nomine Iudæos tantum, uel & Gẽtes intellexerit.

THeopylactus, & Beda populum nõ solum Iudæorum, sed etiã Gẽtiũ intelligũt, eo quod Christus maius gaudium Gẽtibus credentibus, quã Iudæis non credentibus attulerit, & re ipsa ita est. Nã Christus Iudæis, & gentibus salutem contulit, & in ipso omnes etiam gentes benedicendæ erãt: tamen hoc in loco populum Iudaicum intelligit, tum vt Angelus pastorum intelligentiæ se accommodaret; tum quia de corporali Christi præsentia loquebatur; quæ Israelitico populo exhibenda tunc annunciabatur, tunc etiam quia gẽtium salus, & ad Euãgeliũ vocatio ad populi Israelitici gaudium pertinebat. iuxta illud Isai. 60. Videbis, & affluues, mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo Maris, fortitudo gentium uenerit tibi. absque dubio loquitur Isaias de Ecclesia, quæ primum fuit collecta ex Iudæis, cui inserta est gentium credentium multitudo. Quod si obijcias, non totum populum Iudæorum gauisum esse aduentu Saluatoris. Respondeo nec etiam omnes gentes, quibus prædicatum est Euangeliũ Christi, esse lætatas, sed dictum est gaudium futurum toti populo ex parte rei ipsius, quia causa, & materia, gaudij sufficientissima ministrata est. licet non omnes ob eorum infidelitatẽ gauisi sint, sicut etiam Christus dicitur Saluator omniũ, quia omnibus propositus est in salutẽ.

Isai. 60.

Quia natus est uobis hodie Saluator.

COMMENTARIA.

Quatuor rationes gaudij pastoribus indicantur.

MVltas huius gaudij magni causas Angelus adfert. Prima est natiuitas Saluatoris, quia in quit natus est Saluator; nihil lætius esse potest, quam nuntium salutis, & Saluatoris aduentus: eo præciputẽ tempore, quo inimicis maxime insæuiunt, ac deprædantur, & quo infirmitates undique grassantur, ac quo extrema imminẽt pericula. Is enim status erat Iudæorũ, quãtum ad spiritualia, quando Christus aduenit. Altera causa gaudij est, utilitas propria, natus inquit est uobis, id est, pro uestra salute: aliorum quidem salute, & bono gaudere solemus, at quando ad nos etiam ipsos salus, & bonum peruenit, uehementius lætamur, quamuis autem illud (uobis) Iudæos significet; tamẽ maiorem habet uim erga ipsos pastores, quibus primis nunciabatur Saluatoris aduentus. Tertia causa gaudij est naturæ humanæ exaltatio; quia natus inquit est; hoc enim uerbo natura Saluatoris, in qua ueniebat, indicatur, quasi diceret, Natus est homo, & eiusdem naturæ uobiscum factus est, quasi Angelus diceret, natura humana uestra super nostrã sublimata est; non enim Angelos sed semen Abrahæ apprehendit. Tanto igitur honore, & exaltatione maxime uobis ò pastores

Universidad de Deusto
Biblioteca

flores gaudendum est. Quarta gaudij est causa, temporis breuitas. hodie inquit natus est, non multũ temporis est transactum, recens est natiuitas; hoc enim eodem die natus est. Nouitas quidem rei gaudium auget, eo maxime, quod si Angelus diceret, modo natus est, & modo vobis innotescere vult, à uobisque agnosci, & videri cupit, moras uestræ salutis non sustinet. hoc profecto amoris ardentissimi erga uos magnũ est argumẽtum, & causa, ut sũmopere gaudeatis, efficacissima.

Qui est Christus Dominus.

COMMENTARIA.

NE qualemcumque Saluatorẽ Pastores intelligerent; nã & Iosue saluator Populi, fuit, exponit esse illum uerum, & perfectum, qui Christus, & Messias promissus & expectatus est, quem Dominum appellat, ut non hominem purum, sed Deum etiam significet; quem enim Angelus absolute Dominum prædicat, sine dubio Deus est, qui & hominum, & Angelorum Dominus appellatur. & hæc est quinta causa gaudij magni, quasi diceret. Eu promissiones, quæ tanto tẽpore desideratæ, & expectatę fuerant, adimpletæ sunt; & quod Patriarchis, & Prophetis reuelatum est futurũ quodq; tantopere uidere desiderarũt, iam adest; hoc profecto magnæ lætitiæ materia, & causa est.

In Ciuitate Dauid.

COMMENTARIA.

CONnectitur hoc cũ uerbo (Natus est) natus, inquit, est Christus in Bethlehem, quę Ciuitas Dauid dicitur, ut paulo superius expli cuimus. Locum Natiuitatis diligẽter Angelus notauit, propter ueritatem prophetiæ Micheæ 5. cuius meminit Matthæus c. 2. ut uerũ esse Christũ, ac Messiã eũ, quẽ natũ annunciabat, ostẽderet, cũq; posset nomine proprio Bethlehem signifi care, Ciuitatem Dauid appellauit, ut distinctius indicaret eum esse de genere Dauid, & stirpe regia, ac impletum esse in illo, q̃ ipsi Dauid erat ante promissum. Psalm. 131. de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Atque hæc est sexta causa gaudij, nempe non procul à pastoribus Christum natum esse, ut facile, & cito eum uidere posset. Sicque Angelus fidem dictis suis cõciliat; non enim quæ sunt remotissima, ad quæ aditus difficillimus est, narrat, sed quę prope, & breuissime eorum ueritas sensibus parere põt.

Et hoc uobis signum: Inuenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio.

COMMENTARIA.

SIgnum, quo Pastores natũ Christum agnoscant, & discernant, exhibet: inuenietis, inquit, Infantẽ, quasi diceret, quem Infantem inuenietis inuolutum pannis, & in præsepio positum, ipse est Christus Dominus, hoc signo eum agnoscetis. Nec tamen signũ agnitionis, & discretiõis hoc est, sed simul argumẽtum, quo Angelus se uera narrare comprobat; quasi diceret, hoc erit uobis argumentum me uera dicere quod quãdo uos peruenietis in Bethlehem, inuenietis Infantem involutum pannis, & positum in præsepio. Simile quoddam argumẽtũ, & signum dedit Samuel Sauli, dictorum suorum ueritatẽ cõfirmãs 1. Regum 2. cum abieris, inquit, hodie à me, inuenies duos uiros iuxta sepulchrũ Rachel in finib. Beniamin in Meridie, dicẽtq; tibi, inuẽtæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas; scire enim Pastores ituros esse ad uidẽdum, & eos inuẽturos esse locum, & quando ad locum peruenissent, tunc Christum pãnis inuolutum, & in Præsepio positum esse, humanam supra cognitioné erat. 1. Reg. 1

Erat

Erat igitur hoc signũ, simulq; argumẽtũ quoddã. Notãda est Angeli sapiẽtia, ne paupertas Infantis repẽte à pastoribus visa, eos à tãti mysterij fide reuocaret, aut auerteret; in signũ, & argumentũ eã apponit, vt nõ solũ agnita nõ minuat fidẽ, sed potius confirmet, & augeat.

ANNOTATIO XVIII.

De signis cognitionis, & probationis.

IN Scriptura, quantũ ad præsens pertinet institutũ, Signũ duplex legimus, vnũ est cognitionis, seu distinctionis. Alterum est probationis: illo utimur ad tẽ discernendã, & agnoscendã, hoc ad ijs, quæ dicta sunt, assentiendũ, & credẽdũ. de priori dicitur Matth. 24. q̃ signũ aduentus tui, & consummationis sæculi. Matt. 26. qui tradidit eum, dedit eis signũ. de posteriori Luc. ij. tentãtes signũ de cęlo quærebant ab eo. Io. 4. nisi signa videritis, nõ creditis. Miracula enim, q̃bus homo inducitur ad fidẽ, signa dicũtur, quasi argumenta quædã probantia veritatẽ. Est igitur difficultas, utro modo signũ hoc ab Angelo datũ accipi debeat. nam per hoc, q̃ inueniretur Infans pãnis inuolutus, & in præsepio positus; non videtur probari posse eũ, qui natus erat, esse Christũ Dominum, sed ex illo potius uideri potuisset contrariũ, cũ pãni illi, & præsepe non potentiã Christi, & diuinitatẽ, sed tantũ infirmitatẽ humanæ naturæ declarent. Duæ sunt igitur opiniones Interpretũ. Quidã signũ distinctionis, & agnitionis intelligunt, non autem probationis. quæ opinio est Bedæ in præsenti, vbi sic dicit. Notãdũ solertius, q̃ signũ nati Saluatoris datur, non Tyrio exceptum ostro, sed pannis squalentibus inuolutum; nõ in ornatis auro stratorijs, sed in præsepibus inueniendum. Huic uidetur adhæsisse Bernar. serm. 4. de Natiu. Dom. vbi inquit, neque enim sine certi narratione mysterij pannis Saluator obuoluitur, & ponitur in præsepio, quando id manifestę in signum nobis commendatur ab Angelo, hoc inquit, uobis signum: inuenietis Infantem pannis inuolutum. in signum positi sunt panni tui Domine Iesu, sed in signum, cui à multis usque hodie contradicitur, multi quippe uocati, sed non multi electi, ideo nec signati. Agnosco certe, agnosco Iesum magnũ sordidis opertum uestibus, dum altercaretur cum Diabolo. Hæc Bernardus. Quidam alij signum modo posteriori interpretantur, quasi hoc argumento vsus sit Angelus in confirmatione suorum dictorum; ita sensit Euthymius, qui hæc exponens uerba, ita dixit: erit signum hoc vobis argumentum, quod vera dicam. qua autem ratione pannis inuolutum, & in præsepio positum esse argumentum sit, quod uera sint, quæ Angelus dixerit, non explicat Euthymius: tamen Cyprianus in serm. de Natiuit. Christi breuissimis verbis id nobis exposuit, inquit enim, hunc in cunabulis adorauerunt Pastores, & paruulum confitentes Deum simpliciter argumento, si in spiritu, & ueritate, quem adorauerunt, nouerunt: fuerat quidem miraculum, quod apertis cęlis lux fulgoris insolita nocte super eos fulserat, quod auditi Angeli, & conspecti, quod ab ipsis fuerant edocti, & instructi pastores. Hæc Cyprianus. ubi inter miracula narrat, quod Angelus prænunciauit pastoribus, quæ futura illis erant, nempe eos inuenturos esse Infantem pannis inuolutum, & in præsepio positum. Si igitur miraculum fuit, cõstat secundum Cyprianum, signum hoc modo posteriori accipi debere. Nos in Cõmentario vtramque coniunximus sentẽtiam, interpretantes signum hoc fuisse distinctionis, seu agnitionis, ut per id pastores Christum natum agnoscerent; simul etiam fuisse confirmationis, vt le vera dicere Angelus comprobaret, ea prędicendo, quę uẽtura erant, ut in Cõmentario explicuimus. Inquirunt hoc in loco quidã recentiores, qua ratione pastores nosse potuerunt præsepium, in quo Christus positus erat; respondent illud fuisse tunc tẽporis locum omnibus notissimum, vt vel ipso nomine illud agnoscerent. quæ responsio solido caret fundamẽto: nã uerba Angeli non aliud cõtinent, quã quod inuenirent in præsepio Infantẽ positũ; nemo autẽ præsepij nomine illud, in quo Christus erat positus, intelligere posset, nisi vnum tantũ esset in Bethlehẽ, quod asserma-

Vtro modo signũ Angeli intelligẽdũ sit.

Qua ratione Pastores Christi præsepe inuenerũt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fitmare vanum est, & omnino inuerisimile, aut nisi præsepe illud fuisset insigne, & omnium primum, vt per quandam Antonomasiam illo communi nomine significaretur, quod quidem gratis affirmatur, immo veritati aduersari videtur; nam erat locus paruus, & tunc temporis obscuri nominis. in præsepia autem celebria solet multitudo animalium confluere, nec in talibus locus potuisset B. Virgini, quam (credibile est) in solitarium, & fere derelictum locum recessisse. Dicendum ergo est, pastores ab Angelo veritatem edoctos, ipsius in uisibili ductu peruenisse ad locum, & præsepe, in quo Christus erat, & quo diuino agebantur spiritu, ut intelligerent, & crederent, eodem ducebantur, vt inuenirent. & hoc etiam ad miraculum signi ab Angelo dati pertinet. Hæc tradit Cyprianus in sermone illo de Nat. Chri. vbi inter cætera sic habet. Pastores illi amplius mente, quam oculis carnalibus illuminati ad conspiciendũ Emmanuel festinant, & edocti intus in uisibili magisterio Spiritus sancti, quẽ paruulum vident, confitentur immentum, & pię ei deuotionis affectum præsentant. Hæc Cyprianus.

Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudãtium Deum, & dicentium.

COMMENTARIA.

CVm Angelo, qui pastorib⁹ natum Christum annunciauerat; signumque illis dederat, repente, & ex improuiso adfuit multitudo Angelorũ; vt enim inquit, Leo ser. 9. de Natiu. Dom. Angeli prædicationi exultatio innumerabiliũ iungitur Angelorũ, ut excellentius fieret testimonium, cui militiæ cœlestis multitudo concinet Angelorum tamque ille, quam hi Deũ laudabant, & dicebant, quod sequitur: conuenienter autem completo nũcio, & à pastoribus percepto, multitudo Angelorum sentitur; oportebat enim præcedere nunciũ, & postea ueritatis annunciatæ testimonium consequi. In hoc quod Euangelista dicit, facta est, seu adfuit multitudo cum Angelo, indicat apparuisse multos Angelos visibiliter sicut, & primus apparuerat; simul etiam & Angelum primum, & qui apparuerunt post eũ, cecinisse Gloriam Deo, expressam sequenti sententia. Militiam autem cœlestẽ appellat Angelos hoc in loco, cũ potuisset dicere, Facta est multitudo Angelorum; tũ quia illud plus maiestatis habet, principatumq; nati Infantis etiam super Angelos, explicat, tum quia aduentus Christi qualitatem significat; venit enim aduersum Diabolum bellum gerere, & fortem armatum fortior ipse superueniens vincere. Luc. 11. tũ etiam quia Angelorum multitudo maior, hoc adiecto militię verbo exprimebatur: tum demum quia non ex uno ordine, aut Hierarchia cœlestium spirituum, sed ex pluribus illa Angelorum multitudo conuenerat, sicut in militia, & exercitu multi ordines sunt. Perpende ergo testium Christi aduenientis multiplicationem: fat erat pastores fuisse admonitos ab vno Angelo, cum haberet gloriæ Dei symbolum: tamen ut illi magis in fide confirmarentur, & mysterij altitudo euidentior fieret, multitudo militiæ cœlestis apparuit, ut quanto magis Diuinitas carne, pannis, & præsepio se in terra occultauerat, tanto euidentius cœlestium testimonio illustraretur.

ANNOTATIO XIX.

EVthymius, & Beda de cœlo aduolasse illam Angelorum multitudinẽ post nuncium ab Angelo factum existimant. Quidam recentiores simul cum Angelo aduenisse; non tamen agnitos fuisse à pastoribus, nisi post nuncũ acceptum putant. Vtrumq; probabile est: probabilius tamen est prius. Quidã etiã Angelorum hanc multitudinem nõ visam fuisse, sed auditam tantum à pastoribus opinantur; quidam alij etiã uisam affirmant, quod probabilius videtur; tũ quia verba Euangelistæ id indicant: dicitur enim multitudo facta cum Angelo, quia vna cum ipso apparuit, hunc autem visum fuisse certum est; tũ quia ueritas natiuitatis uisibilis ea ratione magis significabatur; tum etiam, quia multitudo illa, quæ maiestatem nascentis repræsentabat, & cætera, quæ diximus in Commentario, non exprimebantur, si tantum audita fuisset uox eorum. Aduerte autem militiam cœlestem in Scriptura dupliciter accipi. Vno modo pro stellarum multitudine 4. Reg. 17. adorauerunt omnem militiam cœli. cap. 21 extruxit altaria omni militiæ cœli. Deut. 17. adorantes Solem, & Lunam, & omnem militiam cœli. Altero modo, p Angelorum vniuersitate. Isa. 40. eduxit in eo numero militiam cœlorum. ipsique Angeli milites Dei dicuntur. Iob. 25. nunquid est numerus militum eius? recte autem hæc duo, militiæ, seu exercitui comparantur propter tria: nam sicut in exercitu est ordo, fortitudo, & maiestas; sic in Angelis est ordo, est fortitudo, est maiestas. Similiter in astrorum multitudine admirandus est ordo motuum, & dispositio, actionis virtus, & fortitudo, in quibus Dei maiestas elucet, & repræsentatur; cœli enim enarrant gloriam Dei. De his tribus dicitur Cant. 6. Terribilis vt castrorum acies ordinata. verbum (ordinata) ordinem militiæ indicat; terribilitas, fortitudinem, & maiestatem significat, quæ maxime Angelorum militiæ insunt, idcirco eorũ vniuersitas, cœlestis militia, seu exercitus, in Hebræo autem צבא dicitur, cuius magna pars pastoribus reddit nati Christi testimonium, uocibus laudis, & lætitiæ.

Vnde illa Angelorum multitudo, & auditi ritũ non etiã uisi sint à pastoribus.

Quæ militia cœlestis, Angeli dicãtur.

Gloria in altissimis Deo.

COMMENTARIA.

DVę sunt partes hymni Angelorum, Deum laudantium. Primùm quidem Deum laudant, prædicantes gloriam, quam habet apud Angelos in cœlis: deinde laudant Deum, prædicantes pacẽ, quã fecit in terra cum hominibus vt significent eundem esse Deum, qui in Altissimis glorificatur ab Angelis, & qui in terra pacem est operatus cum hominib⁹ ex suo beneplacito, ut qui prius erat in cœlis Deus purus, nunc carne sumpta, sit & in terra Deus, & homo. Prior ergo pars est, Gloria in Altissimis Deo. Sensus est, nato Christo, in Altissimis est gloria Deo; Angeli enim in cœlis habitantes, Deum glorificãt, & summis encomijs laudant bonitatem, sapientiam, potentiam, ac iustitia, seu ueritatem Dei, quas Christo nato manifestauit: glorioſe.n. in hoc opere magnificatus est. merito autem in cœlis Dei gloriã annunciant, & prædicãt Angeli, ne humilis Christi natiuitas, eius diuinitatis occultandæ occasio esset Pastorib⁹. Angelos glorificare Deum nato Christo non alius est, quã Deum omni laude dignum ob hoc op⁹ cõfiteri, & uirtutes, quas in eo opere exhibuit, prædicare. Multitudo autem hæc Angelorum Deum laudat annunciando, & prædicando eius gloriam, quã habet in cœlis apud illic habitãtes, cuius gloriæ dignum fide testimonium perhibent ij ipsi, qui de Altissimis descendebant.

ANNOTATIO XX.

GRæce legitur ν. ἐν ὑψίστοις, id est Altissimis, nempe Cœlis. Patres autem Latini multi legunt, in excelsis, quod idẽ est quantum ad sensum. sic legunt Irenæ. lib. 3. c. 11. Ambros. ser. 13. Hieron. Epist. ad Theodoram, in Epitaphio Lucinij, & August. lib. 2. de sermone Domini in monte cap. 10. quos Ecclesia secuta canit in Missa, Gloria in excelsis Deo. Quod autem ad sensum spectat, illud aduertendum est, hoc Angelorum canticum esse laudem quandam, & encomium, Dei; hoc enim Euangelista testatur in præcedenti sententia, idq; Patres cõmuniter docent: in primis Greg. Nazian. apolog. 1. de hoc enim canticо loquens, Angeli, inquit, cœlestẽ primum, deinde terrestrem laudẽ celebrãt. Iren. etiam libro 3. cap. 2. de eodẽ loquens, glorificauerunt, inquit, Deum, qui

Verba hæc sunt canticũ laudis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui est factor supercelestium, & eorum quæ super terram sunt, & qui suo plasmati, id est, hominibus salutem de cœlis misit. Ambros. etiam serm. 13. de hoc cantico inquit, digna plane, & iusta sententia, quæ in natiuitate Christi, & Deo honorem repræsentat in cælis, & hominibus pacem præsentat in terris. His accedit Euthymius, qui verba esse laudis has Angelorum voces affirmat. Hinc sequitur, non videri accommodatam Theophylacti sententiã, affirmantis hoc canticũ esse gratiarũ actionis, quasi Angeli gratias agãt Deo pro beneficio præstito in natiuitate Christi longe enim aliud est gratias agere, & laudare: consequitur etiam non esse supplendum verbum optandi, quasi dictũ esset, gloria sit Deo; hoc enim est imprecari, non laudare: laudamus enim cum alterius virtutes, & gloriosa facta interiori, aut exteriori uerbo apud nos ipsos, aut apud alios prædicamus, nec differunt in hac parte laudare, & glorificare, nisi in eo, quod glorificatio egregiam, & insignem quandam, ac præclaram laudem significat; glorificamus enim eum, cuius egregia, & admiranda gesta notificamus, seu prædicamus. debet ergo non optandi, sed indicãdi uerbum suppleri, nempe, gloria est in Altissimis Deo. sicut etiam in sequẽti sententia simile supplendum est verbũ, & in terra est pax hominibus. superest ergo examinare sensum huius sententiæ, gloria est in Altissimis Deo. Primo quidem iuxta Irenæ. lib. 3. cap. 11. vt ex verbis ipsius paulo ante citatis apparet, sensus est: Glorificamus Deum, qui est Auctor supercelestium spirituum: tres enim videtur causas glorificationis huius interpretari, quæ toto hymno comprehenduntur, nimirum glorificamus Deum, quia fecit supercelestia, & quia fecit, quæ sunt in terra, & quia salutem hominibus attulit. Secundo loco Ambrosius, ut ex eius etiam verbis allegatis deducitur, sic intelligit, glorificamus Deum, qui est in Altissimis, & pacem annunciamus hominibus, qui sunt in terra. Tertio Gregorius Nazian. paulo ante allegatus, obscure quidem, tamen vere indicat expositionem, quam in Cõmentario amplexi sumus; inquit enim, primum cælestem, deinde terrenum laude celebrantũr. Hæc Gregorius. Consideremus ergo quo modo Angeli terrenum laudarunt; eius nimirũ opus annunciantes, & prædicantes in terra, inquunt, pax est hominibus. laudare enim est insigne opus, aut uirtutem alterius prædicare: eodem modo etiam laudarunt Deum cælestem, nempe gloriam quam in cælis apud Angelos habet, manifestantes, & dicentes; Gloria est in Altissimis Deo, quasi nato Christo Deum Angeli in Altissimis glorificant, & in terra homines bonæ voluntatis, pacem assequuntur. hoc est, laudare, & glorificare Deum. Causa autem glorificationis, & laudis Christus natus est. ea. n. de causa in Natiuitate hanc laudem decantant, ut significent propter eam laudari. Debet ergo referri laus hæc ad natiuitatem, ut ea sit causa glorificationis huius, & laudis. Hic sensus Gregorij sic explicatus nobis placet, & legitimus uidetur, ad quem idemmet Gregorius respiciẽs in orat. de Natiu. Christi, sic inquit: Lætentur cæli, & exultet terra, nimirum propter cælestem, deinde terrestrem. Ex qua interpretatione consequitur illud (in Altissimis) non esse coniungendum cum (Deo) ut quidam recentiores cõnectunt exponẽtes, gloria Deo, qui est in Altissimis, coniungendum est potius cum uerbo præcedenti, nempe in cælis apud Angelos est gloria Deo. Sic enim respondet sequenti, & in terra est pax hominibus. quem sensum secutus est Augusti. lib. 2. de serm. Domi. in monte. cap. 10. Non est autem silentio, prætereundum, in Scriptura frequentem usum esse huius vocabuli, Altissimi, seu Excelsi; Deum enim Altissimum, & in Altissimis habitare legimus, quod ideo factũ est, ut a falsis dijs secerneretur. sic enim dicitur Psal. 112. Quis sicut Deus noster qui in altis habitat. quasi dictũ esset, non est alius verus Deus præter nostrum, qui in Altissimis est. Psal. 49. Redde Altissimo uota tua, nimirum uero Deo, non Idolis, & falsis dijs, qui in Altissimis non sunt. Vsi autem sunt Angeli hoc verbo, ut verum Deum Pastoribus significarent, & idololatriam per Christum euertendã, & Deum

Examinatur ea ius superioris sententia.

& Deum verum glorificandum esse, insinuarent, uti factum est, & fiet.

Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

COMMENTARIA.

ALtera hymni pars hęc est, laudant Angeli Deum, qui pacem in terra hominib⁹ fecerit. Pax inquiũt, est hominibus in terra, q.a nempe, qui in cælis glorificatur, in terra est, & factus terrenus. Pax autem est hominibus bonæ uoluntatis, id est, ex Dei beneplacito, ac gratuita eius volunrate, non ex eorum meritis. quod ad laudem, & commendationem maximam Dei pertinet, qui pro suo beneplacito, & bona, ac gratuita voluntate homines sibi reconciliauit, & ex inimicis, & seruis, filijsq; iræ, amicos, filios, & Regni hæredes fecit per Christum. Nec hac sola pace contentus, duos etiã populos diuisos, & disiunctos, Iudæorum, & Gentium, copulauit in unũ, & quæ eos diuidebant, euertit. Huius vtriusq; pacis meminit Paulus Ephes. 2. Ipse, inquit, est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & medium parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua: legem mandatorũ decretis euacuãs, ut duos condat in semetipso, in vnum nouum hominẽ faciens pacem, vt reconciliaret ambos in uno corpore Deo, per Crucem interficiens inimicitias in semetipso. Hæc Paulus. Nec adhuc in hac pace finem fecit, sed etiã cũ Angelis ipsis, qui in cælis sunt, quique à nobis peccatoribus diffidebant, Dei partes sequentes, pacificauit, nobisque in socios, & charos protectores conuertit, eorumque fedes commune nobis effecit, & in eorum consortium sempiternum perducet de qua Pace idem Paulus Coloss. 1. Complacuit, inquit, per eũ recõciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem Crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Hæc est pax, quam nato Christo Angeli canunt, & annunciant: & pro ea Deum laudẽt, qui pro suo beneplacito per Christum eam fecit. Ne autem existimes, Christo nato, statim omnia hæc effecta fuisse; sed pax prædicatur eo adueniente, qui pacis auctor, & effector erat.

Ephes. 2.

Coloss. 1

ANNOTATIO XXI.

IN superioris sententiæ lectione, & in eius expositione Doctores multum dissentiunt. Quod enim ad lectionem attinet, Hieronym. Epist. ad Theodoram. & lib. contra Heluidi. legit (super terram.) Ceteri vero (in terra.) hoc tamen non est magni momenti, cum in eundem sensum recidat vtrumq; ac maioris momenti est, quod quidam diuidunt hic in Terra pax; hominibus bona voluntas, ut hymni huius tres sint partes, Gloria in Altissimis Deo, & in terra Pax, hominibus bona uoluntas. Sicque nunc in Græcis codicibus legimus. Hãc lectionẽ secuti sunt Theophy. Euthym. immo ante eos alij etiã Patres insignes. Athanasius enim in lib. de Passione, & Cruce legit, Gloria in Excelsis Deo, & in terra pax, & in hominibus bona uoluntas. Basilius etiam in homi. de humana Christi generatione, legit, Gloria in Excelsis Deo, & in terra pax, hominibus bona uoluntas. quam lectionẽ visus est etiã amplecti Gregor. Nyss. Orat. de Christi Natiu. vt ex contextu verborum apparet. similiter Epiph. hæres. 30. & Euseb. lib. 4. demonstra. Euãg. cap. 10. Quidam alij connectunt, duasq; partes faciunt sic. Gloria in Altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, quam lectionem inter Græcos amplexi sunt Origen. homi. 13. in Lucã. & Chrysost. homi. de Nat. Dom. & in serm. De pace, & Cyril. Hierosoly. cateche. 12. quod argumento est hos Patres exemplaria habuisse Græca, in quib⁹ ita legebatur. inter Latinos autem eam lectionem sequũtur Iren. lib. 3. c. 11. & Hieron. Epist. ad Theodorã in Epitaphio Lucinij. Cyprian. serm. de Natiu.

Patres dissident in lectione superioris sententiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Natiu. Christi. Hilar. lib. 2. Trinit. Ambrosius serm. 13. August. lib. 14. ciui. c. 8. & lib. 50. homiliar. hom. 3. eò serm. 1. & 9. de Natiu. Gregor. homi. 8. Euāg. & lib. 28. Moral. cap. 7. Bernar. serm. 2. in cantica, eamque recepit Ecclesia, & accommodatiorem sensum habet. Nam sicut cum dicitur, Gloria in Altissimis, adiectum est illud (Deo) qui glorificatur; ita cum pax in terra dicitur, adiungi debuit is, cui pax ista confertur, nempe, in Terra pax hominibus, non enim explicata erat sententia, si dictum esset tantum, in terra pax. Præterea quia si seiungas sic. Hominibus bona uoluntas, uidebitur pax in terra aliis dari, quam hominibus, cum hi separentur, & ad bonam voluntatem referantur. Præterea si tantum legas (pax in terra) non explicatur mysterium, nempe vnde ista pax proueniat, & quod urget etiam, non facile apparet, quomodo hoc verbum pertineat ad laudē Dei, cum dictum sit, sententiam hanc esse hymnum, & laudem. Amplectenda ergo lectio hæc est cum vulgato interprete, & cum Ecclesia, & antiquis etiam Patribus.

Patres nō minō in expositione quam in lectione differunt.

Quod autem ad sensum, & expositionem spectat, in duobus dissentiunt doctores, & in connexione, seu in illius particulæ (&) explicatione, atq; in illius (bonæ uoluntatis) interpretatione. Quod ad primum spectat, primo loco Theophylactus, & Euthymius particulam (&) causalem intelligunt in hunc sensum: Gloria in excelsis Deo, quia in terra pax est. est tamen discrimen inter eos: nam Theophylactus, qui priora verba interpretatus est esse gratiarum actionem, sic explicat: Gratiarum actio sit in Altissimis Deo pro tanto beneficio collato, quia in terra pacem fecit. Euthymius vero existimans priora esse verba laudis, sic interpretatur: Laudamus Deum in Altissimis, quia pacem fecit in terra. conuenit autem vterque doctor, hanc sententiam causam esse præcedentis. Secundo loco Irenæ. lib. 3. cap. 11. vt paulo superius diximus, non solam hanc partem, sed etiā præcedentem causalem intelligit in hunc sensum: Glorificamus Deum, qui auctor est supercelestium, & eorum, qui sunt in terra, & qui suo plasmati salutē fecit. Relatiuū autem (qui) causam continet vt omnibus constat. Tertio loco Ambrosius copulatiue hanc sententiam exponit, non quasi causam præcedentis; sic enim in serm. 13. inquit: Digna plane, & iuxta sententia, quæ in natiuitate Christi, & Deo honorem repræsentat in cælis, & hominibus pacem præsentat in terris. In eadem sententia est Gregorius Nazian. in Apolog. 1. de hoc enim hymno loquens subtiliter, dicit, Angelos laudare primum cælestem, deinde terrenum; qui enim erat prius solū cæleste Deus, factus est etiā terrenus carne sumpta; ideo cælestem primo loco glorificant, dicētes: Gloria in Altissimis Deo deinde Deū hominē laudant, dicentes: In terra pax. Ex quibus constat verbis ad mentem Gregorij, etiam hanc partē esse laudis, & cōmēdationis diuinę, ut in cōmentario diximus, & Euangelistæ verbis conuenit, dicentis: Angelorū laudantium hunc esse hymnū. inter has patrū sententias, accōmodata magis mihi visa est tertia: licet enim particula (&) aliquando causalis sit; id tamen ratio fit, nec admittēda est ea significatio, quando accōmodatum, & conuenientē sensum aliter habere possumus.

Quid nam sit mens Patris, & intelligendum.

Quod ad secundum spectat, bona voluntas Græcè, εὐδοκία, dicitur: hāc Hieronymus in epistola ad Theodorā. Ambros. serm. 13. & August. lib. 14. de Ciuit. c. 8. & lib. 50. homiliar. homil. 8. interpretantur voluntatem hominum, & affectum erga bonum, ut sit sensus, pax hæc non quibuscumque hominibus datur, sed ijs, qui uoluntatē habent bonā, & affectum bene operandi, & uiuendi, & ad pacem, quæ annunciabitur propē sum. Leo autem sermo. de Natiu. Domic interpretatur, in terra pax conceditur, quę homines facit bonæ uolūtatis. Græci vero patres, inter quos sunt Gregor. Nyssenus oratio. de Natiu. Christi. Euthymius Theophylactus, & alij, non hominum uoluntatem, sed Dei intelligunt, non quācunq; sed eā, qua sponte, & gratis nullis præcedentibus meritis voluit saluare mundū. iuxta illud 10. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filiū suū vnigenitum daret, quæ voluntas dici solet beneplacitum Dei. Pax ergo est hominibus bonæ uoluntatis, siue genitiuus ad pacem, siue ad homines, quod vertius est, referatur, idem est sensus, nēpe: Pax hæc est hominibus ex Dei beneplacito, & gratuita eius uoluntate, siue hominibus, quos bona uoluntate Deus est prosecutus est, & quos amauit, ac dilexit. de qua bona uoluntate dicitur Ephes. 1. Vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum eius; quod proposuit in eo. Quod enim bona sua, & gratuita uoluntate Deus facere disposuit, nempe saluare mundum, hoc per Christum filium suum, implcuit, non ergo illegitimus restringit, quasi non omnibus hominibus pax hæc impertiatur; sed declarat pacem omnibus offerri, & effici, quantum est ex parte Dei, non ex ipsorum meritis, sed ex spontanea, & gratuita illius uoluntate. Et hæc legitima videtur expositio, quam secuti sumus in commentatio.

Et factum est, vt discesserunt ab eis angeli in cælum: pastores loquebantur ad inuicem.

COMMENTARIA.

PErsuasis pastoribus, verbūque Dei esse credentibus, quod eis annunciatum erat, Angeli in cœlum, vnde venerant, recesserunt, nec fuit pastorum fides otiosa, nec tarda, sed quod auribus audierant, mēteque conceperant, statim opere ipso perficere conantur, & ad adorandum Christum prenuntiatum venire se accingūt; inuicemque loquuntur, alij ad alios mutuo se excitātes, & exhortantes ad iter in Bethlehem suscipiendum. particula (vt) indicat nullam morā pastores fecisse, sed statim Angelis recedentibus mutuo ad iter se excitasse, & præcinxisse, vtile nobis documentum relinquentes, ut quę diuinis inspirationibus, sæpeque Angelorum ministerio facti didicimus opere seduli compleamus, nec moras salutis nostræ procurandæ protrahamus.

ANNOTATIO XXII.

REcentiores quidam, ueræ, atq; Catholicæ fidei parum sectatores Angelorum discessum in cælum, sic interpretantur, ut sit quædam euanescentia ab oculis nostris, nec esse necessarium, cum Angeli de cælo descendere, aut in sd ascendere dicuntur, locorum spatia emetiri, cum vbicumque Deus sit, cælum sit; Daus autem ubique sit, & Angeli semper faciem patris videant. dicuntur ergo esse in terra, cum visibiliter apparent in terra. Hęc tamen doctrina fidei contraria est; quamuis enim Angeli vbicunque sint, Deum videant; tamen nō sunt vbique, vti Deus est. Vndē cum sunt in cælo præsentialiter, nō sunt in terra, & cum sunt in terra, non sunt in cælo: mutant ergo loca, & ab uno in alium transmeāt; mali enim Angeli, in cælo erant in principio creationis; peccantes vero ab eo electi sunt in infernū & in Regionem hanc elementarem, de quibus dicitur Apocalyps. 18. neq; amplius inuentus est locus eorum in cælo; Vnde qui sunt in inferno, non sunt in Regione hac, quæ omnia Damascenus vere, & docte tradit lib. 2. de fide c. 3. nō igitur discessus eorū est sola euanescentia ab oculis nostris, sed etiam mutatio loci, quantum ad præsentiam substantiæ, & essentiæ eorum. solus est Deus, qui ubique est, & omnia implet, & in cælo esse dicitur, quia ibi intellectibus beatorum se manifestat. Non quod omnino pares eos faciamus in hoc nobiscum, cum sint perfectius in loco, quā nos, & uelocius loca mutent, quā creaturæ corporeæ; de his tamen nō est præsentis instituti plura dicere. Aduerte in Græco legitur. (Homines pastores loquebantur) quasi sit Antithesis quędā, Angeli discesserunt, homines uero illi qui erant Pastores, inuicē loquuntur.

Transeamus vsq; Bethlehem, & videamus hoc uerbū quod factū est.

COMMENTARIA.

VErba sunt Pastorum mutuo se exhortantium ad suscipiendum in Bethlehem, & videndum infantem natum, ficut Angelus annunciauerat. Sensos

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo est: Nullas protrahamus moras, sed proficiscamur in Bethlehem, ut uideamus rem hanc, quæ facta est: Hebraismus est; verbum.n. pro re, seu opere accipitur, vt supra etiam notauimus. Attende illud (videamus hoc uerbum, quod factum est) non enim ueniũt Pastores experiendi causa, an uerbum hoc factum sit; crediderant.n. Angelo reuelanti, & multitudini Angelorum testificanti, ut sequentia etiam uerba demonstrãt; sed ueniunt, ut uideant oculis, & infantẽ Christum agnoscant, & uenerentur excitati, & inuitati ab Angelo dicente; Inuenietis infantem positum in præsepio.

ANNOTATIO XXIII.

Superioris sentẽtia sensus, magis examinatur.

PRætermissa est ab Interprete particula Græca δέ, quam quidam uertunt (iam) quasi dictum esset, transeamus iã vsque ad Bethlehem. cum enim certiores facti simus de tanto mysterio, proficiscamur, nec immoremur; est enim particula exhortantium, & moram increpantium, aut prohibẽtium. illud autem (uerbum) Ambr. in psenti, & Bernar. ser. 22. in canti. interpretantur Christũ, de quo dictum est: Verbum caro factũ est. Et in principio erat Verbum, quod videri dicitur ratione carnis iuxta illud 1. Ioã. 1. quod vidimus oculis nostris de uerbo vitæ. Hæc autem expositio non videtur multum accommodata, tum quia non legitur in hoc loco λόγος, sed ῥῆμα, tum quia non dicitur Verbum factum; licet enim Verbum factum sit caro; tamen non dicitur absolute factum. accõmodatior ergo est expositio Euthymij; vt verbũ idem sit, quod res, seu opus. quæ significatio frequens est Hebræis. 2. reg. 1. quod est uerbũ, quod factum est? indica mihi 1. Reg. 3. ecce ego faciam uerbum in Israel 3. Reg. 3. quia postulasti verbum hoc. sunt huiusmodi multa testimonia.

Quod Dominus ostendit nobis.

COMMENTARIA.

DVæ insinuantur causæ, quibus se mutuo excitant, & exhortantur ad trãseundum in Bethelẽhem, ut uideant verborum hoc est, quia Dominus dignatus est notificare, & manifestare, altera, quia nobis ostendit. habet vtrunque uerbũ energiam quandam; illud quidem (nobis) quasi diceret, mysteriũ singulare, & admirabile nobis Pastoribus, ac pauperibus dignatus est Dominus, & quidem per Angelos significare. Habet etiam energiam illud (ostendit) non solum enim manifestauit Infantis Christi nativitatem, sed signa exhibuit, ut inuenire possemus: esset autem ingrati, & irreuerentis animi, tantum Dei beneficium, summo, quo possumus studio non amplecti; transeamus ergo in Bethlehem.

ANNOTATIO XXIIII.

Non uidi me legisse figuratiua uerba.

PRæcedentis sentẽtiæ uaria est lectio. Græca exemplaria, & Latina multa legunt, ut in commentario expositum est, sicque legunt Ambrosius, & Euthymius, eaque lectio in emendatis bibliis probatur. Beda uero legit sic. quod fecit Dominus, & ostendit nobis. & hæc lectio sensum habet valde accommodatum, & mysterij magis significatiuum; opus enim hoc factum esse à Domino dicitur, non quod cętera opera facta nõ sint ab eo, sed quod hoc sit supra cursum, & uirtutem totius naturæ. Deus enim, & hominẽ simul, & de Virgine integerrima nasci singulare Dei opus est, dicique singulariter potest: à Domino factum est illud.

Et uenerunt festinantes: & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio.

COMMENTARIA.

HIs uerbis tria efficit Euangelista, historiam texit; pastorum diligentiam commendat, quod festinantes uenerint, & Angeli annunciatis ueritatem indicat; inuenerunt enim infantem positum in præsepio, sicut ille prædixerat. Nec mireris, si prætermisit illud (pannis inuolutum) quod Angelus expressérat: nam satis duxit, breuitatis causa insinuasse; si enim in præsepio positus erat, facile intelliget vnusquisq; pannis fuisse inuolutũ, præsertim cũ uerba Angeli referens id narrasset. Angelus autem Christum natum annunciare intẽdẽs, nec Matris, nec Ioseph meminit, sed facile eos indicauit. Euãgelista vero historiã integrã describẽs vtrumq; refert. Ad mores facit, eos inuenire Christũ, qui eius præuijs inspirationibus obtẽperant & duci se sinunt. Auctor enim vię nõ potest à termino errare, cum sit ipse viæ terminus.

ANNOTATIO XXV.

Gregorij spiritualiter exponit superiorem sentẽtiã.

GRegorius lib. 31. moral. cap. 2. exponens illud Iob. 39. (nũquid Rhinoceros morabitur ad præsepe tuũ? hũc locũ Lucæ adducit, & præsepe hoc spiritualiter interpretatur dicens. Præsepe hoc loco non inuenienter sacra Scriptura accipitur, in qua uerbi pabulo animalia sancta satiantur, de quibus per Prophetam dicitur. Animalia tua habitabunt in ea. Hinc etiam natus Dominus à Pastoribus in præsepi reperitur, quia eius incarnatio in ea, qua nos reficiunt, Prophetarum scriptura cognoscitur. Hæc Gregor.

Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.

COMMENTARIA.

CVm vidissent infantem pastores, cõpererunt vera esse, quę sibi Angelus de hoc infante dixerat; crediderunt quidẽ prius, at viso infante, & agnitis signis ab Angelo datis; confirmati, & roborati sunt in fide; qua crediderunt Salutatorem, & Christum illum esse, hoc est, quod nunc dicuntur cognouisse. simile est quodãmodo illud Ioã. 4. iã non propter loquelã suã credimus, ipsi enim audiuimus, & scim⁹ quia hic est uere Saluator mũdi, ita & hi Angelis dicere poterãt; vide runt enim Christũ non quidẽ prædicantem uocibus, sed lucis suæ diuinæ radio eorum mentes mirabiliter illustrãtẽ, & corda inflãmantẽ.

ANNOTATIO XXVI.

VErbum (cognouerunt) Græce ἐγνώρισαν ambiguum est; significat enim cognoscere, seu notum facere, aut diuulgare. Hinc factum est, ut duplex sit huius loci expositio. Priorem, quam Vulgatus interpres sequitur, & in commentario explicuimus, vt ad Pastorum notitiam referatur: ipsi enim cognouerunt verum fuisse, quod audierant ab Angelis de Puero nato. Posteriorem sequitur Theophyl. & Euthym. nempe Pastores diuulgasse, quæ audierant ab Angelis de Puero, quorũ expositioni adhærent quidam recentiores, eo argumento tracti, quod huic sen sui sequentia, nempe (& qui audierant, mirati sunt) respondeant, qui enim audierunt, quæ Pastores narrauerãt, admirabantur. Hoc tamen argumentũ, quod eos induxit, potius remouere debuit, nã sequentia eorũ expositioni aduersantur nã dictũ est, q audierãt admirati sunt, & de his quæ dicta erant à Pastoribus ad ipsos. illa particula (&) nõ potest ita cum horum expositione, esset enim repetitio, quædam inutilis. Propterea qui illorum expositionem amplectuntur, non legunt particulam (&) tunc q; expositio cõueniens est, nec Theophyl. nec Euthymius legunt particulam, nec modo in exemplari Græco habetur. At vero cum vulgatus interpres eam habeat, non est recedendum ab eius interpretatione præsertim cum sit sensus talis accommodatus. Vnum dubiolum se offert erga sensum; nam dicitur, cognouerunt de uerbo, quod dictũ erat illis, posset quispiam interrogare, quod est hoc uerbum, quod cognouerunt? nam Angelus prænũciauit infantẽ natum, qui Saluator mundi, & Christus erat, & vltra hoc dedit signum, & argumentum agnoscendi infantem Christum, uti supra exposuimus. Respõdeo, Pastores dici cognouisse, non solum quia inuenerũt infantem ab Angelo prænunciatum, sed etiam, quia cognouerunt esse Saluatorem, & Christum.

Quid cognouerint pastores de verbo ipsis nunciato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sium. Obijcies, hoc non patebat oculis, sed sola fide tenebatur, uiderunt quidē infantem positum in præsepio, sed eum esse Saluatorem mundi videre non poterant, sed credere: non ergo agnouerunt, quod dictum erat ab Angelo. Respondeo, uerum quidem esse Pastores non uidisse, sed credidisse Infantem illum esse Saluatorem, & Christū, quod iam antea crediderāt, sed dicuntur nūc cognouisse, quia ex signo uiso, & argumento fortiorem fidem conceperunt: cōfirmata enim, & roborata fides signo exteriori, dicitur in Scriptura cognitio, & scientia, sicut patet in loco adducto in Commentario ex Ioan. 4. Iam non propter tuam loquelam credimus, ipsi audiuimus, & scimus, quia hic est Saluator Mundi. Hoc idem constat Ioan. 7. Et me scitis, & unde sim scitis. cap. 14. tanto tempore vobiscum sum, & nō cognouistis me?

Et omnes, qui audierunt, mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.

COMMENTARIA.

FActum præcedens admirationē induxit omnibus, qui audierūt natum puerum, & aduentum pastorum ad eum adorandum, & præterea illa, quæ pastores narrabant. ꝙ ergo gestum erat per pastores, & ꝙ ipsi narrabant, omnibus audientibus causa admirationis fuit; noua enim, & insolita, præsertim magni momenti admirationem excitant. Ex hoc sumitur argumentum, multis innotuisse in Bethlehem Natiui tatem Domini, & pastorum aduētum, ipsosq; pastores non solis B. Virgini, & Ioseph, sed multis etiā alijs narrasse omnia, quæ ab Angelis audierant, quæq; uiderant. Vnde Ambrosius inquit: A pastoribus populus ad Dei reuerentiū cōgregatur: mirati enim sunt de ijs, quæ dicta erāt à pastoribꝰ ad ipsos. Hęc Ambrosius. Multos ergo admiratos rei nouitatem, ac magnitudinē, nullum tamen talem fidem adhibuisse pastoribus, ut Christum inquisierint, legimus. Pastorum autē testimonium eo credibilius erat, & fide dignus, quo simpliciores erant de quibus dolus, & fraus minus p̄sumi poterat; ut enim rectē hoc in loco dicit Ambrosius: Non mediocre fidei tibi hoc uideatur exēplū, non uilis persona pastorum. certe quo uilior ad prudentiam, eo preciosior ad fidē. Non gymnasij choris referta sapientia, sed plebē Dominus simplicē requisiuit, quæ phalerare audita, & fucare nesciret; simplicitas enim quæritur, nō ambitio desideratur. Hæc ille.

ANNOTATIO. XXVII.

VTi in præcedenti adnotatione dixi mus, particula (&) non habetur in Græco exemplari, nec legitur à Theophylacto, nec Euthymio, nec ab his, qui in præcedenti sententia loco verbi (cognouerunt) vertunt (diuulgarunt) ut sit lectio talis (diuulgarunt verbum, quod dictū erat illis de puero hoc, & omnes qui audierant, mirati sunt de his, quę dicta erant à pastoribus ab ipsos.) Nos vero sequentes vulgatum Interpretem, legimus particulam (&) quam, cerū est, in Græco vulgatum interpretem legisse, quæ lectio aduersatur illorum lectioni, & expositioni; & videtur uerior, & accommodatior. Occurrit autem dubitatio quædā in hoc loco in verbis Ambrosij; loquens enim de Beata Virgine, inquit: A pastoribus etiam Maria fidem colligit. & paulo inferius: Si Maria à pastoribus discit, cur tu declinas discere à sacerdotibus? Quæ uerba non sic sunt accipienda, quasi velit Ambrosius dicere, Beatam Virginem didicisse à pastoribus natum esse Saluatorem mundi, & Christum ipsum: hoc enim non ita est; ab Angelo enim id accepit, antequam in utero conciperet, multaque etiam mysteria alia, quæ pastoribus nō sunt reuelata tunc, vt constat ex Angeli nuncio superius expositio; sed sensus Ambrosij est, didicisse à pastoribus, ꝙ cum illis factum erat, nempe Angelum et annunciasse natiuitatem, & Angelorum multitudinem hymnum decantasse. *Particula (&) non habetur in Græco exemplari.* *Locus uexatus.* *ratio lectionis talis.* *tamen.*

se, hæc non ante sciuit B. Virgo fuisse gesta, quam à pastoribus cognouisset, vt dicit Ambrosius.

Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

COMMENTARIA.

QVæ à Pastoribus dicta erant, quæq; cæteri audientes admirari sunt, Virgo prudentissima, & deuotissima non oblitioni mandauit, sed in animo reposuit, atq. conseruauit. Ne hoc satis esse duxit, sed ea etiam conferebat, & comparabat ijs, quæ iā experta erat, mysterijs nempe, quæ Angelus Gabriel nunciauerat, & quæ impleta tunc erant. Virgo enim conceperat, ac pepererat, quibus quę à Pastoribus narrabantur, conferens, cōsona esse, & mutuo respondere intelligebat, omniaq. Deum esse eum, quē pepererat, probare cognoscebat, summeq. lætabatur, & nouis fidei argumentis, fidem, quā à principio concepit, confirmabat. hæc autem non cum alijs, sed tacita secum in corde suo conferebat, non minus ore, quàm corpore pudica, ut inquit Ambrosius.

ANNOTATIO XXVIII.

Quæ fuerint illa, quæ Deipara conseruauit & contulit in corde suo.

BEda generaliter hanc sententiā interpretatur, nimirum B. Virginem omnia quę secum acta à Domino erant, conseruasse, & cum ijs, quæ per Prophetas scripta erant, contulisse. uerba Bedæ sunt hæc: Quia sanctas Scripturas legerat, & sciebat Prophetas, conferebat ea, quæ secum sunt acta de Domino, cum his, quæ nouerat à Prophetis scripta de Domino, & collata ad inuicem cognouit instar cęlestiū Cherubim, socia sui vultus luce concordia. dixerat enim Gabriel: Ecce concipies in utero, & paries filiū; prædixerat Esaias, Ecce virgo concipiet, & pariet: prædixerat Micheas filias Sion in turrim Gregis aduenturas, & potestatem primam tunc esse venturam: dicebant Pastores supernæ sibi Ciuitatis in turre Gregis apparuisse cohortes, quæ natum canerent Christum. Legebat Maria, Bos cognouit Possessorē suum, & Asinus præsepe Domini sui, videbat in præsepi filium suum vagientē, qui homines saluat, ac iumenta; & in his singulis, atque huiusmodi conferebat, quæ legerat, & comparabat ijs, quæ audiebat, & videbat. Hæc Beda. cum autem illud (uerba hæc) referri uideatur ad præcedentia, nempe ad dicta à Pastoribus, de quibus etiam audientes, mirati sunt, non satis est accommodata hæc expositio Bedæ, nec etiam in eo, quod de Prophetis dicit; cum collatio hæc, ut Euangelista insinuat, facta non sit, nisi eorum quæ à pastoribus intellexerat, cum ijs, quæ experta iam erat, ut in commentario explicuimus. adhærentes Euthymio, & Tito Bostreno. illud autem (in corde suo) ad utrumque refertur, nimirum ad uerbum, & ad participium obseruabat enim omnia verba non in chartis materialibus, sed in corde, & tacita secū corde, & animo cōferebat ola.

Et reuersi sunt pastores glorificantes, & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant, & viderant, sicut dictum est ad illos.

COMMENTARIA.

REuersi sunt Pastores ad gregē suum glorificantes, & laudantes Deum, tum in ijs, quæ audierāt ab Angelis, tum in ijs, quæ viderāt conformia Angeli dictis: viderunt enim omnia, quæ ab Angelo nūcia ta eis fuerant; aduertenda autem sunt duo participia (glorificantes, & laudantes) nam duo in natiuita te Infantis agnouerant. Vnum est, quod ad diuinitatem, & maiestatē eius pertinet, nempe quod Saluator sit, quod Angeli eum celebrent hymnis cęlestibus, canentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. hæc ad dignitatem, & amplitudinem spectant, & in his dicuntur pastores glorificasse Deū glorificare enim ad maiestatem refertur, cumque magna opera Dei, aut eius excellentiam confitemur, eum glorificare dicimus. Alterum erat, quod ad humilitatem, & de- *Pastores glorificauerunt maiestatē, & laudauerunt humilitatē infantis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pressionem spectat, vt quod pānis sit inuolutus, & præsepio reclinatus. & in hoc laudant Deum, singularem eius in hoc uirtutem prædicantes, nempe bonitatem, amorem misericordiam, quæ in hoc emicuerunt, & apparuerunt. glorificant ergo Deum in magnis, & laudant in paruis, quæ in Natiuitate Christi conuenerunt. illud autem (sicut dictum est ad illos) connectitur verbo (viderant) viderant enim omnia sicut audierant ab Angelo. reuertūtur autem Pastores ad gregē agnito Christo; non enim Euangelium tollit vocationes, & exercitia hominum, quę honesta, & licita sunt, dummodo tamen fides, charitas, et opera Christiana, conseruētur. Vnde Paulus 1. Corin. 7. inquit: Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. seruus uocatus es, non sit tibi curæ. hoc etiam Euangelista docere voluit nos, referēs reuersos quidem fuisse Pastores, tamen glorificasse, & laudasse Deum in fide suscepta, & Euangelio agnito.

Et postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer.

COMMENTARIA.

POst natiuitatis historiam, quæ ad circumcisionem spectant, quæ octauo die secundum legē fiebat, Euangelista narrat: est autem sententia hæc sequenti cōnexa, cuius sensus est: cum consummati essent dies octo, id est, cum octauus dies accessisset, quando puer circūcidi debuit, post peractam circumcisionem eodem die nomen Iesus impositum illi est. Consummatos autem dies octo appellat, non quidem transactos, quasi nono die circumcisio fieret, sed quando dies octauus agebatur.

ANNOTATIO XXIX.

ATtende non esse dictum, postquā consummati sunt dies octo, circūcisus est Puer, & vocatum est nomē eius Iesus, sed postquam consumati sunt dies octo, ut Puer circumcideretur, vocatum est nomen eius; nec debet subintelligi verbū, quod quidam interpretes apponunt, nempe postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur circumcisus est, hoc inquam nō est sub intelligendum; oportebat enim tunc diuidere sequentia sic. & vocatum est nomen eius: cum autem non sit diuisio, sententia debet terminari in illo, vocatum est, nec est quicquam subintelligendum. hac enim dicendi forma Euangelista multa significat. Primo quidem legem circumcisionis extitisse, vt octauo die circumcisio celebraretur, quasi diceret, postquā cōsummati sunt dies octo, quod tempus est ad circumcisionem secundum legem deputatum. Secundo significat eo tempore, seu die, quo etiā circumcisio fiebat, nomen imponi solitum, quod non ita significabatur, si dictum esset, circumcisus est, & vocatum est nomen eius Iesus. Tertio significat prius circumcidi, & postea nomen imponi. Quarto quod maxime aduertendum est; significat non æqua ratione, & causa circumcisionem, & nomen acceptum à Christo, circumcisus est enim, quia uoluit se similem cæteris agnosci, & legem illam suo facto à Deo fuisse comprobare, non tamen veniebat, nec carnem assumebat propter circumcisionem, nec quasi ea permansura esset; at nomen indicat officium, propter quod venit in mundum, nempe saluare homines, & quod in Euangelio permanet, lege, & circumcisione ablatis, ideirco Euangelista noluit sententiam in circumcisione complere, sed quasi per transennam, & obiter eam insinuare, & in nomine ipso Saluatoris consistere.

Verborum sensus magis declaratur.

ANNOTATIO. XXX.

DE tempore, quando circumcisio fiebat, & de causa, cur octauo die, & de loco vbi celebraretur, diximus supra cap. 1. annot. 137. vbi ex Epiphanio ostendimus Christum in spelunca, seu stabulo, in quo natus erat, fuisse circumcisum. nunc vero quædam alia circūcisionis peculiaria consideranda sunt, & primo quidem

Ratio nes assignantur propter quas Christus voluit circūcidi.

quidem, cur Christus sit circumcisus, qui circumcisionis finem impositurus erat? Huius rei Epiphanius hære. 30. nonnullas adfert causas, quarum prima est, vt ostenderet suæ carnis veritatem, quo Manichæorum error conuincitur, qui carnem Christi non veram, sed apparentem fuisse impie docuerūt: at nisi uera, & realis caro non esset, circumcidi non posset. Secunda, ut carnem suam non solum veram, sed nostræ etiam consubstantialem esse declararet, non consubstantialem diuinitati, vt Apolinaris, non naturæ cœlestis, ut Valentinus tradiderunt. si enim talis caro illa fuisset, ut hi mentiebantur, non esset circumcisa. Tertia, ut confirmaret circumcisionem Patrum utilem, & à Deo datam, & institutam fuisse. quam etiam causam affert Cyprianus, de ratione circumcisionis, sic enim inquit. Nec hoc sacramentum consuetudini antiquæ subtrahere uoluit Christus, & licet non esset in hoc tempore necessarium; tamen ne antiqua religio prorsus reproba videretur, in se uoluit circumcisionis aptari signaculum. Hæc Cyprianus. quo argumento conuincuntur Manichæi, qui legem illam veterem, tanquam à malo principio datam reprobant, & idcirco circumcisionem damnabant, ut refert Augustin. lib. 6. contra Faustum cap. 2. & 3. Quarta causa est, ne occasionem acciperent Iudæi non recipiendi eum tanquam verum Christum, dicerent enim non recepimus illum, quia non erat circumcisus, & consequēter nec de semine Abrahæ. Hanc causam tradidit etiā Aug. qq. uet. & nou. testa. 2. p. c. 22. ideo, inqt, debuit circumcidi, ut ipse probaretur esse, qui Abrahæ promissus esset. eandem dat Euthymius. Quinta causa est, ut circumcisus circumcisionē ipsam rationabiliter dissolueret, & aliam maiorem ostenderet, nempe spiritualem, de qua Rom. 2. circumcisio cordis in spiritu, nō litera, non velut, qui non haberet, & sibi ipsi constitueret, sed ut qui haberet quidē; ostenderet autem quod hac nō amplius esset opus, sed maiore. Hæc causa est & Ambr. Epist. 74. ad Hontianum. Si Christus inquit peccatū factus est, ut nostra mundaret peccata, si maledictum pro nobis factus est vt legis maledicta uacuaret, ea ratione, et circumcisus pro nobis est, ut circumcisionem legis auferret, daturus salutem Crucis. Hæc Ambrosius. est August. ser. 9. de Natiuitate Domini. Christus inquit suscepit circūcisionem ablaturus circumcisionem ipsam; suscepit vmbram daturus lucem, suscepit figuram, impleturus veritatem. Hanc eandem causam generaliter docuit Paulus, de tota lege loquēs Galat. 4. misit, inquit, Deus filium suum factum sub lege, ut eos, qui sub lege erāt, redimeret. Hæ sunt quinque causæ, quas Epiphanius tradidit. Sextam ex Leone addere possumus ser. 2. de Natiuitate Dom. vt per eam diabolo occultaretur, cum inquit, misericors, omnipotensque saluator ita susceptionis humanæ moderaretur exordia, ut uirtutem inseparabilis à suo homine deitatis per velamen nostræ infirmitatis absconderet, illusa est securi hostis astutia, quæ natiuitatem Pueri, in salutem generis humani procreati, non aliter sibi, quam omnium nascentium putauit obnoxiū: vidit enim vagientem, atque lachrymātem, uidit pannis inuolutum, circumcisioni subditum, & legalis sacrificij oblatione perfunctum. Hæc, & alia Leo. Aduerte autem Christum non indiguisse circumcisione, nec sub præcepto circumcisionis fuisse cōprehensum, sed uoluntarie subiecisse se legi propter causas dictas. ratio autem huius assertionis est, quia circumcisio erat signaculum iustitiæ fidei, ut habetur Rom 4. at Christus non fide iustificatus est, sed ex vnione ad uerbum omni iustitia repletus, & auctor iustitiæ fidei effectus est. Præterea circumcisio signum erat peccati, quod in omnem ab Adam progeniem, per generationem deriuatū est; ideo enim in ea parte, quæ generationis est instrumentum fiebat, ut dicit Augustinus tract. 30. in Ioan. & ante eum Athan. in orat. in illud; oīa tradita sunt mihi à Patre: at Christus nullū habuit peccatum, nec ex uiro, sed ex Spiritu sancto conceptus est. Præterea circumcisio erat remediū peccati paruulis, quibus exhibebatur, ut docent Cypr. de ratione circūcisionis & Aug. lib. 1. de nuptiis et cōcupis. c. 11. & Greg. li. 4. mor. c. 2.

Rom. 4.

at

Universidad de Deusto
Biblioteca

at Christus omni peccato carẽs non indigebat purgatione. Præterea circumcisio erat in signum, ut Populus Iudæorũ distinctius apparoret à Gentibus, ut dicunt Ambros. Epist. 77. ad Constantiũ; & Chrysost. hom. 39. in Genes. At Christus, gentiũ, & Iudæorum Saluator, 'in quo omnes populi erãt benedicẽdi, hoc signo non arctabatur. Non ergo tenebatur lege circumcisionis, sed voluntarie; rationabiliter tamẽ eam susc epit. ita docet Beda, adiungens aliam causam, cur circumcidi voluerit, quæ septima numero cum prædictis erit. Huiusmodi, inquit, remedijs egent, qui de peccati tradu ce propagati in iniquitatibus concepti, & in delictis sunt nati. Redemptor autem noster, qui, vt peccata mundi tolleret, sine peccato venit in mundum, sicut suo baptismate nobis remedia procurauit. id est nostris abluendis sceleribus aquarum, quæ subijt, lauacra consecrauit, ita etiam circumcisione, quam susc epit, non sua, quæ nulla erat, admissa purgauit, sed nostræ in se naturæ vetustatem docuit innouandam, & nunc videlicet eam per se à uitiorũ labe purgandam, & in nouissima die significans ab ipsa multifariæ mortalitatis, ac mortis peste penitus esse restaurandam. Hæc Beda.

ANNOTATO XXXI.

ANtiquam concertationem extitisse de præputio Christi, ostendit Titus Bostrenus, qui in hoc loco sic scribit. Illos uero, qui de circumcisi præputio quæstionem mouent, anxieque, & curiose, quid de eo factum sit, disputãt, veluti qui circa incerta, planeq; inaccessa occupentur, missos hic facimus: siquidem sacris literis nihil ea de re proditum extat. Qui diceret, ut crucis tempore immaculatus illius sanguis una cum aquâ in terram defluens, terram, in quã dimanabat, sanctificauit; ita præputium per circumcisionem ablatum, terram, in quam ferebatur, contactu suo sanctificasse, is meo iudicio à ueritatis scopo haud procul aberraret. Vtcũque res habet, certum est, qui sponte se circumcidi passus est, cum modis, & rationibus, quas ipse compertas habet, totum illud, quod per circumcisionem à corpore decesserat, ita cõseruasse, ut resurrectionis tempore nihil eorum omnium, quæ ad perfecti corporis constitutionem desiderantur, omnino desideratum fuerit, adeoque, ut integer, omnisque prorsus vitijs etiam, quod ad hãc partẽ attinet, expers, à mortuis in vitam redierit. Nã & nos quoque communis resurrectionis momento, corpus nostrum integrũ, omnique ex parte perfectum recipiemus. Hæc Titus.

De inuento Seruatoris nostri Præputio Narratio.

INtellectum est ex tribus illustrissimis fœminis, nimirum Magdalena Striotia, quondam Flaminij Anguillaræ coniuge, & ex Clarice filia ipsius, quę Sciarræ Columnæ nupserat; deniq; ex Aemilia Vrsina Magdalenę cognata, quæ Virginio Anguillaræ matrimonio iuncta fuit; Anno 1527. quo tempore Roma in hostium direptionem cessit, ex augustissima Lateranensi Basilica, loco, qui Sancta Sanctorum religiosissime nuncupatur, Præputium Christi Domini cum alijs reliquijs militem quendam sustulisse, qui vrbe discedẽs à rusticis captus, Calcatam (pagi hoc nomen est, qui Anguillaræ familiæ subest, & Roma uigiti dumtaxat millibus passuum distat) deductus, in cellariaque pro carcere detrusus, quem subripuerat thesaurum sacrilegus defodit. Non multo post libertate donatus Romam reuertitur, ac morbo correptus, sese in xenodochium S. Spiritus in Saxia recipit, Vbi morti proximus, in pago Romæ uicino (nominis non meminerat,) familiæ Anguillaræ sanctissimas reliquias se terra obruisse perhibuit. Id ubi ad Clementem Pontif. VII. perlatum fuisset, Ioanni Baptistæ Anguillaræ Lucretiæ Vrsinę marito (is erat Calcatæ, Stabij, & Massanæ Dominus) scribi mandauit, omnem ut dili gentiam in perquirendis reliquijs adhiberet. Fecit ille, quod iussus fuerat, nec tamen inuentum quicquam. Mense tandem Octobris 1557. placuit diuinæ bonitati, ut ab aduena Sacerdote, qui Calcatæ SS. Cornelij, & Cypriani præerat Ecclesiæ, cui iuncta erant cellaria, in quæ inclusum fuisse militem diximus, reperirentur: repositæ sanctissimæ reliquiæ in scriniolo ex chalybe erant me-

dij

dij palmi longitudinis, quatuor vero digitorum altitudinis, arcuatu operculo desuper clausæ. Scriniolum ad Magdalenam Strotiam loci illius heram, quæ id tẽporis Stabij, uno militari Calcata morabatur, Sacerdos defert. Hæc igitur nobilissima fœmina una cum ipso Sacerdote, Lucretia Vrsina, Claricęque filia, septem, uel octo annorum, aperto scriniolo, peruetustis sericis panniculis inuolutas inueniunt reliquias, quibus singulis in perpolita membranula adiũcta erãt nomina, tẽporis diuturnitate adeo consumpta, vt ægre legi potuerint. Eas ergo vt honorifice componeret, sigillatim Magdalena euolutas (complures enim erant) in argenteo pollubro reponebat, nouisque ex serico sacculis, adiũctis itidem singulis nominibus, inferebat. Inter cætera primo inuenta est particula carnis Beati Valentini Martyris, nucis magnitudinem, æquans, quæ qui dem eo ipso tempore recens præcisa iudebatur. Reperta ibidem secundo fuit pars maxillæ cum vno dente Sanctæ Marthæ, diuæ, Magdalenæ germanæ. Augebat lætitiam inuenti thesauri inuenię di expectatio. Iuglandis instar tertius erat serico panniculo sacculus confectus, cui nomẽ IESVS inscriptum erat, eius dum Magdalena primum filiũ soluere aggreditur, sentit man* rigere; eas, vt moris est, confricat, & rursus, quod cœperat, soluere filum conatur; sed iterum magis quã ante stuporem manuũ, cum eorum, qui aderant, admiratione percipit, ignara quidnam in saccello lateret. Quare mente erecta, desuper implorandum præsidium rata, corde ita Deum optimum alloquitur; Quamquã me peccatricem, ideoq; indignissimam quæ diuina attingam, profitear, animus tamen meus testis mihi est, non arrogãter, sed humiliter, non ut sacra contemnam, sed vt honorate conseruem, id muneris me susc episse. Stupefactis itaq; tertio cum maiore rigore, sed pari exitu, digitis nodum adeo difficilem soluendi percupida fasciculum sacrum prehensans, binos vtriusque manus admouere molitur digitos, quos extemplo itidem rigore indurates persensit, ut è metallo confecti uiderentur. Et quod miraculi magnitudinem auget mirifice, nec digitos coniungere, nec sacratissimum globulum contingere potuit. Spectaculum stuporem, stupor adstantibus, ipsique Magdalenæ, in primis, vberrimas elicit lachrymas. Tum Lucretia veluti diuinãs: Credideram, inquit, Sacrosanctum Christi præputium hic cõineri, de quo Clemens Pont. Max. Ioanni Baptistæ cõiugi meo aliquando scripsit. Hæc ubi sollertissima fœmina prolocuta est, suauissimum repente ex eodem globulo affluere odorem percipiunt, cuius compositionem ne imaginatione quidem cõsequi potuerunt. Neque vero locum dumtaxat illum, in quo reliquias contemplabantur, odor ille compleuerat, sed per omnes ædium partes ita sparsus erat, vt Flaminius Magdalenæ maritus propere ad uxorem miserit, qui intelligeret, quis nam odor esset ille, qui è suo cubiculo diffundi uidebatur; sed mulier prudenter admodum maluit pro tempore id, quod gerebatur, dissimulare, quam temere secretum, cuius & ipsa fuit inscia, reuelare. Interea timore non mediocri perculsis, ac dubijs, quid agant, quo se vertant, Sacerdos, qui aderat, rei nouitate & ipse perterritus, id offert consilij, vt Claricem tenerrimam Virginem, supremam per difficili operi manum imponere finerent. Consenserunt quæ aderant matronæ, felicem se mater arbitrata, si in soluendo nodulo à filia superare tur. Accipit igitur cum reuerentia globulum Clarix, sine mora & difficultate resoluit, euoluit, & separat, ac in pollubro argenteo cum cęteris reliquijs sacrosanctum Christi deponit præputiũ, & tãdem in vasculo argenteo collocat; quod quidem densum, ac cripsum instar rubri ciceris erat. Tantũ apud Deũ opt. vitæ semper ualuit innocentia, & corporis integritas. Potro tam matris, quã filiæ manibus odor ille diuinus ita inspersus fuerat, ut per biduũ continuo durauerit. Persecutæ sunt postmodum contueri, & adaptare cęteras reliquias, è quarum tamen explicatione nullus odor emanabat, quemadmodum neque ex prioribus, nec aliquem in eis euoluendis, uel accommodandis conatum adhibere fuit necesse. Denique in idem scriniolum summo honore depositis omnia in Calcatense templũ deferenda

Magda-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Magdalena sacerdoti tradit, quem, cum nonnihil mali de eo suspicaretur, paulo post dimisit, in cuius locum alium suum subditum suffecit. Res ea diu latere non potuit, sed cum esset breuissimo tempore diuulgata, verita Calcatæ Domina, ne cuiusquã malitia tãtus thesaurus subriperetur eũ in Ecclesię sacrario, loco nimirum tutiore, asseruari uoluit.

Demum Anno 1559. ipsis Calendis Iannarijs Dei instinctu, mulieres, quædam ex Sanctæ Vrsulæ sodalitate Massano, (qui locus Calcata uno distat miliari) causa uisendi sacrosanctas reliquias, religiose post meridiẽ candelas accẽsas in manibus gestãtes iter suscipiunt, quibus sese uiri complures ipsi quoque laces præferentes, cum suis liberis adiunxerunt. Vbi Calcatam peruentum est, in planitie, in qua situm est templum, humi se maxima animorum submissione prosternunt uniuersi, & sic genibus nixi limen Ecclesiæ, in qua eædem reliquiæ conseruabantur, attigerunt. Mox ab Aristante sacerdote, uiro integerrimo exhiberi sibi sacrosanctum præputium petierunt. elatum è sacrario in Altari sacerdos deponit: Et ecce subito (res omnem excedit admirationẽ) Templum nubes implet, quæ sanctissima reliquias, sacerdotẽ, altareque ipsum obnupsit, ut nihil eorum à quoquã per quatuor horarum circiter spatium uideri potuerit præter nubem, stellas, & ignis flammas. quæ sursum ac deorsum per Ecclesiam ferebantur. Eo spectaculo uniuersi, qui aderant, merito consternati, misericordiam intensa uoce prout lachrymæ, & singultus permittebant, implorare cœperunt: non defuere, qui campanis pulsatis non Calcatensis modo uerum, & Stabij, Massanique Pagi multitudinem sonitu aduocarent: multi foribus templi exclusi recta conscenderunt, tegulisq; auulsis aditum sibi ad ea, q̃ uisebantur, spectanda parauerunt. Persensit campanarũ sonum Flaminius loci herus, qui id temporis animi gratia venatum longius abcesserat, & sine mora ex suis familiaribus, qui rem inuestigaret, misit. redijt ille celerrime, seque in Templo nubem, stellas, & flammas cũ multitudine uidere asseruit. aduolat herus ipse, in cuius in pagũ regressũ, Dei uoluntate disparuerunt omnia. Retulit postmodũ sacerdos, se toto illo tempore sensu omni & cogitatione captum fuisse. Non multo post Magdalena Romã uenit, & de omnibus Paulũ IV. Pont. fecit certiorẽ, à quo Pipinellus, & Attilius Cecius Lateranensis Basilicæ Canonici Calcatã missi, ut pleni de facti ueritate edocerẽtur. Hi ergo ad uocatis lectissimis fœminis, Magdalena, Lucretia, & Clarice, ab eis requisierũt, easdẽ ne reliquias recognoscerent, quas ante sibi à Sacerdote exhibitas fuisse narrabant. Assueuerauerunt illæ, quemadmodum publicis tabulis, ac testimonijs confignatũ est. Dum hæc geruntur mense Maio 1559. (dies erat lõge pulchertimus) accidit aliud insigne miraculũ. Prior enim ille Canonicorum binis utriusque manus digitis Christi præputium durum ne sit, an molle pertentat, & ut esset certior, comprimẽtis, in duas partes incautus diuulsit: quo facto (dictu mirabile) quæ tonitrua, quæ fulgura, quam obscuratus sit super eum lucem aer, ita ut media luce lucem astantes desiderarent, metu conterriti omnes animam agere uidebantur. Depositis reliquijs Canonici Romã regressi, ui sa & audita Pontifici retulerunt, testificatique sunt oibus ingenue, veras esse Seruatoris nostri reliquias, ijdemq; auctores fuerunt in p antiquis codicibus inueniri hoc sanctissimũ Christi præputiũ olim in uase crystallino, q̃d utrimq; à duobus Angelis ex auro affabre elaboratis sustentabatur, ad sanctasanctorum asseruatum fuisse. Porro in hodiernum diem Calcatæ in Aede SS. Cor. & Cyp. summa ueneratione custodiuntur, ubi hæc, & in dies plura Deus opt. miracula operatur. Qui locus, ut esset eo celebrior, Aemilia Vrsina Magdalenæ cognata mense Iulio 1584. à Sixto V. plenariam indulgentiam, in eadem Ecclesia ipso Circumcisionis Domini die ut ex literis Apostolicis constat, per decennium impetrauit.

Vocatum est nomen eius Iesus.

COMMENTARIA.

CIrcumciso Domino nomẽ imponitur, quod sumptum est ab eo munere, quod peragere uenerat in mundum, nempe salutem conferre: Iesus.n. idem apud Hebræos, quod apud Latinos Saluator significat, rectè aũt in huius nominis assumptione sanguis eius spargitur: indicabat.n. per crucis mortẽ, & sanguinis sui effusionem se mundi salutem operaturum: nam sanguis eius in Cruce effusus, pretiũ fuit, quo redẽpti, & medicina, qua sanati sumus. uocatũ est aũt nomẽ tũ à B. Virgine, tũ à B. Ioseph; vtrique.n. Angelus Dei nomine iusserat, vt uocaret nomen eius, primũ quidem illi, deinde huic.

ANNOTATIO XXXII.

IN nonnullis Græcis exemplarib. habetur, καὶ, vnde quidam vertunt (&) & vocatum est nomen, tũ in vulgata non habetur, & nemo non uidet talem particulam abundare, nec rectè connecti posse antecedentib. Multa dicenda occurrunt de nomine hoc, quæ quidẽ partim in Commentarijs in Ioannẽ c. 1. annot. 74. partim in his Commentarijs c. 1. annot. 84. & seq. exposuimus, ideo hoc in loco duximus prætermittenda; facile enim erit vnicuique ea loca repetere.

Quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur.

COMMENTARIA.

NOn humano consilio nomen hoc vocarum esse, sed diuino, indicat Euangelista, dicens, ab Angelo Gabriele, priusquam in vtero conciperetur Christus, hoc nomen ei datũ fuisse. fuit quidẽ ante Christi conceptionem dictum B. Virgini, vocabis nomen eius Iesum, & fuit etiã post cõceptionem hoc ipsum repetitum ab eodem Angelo ipsi Ioseph; Euangelista vero non huius, sed illius vocationis meminit, vt de sola Beata Virgine; non autem de Ioseph Christum conceptum significaret. simile illud est Matthæi cap. 1. cum enim diceret: Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, prætermisso Ioseph, adiũxit, de qua natus est Iesus, q̃ dicitur Christus,

ANNOTATO XXXIII.

TItus Bostrenus ex hoc loco efficax argumentũ deducit contra illos, qui ad prolationem verborum Angeli (Dominus tecum) Christum cõceptũ, & verbũ carnem factum esse dixerunt, quorum illic meminimus, & eorũ sententiam plane refutauimus, & hęc verba eum errore euertunt: si enim anteq̃ conciperetur Christus, prænunciauit Angelus vocandum Iesum; ergo quando angelus dixit B. Virgini: Vocabis nomen eius Iesum: nondum erat conceptus Christus: constat autem hæc verba post salutationem illam fuisse ab angelo prolata: non igitur ad salutationis prolationem conceptus est Christus.

Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi.

COMMENTARIA.

PRætermisit Lucas historiam aduentus magorum, quæ purificationem præcesserit secundũ probabiliorem, & receptiorem sanctorum sententiam. hanc.n. Matthæus, qui prior Lucæ Euangelium scripsit, narrauerat; Purificationem aũt, q̃ Matthæus omisit, describit; impletis ergo diebus purgationis eius, nẽpe B. Virginis, quos dies lex Moysis præscripserat, quadraginta, s. ab Infantis natiuitate. His.n. diebus fœmina immunda reputabatur, nec sancta tãgere, nec Templum intrare ei licebat; expleto autem dierum numero accedebat ad Tẽplũ cum sacrificio, & mundabatur, ut habetur Leuit. 12. dicitur autem lex Moysi, nõ quod à Deo data non esset, sed q̃ per Moysem sit promulgata, & ab eodem scripta, cætera in annotatione perlege.

ANNOTATIO. XXXIV.

VArię sunt Græca exemplaria, vnde *Quã lectum est*, vt multiplex sit Do*ctorum expositio*, est autem varietas in *& fœmi*illo (eius) quædam habent αὐτοῦ, (eo*rum*) quædam habent αὐτῆς (eius) ma*sculini generis*, vt referatur ad Chri*stum* quædam αὐτῆς, (eius) fœminini *gen*vt referatur ad B. Virginem. *Primam retinere*

lectionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

lectione habent Origen. hom. 14. Chrysost. de occursu, seu purificatione, & Euthym. quasi Latine dictu esset, impleti essent cũ dies purificationis eorum. Quis aũt prædicti Doctores in lectione conueniant, in sensu discordant; Origenes enim interpretatur purgationẽ eorum, nempe Christi, & beatæ Virginis, seu Infantis, ac Matris. Chrysost. vero purgationẽ eorum, nempe B. Virginis, & Ioseph. Euthymius vero omnes tres complectitur, vt purgatio hæc sit Christi, B. Virginis, & Ioseph. Secundam lectionem uidentur amplectiri, quos paulo infectius referam, quando explicabitur illud (vt facerent secundum cõsuetudinem legis pro eo.) Tertiam lectionem sequitur Titus Bostrenus, idemq; viderut Beda sentire, vt ad Beatã Virginem referatur purgatio, apud vulgatum autem est ambiguum. nam (eius) & ad Beatam Virginem, & ad puerum referri potest. Vnde Glossa interlinealis interpretatur disiunctiue, nempe Christi, uel Matris: tamen sensus Ecclesiæ in eam sententiam inclinat, vt ad Beatam Virginem referatur: nam in Missalibus positum est, cum impleti essent dies purgationis Mariæ, & ea est lectio legitima, & vera, quæ eo argumento efficaci confirmatur, quod purgatio secundum legem Moysi erat fœminæ, nõ pueri, nec viri; id autem ex ipsa lege manifeste constat, quæ habetur Leui. 12. cuius verba sunt. Mulier si suscepto semine peperterit masculum, immũda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ, & die octauo circumcidetur infantulus: ipsa uero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ, omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium, donec impleatur dies, purificationis suæ; sin autem fœminam peperterit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Hæc ibi. ubi nota verbum (immunda erit) ipsa quidem, nõ Infans: & rursus (manebit in sanguine purificationis suæ, omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuariũ) hæc fœminam respiciunt, non virum, nec infantem. Præterea paulo inferius, vbi agitur de mundatione, dicitur (Sacerdos orabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio sanguinis, sui) purgatio igitur hæc ad fœminam spectabat; vnde legendum est (cum impleti essent dies purgationis eius) nempe B. Virginis, de qua paulo ante dixerat: Maria aũt conseruabat omnia verba hęc. in sequẽtib. aũt multo magis elucidabitur, & confirmabitur expositio hæc. Superest autem explicandum, qui, & quot dies illi sint; & quare Dominus id præceperit; vt autem ex allegatis uerbis constat, erant dies quadraginta purgationis, quãdo Infans erat masculus, octuaginta vero, si fœmina: loquamur prius de masculo, in quo erant quadraginta; ita tamen, vt septem primis diebus mulier esset immunda ea immunditia, quam contrahebat menstruata, seu fœmina, quando tempus menstrui erat, de qua Leui. 15. statutum erat sic: Mulier, quæ rodeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur, omnis, qui tetigerit eam, immundus erit vsque ad vesperam; & locus in quo dormierunt, vel sederit dieb. separationis suæ, polluetur. Qui tetigerit lectum suum, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua pollutus erit usque ad vesperam. Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus, & omne stratum, in quo dormierit, polluetur. hanc immunditiam patiebatur mulier menstrui tempore, & eandem contrahebat mulier pariens masculum septem primis diebus à partu: reliquis uero triginta tribus diebus immunda erat, sed non tanta immunditia, sed ea, quæ ibi expressa est, nempe omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium. Quando vero pariebat fœminam, duplicabantur dies: nam loco septem erant quatuordecim, loco triginta erium erat sexaginta sex. cum ergo Beata Virgo masculum peperit, dies purgationis eius per legẽ erant quadraginta à partu, vti explicatum est. Vnde non est probanda sententia Hidelphonsi Archiepiscopi Toletani serm. 1. de purificatione, vbi affirmat quadraginta sex dies fuisse purgationis in masculo. Scripturam autem solere numerum fractum complecti sub numero perfecto, ideoque dici quadraginta; hoc inquam, probandum non est, cũ expresse Scriptura numeros diuidat in septem, & triginta tres. numerus ergo erat quadraginta dierum tantum, vt recte docent Ambros. lib. 2. de Abraham cap. 8. & August. in qq. in Leuit. q. 40. Causa autem, quam Archiepiscopus adfert, est, inquit enim, purificationis tẽpus sumptum esse à numero dierum, quibus fœtus in utero matris ad perfectionem membrorum perducitur; hi autem sunt quadraginta sex dies in maribus. quod etiam docuit Augustin. lib. 88. qq. cap. 56. Cyrillus autem lib. 15. de adoratione in spiritu. hac vtitur ratione, sed numerum quadraginta dierum præcisum ponit; & Aristoteles lib. 7. historiæ anim. cap. 3. mares formari dicit circiter quadragesimum diem, & fœminas circiter nonagesimum: & quamuis dicat hæc incerta esse; tamen in plurimum hoc dierum numero fœtus est formatio in maribus. Ex hac autem Augustini doctrina, nemo accipiat occasionem existimandi, Augustinum arbitratum fuisse Christi corpus organizatum fuisse diebus quadraginta, aut quadraginta sex, cum, vt supra diximus organizatum, & animatum, ac assumptum à diuinitate fuerit breuissima mora temporis: sed sensus Augustini est, quadragesimum sextum dierum numerum in se multiplicatũ efficere tot dies, quot Christus fuit in utero Beatæ Virginis, nempe nouem menses. quod etiã adnotauimus in Commentarijs in Ioã. c. 2. adnotat. 24. Ratio autem, cur numerus dierum hic stabilitus, & hæc lex cõdita est, fuit tum ob significationem, tũ ob ipsam rei naturam: de significatione non est præsentis instituti nunc dicere; quod vero ad rẽ ipsam pertinet, id est, notãdum post partum, sanguinem illũ, quo fœtus alebatur in utero, ipso fœtu iam egresso, cum solitus esset defluere in uterum alendi fœtus causa, etiã post partum multis diebus permanare, pluribus autem in fœminatum partu, ut refert Aristoteles lib. 7. historiæ. c. 9. idcirco Deus iussit parturientem multis quiescere diebus, donec iam fluxus ille consummaretur, & purgaretur. septem autẽ primis arctius suæ præceptum, tum propter maiorem fluxum, tum propter matris requiem, ne viri vxoribus accederent, nondum curato labore, qui parientes consequitur, vt recte admouit Euthymius. erat autem maior immunditia, & prohibitio in illis primis diebus, quia lassiores sunt parturientes, & maior sanguinis copia defluit: causas autem omnes huius legis perscrutari (uti dixi) non est loci huius, satis sit rẽ ipsam explicuisse.

Quamuis dies quadraginta purgationis puerperæ putentur immundæ.

ANNOTATIO XXXV.

An Dei Virgo comprehensa fuerit hac lege, ita prehensa fit in Lucam affirmat tam ipsam, quam ge puriscationis.

Ad huius rei perfectam intelligentiam spectat inquirere, an Beata vt purgatione indiguerit. Orig. hom. 14. in Lucam affirmat tam ipsam, quam Christum purgatione indiguisse; audax quidem est sententia; vt ipsemet fatetur, communis uero Doctorum sensus est, B. Virginem nõ indiguisse purgatione, nec comprehensam fuisse ea lege. ita sentiunt Basilius Isaiæ 7. Cyrillus lib. 8. in Leui. fine Origenes, cui libri illi solent etiam tribui. idem etiam Cyrillus li. 15. de adoratione in spiritu, similiter Chrysost. hom. de occursu Christi. Euthym. Titus Bostr. Hidelphonsus ser. 1. de purificat. Bern. serm. 3. de purific. cum alijs. Rationem autem, seu causam, cur in lege non fuerit comprehensa, omnes prædicti auctores præter Chrysost. eam esse asserunt, quia in lege dictũ est: Mulier si suscepto semine peperterit, immũda erit. quod quidem uerbum (suscepto semine) positum censent ad excludendam B. Matrem Christi, quæ peperit non suscepto semine, sed Virgo intacta; aliter enim superfluum erat uerbũ; nulla enim alia potuit parere, non suscepto semine. indicata ergo est Virginitas matris, & à lege excepta, seu potius lege non conclusa. Dixi autem præter Chrysostomũ, non quod idem non sentiat, sed quod non expresse hanc indicet causam, sed tacite: Virgo, inquit, nulla purgatione indigebat. Cæteri uero Doctores eam exprimunt, & uerbum illud (suscepto semine) perpendunt. Quidam autem recentiores, forsan vt aliquid supere uideantur, Patrum doctrinam eneruant, dicentes, semen accipi, in hoc loco pro prole ipsa, non pro semine, ex quo fit proles; sic autem Beata Virgo dici potuit suscepisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

pisse semen, quia concepit prolem, cum in Hebræo sit verbum in coniugatione Hiphil, quod idem significat, ac semini ficare. At valde errant, tum quia Hebræi omnes vertunt id uerbum, quæ effuso, se suscepto semine cõceperit, inquirũtq; de semine mulieris, an sit generationis principium: tum quia Septuaginta vertunt in voce passiua, nempe si ut ita barbare dicam, spermatizata fuerit, id est, semen in se susceperit, cui verbum in Hebræo respondet; nõ enim in Hiphil, sed in Hophal, quæ est coniugatio passiua legendum est, sicut legerunt Septuaginta, qui non vtebantur punctis nostris. Latine autem vertendum est cum vulgato, si suscepto semine, nempe, si per seminis susceptionem conceperit. quod Beatæ Virgini non conuenit, quæ nec viri, nec proprio semine concepit: nam ex purissimis sanguinibus illius operante Spiritu sancto sine humano semine formatus est Christus. Demum, superfluum etiam esset uerbum, si seminauerit, & pepererit: nam quæ parit, seminificauit. uere ergo adiectum est ad Virginem indicandam, quæ tantum peperit, & non seminauit, nec semen suscepit, & hæc lege illa immunditiæ non comprehendebatur. Est etiam alia causa manifesta, cur lege illa non obligebatur: nam lex posita erat propter fluxum sanguinis menstrui, qui post partum permanet in parturientibus: at hic fluxus non erat in Beata Virgine, tum quia Virgo peperit, & sine vlla ruptura: nam Christus non vi auulsus fuit ab vtero, sed sponte prodijt sine vulnere Matris, ut supra diximus, & paulo inferius dicemus: tum etiam, quia cum opera Spiritus sancti concepisset, ille solus sanguis defluebat à B. Virgine qui ad nutrimentum fœtus in vtero necessarius erat, quo fœtu egresso ab vtero, sanguis ille totus conuersus est ad ubera, & factus lac in cibum Infantis nati. nullus ergo superfluus erat sanguinis, qui defluere iam in vtetum: unde nulla erat immundities, nec purgationis necessitas. quod Cyprianus orat. de Natiu. Christi tradit, dicens: Nec locus ibi erat lauacris, quę solent puerperis præparari, quippe nec aliqua naturæ iniuria Matrem Domini læserat. Hæc Cypria. Legem ergo impleuit, ut recte dicit Chrysostomus, ne contemnere uisa esset apud ignaros mysterij, & ut omni ex parte legem veneraretur, quæ Dei erat. Vnde recte Bernardus in paruis sermonibus serm. 7. inquit: Quid est quod dicimus B. Mariam purificari? Quid vero, cum ipsum Iesum dicimus circumcidi? Enimuero tam non indiguit illa purificatione, quam nec ille circumcisione. nobis ergo, & hic circumciditur, & illa purificatur, præbentes exemplum pœnitentibus, ut à uitijs continentes, primum per ipsam continentiam circumcidantur, deinde à commissis per pœnitentiã purificentur. Hæc Bernardus. Non ergo B. Virgo lege immunditiæ tenebatur, quæ non suscepto semine pepererat, & sanguinis fluxum post partum non patiebatur. Possent autem cuipiam scrupulum ingerere in hac parte verba Hieronymi contra Heluidium, sic enim inquit: Iunge si libet, & alias naturæ contumelias, nouem mensibus vterum inquilinum lescentem, fœtidia, partum, sanguinem, pannos, ipse sibi describatur infans, tegmine membrorum solito conuolutus, ingeratur dura præsepia, vagitus paruuli, octauæ diei circumcisio, tempus purgationis, ut probetur immundus, non erubescimus, non silemus, quanto sunt humiliora, quiæ pro me passus est, tanto plus illi debeo. Hæc Hieronymus. Quæ verba S. Hidelphonsus serm. 2. de purificatione sic interpretatur: Quamuis, inquit, doctor Hieronymus in eo opere, quod contra Heluidium ex hocegit, ut deatur excessisse, & in eo loco, ubi ait, de hospitio vuluæ nouem mensium, & de vetitate nascendi, quod ille hæreticus insultando proposuerat, quasi Maiestati diuinæ esset indignum ad tãtam dignationem se humiliasse, ut inter uiscera in utero versaretur Virginis; vt inter fœmora fœminea nasceretur tam sordibus; sic enim omnia opponens in contrarium, quasi hæreticus, ut destrueret fidei catholicæ veritatem. cui è contrario egregius ille ueritatis assertor, nõ cedendo, ut isti volunt, sed dignationé gloriosissimæ humilitatis Dei, amplius commendando ait, quanto viliora, & inhonestiora pro nobis illa maiestas diuina

uina suscepit, aut sustinuit, tanto carius nos redemit, & propensius honorandus est. tali namque sensu, etsi non eisdem uerbis, in quantum recolo, eidem respondens hæretico¶, uiderur B. Virginis non infamiam vllius collusionis, aut pœnam peccati intulisse, sed dignationé diuinã, & exinanitionẽ immẽsam, & i forma serui teuerẽter satis cõmendasse, non vt Virginem uexatã à Domino, & exhonoratam ostenderet, sed ut clementiam pij conditoris, etiam hniusmodi hæreticis demonstraret. Idcirco non cessit illis cum Heluidio errantibus sed corripuit, ut discerent, nõ infamare Virginem, & Domini non derogare in formas serui humilitatem: Nõ enim pudicitiam eius in aliquo læsam docet, qui tantum in eius laude triumphat; neque ad horam cessit aduersarijs, qui pro ea tantum, & tandiu dimicauit uerbi gladio, cui Deus contra hostes eius tantam resistendi contulit gratiam, teuincendi præbuit uirtutem, ut nemo cõtra eum audeat insurgere. Hæc Hidelphonsus. Ex quibus constat eum sensisse sic ab Hieronymo dicta, nõ quasi ea assereret, sed vt dignationem humilitatis diuinam commendaret, quam Hæreticos insultabat, quasi diceret: etiam si ista essent, adhuc nõ erat insultandum, sed magis diuina clementia cõmendanda. Quæ interpretatio difficile accommodatur. Nam Heluidius non negabat Christi natiuitatem, immo dicebat, si nos non erubescimus confiteri Christum de vulua natum, cur erubescimus dicere Beatam Virginem post partum nupsisse, & alios concepisse filios? cui respondet Hieronymus, verum esse Christum de vulua natum, immo addet (si libet) cætera, quæ iam supra commemorauimus: tamen hæc confitemur, quia scripta legimus; illud autem de filijs negamus, quia scriptum nõ est. hic est sensus Hieronymi, & quamuis dici posset illud, quod adiecit, desumptum esse ex Tertulliano lib. de carne Christi, quem citauerat, tanquam hominem extra Ecclesiam: tamen quia dicit non erubescimus, silemus, & paulo inferius, scripta legimus, uiderur de mẽte propria dixisse. Declaranda igitur verba Hieronymi. Vterum insolescentem appellat, quia spatio nouem mensium magis, ac magis solito intumescebat, crescente enim fœtu necesse erat uterum magis excrescere. vsus est eodem verbo Tertullianus lib. de carne Christi: non tamen inde sequitur, quod grauedinem intulerit Matri, quæ fuit sine grauedine grauida. Appellat autem fastidia, non quæ mater perrulit, sed quę ipse infans in utero clausus passus est; Christus enim intra Virginis vterum vsu rationis, ac sensibus pollens, sensit angustiam loci, & alia quæ pariuntur Infantes: si enim extra vterum pati tanta dignatus est pro nobis, quomodo intra vterum etiam non est passus? Partum appellat, quia Beata Virgo Christum peperit integra quidem, & sine dolore, sed per vuluam, sicut & cæteræ pariunt, quod ad diuinam humilitatis dignationem pertinet. qui pro nobis sic est humiliatus. Difficultas est in uerbo (sanguinem) quod non ad sanguinem menstruum defluentem ex Beata Virgine referri debet, qui solet immundiciam inferre, & qui in Beata Virgine non fuit, sed sanguis hic est ex nerui vmbilicaris præcisione: Christus enim etiam si non viri semine sed Spiritu sancto formatus sit; tamen in utero corpus eius nutritum est, & coaluit ad modum ceterorum hominum, membranis duabus obtectus, & per vmbilicarem neruum sanguinem ex purissima Virgine sugebat nouem mensium spatio. quando ergo egressus est ex utero, nullam Matri intulit corruptionem, ut paulo inferius dicemus; tamen vmbilicarem secum neruum attulit, sicut ceteri Infantes, qui præcisione indigebat, ex qua modicus sanguis defluit, sicut ex circũcisione etiam sanguis emissus est, qui quidem sanguis non efficit immunditiam Matri. & de hoc locutus est Hieronymus, quando partui sanguinem conuoxit non enim debemus miracula introducere, quæ nec scriptura, nec traditione cõstant, cõfitemur quidẽ Christũ de Virgine spiritus sancti uirtute cõceptũ, & de Virgine integra natũ. Cætera similia sunt ceteris hominibus quãtũ ad prædicta. Præstitit ergo Purissima virgo, & mater hæc ministeria Christo, quæ solent Obstetrices ministrare: nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

& neruum vmbilicarem præcidit, & corpusculum lauit, & pannis inuoluit. Hæc sunt, quæ pro nobis Christus subire dignatus est: qui enim in cruce mori voluit, & eius contumeliã pati, nostræ etiam naturæ exordia nõ abhorruit, sed per omnes nostræ naturæ contumelias trãscurrit, ut rectè notauit Hilarius lib. 2. Trinit. hæc sunt, quæ Hieronymus significare voluit verbis allegatis.

Diparæ nec ante filij conceptionẽ nec post eius partũ menstrua passa fuit.

Hoc autem in loco vnum adnotasse iudicaui, quod mihi probabilissimũ est, B. Virginem nunquam passam esse mẽstrua, aut muliebria, nec immunditiam legis contraxisse, quæ purissima semper fuit, tam ante conceptionem filij, quam post. quę enim fomite, & omnis carnis rebellione semper caruit, menstruas etiam fluxiones, quæ à generandi potentia excitantur, quodam diuino priuilegio non habuit: quamuis enim, quando fœtus est in utero, naturale sit sanguinẽ in eius nutrimentum effluere: tamen extra hoc tempus menstrua pati, peccati effectus, & pœna quædam est: non enim in innocentiæ statu futura erant. ab omni igitur peccato cum præseruata fuerit hisce menstruis caruisse non est dubitãdum. Inueniuntur etiam apud nos fœminæ, quæ menstrua non habent, sed id infirmitatis est, & morbi causa. ante pubertatem etiam, & in senio muliebria non sunt. quod ergo impubertas, & senium, & infirmitas efficiunt, id diuina quædam gratia in Virgine pubere. & iuuene salua sanitate effecit, ut nasi illud cœleste, in quo Christus erat reponẽdus ab omni immũditia legali expers est.

Tulerunt illum in Hierusalem.

COMMENTARIA.

QVid post dies quadragĩta purgationis factum sit, narrat Euangelista, portarunt, inquit, parẽtes Infantẽ Christum in Hierusalẽ à Bethlehem, vbi diebus illis purgationis commorari erant; oportebat enim illũ in Tẽplo ꝓsentari, & sacrificia pro purgatione offerri, quæ necesse erat fieri in Templo idcirco veniunt Beata Virgo, & Ioseph cum Infante in Hierusalem, ubi templum erat.

Vt sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: quia omne masculinum aperiens vuluam, sanctum Domino uocabitur.

COMMENTARIA.

DVabus de causis venerunt parentes cũ Infante Christo in Hierusalẽ. Vna fuit propter ipsum Infantẽ, nempe vt sisterent eũ Domino, id est ut præsentarent eum in Templo, & Deo offerrent, & dedicarent tanquam primogenitum; iuxta præceptum Dñi. nam Exo. 13. & Num. 18. Iussit Deus pro illo insigni beneficio liberationis Populi ab Aegypto primogenitis Aegyptiorũ occisis, oĩa primogenita Iudeorũ, tã in hominib⁹, quã in animalib⁹ sibi consecrari, & dedicari, quorum quædã in holocaustum occidebantur, ut in animalibus mundis, quædam immunda ꝓ animalibus mundis cõmutabantur, quędã in ministerio, cui offerebantur, permanebant, nempe primogenita ex Leuitica Tribu, quædam alia, nẽpe primogenita cæterarum tribuum, postquã Deo offerebantur, prerio redimebantur, & à parentibus resumebantur. Tulerunt ergo parentes infantem Christum in Hierusalem, ubi templum erat, vt Domino sisterent, & offerrent iuxta præceptum, & legẽ prædictã, quia primogenitus erat; hoc enim lex significabat: omne, inquit primogenitũ aperiens uuluam, id est, ante quem nemo natus erat, sanctificabitur Domino, & ei offeretur, in ipsius Dei, & Templi ministerium. Aduerte duo distincta præcepta legis. Primum purgationis mixta numerum dierum quadraginta, aut octoginta, de quo in verbis antecedentibus dictũ est. Alterũ de offerendo primogenito in Tẽplo, quod post purgationis tẽp⁹ implẽdũ erat utriusq; causa venerant in Hierusalẽ, illud primum in omni filio aut filia procedebat, siue primogenitis, siue secundo, aut tertio, aut quouis numero natis; semper enim lex purgationis obseruabatur, hoc autem in primogenitis tantum, & quidem masculis procedebat. Legem Domini appellat, quam prius legem Moysis uocauerat, ut unum, & eundem esse auctorem indicet, qui & Moysi locutus est, & per eum cæteris præcepta promulgauit. Chrysostomus hom. de occursu alterã adiunxit causam: nimirum, quia illud magis ad umbram & figuram pertinebat, hoc uero ad sanctitatem. cætera in Annotatione perlege.

ANNOTATIO. XXXVI.

An Christus Dominꝰ superiori primogenitorum lege sue erit comprehẽsus

GRauior est difficultas, an B. Virgo, seu Christus hoc præcepto comprehenderetur. Sunt enim duæ antiquorum, & illustrium Doctorum sentẽtiæ. Quidam existimant adeo Christum ea lege comprehensum fuisse, ut propter ipsum solum institutum sit hoc genera le præceptum. Quidam alij tẽnent nulla ratione esse comprehensum, immo verba quædam in eo præcepto posita fuisse, ut Christus excluderetur ab eo. Auctores primæ sententiæ ea ratione dicunt Christum comprehensum, & propter ipsum solum esse institutum præceptum hoc, quia dictum est, omne primogenitum aperiens vuluam: nemo autem aperit vuluam matris, nisi solus Christus. Nam cæteri primogeniti apertam inueniunt viri commistione, quæ conceptum præcedit: at Christus sine viri opera conceptus clausam inuenit quando natus est. idcirco ipse solus est primogenitus, vuluã, Matris aperiens. quomodo autem hæc apertio intelligenda sit explicabimus postea, si prius auctores huius sententię, & ipsorum verba retulerimus. In primis Origenes hom. 14. in Lucã, omne inquit masculinũ, quod aperit vuluam, sacratum quippiam sonat, quemcũque quippe de utero marẽ effusum dixeris, non sic aperit vuluam matris suæ, ut Dominus Iesus, quia omnium mulierum, non partus Infantis, sed viri coitus vuluam referat; Matris vero Domini eo tempore vulua reserata est, quo & partus editus, quia sanctum vterum, & omni dignatione veneratione venerandum ante natiuitatem Christus masculus omnino non tetigit. Hæc Origenes. & paulo inferius propter quod, inquit, quia omne masculinum, quod aperit vuluam, sanctum Domino vocabitur, ductus est in Hierosolymam, ut appareret ante conspectum Dei. Hæc ille. Ambros. in præsenti loco idem tradit. Quia, inquit, omne masculinum aperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. verbis legis promittebatur Virginis partus, & vere sanctus, quia immaculatus. Denique ipsum esse, qui lege signetur, in eundem modũ ab Angelo repetita uerba declarant, quia quod nascetur, inquit ex te sanctum, nocabitur filius Dei: non enim virilis coitus vuluę virginalis secreta reserauit, sed immaculatum semen inuiolabili utero Spiritus sanctus infudit; solus enim per omnia ex natis de fœmina sanctus Dominus Iesus, qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate non senserit, & cœlesti maiestate depulerit: nam si literam sequamur, quomodo sanctus omnis masculus, cũ multos sceleratissimos fuisse nõ lateat? sed ille sanctus, quem in figura futuri mysterij pia diuinæ legis præcepta signabant, eo quod solus sanctæ Ecclesiæ Virginis ad generãdos populos omnes immaculatæ fœcunditatis aperiret genitale secretum. Hic ergo solus aperuit vuluam. Hæc Ambrosius. & paulo inferius, qui dixerat ad Prophetã, priusquam te formarem in utero noui te, & in vulua matris sanctificaui te, qui ergo vuluam sanctificauit alienam, ut nasceretur Propheta, hic est, qui aperuit Matris suæ vuluam, ut immaculatus exiret. Hęc ille. Accessit Hieronymus lib. 2. contra Iouinian. de utero, inquit, virginali natus est Christus, de quo scriptum est. Omnes Hæretici errauerunt, non intelligentes mysterium natiuitatis eius, magisq; ad natiuitatẽ Saluatoris, quã ad omniũ hominũ referri põt hoc, ꝙ dicitur, qui aperit vuluã sanctus Domino vocabitur. Solꝰ Christus enim clausas portas vuluę virginalis aperuit: quæ tũ clausæ iugiter permãserũt. Hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hierony. consentit Chrysostomus in hom. de occursu Christi, quæ habetur apud Surium, & in homiliario. Omne, inquit, masculinum apericns vuluam Sanctum Domino uocabitur, hæc oratio, & lex tota, & causa legis posita est propter eum, qui erat aperiturus vuluã. Vniuersa primogenita animalium, & hominum, nunquam aperuerunt vuluam, sed erant solum primogenita; quæ autem Virgo peperit, ipse solus aperuit. vide ergo totius legis descriptionem propter eum, qui erat nasciturus ex Virgine. Hæc Chrysost. idem tradit Greg. Nyssen. hom. de occursu Christi, quæ habetur in homiliario; de hoc enim præcepto loquens, inquit, legis decretum propositum in solo Deo, qui carne est indutus, definite, & ita ut nulli alij conueniat, cernitur impletum: solus enim ipse ineffabiliter conceptus, nuptijs non prius apertam vuluam virginalem aperuit, signacula Virginitatis illæsa conseruans etiam post processum admirabilem, & solus spiritualiter masculus est creditus, vt qui nihil adferret ei vitij, quod quidem est fœminarum, & mulierum conueniens. vnde & re uera sanctus iure est uocatus. Quomodo etiam Gabriel uiuifici fœtus ad Dei parentem ferens nuncium, & veluti prius latam, & ad ipsum solum spectantem legem in memoriam reuocans: quamobrem, inquit, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei, vtpote quod sancti cognomen proprie conueniat ei, qui virgineam vuluam diuino aperuit miraculo. Et in alijs quidem primogenitis ea uocaada esse sancta, diligenter intuens profunditatem perfectio pronunciauit Euangelica, ut pote quod Dei consecratione sortita essent, ut sic uocarentur: in primogenito autem omnis creaturæ sanctum id, quod nascitur, dixit Angelus, vt quod hoc sit proprie, & eam, quæ est uere, sanctitatem in amando vitio, & bono eligendo, simulatque natus sit, ut propheta dicit, ostenderit. Hęc Greg. in quibus verbis nota illud, Angelum in annunciatione, quando dixit, quod nascetur ex te sanctum. ad hoc præceptum legis respexisse, omne masculinum aperiens vuluam sanctum Domino vocabitur, quasi solus Christus esset, propter quem hæc lex fuerit instituta. in eadem sententia est Amphilochius Icomij Episcopus, in homilia de purificatione, qui non solum idē cum alijs sentit, sed quo pacto illorum doctrina sit intelligenda, declarat; sic enim, inquit. Quod Scriptura dicit, omne masculinum aperiens vuluam sanctum Domino uocabitur, ad solum Dominum Iesum refertur, non ad alium quempiam, licet communiter dictũ sit; talis enim est unicuiusque virginis natura, ut primum uiri congressu aperiatur vulua ipsa, deinde pariat: sed in Saluatoris nostri ortu non ita factum est: nam nulla præeunte uiri cognitione in Virgine matre, ipse sine virginitatis illius corruptione ortus est. Itaq; dictum illud, omne masculinum (adaperiens vuluam factum Domino vocabitur, vere, ac proprie ad Dominum referebatur. Nunquid Cain sanctus fuit, quoniam omnium primus ex materno utero editus est? nunquid sanctus uocabitur, qui nefariam vitam terminauit? num Esau vir bellicosus, & gladij hæres sanctus dicetur, quia prior natus est, quam Iacob? An Ruben sanctus quia primus ex utero matris editus, quippe, qui patris cubile commaculauit? nemo illorum Sanctus fuit, omnes rei extiterunt. Ex his igitur manifestum est Scripturæ dictum illud, omne masculinum aperiens vuluam sanctum Domino vocabitur, proprie, ac uere ad solum Dominum Iesum spectasse, idque confirmatur illo Gabrielis ad Virginem testimonio, Spiritus sanctus superuenier in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoq; quod nascetur ex te sanctum, uocabitur Filius Dei. Sunt aũt, qui nostris dictis aduersantes hæc nobis obijciunt. Si Scripturæ locus ille, omne masculinũ aperiens vuluam sanctum, Domino uocabitur, ad Iesum solum refertur, nõ igitur virgo ipsa remansit Virgo, cum Scriptura dicat omne masculum aperiens vuluam. Animaduerte, & prudenter intellige, quicumq; de virginea illa natura verba facis, quod scilicet nullo modo uirginalis illa porta patefacta sit, ex prouidentia, & voluntate, qui antea in ipsa conceptus est. Hoc enim futurum prædixit Spiritus sanctus, cum per prophetam

phetam dixit: Hæc porta clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingredietur, & egredietur p eã, & porta ipsa erit clausa. Quantum igitur pertinet ad virgineam naturam, Virginis claustra nullo modo aperta sunt; quod vero pertinet ad potentiam geniti Domini, nihil clausum, omnia aperta, nihil quod impedimentum adferre potuerit, cum omnia ipsi Domino sint reserata. quamobrem & superiores potentiæ clamantes dicebant. Tollite portas principes vestras, & introibit Rex gloriæ. Hæc Amphiloch. Accessit his Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 23. cuius uerba sunt: in Scriptura dictũ est. Omne primogenitum aperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur; non de omni primogenito dictum est (ne hoc imperiti homines existiment) verum de vno illo, ac solo, qui in partu vuluam aperuit; etenim omnem quidem vuluam concubitus, & venereus complexus aperiunt; eam, quæ Dominum Iesum peperit, ipse sine semine conceptus aperuit, ac rursus clausam & obsignatam reliquit, uere nimirum homo effectus, ac vere item Deus existens. Hæc Isidorus. Theophylactus, & Euthymius eandem secuti sunt sententiam. verba Euthymij sunt hæc: Primogenita iam apertam vuluam aperiunt: aperitur enim in viri congressu, cum semen infunditur; solus autem Christus nondum apertam supernaturaliter aperuit, & clausam naturaliter seruauit, quia etiam hic solus proprie sanctus est Domino, & secundum diuinitatem, quia filius eius est, & secundum humanitatem, vtpote vnitus filio eius: Itaque licet de omnibus primogenitis præsens uerbum statutũ est, solum tamẽ Christum directe respicit. Hæc Euthymius.

Patres ita affirmãt Dominum matris vuluam aperuisse, ut integrã eã seruasse fateantur.

Omnes hi Doctores sunt in hac priori sententia, vt hoc legis præcepto comprehendatur Christus, adeo, vt propter ipsum solum de omnibus alijs generaliter sit statutũ. proprie tamen ad ipsum spectet: conueniũt autem omnes in hoc quod Christus sit comprehẽsus in hoc præcepto proprie, propter illud verbum (adaperiens vuluam) quidam aũt eorũ idẽ affirmant, non solum propter verbum (adaperiens vuluam) sed etiam præter alterum, quia vere, ac proprie sanctus fuit, ita ex citatis Doctoribus tenent Ambrosius, Gregorius Nyssenus, Amphilochius, & Euthymius, vt ex verbis eorum relatis constat. conueniunt etiã omnes, Christum dici aperuisse vterum B. Virginis, quod non sic intelligẽdum, quasi vellet affirmare, integritatem Virginis in partu non fuisse seruatam, cum re uera id non intenderint docere, sed hoc tantum aperire uocarunt, quod est peruium esse, nec impedimentum transitui Christo facere, quamuis nulla fuerit apertura, de quo Damasce. orat. de dormit. B. Virginis, sic inquit: Qui Deus erat, homo efficitur, atque modo naturam superante partus tẽpores procreatur, ac vuluam ita aperit, ut interim virginitatis claustra minime labefactet. Hæc Damascenus. hæc autem significatio in Scriptura vsitata est Matth. 3. Ecce aperti sunt ei cœli. Mar. 1. uidit cœlos apertos, non quod in cœlis apertura sit facta, sed quod de cœlis vox sit audita. Act. 7. Video cœlos apertos, nimirum, quia Christum in cœlis existentem sine impedimento videbat. Mar. 7. Apertæ sunt aures eius, quia uox iam audiebatur. Isa. 64. Vtinam dissumperes cœlos, & uenires. nemo in his omnibus rumpi cœlos dicet: ita hi Doctores vuluam B. Virginis apertam dixerunt, quia sine impedimento Christus transiit per eam, non tamen quod re ipsa aperta sit; quo sensu intelligendum est illud Isa. 45. aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Quidam interpretantur, propter fœcunditatem, dictam esse vuluam apertam. nam in Scriptura dicitur Deus aperuisse vuluas fœminarũ quando fœcunditatem concessit, etiam antequam aperirẽtur, hoc tamen nõ placet; nã sermo hic est de ipso fœtu, qui dicitur aperire vuluam, & illarum fœminatẽ futuri partus, & apertionis. verius est quod primo dixim⁹, & ita explicuit Amphilochius, & Gregorius Nyssen. ut cõstat ex uerbis eorum, & cęteri patres idipsum verbis eisdem indicarũt. Nam Hieronymus semper clausam vuluam fuisse dixit, nec licet Catholicõ aliter sanctos hos patres interpretari, & in

Isa. 45.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensum peruersum retorquere: Ambrosium autem ita sensisse cõstat ex Epistola 81. eius ad Syricium, in qua B. Virginem etiam in partu ipso Virginem extitisse cõfirmat. & Hieronymus in eod. lib. 2. aduers. Iouin. id ipsum testatur. Hæc dixerim de his patribus, nam de Tertul. uix ita dici potest, qui satis expressis, & multiplicatis uerbis tradit, Beatam Virginem in partu virginẽ non fuisse, & uuluam eius apertam, ac patefactam fatetur. in quo errauit grauiter: nam lib. de carne Christi sic inquit: Virgo quantum à uiro; non virgo quantum à partu. Et rursus: scriptum est, omne masculinum aperiẽs vulnam sanctum Domino vocabitur. quis vero sanctus, quam Dei filius? quis vere vuluam adaperuit, quam qui clausam patefecit? & rursus: magis patefacta est, quia magis clausa, utique magis non Virgo dicenda est, quam Virgo, saltu quodam mater, antequam nupta. & quid ultra de hoc retractandum est, cum hac ratione Apostolus non ex Virgine, sed ex muliere editum filium Dei pronunciauit: agnouit adapertæ vuluæ nuptialem passionem. Hæc Tertullian. falso, & impiè, cum & Ecclesiæ confessione, & sanctorum Patrum traditione, & Scripturæ testimonijs constet, Virginem non ante partum, aut post partum tantum, sed etiam ipso partu integram extitisse: de qua re diximus supra. non ergo patrum sententia coniungenda est cum errore Tertulliani, licet conueniãt in hoc, quod legis præceptum hoc sit Christo maxime, conueniens; aliter tamen illi apertam vuluam, aliter hi interpretantur. Hæc omnia dicta sunt propriori illa sententia, quæ Christum eo præcepto comprehensum dicit.

Probatur magis sẽtẽtia patrũ affirmantiũ Christũ nõ fuisse hac lege cõprehensum.

Est autem posterior sententia omnino opposita, quæ censet hoc præcepto nõ esse Christum comprehẽsum; immo ob eadem duo uerba posita exclusum: nam non aperuit vuluam, qui integritate matris seruata egressus est ab utero, & qui non sanctus Domino vocabitur, sed Sãctus sanctorum Dominus, vt enim supra notauimus, Ioannes dictus est futurus magnus corã Domino: at Christus simpliciter magnus: hic, inquit, Angelus, erit magnus, quia ipse est Dominus. & quod, inquit, nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. non autem dicitur erit sanctum Domino; cum igitur nec proprietas uerbi aperiendi aptari Christo possit, nec sanctus Domino dicatur is, qui Dominus est, non videtur comprehẽdi posse sub hoc præcepto, aperiẽs vuluã sanctũ Domino uocabitur; immo verba ipsa excludunt Christum ipsum, qui sicut circumcidi voluit sponte, legẽ obseruans, ita & offerri. Hæc sententia mihi magis probatur, quæ non est sine patrum antiquorum auctoritate, eam enim amplexus est Cyrillus Hierosolymitanus, qui in hom. de occursu. Christi, sic inquit: omne masculinum aperiens vuluam sanctum Domino vocabitur; nam Samuel quidem, & Isaac, & similiter etiam Iacob, & Ioseph, & alij multi, qui præter spem nati sunt ex sterilibus, & aperuerunt infertiles vuluas matrũ, sancti Domino uocati sũt. Christus aũt solus ex solo vnigenitus cũ virginales portas nõ aperit, nõ est sanctus Domino. sed Sãctus sanctorum, & Dominus dominorum, & Deus deorũ, & primogenitus primogenitorũ, Princepsq; & Rex regnantium, & vocabitur & creditur, & nunc in templo a Simeone prædicabitur. Hæc Cyrillus. Est etiam Ambrosius in eadem sententia in sermone quodam de purificat. qui habetur inter opera eius in Vaticana Typographia excusa, in princ. tomi 6. vbi sic inquit: Cunctis fidelibus liquet, nequaquam redemptoris matrem ex eius nativitate maculam contraxisse, quæ illorum dierum spatio, a sacris ædibus abstinens, purgaretur, quæ sine humana concupiscentia, sine humano concubitu virgo concepit, sine aliqua corporis corruptione virgo peperit, & sine fine virgo permãsit, ac per hoc nec masculus ex ea natus vuluã eius aperuit, sed hoc iuxta legis narrationẽ Euangelista contexẽs, claudit impijs sacramẽtũ diuinæ Incarnationis, Matremque legem obseruantem introducit. Nec mirũ si mater obseruat legem, quam eius filius non venerat soluere, sed adimplere. sciebat quo ordine conceperat, quo vsu peperterat, quis esset, quẽ genuerat, sed legẽ cõmunem obseruans celauit filij maiestatem. Hæc Ambr. Aimon. in eadẽ est sentẽtia.

Ho-

Horum Doctorum sensũ accedendum existimo, tum propter rationes factas; quia uerba legis in significatione propria accipienda sunt. Christus autẽ nec proprie uuluã aperuit, nec sanctus Domino dicetur; tum etiam quia lex hæc generalis est pro omnium animalium primogenitis posita, quæ nõ improprie sed proprie & uere uuluam aperiunt: nec uerbum hoc commune esse potest Christo, & illis, nisi æquiuoce: est autẽ æquiuoca locutio fugienda maxime in præceptis, & legibus statuendis. Quod eo magis nunc fieri debet, quia uerbũ aperiendi, commune est hæreticis, negãtibus virginitatem sanctissimæ Matris. Canendum ergo est ab hac locutione, vt dicamus apertum uterum, a qua etiã Patres recesserunt, utentes uerbo cõtrario. Augustin. de fide ad Petrum c. 2. Dũ conciperetur, inquit, veritatem carnis accepit ex Virgine, & cum nasceretur, integritatẽ virginitatis seruauit in matre. Et Gregor. homil. 28. Euang. illud, inquit, corpus Domini intrauit ad discipulos ianuis clausis, quod ut humanos oculos per nativitatẽ suam clausos exijt vtero virginis. sunt plurima huiusmodi testimonia. Quamuis autem uuluam aperire, & hominum aperta quodammodo dicatur per coniunctionem maris & fœminæ: tamen non ita perfecte, vt sic in partu. idcirco tunc dicitur aperiri uuluæ, quod ẽ probatur: nam in Scriptura steriles dicuntur conclusæ seu clausæ, quia non pariunt, quamuis copula uiralis interfit, fœcundæ autem apertam vuluam habent, propter partũ, ad quẽ sunt habiles facte. Obijcit quispiam, cur ergo dicitur Leuit. 12. Primogenitum aperiens uuluam, cum satis esset dixisse primogenitum? Respondeo, quantum ad mysterium, sic esse dictum ad Christum indicandum, qui cum primogenitus esset, uuluam non erat aperturus. quantum autem ad significationem, quia primogenitus potest esse inter masculos; tamen non aperire uuluam, quia fœmina prius nata est, primogenitus autẽ aperiens uuluam, est, qui non tantum primus masculus est, sed etiam primus ante omnes natus est. Præterea potest esse primogenitus viri, non autem fœminæ; ut si fœmina habens iam filium alteri nubat, à quo filiũ suscipiat, hic non censetur primogenitus, quia non aperuit vuluã, licet sit primogenitus patri. de his autem plura prosequi ad locum Leuitici pertinet. Quod autem primogenita dicantur sancta, nõ eo factum est, quod boni & iusti significentur, nam & animalia sancta, & uasa, & uestes, & hostes etiã mali sãcta dicũtur, qa diuino ministerio dedicata sũt.

Cõmune est omne primogenitus vuluam matris aperire.

Leui. 12.

Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturũ, aut duos pullos columbarũ.

COMMENTARIA.

ALtera causa, cur venerint in Hierusalẽ, est ex parte parentum, vt darent hostiã, & sacrificiũ offerrent Dño, iuxta præceptum legis; est autem connectenda sententia hæc præcedenti sic; tulerunt eũ in Hierusalẽ, id est, venerunt parẽtes cum puero in Hierusalẽ post tẽpus purgationis, tum ut sisterent & præsentarent Domino, iuxta legis præceptum; tum ut offerrent par turturum, aut duos pullos colũbarum, iuxta alterum præceptum legis, illud propter puerum, hoc propter parentes factum est. hæc ergo pars nõ debet referri ad illud (eum) nẽpe Christum, sed ad uerbum (tulerunt in Hierusalem) qua parte significat eos venisse in Hierusalem. Legis præceptũ hoc habetur Leu. 12. ubi sic præcepit Dominus per Moysem; Cũ expleti sunt dies purgationis suæ pro filio, siue pro filia defert agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturis pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti, qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. Illa est lex parientis masculum, aut fœminam; quod si nõ inuenerit manus ei⁹, nec potuerit offerre agnũ, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato, orabit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

birque pro ea sacerdos,& sic mundabitur. Hæc ibi. Hoc præceptum à priori est diuersum: illud enim particulare erat pro masculis primogenitis, hoc uero omnib. masculis, & fœminis primogenitis, & nõ primogenitis; erat enim ad immunditię purgationẽ. hanc legẽ impleturi venerunt parentes, cumq; essent pauperes, non agnum anniculum, sed turturẽ, aut pullũ columbæ obtulerunt in holocaustũ, & alterum in hostiã prõ peccato. Ideirco Euãgelista hanc legis particulã retulit omissa illa de agno. Notanda autẽ est magna, & vera paupertas Christi, & parentum, quæ tanta erat, vt agnum Deo ipsi offerre non potuerint, & uerba legis in eis sint uerificata, nempe (si non inuenerit manus ei⁹, nec potuerit offerre agnũ) cætera ad declarationem perfectionem necessaria in Annot. perlegẽ.

ANNOTATIO XXXVII.

Pro quo offerẽdũ esset sacrificiũ turturũ aut pullorũ columbarum.

GRauis est difficultas, pro quo istud sacrificium turturum, aut pullorũ fieret. plurimi namq; Patres pro Christo, seu infante ipso, qui præsentabatur, factum censent. in qua sententia sunt Origenes hom. 8. in Leuit. & hom. 14 in Lucam. Ambrosius in serm. de purificatione. superius allegato. Augustinus in qq. in Leuit. q. 40. Chrysost. homil. de occur. Leo ser. 2. de Natiuit. vbi Christũ circumcisum, & oblatione perfunctum esse affirmat. Euthymius & Beda in præsenti, & Hidelphon. serm. 1. de purificatione cum alijs multis. fundamentum potissimum huius sententiæ, sunt verba paulo inferius ab Euangelista dicta, nempe, cum inducerent parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo. ita legunt Doctores allegati præter Leonem, qui non recitat Scripturæ uerba. Augustinus autem nõ solum legit, sed etiam perpendit verbũ hoc (pro eo.) vtra hoc fundamentum, profert Augustinus alterum ex Leuitico, cap. 12. quod in commentario recitauimus. sic enim habetur. Cum expleti fuerint dies purgationis suæ pro filio, siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbę, siue turturem pro peccato, censet enim Augustinus illud (pro filio, siue pro filia) connectendum verbo sequẽti, nempe deferet pro filio, siue pro filia agnum in holocaustum. At quia possent hæc verba connecti præcedenti verbo, nimirum cũ expleti fuerint dies purgationis pro filio, siue filia, nimirũ quadraginta, aut octuaginta, Augustinus ipse repellit hanc connexionem auctoritate Euangelij allegata (cum inducerent Parentes, ut facerent secundũ cõsuetudinẽ legis pro eo) afferitq. talẽ cõnexionem cũ præcedenti, aduersari uerbo Euangelico allegato. Quamuis autem ista sententia tantorum sit virorum auctoritate suffulta: nix tamen potest accommodari Scripturæ uerbis, ponderanda enim sunt uerba, in commentario ex Leuitico adducta; sic enim dicitur (defert agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ pro peccato, & tradet Sacerdoti, & orabit pro ea. & sic mundabitur a profluuio sanguinis) aperta sunt verba de ipsa fœmina, deferet nimirum mulier, quæ peperit, tradet etiam ipsa Sacerdoti Sacerdos orabit pro ea, mundabitur ea profluuio sanguinis. nihil de filio, nihil de vito, omnia uerba præcepti sunt singularia de fœmina; adeo efficax est hoc argumentum, ut Augustinus ipse loco citato fateatur pro fœmina offerri. & ipsam mundari: tamen dum ipsa purgatur, etiam purgari & filium, & pro eo etiam oblationem fieri dicit. Huic tamen expositioni objcitur, quod ipse Augustinus ponderat. nam cum Euangelista dicat (ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo) si in Leuitico sic connecti debet, pro filio, vel filia deferet. igitur non pro matre; cum nullum sit argumentum, unde constet pro matre esse offerendum. Adde cum verba sint admodum expressa, & multiplicata, mulier deferet, tradet, sacerdos orat pro ea, ipsa mundatur, non uideo, quomodo ad infantẽ extendi possint, nisi uerbis illata extorsione. ut autem hoc magis confirmetur, attende distincta esse præcepta sistendi Puerũ, & offerendi pullos aut turtures, siue

Leuit. 12. Non pro filio, sed a matre purgatione offerebatur sacrificiũ.

siue agnum: nam illud erat de primogenitis, hoc aũt de parturientibus quemcumq; masculum, siue fœminam. Vnde si ante quadragesimum diem moriebatur infans, hoc sacrificium fiebat pro fœminæ purgatione, immo si non erat etiã primogenitus superstes, non sistebatur Domino nec portabatur in Templum, & tamen præceptum matris purgandę, & obligationis huius faciendæ obseruabatur. si mulier etiam mortua erat, vir non tenebatur hæc præstare; mulier vero etiam mortuo viro ante tempus purgationis tenebatur hoc præcepto: igitur manifesto probatur, hoc sacrificium non pro nato, nec pro marito, sed pro sola ipsa muliere, quæ profluuio sanguinis immunda erat offerri. caute ergo Euangelista non dixit, quãdo huius oblationis meminit, par turturum, aut duos pullos columbarũ, (pro eo,) ne oblatio pro puero facienda putaretur, immo diuisit à præcepto præcedenti de puero, nempe ut sisterent eum Domino, hoc enim est pro puero, & ut darẽt, hostiam, hoc est pro Parentibus, non quod vterque indigeret, seu pro utroq; fieret, sed pro matre. Quod autem postea dictum est, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, nõ de hoc præcepto oblationis, sed de præcepto sistẽdi eum Domino, loquitur, vt in eius loci expositione manifesto ostendemus. fauet etiam huic, quod uerba illa Leuitici (pro filio, siue filia) nõ possunt apte sequentibus connecti; nam si sic connectas, aduersabuntur verba sequentia, nimirum, deferet pro filio uel filia, & sacerdos orabit pro ea, nimirum matre, & mundabitur. dicendum namque tunc erat, orabit, pro filio, uel filia, & mundabitur: necesse est ergo connecti cum præcedentibus, uti diximus, nimirum cum expleti fuerint dies purgationis pro filio, uel filia: pro illo quadraginta, pro hac octuaginta: Ex his existimo veritati, & Scripturæ conformius esse, holocaustum hoc, & hostiam pro purgatione mulieris offerri, ut expletis illis diebus, munda secundum legem censeretur. Quod si objcias, vitium immundum fuisse, quia cõuersatus est cum immunda. Respondeo si ante octauum diẽ eam tangebat, immundum esse, non tamen auferebatur hęc immundities hoc sacrificio, sed aliter mundabatur, ut habetur Leuit. 15. & ut supra diximus in Annot. 34. Idem dico de infante ipso; sola uero immundities parturientis fœminæ hoc sacrificio purgabatur.

ANNOTATIO XXXVIII.

Quæ fuerit peccatum pro quo pullus, uel turtur offerebatur.

EST etiam altera difficultas in hoc loco: nam cum unus pullus, aut turtur in holocaustum, alter in hostiã pro peccato offerri deberet pro muliere purganda, posset merito quispiam interrogare, quod est hoc peccatum, pro quo offerebatur hostia, & pro quo Sacerdos orabat? non enim peccatum hoc nuptijs adscribi debet, nam actus coniugalis, quando debitis fit circumstantijs, non est peccatum. Aug. qq. in Leuit. q. 40. dicit esse peccatum originale, quod per actum etiam nuptialem derivatur ab Adam in prolem. quæ sententia difficultatem habet; nam peccatũ pueri originale iam in circumcisione erat ablatum; peccatum autem matris iam antea etiam ablatum est. nõ ergo uidetur, pro quo peccato fieret oblatio hæc, nisi dicas peccatum esse infantem in peccato gignere, quod dicere fides Catholica abhorret, hoc enim est dãnare nuptias. Quidam recentiores affirmãt esse peccatum, quod frequenter committitur in cõmistione carnis etiã in matrimonio, dũ non fit circumstantijs omnibus, quibus fieri debet. quæ sententia parum est probabilis: nam etiam si sine peccato fieret ullo, hostia offerri præcipiebatur. Quidam alij pro peccato in genere offeri asserunt, sine quo nemo uiuit. si autem hoc esset, profectò et ã uir, & quihanc hostiã. Quidam Iudæi uane affirmant pro perinto, quia mulieres sentiẽdebitũ uiro soluturas. quæ sententia digna est suis Auctoribus. Quidã postremo docẽt esse quoddã genus sacrificij, quod dicebatur peccatũ, nimirum quia pro peccato offerebatur: sic Christus dr̃ peccatũ, quia sacrificium pro peccato factus est. Hoc aũt nõ solum pro peccatis offerebatur, sed etiã pro malis, & pœnis, quæ in plurimũ propter peccata inferũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur: Vnde Leuit. 15. leprosus sanatus offert sacrificium pro peccato. similiter patiens fluxum seminis: sic etiam parturiens offert hostiam pro peccato, id est, pro profluuio illo, quia illud pœna peccati originalis est in parturiente, ut recte tradit Ischius Leuit. 12. profluuium ergo peccatum dicitur, quasi peccati pœna. ea enim de causa lex immunditiæ introduxit, ut id significaret: tolli autem dicebatur, quia immundities legis, quæ impedimentum quoddam erat, per hostiam remouebatur, & hæc est legitima sententia. Agnus ergo seu in pauperibus turtur, uel pullus unus in holocaustum offerebatur: quia totus comburebatur in honorem Dei, vt recognoscerentur ipse auctor & procreator omnium, & qui fœcunditatem impertitus erat. Alter autem turtur, aut pullus columbæ victima erat, quæ non tota combureba tur, sed pars Sacerdoti reseruabatur, & hæc erat, ut fœmina à pœna peccati liberaretur. Multa in his mysteria significata sunt: omnia enim illis in figura contingebant; ab his tamen pertractã dis abstinemus, ne ab instituto nimium recedamus. illud tamen aduertendũ est, ne Origenis sententiam sequamur in duobus, quæ homi. 14. in Lucam tradit. vnum est, oblationem esse factam in turturibus, & pullis columbarum simul. hoc autem non est probandum; nam in Scriptura Leuitici, & apud Euangelistã disiunctius est sermo, nempe aut par turturum, aut par pullorum columbæ. vnde incertũ est, an turtures an pulli columbarũ oblati sint pro B. Virginis purgatione. Alterũ est, volucres has, q̃ oblatæ fuerunt pro Christo, (ut ipse putat) non fuisse ueras, & reales uolucres, quales sunt, quæ per aera uolitare solẽt. in quo multum errat. Verba ipsius sunt, quæ sequuntur. Sicut noua fuit generatio Saluatoris, non ex uiro, & muliere, sed ex sola tantum Virgine: sic & par turturum, & duo pulli columbarum non fuerunt tales, quales oculis carnis aspicimus. sed qualis Spiritus sanctus est, qui in specie columbæ descendit, & venit super Saluatorem, quando in Iordane baptizatus est: tale fuit & par turturum, non erant illæ uolucres, ut istæ, quę per aerem uolitant, sed diuinum quoddam, & humana contemplatione augustius sub specie columbæ, & turturis apparebat, ut non talibus uictimis, qualibus omnes homines, ille qui pro toto Mundo nascebatur, & pati habebat, coram Domino mundaretur; sed ut dispensatio eius noua omnia, ita quoq; nouas haberet hostias secundum uoluntatem omnipotentis Dei in Christo Iesu. Hæc Origenes. sed vltra id quod supponit pro Christo oblationem esse factam. quod uerum non est, uolucres nõ esse communes, quales pro alijs offerri consueuerant. videtur figmentum nulla auctoritate, aut ratione fundatum. qui enim legem impleri uoluit, ea quæ secundũ legem erant, offerri decreuit.

Origenis sententia in duob° reprehenda.

Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon.

COMMENTARIA.

DEscripsit hactenus aduẽtum Parentum Christi in Herusalem, & duas huius aduentus causas. quid autem factum sit in accessu ad templum, cuius causa uenerant, narraturus, præmisit historiam, & narrationẽ hominis cuiusdã, qui in Herusalem tunc tẽporis commorabatur, quẽ multis signis, & uirtutibus describit, ut eius testimoniũ, quod de Christo exhibiturus erat, cõmendet, & dignum fide ostendat: à nomine aũt, & loco incipit: erat, inquit, in Hierusalẽ homo, cui nomen Simeon. Particula (ecce) non solum rem ipsam præsentẽ indicat, quasi dictum esset, eodem tempore, quo Parentes Puerum tulerunt in Hierusalẽ, homo hic aderat, sed ẽt hominis excellentiã, & mysterij magnitudinem significat.

ANNOTATIO. XL.

AN Simeon iste fuerit sacerdos, quispiam interrogare posset. Theoph. & Euthy. negant ea ratione, quia si esset Sacerdos, id dicere Euangelista non prætermisisset, cum præsertim multas qualitates eius describerit. Consentiunt recentiores huic opinioni. Mihi aũt magnam ingerit difficultatẽ, quod inuenio

Num S. Simeon sacerdos fuerit.

inuenio multos grauissimos, & antiquissimos Patres, affirmantes illum fuisse Sacerdotem. ita habent Athanas. in lib. de communi Patris, Filij, & Spiritus sancti essentia. Epiphan. lib. de vitis Prophetarum, & Cyrillus Hierosolimitanus in homil. de occursu Christi. Verba Athanasij sunt hæc. Videmus igitur, num spiritus habeat edendi oraculi potestatem; Simeon certe, & Sacerdoti, & seni oraculum redditum est à Spiritu, nequaquam morieris, quin prius videris Christum. Hæc Athanas. Verba autem Epiph. sunt hæc: Simeon Sacerdos è tribu Aaron emicuit. Hic quippe est, qui oraculum accepit à Spiritu sancto, neutiquam visurum esse mortem, quousque Christum Dominum incarnatum videret. Hæc Epiph. Cyrilli verba sunt hæc. Audi Israel, audite omnes Gentes, quem ego Sacerdos vester Simeõ vinis gesto, magnaq; uoce in hoc Templo prædico, & testimonio meo palam commendo, hic Deus, & Dominus est. Hæc Cyrillus. Hoc idem sensisse videtur Augustin. qui serm. 9. de Natiuit. Domini Simeonem appellat senem, probatum, & coronatum: non autem uidetur, quæ sit hęc corona, nisi Sacerdotis mitra. Ex alia parte Ambrosius, & Damascenus ora. 1. de Natiu. B. Virginis, & alij Patres mentionem facientes Simeonis, nihil de eius sacerdotio dixerunt: verisimileque est eos dicturos esse, si id sensissent, sicut & noster nunc Euangelista. Hoc tamen argumentum cum sit negatiuum, non uidetur habere multum roboris, existente tot grauiũ Doctorum auctoritate, qui expresse id affirmarunt, & accedente quadam velut antiqua traditione, quia in Ecclesia depingi solet in habitu sacerdotali: nec caret fundamento rationis etiam ex Euangelio sumptæ ista sententia Patrũ. Primo quidem accepit Simeon Christum à Parentibus: non est autem causa vlla, cur acceperit, nisi quia Sacerdoti offerebatur Puer, qui nomine Dei eum accipiebat, & donec redimebatur, non reddebat Parentibus: quæ ratio in verborum expositione magis explicabitur. Secundo, quia benedixit Parentibus q̃ eum fuisse sacerdotẽ indicat, ut in eius expositione declarabitur inferius. Tertio quia dicitur, cũ inducerent parẽtes, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo, Simeon accepit eũ. nõ erat autẽ dicendum sic, nisi fuisset Sacerdos cũ quo peragebatur legis consuetudo: dicendũ enim erat, postquã fecerunt secundũ consuetudinẽ legis pro eo. Scio non esse argumenta hæc demonstratiua: sunt tamen multum probabilia, & accedente tantorum patrũ testimonio efficacia ad persuadendum, fuisse illum sacerdotem: nec argumentum in cõtrarium alicuius est roboris. Nam Euangelista expresse non dicit esse Sacerdotem quia ex his, quæ agebantur, & narrabãtur, id deducebatur, sicut etiam omnes fatentur fuisse senem, & ętate proiectũ tamen Euangelista expresse id nõ affirmauit, sed uerbis tacite insinuauit: ita etiam de Sacerdote. Atque hæc sententia mihi probatur, patrũ enim antiquorum, & ita grauium auctoritas non ita facile repellenda est. nec argumentum, quod ex verbis Euangelij sumitur, probat quicquam contra hoc: erat, inquit, homo, si Sacerdos esset, diceret utique: erat Sacerdos. hoc inquam nihil obstat nam cum mores eius describere intenderet, hominem uocauit. simile est Iob. 1. Erat inquit vir in terra Hus, nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, & timens Deum. Iob autem fuisse Sacerdotem testatur Hieronymus ex sententia multorum patrum Græcorum: Epist. 126. ad Euagrium. Quidam recẽtiores affirmant hunc Simeonem fuisse Magistrum Gamalielis, ad cuius pedes Paulus fuit eruditus, & unum ex auctoribus magnę cõgregationis, qui in Talmudic s libris Simeon iustus appellatur. Quidam alij hoc refellunt, parum mihi momenti hæc res uidetur, cum patrum antiquorum auctoritate non fulciatur.

Et homo iste iustus, & timoratus.

COMMENTARIA.

QValis Simeon fuerit, describit Euangelista: iustus, inquit, erat, & timoratus. iustus quidẽ, quoad homines: quia erga proximos mandata seruauerat; timoratus autem quoad Deum, quia studio religionis incubuerat, & deditus erat;

Universidad de Deusto
Biblioteca

timor enim in Scriptura pro Religione aliquando accipitur, timoratusque dicitur, id est religiosus, & pius erga Deū. contrarius erat hic Simeon illi Iudici. Luc. 18. qui nec Deum timebat, nec hominē reuerebatur. Similis autem Iob, de quo dicitur c. 1. erat simplex, & rectus, & timens Deum, & recedens à malo. Hæc duo multum testimonium Simeonis commendant; qui enim iustus, & timoratus est, verax etiam esse declaratur.

Expectans consolationem Israel.

COMMENTARIA.

TErtia qualitas Simeonis hæc est, expectabat cōsolationem Israel, id est, Messiam, qui venturus ad redimendū, & consolandū Populum Indæorum credebatur. expectabat, quasi impleto Aduentꝰ tēpore, iā iā aduentantē. Attende autem q̄ non dicitur, credens aut sperans, sed expectans; nā qui multo tempore Christum per carnē præcesserant, credebant, & sperabant venturum, confisi & certi promissionibus à Deo factis, at non expectabant, quia post plurimos vitæ illorum annos venturum esse, reuelatum eis erat; Simeon vero non solum credebat, & sperabat, sed expectabat etiam, quia iam proximum eius aduentum nouerat. Dicit autē cōsolationem Israel: ex Prophetis enim didicerat Christum suo aduētu consolaturum Israel: Isa. 40. Cōsolamini, consolamini Populē meꝰ dicit Deus vester. & c. 51. Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius. c. 61. ad annunciandū mansuetis misit me, vt medererer contritis corde, & prædicarē captiuis indulgētiā, & clausis apertionem, & prædicarē annū placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro, & cōsolarer omnes lugentes. expectabat ergo consolationem hanc promissam in Christo iā implendā. Verbo hoc etiam desiderium exprimitur, quasi vnus ex ijs, qui hac consolatione multum indigebat, cum eo tempore Populus Iudæorum calamitatibus, & miserijs grauissimis, etiam spiritualibus premeretur.

ANNOTATIO XL.

Quæ fuerit hæc consolatio Israel.

TItus Bostrenus hanc consolationē à Simeone expectatam interpretatur liberationem populi credentis à Romanorum dominatu, Herodisq; hominis alienigenæ tyrannide. de qua liberatione illud Luc. 24. dictum est: nos sperabamus quod ipse esset redempturus Israel. Et Act. 1. Domine si in Tempore hoc restitues Regnum Israel. Euthymius vero intelligit reuocationem ab erroris seruitute. Mihi autem non aliam videtur Simeon expectasse consolationem, quam eā, quæ erat promissa in Prophetis, hæc autem uera, spiritualis est, nempe à peccatorum seruitute liberatio, à Dæmonis potestate ereptio, gratiæ diuinæ collatio, cum Deo reconciliatio, hæreditatis æternæ promissio, cæterorūq; bonorum quæ per Christum nobis obuenerunt, collatio, quæ tantam hominibus credentibus consolationem impartiunt, vt aduersitates temporales dulces videantur, Rom. 5. in qua stamus, gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. non solum: sed etiam gloriamur in tribulationibus 2. Corin. 1. sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christū abundat consolatio nostra. Hanc cōsolationem Simeonem intellexisse id persuadet, quod Spiritus sanctus erat in illo, & eius magisterio, & promissione edoctus expectabat consolationem hanc communem Israel.

Et Spiritus sanctus erat in eo.

COMMENTARIA.

QVarta qualitas Simeonis est: erat, inquit, in eo Spiritꝰ sanctus per donū, nēpe prophetię; reuelationem enim de Christo à Spiritu sancto acceperat, & multa de eo, postquam illū vidit, prædixit. in Scriptura prophetia Spiritui sancto tribuitur. Psal. 50. Spiritū sāctū tuū ne auferas à me. & 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirati locuti sunt Sāncti Dei homines.

ANNOTATIO XLI.

Spiritus sanctus qua ratione fuerit in Simeone.

DVpliciter Spiritus sanctus in aliquo esse dicitur. Vno modo per gratiā sanctificantē, & iustificantē. Altero modo per donū prophetiæ, aut donū linguārū, aut virtutē miraculorū, aut aliquā aliā gratiā gratis datā, (ut dicitur) quæ in peccatore esse potest. de quibus habetur, 2. Corin. 12. Quidā modo priori interpretātur: at cū iā verbis antecedē tibus id dictū sit: dū iustus & timoratus prædicatur, potius, q̄ sequitur, ad ꝓphetiā referendū est cū Euthymio, quasi sit quædā ratio sequētis sententiæ, q̄ respōsum acceperit à Spū sancto, nō uisurū se prius mortem, quā uideret Christū.

Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.

COMMENTARIA.

MAgnū hoc priuilegiū Simeonis est; erat. n. ei diuino oraculo reuelarū, seu promissum, illū nō ante moriturū, quā oculis corporeis Messiā præsētē videret. quo dono Simeon oēs Patriarchas, & Prophetas excelluit. Nā his p Spiritū sanctū reuelatus, & promissus fuit Christi aduentus: nulli tamen eorū est promissum, q̄ oculis corporalibus in hoc sæculo Christum visurus esset: quāquā id quisq; summis votis exoptasset; Simeoni autē vtrumq; concessum est; nā & promissum est ei, & vidit. Luc. 10. Beati oculi, q̄ vident, quæ uos videtis. dico. n. vobis, q̄ multi Prophetę, & Reges noluerunt uidere, quæ uos videtis, & non viderunt. Perpende autem quam recto ordine Euangelista procedat: Simeon enim primō dicitur iustus, postea timoratus, & expectans cōsolationem Israel, & Prophetā; his enim gradibus processit, ut sanctum donum assequeretur, quod promissionem uidendi Christū, & ipsum videri obtinuit.

ANNOTATO XLII.

Quando Simeō responsum hoc accepit à Spiritu sancto.

REsponsum acceperat. nō significat, quod ipse Simeon petierat ante à Deo, sed tantum, quod Deus id ei reuelauit. Simile uerbum habetur Matth. 2. de Magis. Et responso accepto, ne redirent ad Herodem. Quando autem, & quomodo id fuerit reuelatum, nescitur. Vnde quod Nicephorus, lib. 1. histor. cap. 12. dicit, nullo fundamento nititur, nimirum legenti Simeoni oraculum. Isa. 7. Ecce Virgo concipiet, idq; solicite, Angelum astitisse, & nuncialse non prius moriturum, quam Christum, de quo illic agebatur, suis vidisset oculis. Quod autem dicit Augustinus, Serm. 3. de verb. Apost. nimirum, Simeonem multis precibus à Deo petijsse Christi aduentum, illumq; dixisse Psal. 84. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis, ob idq; dictum esse accepisse responsum, probabile est: tamen ex verbi significatione id non conuincitur: nam de Magis non petentibus dictum est, responso accepto, ne redirent ad Herodem. illud autem (videre mortem) phrasis est Hebræa, pro experiri mortem, seu mori, vt etiā adnotauit Beda, sicq; dicitur Psal. 88. quis est homo, qui uiuet, & non uidebit mortem? dicitur etiam gustare mortem. Ioan. 8. mortem non gustabit in æternum, & Matth. 16. qui non gustabunt mortem. Appellatur autem Messias Christus Domini, non propter similitudinem ad Patrem, ut dicit Euthymius, sed quia filius est patris, & Patris diuinitate unctus. Reges enim dicebantur Christi Domini, quia vncti iussu Domini: at Christus vnctus est Spiritu sancto, ut dicitur act. 10. Duo autē sunt de Simeone notanda: unum est quod refert Niceph. lib. 1. hist. c. 12. nempe vitam illi ad multum seniū suisse propagatam, ut Christum uidere posset. quod probabile est, & Augustini sē tentia comprobatur, qui Serm. 9. de Natiu. Domini de Simeone loquēs, inquit differebatur exire de sæculo ut uideret natum, per quem factum est sæculum. & in eodem sermone appellatur senex & annosus. omnes autem Patres illū ætate prouectum fuisse affirmant, idq; Euangelista indicat, ut paulo infernus dicemus. Alterum est, quod scriptū est in præ-

De Simeone duo referuntur illi præstita beneficia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præfatione quadam Celsi ad Vigilium in altercatione Iasonis, & Papisci, quæ ponitur inter opera Cypriani, vbi Simeon cæcus ante fuisse dicitur, & tunc visum recepisse, quando Christum in vlnis recepit. Verba sunt hęc. Simeon quoque iustus, qui in cæcitate cõstitutus diuino monitu audierat se non ante moriturum, quam vidisset Christum, cum in Templo omni Populo presente Infantẽ secum inferret Mater, & in spiritu natũ esse Christum sensisset, acceptum in manibus puerum vidit, & benedicens Deũ in conspectu, & auditu omnium dixit. Nũc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderũt oculi mei salutare tuum. Simeon, quod cæcus audierat, euidenti veritate perfectum est: & veritatem, quam accepto lumine viderat, benedicendo palam Deum Populo prædicabat; ad hoc enim viderat, ut referret, & reuelatione sua, quod Christus natus fuisset, ostenderet: & perfidi Populi initia prima incredulitatis intrueret. Hæc ibi quæ apud nullum alium Auctorem legi, retulisse satis sit.

Et uenit in Spiritu in Templum.

COMMENTARIA.

MAgnum hoc etiam est donũ, à Deo Simeoni concessum; adueniente enim iam tempore promissionis implendę, ducitur in templum Simeon Spiritu sancto reuelante, & monente ut ueniret in Templum: eo enim Christum, quem expectabat, tunc esse venturum. Hoc est Simeonem in Spiritu uenisse in Templum.

ANNOTATIO XLIII.

Qui sit superiorũ sentẽtia sensus.

VEnisse spiritu, duos patitur sensus; vnus est impulsu Spiritus sancti veniisse in Templum, non tamen tũc notuisse Spiritus sancti finem, propter quẽ ducebatur: multi enim ductu Spiritus sancti quædam agunt, ignorantes, & se duci Spiritu sancto, & quid Spiritus sanctus per ea opera intendat. Roma. 8. qui filij Dei sunt, hi Spiritu Dei aguntur. Hunc sensum sequitur Orige. homi. 15. Theophyl. & Euthym. Alter sensus est, non solo impulsu Spiritus sancti, sed ẽt monitu, & reuelatione Spiritus sancti veniisse, quasi Simeon venerit, certus se visurum Christum promissum, & hunc sensum sequitur Iuuencus, sic canens:

Isque vbi curuato defessus corpore Templum,
iã grauior penetrat, mouit, quod spiritus Auctor.
Ecce simul paruum gremio Genitricis Iesum
ad Templum sen
sit veniisse. Hæc Iuuẽc. Cyprianus etiam hoc idem sensit in sua libr. de mortalitate, sic inquit: Cum Christus infans in templum cum matre venisset, Simeon agnouit in Spiritu natum esse iam Christum, de quo sibi fuerat ante prædictũ. Hęc Cyprianus. Timotheus etiã presbyter Hierosolymitanus in hom. de propheta Simeone, quę habetur in homiliario, in eadem est sententia, sic inquit: Cum Simeon meditabundus domi sederet, Deumq; apud se rogaret, vt quod acceperat oraculum, exitum aliquando sortiretur, Ioseph usque, & Maria soli in eo iam essent, ut puerum Iesum iam ad Templum deferrent, & per legis cõsuetudinem sacrificium pro eo offerrent, Spiritus sanctus respõsum exhibituus præsto fuit, Simeonemque eiusmodi oratione excitauit: Surge senex, quid dormis? tempus est quo oraculum expleri debet, matura cito: præsto est enim, qui te absoluat, præpara sepulchrum, dispone domui tuæ adest, qui te missum faciet; uenit Emmanuel. celeriter ad Templum transcurre; in templo autem meo constitutus sacræ de sacro vaticinare Simeon itaque quasi ætate innouatus, animique desiderio, perinde ac alis quibusdam vehementer conciatus, & à Spiritu sancto impulsus, & subleuatus, celerime cucurrit, Ioseph umq; & Mariam, qui recta ad templum contendebãt, anteuertit, templumque ante illos ingressus iuxta Aedis sacra adyta cõstitit, Spiritus sancti reuelationem ibidem expectaturus. Hæc ille. qui in hoc differt à Cypriano, quod hic prius B. Virginem templum ingressam, quam Simeon ueniret, affirmat. Horum sententiæ adhæreo: ratio autem etiam persuadet; nam cum non potuisset nosse determinate Christum nisi ei reuelatum esset; Euangelista non alijs verbis indicauit hanc reuelationem, nisi hisce, nẽpe quod venit in spiritu, & postea in templo in vlnis

nis accepit, per quæ significauit Spiritu reuelante certum uenisse de aduentu, & de eo, qui Christus erat. est autem hæc phrasis etiam in Scriptura. Matth. 4. Ductus est in desertum à spiritu, & Luc. 4. Agebatur in spiritu in desertum, nimirum per spiritum cognoscens causam, ob quam ducebatur.

Et cum inducerent Puerum Iesum Parentes eius.

COMMENTARIA.

DEscriptis tam aduentu Parentum Christi in Hierusalem, ut sisterent eum Domino, & offerẽt hostiam, quam aductu Simeonis in templum in spiritu, Euangelista contexit historiã, dicens. cum Parentes inducerent Puerum in tẽplum, ut sisterent eum Domino iuxta legem, tunc Simeon, qui in Templum à Spiritu sancto ductus erat, accepit eum in ulnas suas. Hic est contextus. Parentes appellãtur Beata Virgo, & Ioseph, quia tales credebantur, licet B. Virgo sola fuerit parens secundum ueritatem.

Vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.

COMMENTARIA.

COnnexa sunt hæc uerba præcedentibus: dicitur autem ut facerent per legis consuetudinem pro eo. cum enim duo essent faciẽda. Vnum pro Beata Virgine, nempe offerre par turturum, aut pullorum columbæ in purificationem, Alterum pro Christo, nempe sistere, & præsentare eum Domino, & postea pretio quinq; sicloru illũ redimere, Euangelista significare uolens, quo tempore, & qua occasione factum est, quod de Simeone narrat, adiecit (pro eo) nimirum, quando Parentes aggressi sunt facere, quod lex præcipiebat de sistendo Puero, tunc Simeõ illũ accepit.

ANNOTATIO XLIIII.

Sensus superiorũ sentẽ-

HAec sententia propter illud uerbũ (pro eo) occasionẽ, & causam dedit multis doctoribus existimandi, hostia mactatum esse pro Christo, ut superius diximus in annotatione 37. sic enim habet Orig. homil. 14. in Lucam, & hom. 8. in Leuit. & Aug. in Leuit. q. 4. & cæteri, quos illic retulimus. cum enim legissent illud (pro eo) collegerunt sacrificiũ factum esse pro Christo. Quidam respõdent, non reperiri in Græcis exemplaribus illud (pro eo) Hæc tamen responsio probanda non est: nam communis doctorum consensus eam recipit, ut in annot. allegata dictum est. & Euthymius Græcus auctor legit, & quod magis urget, vulgatus interpres ab Ecclesia receptus eam particulam habet, quã nos admittimus, & necessariam ad perfectum sensum exprimendum censemus; in alium tamen lõge diuersum sensum, quem legitimum putamus, eam interpretamur, nimirum, ut explicet Euãgelista quod de Simeone narrabat, non tunc gestum esse, quãdo obtulerunt hostiam pro purgatione Beatæ Virginis; sed quando sistebant Domino puerum, & cætera facere aggrediebantur, quæ erant per legem, nimirum cum pretio redimere; tunc enim temporis, & ea occasione Simeon accepit illum in ulnis. Dicitur autem secundum consuetudinem legis, ut non sola præsentatio, & exhibitio pueri, sed etiam redemptio significetur. Primogeniti enim omnium Tribuum præter Leui, Deo primum præsentabantur, & offerebantur, & postea quinque siclis redimebãtur, ut habetur Num. 18. Eo autem tempore, quo Deo dedicabantur, redimi soliti erant post oblationem, & non post mẽsem, ut quidam existimant. Quod enim dicitur, Num. 18. ut post mensem fiat redẽptio, intelligitur à natiuitate, seu potius circumcisione, nempe quando matrũ purgatio fiebat. induxit ergo B. Virgo puerum, ut sisteret eum Domino, quem paulo post quinque siclis argenteis redemit. quo aũt tempore cum Domino sistebat; eum Simeon sacerdos tãquam Deo oblatum in ulnis accepit.

Et ipse accepit eum in vlnas suas.

COMMENTARIA.

COmplent hæc uerba sententiam præcedentem, cum parentes

tia magis examinatur.

Nu. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentes inducerent puerum, ut face rent secundum legis consuetudinẽ pro eo, nempe, vt Domino cum sisterent, Simeon in vlnas eum acce pit. Particula (&) ad matrem ipsam pueri refertur, nempe etiã Simeon accepit in vlnas suas, quem in vlnis suis mater etiam gestabat. Demonstrant hæc uerba Simeonem sacerdorem fuisse, qui puerũ Iesum Domino oblatum accepit de manibus matris sistentis, & offerentis illum Domino. Perpende Dei largiratem plus dedit, quam promisit. Promissum est enim Simeoni videre: datũ autem ei fuit videre, & in ulnis portare; ausus tamen non esset id facere, nisi sacerdos esset, qui infantes oblatos Dei accipere solitus erat.

ANNOTATIO XLV.

Particula (&) qd hoc loco significet.

QVidam tecentiores illam particulã (&) ornatus causa positã dicũt. Quidam alij loco (tunc) positã censent. Quidam alij loco (etiam) & ad sacerdotes referunt, quasi dictum esset, etiam Simeon accepit, sicut & sacerdotes acceperant. Verior sentẽtia est, loco (etiam) positam esse: tamen ad mattem referri, quæ in vlnis suis infantem gestabat, de cuius manibus illum Simeõ accepit. ita tradit Irenæus lib. 3. cap. 18. vbi sic habet: Simeon ille, qui responsum accepit à Spiritu sancto non visurum eum mortem, nisi prius videret Christum Iesum hunc ex manibus accipiens Virginis, benedixit Deum. Hæc ille. Ex quo efficax trahitur argumento, Simeonem fuisse sacerdotem; non enim aliqua alia causa rationabilis excogitari potest, cur ipse acceperit infantem, cum Domino sisterebatur. quod Athanasius lib. de communi essentia Patris, Filij, & Spiritus sancti explicans, inquit: Illum adhuc infantulum gestat mater, & offert Simeoni sacerdoti. ille in vlnas capiens Saluatorem, ad eum ita loquitur, & dicit: Nunc dimittis seruum, &c. Hæc Athanasius. Magnum profecto, & utile donum recepit Simeon, qui in vlnis Christum habere meruit. de quo Origen. homil. 15. inquit sic: fimbriam vestimẽti Iesu mulier tetigit, & sanata est; si illa ad extremam partem vestimenti tantum emolumenti habuit, quid putãdum est de Simeone, qui in suas vlnas accepit infantem, & brachijs tenens lætabatur, atque gaudebat, uidens paruulum à se gestari, qui ad unctos venerat resoluendos, seque ipsum nodis corporis liberandum, sciẽs neminẽ posse de claustro corporis quẽpiam emittere cum spe futuræ vitæ, nisi eũ, quẽ in brachijs continebat. Hæc ille.

Et benedixit Deum, & dixit.

COMMENTARIA.

ACcepto infante in ulnis, & quod sibi promissum erat, impletum contemplans, Deum benedixit, & post benedictionem dixit, quæ sequuntur: Nunc dimittis, &c. Si Euãgelista dixisset (benedixit, dicens ea quæ sequuntur) ad benedictionem pertinere significasset; dum autem ait, benedixisse, & dixisse, Nũc dimittis, indicat aliam fuisse benedictionem, quæ præcessit canticum sequens. Benedixit autem Simeon Deum, tũ propter insigne opus incarnationis, quia misit filium suum ut homo fieret; tũ propter eximium, & singulare beneficium sibi concessum, ut Dei filiũ incarnatum & uideret, & in ulnis gestaret. quid autẽ sit Deum benedicere, in annotatione habes explicatũ.

ANNOTATIO XLVI.

Differũt inter se laudare, gratias agere, & benedicere.

DIfferunt hęc, laudare, gratias agere & benedicere, tam erga homines, quam erga Deum; laudamus enim, siue hominem, siue Deum, cum eius virtutẽ excellentiam, aut singularia facta consi temur, & prædicamus. Gratias autem agimus, quando in beneficij accepti re cognitionem aliqua verba pronunciamus. Benedicimus uero, quando ei bona imprecamur; est enim verbum cõtrarium uerbo maledicendi. Deo autem nihil boni imprecari possumus, quod ad ipsius perfectionem sit necessarium, cũ undequaque sit in se perfectus, & infinitus: quæ autem extra eum sunt, imprecamur, & desideramus, ut quod ab omnibus cognoscatur, diligatur, exaltetur, collatur, & laudetur. sic enim homo Deum benedicere potest. conuenienter autem nunc Simeon Deum benedixit, optando, & precando, vt tam singulare, & admirandum eius opus oẽs recognoscãt, summis laudib. attollant, & omni deuotione, ac cultu veneretur, q̃ & ipsemet faciebat Euthymius dicit, Simeonem benedixisse Deum incarnatum; accommodatius aũt est, benedixisse Deum ipsum in se, propterea q̃ carnem induerit filium. Sicque intelligit Irenęus lib. 3. c. 18. Ipse, inquit, erat Christus, quem portans Simeon, benedixit Altissimũ.

Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace.

COMMENTARIA.

LAudat Simeon Dei veritatem, per quam, q̃ promisit, impleuit; & simul gratias agit pro beneficio accepto. sensus est: nunc morior contentus, & lætus, ut promisisti mihi Domine. loquitur in tertia persona de se, seruũ se Dei appellans; mortem aũt verbo dimittendi significat; nunc, inquit, dimittis me ab hoc sęculo in pace quietum, desiderio meo completo, secundum verbum tuum, id est, ut mihi promisisti, nempe me non visurum mortem, nec dimittendum ab hoc sęculo, nisi viso Christo, vidi q̃ optabam, impleisti, q̃ promisisti, lætus, & contentus dimittor. simile illud est q̃ Genes. 46. dixit Iacob, viso Ioseph, quem à multo tempore mortuũ existimabat; Lętus, inquit, moriar, quia vidi faciem tuã, & superstitem te relinquo. Et Tob. 3. Nunc, inquit, Domine secdm uoluntatem tuam fac mecũ, & p̃cipue in pace recipe spiritum meũ. Est aũt vnum, q̃ Simeoni peculiare in hac pace fuit, nempe q̃ Christũ presentem uidit, qui reconciliare venerat Deum cum hominib. pp q̃ 2. Eph. dr pax nostra. In pace ergo dimitti se profitetur, qa in Pacificatoris, & pacis ipsius aduẽtu recedebat; hoc .n. insinuare voluit in hoc verbo, consentitque verbo Angelorum; In Terra pax hominibus.

Gen. 46.

Tobiæ 3.

ANNOTATIO XLVII.

Dimissionis nomine mortẽ intelligit

QVædam adnotanda occurrunt. Primo quidem Ambrosius hic, & libro de bono Mortis c. 2. legit: Dimitte, & verbum optantis esse affirmat, quasi Simeon optet iam à corpore solui viso Christo. Athanasius ẽt, si Interpres fidelis est, legit (dimitte) lib. de cõi Patris, & Filij, & Spiritus sancti essentia. Græca exemplaria nunc habent, dimittis, p̃sentis indicantis, & sic Euthymius legit, & interpretatur. Secundo annotandum est, conuenire Doctores, hanc dimissionem esse solutionẽ à corpore per mortem temporalem, q̃ sibi iam imminere ex Oraculo accepto nouerat: inquit enim Cyprianus lib. de mortalitate: Sic Simeon ille iustus, qui vere iustus fuit, qui fide plena Dei præcepta seruauit, cum ei diuinitus responsum fuisset, q̃ ante non moreretur, q̃ Christum vidisset, & Christus Infans in templum cũ Matre uenisset; agnouit in spiritu natũ esse iam Christum, de quo fuerat sibi ante prædictum; quo uiso sciuit se cito moriturum, lætus itaque de morte iam proxima, & de vicina accersitione securus, accepit in manus Puerum, & benedicens Deum exclamauit, & dixit: Nũc dimittis seruum tuum Domine scdm uerbum tuũ in pace. Hęc Cyprian. Verbi aũt dimittendi significationem optime explicat Ambrosius lib. de bono mortis c. 2. Quasi necessitate quadam, inquit, tenebatur in hac uita, non uoluntate; ita dimitti poscit, quasi à uinculis quibusdam ad libertatẽ festinaret: Sunt enim uelut uincula quędam huius corporis, & q̃ est grauius, uincula tentationum, quæ nos alligant, & ad iniuriam captiuitatis adstringunt, quadam lege peccati. Deniq; in exitu ipso uidemus, quemadmodum anima decedentis paulatim se soluat uinculis carnis, & ore missa euolet, tanquam carcereo corporis huius exuta gurgustio. Hæc Ambrosius. Tertio annotandum est, pacẽ hanc non eodem modo ab omnibus intelligi. Euthymius quidem multipliciter interpretatur. Primo in pace cogitationum: antequam enim impletum esset oraculum, uariæ cogitationes men-

tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem Simeonis agebant. eo autem impleto, tranquillatus est eius animus; quasi diceret: Nunc quæ me turbabant de diuina incarnatione cogitationes pacificatæ. Secundo sunt in pace intrepidatis timebat. n. mori propter protundam senectutem: at viso iam Christo, securus erat, se nõ moriturum Christo non viso. Tertio, in pace gaudij; quasi diceret, deinceps non contristabor propter libertatem Israelis, quia vidi iam liberatorẽ. Hæc Euthymius. Quarto Cyprianus lib. de mortalitate, pacem interpretatur securitatem, quæ est à mundi huius periculis; non. n. est iusto securitas, dum in hoc versatur sæculo. Verba ipsius sunt. Probans atque contestans, tunc esse seruis Dei pacem, tunc liberã, tunc tranquillam quietem, quando de istis turbinib. mundi extracti, sedis, & securitatis æternæ portum petimus. qñ expuncta hac morte ad immortalitatẽ venimus: illa est. n. nostra pax, illa stabilis, & firma, & perpetua securitas. Cæterum, quid aliud in mundo, q̃ pugna aduersus diabolum quotidie geritur? q̃ aduersus iacula eius, & tela conflictationib. assiduis dimicatur? Hæc & alia Cyprianus. Quinto Origenes hom. 15. intelligit pacem cum Deo; in qua iustus moritur. Mihi huic loco accommodata interpretatio ea vi, vt pixit desiderij completum, qñ homo moritur, nihil habens, propter quod hoc in sæculo desideret permanere: priusquam aũt Simeon videret Christum, viuere desiderabat; & inter mortem & desiderium pugna erat ei viso eo, propter quẽ vitæ erat desiderium, nec habens iam, quod eum detineret, dicit se in pace dimitti. hoc. n. erat ei promissum, vt diximus de Iacob. & Tobia in Commentario, atque et Genes. 15. dicitur de Abraham, qui filios habere desiderabat: tu autem, inquit, ibis ad patres tuos in pace, nẽpe impleto desiderio, nec in hoc sæculo iam habens, quod desideres, q̃uis, vt in commentario exposui, cũ hoc aliud altius Simeon insinuabat, nempe Christum pacem Dei cum hominibus efficere venisse, cuius pacis tempore ipse dimittebatur ab hoc sæculo. Quod et partim docuit Irenæ. lib. 3. c. 18. dicens, Simeonem confessum Christum pacẽ eorum, qui in dormitione sunt. Quarto adnotandum est, Theophylactum, & Euthymium referre illud (Domine) ad Christum, quasi Simeõ ad Christũ loquatur. Quidam alij ad Patrem. at melius Athanasius lib. de cõi. Patris, & Filij, & Spiritus sancti essentia, ad Spiritum sanctum refert, à quo hæc ũ sẽ ceperat, id quod indicet illud verbum (secundum uerbum tuum) unde hoc loco probat Athanasius Spiritus sancti diuinitatem. item: verba eius sunt: Cum in templum, & gestaret eum in vlnis Simeon, responsum est ab illo. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verba tua in pace. Igitur Spiritus Dominus, & herus est: Hæc Athanasius. Re ipsa ad Deum ipsum, qui Pater, & Filius, & Spiritus sanctus est, oratio dirigitur, cum sit cõsubstantialis Trinitas: tamen Spiritus sancti persona exprimitur, à quo acceperat responsum, non uisurum se prius mortem, nisi uideret Christum Domini.

Simeon multiplici pace donatus.

Verbum illud (Domine) ad spiritum sanctum referri est.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

COMMENTARIA.

CAusam reddit præcedentis sententiæ, cur se dimitti in pace secundum uerbum dicat, quia viderunt, inquit, oculi mei Christũ, quem salutare appellat, id est, salutis Auctorem. tuũ aũt: quia de Spiritu sancto, cũ quo Simeon loquebatur, conceptum; & in quo Deus salutem hominũ operari dignatus est; nemo. n. salutem hanc efficere potuit, nisi Deus, hoc nomine appellatus est sæpe in ueteri testamento Christus. Gen. 49. Salutare tuũ expectabo Domine. Psal. 118. Defecit in salutare tuum anima mea. Psa. 84. Salutare tuũ da nobis. Multa sunt huiusmodi testimonia. Est aũt Pleonasmos, uiderunt oculi mei, quæ tñ habet emphasim, sicut dicimus, hisce oculis vidi; est vt antithesis quædam, oculi mei, salutare

meũ, exprimens singulare quoddam beneficium, ut oculi senis hominis obtinuerint uidere salutare Dei, & Deum ipsum in carne.

ANNOTATIO XLVIII.

EVthymius Salutare interpretatur incarnationem Dei, quæ in salutem hominũ facta est. Basilius vero in hom. supra Psal. 61. in illud (qm̃ ab ipso salutare meum) Christum in hoc loco intelligit, qui ab effectu salutis hominũ dicitur Salutare, eodem modo interpretatur Athanasius lib. de cõi essentia Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Attende aũt dici saluare Dei, & salutare hominum. Nam in Psalmis aliquando dicit Dauid: Salutare meum, aliquando salutare tuum, cum Deo loquens, & utrumque uerum est: diuersa tñ ratione. Salutare quidem hominum, quia eorum salutem operatus est, salutare Dei; quia Dei patris filius est, & quia ut homo Spiritus sancti opera, & uirtute conceptus est, & quia salutem hanc nemo alius præter Deum efficere potuit. Quidam recentiores uertunt (salutem tuã) dicitur. n. Christus salus; quia salutis causa; aptius tñ dicitur Salutare. Græce σωτήριον recte aũt notat Theophylactus in Simeone uideri impletum illud, quod Psal. 99. dictum est, longitudine dierum implebo illum, & ostendam illi saluare meum.

Saluatoris nomine Christum intelligere.

Psal. 99.

Quod parasti ante faciem omnium populorum.

COMMENTARIA.

NOn solum Saluatorẽ præsentem agnouit Simeon, sed et in salutem omnium uenisse intellexit, tam Iudæorum, q̃ Gentium, inquit. n. quod salutare ò Domine tu parasti ante faciem oĩum populorum, vt oĕs ab eo salutem conseq̃ valerent. Verba sunt attendenda; parasti, inquit, salutare, quia filium tuum carne induisti, & hominem fecisti, hoc est Saluatorem, seu salutare parare. ante faciem, inquit, populorum, q̃ significat non solũ manifestationem, vt oĕs Saluatorem agnoscere valeant, sed et liberatem eorum; vt si velint, salutem paratam adipisci queãt. iuxta illud Eccles. 15. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, q̃ placuerit ei, dabitur. Illud aũt (omnium) tam Iudæos, q̃ Gentes cõplectitur, pro quib. saluandis venit Christus.

ANNOTATIO XLIX.

PRocopius Isa. 25. illud (parasti) ad æternam Dei prædestinatione refert. disposuit. n. Deus ab æterno in salutem omnium mittere filium hominem factum. Quidam recentiores accõmodatius effectum ipsum temporalem interpretantur, nempe, quia in tempore misit Deus filium suum incarnatum pro nobis omnib. illud aũt (parasti) significat opus Dei in salutari hoc conficiendo: filium. n. carne induit, sicque factus est Saluator, & Redemptor; non. n. salutem effecit, nisi homo factus. Admiranda est prophetia Simeonis, cui reuelatũ est mysterium vocationis Gentiũ ad Euangelium, & salutis futuræ eois omnibus per Christum, q̃ Apostolis etiam post Domini resurrectionem, & Spiritus sancti aduentum, non plene statim patefactum est, vt constat actor. 10. de Petro misso ad Cornelium gentilẽ baptizandum, quando vas illud immundis animalib. plenum vidit, & visu Cornelio, mysterium hoc intellexit dicens: in veritate comperio, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, quæ timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.

Parasti ante faciem omnium populorum. (parasti) *significet.*

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

COMMENTARIA.

QVod saluare appellauit, appositione quadam, lumen, & gloriam vocat: lumen quidem ad Gentium illustrationem, q̃ nimirũ gentib. illucescat, easque illuminet errorum, & idololatriæ tenebris depulsis, & veri Dei fide susceptæ; gloriam uero Israel, quia per Christũ populus Iudæorũ glorificatus est; in magnam. n. populi illius cessit gloriam, & honorificentiam, quod Christus Mundi Saluator de illo carnem susceperit. Ioan. 4. Salus ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæis est. prædicta fuere hæc duo per Prophetas. primum quidē psal. 97. Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iusticiam suam. Isa. 42. Dedi te in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum: & educeres de cōclusione vinctum: de domo carceris, sedentes in tenebris. Secūdum uero Isa. 44. egredietur Dominus de Iacob, & Israel glorificabitur. 62. uidebunt cuncti Reges Inclytū tuum. 70. gloriam tuam. illa aūt apostrophe (plebis tuæ Israel) habet quandam energiam, quasi exhortantis Israel ad gloriandū, in Christo præsenti, & excitantis affectum Iudæorum ad eum amplectendū, ac suscipiendum, qui tantam illis gloriam adferebat. Perpende quatuor eximia Epitheta, quę Simeon confitetur de Christo, & quib. eum plurimum commendat, nēpe quia pax est Dei cum hominibus, quia Saluator est omnium populorum, quia lumen gentium, quia gloria, & honorificentia populi Iudaici. quibus Epithetis Christum indicat Mediatorem, Redemptorem, Doctorem, & Deum, qui carne sumpta de populo Israel, in eximiam euexit eum dignitatem, & gloriā.

Simeon eximia ſdā de Christo prædicat

ANNOTATIO L.

Quare Christus gentium lumen, & Hebraorum gloria dicatur.

QVidam connectunt sententiā hanc cum verbo (parasti) Quidā cum verbo illo (salutare tuum) quasi appositiue dictum. vtrumque probabile, hoc uero probabilius videtur. Præterea illud (gloriam) quidam coniungunt cū illo (lumen) vt sit sensus, lumen ꝙ est ad reuelationem gentium, & ad gloriā plebis Israel: vt. n. lumen illustrationē, & decorem adsert; sic Christus gentes illustrauit, & Iudæis gloriam attulit. Quidam alij accōmodatius vtrumque per appositionem dictum interpretantur, nempe viderunt oculi mei salutare tuum, ꝙ gentibus est lumen, Iudęis aūt est gloria, & honor. Aduertendum est aūt Christum lumen attulisse Gentib. & Iudæis; omnes n. lumen aduentus, & Euangelium receperunt, & illuminati sunt: ideo Christus dī lux mundi Ioan. 8. Ego sum lux mundi; & Ioan. 3. Lux uēnit in mundum. de Iudæis et dictum est Isa. 60. Surge illuminare Hierusalē, quia uero gentes ante Christi aduentū erant sine fide, et ritibus, & ignoratione Dei obscuratæ; Iudæi aūt Dei ueri agnitionem, & uenturi Christi fidē habebant, ideirco Gentes illuminatæ dicuntur. Sicut è contra Christus gloriā attulit gentibus, & honorem: tū quia hoc peculiari beneficio Iudæos prosecutus est, ꝙ carnem de eorum genere sumpsit, dī gloria eorum esse. Titus Bostrenus huic adiungit alteram causam, nempe quia multos ex genere Israel in cœlestem gloriam euexit. Hoc tū non videtur accommodate dici: nam commune est cum gentibus, imò plures ex his ad se traxit, & saluauit; reliquiæ n. Israel saluæ factæ sunt, vt dicitur Rom. 11. Simeon aūt, quod Iudæis particulare fuit, significare voluit, hoc autē est, quod de eorum Patribus est Christus secundum carnem, vt dicit Rom. 9. de hac illuminatione plura diximus supra in explicatione illorum verborum (illuminare his, qui in tenebris, &c.) illud autem (ad reuelationem) idem significat, quasi dictum esset, lumen, quod patefaciendum erat gentibus, eisque illucescere debebat, vt à tenebris eriperentur.

Et erat pater eius, & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo.

COMMENTARIA.

ADmirabantur B. Virgo, & Sanctus Ioseph de his, quæ Simeon significabat, non quod ignorauerint ea, sed quod illa eximia essent, & captum, humanamque uirtutem excederent; hæc enim admirari solemus, etiam postquam nobis reuelata sunt.

ANNO-

ANNOTATIO. LI.

Diuersi diuersimode legūt hāc ſuiam.

DVo sunt hoc loco adnotanda. Vnū est, in Græcis exemplaribus loco (Pater) legi (Ioseph) & sic habetur apud Euthymium: tū Latina legunt (pater.) Sicque legit Hieronymus aduersus Heluidium. Sicque habet vulgatus nostet Interpres cum Latinis expositoribus. Alterum est, in hoc eodem uerbo (pater) errasse multos hæreticos, existimantes Ioseph fuisse uerum patrem Christi per carnem, non animaduertentes. ꝙ supra nunciauit Angelus, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi obumbrabit tibi. & ꝙ Matth. 2. dixit iterum ipsi Iosepho. ꝙ in ea natum est, de Spiritu sancto est. In hanc hęresim inciderunt Hębionęi, ut refert Irenæ. lib. 3. c. 24. Cherintiani. ut dicit Epiphanius hære. 28. & Fotiniani, ut meminit Beda. qui oēs testimonijs allegatis, multisque alijs facile conuincuntur, superiusque multa diximus p. uirginitate Matris, quæ repetere superfluū est. non ergo Ioseph uere pater fuit, nec de eo genitus est Christus, sed ex sola B. Virgine, iuxta illud Matth. 1. Iacob genuit Ioseph, uirum Mariæ, de qua natus est Christus: non. n. dictum est (de quibus.) quo aūt modo Ioseph pater Christi uocatus sit, uarie Doctores explicant. Primo quidem Origenes hom. 16. Lucæ dictum patrem esse censet, q. nutritius erat. Secundo loco Hieronymus aduersus Heluidium, dicit Patrem appellatum opinione, & fama, quia reputabatur pater à multis, qui tunc ignorabant mysterium conceptionis eius. q̄ sententiam Beda probat, pro qua facit illud, ꝙ Luc. 3. dictum est. Ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Ioseph. Tertio loco Augustin. lib. 2. de consen. Euang. cap. 2. modum quendam addhibet alium, quē et probat Beda, nimirum dici patrem, quia uerus coniux erat B. Virginis, quæ Christi mater erat. si enim adoptione efficitur quispiam filius alterius, licet nō genuerit; multō magis matrimonio ipso, ꝙ cum Matre contrahitur erat autem matrimonium uerum inter B. Virginem, & Sanctum Ioseph, licet copula nō intercesserit, idcirco Pater Christi dī, qui erat filius B. Virginis. præsertim ꝙ propter ipsum Christum B. Virgo sponsata fuit Ioseph. Videtur Epiphanius hanc suiam amplexus. nam hę ref. 51. dicit Ioseph non patrem uerum, sed loco patris fuisse, eo ꝙ Deo sic uisum fuit. Hæc sunt, quæ Doctores sentiunt, nec est ꝙ una sententia alteri ꝓferatur, sed potius oēs coniungamus, & dicamus, Ioseph dictum patrem, tū quia nutritius erat, tum quia cōi opinione pater reputabatur, tum quia uir, & maritus erat Beatæ Virginis Matris Christi.

Ioseph quomodo Christi pater dictus sit.

Tertium ꝙ adnotandum se offert, est in uerbo (mirantes) est. n. duplex admiratio, una de reb. ipsis, altera de persona loquentis, aut facientis. aliquando. n. miramur ea, quæ dicuntur, seu fiūt, quia magna, insolitaque sunt: aliquando miramur personam, quia talia fecit, seu nouit, sicut Ioan. 4. Discipuli mirati sunt, ꝙ Christus cum muliere loqueretur, non ꝙ res ipsa in se sit mirabilis, sed respectu personæ, quia insolitus erat Christus sic loqui; sic ét Io. 7. Iudæi mirabantur dicentes: qūo literas hic scit, cum non didicerit? in præsenti nō hanc admirationem posteriorem, sed priorem fuisse conueniunt Doctores. licet non desint, qui de posteriori interpretentur: tū cōmunis expositio est de priori, idque uerba euangelica indicāt: dicuntur. n. mirantes super ijs, quæ dicebantur de illo, nempe Christo. non aūt super his, quæ dicebantur ab illo, puta Simeone, aut super personam, uel super fidem, & notitiam illius, qui ea pronunciauit. Altera difficultas est, q̄ ea sint ea, quæ admirata est B. Virgo cum Ioseph? Origenes enim hom. 16. refert admirationem, non ad ea tū, quæ Simeon pronunciauit, sed ad ea ét, quæ ante à pastoribus audierat. Euthymius uero de ijs solis, quæ Simeon dixerat, hanc admirationem interpretatur, cuius ratio uidetur accommodatior: ratio aūt ea est, quia uerbum (super his, quę dicebantur de illo) proxima respicit, non autem ea, quæ remota sunt, & quæ multis ante diebus gesta fuisse narrata sunt. Tertia difficultas est, cum admiratio sit eorum, quæ noua, seu inopinata sunt, & eorum, quorum ratio latet, ut dicis

Miramur ꝙdoq; de reb. quib. doq; de personis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ illa fuerint de gb. Dei para ad mirata fuit.

dicit Auguſt. Epiſt. 101. ad Euodium; & ex ignoratione quadã procedit; quæ igitur ſunt hæc, quæ dixit Simeon, & B. Virgo cum ſponſo admirata eſt, quaſi prius ignorata? Aduerte Simeonem hæc de Chriſto pronunciaſſe, nẽpe Saluatorem eſſe, verumque Meſſiam promiſſum; eum ẽt Gentes per Euangeliũ ſuum illuminaturum: Iſraeli aũt gloriã, & ſplendorem allaturum. Hæc omnia B. Virgo non ignorabat: nam Chriſtum Meſſiam promiſſum eſſe ipſa in ſuo cantico confeſſa eſt: Suſcepit inquit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ, ſicut locutus eſt ad patres noſtros. eum aũt Saluatorem eſſe, ab Angelo, priuſquam ille conciperetur, didicerat: dictum. n. ei eſt, & uocabis nomen eius Ieſum, cuius etymologiam idem Angelus interpretatus eſt ipſi Ioſeph: ſaluũ, inquit, faciet populum ſuum à peccatis eorum. Hinc manifeſtum erat, eum gloriam populi futurum, vtpote Meſſiam ipſum, qui regnaturus erat in domo Iacob in æternum, & filium Dei, qui carnem de illo populo ſuſceperat. Quod aũt Chriſtus Gentes illuminaturus eſſet per Euangelium, & eis ſalutem daturus, quis id ignorauerit Petrus etiã poſt aduentum Spiritus ſancti, & act. 10. dictum ſit, multos fideles ex Iudæis conuerſos, obſtupiſſe, q̃ gratia Spiritus ſancti ẽt in Nationes effuſa eſſet: tamen vix perſuadere mihi poſſum, B. Virginẽ id ignoraſſe, cum in promiſſione Abrahæ, q̃ ipſa, cum à B. Eliſabeth ſalutaretur, retulerat, ſit expreſſum. In ſemine, inquit, tuo benedicentur omnes Gentes. Quis aũt negabit hanc promiſſionem, B. Virginem Spiritu ſancto illuſtratam, non intellexiſſe perfectè? quãdo dixit, Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus ad Patres noſtros, Abraham, & ſemini eius. Præterea ex Magorum gentilium aduentu, & adoratione, ac illæ apparitione id potuit intelligere etiam Virgo ſapientiſſima, & omnium obſeruantiſſima. nihil ergo eorum, quæ Simeon decantauit, ignorabat ſi. Virgo, vt exiſtimat Euthym. præter illud, quod ille manifeſtauit, ſ. le promiſſionem à Deo accepiſſe de videndo Chriſto ante obitum ſuum; hoc. n. tunc nouit, quando Simeon pronunciauit, ſed id nõ fuit admirationis huius cã. Cum ergo hæc non ſint ignorata, ſaltem à B. Virgine, quid eſt, quod iſt admirata fuiſſe? Reſpondeo non ſemper admirationẽ eſſe eorum, quæ ignorantur, ſed eorum ẽt, quæ captum & uirtutem noſtram ſuperant, ẽt ſi nobis iam notificata ſint. Sancti. n. uiri ſæpius admirantur myſteria diuina, immenſitatem bonitatis Dei, multaque alia huiuſmodi, ẽt ſi iam ante ſint ab eis fide percepta: nam admiratio ex fide ſæpe procedit, vt non aliud ſit admirari, q̃ magnificare. hoc modo B. Virginem admiratam eſſe exiſtimo ea omnia myſteria, quæ Simeon pronũciauit, non quod ignota ei fuerint, ſed q̃ humanam mentem, & uirtutem, vtpote opera ſolius Dei, excederent; ideoque magnificabat ea B. Virgo cum Ioſeph. Sicque interpretatur hanc admirationem Chryſoſt. in hom. de occurſu Chriſti, quæ habet in homiliario dominica octau. Natiuit. Domini, & eſt legitima explicatio. Nec propterea negare intendo, B. Virginem temporis ſucceſſu multa alia nouiſſe myſteria, quæ ante neſciebat; eius. n. fides augebatur, nõ quidem ex parte roboris, & firmitatis in credendo, ſed ex parte eorum, quæ per fidem innoteſcunt, vt paulo inferius dicemus.

Et benedixit illis Simeon.

COMMENTARIA.

RElatiuum illud (illis) ad parentes refertur, de quibus paulo ſuperius dixerat Euangeliſta (& cũ inducerent parentes eius, &c.) his benedixit, non quod melior, aut ſanctior, ſed quia Sacerdos, cuius erat benedicere. Num. 6. & felicia populo à Deo precari. quomodo Heli Sacerdos benedixit Annę, quando Samuelem filium ſuum in templo obtulit.

Simeon quia ſacerdos erat Dei para, & Ioſephi, benedixit.

ANNOTATO LII.

QVi Simeonem negant Sacerdotem, hanc benedictionem non ſolemnem, nec quæ ex auctoritate ſit, interpretantur: ſed communem, qua ex voto

voto bona alteri precari, aut eos beatos ac felices prædicare ſolemus; his enim modis duobus benedicere contingit; uerius tamen eſt de benedictione ſolemni Euãgeliſtam loqui; cũ enim narraret à parentibus Chriſtum eſſe præſentatum in Templo nec vllius alterius ſacerdotis mentionem faceret, cum uerisimile ſit, & ex Scriptura deducatur, Sacerdotibus pueros præſentari, infertur Simeonem ipſum fuiſſe ſacerdotem, eumque recepiſſe, & acceptaſſe præſentatum Infantem, conſequenterq; parentibus impertiſſe benedictionem. Attende autem benedictionem non ad ſolos ſacerdotes pertinere, ſed ad maiores ẽt non ſacerdotes: nã Ioſue c. 8. & 22. ipſe benedixit populo. ſimiliter & Dauid 2. Reg. 6. & Salom. 3. Reg. 8. qui omnes ſacerdotes non erant. de qua benedictione dicitur Hebr. 7. ſine vlla contradictione, quod minus eſt à maiore benedicitur; Simeon autem nunc dignitate ſacerdotali præminebat, ideo benedixit eis.

Et dixit ad Mariam matrem eius.

COMMENTARIA.

AD Matrem cõuertit prophetiæ ſermonem, tum quia ſola ipſa, non Ioſeph Chriſtum genuerat; tum quia quo tempore implenda erant, quæ prædicebat, ipſa ſola futura erat ſuperſtes, ut enim diximus in commentarijs ſuper Ioannem c. 2. multo ante Chriſti paſſionem Ioſeph è viuis deceſſit: quamuis Cyprianus, & Ambroſius contrarium ſcripſerint: illud tamen uerius eſt.

Ecce hic poſitus eſt in ruinam.

COMMENTARIA.

Iudæorũ ruina diuerſis in Scriptura notatur nominibus.

PRædicit multa; quorum primũ eſt. Chriſtum poſitum eſſe in ruinam multorum in Iſrael: multi enim Iudæi, qui uenturum Chriſtũ credebant, eaque fide iuſtificabantur, ob idque quaſi ſtare dicti ſunt Rom. 11. Tu autem fide ſtas, poſtea in aduenientẽ nõ credidiſtũ, idcoque à fide ceciderũt, quia eam amiſerunt, & in infidelitatẽ lapſi ſunt, vt enim inquit Paulus ad Rom. 9. offenderunt in lapidem offenſionis. Hęc eſt ruina, quam nunc prænunciat Simeon, & quam Paulus Rom. 11. appellat cæcitatem. Cęcitas, inquit, ex parte contingit in Iſrael; appellat etiam ibidem caſum, quia à fide, quam habebant, in infidelitatem prolapſi ſunt. vide, inquit, in eos, qui ceciderunt, ſeueritatem Dei. Vocat etiam fractionem, quia à populo Dei, et corpore Eccleſiæ abſciſſi ſunt: pp incredulitatem, inquit, fracti ſunt; & Dominus ipſe Matth. 21. qui ceciderit, inquit, ſuper lapidem iſtum confringetur. & 1. Cor. 1. appellat ſcãdalũ. prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, quia in eum offenderunt, ſeu impegerunt, & ceciderunt à fide. ſcandalum dicit Chriſtum, quia ſcandali, & caſus, in eo occaſionem acceperunt Iudęi. Verba propheticæ perpende. Ecce, inquit, non ſolum attentionem ad myſteriorum magnitudinẽ capiẽdam, excitat, ſed proxima, & imminentia eſſe, quę prædicit, ſignificat. Præterea utitur pronomine demõſtratiuo (Hic) Chriſtũ, quem in vlnis geſtabat, indicans, nec ullo nomine determinat: ſic enim plura ſignificata, quam ſi diceret, hic Infans, hic Deus, hic homo; omnia enim hæc concludit, dum abſolute (Hic) dicit, inſinuat autem eo pronomine myſterium. nempe quia uiſibilis, & demonſtrabilis oculis ſimus Dei factus eſt, ut dici poſſet, & demonſtrari digito: nam inde Iudęi occaſionem incredulitatis accepe runt. Præterea dicitur poſitus, tum vt nõ caſui detur, quod in ruinam, tum & reſurrectionem multorum ſit, cum conſilio diuino factum ſit, ut etiam ſi multorum ruina præuiſa ſit; Chriſtus tamen uenerit; tum etiam dicitur poſitus, quaſi firmus, & ſtabilis, velut lapis ingẽs, in quẽ offenderint, & ceciderint multi, nõ tamen propterea ille mouetur: ſic

Singula uerba Simeonis optime perpenduntur.

Chriſtus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus Ecclesiæ caput stat in eternum, licet in eum offederint plurimi. 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positū est, quod est Christus Iesus. Nec solum stat, sed Saluator perseuerat, & est, & si multi pereant, ut explicat Chrysost. hom. 5. in 2. Cor. similia verba Pauli interpretans: bonus, inquit, odor Christi sumus his qui pereunt, et ijs, qui salui fiūt. Nota tam his, quam illis bonū odorem Apostolos esse. sic Christus saluator permanet, immo inde ruinæ causam maximam contraxerunt, quod salutem minime receperunt. Vnde verum illud est, quod ante dixerat. Quod parasti ante faciē omnium populorum. Demum dicitur positus in ruinā, non quod in hunc finem Christus aduenerit, ut in eū offenderent, & caderent multi, sed quod multi culpa eorum, & vitio in eum non credentes voluntarie ceciderint, & fidē amiserint: hac. n. phrasi vtitur aliquando Scriptura Sap. 4. Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulā pedibus insipientium. Hac ergo sentētia multorum Iudeorum incredulitatem in Christum Simeon prædicit. In Annotatione sequenti hæc explicatiora inuenies.

ANNOTATIO LIII.

Patres diuersimode rui nā hanc interpretantur.

MVltipliciter hanc ruinam Doctores interpretantur. Primo quidem Orig. hom. 17. in Lucam in bonam interpretatur partem, nempe, ut sit ruina, & casus peccati, ijque ruere dicantur, quia à peccatis liberantur. Christus ergo in ruinam multorū positus dicitur, quia multi per eum peccatorum remissionem obtinuerunt; sicut Paulus ad Rom. 6. mortuos peccato appellat, qui à peccatis erepti peccare desinunt. Hanc interpretationē amplexus est Titus Bostrenus in hoc loco, immo etiam Hieronymus Ezech. 32. in illud verbum (Gladius Babylonis veniet tibi) gladium. n. interpretatur sermonem Dei, & ruinam hanc dicit eam esse, qua multos male erectos humilitate commutat, nempe quia ex superbis humiles facit. Secundo loco Ambrosius in præsenti ruinam intelligit damnationem eternam, & Christū positum esse in ruinā, non aliud esse, quam cōstitutum esse Iudicem, qui peccantibus inferet damnationem. Tertio loco Gregorius Nyssenus in catena citatus, hanc ruinam eam esse dicit, quam Iudæi increduli à Romanis passi sunt, quando ipsi in mortem, & in captiuitatem, eorum Ciuitate deuastata, traditi sūt iudicio diuino, de qua dicitur à Domino Luc. 19. non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod nō cognouerit tempus visitationis tuæ: & Luc. 23. Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? & per Isaiam c. 66. prædictum est, omnes cæde corruetis: numerabo vos in gladio, quia locutus sum, & non audistis. Quarto loco Augu. lib. qq. ex utroq; testamento, siue quisquis sit illius libri Auctor, q. 105. Ruinam hanc interpretatur spirituale, quia multi ex Iudæis fidem amiserūt, quam ante habebant, dum non crediderunt uenienti Christo. quæ expositio etiam est Euthymij, & Bedæ. Hæc sunt quæ Doctores sentiunt. Quid autem ad primā sententiam spectat, impropriè valde verborum significationem interpretatur, nec in Scriptura vnquam ruina hominum dicitur, peccatorum remissio, & expulsio; potius enim ruina est peccatorum, quam hominum. quod si aliquando dicitur homo cadere, quando peccatum expellit, id fit in peccatis quibusdam, p quæ homo se exaltabat, dicturque cadere non à peccato, sed ab illa altitudine, in quam per peccatum se extollebat: sic superbus dicitur cadere a superbia, sicque Hieronymus locutus est. at in alijs peccatis non ita fit. Quantum autem ad secundam sententiam uerum quidem est Christum Iudicem esse, qui peccantibus damnationem infert: tamen hoc non solum cum Iudæis, sed etiam cum gentibus effecit: at hoc in loco particularis quædam ruina Iudeorum asseritur: positus, inquit, est in ruinam multorum in Israel. Adde non esse sermo-

Regiam rui nam nulla ius peruersa expositionis.

sermone de iudicandi potestate, quam Christus non exercuit in primo suo aduentu, dum extitit apud nos, sed de eo, quod ipse præsente factum est; multi. n. fuerunt, multi surrexerunt. Quantum vero ad tertiam spectat interpretationē, verum quidem est, Iudæorum multos in eam incidisse ruinam propter incredulitatem in Christum, & huius meminit Saluator Matth. 21. illis uerbis, super quem ceciderit lapis, comminuet eum. & Petrus 1. Epist. cap. 2. testimonio Isaiæ 8. vtens, appellat Christum petram scandali, quia cecidit super eos, acerbissime illos puniens, & uelut comminuens per Romanos. Vnde fuit uere illis in ruinam: tamen non huius meminit Simeon, sed alterius, nempe, quia ceciderunt à fide propter quam ruinam dicitur Christus lapis offensionis 1. Pet. 2. Longe enim aliud est lapis offensionis & Petra scandali; Lapis enim offensionis est, in quem offendit homo, & ea dit; petra uero scandali est lapis ingens, cadens super hominem, qui solet comminuere, & conterere. Fuit quidē Christus vtrumque Iudæis. Primum lapis offensionis, quia non crediderunt in eū & a fide aberrarunt, ac ceciderunt. Petra vero scandali, quia propter infidelitatem, & offensionem ceciit super eos puniens eos acerbissime. & rectè lapis offensionis dicitur; lapis enim etiā parum lapidem significat, quia offenderunt in Christi humilitatem, quæ apparuit in hoc sæculo: at petra ingens lapis est, quia post ascensionem, & exaltationem illos punit. Vere igitur est vtraque ruina: tamen prioris meminit Simeon, nempe ruinæ à fide. quod eo per suaderi potest, quia loquitur de eo, q factum est, dum Christus in hoc erat sæculo. rursus quia opponit ruinam resurrectioni multorum, cumque resurrectio fit spiritualis ad fidem, gratiam, & statum filiorum Dei, ruina uidetur spiritualis etiam. Vnde sententia quarta est omnium accommodatissima. Attende autē, rectè Iudæos dictos fuisse in Christo; erant enim prius fideles, & credebant in uenturum; at cum ipse venit, fides futuri conuertenda erat de præterito, seu præsenti, nempe credere eū, quē futurum sperabāt, venisse: qui ergo hoc non crediderunt, fidem omnem amiserunt: nam credere venturum, qui iā venerat, fides esse non poterat, quia falsa; credere autem uenisse noluerunt: ideo fide priuati sunt, dicūturq; cecidisse ab ea fide, in qua prius stabant; Gētes uero quæ Euangelio non crediderunt, nō dicuntur cecidisse à fide, quia eam non habebant, vtpote Idolis seruientes, & verum Deum ignorantes. Quapropter Paulus 1. Corinth. 1. Christum dixit Scandalum, id est, ruinam, non Gentibus, sed Iudæis: hi enim soli stabant ante per fidē veri Dei, & venturi Christi.

Quo differāt lapis offensionis, & petra scādali.

Et in resurrectionem multorum in Israel.

COMMENTARIA.

HOc est secundū, quod Simeō de Christo prænunciat: positus inquit etiam est in multorum in Israel resurrectionē; sicut enim multi in eo ceciderunt per infidelitatem, ueram fidem emittentes; sic etiā multi in Israel surrexerunt, quia credentes in eum in vera fide statu mutato, perseuerabant, & qui in peccatis fuerant, cæteris in peccatis, & in infidelitate manētibus, mundabantur, & ad statum filiorū Dei ab illo seruitutis statu per Euangelium euehebantur. Ioan. 1. Quot quot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs, q credūt in nomine eius. Non sic autem positus est Christus in resurrectionē, sicut in ruinā; ruinę n. vitiū incredulorū, & Christū nō recipiētiū causa erat, q occasionē ruinę in eo sua eorū culpa acceperunt; at resurrectionis causa Christ' fuit, nō quidē necessaria, quasi quempiā ad credendū cogerer, sed efficax: libero tamen arbitrio credentiū, & per fidē surgentiū manēte. qui ergo voluerunt in eū credere, surrexerunt; qui vero noluerūt, ceciderūt. Hāc vtramque sententiam Christus alijs verbis pronunciauit Ioann. 9. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

videant, & qui uident cæci fiant. Significans simplices, & indoctos in eum credidisse, & vidisse lumine fidei accepto; qui vero se doctos & sapientes existimabant, cæcos factos, & à fide antiqua cecidisse. ille genitiuus (Multorum in Israel) ad vtramque sententia refertur, nempe positus est in ruinã multorum, & in resurrectionem etiam multorum, non quidem eorundem; quidam enim ceciderunt per infidelitatem, quidam uero alij per ueram fidem surrexerunt.

Resurrectionem hanc diuersimode Patres exponunt.

ANNOTATIO LIIII.

QVod ad uerbum spectat, Tertullia. lib. de carne Christi legit, positus est in suscitationem multorum, sensus idem est, ac in resurrectionem. Quod vero ad ipsum sensum pertinet, multipliciter variant Doctores in huius etiã interpretatione sententiæ. Primo quidem Origen. hom. 17. resurrectionem hanc refert ad eosdem, ad quos referebatur ruina; nempe, ut qui ruerunt in Christo, ipsemmet surrexerint, sicq; interpretatur, ruerunt peccato, sed surrexerunt gratiæ, & iustitiæ; Christus. n. in hoc uenit, ut ablatis peccatis iustificeremur. Peccatorum ergo ablatio ruina, iustitiæ uero acceptio, surrectio dicitur, quæ ad eosdem pertinet; nemo. n. surgit iustitiæ, nisi qui peccato cadit, & à peccando desistit. Titus etiam Bostrenus hanc interpretationem sequitur, & Hieronymus Ezech. 32. quem annotatione præcedenti retaximus; Sic enim habet. Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum, iacentes eleuat, & male erectos humilitate cõmutat. Hæc ille. Qui ergo iacebãt p peccatũ, eleuantur p gratiã, & ijdẽ qa male se erigebant, humiliãtur per ueram humilitatem, sicque ruunt, & surgũt; ruunt humilitate, surgunt iustitia. Hęc interpretatio ex eo procedit, quod ruinam in bonam accipit partem, uti diximus in annotatione superiori. cum aũt hoc fundamentum non sit firmum, ut ibi probatum est, consequitur resurrectionẽ ad alios pertinere, ut alij ruere, alij surgere dicantur. Secundo loco qui dam recentiores genitiuum (multorum in Israel) non referunt ad præcedentẽ, sed ad solam resurrectionem, quasi per hoc significatum sit, paucos cecidisse, multos uero surrexisse. Quorum sententia præterquam quod est communi aduersaria, sibi etiam opponitur, nam plures significantur, quando absolute dicitur, erit in ruinam, absoluta. n. sententia generalitatem indicat. pugnat etiam cum ueritate, nam maior fuit numerus incredulorum, quam tunc credentium Christo, quod Paulus etiam significat Rom. 11. reliquias appellãs eos, qui crediderunt respectu multitudinis nõ credentium. Reiecta ergo hac sententia, tertio loco Ambrosius sicut superiorẽ sententiam ad iudicium referebat, ita & hanc, ve sit sensus. Christus erit in ruinam, quia malis pro eorum demeritis inferet damnationem, bonis uero pro meritis præmium conferet, quę sententia generalis est omnibus; quæ uero à Simeone profertur, particularis est Iudæis. Quarto loco, sunt Augustinus, Euthymius, & Beda, quos in superiori annotatione produximus, qui resurrectionem interpretantur spiritualem, in quã Christus fuit credentibus eum. Sicque uidetur sensisse Greg. Nazian. orat. ad Cives Nazianzenos. Christus inquit in ruinam, & resurrectionem multorum positus est: in ruinam nimirum incredulis: in resurrectionem autem ijs, qui fide prædicti sunt. & hæc est legitima expositio. Vnius tamen explicatione indiget, nimirum quare qui Christo crediderunt, resurrexisse dicti sint: si enim omnes in peccato prius essent, facile dici posset, surrexisse, quia à peccato ĩ gratiam reuocati sunt. At quia non omnes erant peccatores: nam & Nathanael iustus erat, quãdo in Christum credidit; alioſque huiusmodi exitisse nõ est dubium, nam de Simeone nostro nemo id negare posset: ideirco explicandum est, cur omnes tam iusti quam peccatores, qui in eum crediderunt, surrexisse dicãtur. In commentario hanc soluimus difficultatem, nimirum, quia credentes in Christum potestatem acceperunt filios Dei fieri, vt Ioan. cap. 1. tradid 1. Erat. n. status legis illius seruorum, & timoris, ut habetur Roma. 8. Euangelium uero ita-

Quare surrexisse dicantur Iudæi, qui crediderunt in Christũ.

tus dilectionis, & filiorum adoptionis Dei, per quod aperiuntur ianuæ Regni cœlestis iustis, quæ illis erant prius clausæ. ideireo eriguntur, & extolluntur in admirabilem, & excellentem dignitatem illi, qui in eum credunt, ut dici possint surrexisse; erant enim omnes prius sub elementis huius mundi seruientes; at cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, clamantẽ Abba pater. Hic videtur legitimus sensus illius Matth. 11. Inter natos mulierũ non surrexit maior Ioanne: qui autem minor est in Regno cęlorum, maior est illo. Ioannes enim sanctitate multos ex celluit ex ijs, qui in Euangelio uiuunt; at Christianus etiam multo sanctitate inferior, maior est illo, quantum ad statum; quia ille ad statum legis, Christianus ad statum Euangelij pertinet: ille seruorum, hic filiorum est. Christus ergo multis in Israel positus fuit in resurrectionem.

Exponitur locus Matth. 11.

Et in signum cui contradicetur.

COMMENTARIA.

HOC est tertiũ, quod Simeon de Christo prænunciat, significans, nouam militiam spiritualẽ, quam inuecturus erat in mũdum, & persecutiones, quas passurus erat propter eam. Signum appellat vexillum, quod ĩ exercitu erigitur, sub quo milites congregantur ad bellandum cõtra hostes. hoc Christus extulit, quando sua prædicatione, & doctrina Iudæos ad Euangelium conuocauit, & quando Apostolos in mundum misit annunciare aduentum suum. Sicut igitur vexillis solent aduersari hostes, qui cõtraria sequuntur signa, & vexilla: ita Christus in hoc mundo, quãdo militiam suam instituit, habuit multos ex Iudęis, qui ei contradixerũt, ipsumque insecuri sunt. Positus ergo hic est in vexillum, cui contradicetur, id est, in vexillum contradictionis, & oppugnationis. Cõtradixerunt enim Iudæi doctrinæ eius, legis transgressorem, & populi seductorem eum esse dicentes. contradixerunt miraculis, Principi Demoniorum ea tribuentes. contradixerunt moribus, voracem, & vini potatorem vocantes. contradixerunt conuersationi, amicum publicanorum, & peccatorum accusantes. contradixerunt personæ, eum esse Samaritanum conuitiantes, & à Deo esse negantes; at nihil effecerunt, nam hic positus, & firmus permansit in vexillum contradictionis, & sagittę paruulorũ factæ sunt plagæ eorum. Habuit etiã contradictores, quando per Apostolos annunciatus est, & uelut vexillum erectus in gentibus. act. 28. Quidam dixerunt Paulo: de secta hac certũ est nobis, quod ubique contradicitur. Hoc vexillum prædixit Isaias cap. 11. Leuabit signum in Nationibus, & cõgregabit profugos Israel, & dispsos Iuda colliget à quatuor ventis Terræ. & paulo ante: in illa die radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Simeon vero de Iudęorum contradictione, quæ in personam Christi facta est, intelligere est uisus, vt verba sequentia indicant. Militiæ autem nomine Euangeliũ Christi significari docet Paulus 2. Corin. 10. Arma militiæ nostræ nõ sunt carnalia. & Dominus ipse Luc 11. cum fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt in ea, quæ possidet; si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & vniuersa spolia eius distribuet. qui ergo contradicebant Domino, partes Aduersarij Diaboli agebant, & sectabantur.

Persona, doctrina uita, & cæteris Christi rebus cõtradictum fuit à Iudæis.

Isa. 11.

ANNOTATIO LV.

QVOD ad verba attiner. Græce habetur (contradicetur) quod in *diuersi*- *Doctores* *modo le-* *gunt sufficit*, ac signum contradictionis, cui *aduersa* aliqs contradicitur. Tertullianus de *uerba*.

Universidad de Deusto
Biblioteca

carne Christi legit de futuro, & non (cui) sed (quod) nempe (signum quod contradicetur) vulgatus legit de futuro sic (cui contradicetur.) Sic etiam Aug. lib. qq. in Num. q. 36. & lib. 2. de cõsen. Euang. cap. 5. & Orig. hom. 17. in Luc. & Ambr. de fide resurre. legũt. in re autem non v detur discrimen, quouis legatur modo. Quamuis ex recentioribus, quidam dictum de præsenti existimet, quia iam cõtradictio ab Herode inchoata erat: tamen ad eam non videtur Simeõ respexisse, sed ad illa, quæ ipso prædicante euentura erant. nec obstat Græce verbum esse præsentis; nam pro futuro ponitur, sicut illud supra: Quod nascetur ex te sanctum, Græce enim præsentis est temporis. Quod autem ad sensum spectat, varia est Doctorum interpretatio.

Patres diuersimode signũ hoc expenũt.

Primo quidem Tertul. libro de carne Christi prope finem, signum hoc interpretatur illud, de quo Isa. 7. dictum est. Dominus ipse dabit vobis signũ. Ecce Virgo concipiet, & pariet: conceptus ergo Virginis, & partus, miraculum, & signum fuit, cui à multis incredulis cõtradictum est, qui Virginitatem, & in conceptione, & in partu negarunt. eandem expositionem sequitur Ambro. de fide resur. Secundo loco quidam incarnationem Christi, nimirum, quod Deus homo factus sit, signum exponunt, cui cõtradictum est: cuius expositionis meminit Euthymius. Tertio loco Crucifixionem, seu Crucem signum hoc affirmant, quia amotis diuini erga humanũ genus argumentum est: cui tamẽ quasi rei probrosæ contradictum est; Christus enim crucifixus, gentibus stultitia, Iudæis scandalum fuit. meminit etiam Euthymius huius expositionis, & eam amplexus est Titus Bostrenus, Amphilochius, & Chrysost. in hom. de occursu Domini, quę habẽtur in hom. Domin. infra octauam Natiuit. de quo signo dictum esse Amphilochius affirmat illud Matth. 12. signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ. Quarto loco Orig. hom. 17. Lucæ omnia hæc, & plura complexus, totam Christi historiam dicit esse signum cõtradictionis. verba eius sunt. omnibus, quę narrat historia de Saluatore, cõtenãtur, Virgo Mater est, signũ est, cui contradicitur; Marcionitæ contradicunt huic signo, & aiunt penitus eum de muliere non esse generatum. Ebionitæ contradicunt signo, dicentes ex viro, & muliere ita natũ esse, vt nos quoque nascimur. Habuit corpus humanum, & hoc signum est, cui contradicitur. Alij enim dicũt eum venisse de cœlis: Alij tale, quale nos, corpus habuisse, vt per similitudinem corporis etiam nostra corpora redimeret à peccatis, & daret nobis spem resurrectionis. Resurrexit à mortuis, & hoc quoque signum est, cui contradicitur; quomodo resurrexit, & verum ipse, & talis, qualis mortuus est, an certe in melioris substantiæ corpus surrexit, & est infinita cõtentio, alijs dicẽtibus, fixuram clauorum Thomæ ostendit in manibus suis, alijs è regione tractantibus, si idem corpus habuit, quomodo clausis ingressus est ostijs, & stetit? Vides igitur, quemadmodum argumentis varijs, etiam, & resurrectioni eius quæstio concitetur, vt sit signum, cui contradicitur; sunt enim & plures Hæretici, qui asserunt eũ à Prophetis penitus non esse prædicatum. & quid me necesse est plura prosequi? omnia, quæ de eo narrat historia, signũ est, cui contradicitur, non quod contradicant hi, qui credunt in eum, nos quippe scimus omnia vera esse, quæ scripta sunt, sed quia apud incredulos vniuersa, quæ scripta sunt de eo, signum sit, cui contradicitur. Hæc Origen. Omnes hæ quatuor antiquorum expositiones veram continent doctrinam: tamen ad sensum præsentis prophetiæ non admodum facere videntur. loquitur enim Simeon de ipso Christo, quem persecuti erant Iudæi vsque ad interfectionem, quam uerbo sequenti significat dicens: tuam ipsius animã pertransibit gladius. persecuti autem sunt eum propter doctrinam eius, quia se Messiam, seu Christum, filiumque Dei prædicabat, quod erat legis complementum, & Euangelici status initium.

Vnde Christum assimilat signo, & vexillo, cui contradictio fit, quodque ab aduersa parte oppugnatur: sic enim Iudæi contra nouam doctrinam salutis prædicatę insurrexerũt, & sagittas, & arma in eũ direxerũt, donec eũ morti traderent,

Quorundã recentiorũ sententia refellitur.

rent, & hic videtur sensus Simeonis. Quidam recentiores quinto loco signũ pro portento interpretantur, Christũque in portentum dicunt esse positum, quia noua, & insolita miracula fecit, quibus nouum aliquid portendebat, iuxta illud Isa. 8. erit in signum, & portentum. Hic tamen locus potius est contra eos. Nam Septuaginta Interpretes distinctis vocabulis interpretati sunt. Is (signum, & portentum) signum autẽ verterunt σημεῖον, portentum autẽ verterunt, τέρατα, id est portenta: at Euangelista nunc vsus est priori σημείου. si autem significare voluisset portentum, non hoc vsus esset, sed illo. σημεῖον, autem vexillum etiam significare certum est. nam Isa. 11. leuabit signum in nationes, quod omnes interpretantur vexillum, & in Hebræo (נס) Septuaginta vertunt σημεῖον, quod sine dubio vexillũ significat. Quidam alij sexto loco signũ pro scopo interpretantur, vt Christus dicatur velut scopus, in quem sagittæ projici solent. iuxta illud Threno. 3. Posuit me quasi signum ad sagittam. & illud Iob 16. Posuit me quasi signũ sibi; sed huic expositioni obstant duo. Vnũ est verbum sequens (cui contradicitur) non enim scopo contradicitur. Alterũ est, quod etiam si Latine dicatur in illis locis (signum) tamen Septuaginta non vsi sunt verbo σημεῖον, quo vsus est Euãgelista, nec hoc vocabulum Græcum significat scopum. Propterea omnium ac commodatissima expositio visa est ea, quam in commentario sum secutus: veritas autem doctrinæ, quæ in omnibus expositionibus est, apparere facit eas omnes probabiles. Nõ ergo signum hoc in loco pro miraculo, nec pro prodigio, seu portento, nec pro scopo, sed pro vexillo accipitur, sumpta metaphora a vexillis, quæ in militia eriguntur, aduersus quæ multi ex aduerso insurgunt oppugnatores.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.

COMMENTARIA.

HOc est quartum, quod Simeõ prædicit, id autẽ ad filij mortem, & B. Virginis cruciatum, dolorem-

que animi spectat. Sensus autẽ est. Hic enim perueniet contradictio facta in hunc Infantem, vt interficiatur gladio, qui tuam penetrabit animã dolore, quo afficieris, cum eũ interfici ferro videbis. Ille ergo gladius, & ferrum, quod filium tuum corporaliter interficiet, tuam animam penetrabit, dum te summo dolore & cruciatu afficiet. Gladius hoc in loco est Crux, quæ corporalem mortẽ Christo intulit. Hæc dicitur animã B. Matris pertransisse, quia doloris intimi de morte filij causa fuit. Solemus. n. dicere, quando quispiã charus noster ense percussus obijt, ensis ille, qui corpus illius trãsfixit, animam meam penetrauit. Prudenter autẽ Simeon non expresse mortem, & interfectionem Christi Matri indicauit, sed tacite insinuauit: gladius inquit tuam animam pertransibit, tacite sub intelligẽdo gladium filij. Illud autem (ipsius) ad B. Virginem refertur, habetq; maiorem expressionem, tuã ipsius animam, ne quis existimaret animam filij dicere, quæ dicitur Matris per summam dilectionem eius, at non hanc sed ipsiusmet Beatæ Virginis significabat.

ANNOTATIO. LVI.

QVod ad verba spectat, Græce habetur particula (autem) quasi dictum esset (& tuam autem animam) hic connectenda est sententia. hic positus est in signum, cui contradicetur; tuam autem animam gladius pertransibit. cõiunctio (&) auget, quasi dicat, etiam cõtradicto ad te modo quodam perueniet, quia animam tuam gladius pertransibit. Nos secuti sumus Vulgatum interpretem, apud quem non est particula (autem.) Quod ad sensum spectat, multiplex est huius sententiæ expositio apud antiquos Patres, quorum sententias proponam, si prius duo, quæ facillime refelluntur, referam, vnum est Hugonis viri pij, & docti: hic illud (ipsius) ad Christum refert, duplici citerque interpretatur hanc sententiã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duo, & falsa tũ reijciuntur.

Primo quidẽ, gladius nimirũ passionis pertrãsibit animam ipsius, nempe Christi, quæ tua est per dilectionem magnã, qua eum prosequeris. Secundo gladius passionis pertranfibit animam tuã, quæ ipsius est Christi, prę dilectione, quã erga te habet. Ad animam ergo Christi refert gladium, & ad animam Beatæ Virginis; quia anima Christi dicitur B. Virginis, & anima B. Virginis dicitur Christi prę dilectione. vtraque expositio nititur falso fundamento, nempe illud (ipsius) ad Christum referri, quod verba Græca facile reijciunt, nam est relatiuum fœminini generis, nec ad Christũ referri potest, sed ad solã B. Virginem. Alterum, quod refellendum est, non ad opinionem, sed ad errorem spectat Qui dam enim erranit in hoc loco deducẽtes ex eo Beatã Dei matrem morte affectam gladio, & subijsse martyrium. ita refert Timotheus presbyter Hierosolymitanus hom. de prophetia Simeonis, quæ habetur apud Sutium; & in homiliario in festo Purificationis. Hãc aũt doctrinam Ecclesia non recipit; non.n. gladio materiali legimus B. Virginem absoluisse vitã, ut recte hoc in loco adnotauit Ambros. & Hieronymus in sermone de assumptione B. Virginis nec ex verbo Simeonis id deducitur. si enim de morte temporali ageret, non diceret, gladius animam tuam, sed corpus pertransibit. August. serm. 35. de sanctis, videtur hoc reliquisse tub dubio, quod tamen hodie communis sensus certum iam tenet. uerba Augustini sunt hæc. Nec inuenitur apud Latinos aliquis tractatorum de eius morte quidquam dixisse aperte. nam illum Euangelij uersiculum, & tuam ipsius animam pertrãsibit gladius, beatæ recordationis Ambrosius cum tractaret, ait. Nec historia, nec litera docet Mariam gladio vitam finisse. Hinc & Ifidorus incertum, inquit, est per hoc dictum, utrum gladiũ spiritus, an gladium significet persecutionis. et quid de his, de quibus loquor, dicam? enim nec ipse, qui hanc accepit ante crucem Domini in sua, id est, Ioannes Euangelista de hoc posteris aliquid retinendum scripsis mandauerit? nullus enim hoc fidelius narare potuit, si illud Deus manifestare voluisset, quam ille, qui hanc nutriẽdam susceperit. restat ergo, ut homo mendaciter non fingat apertum, quod Deus noluit manere occultum. Hæc ille. Eius tamen sententia non est probanda, cum ex *B.* Dionysio traditio habeatur certa de dormitione B. Virginis, quæ non fuit gladio materiali effecta, cuius ipsemet fuit testis alligatusque, & probatur à Damasceno orat. de assumptione illius. His duobus reiectis, ad patrum sententias referendas, & considerandas deueniẽdũ est. Primo igitur loco Origenes homil. 17. gladium hunc intepretatur anxiam ambiguitatem, & hæsitationem, quam tempore passionis habuit de filio suo, quasi dubia in fide, & hæsitans de virtute, & resurrectione ipsius, à qua hæsitatione in filij resurrectione liberata est. putat enim Origenes eam in filij passione scandalum passam fuisse, sicut & discipuli passi fuere. hãc expositionem receperunt Amphilochius in homilia de occursu Domini, quæ habetur in homiliario in Dom. infra oct. Natiu. Diminiẽdem prosecutus est Titus Bostrenus in hoc loco, affirmantque B. Virginẽ de resurrectione filij dubitasse. & Auctor qq. veteris & noui testam. quæst. 73. qui ponderat illud (pertransibit, quia dubitas, & hęsitatio illa non permãsit: nam resurgente filio recessit, & Beata Virgo confirmata est in fide. quæ ponderatio est parui momenti. nã uerbum Græcum idem significat, quod (penetrauit) seu transfixit. Illa expositio nõ est recipienda, vtpote parum consentanea virtuti fidei, & gratiæ amplitudini, quam Ecclesia de Beata Virgine confitetur, quam nullũ peccatum actuale, nec veniale qui dem habuisse definit Concilium Tridẽtinum. hæc autem hæsitatio sine peccato esse non potuit, sicut hęsitatio discipulorũ; immmo grauius in ea esset, quiz *fr.* maiorem quam illi, acceperat gratiã, & fidẽ; in passione ergo filij, eius fides nullam passa tentationem, nec dubitationem, nec cogitationem aduersam, sed sicut in dilectione vehemẽtissima fuit, ita constantissima in fide. Patres uero, qui sententię Origenis fauere aliquo modo videtur, ut Chrys. hom. de occursu Domini, quæ habetur in homiliario, in Dominica infra octauam Natiuitatis Dñi.

Quid Patres nomine gladij intellexerint.

Reijcitur, quia sensum Deiparæ Christo meritò in fide dubitasse.

Basil.

Basil. in epistola ad Optimum, quem citat D. Thom. 3. p. q. 27. ar. 4. ad 2. Damasce. 4. de fide c. 15. interpretantur aliqui cum D. Thom. in eodem loco, quasi dubitationem non infirmitatem fidei, sed rerum uisarum admirationem stuporémque appellauerint, quorum pietatem non possum non laudare. Secundo loco Hilarius in Psal. 118. litera Gimel, gladium hunc interpretatur feueritatem diuini iudicij, quam subitura est B. Virgo in die Iudicij, cuius verba sunt hæc. An cum ex omni otioso uerbo rationem simus præstituri, diem Iudicij concupiscimus, in quo nobis est ille indefessus ignis obeundus, in quo subeũda sunt illa grauia expiandæ à peccatis animę supplicia? B. Marię animam gladius pertransiuit, ut reuelentur multorum cordium cogitationes; si enim in Iudicij feueritatem capax illa Dei Virgo uentura est, quis audebit à Deo iudicari? Hæc illæ. quæ etiam doctrina non est probanda; licet enim B. Virgo sit iudicanda in vltimo, iudicium illud non adferet feueritatem, nec afflictionem ullam illi, quæ non solum nullum peccatum cõtraxit, sed plena omni gratia super omnes creaturas, Mater est ipsius Iudicis, & omnium iudicandorũ Regina, & Domina. Quomodo ergo iudicij gladius, qui dolorem sua significatione indicat, animam illius penetraturus dici potuit? Non igitur sentiendum est cum Hilario in hoc, nec quantum ad expositionem, nec quantum ad doctrinam. Tertio loco Ambrosius in præsenti, & lib. 3. de Virginibus, gladium hunc interpretatur sermonẽ seu Verbum Dei, de quo scriptum dicit Hebræ. 4. viuus est, & efficax sermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad diuisionem animæ, & Spiritus. Hic penetrauit Beatæ Virginis animam per fidem, & dilectionem excellentissimam, quam habuit. Hic tamen sensus magis spiritualis, q̃ literalis est, nec accommodari potest antecedentibus (cui contradicetur) nec sequentibus (vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes) quæ ad Christi passionem pertinent; imò nec ipsamet uerba quadrant; loquitur enim de futuro, quasi de re, quæ nondum erat: at fides B. Virginis iam animam eius pertransierat, & à Spiritu sancto per Elisabeth erat commendata. B. inquit, quæ credidisti. Quarto igitur loco Timotheus presbyter Hierosolymitanus in homil. de prophetia Simeonis, paulo ante citata, gladium hunc interpretatur afflictionem, & dolorem, quæ passa est B. Virgo, quando filium perdidit, de quo dictum est paulo inferius: Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. verba ipsius sunt: tuam ipsius animam pertrãsibit gladius, gladius, inquam doloris, gladius inquisitionis, per quem eum quærebat, qui perierat. & post multa, inquit, afflictionem & dolorem, tamq̃ gladium animæ ancipitem Simeon futurum uidens præsignificauit, dicens: tuam ipsius animam pertransibit gladius, hoc est, paruo tempore dolore afficieris, & afflgeris, & statim à dolore, & afflictione liberaberis. Hæc ille. quãuis autem uerum sit, uehemẽtissime B. Virginem tũc doluisse, ut uere gladius doloris animam eius pertransierit: tamen non hunc prædixit Simeon, quod quidem duo persuadent. Vnum est uerba sequentia (vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes) quæ huic interpretationi accommodari non possunt. Alterum est quia dolor & gladius hic nõ fuit solius Matris, sed communis & cum Ioseph. Ecce, inquit, Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Quinto igitur loco Aug. Epist. 59. ad Paulinũ, qui eum de ea re interrogauerat Epist. 58. præcedenti, gladium dolorem quidem, & cruciatum interpretatur cum præcedenti sententia; illum tamen, quẽ pertulit in filij passione. q̃ expositionem etiam sequitur Euthymius, & Beda in præsenti, & placet multis recentiorib. Et quidem verissima doctrina est, Beatã Virginem summo tunc dolore, & cruciatu affectam fuisse, conuenientib. summa eius dilectione erga filium, & multiplici, ac acerbissima filij passione; & tormento: tamen hic dolor, & cruciatus non uidetur dici gladius; gladius enim potius est id, quod est causa doloris & cruciatus. Ideo sexto loco est expositio, quam in commentario ample; *positio &* xi sumus, nimirum gladium hunc fuis- *hãc fit.* se eundem, qui fuit Christi; quod enim

Reijcitur secũda expositio.

Quæ expositio, & hãc fit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christo intulit mortem carnis, Idipsum B. Virginis animã cruciatu summo affecit. nec est phrasis hæc ab Scriptura abhorrens. nam psal. 104. de Ioseph ferreis compedibus ligato dicitur, ferrum pertransit animam eius, & ut in commentario diximus, vulgaris loquendi modus, ensis, qui occidit corpus amici vnius, cor alterius penetrasse dicitur. Non caret autem hæc expositio Auctore dignissimo, nam sic interpretatus est Hieronymus serm. de assumpt. B. Virginis, cuius hæc sunt verba. B. Dei Genitrix, quia spiritualiter passa est eius caro gladio passionis Christi, plusquam Martyr fuit. Hæc ille, explicans verbum Simeonis, tuam ipsius animam pertransibit. Nota passum esse B. Virginem gladio passionis Christi; spiritualiter tamen; idem enim gladius in Christo eam fuit passionis carnis corporaliter, in Beata Virgine causa passionis animæ. Hunc etiam secutus est Bernardus in sermone quodam de B. Virgine, super verba Apocalyp. 12. signum magnum apparuit in cælo, sic inquit: Vere tuam, ô Beata Mater, animam gladius pertransiuit, alioquin non nisi eam pertransiens, carnem filij tui penetraret. Hæc ille. Perpende gladium, qui carnẽ Christi penetrauit, hunc animam B. Matris pertransisse, doloreque vehementissimo affecisse. subdit Bernardus. Et quidem postquam emisit spiritum tuus ille Iesus, ipsius plane non attigit animã crudelis lancea, quæ ipsius nec mortuo parcens, cui nocere non potest, aperuit latus, sed tuam vtique animam pertransiuit. Hæc ille. rursus adiungit post pauca. An non tibi plusquam gladius fuit sermo ille re vera pertransiens animã, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus? Mulier ecce filius tuus. Hæc & alia Bernardus, quibus hanc nostram comprobat expositionem, quã existimo legitimam esse.

ANNOTATIO LVII.

Rejicitur sententia qui sentiunt Dei parã præ dolore ut ve moriuã fuisse.

PRo complemento eiusdem sententiæ explicandum est, quomodo gladius hic animam dicatur pertransisse, seu transfixisse. Quidam recentiores existimant B. Virginem in filij morte ita affectam fuisse dolore, vt animam exhalauerit, ac vere mortua fuerit huius doloris; ac compassionis uehementia, sicque gladius dicitur animam pertransiuisse. Ego non solum non potui mihi vnquam hoc persuadere, sed etiam reputaui doctrinam temerariam, & erroneam contra patres omnes antiquos, qui, vt ex eorum expositionibus allegatis constat, aperte senserunt, Beatã Virginem non fuisse tunc mortuam. aduersatur etiam Scripturæ; nam iam iam moriturus Christus Virginem Virgini cõmendauit; Hic est filius tuus. Hæc est Mater tua. Quod autem fingunt, reuixisse postea, præterquã quod est audax præsumptio, inducere miracula absque vlla auctoritate, aut testimonio Scripturæ, etiam non uidetur accommodate, & conuenienter dici posse; si enim tunc reuixit, quomodo potuit vlua subsistere, manente eadem cã doloris nempe filij morte? nisi dicas post resurrectionem animam ad corpus rediisse, qd verbo Christi repugnat allegato. Ecce filius tuus; loco enim morientis Christi accepit Ioannem, ut nunquam B. Virgo sine filio maneret, etiam in triduo illo. Superfluum existimo in impugnanda hac fictione plures rationes cumulare. Quidam alij temperatius loquẽtes, censent non mortuam, sed exanimatam fuisse præ dolore, deliquiumque passam fuisse. Quæ sententia magnitudini fidei, & fortitudini insignis B. Virginis repugnat; nam etiam si dolor fuerit acerbissimus, ea tamen fide Resurrectionis, ac animi robore, ac diuinæ uoluntati conformitate eminebat, ut imperturbato animo, & ratione perfecta semper constiterit. Quod eo comprobatur, quia post filij flagellationẽ, & crucifixionem, adhuc ita integra manebat, ut audire posset: Mulier ecce filius tuus. & quid dico audire, imò nouam, & quidem vehementem causam doloris recipere, hoc enim uerbum Christi mitum in modum afflictionem Matris auxit, vt diximus in annotatione præcedenti, ex diuo Bernardo. Recedant ergo istæ recentes doctrinæ, B. Virgini iniuriam inferẽtes. non. n. sic animã eius pertransiuit gladius, sed multo acerbius,

Deipara integrã sib. semper permãsit in ter cruciatus filij.

& grauius: nam qui exanimatur, aut cuius anima exhalatur, non sentit dolorem, aut hebetudinem sensus, & rationis fluporem minus percipit; At Beata Virgo imperturbata ratione, & sensu integro permanens, dolorem, & crucia enim supra id, quod dici potest, persensit, sicut de Christo etiam dicimus, quãtum ad corporis dolores, quos maximos habuit; quia tactus carnis illius nõ fuit hebetatus, ut accidere solet ijs, qui frequentes percussiones accipiunt. Nõ est ergo aliud, gladium animam eius pertransisse, quam uehementissime doluisse, & cruciatam fuisse filij passione, & morte. Nam Psalm. 104. dicitur ferrum pertransisse animam Ioseph, nec propterea fingimus eum fuisse exanimatum, aut animam exhalasse. de hac doloris uehementia recte dicit Damascenus lib. 4. de fide c. 15. quos in partu, inquit, dolores effugerat, passionis tempore sustinuit, vt quæ pro materno affectu uiscera sibi lacerari senserit. Propter hoc Hieronymus serm. de assumptione Beatæ Virginis, censet eam plusquam martyrem fuisse; inquit enim sic: Virgo Dei genitrix, & Martyr, & Virgo fuit, quamuis in pace uitam finierit. Hinc quoque quod uera passa sit, testatur Simeon Propheta loquens ad eam: tuam ipsius animam pertransibit gladius ex quo constat, quod supra martyrem fuit. Alij namque sancti, etsi passi sunt pro Christo in carne; tamen in anima, quia immortalis est, pati non potuerunt: Beata uero Dei genitrix, quia in ea parte passa est, quæ impassibilis habetur, ideo (vt ita fatear) quia spiritualiter, & eius caro passa est gladio passionis Christi, plusquam Martyr fuit. Vnde constat, quia plus omnibus dilexit, propterea & plus doluit, in tantum, ut animam eius totam pertransiret, & possideret uis doloris ad testimonium eximiæ dilectionis, quę quia mente passa est, plusquam Martyr fuit, nimiumque eius dilectio amplius fortis quam mors fuit, quia mortem Christi suam fecit. Hæc ille. Bernardus etiã in illo sermone allegato in fine annotationis præcedentis, tuam, inquit, ergo pertransiuit animam uis doloris, vt plusquã Martyrem merito prędicemus,

Deipara plusquã Martyr fuit.

in qua nimirum corporeæ passionis sensum excesserit compassionis affectus, & paulo inferius respondens obiectioni cuidam, inquit: sed forte quis dicat, nunquid non eum præsciebat moriturum? & indubitanter. Nunquid non sperabat continuo resurrecturum? & fidenter. Super hæc doluit crucifixum? & vehementer. Alioquin quis nam tu frater, aut unde tibi hæc sapientia, vt mireris plus Mariam compatientem, q̃ Matiæ filium patientem? ille enim mori corpore potuit? ista corde commori non potuit? fecit illud charitas, qua maiorem nemo habuit: fecit & hoc charitas, cui post illam similis altera nõ fuit. Hæc Bernardus, acute profecto, & docte si enim non impediuit, nec minuit dolorem carnis in Christo, celeris eius futura resurrectio, nec etiã impediuit, nec minuit compassionis dolorem Matri fides resurrectionis cito futuræ filij. Quantus autem dolor fuerit hic, quo Beata Virgo affecta sit, licet nemo perfecte explicare ualeat: tamen ex nonnullis capitibus potest aliqua ex parte inuestigari. Primo ex obiecto ipso, super quo dolebat; erat enim filius vnicus, non qualiscumque, sed totus ipsius Matris; cæteri enim filij non ex matris solius, sed ex patris etiam subsistentia sunt: Christus autem secundum carnẽ ex sola Matre subsistentiam accepit, vtpote Spiritus sancti opera conceptus. Vnde erat filius ipsius supra cæteros omnes. Quantum autem filiorum incõmoda tangant matres, nemo ignorat. multo ergo magis tetigit passio Christi talem matrem. Secundo ex acerbitate passionis, quam filius patiebatur, quæ tanta fuit, quanta nemo unquam passus, aut passurus erat. Sperabat Pilatus durã, & saxea, seu potius ferina Iudæorum corda aspectu Christi flagellati ad commiserandum prouocare. Quanta ergo compassio fuit matris, etiam post non erant coniunctæ ita permouit, ut super eum flerent, & lamentarentur, Lucæ 23. quãm putabimus matri ipsi excitasse dolorẽ? Tertio ex presentia, quia presentẽ uidit filiũ in tormẽtis positũ. Gen. 21. Agar nõ sustinuit Ismahelẽ pueriũ præ siti morientẽ oculis cerne

Vnde ex ijsdem magnitudo doloris Mariæ.

Gen. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, sed recessit, ne videret; quantis ergo vulnerib. cor B. Virginis lacerat um esse credemus, quæ propriis oculis morié tem, & patientem cernebat? experimur aũt multos non posse ferre reorum crudelia tormenta absque graui passione; at B. Virgo innocentem filium super omnes nocentes torqueri aspiciebat. Quarto à temporis longitudine; multę enim horę ab apprehensione usque ad mortem interessere. Quinto ex solitudine, quia consolantem non solum nõ habuit, sed ét omnes experiebatur aduersarios, & super filij passione illudentes, & gaudentes; Discipulos Christi in fugam conuersos, Ioannem, & fœminas paucas ita turbatas, vt consolatione egerent. Sexto quia horribiles blasphemias, & scelera Iudæorum perpetratas contra Deum audiebat, quę eam summopere affligebant. Postremo ex dilectione vehementissima, qua Christum prosequebatur, quę quanto maior erat, tanto acerbioris passionis, & cruciatus cã ei fuit. Notat Gregorius hom. 3. Euang. vehementiam amoris, & dilectionis solere minuere corporis passiones, q; in Martyrib. compertum est; quanto enim feruentius Deum, & Christum, propter quem patiebantur, diligebant; minus ea sæpe, quæ patiebantur, sentiebant: at in B. Virgine non sic, sed augebatur dolor cõpassionis, quãto erat maior eius dilectio: nam dilectio cã erat compatiendi, quantoque cã potentior est, tanto effectus fit maior. in quo filio patienti similis erat; in eo enim dilectio non minuit passionis vehementiam, vt in martyribus, sed auxit. Multa alia dici in hac parte possent, instituto præsenti hæc sufficiunt.

Dilectio qua in Martyribus minuebat, & Mariæ augebat dolorem.

Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

COMMENTARIA.

Hic gladius, qui tuam animam transfiget, occasio erit, vt cogitationes multorum cordium, quę prius occultæ erant, reuelentur, q re vera euenit. nam multo tempore anteq̃ Christus occideretur, illi Principes, & primi Iudæorum in animo habebant eum interficere, timore tñ Plebis nihil in eum tentare ausi sunt. de quibus cogitationib. dictum est. Io. 5. quærebant eũ Iudæi interficere, quia patrem suũ dicebat Deum. & Io. 7. quid me q̃ritis interficere? Iudæi aũt occultantes has suas cogitationes, respõderunt, Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Demum Ioan. 11. Cogitauerunt, inquit, ut interficerent eum. Has cogitationes rei euentus reuelauit. His uerbis indicat Simeon mortem Christi futuram ex insidijs, & dolis Iudæorũ, & multo tempore præcogitatã ab eis. particula (vt) non finem, sed cõsecutionem significat, ut sæpe in Scriptura fieri aliàs notauimus. Hæc autem consecutio non ex eo, quod B. Virginis anima transfigenda prædicitur, sed ex ipso gladio, & passione filij intelligenda est, vt sit sensus; ita huic contradicetur, vt gladio sit interficiendus, qui & tuã pertranfibit animam, & peruersas Iudæorum cogitationes, quæ occultæ erant, manifestabit.

ANNOTATIO LVIII.

VAriant Doctores, & in connectenda hac sententia cum præcedentibus; & in explicando, quæ sit hæc cogitationum reuelatio. Primo loco Origenes hom. 17. reuelationem hanc interpretatur confessionem peccatorũ, qua qui peccauit, suum retegere peccatum ad pœnitentiam non veretur: connectere autem videtur, non cum B. Virginis dolore, sed cum passione, & cruce Christi, quæ illi doloris fuit causa. Quæ quidem crux causa futura dicitur, vt multi sua agnoscant, & fateantur peccata. Dura profecto, & à proposito aliena expositio videtur; non enim dictum est (Peccata) sed cogitationes cordium; confessio autem non tantum cogitationum, sed etiam operationum, & verborum fit. Secundo loco Hilarius in Psal. 118. litera Gimel, cuius superius meminimus. de reuelatione, q̃ vltimo iudicio fit, hunc intelligit sensum, cui illud fauet. 1. Cor. 4. Quousq; veniat Dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. & illud Rom. 2. inuicem inter se cogitationibus accusantibus: aut etiam defendẽtibus in die cum iudicabit Dominus occulta hominum secundum Euangelium meum per Christum. connectere aũt videtur Hilarius nõ cum cruce, & passione Christi, sed cum transfixione animæ Beatæ Virginis, quasi in hunc sensum. si Beata Virgo subibit iudicium, & eius cogitationes reuelandæ sunt, quanto magis cæteri omnes? nimis profecto violenta explicatio apparet, quam nec Hilarius adhibuisset, si commentarios in Lucam edidisset, sæpe enim Doctores loca Scripturæ aliquot ad suum propositum adducentes, sensus quosdam sequuntur, qui ad ea, quæ pertractant, maxime, dum de moribus agunt, facere potius videntur, quam ad contextum Scripturæ illius, sensumque literalem. quod aliquando Concionatoribus accidit. Tertio loco Augustinus epist. 59. ad Paulinum, prope finem, reuelationem hanc, eam esse dicit, qua in fidiæ Iudæorum, & discipulorum Christi infirmitas, in eius passione patuerũt: illi enim suam nequitiam aperuerunt in Christo interficiendo; hi suam timiditatem manifestarunt fugiendo. quæ expositio, ut paulo post dicam, probabilis est. Quarto loco Euthymius ad B. Virginis dolores refert, quasi ex eo, qd animam ipsius pertansibit gladius, futurum esset, ut multorum cordium cogitationes reuelandæ essent. Hanc autem reuelationem sic explicat. Multi inquit, attendentes ad ea tantum, quæ diuinitatis Christi erant, suspicabantur eum tantum Deum esse, & Beatam Virginem non esse matrem illius: intuentes autem eam in passione, tam amare dolẽtem, plurimumque lugentem, naturæque cedere, crediderunt, quod mater eius esset, ei retegebant, & prodebant cogitationes cordium suorum, quæ ex suspicione processerant. Hæc ille. videtur autem ad huius rei quandam explicationẽ facere, quod 3. Reg. accidit Salomoni, qui contendentibus duabus mulieribus de puero, vtramque suum filium esse defendente, iussit puerum

Reijciuntur nonnulla superiorii sententiæ expositiones.

Lib. 3. Reg.

diuidi, & partem vni, partem alteri dari. quæ autem vera mater erat, commota fuit miseratione filij, maluitque totum dari alteri, dummodo viueret filius. ex qua commiseratione Salomon eam veram fuisse matrem agnouit, & iudicauit. Quamuis autem hoc ita sit, expositio remotissima videtur, & incerta doctrina: non enim constat multos tunc extitisse tales, qui matrem Christi illam fuisse non crederent. Quinto loco Titus Bostrenus hanc sententiam ad immediate præcedentem referre videtur, & reuelationem multipliciter explicat, nimirum ut cunctis clare cõstet, qui ex omnibus ex animo eum dilexerint, eamq; dilectionem constanter usq; ad mortem declarauerint: Qui rursum fucatę, minimeq; syncerę fidei in eum extiterint, graueque scandalum propter crucem passi fuerint. Qui illum tandem in mortem tradiderint, crucique eiusdem insulteuerint. Hæc ille. Sexto loco Beda ad omnia præcedentia refert, positus est in ruinam, & resurrectionem, & in signum, & cetera sicque interpretatur. Incertum, inquit, erat quondam, qui Iudæorum gratiam Christi, quam uenturam vtique nouerant, recipere, qui autem respuere mallent; at eius natiuitate audita, reuelatis mox cordium cogitationibus, Herodes Rex turbat⁹ est, & omnis Hierosolyma cum illo: Pastores cum timore, & gaudio Deo laudem resonant, hominibusque pacis nuntium pandunt; eius aũtẽ doctrina, & uirtute diffamata, alij ad eũ quasi magistrum veritatis confluunt; alij ab eo quasi seductores refugiunt. Eius crucis signo erecto, hi quasi iuste morti datũ blaphemantes irridentꝫ illi, quasi vitę auctorem mori acriter dolẽt, sed & vsque hodie, & vsque ad consummationem sæculi præsentis Ecclesiæ animam gladius durissimæ tribulationis pertransire non cessat, cum signõ fidei ab improbis contradici, cum audito uerbo multos iam Christo resurgere, sed plures à credulitate ruere gemebunda pertractat, cum reuelatis multorum cordium cogitationibus, ubi optimum Euangelij seuit semen, ibi zizania uitiorum, nel plus iusto præualere, uel etiam, quod dictu graue est, sola germi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stare ac regnare conspicit. Hæc ille. Multa recentiores dicunt, quæ ex sententijs antiquorum decerpta sunt, sententiamque illam referunt ad illud (cui contradicetur) voluntque quasi per parenthesim dictum (tuam animam gladius pertransibit) Mihi uero, quę dixi in cõmentario, & partim cum Augustino consentiunt, visa sunt accommodatioria, ad quæ id me mouit, quod dicitur (reuelentur cogitationes:) tunc autem cogitationes reuelari dicuntur, quando præcesserunt cogitationes tales; incidere enim in nouas cogitationes, non est reuelari cogitationes. Hinc est quando discipuli scandalizati sunt in morte, & passione Domini, non posse diei eorum cogitationes tunc esse reuelatas, quia non cogitauerant prius in occulto, Christum deserere, si enim de eo deserendo prius cogitassent, reuelatæ cogitationes dicerentur, quando eo patiente fugerunt. Similiter eorum, qui in Christum venientem non crediderunt, non dicuntur cogitationes reuelatæ, quia non prius cogitauerant; aliud enim est probare animum alicuius, aut cor, aliud detegere cor, cogitationes ergo eorum dicuntur reuelatæ, qui prius cogitauerant Christum occidere: occultarunt tamen se, donec occasionem habuerunt cum occidendi, & morti tradendi. horum cogitationes reuelatæ sunt; fuit etiam cogitatio impia, & dolosa Iudæ reuelata, quæ prius latebat, & innotuit postea, quando Dominum tradidit. De his, & similibus dictum nunc est, ut reuelentur cogitationes multorum cordium: reuelatæ autem sunt non in eo, quod gladius pertransiuit animam Beatæ Virginis, sed in gladio ipso nempe Cruce, & passione Christi.

Quæ ex. pessio ob audere probetur.

Erat Anna Prophetissa, filia Phanuel de tribu Aser.

COMMENTARIA.

TEstimonio Simeonis mulier accedit, ut uterq; sexus in Tẽplo testificetur de eo, qui utrumque sexum venerat saluare. sensus est: erat nimirum illis diebus in Hierusalem quędam mulier nomine Anna, quæ prophetiæ spiritũ habebat, cuius pater appellabatur Phanuel de Tribu Aser. Propter historiæ.n. certitudinem, & fidẽ conciliãdam nomen eius propriũ, ac patris, Tribusque referũtur, vrq; ab alijs, qui eodem nomine uocabantur, secerneretur. Spiritus autem prophetiæ, & nobilitas generis testimonium hominis commendant, & uerace m esse ostendunt.

ANNOTATIO. LIX.

NOn improbabile mihi videtur, si quis dixerit hoc in loco illud (Prophetissa,) non tantum indicare Annam spiritum prophetiæ habuisse, sed etiam eo nomine communi uoce fuisse nuncupatam, propter frequentem, & celebrem prophetandi usum; sæpe enim communia nomina per antonomasiam quandam propria fiunt: mouet me ad hoc affirmandum, quod Euãgelista nomini proprio coniunxit Prophetissæ vocem, ante nomen Patris, & ante cęteras qualitates, quasi eo nomine nuncupaꝛ tur, & cõi uoce Prophetissa per quandã excellẽtiã appellaretur. Quod quidẽ testimonium eius plurimum commẽdat.

Hæc processerat in diebus multis.

COMMENTARIA.

AEtas describitur, ut eius testimonium dignũ fide constet. Processerat, inqt in diebus multis. Hebraismus est id est, erat ualde ꝓuectæ ętatis, & diu iã uixerat; ne .n. iuuenili feruore ducta uideret, senectus eius describitur: est enim in senio maturitas, & prudentia, ideo senum testimonium plurimũ commendatur. Daniel. 13. dicitur, credidit eis populus, quasi senibus.

Et uixerat cum uiro suo annis septem à uirginitate sua.

COMMENTARIA.

NOtarur continentia, quæ etiã ad testimoniũ comprobandũ plurimum facit; est .n. argumentũ hominis, passiones & affectus animi moderantis, quæ solent à uero, & honesto multũ retrahere. hæc inquit semel nupsit, & qdẽ in prima pubertate sua, solisq; tepẽ annis eũ viro

viro permansit, quia mortuus est. illud (à virginitate sua) indicat tria, & ꝙ semel nupsit, & qđ in pubertatis annis viro fuit tradita; virginitatis .n. nomen pubertatem hoc loco indicat; & ꝙ virgo ante matrimonium erat iã virginitate ergo sua, & à prima pubertate, in qua virgo viro fuit tradita, septemq; annis cum eo permansit. quod dictum est, ut cõtinentia eius cõmendetur, q̃ cũ adolescens viro superstes esset, nõ alteri nupsit, sed vidua permansit.

Et hæc vidua vsque ad annos octuaginta quatuor.

COMMENTARIA.

PRosequitur præcedentem sententiam, cum septem solis annis virum superstitem habuerit. Vidua facta innupta permansit reliquo uitæ tpe, ꝙ ad octuagesimum quartum annum protractum est. continentia ergo eius commendabilis est; quæ uirgo ante matrimonium fuit, & in matrimonio solum virum cognouit, & post matrimonium innupta permansit, & quidẽ multis annis, cum octuagintaquatuor vixerit, & in adolescentia orbata fuerit viro. quibus efficitur, ut eius sit dignum fide testimonium, & ipsa de Christo testificari meruerit, de qua Ambrosius sic inquit; Ideo Anna & stipendijs viduitatis, & moribus talibus inducitur, vt digna fuisse plane credatur, quæ Redemptorẽ oĩum veniſſe nunciaret.

ANNOTATIO LX.

ILlud (vsq; ad annos octuaginta quatuor) Græce legitur (circiter seu terme annis octuaginta quatuor) habetur enim particula ὡσεὶ. vulgatus aũt Interpres legisse videtur ἕως, i. vsque. Est aũt ambiguum an referatur ad viduitatem, nempe, ut uidua permanserit annis hisce, vltra tempus virginitatis, & matrimonij, an potius ad totum uitæ tempus. Ambrosius superiori mõ interpretatur, posteriori Euthymius, & hũc secuti sumus, q̃ verbis Græcis accõmodatior est.

Quæ non discedebat de Templo.

COMMENTARIA.

REligionem eius, ac pietatẽ erga Deum narrat. non, inquit, discedebat de Templo, non qđ in templo habitaret, sed qđ illud valde frequentaret, nec tempus vllum ex ijs, quę in templo Dei obsequijs impendi solent, prætermitteret, sicut & Paul. ad Colos. 1. dicit: Non cessamus pro vobis orantes.

Ieiunijs, & obsecrationibus seruiens die, ac nocte.

COMMENTARIA.

NON ociosa in templo erat, nec uiduitatis tpe uoluptati indulgebat, sed ieiunijs, & orationibus seruiebat Deo, nocte, ac die. observabat illud Dauidicum elogiũ: Beatus vir, qui in lege Dñi meditatur die ac nocte. coniungitur aũt oratio, ieiunio, vt. n. ieiunio corpus, ita oratione mens Deo inseruit, ieiuniumq; corpus aptum orationis instrumentum reddit, & oratio corporis abstinentiam reficit, vtrumq; vero ad cultum Dei pertinet; nõ. n. dicitur, ꝙ seruiebat orationib. & ieiunijs, quasi illis operam daret, sed quasi per illa seruiret Deo. Vnde non dandi, sed instrumenti casus sunt illa duo, quibus respondet datiuus Græcus.

ANNOTATIO LXI.

FAlluntur ergo nostri temporis Hæretici, falso docentes ieiunium corporis esse mortificationem, non autem cultum Dei, nisi quatenus ad orationem refertur. at Euangelista contrarium docet, dicens, utroque officio, nimirum ieiunio, & oratione Annã seruisse Deo, nec unum ad alterum refert. vnde Origen. hom. 17. sãcta inquit mulier spiritum prophetandi meruit accipere, quia longa castitate, longisque ieiunijs ad hoc culmen ascenderat. & Cyprian. de oratio. Domini, Annam ieiunijs, & orationibus Deum promeruisse testatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et hæc ipsa hora superueniens confitebatur Domino.

COMMENTARIA.

PRosequitur historiam: Hęc, inquit, nempe mulier, qualis, & quãta descripta iã est, hac eadẽ hora, quãdo Simeon in ulnis habebat Christũ, & hymnũ decãtabat, supueniens, quasi eodẽ spiritu, quo Simeõ, ducta, vt eius testimonio, suũ etiã adiungeret, confitebatur Dño, id est, laudib⁹ prosequebatur Christũ ipsum. habet autẽ verbũ Græcũ maiorem impressionẽ, quasi dictũ esset, vicissim confitebatur, id est, Simeoni succinebat, & sicut ille confitebatur, confitebatur & ipsa. Particula enim Græca ἀντὶ, in cõpositione vicissitudinẽ indicat eius rei, quã uerbũ, cui adiũgitur, significat, sicque Anna vicissim confitebatur cum Simeone.

ANNOTATIO LXII.

Triplex cõfitẽdi mod⁹ in Scriptura reperitur.

COnfessionem triplicem in Scriptura legimus. Vna est laudis, de qua dicitur. Cõfitemini Domino quoniam bonus. Altera gratiarũ actionis, de qua illud est: Confitebor tibi Domine, quoniam exaudisti me. Tertia est professionis, de qua Rom. 10. dicitur: Si confiteris in ore tuo Dominum Iesum. & iterum: ore fit confessio ad salutem. Sunt in Scriptura multa testimonia harũ cõfessionum. Titus Bostrenus, & Euthymius hanc Annę confessionem interpretantur actionem gratiarum: agebat enim gratias omnino pro beneficio aduentus Christi. Alij intelligunt confessionem hanc, laudem; quia aduenientis Christi virtutes commendabat, sicq; in cõmentario exposuimus, possumus etiã vere, & accommodate interpretari profitebatur illum, qui in ulnis Simeonis gestabatur, verum Christum esse: aut etiam omnibus his tribus modis Domino cõfitebatur, gratias agendo, laudando, profitendo, quod etiam Simeon fecerat.

Et loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionẽ Israel.

COMMENTARIA.

NOn solum Domino cõfitebatur, sed & ijs, qui adstabant fideles, quiq; expectabant redẽptionem Israel p Christũ futurã, loquebatur de illo, annuncians eum esse Christũ, & Messiã promissum, per quẽ expectata redẽptio, & salus efficienda erat; & quæ prius prophetissa erat, facta iam Christi est Apostola. Hoc est ultimũ testimonium Christi aduenientis, & Euangelista multis prænarratis adiunxit de quibus compendio quodam Ambrosius inquit. non solũ ab Angelis, & Prophetis, & à Pastoribus, & à Patribus, sed etiã à Senioribus, & iustis generatio Domini accepit testimonium; omnis ætas, & uterq; sexus, euentorumq; miracula fidem astruunt: Virgo generat, sterilis parit, mutus loquitur, Elisabeth prophetat, Magus adorat, vtero clausus exultat, vidua confitetur, Iustus expectat. Hæc ille.

ANNOTATIO LXIII.

Non vltra eõdẽ modo de superiori sententia legunt.

IN Græcis exemplaribus legitur (qui expectabant redemptionem in Hierusalem) ut significet Euangelista multos expectasse redemptionem hanc, præter eos, qui habitabãt Hierusalẽ. Annã tamen nõ omnibus, sed his Christũ annunciasse. Sicque legit Euthymius. Quidam etiam vetusti codices habent, (redemptionem Hierusalem) Origenes tamen homi. 17. & Augustinus libr. 2. de consensu Euange. cap. 5. cum vulgato legit (Israel) ad redemptionẽque refert, sicut paulo superius de Simeone dictum est, quod ipse expectabat consolationem Israel. Dices, nonne omnes Iudæi expectabant? Respondeo, expectasse quidem omnes: tamen in hoc loco, sicut in superiori allegato, verbum expectãdi, nõ solã spẽ significat, sed & quandã propinquitatẽ, vt expectasse dicant, qui iã iã vẽturum Christũ spectabant, quod ex fide perfecta procedebat, nec

sẽc hoc solum, sed coniuncto etiã quodam desiderio aduentus ipsius, quod dilectionis erat. His igitur, quorum numerus quidam tunc temporis in templum confluxerat, Anna annunciabat Christum.

Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam in Ciuitatẽ suã Nazareth.

COMMENTARIA.

COmpletis omnibus, tam quæ ad purificationẽ B. Virginis, quam quę ad præsentationem, ac redemptionem Infantis, secundũ legem præscripta erant, reuertuntur in Galilæam, & in ciuitatẽ suã Nazareth: quamuis enim oriundi à Bethlehem essent; tamen quia fixum iam diu domicilium in Nazareth habebãt, ciuitas eorũ dicta est.

ANNOTATIO XLIV.

Quando B. Maria cũ infante fugerit in Aegyptũ

QVæstio est, an postquam perfecerũt ea, quæ secundum legem erãt, reuersi sint statim in Galilæam, & in ciuitatem Nazareth, an potius è Hierusalem profecti sint in Aegyptum, dicente Angelo. Surge, & accipe Puerum, & Matrem eius, & fuge in Aegyptum, q̃ Matth. cap. 2. describit. sunt enim tres Doctorum sentẽtiæ. Prima est Augusti ni lib. 2. de consensu Euangelistarum cap. 5. affirmantis. Postquam perfecerunt hæc, quæ narrata sunt in Hierusalem, tunc apparuisse Angelum monentem, ut in Aegyptum fugerent, ideo è Hierusalem fugisse in Aegyptum, & post reditum impletum esse, quod dicit Euangelista noster (reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth) unde non sunt hæc immediate, & consequenter facta, sed intercessit fuga in Aegyptũ, quã describit Matthæus, Lucas vero prætermisit. Secunda sententia est Euthimij, asserentis, hæc, quæ dicit Lucas, consequenter esse facta, nimirũ impletis hisce, quæ legis erant, in Hierusalem, reuersos esse in Galileã, & in ciuitatẽ Nazareth, ibiq; Angelum apparuisse, & monuisse fugam. unde quod dicit Matthęus, fecesse in partes Galilæę, & habitasse in ciuitate, quæ dicitur Nazareth, non est idẽ cũ eo, q̃ Lucas narrat nunc (reuersi sunt in Galilæam) ut affirmat Augustinus, sed illud post reditum ab Aegypto, hoc post purificationẽ factũ est. Tertia sententia est Epiphanij hæres. 51. qui cõuenit cum Euthymio in hoc, quod post purificationem redierint in Galilæam: tamen dissentit & ab Augustino, & ab Euthymio; existimat enim post duos annos Angelum apparuisse, & monuisse fugam. dicit enim post duos annos reuersos esse in Bethlehem, & tunc Magos venisse, & Angelum postea apparuisse, eosque fugisse in Aegyptum. quod quidem multos Doctores habet contrarios, qui tradũt Magos venisse ante purificationis dies, & non multis post diebus fugisse in Aegyptum, ut Augustinus, & Euthymius affirmant. de hac tamen re non est instituti præsentis longius disputare. Quod uero ad propositam difficultatem spectat, sententiam Augustini probabilem esse negare nemo potest. Mihi tamen probabilior visa est sententia Euthymij, quã Origenes hom. 18. indicat, & quæ accommodatior est uerbis Euangelistę, dicentis (ut perfecerunt omnia secũdum legem, reuersi sunt in Galilæam) particula illa (vt) indicat consequentiam quãdam, & in continuationem temporis. quasi dictum esset, cum impleuerũt, quæ secundum legem erant, tunc reuersi sunt in Galilæam, ubi Angelus apparuit. videtur etiam, quædam conuenientia, ut reditent prius in Nazareth, ubi domicilium fixum habebant. Cũ enim in Aegypto aliquot annis permansuri essent, tempus, breue saltem datũ est eis, vt quæ domi habebant, componerent, aut aliquid, quod ad tantum iter necessarium erat, inde acciperent.

Puer autẽ crescebat, & cõfortabatur.

COMMENTARIA.

DEscripta Saluatoris infantia, tẽpus pueritiæ breui cõpẽdio absoluit. Cũ autẽ Christi humanitas, & corpore, & aĩa cõstarer, q̃ ad corp⁹ ptinẽt pmittit: crescebat, inquit Puer, nimirũ corporis mole, et consortabatur, mẽbrorũ scilicet robore; tẽporis .n. ꝓgressu, & statura procerior, & mẽbra robustiora effi-

cie-

ciebantur. in his enim similis nobis fieri dignatus est.

Nō una lectio, nec eadē omnium est superioris sēntia interpretatio.

ANNOTATIO LXV.

IN Græcis codicibus legit (confortabatur spiritu,) sicque legit Epiphanius in Ancorato, & Euthymius. At vulgatus noster illud (spiritu) non habet, neque ét Origenes homi. 17. & homi. 18. immo censet non legendū, discrimē in hoc ponens inter Ioannem Baptistā, & Christum. de illo namq; scriptum est, confortabatur spiritu; de Christo uero non, sed confortabatur plenus sapiētia, cum vulgato, præter Origenem, legunt Cyrillus lib. de fide ad Reginas, & Titus ét Bostrenus: Amb. lib. de incarnatio. Dominic. Sacrament. cap. 7. & Vigilius martyr li. 2. contra Eutychen. & li. 5. similiter & Gaudentius in responsione ad Paulū Diaconū, & Beda, ꝙ argumento est, illud (spiritu) in alijs Græcis codicib. nō reperiri, uariaq; fuisse exēplaria Græca, & forsan adiectū est ab aliquo, ex illo loco superiori de Ioanne Baptista. quid aūt sit confortari, non eo dē modo explicatur ab interpretibus. Primo igitur loco Orig. hom. 18. & 19. verbū hoc ad sequentia refert, ut cōfortatio sit sapientia, & gratia in hunc sensum: confortabatur, quia nimirum implebatur sapientia, & gratia Dei erat super illum. Secundo loco Euthymius legens sic (confortabatur spiritu) duplicīter interpretatur, uno modo, confortabatur, inquit aduersus malitiā, spiritu, i. diuinitate sibi unita. alio modo, confortabatur Spiritu sancto, quia sicut Spiritu sancto superueniente incarnatus erat, ita per cooperationē illius conuersabatur, & cooperabatur. Tertio loco Cyrillus li. de fide ad Reginas, & Titus Bostrenus ad mēbrorum robur, confortationem referunt in cū sensum, quem in Commentario secuti sumus, qui nobis accōmodatior visus est; cum. n. Christi humanitas & corpore constaret, & anima, duobus uerbis explicuit Euangelista, quæ ad corpus spectabant, nimirum crescebat, & cōfortabatur, sicut & duobus visus est in ijs, quæ ad animam attinebant, nempe plenus sapientia, & gratia Dei erat ibi. Verba Cyrilli ibi hūc Lucæ locū interpretātis sunt hæc: Ioannis cōditionem vere congruere tribuimus corporale incrementū accipere. & etiā corroborari in particulis corporis paulatim solidatis. Hæc Cyrillus. Titus autē Bostrenus, secūdum corpus inquit crescebat, & confortabatur, membrorū, nimirum robore, una cum ipsa corporis mole adolescente. Hæc ille.

Plenus sapientia.

COMMENTARIA.

Quæ lectio, & quæ exposita hoc in loco probāda sit.

HÆc cum sequenti sēntēcia ad animā spectat. plenus, inqt, erat sapientia: nō est aūt dictum (& implebatur) sicut dictum est de corpore crescebat, & cōfortabatur, sed dicitur plenus sapientia, vt animæ perfectio distincta indicaretur ab ea, quæ erat corporis; corpus quidem ad staturā perfectā, & mēbra ad soliditatem, & robur suum paulatim perducebantur; ideo crescebat, & confortabatur; anima uero Christi non sic ad perfectionē, quæ in sapientia, & gratia posita est, perducebatur; sed totā simul accepit sapiētiæ plenitudinē ab exordio ipso creationis suæ, & vnionis cum diuinitate; ideirco plenus sapientia dī, quasi dictū esset, cū esset plenus sapientia, quantū ad aīam: tpis tñ progressu corpore crescebat, & cōfortabatur. hoc peculiare Christo est; in cæteris. n. & anima, & corpus paulatim ad suæ perfectionis complementum perducuntur.

ANNOTATIO LXVI.

GRæce loco (plenus) est participium passiuum presentis tpis, vel imperfecti πληρούμενον, ꝙ vertunt quidā recentiores, quasi loco verbi positū (& implebat;) immo Amb. lib. de incar. Dominica. c. 7. legit (& implebatur) similiter Orig. hom. 18. & 19. & Gaudentius in responsione ad Paulū Diaconū; cāq; significationem secuti sunt Titus Bostrenus, & Cyrill. lib. de recta fide ad Reginas, cū alijs, eaq; excitauit difficultatē, nempe qua rōne Christus dici potuerit impleri sapientia; nā participiū hoc indicat progressum, & motum ad plenitudinem sapientiæ: nō autem ꝙ plenus ab exordio fuerit, variisque modis hanc rē doctores explicāt, quos referemus in annotatione inferiori super illa verba (proficiebat sapientia, ætate, & gratia.) Quātum autem ad hunc locum spectat, Ambrosius loco citato de scientia humanitatis interpretatur, quam per sensum humano more Christum acquisisse dicit. Titus uero Bostrenus scientiam diuinā intelligit, quę nō habuit progressum in se, sed in sui manifestatione; paulatim. n. sapientia illa latens se prodebat, idq; dici nunc impleri, interpretatur. At vero, quia vulgatus interpres uertit, non quidem (& implebatur) sed (plenus) quasi nō perductus sit Christus ad huius sapiētiæ perfectionem progressu temporis, sed simul ab exordio eam habuerit; idcirco huius lectionis rationem reddere tentabimus. In primis participia apud Græcos, sicut & apud Latinos pro nominibus sæpe poni, nemo uel mediocriter in eo idiomate versatus ignorat, traditumque est, & exemplis confirmatum ab Eustachio in primo Iliados. nihil ergo absurdi est, si hoc in loco participiū πληρούμενον, positū pro nomine πλήρης, dicamus cum vulgato interprete. Quod si quis dicat, id fieri non debere, nisi causa aliqua ad id nos cogat, id ego fatebor causam vero eam profero, quia si participij significationem recipimus, & vertamus (& implebatur) necesse erit fateri Christum sapientem progressu temporis factum: non autem à principio, ut dixit Ambrosius; quod quidem nō esse recipiendum inferius ostēdemus in annotatione allegata. Nec aptari pōt huic loco, quod Titus Bostrenus dicit, nempe sapientia impleri, non qđ sapientia augmentum in se receperit, sed quantum ad ostensionem, quia uidebatur Christus impleri sapientia paulatim, dum maiora quotidie sapientiæ argumenta proferebat; hæc tamen interpretatio non habet locum in præsenti: nam Euangelista loquitur de tempore infantiæ Saluatoris, quando nec quantum ad ostensionē impleri dici potuit. hac ergo de causa vulgatus loco nominis participium positum censuit. Præterea etiam si vim participij haberet, adhuc tamen non est verendum verbo imperfecti temporis (& implebatur;) in sacris enim litteris hoc verbum πληροῦμαι, non motum ad plenitudinem, sed terminum plenitudinis significat, vel vt clarius dicam, non plenum fieri, sed plenum esse. extat enim exemplum Iosue 3. ὁδὸς ἰορδάνης ἐπληροῦτο, non est sensus, Iordanis implebatur, sed plenus erat; ita etiam nunc (plenus sapientia) non autem (impleba

Lectio versionis vulgatæ hoc loco est amplectēda

tur sapientia) dicendum est. fauet huic pe si participium pro nomine accipiatur, testimonio Ioan. 1. habitauit in nobis, plenum gratiæ, & veritatis. plenitudo hæc veritatis, & gratiæ fuit simul cum habitatione; habitasse autē nemo non videt ab exordio incarnationis. igitur ab eo tempore fuit plenitudo sapiētiæ; hunc sensum aduertentes Virgilius lib. 2. contra Eutychen, legit, confortabatur, repletus sapientia; quo uerbo expressit terminum plenitudinis. Verum ergo sensum vulgatus obseruauit, quē in Commentario secuti sumus.

Et gratia Dei erat cum illo.

COMMENTARIA.

HÆc etiam sententia ad aīam spectat. gratia, inqt, Dei erat in illo, non quidem quæ progressu temporis ad perfectionem perduceretur; sed q̄ ab exordio tota fuit, sicut & sapientia. Dicitur autem gratia Dei ad distinctionem. nam etiā est gratia hominum, quæ nos gratos facit hominibus. Est autem gratia hæc, qua non solum ille homo charus, & Deo gratus erat, quaque ad omne bonum faciendum, malumq; cauendum roborabatur, sed etiam à qua omnis gratia in oēs homines deriuatur; nam de plenitudine eius omnes accepimus. Respondent autem hæc duo, sapientia & gratia, duobus prędictis de corpore, nimirum, crescebat, & confortabatur; nam sapientiæ plenitudo staturæ perfectæ corporis, & gratia membrorum robori comparatur; Christo. n. ad munus fuit obeundum erat necessaria, quoniā

venit

Universidad de Deusto
Biblioteca

venit docere, & cóciliare nos Deo. Plenus igitur sapientia est, ut Doctor, & gratia Dei erat in illo, ut Mediator inter Deum, & homines. Merito autem Euangelista noster gratiæ, & sapientiæ meminit; narraturus. n. proxime erat opus Christi, q̃ a sapientia & gratia procedebat, nempe quando Doctorib. in Templo diuinæ suæ lucis radios quosdam emisit, eosq; in stuporem permouit.

ANNOTATIO LXVII.

CYrillus li. de recta fide ad Reginas, hunc locum Lucæ adferens, interpretatur illud (Dei) in hûc sensum, gratiâ Dei esse in Christo, i. vt decet Deũ; erat. n. ille homo Deus. Simile illud est Ioan. 1. Gloriã quasi unigeniti à Patre, idest, ut decet Vnigenitum. hoc rectè quidem dicitur: tamen ad sensum magis facere uidetur, si positum dicamus ad distinctionem. nam & est gratia hominum, vt dictum est in commentario. Quod autem ad verba spectat, Ambros. lib. de incarnatione Dom. sacra. cap. 7. legit (gratia Dei erat cum illo.) Origen. autem hom. 18. & Vigilius lib. 2. contra Eutychen, legunt (gratia Dei erat super eum) Vulgatus noster vertit (erat in illo.) Et re vera gratia Dei vere dicitur esse cum homine, super hominem, & in homine, diuersis tamen rationibus. in homine quidem, quia ei inest, sicut scientia, & uirtutes dicũtur esse in homine, quia ei insunt; gratia enim donum Dei est infusum hominibus; dicitur cum homine, quia cooperatur homini, & ad recte, & sancte operãdum adiuuat. iuxta illud 2. Corinth. 15. Abundantius illis omnibus laborauí, non autem ego, sed gratia Dei mecum. Dicitur etiam super hominem, quia non ex hominibus est, aut ex naturalibus principijs, aut uirtute eorum, sed desuper à Deo concessa supernaturaliter. Sic etiam dici potuit gratia Dei in eo, idest, in humanitate, super eum, & cũ eo. in eo quidem, quia animæ Christi infusa erat; cum eo, quia cooperabatur, ipsi; super eum, quia super naturam humanitatis. At uero hæc omnia non sunt dicta de Christo, sicut de cæteris hominibus. Nam gratia humanitati Christi concessa emanabat à diuinitate, cui erat vnita; erat enim natura illa non humano supposito, sed diuino sustentata; ideo gratia à supposito, cui adhærebat, emanabat in ipsam. nõ sic in nobis, qui proprijs sustẽtamur suppositis: unde erat super eum gratia, si nudam humanitatem respicias, sed non super eum, si totum consideres Christum, nempe suppositum, siue personam diuinam, habentem naturam humanam; erit enim ille homo, non purus homo, sed Deus, & homo. Eadem etiam ratione dicitur esse cum eo gratia, non vt nobiscum: nam Deus, qui gratiam illam conseruabat, & per eam operabatur, & cooperabatur humanitati, coniunctus erat ipsi: at nobis non est coniunctus, quasi nobis vnitur in supposito. Vnde rectè Theologi dicunt, humanitatem Christi esse velut instrumentum coniunctum; nos vero ut instrumentum separatum Dei. Est autem instrumentum coniunctum, quod operanti coniungitur, & unitur, ut manus corpori; separatum uero, quod non unitur, ut calamus manui. Hæc omnia dicta sunt, ut ueritatẽ locutionum, quas Patres tradiderunt, & explicem, & defendam. In præsenti autem loco omnium accommodatissima lectio est, quam vulgatus habet, nempe gratia Dei erat in illo. nam hæc locutio exprimit perfectum sensum Euangelistæ, & rem ipsam: nam gratia non solum erat in Christo modis prædictis, sed etiam tanquam in causa, & fonte, ac principio, à quo deriuanda erat in homines. Gratia enim ipsius causa fuit gratiæ omnium nostrum, quia ipse est, qui nos Patri, & Deo reconciliauit, & gratos fecit. erat igitur gratia Dei in ipso; hæc enim phrasis in Scriptura causam efficientem indicat. Ioan. 1. In ipso uita erat, id est, ipse causa uitæ nostræ est. Act. 4. Nõ est in aliquo alio salus, id est, nemo alius est causa salutis. ita tunc gratia Dei erat in illo, non solum quia in ipso erat, sed etiam, quia ipse erat causa, per quem omnes grati Deo efficiendi eramus. Ephe. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo. Hinc facile est dubitationi cuidam

Gratia Dei in homine cũ homine, & super hominẽ esse dicitur.

cuidam satisfacere. posset enim quispiã interrogare, cur sicut dictũ est, plenus sapientia, non etiam simul dictum est (& gratia) nimirum (plenus?) Respondeo hanc locutionem, gratia Dei erat in illo, explicuisse, Christum causam esse nos Deo gratificandi, & reconciliandi, quod fuit præcipuum eius munus, id autem non sic exprimebatur illo dicendi genere.

Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem in die solemni Paschæ.

COMMENTARIA.

DE Saluatoris pueritia, vsque ad annũ eius duodecimũ nihil aliud Euangelista narrat præter hoc, quod Parẽtes eius singulis annis ascendebant de Galilæa in Hierusalem ad celebrandum Pascha; sic. n. præceperat Dominus. Deuteron. 16. hoc autem refert Euangelista, ut connectat historiã de Christo remanẽte in Hierusalem, quod huius ascẽsus occasione in duodecimo ætatis eius anno factum est.

ANNOTATIO LXVIII.

De præceptõ ascendendi in Hierusalẽ tribus anni solẽnitatib.

PRæceptum erat Domini Exo. 23. & Deuteron. 16. tale. Tribus, inquit, vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui, in loco, quẽ elegerit, in solemnitate Azimorũ, in solemnitate Hebdomadarum: & in solemnitate Tabernaculorum. tenebantur ergo Iudæi ter in anno ascendere in Templum. Euangelista de primo ascensu meminit, quando in Paschate ascendebant ad celebrandũ festum agni, & Azimorum. quamuis autem hoc præceptum non obligaret fœminas, sed solos masculos: non tamen prohibebantur illæ deuotionis causa etiam ascendere. Virgo ergo pientissima & deuotissima cum Ioseph & Puero festu ad Templum singulis annis ascendebat. Euangelista non expresse dixit, parentes cũ Pueto ascendisse singulis annis; id tamen insinuauit. Neq; enim uerisimile est utroq; parente eunte in Hierusalem, puerum solum remansisse, id etiam affirmat Beda, & Iuuencus, qui sic ait. Ad templum lætis puerum perducere festis, omnibus annorũ vicibus de more solebant. Inquirunt recentiores quidam, cur non etiam ascenderint in alijs duabus solemnitatibus: respondentque id factum esse, quia lõge dilabant à Hierusalem, itinere nempe triũ dierum. quo casu dispensabatur in illis duabus solemnitatibus; non tamen in tertia, scilicet Paschatis, quæ maxima erat, & omnino prohibebatur paschalẽ agnum edere extra Hierusalem, vt habetur Deuter. 16. Hæc responsio non uidetur probanda: non enim Euangelista negat, etiam alijs duabus solemnitatibus ascendisse; sed solum refert ascendisse in festo Paschæ, quod ea de causa meminit; quia quæ narraturus erat, hoc tempore, & hac occasione uenerunt, cæteras uero solemnitates prætermisit, quæ ad hoc non spectabant. non autem licet inde colligere in illis solẽnitatibus nõ veniisse in Hierusalem. non enim, quia Euangelista non narrat, ideo non fuit, cum sciamus non omnia Euangelistas narrasse.

Quomodo ausi sint ascẽdere in Hierusalẽ uiuente adhuc Archelao.

Maior difficultas est, quã mouet Augustinus lib. 2. de consens. Euangelist. cap. 10. nimirum cum reuersi de Aegypto timentes Archelaum regnantẽ in Iudæa, recesserint in Galilæam, quomodo ausi sint ascendere in Hierusalem, cũ Archelaus adhuc regnaret? Respondet dupliciter. Vno modo loqui Euangelistã de annis post relegatum Archelaũ. Altero modo quod etiam si regnaret ille, ascendebant adhuc præferentes timorem Domini timori illius. eo præsertim quis fieri poterat, ut per diem festum in tanta ingentem turbam latenter ascẽderent, mox reuersuri: vbi tamen alijs diebus habitare metuerent, vt ne solemnitate prætermissa essent irreligiosi, nec continua manſione conspicui. Hæc Augustinus. Prior solutio non est multum probabilis, constat enim ex Ioseph lib. 17. antiqui. cap. 15. post Herodem, Archelaum regnasse, antequam relegaretur, decem annis in Iudæa. Vnde necesse erat illius tempore ascendisse Beatã Virginem cum Ioseph; maxime cũ Euãgelista generaliter dicat per omnes annos ascendisse in templum. Posterior solutio uera est, quamuis facile dici posset, reuertentem Ioseph de Aegypto timuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

mansisse ire in Iudæam habitandi causa, nunc autem dicitur venisse in Hierusalem, non ut habitaret, sed ut paucis moraretur diebus. in continua autem habitatione facile deprehendi ab Archelao posset, non auten in tam breui mora, præsertim in tanta multitudine confluente vndique Iudæorum. Illud uero sine controuersia est, annis, quibus in Aegypto commorati sunt, non ascendisse Hierosolymam. Lucas enim supponit totam historiam Magorum, & fugã in Aegyptum, quam Matthæus narrat.

Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi.

COMMENTARIA.

SVspensa est sententia vsq; ad illud (remansit puer in Hierusalẽ (est enim contextus hic, cũ esset annorũ duodecim, & illi ascenderent in Hierusalẽ, & perfectis omnibus redirent, remansit ille solus ignorantibus Parentibus. tacite insinuat cum illis etiam eum ascẽdisse: dicuntur ascendisse secundũ cõsuetudinẽ diei festi, id est, ut solebãt ascẽdere, cũ dies festus Paschæ adueniebat, quod ideo positum est, ut ascensionis huius causa, & tẽpus significaretur: multis enim alijs de causis, & varijs tẽporibus de Galilæa in Hierusalẽ ascendi poterat.

Consumatisq; diebus, cum redirent.

COMMENTARIA.

SEptem dies erant Azymorũ, ut habetur Leui. 23. & Deuter. 16. nec ante redierunt, quã omnes celebrassent pro insigni Religione, & pietate sua, eumq; iter festi celebrãdi causa, tãtũ susceptũ esset, eo peracto tempore in Galilæam.

Remansit puer Iesus in Hierusalẽ, & non cognouerunt parentes eius.

NEscientibus Parentibus, & reuertentibus in Galilæã, remãsit solus Iesus in Hierusalem, nõ error, aut casu, sed certo consilio; non etiã ex inobedientia, sed ut ostẽderet, quale esset suum officium, ad quod peragendum à Patre missus erat. Quomodo autẽ Parentes ignorare potuerint, verba sequentia indicant, existimabant illum esse in comitatu, id est, cũ comitibus eiusdem viæ, aut cũ cognatis, & notis.

ANNOTATIO LXIX.

GRæca exemplaria non habent (non cognouerunt parentes eius) sed (non cognouit Ioseph, nec Mater eius) sicque legit Euthymius. At uulgatus Interpres habet (non cognouerunt parẽtes eius;) sicque legunt Origenes homi. 19. & Hieronymus aduersus Heluidiũ, & Beda. Sicque Euangelista eos in hoc capite appellauit (cum inducerent, inquit, Pueri parentes eius) Rursus, ibant Parentes eius per omnes annos, quamuis enim Ioseph non fuerit verus pater Christi: tamen ut supra diximus, Pater reputabatur. adiũximus etiam alias causas, cur pater dictus sit. Adnotat in hoc loco Beda consuetudinem tunc fuisse, vt uenientes ad festiuitates, sic iter facerent, vt viri uiris, fœmina fœminis coniungerentur, Pueris vero tam his, quam illis copulari liceret, hacque de causa parentes ignorauerunt Iesum remansisse: putabat enim Beata Virgo illum cũ Ioseph venire; Ioseph vero contra putabat venire cum Matre. hoc tamen nullo probabili fundamento nititur, immo Euangelista aliter sensisse uidetur; nam dicit putasse parẽtes illum venire in comitatu, id est, viæ socijs, notis, & cognatis. Non immerito autem posset quispiã interrogare, quare Christus parentibus inconsultis, immo & nescientibus remãserit in Hierusalem. Euthymius respondet hoc factum esse diuina prouidentia ne si scirent, prohiberent eũ quasi puerum, & sine literis (remanserat enim ut Doctoribus colloqueretur) Hæc responsio non uidetur probanda, qua parte dicit parentes prohibituros Christum commiscere se Doctoribus ob pueritiã, & quia sine literis erat; sciebant enim ipsum Deum esse, & de Spiritu sancto conceptum plenum gratiæ, & ueritatis.

Quare Christus inconsultis Maria, & Ioseph se manifestauit in templo.

eis. vnde existimare non poterant eũ ineptum, & ignorantem. Beda aliter respõdet, nimirum remansisse illis ignorantibus, vt ostenderet Christus se alium Patrem habere verum in cœlis. Hæc etiam responsio non omnino perfecta est: nã nec hoc ignorabant B. Virgo & Ioseph, qui illum filium Dei credebant. legitimam responsionem huius difficultatis ipsemet Christus docuit verbis paulo infetius subiunctis, quando dixit, in his, q̃ patris mei sunt, oportet me esse. In cuius declarationem aduerte, Christi operationes in duplici fuisse differẽtia; quædam enim communes, quas vt homo operabatur, sicut & cæteri homines: non enim otiosus inter nos fuit, nec fingularis, sed multa faciebat, sicut solẽt homines facere: quædam erant propriæ, quæ vt Redemptor faciebat, & quæ ad diuinitatem eius magis pertinebant, vt docere, miracula facere, discipulos conuocare, & alia huiusmodi, quæ patris opera appellauit, ob eas rationes, quas in loci citati explicatione adferemus. inter has operationes, vnum inter alia discrimen erat, quod in communibus uoluit subijci parentibus, & illis obedire, sicut & cæteri homines, non quidẽ necessitate, sed uoluntate, ut etiam inferius declarabitur. in proprijs vero soli æterno patri subditus erat, nec tales operationes ad parentum nutum, sed ad Dei patris uoluntatem, & præceptum faciebat, quod adultus iam factus sæpe declarauit. Ioan. 2. de miraculo conuersionis aquæ in uinum loquẽs, respondit Matri, nondum uenit hora mea. & Matth. 13. verbum Dei prædicans, interpellare uolenti ob Matris præsentiam: Ecce, inquit, Mater tua, & fratres tui foris stãt, quærentes te: respondit: quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? significans se in his operationibus non dependere à matre, nec à carne, & sanguine, sed à solo patre. ob id subiunxit: Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Hoc est mysterium, quod presenti facto significare voluit. Doctoribus enim se commiscere, eos interrogare, & audire, & respondere, & cum illis colloqui, opus erat nõ commune, sed proprium, quod ex officio suo ei incumbebat; erat enim quoddam genus prædicandi aduentum eius. Idcirco non in eo matri, aut Ioseph subiectus erat, sed æterno patri. Voluit ergo neficientibus parentibus remanere, vt qui in multis h. ctenus parentibus obedierat, significaret se habere quædam alia, in quibus non ipsis subdebatur, sed patri cœlesti atque hæc est causa, cur nõ requisuit eorum consensum, ne videretur in his pẽdere ab illis. Eadem etiam de causa non expectauit ætatem adultam, ut hoc faceret, sed cum duodecim annorum esset, id effecit, quia hoc tempus est, quando maior est obedientia filiorum ad parentes; ante enim duodecimum annũ puerorum opera sunt velut infantiæ, quæ non ducitur perfecto arbitrio, sed uetet necessitate quadam, ideo non apparet perfecte obedientia in illis, ac iam in duodecimo anno arbitrium perfectum est, & obedientia eo tempore perfecta esse potest. In adultis autem uidetur quædam libertas, & quasi iuris sui sunt in multis. Electum ergo est tẽpus hoc, in quo magis obedire debere uidebatur, ut ostenderet se in his, quæ propria habebat, non subdi parentibus, sed Deo, cuius erat filius; atque hæc mihi videtur causa, cur remanserit parentibus non cognoscentibus. In sequentibus hæc & alia in hoc mysterio explicabuntur. Significare ẽt uoluit salutẽ spiritualem proximorum præponendam commodo temporali proprio, ac carni, & sanguini; idcirco ut alios instrueret, propriam deseruit matrem. hanc causam indicat Tertul. lib. 4 cõtra Marcio. vbi hunc locum edissertens, fidẽ inquit, præposuit carni, & sanguini.

Operationum Christi quædã cũ alijs hominibus communes, quædã Redemptoris propriæ erant.

Ioan. 2.

Mat. 13

Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei.

COMMENTARIA.

PRosequitur historiam; Iesu remanente in Hierusalem, parentes inde profecti confecerunt iter vnius diei, existimantes illum venire in comitatu, id est, cum socijs, & comitibus eiusdem itineris: non enim soli venerant, sed cum amicis, & notis, cum quibus Christum

venire

Universidad de Deusto
Biblioteca

venire arbitrantes, integrum diem in itinere consumpserunt, non cognoscentes remansisse solum cũ in Hierusalem. Quod ergo nõ cognouissent parentes illum remansisse, causa fuit, quia existimarunt illum venire cum comitibus.

ANNOTATIO LXX.

Quomodo Maria per diem integrũ filium in itinere non vidit.

NOn carer admiratione, q̃ B. Virgo, quæ summe diligebat filium, sustinuerit per integrum diem eius priuari præsentia, maxime cum ille in ætate tam tenera esset, & in itinere extra patriam, & habitationem propriam, q̃ vix communes matres ferrent. Inuestigandæ igitur huius causæ sunt, cuius duæ mihi videntur. Vna est diuina prouidentia, quæ sic disposuit, & ordinauit. Altera est reuerentia, & veneratio, qua B. Mater filium suum, quem etsi paruum ætate carnis, Deũ tamen esse non ignorabat, ideirco eius arbitrio multa permittebat, secura, nihil inde præter illius voluntatem euenturum. His etiam accedat consuetudo illius temporis, vt ex Euangelistæ verbis constat comites. n. viæ multi erant, & quidã præire, quidam sequi solebant vsque ad terminum diei, q̃ conuenientes ad diuertendum in locum quietis solebant etiã paruuli accedere notis, & amicis, aut sponte, aut ab ipsis tracti. Noluit ergo pijssima Mater negare filio, q̃ suis etiã filijs aliæ matres concedebant, non ex amoris erga eos tepiditate, sed potius ex vehementia, nolentes illorum uotis contradicere. his forsan de causis Beata Virgo integro die à filio abfuit, q̃ non vlli negligentiæ, sed amori, & reuerentiæ est adscribendum.

Et requirebant eum inter cognatos, & notos.

COMMENTARIA.

SVplendum est, q̃ Euangelista nõ expressit, sed insinuauit, nẽpe nõ inuentum esse à parentib. in comitatu, siue apud viæ comites, & socios, ideo requirebant eum inter cognatos, & notos, si forsan cũ eis veniisset. Quanto putas dolore, & timore cor B. Virginis cõcuti incepit, qñ in comitatu filium non inuenit? quantaque solicitudine ad cognatos, & notos recurrit.

Et non inuenientes regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum.

COMMENTARIA.

EO non inuento reuertuntur in Hierusalem, ibi illum remansisse arbitrantes; certi. n. erant eum non præisse, iterque ante eos prosecutum esse, cum iam esset finis diei, cæteriq; mansionib. & hospitijs incumberent. q̃ argumẽto est, B. Virginem sedulam in itinere conficiẽdo fuisse, integrumque diei iter, q̃ cæteri conficere solebant, cõfecisse; aliter. n. dubitasset, an filius longius cũ alijs processisset. Existimãdum est B. Virginem cum Ioseph non quieuisse, sed Christo in fine diei non inuento, iter statim arripuisse in Hierusalem, corpore nimirum defessam, & animo vehementer afflictam.

ANNOTATIO LXXI.

Reijcitur Dionysij Areopag. sententia Mariã & Ioseph ignorasse, q̃ filius Dei aliquandiu abesset à nobis.

DVbitatio est non modica, quo parentes quæsierunt Christum; ex hoc. n. dependet intelligentia sequentium sententiarum. Origen. hom. 19. censet non idcirco quæsiuisse, quia putarent illum aberrasse à via, aut periisse, sed quærebant eum, inquit, ne forte discessisset ab eis, ne relinquens eos ad alia transmigrasset, aut q̃ magis puto, ne reuertisset ad cælos, cum illi placuisset, iterum descensurus; nec. n. poterat accidere, vt Maria, quæ sciebat se de Spiritu sancto concepisse, quæ & Angelũ loquentem, & currentes pastores, & Simeonem audierat prophetantem, timeret, ne puerum perderet oberrantem. Hæc Origenes; adfertque exemplum: Quomodo, inquit, vt si quando Scripturas legis, quæris in eis sensum cum dolore quodam, non q̃ Scripturas erraſſe, aut perperam quid habere arbitreris, sed quod illæ intrinsecus habeant veritatis sermonem, & rationem, & tu nequeas inuenire, quod verum est, ita, &

& illi quærebant. Titus Bostrenus in eadem est sententia, cuius verba sunt; Nunquid obsecro quærebant eum tam quã qui perijsset, aut ab itinere, vt pueri solent, aberrasset? absit; neque enim sapientissimæ Virgini matri, cui plurima fama ante de eius diuinitate patefacta, compertaque erant, tale quippiã in mentem venire potuit, sed nec ipsi Ioseph. Quærebant autem illum perinde, ac si quis Scripturam, vel abditæ cuiusplam Scripturæ sententiam quærat. constat namque anxiæ, & dolenter illũ inquirere, non quidem, vt errantem, aut falsam, aut fallentem, sed vt veram, mysticamque doctrinam continentem nec dum tamen proditam. Ad eum ergo modum illi quærebant Dominum; solicit enim erant, ne forsan ab eis discessisset, ipsosue deseruisset. Hæc ille. in eadem sententia est Theophylactus, eaque placet recentioribus; mihi tamen difficilis apparet, & vix accommodari contextui posse videtur. Primo quidẽ, si parentes existimassent, Christum eos deseruisse, & in alia transmigrasse, aut in cœlos reuertisse, doluissent quidem, sed non requisiuissent eum: nemo enim quærit sine inueniendi spe. quæ autem spes esse poterat parentibus, existimantibus Christum, quem Dei filium nouerant, eos deseruisse, aut in cœlos reuertisse? profectò nulla. esset hoc quidem materia dolendi, sed non causa requirendi. Secundo, ea existimatio, & cogitatio non conuenit cum fide perfectissima B. Virginis, quam Elisabeth commendauit, dicens. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. Eiusque argumentum efficax tale: si Christus discessisset, eosque reliquisset, non conuenret istud cum promissionibus factis per Gabrielem in annunciatione, nec cum verbis Elisabeth, nec etiam cum prophetia, quam ipsa Beata Virgo decantauit. Beatam, inquit, me dicent omnes Generationes: at ipsa Virgo de his omnibus nullatenus dubitauit, & ea omnia fide constanti credidit. igitur de suo filio talia, qualia isti Doctores docent, non potuit existimare. Vnde non probo, quæ Timotheus presbyter Hierosolymitanus, quem supra citauimus, dicit in oratione quadam de prophetia Simeonis, cuius verba sunt. Quando mater visa esset eum perdidisse, quærens tribus diebus, clamabat dicens, ô calamitatem quando expectaui felicitatem, tunc damnum sensi. Hei mihi quis thesaurum surripuit? quis pretiosas opes mihi abstulit? quis me mea spe est frustratus? Hei mihi. Non dicat amplius benedicta in Mulieribus. Non amplius dicent. Beatus venter, qui te portauit. extabui, non autem flexa euasi. Hæc, & alia huiusmodi, inquit ille, quæ reijcienda sunt, vtpote contraria fidei integerrimæ, & perfectissimæ, qua Beata Virgo fuit prædita, quæ nec in filij passione, & morte, vel minimum cituabauit. Dicendum ergo aliter est. in cuius gratiam aduertendum est, Beatam Virginem ex una parte firmiter credidisse, Christum Dei filium esse, omnisciẽtia, & sapientia plenum, cui nihil à casu, nihil ex errore accidere poterat. Ex altera vero parte, experta erat, eum ab infantia humano more processisse, & sicut cæteros adoluisse. Neque enim in infantia loquebatur, nec firma membra corporis, vt ambularet, accepit, nec propijs manibus iuuebatur, sed auxilio, & opera Matris vsus est, reliquaque infantibus, & pueris fragilitates communes habuit, patiebatur sitim, famem, lachrymas, vagitus, & alia huiusmodi; nouerat profectò Virgo B. filium Dei non ex infirmitate, sed sponte, & voluntate hæc pati, vt nobis similis esset, quos saluare venerat. Ex hoc factum est, vt cogitaret etiam more puerorum illum aberrare voluisse à via, piæ tanta multitudine tunc confluente, vt solent sæpe pueri à parentibus aberrare, non quidem vt cæteros, qui nolentes errant, sed uolẽtem, sicut & cæteras hominis infirmitates his huiusmodi volẽs assumpsit. hæc cogitatio, & existimatio non est contraria fidei B. Virginis, quæ etiam si putauit filium perditum, non id infirmitatis, aut necessitatis, sed voluntatis esse credebat. Hinc factum est, vt doluerit, sicut & matres dolent, nam in morte etiam doluit, quam tamen uoluntariam esse nõ ignorabat; non solum autẽ doluit, sed velut errantem quæsiuit. contra hãc sententiã sic

Maria filiũ ẽsse uisse illũ sponte, vel à via aberrasse, uel ab se & Ioseph discessisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic explicatam argumentum Origenis non militat; militaret quidem, si quis diceret B. Virginem cogitasse Christũ errasse, sicut cæteros pueros ex ignorãtia, & contra uoluntatem: at hoc nõ dicimus, sed quod existimauit eum aberrare, & similem alijs pueris etiã in hoc fieri; sponte tamen noluisse. hoc idẽ cogitauit & Ioseph, eaq; de causa reuersi sunt quærentes Dominum. cum autem Beata Virgo filium in Templo inter doctores inuenit, non iam quia errare voluit, ut cæteris pueris accidit, eum remãsisse cognouit, sed studio, & consilio particulari. propterea uidens admirata est, ut explicabitur in sequentibus.

ANNOTATIO LXXII.

Tria documẽta ad mores spectãtia, notãtur.

NOnnulla, quæ ad mores spectant, in his sententijs notare licet. Primum est, quod supra dictum est, nempe puerum Iesum remansisse in Hierusalẽ, & parentes non cognouisse, sed existimasse eum habere secum, quod quidem significat nonnullos esse, qui putant se bene ac recte agere, Christoque placere cum re uera male agant, illique displiceant, existimantque se Christum habere propitium, cum habeant infensum, vt enim inquit Gregorius lib. 9. moral. cap. 13. vitia sæpe decipiunt sub specie virtutum. Sunt qui zelo iustitiæ moueri putent ad aliquid agendum in proximum, cum re ipsa moueantur vindictæ animo. sæpe auaritia decipit specie temperantiæ, sæpe exterius bona opera fiunt, interius autem ambitio est, quæ ad ea excitat. Hi sunt, qui secum Christum habere putant, & non habent. Secundum est, quod notat Origenes homil. 10. in Lucam. Parentes requirunt Christum inter cognatos, & notos, & non inueniunt. quod quidem significat humanam cognitionem non posse per se Christum indicare, diuini luminis hoc est. Matth. 16. Caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus. Præterea parentes, amici, familiares secundũ carnem, nõ raro à Christo auertunt, vixq; Christum inuenit, qui eorum affectui indulget. Vnde Ambrosius libro de fuga sæculi cap. 1. valde necessariam docet, maxime sacerdotibus, abdicationẽ amoris erga cognationem, & amicos secundum carnem, explicans illud Matthæi 12. quæ est Mater mea? & qui sunt fratres mei? Tertium est, cum primum nouerunt parentes Christum secum nõ habere, reuersi sunt in Hierusalem, nec vlterius in itinere processerũt, maluerũt que laborem; & expensam facti itineris perdere, quam Christum non habere. quod condemnat eos, qui cum tempus, & operam multam in negotijs iniquis consumpserint, viderintque iam se causam malam prosequi, ne quæ apposuerunt perdant, potius prosequi malunt, quam retrocedere. quod vitium est multorum antiquorum, & eorum qui vane tempus, & labores suos collocarunt. Non sic autem est faciendum, sed cum primum homo nouerit se Christum nõ habere, & à uia recta aberrare, redire oportet ad mentem, & iter inire bonum, etiam si multum tempus in illis rebus consumpserit, habendumque est in mẽte uerbum Dauid: Psal. 118. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua.

Et factum est, post triduum inuenerunt illum in Templo.

COMMENTARIA.

CVm redijssent in Hierusalem, eumq; requirerẽt, inuenerũt post triduum, id est, die tertio; primus enim fuit, quando à Hierusalem profecti sunt; secundus, quãdo redierunt, & partim requisierunt in Hierusalem, tertius, quãdo etiã requirere perseuerãtes inuenerũt eum in Templo. Sanctus enim, & de Spiritu sancto cõceptus in templo loco sancto inuenerunt.

ANNOTATIO LXXIII.

Triduũ hoc quomodo in telligendum.

DVbium est quomodo sit intelligendum (post triduum) an nimirum eo toto transacto, ita ut quarto die sit inuentus, an potius tertio ipso die. Nicephorus lib. 1. cap. 24. modo priori interpretari videtur; Euthymius uero modo posteriori interpretatur, idemq; sentit Ambrosius, qui triduum hoc comparat morti, & resurrectioni; similiter Iuuencus sic canens: Lux ubi tertia uenit, ad Templum propere remeat, Varumq; choris inuenit infertum. Horum sententiæ consentio, eo maxime, quia ea est phrasis Scripturæ. Marci 8. Oportet, inquit, filium hominis occidi, & post tres dies resurgere, id est, tertia die, vt ipsemet Marcus c. 10. dicit. Præterea Matth. 27. dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. supra etiam in hoc capite dictũ est: Postquam impleti sunt dies octo, id est, die octauo. hoc enim circumcidebantur pueri.

Sedentem in medio Doctorum.

COMMENTARIA.

INter Doctores sedentem inuenerunt; specimen. n. quoddam suæ futuræ prædicationis dantem; qui. n. ab vtero veritatis doctor, ac magister erat, noluit eo tempore, quo pueri cæteri disciplinæ capaces sunt, ita latere, quin admirandę doctrinę, quam intus retinebat, signũ aliquod proderet; non aũt inter doctores sedet, quasi vnus ex illis, sed quasi discipulus: solent. n. discipuli apud doctores, & magistros considere, sicut nunc apud nos in disputationibus, & lectionibus fieri videmus.

ANNOTATIO LXXIV.

Diuino cõsilio factũ est, vt ad hunc puer sederet Iesus inter doctores.

HEbraismus est (in medio doctorũ) id est, inter Doctores. Io. 1. Medius vestrum stetit, quem vos nescitis, id est, inter vos. Luc. 22. Ego sum in medio vestri, sicut qui ministrat. ita nunc dĩ in medio doctorum consedisse, non ꝙ locum doctoris occupauerit, sed quia apud eos esset; credibile. n. est doctores locum eminentiorem quendam obtinuisse, cæteros vero, qui auditum venerant, aut discere ab eis cupiebant, in loco inferiori sedisse; in eo tñ loco, qui ad hoc munus erat deputatus in Templo: & hoc est sedere in medio Doctorum: diuino aũt consilio factum est, vt Dominus adhuc puer annorũ duodecim, specimen muneris sui ederet, tum vt excitaret Doctores, & sapientes ad cogitandum, & inquirendum de Christi aduentu, vt quemadmodum infans Magorum aduentu mirando promouit illos ad inuestigandum de Christo: ita puer etiam verbis, & doctrina sua induxerit eos ad idem præstandum; tum ne eius futura manifestatio inopinata, & repẽtina nimis videretur, & vt dicit Euthymius, oportebat hoc fieri, vt cum postea doceret, facilius ab illis reciperet.

Audientem illos, & interrogantem eos.

COMMENTARIA.

PArtes discipuli agit, ætatis suæ rationem habens, qui reuera erat magister, & doctor de cælo veniens, ut omnib. præbeat exemplũ humilitatis, ne sibi ipsis plus, quã par est, arrogent: interrogat aũt illos, non vt discat, sed vt erudiat: nã interrogatio etsi discentis esse videatur, aliquando docentis est; & sapienter interrogare, est instruere; imò sapiens interrogatio aliquã do est fortissimum veritatis argumentum, quo et aduersarij conuincuntur. cum. n. ex vna parte modestiam ętati conuenientem conseruare uellet: ex altera aũt erudire, & veritatem inducere, interrogatione vsus est, quæ vtrique deseruit; nam docet, cum discere uelle videatur. credibile aũt est de Messia in lege, & Prophetis promisso, & prænunciato, sermonem habuisse. frequens. n. erat apud Iudæos verbum hoc, eo maxime tempore, qñ proxime venturus expectabatur. ex multis namque figuris per prophetas traditis tempus aduentus eius imminere, omnibus erat manifestum.

ANNOTATIO LXXV.

Credibile est, ꝙ inter doctores de aduentu Christi, quãdo il le cũ ipsis & confitendum eius aduentum. ꝙ ipse sit.

TItus Bostrenus, & Euthymius auditum, & interrogationem hanc de legalibus, & ijs, quæ ad ritus, & legales sanctiones faciebant, interpretantur. Mihi cũ verisimilius est de Christi aduentu, & ijs quæ ad ipsum spectant, illos tunc disputasse. Christus. n. id, hoc fuo facto intendebat, eos nempe inducere ad inuestigãdas Scripturas de Christo, ut sic disponeretur ad recipiendũ, Dominus in principio ferre suæ prædicationis fecit, qũ in Patria sua intrans in Synagogã, surrexit vt legeret, & tradito

Universidad de Deusto
Biblioteca

dito sibi Isaiæ libro, locum de Christo explanauit, vt refert Lucas c.4.& merito quidem de Christo sermo iste habitus est, qui totius legis, & Prophetarũ finis erat. Est ét obseruandum id, quod Origenes hom.19.dicit, quia paruulus inquit erat, inuenitur in medio, nõ eos docens, sed interrogans, & hoc pro ætatis officio, vt nos doceret, quid pueris, quis sapientes & eruditi sint, conuenirét, vt audiant potius magistros, quam docere desiderent, & se vana ostentatione non iactent: atque hæc est vna causa cur interrogatione sit vsus. Altera est, q̃ tradit Gregorius hom.2.in Ezech.& 3. p.pastor. admoni.26. Vigilanti inquit consideratione pensandum est, q̃ cum Iesus duodecim annorum dẽ in medio Doctorum sedens, non docens, sed interrogans inuenitur; quo exemplo ostẽditur, ne infirmus docere quis audeat, si ille puer doceri interrogando voluit, qui per diuinitatis potentiam verbum scientiæ ipsis suis Doctoribus ministrauit. Hæc Gregorius. in quo illud verbũ (doceri voluit) declarandum est, nempe voluisse doceri quantum ad exteriorem formã, quia apparebat discere velle: tñ intus non indigebat illorum doctrina, qui plenus erat sapientia; potius ipse interrogando dirigebat eos, illustrabat, & erudiebat. atque hæc est tertia interrogatione vtendi causa, vt recte Origc. hom.19.dicit, Interrogabat, inquit magistros, non vt aliquid disceret. sed vt interrogans erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare, & respõdere sapienter, & eiusdem scientiæ est scire quid interroges, quidve respondeas. vbi addit quartam causam: Oportuit, inquit, primum salutatorem eruditæ interrogationis magistrum fieri, vt posset interrogationibus respondere iuxta rationem Dei, atque sermonem. Hæc ille.

Stupebant autem omnes, qui eum audiebant.

COMMENTARIA.

Efficacia, & potẽtia verbi Christi stupere fecit Doctores, & omnes qui eum audiebant: nouum enim quid, diuinum, & inauditum videbatur illis, q̃ etiam postea euenit, q̃n adultus prædicauit. Matth. 7. Admirabantur turbæ super doctrina eius, erat. n. docens eos sicut potestatem habens. & Mar. 6. Multi admirabãtur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia, quæ data est illi? hoc eodem stupore, & admiratione correpti sunt nunc isti audientes pueri Iesu doctrinam.

Super prudentia, & responsis eius.

COMMENTARIA.

Stupebant aũt, & admirabãtur prudentiam, & responsa eius. prudentia Græce συνέσεις, hoc loco pro intelligentia ponitur; acutissime enim, & supra pueri, imò etiã hominis cõis captũ interrogabat; & quę dicebantur, perfectissime capiebat. hæc ad intellectum, seu intelligentiam pertinent, cuius intelligentiæ manifesta signa erant responsa eius, id est ea, quæ loquebatur, super quæ etiam admirabãtur, quia profunda, & occulta Scripturæ sensa referabat, quod sapientiæ magnum erat argumentum.

ANNOTATIO LXXVI.

Responsum hoc loco ponitur pro sermone quocumque, etiam si nõ præcesserit interrogatio. quod superius adnotauimus, explicantes illud (respõsum accepit Simeon à Spiritu sancto) Verbum etiam respondendi Scriptura in ea significatione aliquando vsurpat; quod si quis velit hc interpretari, quasi Doctores illi etiam Christum interrogauerint, & super responsis eius admirati sint, non ibo inficias: nam & hoc probabile est: mihi primum accommodatius est visum, tum propter Euangelistę præcedentia verba (audientem, & interrogantem) tum quia hæc nostra interpretatio complectitur vtrumq; nẽpe, quæ interrogabat, & quæ interrogatus respondebat. illud autem verbũ, prudentia, Græce σύνεσις, pro intelligẽtia in Scriptura accipitur. q̃ verbum est Isa.11.Spiritus sapientiæ, & intellectus. & Psal.118. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. & Matth.15.

Adhuc & vos sine intellectu estis?

Et videntes admirati sunt.

COMMENTARIA.

Non admirantur Parentes sicut Iudæi; hi enim communem hominem Christum existimãtes; stupuerunt propter intelligentiam, & responsa eius altiora, & profundiora censentes, quã ætati puerili conuenirent; illi vero filiũ Dei plenum gratiæ, & ueritatis agnoscentes non admirãtur propter intelligentiam, & responsa eius, eo maxime, quod eũ loquentem, nõdum audierant, sed quia præter eorum opinionem, & Christi consuetudinem inter Doctores disputantem uiderunt, indeque nouerunt non remansisse, quia aberrare uoluit, sicut cæteri pueri aberrãt, sed à consilio, & proposito.

ANNOTATIO LXXVII.

Quid Parentes in Christo admirati fuerint.

Euthymius asserit parentes admiratos fuisse, non propter intelligentiam tantum, & responsa illius; verum etiam propter audaciam: quę autem fuerit hæc audacia, non explicat, an quia cum Doctoribus disputare sic ausus, an quia ipsis inconsultis remansit. ex quo fit, vt admirati sint propter id, ob quod Iudæi obstupuerunt, & propter aliud etiam peculiare, nempe quia visus fuit, aut ipsis nescientibus remanere, aut in ætate puerili cum Doctoribus congredi. Neutrum dictum mihi placet. non quidem primũ, quia statim ac viderunt Christum, admirati sunt, quando nondum audierant uerbum aliquod, idque Euangelista satis aperte distinxit. de Iudæis enim inquit, qui audierant eum, stupebant; at de Parentibus: Videntes inquit admirati sunt. non ergo admiratio fuit de verbo, sed de facto ipsius, q̃ nondum audito uerbo uidebatur. Non secundum, quia cum non ignorarent eum Dei filium esse, audaciæ adscribere non poterant tale factũ mirati sunt igitur, tum propter rem nouam & insolitam, ac præter eorum opinionem, quia nunquam tale quicquam fecerat Christus; tum quia inde intellexerunt consilio remansisse in Hierusalem ipsis non cognoscentibus.

Et dixit Mater eius ad illum.

COMMENTARIA.

Recte Mater eius sola locuta est Christo, quę sola ipsa sine viri copula conceperat, & pepererat eum. Non est autem existimandũ, in præsentia doctorum, dum audiret, & interrogaret eos, matrem accessisse, & sermonem interrupisse, sed postquam Christus recessit ab illis, & ad Parentes se conuertit. Nam & Matth.12. inuenit semel Mater eius prædicantem in Templo, nec tamen accessit, sed foris mãsit, donec sermonem cõplerer. Quod.n. quidam accesserunt, dicẽtes: Mater tua, & fratres tui foris stant, & quærunt te, non à Matre missi fuere, sed ipsi se ingesserunt, vt Christum à prædicatione auerterent, aut forsan existimãtes se rem gratam illi facturos.

Fili, quid fecisti nobis sic?

COMMENTARIA.

Interrogatio quædam est, nõ quidem reprehensionis, aut correptionis alicuius, non.n. ignorabat B. Virgo omni eum carere culpa, qui filius Dei, & conceptus de Spiritu sancto erat, sed cuiusdã admirationis ex materno, ac tenerrimo erga filium affectu, ac fiducia procedẽtis. Admirata est.n. B. Virgo, causam ignorans, cur Christus, qui de ea carnem sumpserat, & natus dignatus erat, & ab infantia semper ei adhæserat, quique ab ea summo amore diligebatur, remansisset in Hierusalem, ipsa cum Ioseph nescientes, permisisset que triduo illos errabundos, & dolentes huc, & illuc permeare. donec ipsum inuenirent. Nota verba, fili quid fecisti nobis? sicut si diceret: Admiramur nec causam scire possumus, cur feceris sic, id est, vt nobis inconsultis remanseris, nosque errare permiseris, cũ sis filius, & hoc nobis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui te summopere diligimus, feceris, idque non errore, sed consilio, & propria uoluntate feceris. si filius non esses, aut si cum extraneis fuisses, aut si non cõsilio, sed casu, uel errore fecisses, non erat cur admiraremur: at fili tu nobis cur fecisti sic? causam, quam ignorabat, (& propterea admirabatur) à filio suo ex materna fiducia scire desiderat. Perfectiorem declarationẽ in Annotatione quære.

ANNOTATIO LXI.

Sensus superioris interrogationis examinatur

CLare ex uerbis hisce colligitur, B. Virginem, postquam uidit Christum disputantem in medio Doctorũ, non iam existimasse eum errore, aut casu aliquo ipsis parentibus non cognoscentibus, remãsisse; inquit enim; Quid fecisti sic? Quantum autem ad sensum spectat, Bonauentura existimat uerbum hoc esse cuiusdam correptionis, quasi Beata Virgo, tanquam mater filium corripuerit, quod sic remanserit. Quæ sententia non mihi placet, tum quia, ubi nulla culpæ ratio est, non potest esse iusta correptio: Beata autem Virgo filium Dei non ignorabat Christum esse, omnis culpæ expertem, cuius gratia & ipsa omni culpa vacabat. Iniusta ergo esset talis correptio, qualem nõ debemus existimare de B. Virgine procedere potuisse: tum quia etiam si mater esset, ancillam se uere profitebatur, & quidem omni humilitate prædita erat. unde nec ausa esset Dominum corripere, eo maxime, quod admirata iam erat tam insigne filij diuinitatis argumentum, quando uidit, & inuenit iter Doctores sedẽtem. Quidam recentiores existimãt uerba esse cuiusdam querimoniæ ex affectu materno procedentis, quasi cum filio suo conqueratur, quod remanserit ipsa nesciente, ex quo eã maximus cruciatus, & solicitudo, & labor tenuerũt. Nec est indecens querimonia; nam in Scriptura legimus quosdam pio quodã affectu querimonias habere ad Deum, quod sibi non exaudiri ab eo uideantur. & Hieronymus Matth. 27. illud, ut quid dereliquisti me, querimoniã quãdam interpretatur. ita potuit Mater cõqueri de filio, quod sit derelicta, non quidem filium increpando, sed uehementem suum erga eum affectum exprimendo; accommodate hoc dici potest. Mihi tamen accommodatior uisa est expositio, quam secutus sum in commentario, ut sit interrogatio admirantis, & causam ignorantis, cur sic cum ea, & Ioseph uoluntarie filius fecerit; solent enim in Scriptura interrogationes fieri etiam ex admiratione quadam, ut patet Isa. 14. quomodo inquit cecidisti de cælo lucifer, qui mane oriebaris? & Zachar. 13. quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Scriptura enim sacra frequentibus utitur interrogationibus, licet non eodem sensu; quædam enim sunt simplices interrogationes, quæ fiunt, ut responsum detur. Io. 18. Quem quæritis? Ioan. 9. Quis est ut credam in eum? Quædam fiunt per modum indignationis cuiusdam. Matth. 17. O generatio incredula, quousque erò uobiscũ? usque quo patiar uos? quædam per modum reprehensionis, & increpationis. Matth. 15. Quare Discipuli tui transgrediuntur traditionem Seniorum? Quare uos transgredimini mandatũ Dei? Quædam per modum deprecationis. Psalm. 43. Exurge, quare obdormis? Quædam per modum piæ querimoniæ. Psal. 73. ut quid Deus repulisti in finem? Quædam per modum cõmiserationis. Thre. 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? Quædam per modum repulsæ. 3. Reg. 16. Quid mihi & uobis filij Seruiæ? Quædam per modum negationis. Rom. 11. Quis cognouit sensum Domini? quis consiliarius eius fuit? Quædam per modum propriæ iustificationis, & defensionis. Psal. 21. & Matth. 27. Deus meus, ut quid dereliquisti me? quasi diceret, in me culpa nulla est, ob quã sum derelictus. sunt infinita testimonia, multiplicesque sensus interrogationum. in præsenti loco interrogatio est admirationis, uti dictum est.

Auctoris sententia.

Interrogationum diuersi modi in Scriptura sæpe cõsueuerunt.

Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.

COMMENTARIA.

AVget causam admirationis; Ecce, inquit, pr̃tuus, & ego, quasi diceret, eo magis admiror, ꝙ nobis cum sic fecerit: eo.n. facto causa fuisti, ut summo dolore affecti te quæreremus, ꝙ te nõ ignoraſ se scio. particula (ecce) non solum cruciatus, & doloris uehementiã indicat, sed causam huius in Christum refert, ꝙ quia sic fecerit, eos tali, tantoque cruciatui exposuerit. Patrem appellat Ioseph, non ꝙ uere sit, sed uti supra diximus, quia loco patris erat, & quia talis reputabatur, & ne qui audirent, filiũ fornicationis existimarent; prius nominat Ioseph, quam seipsam, cum uera mater esset, tum præ humilitate, & modestia, tum ut matrimonij à Deo instituti rationem haberet, in quo uir caput est. qua etiam de causa Matth. 2. Angelus apparuit Ioseph, dicens: Tolle puerũ, & matrem eius. utramq; hanc causam notat Augustinus lib. decẽ & septem sermonum, sermo. 2.

ANNOTATIO LXXIX.

De quo doluerit Maria, & Ioseph.

DVbium quoddam se offert, nimirũ, quid sit id, de quo doluerit Beata Virgo cum sponso Ioseph. huius dubij resolutio ex his, quæ dicta sunt in annotatione 69. præcedenti facilis est. ibi.n. citauimus Origenem, & Titum Bostrenum affirmantes, doluisse, quia existimarunt eum recessisse ab illis, & ad alia transmigrasse, aut in cælum reuertisse, quam sententiam non probaui ob causas ibi adductas. unde aliter dicendum existimo, nempe doluisse de filij absentia, quem putabat à via errasse, sicut cæteros pueros, licet non eodem modo: in qua absentia B. Virgo sibi persuadebat incommoda, multa illum passurũ, deficiente illi ministerio solito exhiberi ab ipsa, & Ioseph. Quamuis enim filium Dei crederent: nouerant tamen in his, quæ ad corpus spectabant, noluisse uirtute sua uti, sed communem hominum seruare consuetudinem. dolebant ergo Parentes, & de absentia, & de illius incommodis, eo magis, quia ignorabant, quamdiu hęc durarent, & an inuenturi essent in Hierusalem. affligebat ergo eos etiam incertitudo temporis, & loci, & tanto acerbior erat dolor, quanto uehementior eorum amor.

Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis?

COMMENTARIA.

ADduo, quæ mater eius dixerat, respondet: incipit aũt à posteriori, nempe patet tuus, & ego quærebamus te. quid est, inquit, ꝙ me quærebatis, nimirum dolentes, & anxij? Interrogatio hæc negandi sensum habet, quasi diceret: non erat cã uobis me quærẽdi, quasi errantem; hoc enim ex consilio, & instituto feci, ut solus remanerẽ. Non sunt hæc uerba reprehensionis, sed instructionis, & consolationis, & defensionis cuiusdã: instructionis quidem, docet enim quod factum est ab illo, consilio, & mysterio diuino gestum esse, ut ijs, quę patris sunt, incumberet. quod etiam uerbis sequentibus clarius explicat: consolationis uero, quia causam dolendi, & solicite inquirendi non fuisse dicit; nec enim quicquã mali ex ijs, quæ ipsi timuerunt, intercessit in hoc facto. defensionis autem, quia cãm illis dolẽdi, & anxie quærendi dedisse tacite negat, quasi diceret: Non ego uobis cãm huius cruciatus, & inquisitionis dedi; non.n. feci quicquã, propter quod reuera me dolentes quærere debuisseris. Vos pro amore uestro, & quia ignorabatis rei mysterium, cãm uobis ministrastis. Quamuis aũt sola mater locuta sit, utriq; respondet, quia cã utrique cõmunis erat, & quia nomine etiam Ioseph fuerant uerba à matre prolata.

Hæc Christi uerba ĩstructionem, consolationem, & defensionẽ important.

ANNOTATIO LXXX.

AMbrosius in præsenti Matrem à filio hisce uerbis argui affirmat, nec explicat qua de causa arguatur, & re uera nulla est, ubi enim nulla est culpa; cessat omnis arguendi aut reprehendẽdi cã: sunt potius uerba consolationis, & defensionis, ut in commentario interpretati sumus. rectè aũt Euthymius explicat, qd est inquit, ꝙ me quasi errãtẽ quærebatis? Obijciet quispiam, si nõ

Reijciuntur existimãtes Christũ his uerbis Parẽtes reprehendisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat causa, cur quæsierint, vana ergo erat inquisitio, & consequenter vitiosa. Respondeo non esse rectam hanc consecutionem: fieri enim potest quempiã recte aliquid facere, motum aliqua existimatione probabili, quamuis re ipsa non existat, quod arbitrabatur, seu existimabat; si quis enim existimans quendam indigere ministret ei, & conferat eleemosynam, opus virtutis facit, licet ille vere non indigeat. Nec caruit laude adoratio illa Ioannis Apoca. 19. quãdo existimans Deum esse, quem videbat, Angelum, vti Deum adorauit, quousq; fuit admonitus. Nec nitio sunt dandæ lachrymæ Iacob super Ioseph, quem à bestia occisum existimabat, cum reuera viueret. sunt multa huiusmodi exẽpla. non ergo reprehendenda, sed laudanda fuit B. Virginis solicitudo, & inquisitio; nam rationabiliter existimare potuit filium suum paruulum accommodare se voluisse cæterorum puerorũ naturę, sicut in alijs multis fecerat, quo casu quærendus, & quidem cum solicitudine erat; existimatio ergo rationabilis, licet res non ita se habeat, non tollit actum virtutis.

Nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?

COMMENTARIA.

PRobatio est præcedentis sentẽtiæ, nimirum non esse cãm requirendi eum quasi errantem. Est aũt sensus, scire, & cogitare poteratis, me ob negotia Patris mei, quib. me oportet incumbere, remãsisse. & si hoc cogitauissetis, non vtique sic dolentes quęsissetis me. Sciebãt B. Virgo, & Ioseph Christum Dei filium esse, ac venisse in mundũ, ut opus salutis nostrę perficeret, quod hoc in loco ea, quæ Patris sunt, appellat; non tñ cogitarunt ea tunc de causa remansisse solum in Hierusalem. Hoc est, & dicit Christus illis: Sciebatis me debere ea, quę patris sunt, facere. hinc colligere poteratis cãm absentiæ meæ, sicque non doluissetis tam auxiæ me quæ rentes. Hęc sententia tacite respõdet ad prius illud dictum. Cur secilli sic? nimirum, quia oportet me esse in his, quæ patris sunt, in quib. non pendeo à vobis, nec vobis subijcior, sed soli patri; sicut ille præcepit, sic facio. opponit aũt Parentib. patrem ęternum, quasi diceret: vos dicitis, pater tuus, & ego quærebamus te; at ego cum Patrem habeã in cęlis, quia filius Dei sum, habeo alia negotia, quæ illius sunt, in quibus nihil mihi est vobiscum, & illis oportet me incumbere, recte autem dicit (mei) non (nostri) vt ostendat se habere Deum Patrem naturalem, & sibi substantialem, nos vero adoptionis. Ioan. 20. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrũ hoc notat Cyrillus Alex. lib. de recta fide ad Reginas, hunc locũ Lucæ explicans. Aduerte illud (nescie batis) sensum facere affirmatiuum; nam interrogatio ipsa unam habet negationem; verbum aũt (nesciebatis) habet alteram, nempe (non sciebatis) vnde vtraque simul affirmat, quasi dictum esset absque interrogatione, sciebatis, quia in his, quę patris mei sunt, oportet me esse. Simile est illud 1. Cor. 9. Nescitis, quod qui in stadio currunt, oẽs quidem currunt, sed vnus accipit brauium? id est scitis, q̃ omnes qui in stadio currunt, omnes quidem currunt. Aduerte quia Christus remanserat, vt opus diuinitatis suæ exerceret in quo parentib. non subdebatur, propterea vtitur hoc genere locutionis, quasi ex imperio quodam, non vt purus homo, sed vt simul filius Dei.

ANNOTATIO LXXXI.

ORigenes hom. 20. in Lucam Epiphan. hær. 30. Titus Bostrenus, Euthym. & inter Latinos Aug. lib. decem & septem sermonũ ser. 2. & Leo Epist. 4. ad Episcopos per Siciliã constitutos c. 2. id q̃ dicitur (ijs, quę patris mei sunt) interpretantur cẽplum. Tẽplũ. n. domus est Dei Ioan. 2. nolite facere domum patris mei, domum negociationis: erit ergo sensus iuxta hanc interpretationem, scire poteratis me esse in Tẽplo Dei: vnde non erat cur me quęreretis quasi errantem. Hæc expositio non videtur accommodatum sensum facere: non enim quia Templum erat Dei, inde sequebatur, oportere Christũ ibi manere: nam non semper erat in Templo, magis ad rem facit, quod in commentario dictum est, opera, quæ diuinitatis erant, quæque non vt homo cõmunis, sed vt Redemptor, faciebat, appellasse ea quæ Patris sunt. quo sermonis genere sæpe est usus postea. Ioan. 4. cibus meus est, ut faciam voluntatem patris mei, ut perficiam opus eius, Io. 9. me oportet operari opera eius, qui misit me. Io. 17. opus consummaui, quod dedisti mihi, ut faciam. Tale erat opus, quod Christus in Templo nunc fecit: nã iam iam doctrinam suam mundo manifestare, & ad eius aduentum agnoscendum doctorũ corda excitare incipiebat. ideo dicit, in ijs, quæ Patris mei sunt, oportet me esse. In huiusmodi autem operationibus non erat subiectus parentibus, sed Patri, vti diximus supra Anno. 67. ideirco sine consensu parentũ remãsit in Hierusalẽ, vt tale opus exerceret. Occurrit dubitatio in hoc loco, qua de causa opera huiusmodi, quæ vt Redemptor faciebat, Patri tribuat, & appellet Patris opera, cum uere Christus Deus, & homo ea faceret. Respondeo, dici opera Patris, primo quidem, quia propter hæc à Patre missus est in mundũ; non enim ideo uenit Christus, ut ambularet, comederet, dormiret, cæteraq; faceret, quæ puri homines faciunt, sed ut prædicaret, miracula faceret, redimeret, cæteraque similia, quæ dicuntur opera redemptionis, propria exhiberet. Luc. 4. Quia alijs, inquit, ciuitatib. oportet me prædicare, quia ad hoc missus sum. Ioan. 18. Ego ad hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Secũdo, quia etiam si Christus esset Deus & homo, sicque Redemptor, tamen redemptio præcipue erat a diuinitate, miracula. n. faciebat Deus & homo: tamen diuinitas præcipua causa erat, similiter efficacia, & ualor operum eius maxime procedebant ab eo, quia Deus erat, idcirco Patri tribuit, cuius filius erat, & à quo habebat diuinitatem. Tertio, quia ut homo accepit præceptum à Patre de huiusmodi operibus faciendis Ioan. 14. sicut mandatum accepi à Patre meo, sic facio. & nunc dicit (oportet me esse.) verbum (oportet) præceptum indicat Patris. de qua re plura dixi in Commẽtarijs in Ioannem. Quarto, quia nemini ut homo se subiecit in his, nisi soli Patri æterno, non matri, non Ioseph. id quod significauit uerbo eodem (oportet. vbi perpende, quanti sit faciendum diuinum præceptum; Christus enim teneritime diligebat beatam Virginẽ scie superauit tamen hoc diuinum mandatum, & Patris negotium. Quanti ergo homo purus, & peccator debet facere, quæ Dei, & Domini sunt, si Christus Dei filius tanti fecit opus patris? Recte aduertit Orig. homil. 20. hoc uerbo significasse Christum se non tantum esse Deum, sed etiam Dei filium. Notat etiã Epiphan. hęre. 30. eodem uerbo conuinci hæresim Ebionis, & similium, qui docebant non fuisse Christum filium Dei vsque ad Baptismum, quando fuit annorum triginta: at hæc uerba contrariũ probãt, erat enim annorum duodecim, & patrem suum Deum uocat. dubitatio etiam est in illo uerbo (nesciebatis) qd vti diximus in commentario, vim habet uerbi affirmatiui, nempe sciebatis. Est aũt talis: cum B. Virgo, & Ioseph nouerint Christum filium Dei, & habere opera Patris, quæ illum facere oportebat, videntur reprehensibiles, eo quod nõ cogitauerint illam absentiam ea de causa factam fuisse. Respondeo nullam culpam prorsus commisisse, nec vlla dignos reprehensione, si id non cogitarunt, sed potius quia errare uoluerit; nam verumque esse potuit; & quod remansisset, uolens in hoc alijs pueris similis fieri, sicut in multis fecerat; & qd diuinum opus Patris facere, & se Dei filium ostendere uoluisset, habuitque B. Virgo probabilem rationem cogitandi illud prius, quia non erat experta in toto pueritiæ tpe præcedẽti, Christum simile

Quare Christus Patris appellet opera, & ipsemet vt Redẽptor exercebat.

Nõ Maria et Ioseph alienum negotium in hac re fuit arguendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

misse quid egisse. Amor præterea vehementissimus erga filium impulit ad timendum illi, & cogitandumne errare uolens, inulta pateretur, uti diximus.

Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos.

COMMENTARIA.

BEata virgo, & Ioseph tunc non plane assecuti sũt, nec apprehenderunt sensum responsionis, non intelligentes, quę appellauerit ea, quæ Patris sunt, & quid sibi uelet, oportere eum in his esse. Etsi n. nouerint illum esse Christum Dei filium, ac saluatorem: rationem tamen, qua ille munus suum obiturus erat, & rationem eorum, quę iã ab illo agebantur, haud quaquã plene cognoscebant, sed progressu tẽporis eorum scientia, seu fides augebatur, Nec derogat quicquam perfectioni Beatæ Virginis, & Ioseph, quæ plus in charitatis magnitudine, quam in fidei extensione consistebat. Neque enim quicquã eorum, quæ ad statum eorum tunc pertinebant, ignorabant.

ANNOTATIO LXXXII.

DOctores interpretantes ea, quæ Patris sunt, de templo, uti dictũ est in annotatione superiori; consequẽter hæc verba explicãt in eundem sensum, vt non intellexerint parentes, quod de templo dixerat, ficque explicat Euthymius. At nos secuti sumus expositionẽ aliter intelligentes ea, quæ patris sunt, & iuxta eam diximus B. Virginem non statim id uerbum intellexisse. Durum videtur quibusdam recentioribus uerbum hoc, ideirco uiolentas, & singulares proferunt expositiones. Quidã asserunt referendam esse hanc sententiam non ad B. Virginẽ, & Ioseph, sed ad auditores illos, de quibus superius dictũ est, tlupebant, qui eum audiebant, hosque dictos non intellexisse affirmant. quæ expositio quam dura sit, nemo nõ uidet, cum relatiuum (ipsi) proximas personas referat. Quidam alij de solo Ioseph interpretãtur, per synecdochen positum esse utrumque pro uno solo assimantes. hæc expositio parũ est accommodata: nam sicut ad utrumque sermo Christi factus narratur absque synecdoche, ita ẽt de utroque simul dictum est quod sequitur. Nec est inconueniens vllum, affirmare B. Virginem non omnia mysteria à principio intellexisse; sicut enim in gratia, & charitate suscepit augmentum, ita & in fide, non quantũ ad certitudinem, & firmitatem, quia semper constantissime credidit, sed quã tum ad dilatationem, & extensionem quandam, quia multa temporis successu nouit, quæ prius non nouerat. Quoad uero Trinitatis mysterium, & ipsius Christi diuinitatem, & incarnationem & officium, quia Saluator erat, multaque alia huiusmodi, fides eius fuit eximia, nec quicquam ex his ignorabat. hunc fidei progressum fatentur. Orighomi. 20. & Titus Bostrenus, & alij plurimi, idque Euangelista hic, & alibi manifesto docet.

Proxima sententia sui fusius examinatur.

Maria sicut in reliquis uirtutibus, ita etiam in fide in dies proficiebat.

Dubitatio tamen quædam se offert consideratione digna, quomodo Beata Virgo non intellexisse dicitur verbum hoc Christi, quæ Angeli annunciantis verba maiora, & profundiora mysteria significantia percepit, & comprehẽdit? Respondeo nec hæc nec illa assequi potuisset, nisi Deus illius mentem illuminasset; non enim naturale lumen sufficit, nisi diuino adiutum ad fidei mysteria apprehendenda. sicut igitur in annunciatione diuino lumine illustrata, quæ dicta erant ab Angelo, intellexit, non intellectura, si lumen non recepisset; ita non intellexit uerbum hoc, quia non ei datum fuit tunc temporis. quod si prosequatur quispiam interrogare; quare ei datum non fuit? Respondeo conuenientissime factum id fuisse propter multa. Primo quidem, ut sic notum esset nobis discrimen inter filium, & ipsammet; ille enim plenus sapientia, & gratia à principio nullum in se augmentum recepit, nec enim sciuit aliquid progressu temporis, quod ante nesciebat, nec iustior factus est, quam prius fuit: at Beata Virgo licet magnam gratiæ, & fidei copiam acceperit in conceptione sua, & quando filium concepit, tamen & fide & gratia ac sanctitate in dies augebatur; non enim erat illius natura unita diuinitati, à qua plenitudo perfecta emanaret, sicut in Christo factũ est. Secundo, ut nobis innotesceret posse multa ignorari mysteria absq; vlla culpa, nec Christianæ iustitiæ perfectionem consistere tam in scientię, & notitiæ multitudine, quam in charitatis magnitudine; maior enim erat causa, & gratia dilectionis in Beata Virgine, quam scientia & notitia diuinorũ mysteriorum. Tertio, ut sic ostenderetur omnia accepta esse à Deo, ex gratia, & beneuolentia, si homo quidem virtute propria mysteria diuina inuestigare posset, efficax tunc esse argumentum. Intellexit quod maius & difficilius est; ergo etiam quod minus est: at in his, quæ non propria uirtute, sed diuina gratia assequimur, argumentũ nõ valet: nam sæpe datum est maiora agnoscere, nõ minora, ut sic manifestum nobis sit, & hæc, & illa a diuino pendere nutu. Exempla huius rei Scriptura nos docet. Gen. 27. Isaac senex non nouit Iacob præsentem, existimans esse Esau, & tamen nouit futura multa, & cognitu difficiliora. Similiter 4. Regum 4. Elisęus nouit Eliam raptum iri, & tamen 4. Reg. 2. non nouit Sunamitidem plangentem coram eo propter filium mortuũ. Sunt alia huiusmodi multa. Quarto ad humilitatis exercitium, hac enim de causa Gregor. lib. 3. Dialogorum c. 14 docet Deum seruis suis maiora concedere, & minora negare. Quinto, propter meritum, ut nostram etiam adhibeamus operam, & faciamus quod in nobis est, quod euentus rei indicauit: nam & Beata Virgo omnia verba hæc conseruasse dicitur, seruans corde diuina mysteria. Demum, quia non erat tunc tempus intelligendi hæc verba, quia per multos annos Christus opera talia patris non erat exercitaturus. vnde paulo post dicitur: Descendit cum illis, & erat eis subditus. Sat s fuit insinuasse, & uelut iactasse semen, quod suo tempore fructum faceret, propterea quod Beata Virgo verba conseruabat, & hæc est potissima ratio.

Quomodo de Maria, & aliis dicatur mysteria non nouisse, quæ tamen nouerunt, & penetrarunt, filij semini intellexit.

Et descendit cum eis, & venit Nazareth.

COMMENTARIA.

DEscendisse dicitur cum eis, quia à Hierusalem proficiscebatur in Galilæam, quæ ratione situs inferior est, & humiliori sita loco, quam Iudæa, in qua erat Hierusalem; reuersi sunt ergo B. Virgo, & Ioseph cum Christo in ciuitatem Nazareth, à qua venerant, vt Pascha celebrarent.

ANNOTATIO LXXXIII.

BErnardus hom. 19. in Cantica significat Parentes non acquieuisse responsis Christi, quasi uellent retrahere, & reducere eum in Nazareth. inquit. n. sic, Cum remansisset in Hierusalem, & dixisset, in his, quæ Patris sui erãt, oportere se esse, non acquiescentibus parentibus eius, sequi eos in Nazareth non despexit, magister discipulos, Deus homines, Verbum, & sapientia fabrum & fœminam. Hæc ille. dura sunt hæc verba, nec uideo, quo argumento probari possit, illos non acquieuisse uerbis Iesu, cum dictum sit de matre, conseruasse omnia uerba hæc: nonerat ergo quid diuinum in facto, & uerbis, nec refragata est filio, sed omnino conformem voluntati se exhibuit, nec si immorari plus temporis ibi uoluisset, retrahere eum tentasset. venit ergo in Nazareth, sponte, non inductus a parentibus.

Bernardi uerba notãtur.

Et erat subditus illis.

COMMENTARIA.

NE videretur in omnibus subtrahere se ab obedientia uel-le, quã voluntarie parentibus, non solum vero, sed etiam secundũ opinionem, qualis erat Ioseph, illã impẽdere decreuit. ideirco subditum se exhibuit illis in eis, quæ cõiter pueri exhibere solẽt erga parẽtes, vt omnibus esset exemplum diuinũ mandatũ de parentib. honorãdis adimplẽdi, vt sicut ẽ eo, q̃ remã serat solus sine parẽtum cõsensu,

Deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum se esse declarauerat, ita etiã in subdendo se illis, hominẽ se esse comprobaret, eumque opera diuina, ut Dei filium, & humana vt filium hominis habere, esset omnibus manifestum.

ANNOTATIO LXXXIV.

AButuntur hac sententia Ariani, ex hac subiectione, & obedientia inferentes, Christum etiam secundũ naturam diuinam inferiorem esse patre, vt refert Augustinus lib. 3. contra Maximinum c. 18. argumentabantur autem sic: Christus, ut homo propter naturam humanam susceptam à matre, subijciebatur illi: ergo Christus vt Deus propter naturam diuinam à Patre susceptam multo magis subijcitur Patri: si ergo subijcitur, igitur non est æqualis, sed minor Patre. Cyrillus lib. 10. Thesauri cap. 8. explicans illud 1. Corinth. 15. Tunc & filius subijcietur ei, admittit Filium subijci Patri secundum etiam naturam diuinam, quia secundum naturam diuinam facit, quæ placita sunt Patri; negat tamen inde inferri inæqualitatem naturæ, sicut homo homini subditur; natura tamen est æqualis in eis. At vero cæteri patres dissentiunt, negantes Filium secundum naturam diuinam Patri esse subiectum. ita habent Ambr. lib. 5. de Fide cap. 6. Hilarius lib. 11. de Trinitate. Hieron. Epist. ad Amandum, ubi citat Hilarium. Basil. etiam lib. 4. contra Eunomium, & re uera doctrinæ Cyrilli in hac parte præponenda est cæterorum Patrum sententia, nec illius euasio valet: nam ubi est subiectio, necesse est distinctam esse voluntatem, intellectum, & potentiam obedientis, & eius, cui obeditur, hoc enim est obedire alteri, sentire, velle, facere, quod sétit, vult, præcipitque alter. cum igitur in Patre, & Filio sit eadem voluntas, intellectus, & potentia, sicut & essentia, non potest esse vnius ad alterũ obedientia, aut subiectio, sicut nec eiusdẽ hominis ad seipsum. Si igitur admittitur obedientia, & subiectio filij ad patrem, necesse est distinctam habere voluntatem, intellectum, & potentiam, & consequenter naturam: data autem natura distincta, consequetur Filium minorem, quia hæc natura erit à Patre facta, vt affirmabat Arius. Si autem ratio Cyrilli efficax esset, ideo filium subdi Patri, quia quę placita sunt ei, etiam secundum diuinam naturam facit, inferre oportet, etiam Patrem subijci Filio, quia Pater etiam facit, quę filio placent. quam subiectionem etiam admittit Cyrillus, vt & Filius Patri, & pater filio subijci dicatur, quę locutiones sunt impropriissimæ, & non probãdę; ubi enim subiectio, & distinctio est uoluntatum, & inæqualitas quædam, quæ in patre, & filio non sunt: non ergo Christus secundum diuinam naturã est patri subditus. Ad argumentum igitur Arianũ propositum aliter respondendum est cũ Augustino lib. 3. contra maximinum cap. 18. supra allegato, cuius responsio & doctrina cõsistit in nonnullis dictis. Primo quidem, Filius in humanis, non eadę cauſa subditur patentibus, quia genitus est, & naturam accepit ab eis; si enim hoc esset, semper subijceretur dum uiueret, nec daretur emancipatio legis, nec posset filius fieri superior patre, nec rex, nec prelatus nec princeps super eum, quę omnino falsa sunt. Secundo, Filius subditur humanis parentibus propter naturæ acceptę conditionem, quia accipit eam ita imperfectam, ut indigeat in primis annis nutriri corpore, & erudiri animo. Tertio, cõsequitur ex his, cum filius in diuinis nõ sic accipiat naturam à patre, sed absque vlla imperfectione, & ęque perfectam, non subditur secundum eam naturam patri, sicque soluitur argumentũ Arianorum. Adde Christum naturam humanam habuisse distinctã à Matre, sicque potuisse subdi ipsi: at naturam diuinam habet eandem omnino cum patre; ideo ei subdi non potest. Arius vero affirmans subiectionem hanc, distinguebat naturas, negans Patris, & Filij consubstantialitatem. quę doctrina fidei Catholicę aduersatur. Superest igitur subiectum dici ratione humanę naturę, in qua & distinguitur à patre, & minor est illo. In hac igitur subditus fuit patri, & parentibus, illisque obediuit, cum discrimine tamen, quod notat Ambrosius: nam patri obedientia erat debita, & secundum naturam

Sententia Cyrilli nõ probãda.

Ariani rũ argumẽtũ à prima ab Augustino soluitur.

turam, quia ut homo, erat minor patre, & natura erat ipsius opus; creata est enim humanitas Christi, ideo Deo subdita: at obedientia parentibus non erat debita, nec secundum naturã, cum esset æqualis cum parentibus, sed voluntaria, quia voluit illis subdi; sicut enim carnis infirmitates voluntarie suscepit, ita & obedientiam matris; non autem rationę animæ, quia non habuit ignorantiam, nec indiguit eruditione. non ergo potuit non esse subditus patri, cum homo esset, potuit tamen non subdi parentibus, si voluisset. Quãdo autem dico cum Ambrosio, obedientiam hominis Christi fuisse debitã patri, nõ intelligas Christum legi subditum ex legis ipsius Iudaicæ obligatione, & vi; nõ enim sub lege comprehendebatur, nec ex vi ipsius obediuit, sed quia voluit, aut quia sic voluit pater, vt legem, qua non comprehendebatur, impleret. obedientia ergo hæc debita erat in his, quæ pater ei mãdauit, qualia sunt quæ ad redemptionem pertinent: hæc enim iniuncta sunt ei à patre, immo quod legẽ impleret, quod parentibus subditus esset, qua ratione pater sic uoluit, debita erat obediẽtia; ratione uero legis, aut parentum ipsorum, voluntaria, & non debita fuit, nec necessaria, quia non ratione naturæ. Quod autem ex hoc loco ad mores facit, recte notauit Orig. homil. 20. Discamus, inquit, filij, subiecti esse parentibus nostris, maior minori subijcitur; nam quia maiorem Ioseph videbat ætate, propterea cum parentes honore coluit, omnibus filijs exemplũ tribuẽs, vt subijciantur parentibus. Quod si patres ijs non fuerint, subijciantur ijs, qui patrum ætatem habent. Quid loquor de parẽtibus, & filijs? si ipse filius Dei subijungitur Ioseph, & Mariæ, ego nõ subijciar Episcopo, qui mihi à Deo ordinatus est pater? non subijciar presbytero, qui mihi Domini dignatione præpositus est? Puto qđ intelligebat Ioseph, quia maior se erat Iesus, qui subijciebatur sibi, & sciens maiorem esse subiectum, trepidus moderabatur imperiũ. videat ergo unusquisque, quod sępe maioribus præpositus ne inferior, & nonnunquam accidit, quod ille, qui subiectus est, melior sit eo, qui sibi videtur esse præpositus; Quod cum intellexerit dignitate sublimior, non eleuabitur superbia ex eo, quod maior est, sed sciet ita sibi meliorem esse subiectum, quo & Iesus subiectus fuit Ioseph. Hęc ille.

Moralis documẽtũ Orig.

Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.

COMMENTARIA.

ETsi Virgo Beata, quæ fecerat, & dixerat filius, nõ plane tũc assequebatur, intelligebat nihilominus diuina, & humano sensu sublimiora esse, ideo non excipiebat ea tamquam à puero duodecim annorum, sed tamquam à Filio Dei, & omni scientia prædito dicta & facta, conseruabatque in corde suo, expectans à Spiritu sancto, cuius opera cõceperat, eorum omnium opportuno tempore intelligentiam.

ANNOTATIO LXXXV.

TItus Bostrenus illud (verba) ea, q̃ dicuntur, & interpretatur, refert. Quæ non tantum ad ea, quæ dixerat nũc Christus, sed etiam ad ea, quæ ab Angelis, Pastoribus, Simeone, & Anna audierat. Hæc omnia Beata Virgo conseruasse nunc in corde suo dicitur. Euthymius ad dicta quidem refert, non tamẽ ad omnia præcedentia, sed ad proxima, nimirum, (in ijs, quæ patris mei sunt, oportet me esse.) Et quidem probo ad proxima, & immediate præcedentia referendam esse hanc sententiam, id quod relatiuum illud (hæc) indicat; non tamẽ ad uerbum à Christo prolatum tãtum refero, sed etiam ad ipsum factũ, quod remanserit solus in Hierusalem, inter doctores repertus sit, & quod post hæc subditus illis permanserit. omnia hęc ferebant, nec tunc B. Virgo perfectam omnium rõnem, & intelligentiam asse quebatur, ideo cõseruabat in corde suo. Moueor ut hoc affirmẽ, eo argumento, q̃ si ad dicta à Christo sola hoc referẽdum esset, Euãgelista statim post verbũ Christi adiunxisset hãc sententiam. at nõ ita fecit, sed dixit: Descendit cũ illis, & venit Nazareth. Post omnia aũt hęc addidit:

Quid & quę ea verba, sit hoc loco intelligendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

didit: Mater conseruabat omnia verba hęc. Nec nouũ est ĩ Scriptura Verbi no mẽ nõ solũ dicta, sed etiam facta significare, utnotauimus superius ibi: (videamus hoc verbum, quod factum est.)

Et Iesus proficiebat sapientia.

COMMENTARIA.

A Duodecimo etatis anno usq; ad trigesimũ qd Christ⁹ gesserit, breuissimo cõpendio Euãgelista peurrit, triplicé progressũ eius describens. Primus est in sapientia: Proficiebat, inquit, & augebatur in dies sapientia, non q̃ habit⁹ ipse in se sapientiæ augmẽtũ reciperet, sed q̃ in dies sapientiora uerba, & opera proferret; uerba enim, & opera sapientiã Euangelista appellat.

ANNOTATIO LXXXVI.

Ariani & Nestoriani hamis reiiciũtur.

NOn modica est in huius sententiæ explicatione controuersia. In primis quidem Ariani hunc sapientiæ progressum in diuinã Christi naturã referebant, indeq; deducebant Dei filiũ minorẽ esse Patre, quippe qui tempore sapiẽtior fieret. Meminere huius rei Athanasius, serm. 4. contra Arianos. & Ambros. lib. de incarnatio. Domini. sacra. cap. 7. & uterq; illos redarguit uerbo Euangelistæ sequenti, nimirũ (proficiebat ætate) quod non diuinitati, sed humanitati conuenit: igitur sapientiæ profectus nõ est diuinitatis. Procedebat autem hic error ex altero; existimabant. n. Ariani in Christo non esse animã rationalẽ, sed diuinitatẽ loco animæ uitam esse, hinc sapientiæ profectum, quæ animæ rationalis est, in diuinitate collocabant. Hanc autem refutare hæresim instituti præsentis non est. Quidam alij hæretici profectum sapientiæ ad humanitatem pertinere asserabant, tamen in altero errabant; existimantes. n. sapientiam, quæ erat Christi humanitatis, aũctam, & incrementum secundũ ętatẽ accepisse, inferebant purũ fuisse hominem, & habuisse personam humanam, quę non uniebatur diuinæ, nisi ratione gratiæ, & uirtutũ, per quas Deus in illo homine erat; non. n. capiebant, qua ratione, si hypostatice unitus esset uerbo, & unica persona diuina illi esset humanitati coniuncta, fieri poterat illum hominẽ in sapientia profeciſſe. ita Nestoriani dicebant, referente Damasceno li. 3. de fide. cap. 22. His uero reiectis erroribus, ad eos, qui Catholice in hac parte sentiunt, accedamus. omnes enim cõueniunt, in diuina sapientia, seu ratione diuinæ naturæ non fuisse hunc profectum. Quo autem modo fuerit, uarie explicant. Primo quidẽ Damascenus li. 3. de fide. cap. 22. ratione corporis mystici affirmat, Christi dictum esse profeciſſe sapientia: non quidem in se, sed in eius fidelibus. Hæc tamen explicatio etiamsi sit quorundam aliorum Patrum, nõ est satis accommodata, nec in ipsa ipse Damascenus conquieſcit, sed aliam adiungit, nam in contextu hoc, vt ex antecedentibus liquet, sermo est de Christo in se, non de corpore eius mystico. Illud etiam uerbũ adiunctũ (ætate) idipsum probat, quod quidem dictũ est de Christo ratione corporis proprij. Adde illo tunc temporis nondum Christo prędicante, non uidetur corporis eius mystici factus profectus. Secundo igitur loco Orig. homil. 1. in Hieremiam, hunc locum de Christo ipso interpretatur; affirmat tamen Verbum ipsum profeciſse non quidem in se, sed in humana natura; profectus autem fuit hic, quia quę in se, ut Deus sciebat, sumpta natura humana nouo modo sciuit, nempe humano, unde humana natura scientiã acquirente, ipsum uerbum proficiebat in sapientia, nouo semper modo res ipsas cognoscens, quas prius sua sapientia diuina cognouerat. profectum ergo refert ad Verbum ipsum propter nouitatem modi cognoscendi res. Improprie profecto loquitur; nõ enim aliter Deus proficere dicitur, nisi ex communicatione idiomatum, quia ille homo, qui Deus est, proficiebat. Tertio loco Athanasius. ser. 4. contra Arianos, & Cyrill. lib. 10. Thesau. c. 7. hunc profectum in Christo ratione suę humanitatis interpretantur, sic tamen quod à principio incarnationis non fuerit à diuinitate illi communicata tota sapientia, sed paulatim, & temporis progressu illustrata fuerit, & sapientiam receperit, magisq; ac magis sapiens euaderet. nec hoc dicunt repugnare unioni hypostaticę eius cum

Patrum sententia de Christi progressu in sapientia, refertur.

cum Verbo, exemplum afferentes de morte, cæterisque passionibus: nam sicut quod humanitas passibilis, ac mortalis fuerit, sitim, famem, cæteraque similes infirmitates pateretur, non fuit impedimento, quin unita esset diuinitati; ita etiam de sapientiæ profectu: quamuis enim non habuerit à principio totam sapientiam, sed paulatim receperit, non ob id effectum est, quo minus Verbo unita fuerit. Vnde iuxta hãc sententiam admittenda est in Christi humanitate ignorantia aliqua. aliter. n. sapientior euadere non posset, sicque eam admittit Athanasius loco citato. Quarto loco Ambr. lib. de incar. Dom. sac. c. 7. Profectũ in natura humana ponit, sicut Atha. & Cyrill. ita vt à principio non omnia nouerit Christus, sed progressu temporis. Est tamen discrimen inter Ambrosium, & Athanasiũ, ac Cyrillum, hi enim sic ponunt profectum in scientia humanitatis Christi, vt dicant eam ab ipsa diuinitate communicari, paulatim reuelante animæ cognitionem: at Ambrosius non sic in ea profeciſse dicit, sed per sensus acquirẽdo, sicut nos homines facimus. Quãtum autem ad profectum non distinguit, an à diuinitate reuelante, an per sensus humanos prouenerit. consentit Euthymius, immo videtur Auguſt. lib. 3. contra Maximin. cap. 23. idem sensisse, nam excludit profectum in sapientia diuina, affirmans ratione humanæ naturæ profeciſse, licet idemmet Aug. lib. 2. de peccator. merit. & remiſ. c. 29. doceat in Christo etiã infante propter vnionem ad Verbum, nullã fuisse ignorantiam. Deserta est hac sentẽtia à multis alijs Patribus, qui etiam ratione humanæ naturæ nõ admittunt Christum in sapientia profeciſse, sed affirmant ex vnione ad Verbum, plenum fuisse sapientia, & gratia. Vnde alium modum quinto loco excogitarunt, quo profeciſse dictus sit sapientia, nimirum, quãtum ad ostensionem, & manifestationem: nam temporis progressu sapiẽtior videbatur, eiusque latens plenitudo sapienter paulatim exterius magis ac magis elucebat. Hic modus est Greg. Nazian. in orat. in laudẽ Basilij, cuius verba sunt: Ille, vt ætate, & sapiẽtia, & gratia proficiebat, non quod hæc in illo incremẽtum caperẽt (quid. n. illo quod à principio perfectum est, perfectius esse potest?) sed quod paulatim patefierent, & elucerent. Hæc Greg. Idem hẽt Hieron. super illud Ierem. 31. (Mulier circumdabit virum.) Iuxtã incrementa, inquit, ætatis per uagitus, & infantiã proficere videbatur sapientia, & ætate, sed perfectus uir in uentre fœmineo solutis mensibus continebatur. Hæc Hieronymus. Idem habet Titus Boſtrenus, Epiphanius in Ancorato, & Damascenus lib. 3. c. 22. Nicepho. lib. 1. histor. c. 14. Anselmus lib. 1. cur Deus homo ca. 9. & Bernar. serm. 2. in Missus est. Et licet uideatur Cyrillus loco allegato id sentire, reuera non ita est: nam loquitur de sapientia diuina, quæ magis, ac magis apparebat in ipsa humanitate, dum eam in dies illustrabat. Sexto loco post Patres antiquos superuenere scholastici Doctores, qui rem hanc explicatius tractantes, præcipue illam scientiã, & sapientiam, quam Christus, vt Deus habet, quæ eadem est ac Patris, & Spiritus sancti sapientia, distinguũt in humanitate eius tres scientias. Vna est, quam visionis Scientiam appellãt, qua videbat intuitiue diuinitatem ab exordio incarnationis, sicut beati vident, & in ipsa diuinitate creaturas cunctas. cuius scientiæ meminit Aug. lib. 4. de consensu Euangeliſtarum cap. 10. & in hac nullum fuisse augmentum dicunt, sed totam plenitudinem animam illam accepisse ab incarnatione Verbi. Altera est, quam infusam uocant, vt enim Angelis, & Adæ in principio etiam scientiam Deus infudit; ita & animæ Christi, quæ ita perfecta fuit, ut nihil creatum ignorauerit; per eam tamen nihil sciuit, quod per scientiam visionis non sciuerit, sed scientia hæc nouum sciẽdi modum attulit: per visionis enim scientiam nouit omnia in diuina essentia, per hanc uero infusam nouit res in seipsis. Tertiam scientiam adiungunt, nimirum, acquisitam, & experimentalem: nam etiamsi sciret iam omnia, tamen ipsa re, & effectu ex rebus uisis, & sensu percepto accedebat scientia acquisita, vt quod ante infusa nouerat, etiam speciebus sensu perceptis, scire

Rectius tractantes Theologorum sententia de triplici Christi scientia explicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sciret per acquisitam.quibus positis interpretantur locum hunc,nimirum profeciſſe sapientia acquisita,non quod sciret de nouo quod ante ignorabat,sed q̃ sciret nouo modo id, quod ante quidē sciebat, sed non eo modo. Forsan hæc fuit mens Ambrosij, supra citati, quia uero ipse nō meminit alterius scientiæ in Christo vltra diuinam, nisi huius acquisitæ, idcirco separauimus eius sententias ab alijs.

In hac parte mihi nōnulla videntur. Primo in Christo fuisse scientiam quādam experimentalem,quā uocant, eāq; non ab exordio incarnationis perfectā, sed progressu temporis sensuum exercitio auctūm,ideoq; in hac eum scriptura profeciſſe, ut sacri Doctores docent: nam Iſai. 7. dicitur, Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. & rursus: Ante quam sciat puer uocare patrem suum, & matrem suam. quem locum Augustinus libr. 2. super Geneſim ad literā, cap. 14. interpretatur de Christo,distinguens in eo prudentiam,& experientiā Est etiam illud Hebr. 5. Didicit ex his, quæ passus est,obedientiam. quem etiā locum interpretans Oecumenius,scientiæ huius experimentalis meminit; nec in hac parte dissentiunt Doctores. An autem hæc scientia acquisita, siue experimentalis sit habitus distinctus ab habitu scientiæ infusæ, relinquatur scholis;non enim nostri instituti est hoc diffusius prosequi. De huius scientiæ, seu experientiæ profectu non uidetur mentio fieri in hac sententia,tum quia dicitur profeciſſe apud homines: at profectus in experiētia potius fuit apud ipsūmet Christum, tum quia sapientia hæc coniungitur gratiæ,vnde non de experimentali,quæ est rerum sensibilium,sed de diuina sermo est; tum etiam, quia verbum Græcum σοφία, nunquam in Scriptura sumitur pro hac scientia,quę dicitur proprie γνῶσις.

Christus proficiebat i scientia, quā experimentalē appellāt, sed Euāgelista nō de hac loquitur.

Secundo, non est affirmandū. Christum profeciſſe in sapientia ita, ut aliquid de nouo cognosceret, quod nō ante cognoſcebat; ut enim uere dicit Damasc. lib. 3. de fide. cap. 22. ex vnione ad Verbum fuit illa anima omni gratia, & sapientia repleta. quod etiam Ioannes cap. 1. nos docuit,ubi habitaſſe inter nos Verbum carnem factum testatur plenum gratiæ, & ueritatis. & noster Euangelista paulo ante dixit: Crescebat plenus sapiētia. nec enim noster Adam cęlestis infetioris est conditionis Adamo terreno, cui omnis scientia fuit infusa, & non progressu temporis accepta. Sicut igitur ab initio vnionis anima Christi habuit arbitrij usum, ita & perfectionem,quantum ad scientiā, & gratiam, in quo conueniunt scholastici Doctores cum multis Patribus supra citatis. Tertio, valde probabilis est expositio Patrum, affirmantium profectum hunc in sapientia fuisse quantum ad ostensionem: ut enim Solem dicimus obscuratum nubibus, & dum paulatim hæ dissoluuntur,asserimus Solem clarescere, & elucescere, quamuis in se semper luceat; sic Christus in se plenus sapientia obscuratus videbatur infantia carnis,dum radios suos non emittebat; paulatim autem procedente ætate pendebatur,ideoque proficere dicitur, non quod in se sapientior fieret,sicut nec Sol lucidior; sed quod sapientior videretur. Quamuis autem ita sit, habet aliquid difficultatis hęc interpretatio, tū quia Euangelista æqualē uidetur feciſſe profectum sapientiæ, ætatis, & gratiæ: qui autem ætatis est,non in ostentione tantum, sed in re ipsa positus est: ergo & reliqui duo similem debent habere rationem. Scio in Scriptura eadem uerba in eodem contextu habere diuersam significationem, ut Matth. 8. Sine mortuos, nempe animā, sepelire mortuos suos, scilicet corpore. & Ioan. 17. Ascendo ad Patrem meum, nempe naturalem,& uestrū, nimirum adoptionis; tamen in his est distinctio quędam. hi enim sepeliunt, illi sepeliuntur. hic meus, illic uester dicitur, unde significatio uariari apte potest: at hoc in loco vnicum est uerbum tria hæc complectens. debet ergo unicam significationem proportione quadam habere: tum quia iuxta hanc expositionem dicere etiam possumus, Verbum, seu Christum ratione naturæ diuinæ profeciſſe,quod asserere isti Doctores reformidantes, confugiunt ad naturam humanam. at quantum ad ostentionem, dici etiam

Probabilis est expositio Patrum.

Matth. 8.

posset

posset perfeciſſe, quia Verbi sapientia paulatim se prodebat per humanitatem illam; tum etiam, quia impropria est significatio verborum, proficere, id est, videbatur proficere, seu paulatim se ostendebat. ad impropriam autem significationem verborum non est recurrendum nisi impellente necessitate, aut urgente ratione: cum autem possimus interpretari verba accommodatissime,seruata proprietate, nō est cur impropriete vtamur. Idcirco aliter mihi accommodatius dicendum uidetur: sapientiā enim non ipsum habitum sapientiæ appellat,sed opera ipsa,& uerba, quæ a sapientia procedunt. in his autem uere Christus secundum ætatis incrementū proficiebat,quia opera sapientiora edebat, & uerba sapientiora loquebatur: non enim omnia externa opera æqualē sapientiam habent, contingit sapienter & sapientius operari, & loqui. Christus autem licet plenitudinem intus sapientiæ haberet; exterius tamen uerba, & opera sapientiora proferebat pro ætatis incremento. Non est autem inusitatum in Scriptura, verba, & opera extetna, quæ à sapientia procedunt, appellare sapientiam, immo frequēter id fit. 2. Paralipom. 9. dicitur de Regina Saba: Postquam uidit sapientiam Salomonis. & 3. Regum 4. Ad audiendam sapientiam Salomonis. sicut etiam Lucæ 11. Venit audire sapientiam Salomonis. Prouerbiorum 2. Audiat sapientiā auris tua. 1. Corinth. 2. Loquimur sapientiam. Dicta ergo,& facta à sapientia procedentia nomine appellantur sapientiæ: in hac Christus ratione humanæ naturæ progressum vere fecit. sicut in ætate. Atque hæc explicatio mihi sane accommodatior, & proprior videtur.

Quid in hac re Auctor sentiat, exponitur.

Et ætate.

COMMENTARIA.

HIc est secundus profectus; ætate autem proficiebat,quia secundum carnē ab infantia ad pueritiam, & à pueritia adolescentiā, & ab hac ad iuuenturem, & uirilitatem annis decurrentibus progrediebatur, sicut cæteris hominibus euenit. Coniunxit autem Euangelista sapientiæ ætatem, ut significaret Christum per ætatis incrementum, sapientiam, qua prædituS erat, protuliſse, & in ea exterius profeciſſe.

ANNOTATIO LXXXVII.

Quid ætatis nomine significetur.

AEtate,Græce ἡλικία, quod ætatem & staturam significat. unde quidam uertunt staturam, nempe proficiebat statura, sicque uidetur Athanasius intellexiſſe serm. 4. contra Arianos: hunc enim locum exponens, ad dimensionem quantitatis corporeæ refert, ex hoc probans, non posse competere diuinitati, quæ corporis expers est. Vulgatus uero interpres vertit ætatem, eāque significationem secuti sunt Titus Bostrenus, & Damascenus lib. 3. de fide cap. 22. qui duo Doctores hæc uerba in eum sensum,quem in commentario secuti sumus, interpretantur, nempe dictum esse, profeciſſe sapientia, & ætate, quia pro ratione ætatis crescentis in sapientia proficiebat.

Et gratia.

COMMENTARIA.

HIc est tertius profectus,nimirum gratia, qua Deo gratus erat, illique acceptus, & sanctus, non quod sanctior,aut gratior progressu temporis factus fuerit, qui ab exordio incarnationis plenus gratia erat, sed quod per ætatis incrementa, perfectioribus gratiæ,& sanctitatis operib⁹ incubuerit; quāuis enim quoduis opus, & uerbum Christi, ratione personæ operantis esset æqualis sanctitatis, non tamē ratione ipsius operis, & uerbi, gratius enim opus fuit ratione operis ieiunium quadraginta dierum, quam unius tantum. Gratiam autem in Scriptura, sicut & sapientiam accipi pro dictis, & operibus, quæ ex gratia emanant, frequens est. Psalm. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis. Eccles. 10. Verba

oris

Universidad de Deusto
Biblioteca

oris sapientis gratia. Act. 24. Volés gratiam præstare Iudæis. 1. Pet. 2. Hæc est gratia apud Deum.

ANNOTATIO LXVIII.

Aliter de gratia, quâ de sapientia profectu loquitur Doctor.

CVM Christi gratia, quæ animæ infusa erat, ex vnione Verbi procederet, totam eius plenitudinem accepit à principio, habitauitque in nobis Verbum ratione carnis plenum gratiæ, & veritatis, vt decte annotauit Damasc. li. 3. de fide c. 22. nec Catholici Doctores in ea progressum illum, sicut in sapientia interpretantur, nimirū ut in se suscipiat augmentum, licet qui profectum in ostentione sapientiæ explicāt, idem dicant de gratia. Nos uero gratiam opera ipsa gratiæ explicamus, ut in Commentario dictum est, sicut opera religionis dicitur Religio. Iacob. 1. Hæc est religio, visitare pupillos. In his ergo profectus fuit, non autem in gratia secundum habitum. Pro cuius explicatione notandum est multiplex discrimen, quod inter Christi gratiam infusam, & eam, quæ nobis per ipsum datur, interest. Primo quidem gratia in nobis est ab extrinseco; non enim nec ex personæ nostræ, aut naturæ ratione consequitur, sed ex Christi merito gratis nobis à Deo impartitur, immo nec Angelis data est gratia, quasi ex virtute naturæ, aut personę ipsorum consequeretur, sed ex puro Dei beneplacito: at in Christo gratia infusa procedit, & emanat ex diuinitate vnita illi naturæ, ita vt natura humana, quia coniuncta est diuinitati, & vnita personæ, assequatur, & recipiat plenitudinem omnem gratiæ, quod supra Angelus significauit; Ideo, inquit, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Vbi annotauimus, tum ex virtute conceptionis, quia homo ille de Spiritu sancto conceptus est, tum ex vi vnionis, quia ille homo filius Dei est, gratiam perfectam habuisse; nos vero nec ex conceptione, nec ex psona, aut natura nostra eam habemus. Vt enim, inquit, Damascenus loco citato, ditata est illa natura humana propter vnionem verbi omni sapientia, & gratia. Secundo, gratia nobis collata facit de peccatore iustum; fuimus. n. concepti prius in peccato, qd gratia subsequens delet, & si non essemus in peccato concepti, qualis Adam fuit, & Angeli, gratia, si non de peccatoribus iustos, & sanctos, saltem de nō sanctis sanctos, & de non acceptis, ac gratis gratos Deo faceret, sicut corpus de non albo fit album per albedinem, quando nulla præcessit nigredo, quia non haberet Angelus, aut homo acceptationem & sanctitatem nisi ab infusa gratia; at Christi gratia infusa non sic se habuit; erat enim si non tempore, saltē origine prius illa natura humana gratificata, & Deo acceptissima per diuinam personam Filij Dei illi vnitam; nam ille homo, quia Filius erat Dei, acceptissimus erat Deo, gratia autem infusa consecuta est, & emanauit, sicut splēdor, & radius a luce Solis; vnde nec fecit de nō grato gratum, de non bono bonū, sed bonum, & gratum ornauit, vti decebat Dei filiū. Hoc Matt. 3. significatur; Hic, inquit, Filius meus est, in quo mihi bene complacui. vbi quia filius erat, complacuisse dicitur. Quod etiā Aug. lib. 3. contra Max. c. 23. docuit, dicens, p gratiam non effectum Christum de nō bono bonum. Id ēt tradidit Basil. hom. Ps. 45. exponens illud (sanctificauit tabernaculum suum Altissimus) vbi humanitatem Christi ipsa diuinitate unita sanctificatam dicit. inde est, ut non sit dicēdus filius adoptionis, sicut nos, qui de non filijs filij per gratiam efficimur, sed naturalis, ut docuere Hil. lib. 12. Trinit. & Cyril. li. 2. in Ioan. c. 12. Tertio, gratia in nobis per opera bona augetur, in dieſq; crescit, magisq; ac magis sanctificamur; at in Christo nō fic: cum. n. ex vnione procederet, vnio autem a principio perfecta fuit, idcirco gratiæ plenitudo data Christo semel fuit. Multæ aliæ intercessere differentiæ. ad nostrum institutum hæc sint satis.

Apud Deum, & homines.

COMMENTARIA.

HAEC verba ad præcedentia tria referuntur, nimirū (proficiebat sapientia, ætate, & gratia apud Deum, & homines) apud Deū quidem, quia erat augmentum, & profectus non solum in apparentia, respectu hominum, sed re ipsa apud Deum; erant enim sapientiora, & gratiora in se in dies, sicut & ætas proiectior.

ANNOTATIO LXXXIX.

Sensus in oōmenta rio traditus magis explicatur.

TItus Bostrenus, qui hūc profectū Christi interpretatur ēm ostensionem, & demonstrationem, verbum illud (apud Deum) sic intelligit, nimirum (Deo disponente) sic enim disposuit Deus, vt Christus secundum ætatis incrementa, maiora suæ sapientiæ, & gratiæ argumēta hominibus præberet, seque illis manifestaret. nos vero qui non ratione solius ostensionis, sed re ipsa profectum hunc esse diximus, & operibus ipsis, & verbis, quæ nomine sapientiæ, & gratiæ appellantur, explicuimus illud (apud Deum) pro eo, quod dicitur, vere; iæ pe enim hominibus aliud videtur; quam est; at Deo ipsi nuda veritas adstat: idcirco dicitur profecisse apud Deum, quia vera opera sapientiæ, & gratię faciebat. Additū etiam est (apud homines) quia sępe contingit, quod verum est apud Deum, non vt tale ab hominibus recipi; at Christus proficiebat & apud Deū, & apud homines; magnificabatur enim ab eis, & à Deo.

ANNOTATIO XC.

DVbitatio quædam occurrit, quare Euangelista repetit hanc sententiam, *Quorsū Euangel. sta repetat sermonē de Christi profectu, cū paulo ante dixerit, crescebat & cōfortabatur.*

nam paulo ante dixerat (crescebat, & confortabatur, plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo) Respondeo illā priorem sentētiam dictā esse de Christo ab infantia ad duodecimum annum, quo tempore suæ sapientiæ, & gratiæ nondum hominibus specimen dederat. vnde plenitudo illa sapientię, & gratiæ erat apud seipsum; semper. n. infans gratiæ, & sapientiæ actibus emicuit; exterius tamen nondum apparere vo luit, nec opera externa suæ sapiētiæ, & gratiæ talia edidit, quę homines in admiratio nem, & considerationem eius conuerterent, at à duodecimo anno, quando iam vsus rationis perfectus solet hominibus esse, tunc apud homines etiam proficere cēpit sapientiæ, & gratiæ operibus. Qui ergo apud Deum semper profecit, quod dictum est in priori sententia, à duodecimo vero anno vsque ad trigesimum, cuius opera statim describere incipit Euangelista, etiam apud homines profecit. Et hoc est, quod in hac posteriori sententia dictum est: nam profectus iste complectitur totū illud tempus Christi, quod fuit vsque ad baptismum, & prędicationem eius, cuius sequenti capite meminit Lucas, nec aliud habemus ab Euangelistis ex ijs, quæ Christus fecit, & dixit hoc toto medio tempore, quæ absque dubio egregia, & mirāda fuere, sanctissimam enim super omnes sanctos vitam agebat, & magnam apud homines sui opinionem conciliabat, donec se esse Christum manifestare à baptismo incepit.

Finis Capitis Secundi

V FRAN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI
CARDINALIS TOLETI
IN SACROSANCTVM
LVCÆ EVANGELIVM
COMMENTARII.

CAPVT TERTIVM.

ANNO autem quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna, & Caipha: factum est verbum Domini super Ioannem, Zachariæ filium, in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini: rectas facite semitas eius: omnis vallis implebitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aspera in vias planas: & videbit omnis caro salutare Dei. Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant vt baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, nec cœperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam

niam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus: respondit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos: venit autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni: cuius ventilabrum in manu eius, & purgauit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem, & alia exhortans euangelizabat populo. Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes, adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcere. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante, apertum est cælum, & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cœlo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Hesli, qui fuit Naggæ, qui fuit Mahath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmadan, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliakim, qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathatæ, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Maleleel, qui fuit Cainam, qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

CAPVT TERTIVM.

Anno autem quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris.

COMMENTARIA.

SVPERIORIBVS capitibus Saluatoris ortu, & infantiam Euangelista descripsit, eaque narrauit, quibus eum etiam si infantulum, Christum tamen esse, verumque Deum, & hominem comprobauit. Nunc in hoc tertio prætermissis, quæ à pueritia vsque ad tricesimum ætatis suæ annum gessit, exponit, quomodo Ioannis præcursoris per prophetas præuunciati testimonio, & prædicatione fuerit manifestatus. Vt autem amplius ostendat aduenisse tempus Messiæ, Imperatorem notat, quo regnante, prædicatum quintum Tiberij Cæsaris, qui proxime Augusto successit. Moris enim erat Prophetarum & nomina, & annos Regum, sub quibus prophetabant, describere; cum autem iam Regnum Iudææ à naturalibus abscissum ad exteros, nempe Romanos de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cidisset, eorum nomen, & tempus obseruauit. Erat igitur annus decimus quintus imperij Tiberij, quando quæ narrare incipit, gesta sunt.

ANNOTATIO I.

Quare Euangelista in prædicatione Ioannis, meminit Imperatoris Romani.

DVBITARE posset quispiam; cum in ortu Ioannis, Euangelista temporis narrationem ab Herode sumpserit, dictum est enim capite 1. Fuit in diebus regis Iudææ sacerdos quidam; cur in prædicatione non eandem seruauit rationem. Cui facile respondetur, rerum statum fuisse commutatum. in ortu enim Ioannis, & Saluatoris Iudææ proprium habebat Regem; licet enim Herodes ille alienigena esset, tamen Rex erat Iudææ, & ipsa Regni nomen conseruabat, at prædicationis tempore ablatum erat Regi nomen à Iudæa, & in prouinciam translata, ac Syriæ annumerata, ideirco tempus non à propriis Regibus, sed ab eo, qui toti prouinciæ imperabat, describitur. Ex hac autem temporis notatione, annus, quo Christus, & Ioannes prædicare cœperunt, manifestatur; natus enim est Christus anno quadragesimo secundo imperij Augusti. Hic, vt Iosephus testatur, quinquaginta septem imperauit, cui successit Tiberius, cuiusque decimo quinto anno prædicatio incepit. tam ergo Ioannes, quam Christus trigesimum ætatis suæ annum agebant, quando prædicare cœperunt. Ioannes enim sex mensibus Christo tempore maior erat. Est autem hoc loco maxime obseruandum, Euangelistam diuino consilio diligentissime, & imperium, & imperij annum notasse, vt sic comprobaret Messiæ tempus, & regnum aduenisse, fidemq; suæ historiæ de Christo faceret. Quæ res, vt manifesta fiat, attende inter multas alias de futuro tùc Christo prophetias tres fuisse, quæ tempus aduentus ipsius maxime indicabant. Prima erat Genes. 49. Non auferetur, inquit, sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est. Hoc autem tempus aduenisse, ea quæ nunc Euangelista narrat, manifesto probant; adeo enim erat iam ablatum regnum à Iudæis, vt non solum Regem de Iuda non haberent, sed nec Iudæa ipsa Regni dignitatem obtineret, redacta in prouinciam sub imperio Tiberij Cæsaris. Hanc prophetiam notat Titus Bostrenus ab Euangelista indicatam. Erat altera prophetia Danielis 2. vbi Nabuchodonosor sub figura quadam statuæ, ex varijs metallis confectæ quattuor Monarchiæ futuræ reuelatæ sunt, Chaldæorum, Persarum, Græcorum, Romanorum; vltimæ autem huius tempore aduentus Christi tempus prædicitur per Danielem, exponentem, & declarantem figuram: In diebus, inquit, Regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & quod alteri populo non tradetur, & consumet, & comminuet omnia regna illa, & ipsum stabit in æternum. Hoc regnum est Christi, quod Ioannes indicat, dicens; Appropinquauit regnum cœlorum. & Dominus ipse Matthæi. 12. Peruenit in vos Regnum Dei. Recte ergo Lucas meminit imperij Romanorum, vt tempus illud esse iam significaret, quando Regnum illud sustinendum erat, quod fuerat ante promissum. Tertia erat prophetia eiusdem Danielis 9. cui tempus reuelatum est, quod supererat vsque ad aduentum Christi, nempe septuaginta hebdomadarum, quas Iudæi omnes hebdomadas annorum intelligendas esse sciebant, quæ conficiunt annos quadringentos nonaginta. cum autem ab anno duodecimo Cyri numerus incipiat, vt ex ipso Daniele constat, fit vt anno Tiberij decimo quinto iam hebdomadæ compleantur, non quidem omnino, sed sic, vt necessarium sit Christum aduentasse, & adfuisse in mundo. Si igitur prophetias consideremus, inueniemus tempus hoc Tiberij illud esse, quando Christus salutem mundo impertiit venturus erat. idcirco Euangelista illud notauit diligenter. Multa dicenda erant, si prophetias hasce discutiendas, & explicandas susciperemus, sed non est id institutum nostrum, satis sit, quæ ad Euangelistæ sensum intelligendum sufficere videntur, attigisse.

Lucas his verbis indicat tres prophetias de Christi aduentu iam fuisse impletas.

Procurante Pontio Pilato Iudæam.

COMMENTARIA.

ROmani Imperatoris nomine Pontius Pilatus gentilis tùc in ea parte terræ promissionis præsidebat, quæ Iudæa dicebatur, quam duæ Tribus Iuda, & Beniamin incolebant, & in qua erat ciuitas Hierusalem totius Terræ promissionis prima. In ea etiã parte regnauerat Archelaus filius Herodis primi, eo tamen à Regno explosо, Cæsar per suos Præsides imperabat, quorum vnus illo tempore Pilatus erat. Dicitur ergo (procurante Iudæã) id est, præsidem agente in Iudæa.

ANNOTATIO II.

Post Herodē Regē diuersa regnum in prouincia fuit à Romanis diuisa.

MOrtuo Herode magno, qui pueros occidit, & fere totius terræ promissionis regnum à Romanis obtinerat, tres filios superstites relinquente. Augustus Cæsar nõ vni totum regnum, sed in singulos diuisit sic, vt mediam partem totius regni daret Archelao natu maiori, in qua media tate Iudæa continebatur; reliquã vero medietatem in duos alios fratres natu minores diuisit, vnam. n. partem dedit Herodi, nomen patris habẽti, alteram uero Philippo. Huius auctor est Iosephus lib. 17. Antiquit. cap. 7. Archelaus aũt quibusdã de causis post aliquot Regni eius annos priuatus est per eundem Augustum, & in exilium missus, nec loco eius alter est substitutus, sed in prouinciam sub Romano Imperio redactum est totum illud, qđ ille regebat, & Præsides mittebantur ad certum tempus. Fuit aũt vnus Pilatus, non quidem primus post expulsionẽ Archelai, sed quintus, q̃us si Quirinum Præsidum numero primum comprehendamus cum Iosepho li. 18 Antiq. ca. 3. erit Pilatus sextus; sed re vera ille non hoc numero cõprehenditur, qui fuit totius Syriæ præses, sed eos solos numeramus, qui in Iudæa præsederunt, quorum Coponius primus, secundum locum obtinuit Marcus Ambibulus, tertiũ Ancus Rufus, quartum Valerius Gratus, quintũ Pontius Pilatus, cuius peruationis anno quarto, vt refert Euseb. lib. 1. hist. c. 10. Ioannes incepit prædicare.

Tetrarcha autem Galilææ Herode.

COMMENTARIA.

HErodes hic dictus Antipas, frater erat Archelai, cui Augustus alteram partem medietatis Regni illius primi Herodis donauerat, nõ Regis, sed Tetrarchæ titulo. Erat autem hæc pars prouinciæ Galilææ, in qua concep tus est Christus, Nazareth enim ciuitas erat Galilææ.

ANNOTATIO III.

Quid Tetrarcha, et Tetrarchia significent.

TEtrarcha, & Tetrarchia vocabula sunt à Romanis scriptoribus vsurpata, pe- titia tñ à Græcis. Erant autem Tetrarchæ Principes, quartam, aut aliquam Regni portionem obtinentes, vt ijdem sint, qui Toparchę, locorum videlicet præsidentes. Romani. n. regna superata sibi dabant, quo minus rebellandi vires haberent, ipsaque certis limitibus discernebant, singulasque partes præfectis quibusdam dabant, hos ro Tetrarchias, aut Toparchias, regiones vocabant, vt videre est apud Plinium lib. 5. ca. 18. licet. n. Tetrarchia quartam partem regni significet, forsan quia à principio in tot partes regio diuidebatur; tñ postea vocabul. significatio extensa est, & ampliata ad quamcunq; partem, seu portionẽ. Erat igit Herodes hic Tetrarcha Galilææ; ablatus. n. ei erat honor, seu dignitas regia.

Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis regionis.

COMMENTARIA.

ERat hic Philippus tertius frater, qui in Tetrarchiam à Romanis alteram medietatis partem, regionẽ nempe Trachonitidem, & Ituræã obtinebat. Hieronymus lib. de locis Hebraicis eandem putat regionem Trachonitidem, & Ituræã; diuersis enim nominibus appellata est.

Et Lysania Abilinæ Tetrarcha.

COMMENTARIA.

QVædam erat portio Terræ promissionis, quæ sub Herodis primi regno nõ erat, in qua ẽt Romani imperabant, & hanc Lysanias quidam nomine in Tetrarchiam obtinebat. Appellabatur hæc regio Abilina ab Abila ciuitate eius præ-

cipua, sic nominata, quæ quidē regio fita est inter Libanum montē, & Antilibanum. Tota igitur terra Iudæorū à Regno ceciderat, & à Romanis occupabatur, eo tempore qñ gesta sunt, quæ nunc narrat noster Lucas.

ANNOTATIO IIII.

Nō constat quis fuerit iste Lysanias.

AVgustinus lib. Quæst. noui, & veteris testamenti, cap. 11. siue quisquis auctor illius est, simul & Beda, quos quidam alij sequuntur, putant Lysaniam fuisse ẽt fratrem Archelai, Herodis, & Philippi, primumq; Herodem hos quatuor habuisse filios superstites, inter quos diuisum est regnum illius. At re vera hoc improbabile est; Iosephus.n. diligẽtissimus scriptor huius historiæ lib. 2. de bello Iudaico. ca. 21. & alibi tres numerat filios superstites, q̃bus diuisum est regnum, tribus portionibus solis factis; & vna, quæ totius medietas erat, Archelaꝰ tributa. Quidam recentiores existimant hunc Lysaniam illum esse, cuius meminit Iosephus lib. 14 Antiquit. cap. 21. vbi affirmat eum fuisse Ptolemæi Minei filium. At re vera hoc est non minus improbabile; constat.n. ex eodem Iosepho lib. 15. Antiquit. cap. 4. cum Lysaniã occisum fuisse à Cleopatra, quod quidem fuit nonnullis annis ante Christũ natum. Certum igitur est hunc Lysaniam non esse illum, cuius eo loco meminit Iosephus, forsan eius filius fuit. parum id refert, sufficit ad intelligentiam Euangelistæ, quendam appellatum Lysaniam tunc temporis præsidem fuisse, & Tetrarcham regionis Abilinæ. Greg. hom. 20. Euangeliorum, cur Euangelista vnius imperantis inter gentes, & multorum præsidentium apud Iudæos meminerit, causam reddit: Quia gentilitas, inquit, colligenda erat, & Iudæa pro culpa perfidiæ dispergenda. ipsa quoque descriptio terreni principatus ostendit, quoniam in Romana Republica vnus præfuisse describitur, & in Iudææ Regno per quartam partem multi principabantur; voce enim nostri Redemptoris dicitur; Omne regnum in se diuisum desolabitur. liquet ergo quod ad finem regni peruenerat, quæ tot regibus diuisa subiacebat. Hæc ille.

Quare Lucas meminerit vnius Gẽtium Imperatoris, & quatuor Principũ Iudeorũ

Sub Principibus Sacerdotum, Anna, & Caipha.

COMMENTARIA.

NOn solum Principum temporalium, sed etiam Sacerdotũ regimen notatur. Sub his, inquit Sacerdotibus summis facta est prædicatio Ioannis, Anna, & Caipha, non quod hi simul præessent, nũquam.n. fuit rerum Iudaicarũ statꝰ ita perturbatus, vt duos simul habuerit summos Sacerdotes, sed quod sub Anna primum, postea sub Caipha, illo à Pontificatu remoto, prædicauerit, sicut Prophetæ solebãt suæ prophetiæ tempora deserentes multos referre Reges, non quod illi simul regnarent, sed quod illi tempore toto, quo illi regnarunt, in uicem sibi succedentes, prophetarũt. Præponitur autem Anna Caiphæ, quia quando Ioannes incepit prædicare, Anna põtificatum gerebat, Caipha vero Pontifice succedente prædicatio completa est, sub quo etiam Christus crucifixus fuit.

ANNOTATIO V.

Annas. Caipha.

AVgustinus tract. 49. in Ioan. existimat Annam, & Caipham simul fuisse summos Pontifices fuisse, & per vices singulos ministrasse. Euthymius aũt existimat ab Euãgelista Caipham nunc positum esse non tanq̃ summum Pontificem (solus.n. Anna Pontifex erat) sed tanq̃ Pontificis adiutorem. Eusebius verò lib. 1. hist. c. 10. refert, non quidem simul vtrumq; Principatum gessisse, sed Ioãnem sub vtriusq; principatu prædicasse, ita vt sub Annę pontificatu inchoaret, & vsque ad Caiphæ pontificium prędicatio persueraret. Et quantum ad hoc, ea est legitimã historia. & vtꝰ sensus Euãgelistæ. Dixi, quantũ ad hoc, quia quæ dicit de numero annorum prædicationis Christi, sumpto ex ijs, quæ narrat Ioseph. lib. 18. Antiq. c. 4. nimirũ. Gratum præsidem remouisse Ananum à pontificatu, & inuicem tres alios substituisse vsque ad Caipham, non est ad rem, nam hęc gesta sunt à Grato, qui præcessit Pilatum, huius aũt tpe prædicatio Ioannis, & Christi incepere. Quod aũt dicit Augustinus non videtur

Annas. Caipha nõ simul fuerunt summi Pontifices.

videl̃ probabili niti fundamento, vt ostendimus in comment. super Ioan. cap. 18. in principio. Quod vero asserit Euthymius, verbis Euangelistæ non accommodatur; non.n Euangelista adiutorem, sed Pontificem, seu Principem Sacerdotum appellat Caipham. Sententiæ igitur Eusebij vera est, eo magis quod tunc tẽporis non erant perpetui Sacerdotes, sed ad tempus p̃ Romanorum arbitrio, vt diximus in Cõmentariis loco allegato, idque Beda in præsenti tradit, dicens annuos fuisse Scerdotes, immo aliqñ breuiori tpe durabant pontificatus; erat ergo illo anno Anna Potifex, qñ prædicare incepit Ioannes. Non.n. sine diuino consilio Lucas pontificatus meminit sub diuersis personis Anna, & Caipha, vt ẽt ex hoc tempus Christi aduenisse significaret; erat.n Sacerdotium illud cessaturum, & in æternum Christi Sacerdotiũ communicandum, secũd prædictum erat 1. Reg. 2 Suscitabo mihi, inquit, Sacerdotẽ fidelem. & psal. 109. Tu es sacerdos in æternum s̃m ordinem Melchisedech. Ad hunc ergo Sacerdotium illud peruenisse indicabat, qñ ia non Sacerdotes s̃m legem creabantur: nam secundũ legem Sacerdotium toto vitæ tempore Pontificis perdurabat, & secundum generationis seriem à patribus in filios deriuabatur, quod iã per Romanos illo tunc temporis erat ablatum. Inquirit Origenes hom. 21. cur vtriusque Principatus, nempe gentiũ, & Iudæorum Euangelista meminerit. & respondet eo factum, vt significaret Christum in salutem vtriusque populi venisse. Gregor. hom. 20. Euang. alteram adfert causam, nimirum, vt insinuaret Christum regem simul esse, & Sacerdotẽ. Hæc vera sunt. Superius aũt adiunximus rãm aliam. i. vt tempus Christi aduentus significaretur, vti ex prophetiis explicuimus, tã quoad regnum, q̃ quo ad Sacerdotium. Adde ẽt veritatem historiæ his circunstantiis tam publicis, & diligenter notatis, plurimum commendari.

Quare Euangelista meminerit Principatus Gentiũ et Iudæorum.

Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium.

COMMENTARIA.

HOc igitur quintodecimo anno Imperij, & his Præsidibus, & sub dictis sacerdotibus, iussus est à Domino Ioannes, qui tunc habitabat in deserto, prædicare, & baptizare populum, & Christum annunciare, & manifestare. Hoc significant verba proposita. Phrasis Hebrea est, sæpe à Prophetis vsurpata; Factum est verbum super, seu ad hunc, vel illum, id est, manifestauit, aut mandatum dedit Deus aliquid dicendi, vel faciendi. Mos etiã est Prophetarum, nomina parentum iudicare. Isai. 1. Visio Isaię filij Amos. Ierem. 1. Verba Ieremiæ filij Helciæ. Ose. 1. Verbum Domini, quod factũ est ad Osee filiũ Beeri: Et sic in alijs. Ita nũc (super Ioannẽ filiũ Zachariæ) Euangelista ergo, vt Ioãnem Baptistã propheram esse indicaret, eis locutionibus vsus est, quibus & prophetæ.

ANNOTATIO VI.

Plurima iũt. quę Baptistę personã cõmẽdãt

HAEc clare ostendunt Ioannẽ ad Baptistæ ministerium, & verbi manifestationẽ non se ingessisse, sed à Deo vocatum, & missum fuisse. quod ẽt ex his verbis notat Chrysost. homil. 10. in Matth. vbi (verbum) hoc in loco præceptũ Dei significare dicit. eadem vocatio confirmatur Ioann. 1. Fuit homo missus à Deo. Quo fit, vt eius munus, & testimonium digna sint fide, & commendatione. Hæretici contra faciũt, ipsi se ingerunt contra Deũ. Hinc etiam constat cur tam admirabilia in ipso ẽt conceptionis, & natiuitatis eius initio facta sint; oportebat enim præcursorem Christi idoneum apud omnes haberi, cuius dictis crederent. atque hæc etiam forsan est causa, cur Euãgelista patris eius meminerit, vt scilicet admirabilia illa, quæ in illo initio gesta, & narrata sunt, in memoriam legentium reuocarentur, quę Ioannem plurimum commendãt, & omni dignum fide efficiunt.

In deserto,

COMMENTARIA.

NOn solum tempus, quãdo Verbum Domini factum est, & persona, cui factum est, sed ẽt locus ipse describitur: habitabat, inquit Ioannes

Universidad de Deusto
Biblioteca

in deserto, quãdo verbum Domini super eum factum est. Matth. ca 3. explicat: Venit, inquit, prædicans in deserto Iudææ. & Marcus 5 cap. 1. Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum penitentiæ. Non solum igitur factum verbum Domini in deserto fuit, sed etiam quia eo in loco incepit mandatum Domini exequi baptizando, & prædicando.

ANNOTATIO VII.

Quod fuerit de seriùm, in quo verbum factum fuit ad Ioannẽ.

ORigenes hom. 21. cur verbum Domini factum fuerit super Ioannem in deserto, causam mysticam adfert. quia minimum futurum erat, vt plures essent filij desertæ, scilicet gentilitatis, quam habentis filios, nempe Iudaici populi, vt habet Isaiæ 54. Euthymius Matth. 3. duo deserta distinguit, vnum interius, alterum quod circa Iordanem. verbum autem hoc Lucæ de interiori explicat, in quo habitabat Ioannes, & in quo verbum Domini illi factum est. quod vero erat circa Iordanẽ, dicit appellatum esse à Matthæo desertum Iudææ, & à Luca regionem Iordanis. Distinctio hæc non videtur a cõmodata; vnum n. est desertum Iudææ, in quo & Ioannes habitabat, & in quo prædicare, & baptizare incepit, quamuis in partibus interioribus prius vitam duxerit; in partes vero hominum habitationi viciniores post verbum Domini descenderit, ibique exordium prædicandi, & baptizandi fecerit. nec idem sunt desertum Iudææ, & regio Iordanis: nam desertum erat in prouincia dicta Iudæa. regio vero Iordanis fere tota in Galilæa. quod Matth. 3. apertum est; inquit enim: Exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane. Non ergo Iudæa & regio Iordanis idem sunt. Quod igitur Lucas nunc appellat desertum, Matthæus dicit desertum Iudææ, quamuis non sint eædem partes; in remotiori enim factum est verbum Domini, ab eaq; in viciniorem venit primo prædicãs, & baptizans, vt dicit Matthæus. Ioannem autem à teneris annis solitariam vitam in deserto Iudææ duxisse, vsque ad tregesimũ, quando verbum Domini accepit, & prædicandi exordium fecit, communi consensu sacri Doctores tradunt. causam autem, cur se in desertum ab eo tempore contulerit, Ecclesia docet, dum in ipsius festiuitate sic canit; Antra deserti teneris sub annis ciuium turmas fugiens petisti. Ne leui salem maculare vitam Famine posses. Hieronymus autem Epistola ad Rusticum, de viuendi forma adiunxit aliam, nempe, vt puram castitatem o seruaret: Ioannes, inquit, Baptista sanctam habuit matrem, Põtificisque filius erat, & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, vt in domo parentum cum periculo viueret castitatis, viuebat in eremo, & oculis desiderãtibus Christum nihil aliud dignabatur aspicere. Hęc ille. Tertia causa addi potest; testimonium enim erat perhibiturus de Christo, cumque nullum miraculum facturus esset, oportebat ad hoc, vt hominũ fidem conciliaret, admirandam, & plusquam humanam vitam ducere. quod Matthę. 11. Dominus docuit: Venit, inquit, Ioãnes, neque manducans, neque bibens, insinuans his verbis vitam Ioannis Angelicam, quæ testimonium eius omni acceptione dignum effecerat: desinit ergo in deserto diu latere, vt postea egrediens omnibus sui admirationem ingereret. Hoc notat Chrysost. hom. 10. in Matth. magnũ, & admirandum dicens fuisse hominem videre de repente egredientem de deserto, vbi tot annis latuerat, insolito baptismo vtentem, & noua prædicantem. Est & alia causa, vt omnem suspicionem contra sui testimonij veritatem remoueret; cum. n. esset secundum carnem Christo coniunctus, si conuersatus esset cum eo, & cohabitasset cum hominibus, suspicandi occasionẽ accepissent, affectu carnis illum duci. quæ suspicio ablata fuit, quando in deserto habitans nec videndi occasionem habuerat. Est etiam alia causa, vt sic se disponeret ad eximium munus, quantum nulli vnquam Prophetæ concessum fuerat, Christum baptizandi, & digito demonstrandi illũ populis. Hæ, & aliæ causæ spirituales sunt, & à Spiritu sancto, cuius nutu Ioannes docebatur, præcipue inteniæ. sunt tñ, qui quandam occasionem, seu causam exteriorẽ, cur Ioannes in desertum à teneris annis se ebtulerit, proferunt, nimirũ Herodianę persecutionis contra infantes factę fugam. Hãc Nicephorus adfert, licet nõ omo affirmet, lib.

Nõnulę traditiones ridiculæ.

propter quas Ioannes ad hoc se contulerit in desertũ secessurũ.

tib. 1. hist cap. 14. vbi sic habet: Filius Zachariæ Ioannes, in cuius natiuitate vox soluta est, cum prius ab illo Ioannis nomen in tabula fuisset exaratũ, alterum cum dimidio annum agebat, & vna cum matre Elisabetha in spelunca quadã in regione montana saluus conseruabatur, fortassis Herodis sanguinariam effugiẽs manum, atque in solis locis libẽter versãti solitus; Angeloque duce vsus, in remotiores sl'quã rũ recessus secessit. Hęc ille. Consonat huic antiquior auctoritas Petri martyris Archiepiscopi Alexandrini in suis Canonibus, qui approbati sunt in sexta synodo, & habentur in Bibliotheca Sanctorum Patrum Tom. 7. cum commẽtariis Balsamonis Canone 9. vbi tempore imperfectionis infantium ab Herode factæ asserit Elisabetham cum Ioanne fugisse, & Zachariam patrem occisum esse inter Templũ, & Altare, quia Ioannem filium quæsitum ad interfectionem non inuenerat. Nec mirum est, si Herodes Ioannem interficere tentauit, nã occidit omnes eos pueros, qui & in Bethlehẽ, & in finibus eius erant, immo proprium filium, qui natus ei erat in Hierusalem.

Hæc si nõ proband a, saltẽ improbãda est.

Ioannes autem natus erat in Montana Iudææ non longe à Bethlehem, cuius natiuitas mirãda diuulgata fuerat per multa loca. Verba Petri Archiepiscopi hæc sunt: Cum vidisset cruoris sitiens sanguinolentus Herodes se à Magis fuisse illusum, valde est commotus, & mittens occidit omnes infantes, qui erant in Bethlehem, & in omnibus eius finibus à bimatu, & infra eo tempore, quod à Magis diligenter didicerat, cum quibus, & alium prius natum infantem cum interfecturus quæsiuisset, & non inuenisset, patrẽ eius Zachariã interfecit inter Templum, & Altare, cum effugisset filius cum matre Elisabetha. Hæc ille. Hæc causa, licet non sit argumentis efficacibus confirmata, tamen nec similibus argumentis potest de falsitate conuinci, id circo ii non probanda, saltem, nec improbanda videtur.

Et uenit in omnẽ regionẽ Iordanis.

COMMENTARIA.

ACcepto Domini mandato venit è deserto in omnem regionem, quæ circa Iordanem fluuiũ sita erat, vt illud exequeretur, ad quod implendum mittebatur; qđ verbis sequentib. explicat Euangelista. prompta Ioãnis obedientia fuit, qualis Deo debet præcipienti; cum primum. n. Dei vocẽ audiuit, sine mora penetralia deserti, in quo latebat, relinquens, venit in partes deserti patentiores, & inde totam regionem Iordani circumiacentem.

ANNOTATIO VIII.

IOrdanis fluuius est, habens aquas suauissimas, oritur, teste Hieronymo in quę stionibus Hebr. in Genes. & Matth. 16. in principio, ad radices montis Libani è duobus fontibus, vni nomẽ est Ior, alteri Dan, qui simul iuncti, & re, & nomine Iordanẽ efficiunt. Iordanis autem idem significat, vt tradit Hieronymus in Exech. 47. quod Latine riuus iudicij. Hic fluuius non procul à fontibus, auctore Iosepho li. 3. de bel Iudaico cap. 18. lacum efficit dictum Samochonitin, ipsiusque paludes secans, centum viginti stadijs præcurrens, in lacũ primo maiorem se fundit, dictum stagnũ Genezaret, seu mare Tyberiadis, seu mare Galilææ, eo etiam dimisso, multaque solitudine peragrata lacui Asphaltiti se miscet, & vt refert Plinius lib. 5. hist. ca. 15. aquas suas laudatas perdit pestilentibus mistas, ab eoq; lacu, qui mare mortuum dicitur, absorbetur, vt non amplius erumpat. Multa habet circũuicina oppida, & quidẽ amenissima, quæ regio Iordanis appellata est. Genes 13. Eleuatis, inquit, oculis Loth, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur, antequam Dominus subuerteret Sodomam, & Gomortham, sicut paradisus Domini, & sicut Aegyptus venientibus in Segor. In hanc regionem variaq; eius loca Ioannes è deserto Iudææ descendit, prędicans, & baptizans. Aduerte aũt, quãuis Ioannes in regionẽ Iordanis venerit, baptizabat tñ non solũ eos, qui in ea regione habitabãt, sed & omnes Iudęos qui ex omni parte ad eũ conuenerãt. quod Matth. cap. 3. fradit dicens; Exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ, & baptizabatur ab eo, & Mar. 1. Egrediebatur, inquit, ad eũ omnis Iudææ regio, & Hierosolymitæ vniuersi, & baptizabant ab eo i Iordane flumine.

Iordanis e duobus fontibus oritur, et à mari mortuo absorbetur.

Inter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc est pp quas Ioannes baptizaturus in Iordanē descenderit.

Interrogabit quispiam, cur in Iordanē descenderit ad baptizandū? Respondeo id multis de causis factum esse. Primo quidē pp multitudinem aquarum. Hoc deducit ex Io. 3. Baptizabat, inquit, in Aennō prope Salim, quia, multæ aquæ erant ibi. Si ergō Ioānes baptismo Christi incipienti cessit, & abiēs à Iordane profectus est in Aennon pp multitudinem aquarum, igitur, quando baptizare inchoauit, nondū Christi baptismo reuelato, propter multitudinē eandem aquarum venit in Iordanem, quæ maior erat, quam quæ fuit in Aennon. Secundo etiam id factum est propter celebritatem; locus enim, celeberrimus ēt baptismū celebrimum, & omnibus manifestum faciebat. Tertio pp commoditatem erat in loco Iordanis cōmodus, quo ex Iudæa, Galilæa, Samaria, & omni parte terræ promissionis concurrere homines ad baptismum posset. Quarto pp sanctitatē; erat enim ille fluuius in maxima veneratione, propter insignia miracula, quę Deus in eo operatus erat; nam cum ingressi sunt filij Israel in terram promissionis, diuisus est fluuius, & siccis pedibus filii Israel pertrā fierunt. Similiter Elias raptus est, siccis pedibus eundem pertransiuit. Naaman Syrus ibi septies lotus est iussu Elisei, mundatus a lepra. Quinto propter nominis significationem, quæ eius baptismo multū conueniebat; Iordanis enim, vt paulo superius diximus, idē significat, quod Latine, fluuius iudicij, talis erat baptismus Ioannis, qui pœnitentiam prædicabat; pœnitētia enim quoddam fert secum iudicium, quo homo seipsum condemnat, & dignū pœna iudicat, sibique eam infert. Prædicatio ēt Ioannis quoddam erat Iudicium, nam cōminatione vtebatur, dicebat enim. Genimina viperarum, quis docebit vos fugere à ventura ira? Etiam securis ad radicem arboris posita est, aliaq; huiusmodi, vt recte baptismus, & prædicatio eius iudicij, seueritatis, & comminationis dici posset.

Prædicans baptismum pœnitētiæ in remissionem peccatorum.

COMMENTARIA.

HOC est, quod in mandatis accepit à Domino, & cuius gratia venit in omnem regionem Iordanis, nēpe, prædicare baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, non q̄ baptismus eius propria vi haberet remissionē peccatorū, sed quod per eū inducerentur homines ad pœnitentiā, per quam obtinerēt peccatorum remissionem; baptismus verò Christi ui propria peccata remittebat, tamquam sacramentum continens virtutē passionis Christi, qui pro peccatis satisfaciens Patri, omniū meruit indulgentiā. Illud ergo (in remissionem) connectitur non cū baptismo, sed cū pœnitētia; hæc enim erat in remissionem peccatorum, ad quam pœnitentiam ille baptismus præparabat.

ANNOTATIO IX.

IOannem non solum baptismum pœnitentiæ prædicasse, sed etiam baptizasse tradit Marcus cap. 1. Fuit, inquit, Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Atque constat ex Matth. 3. Nonnullæ autem difficultates pro huius sententię explicatione occurrunt.

Quid sit baptismum pœnitentiæ prædicare.

Prima est, quid sit prædicare baptismū pœnitentiæ, quod non eodem modo docto res interpretantur. Qui iam enim primo loco baptismum pœnitentiæ ipsam pœnitentiam intelligūt, quæ dicitur baptismus flaminis, vt non sit aliud prædicare baptismum pœnitentiæ, quam ipsam pœnitentiā prædicare, & ad eam faciendam populos exhortari, quod & fecit Ioannes, quando populis dicebat, Pœnitentiam agite; appropinquauit enim regnum cœlorum. Matth. 3. Sic interpretatur hunc locum Chrysost. hom. 10. in Matth. idemque videtur sentire Ambrosius in commentarijs; hunc enim locum explicans, inquit: Factum est verbum, vt sanctus Ioannes Baptista pœnitentiam prædicaret. Quidam alij secundo loco baptismum pœnitentiæ, quem Ioannes nunc prædicasse dicitur, intelligunt baptismum ipsum Christi, quem Ioānes prænuncians prædicabat dicens Matth. 3. Ipse uos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. In hac sententia sunt Greg. hom. 20. in Euangelia, & Beda in præsenti. Quidam tamen tertio loco, ipsum baptismum Ioannis exponunt, qui dictus est pœnitentiæ, quia cum conferebat annunciando pœnitentiam, & quos pœnitentes videbat baptizabat. Sic sentit Titus Bostrenus, & videtur accommodatior hæc expositio, propter verba Scripturæ, dicitur enim Act. 19. Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum; nemo autem ambigere potest, baptismum hunc pœnitentiæ non esse ipsam pœnitentiam, sed exteriorem baptismum aquæ: non enim Ioannes dici potest baptizasse pœnitentia. Præterea Matth. 3. Ego, inquit, baptizo uos in aqua in pœnitentiam. quæ uerba non solum confirmāt baptismum pœnitentiæ fuisse illum exteriorem, sed etiam explicant, quare dictus sit ille baptismus pœnitentiæ, nimirū quia institutus erat, vt homines in pœnitentiā inducerentur. Ioannes ergo dr prædicasse baptismum pœnitentiæ, quia prædicabat baptismum aquę inducens ad pœnitentiā, quod etiam Act. 13. dicitur, Prædicante, inquit, Ioanne baptismum pœnitentiæ omni populo Israel.

ANNOTATIO X.

Baptismus Ioānis quare baptismus pœnitentiæ dicitur?

ALtera difficultas est, cur Baptismus Ioannis dictus sit pœnitentiæ, nam commune hoc videtur etiam baptismo Christi: non enim hic cōferebatur, nisi prędicata, & annunciata pœnitentia, nam Act. 2. prædicabant Apostoli post Spiritus sancti aduentum, pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum. Respondeo, baptismum Ioannis dici pœnitentiæ duplici de causa. Primo quidem, quia solis pœnitentibus dabatur; non enim infantes eo baptismo baptizabantur; at baptismus Christi non solis pœnitentibus adultis confertur, sed etiā paruulis, quorū non est pœnitentia. Secundo, quia baptismus Ioannis non habuit virtutem conferendi gratiam, nec sanandi animam, eamque mundandi, ideo nomen accepit ab eo, quod cum baptismo prædicabat: at baptismus Christi virtutem habet mundandi animam, & gratiam cōferendi, propterea ab eo, quod est præcipuum, & generalius nomen sortitus est, vt dicatur baptismus gratiæ, eaque de causa Ioannes in aqua sola, Christus verò etiam in Spiritu sancto baptizasse dicitur. atque hæc est ratio cur infantibus etiam prodest Christi baptismus, non autem Ioannis.

ANNOTATIO XI.

Quid sit Ioannē prædicasse baptismum pœnitentiæ in remissionē peccatorū.

TErtia difficultas est, quomodo sint intelligenda illa verba (in remissionem peccatorum) Euthymius Marc. 1. dicit Ioannem prædicasse pœnitentiam in remissionem peccatorum, id est, propter remissionem peccatorum, vt per pœnitentiam homines redarguti, & peccatis compuncti, eū feruētēr quærerent, qui tollit peccata mūdi, quo apparente procurrerent, & ab eo remissionem peccatorum acciperent. quę explicatio, & doctrina fuit etiam Chrysostomi hom. 10. in Matth. & recipitur à nōnullis recentioribus. & Hieronymus aduer sus Luciferianos videtur simile id dicere, affirmans Ioannem baptizasse in remissionem peccatorum, futuram per Christi passionem, licet hęc verba trahi in alium sensum possint. Iuxta illorum igitur expositionem dicendum videtur, non per eam pœnitentiam, quam Ioannes prædicabat, remissionem peccatorum datam esse, sed homines dispositos fuisse, vt eam à Christo quærerent, & acciperent. Hęc doctrina imperfecta, & confusa est, indigetq; declaratione. Aduerte igitur Ioannem incepisse baptizare, & prædicare pœnitentiam, priusquā Christus manifestaretur, prosecutumque esse suum baptismum, & prædicationem etiam Christo manifestato, donec in carcerem missus ab Herode fuit capite plexus. vtroque quidem tempore prædicabat pœnitentiam, sed non eodem modo; priusquam enim Christus appareret, prædicabat pœnitentiam, non quidem solam, sed sicque illi, quos vere peccatorum pœnitebat, credentes in eum, qui post eum venturus erat, venturus prædicabatur, nempe Christum habebant remissionem peccatorum, etiam nondum Christo apparente, vt recte dicit Chrysost. loco allegato. Posterius autem apparuit Christus, quem ipse sępe signauit, & de eo testimonium perhibuit, & tūc prę dicabat pœnitentiam, & fidem præsentis Christi, vt scilicet crederent in eum tamquam verum Messiam, & Saluatorem, & qui sic pœnitentes credebant, iustificabantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur remissione obtenta peccatorum. Nota ergo artificium mirabile Ioannis. inducebat omnes ad pœnitentiam, vt cõsiderarẽt peccata,& de eis dolerent,vt per fidẽ Christi remissionem obtinerent,sicque Christo recipiendo præpararentur. Quantum autem ad fidem annunciãdum ordinate processit, prius annunciabat post se venturum,vt sic credentes facilius in præsentem crederent;non ergo sola pœnitentia remittebat peccata,sed cum fide Christi, tamen fides hæc erat etiam Christo nondum manifestato,quæ cõmutata est in fidem præsentis.Hic est sensus:prædicabat enim baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum,vt per pœnitentiam peruenire ad consequendam remissionem, fide tamen Christi,quam ille annunciabat interuenie te. Hæc tota doctrina non solum testimoniis Scripturę comprobatur,sed etiam per eam Scripturę testimonia explicantur, & concordantur. Act. 19. dicitur. Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens,in eum, qui venturus esset post ipsum, vt crederent. Hæc verba verificantur de tempore, quando Ioannes incœpit predicare nondum Christo apparente. tũc enim prædicabat pœnitentiam, & fidem venturi proxime post ipsum, sicque credẽtes,& pœnitentes iustificabantur.Illud autem(post ipsum)significat propinquitatem, quasi proxime reuelandus esset Christus.Præterea Act. 13. Prædicate, inquit, Ioanne ante faciẽ aduentus eius baptismum pœnitentiæ omni populo Israel. cũ impleret autem cursum suum Ioannes,dicebat, quem me arbitramini esse nõ sum ego, sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamenta pedum soluere. Hæc verba cũdem sensum habent cũ priori sententia.notanda vero est particula (ego)fidem enim Christi iam iam aduentis prædicabat,vt per eam pœnitẽtes remissionem consequerentur. Idem est sensus verborum Matth. 3. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cęlorũm.hoc posterius fidem Christi proximè significat, per quam pœnitentia remittebat peccata. At vero posita fide hanc aliter prædicabat,conuertit enim in præsentem, & determinatam personam. Ioann. 1. Ecce,inquit,agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, post me venit vir,qui ante me factus est,quod etiã testimonium tepetiit, & fidem præsentis in baptismo suo indicabat, ac pœnitentiæ hanc fidem copulabat. Iuxta hanc doctrinam intelligenda sunt quædam verba Basilij sermone 1.de Baptismo. Ioannis,inquit,baptisma nullũ prorsus faciebat peccatorum differentiam, nullum exigebat sacrificiorum discrimen. Purificationem studiosè non efflagitabat, nec dierum,aut horarum habebat obseruantiam, nec vllã prorsus faciebat ad gratiam Dei, & Christi ipsius perueniendi dilationem. Simulatque accesserat quis & peccata sua quantacunque,& qualiacumque fuissent, cõfessus fuerat,in Iordanis flumine baptizabatur, & cõfestim remissionem peccatorum accipiebat. Hæc ille. Quæ etiam partim repetit sermone 2. de Baptismo cap.6. Interpretanda autem sunt hæc,non quod baptismus ipse ratione sui remissionem faceret,sed per pœnitentiam ipsam. Quod aũt remissio fieret statim, hoc verum est, nec declaratione indiget, vt dictum est.

Basilij locus declaratur.

ANNOTATIO XIX.

QVarta difficultas est. Si baptismus Ioannis non habebat vim peccata remittendi,sed pœnitentia per fidem Christi adferebat remissionem, quare Ioãnes Baptismo vtebatur?Hãc difficultatem ipsius Ioannis Baptistæ verba soluunt,inquit.n. Ioan.1.Vt manifestetur in Israel,propterea veni ego in aqua baptizans, quæ verba Chrysost.hom.10.in Matt.sic explicat. Neq; enim,inquit,dignum erat,vt Beatus Ioãnes singulas adiret domos, & quasi apprehensa manu circumduceret Christum, atque in ipsum credendum clamaret, & præsentibus cunctis, atque cernentibus, beatam illam vocem emitteret,cæteraque cuncta compleret, propterea igitur venit ad baptisma,nam & baptismatis existimatio,& rei propositum totam ciuitatem pellectebat,atq; ad Iordanem vocabat, & frequentissimum quoddam colligebat theatrum Hæc Chrysostomus.Baptismo ergo vsus est, vt quodam signo communi exteriori populo conuocaret, vt fidem Christi aduenientis audirent,& in eum iam apparentem crederent.Baptismus autem pellicebat omnes tanquam res noua,& nunquam visa.rursus propter viri baptizãtis, insignem sanctitatem etiam exterioribus signis

Quæritur Ioannes baptizabat, & eius baptismus nõ remittebat peccata.

signis apparentem propter nouitatem etiam doctrinæ appropinquantis regni cęlorum.Baptizabat ergo,vt sic commodius ad fidem Christi disponeret,& populis de Christo testimonium perhiberet. Est etiã alia huius causa,vt baptismo suo aquę præpararet populos ad suscipiendũ baptismũ Christi in aqua,& Spiritu sancto. dicebat enim Mar.1. Ego baptizaui vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu sancto. De baptismo hoc,& de ijs,in quibus à baptismo Christi differt,inferius plura dicemus.

Sicut scriptum est in libro sermonũ Isaiæ prophetæ.

COMMENTARIA.

IOannis Baptistæ aduentum,& prędicationem confirmat Euãgelista testimonio Isaię prophetę, tũ vt quæ in Euangelio mysteria narrantur,ijs, quæ prophetæ prænunciarunt,cõformia esse ostendat, tum vt ab incredulis maiorem dictis suis fidem cõciliet; credibilius enim illis est quod dicitur, quando multo ante fuisse id prædictũ cognoscunt,sicque Augustinus serm. 29. de verbis Apost. interpretatur illud 2. Pet 1. Firmiorem habemus propheticum sermonem, non quod firmior sit sermo prophetarum sermone Apostolorum,cum vterque sit eodem Spiritu sancto prolatus,sed quod contra infideles firmius inde sumitur argumentum, quia minorem calumniandi occasionem habent. Appellatur prophetia Isaię, Liber sermonum, aut quos Deus ei reuelauit, cum eo loquens,iuxta illud Numer. 24. Dixit auditor sermonum Dei,qui visionem omnipotentis intuitus est: aut quos ipse ad Reges, & populos sæpe habuit, ea manifestans, quæ à Domino acceperat.

Vox clamantis in deserto.

COMMENTARIA.

REcitat Euangelista verba Isaiæ, quæ habentur cap.40.Sensus est: Ecce vox, & prædicatio cuiusdam, qui in deserto clamabit: quæ autem vox hæc sit, statim explicat Propheta verbis sequentibus:Clamans hic Ioãnes Baptista est, vox autem prædicatio eius est: Est autem Hebraismus; supplendum enim verbum substantiuum, Vox erit cuiusdam in deserto clamantis.

ANNOTATIO XIII.

DVobus modis præcedens sententia intelligi potest, Vnus est,quem in commentario exposuimus, vt Ioannes nõ sit dictus vox, sed qui clamat; vox autem sit prædicatio eius, quæ sequentibus verbis exprimitur. Sic interpretatur Euthymius Matthæ. 3. vbi eadem verba habentur. Et hic sensus accommodatior est verbis Isaiæ, qui eodem capite iterum dixit: Vox dicentis, clama,id est, Ecce vox cuiusdam dicentis, & loquentis mihi. Vox autem erat, Clama. Ita etiam nunc. Vox clamantis in deserto. Quæ autem vox erat, & qui clamor, explicat, nempe, Parate viam Domini, & cætera. Alter modus est, vt Ioannes ipse dictus sit vox.& Hebraismo quodam vox clamantis dicitur, id est,vox clamans. Sic enim Clemens Alexandrinus in exhortatione ad Gentes,interpretatur. Et hic modus communis est,cui fauet illud Ioannis 1. Interrogatus enim Ioannes,quis esse,respondit: Ego vox clamantis in deserto. quãuis hoc omnino non conuincat, Ioannem vocem dictum esse:nam Hebraismus quidam est, quasi diceret,ego sum, de quo Isaias prænunciauit, Vox clamantis in deserto. At quia expositio hæc communis est Patrum, ideo declarãda est. Dict⁹.n.est Ioãnes vox; primo quidem similitudine quadam, vt enim vox est, per quam verbum, quod in mente nostra latebat, manifestamus, sic Ioannes vox fuit,per quam æternus Patęr Verbum suum, nempe Filium latentem in carne ostendit. Sic dicit Augustinus serm.20. de sanctis. Secundo sicut vox loquentis conuertit verbum, quod concipitur mente audientis; sic Ioannes prædicatione sua præcessit Christi notitiam in mentibus Iudæorum. Ita dicunt Titus Bostrenus hic.Grego.hom. 20.

Superior sententia duobus modis explicatur.

Ioannes qua ratione vox dictus sit.

Euang-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euang. Euthymius Matth. 3. Tertio vox præcedit quidem verbum audientis: tamē hoc verbum præcessit in mente loquentis, per vocem enim transfert quodam modo suum verbum in alteram, sic Ioannes præcessit verbum Dei in mentibus auditorum fide susceptum, quod tamen verbum præcessit Ioannē, quia ab æterno erat, Sic Ambrosius, vbi adiungit illud; nempe, quia Ioannes vox erat, idcirco in eius natiuitate patrem mutum vocē recuperasse. Quarto quidem est alia similitudo, quam notat Epiphanius hæres. 69. Vocem hoc loco significare sonum inarticulatum dicit, qualem præcones in multa turba edere solet, cum silentium indicunt, quia princeps locuturus est: sic Ioannes præco quidā fuit, attentionem populo indicens, vt Christi doctrinam perciperet, cuius collatione prædicatio Ioannis imperfecta, & velut inarticulata fuit. Possumus etiam facile dicere: Sicut vox conceptum inuisibilem mentis manifestat, sic Ioannes Verbum latens in carne prodidit. Cætera lege apud Ioānem, vbi hæc verba etiam habentur.

ANNOTATIO XIIII.

Quid Ioannes clamans indicare voluerit

NON est silentio præterēundum, quod Ioannes clamare dictus est: sunt enim huius clamoris causæ tum ex parte Ioannis clamātis, tum ex parte eorum, quibus prædicabat, & loquebatur, tum demum ex parte rerum, quas prædicabat. Ex parte Ioannis dictum est, clamasse, vt significaretur liberalitas, & amplitudo prædicationis eius. liberalitas quidem, quia palā, & omni postposito timore humano, sine que vlla personarum acceptione, arguebat Reges, principes, & populum, & Christum eis annunciabat, & quæ ad mores spectabant, docebat; quanta autem fuerit libertas, ostendunt verba, quæ Euangelistæ referunt, & partem inferius explicabimus. Amplitudo autem, quia sicut, qui clamat non solum sine trepidatione, quæ sentit, aperit, sed etiam omnibus loquitur, & ijs, qui prope, & ijs, qui longe sunt, & ab omnibus vox eius percipitur, sic Ioannes manibus locutus est, Principibus, Sectis, Pharisæis, militibus, publicanis, turbis, & cæteris Iudæis. recte ergo clamantis vox dicitur. Ex parte eorum, quibus prædicabat, clamasse dicitur ad significandam duritiem, & spirituālem surditatem eorum, quibus prædicabat; pauci enim fidem dictis eius adhibuerunt, rari voces eius mentis auribus perceperunt; erant enim aures eorum aggrauatæ, sicut etiam fecerunt ad Christi ipsius prædicationem; tales erant, quales Stephanus depinxit. Act. 7. dura cervice in circumcisis cordibus, & auribus. Ex parte demum rerum ipsarum dicitur clamasse, quia rem maximi momēti, & omnibus cōmunem annunciabat, solent enim Regis edicta, quia communem vtilitatem respiciunt alta voce manifestari. sic Ioannes velut præco aduenientis regis æterni erat, omnesque ad eum suscipiendum præparabat, qui omnes venerat saluare, idcirco clamare dictus est.

ANNOTATIO XV.

Ioannes cur in deserto eperit prædicare.

ILlud (in deserto) si literalem sensum respicimus, explicatur a Hieronymo epistol. ad Minorium, & Alexandrum. Habitabat enim Ioannes extra hominum cōmunes habitationes, & ibidem prædicare, ac baptizare incepit; ideo dicitur clamare in deserto. Si autem sensus spirituales spectamus, multa dicunt doctores, cur Ioannes in deserto prædicauerit. Primo quidem Origenes hom. 21. sic inquit: qui in deserto prædicat, superflue facit sibi vociferari, vbi se loquentem nullum exaudiat. hæc ille, quasi diceret, quia pauci crediturri erant illi, dicitur in deserto prædicaturus. Secundo Hilarius in Matt. cap. 3. inquit id factum, vt significaretur Iudæa, vbi tunc prædicabat, plena peccatis, & deserta Dei gratia; vbi enim Deus non habitat, quamuis abundent temporalia omnia bona, desertus locus vere dicitur. Tertio, Hieronymus Isaiæ 40. & Ambrosius, & Titus Bostrenus id docent factum ad significandam Gentilitatem, quæ deserta tunc erat. sed futura per Christum fœcunda spiritualium filiorum multitudine; hoc enim nomine Gentilitas appellata est Isa. 27. Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo. Hanc causam attulit Origenes, vt supra diximus, cur verbum Domini factum sit super Ioannem in deserto. eandem nunc adferunt hi Doctores, cur Ioannes etiam in deserto prædicare inchoauerit, licet non in eadem parte deserti, in qua mandatum Domini accepit,

pit, vt supra explicuimus. Quarto potest his omnibus adiungi, qui in deserto prædicat, non auditur, nisi ab his, qui proprias deserunt habitationes. quo significatur, illos esse veros, & perfectos auditores verbi Dei, qui proprios sensus, & affectus negantes, ad ea, quæ Deus loquitur, ac præcipit, totos se conuertunt.

ANNOTATIO XVI.

Ioannes vocatus est Angelus, lucerna, & nox ob tria munera, quibus functus est.

ADuertendum est, tres Prophetas olim de Ioanne prophetasse venturo, singulosque singulis eum nominibus significasse. Malachias cap. 3. Ecce, inquit, mitto Angelum meum, qui præparabit viam tuam ante te. quam sententiam Christus ipse Matth. 11. de Ioanne dictam interpretatus est. Ante Malachiam Isa. cap. 40. prædixit, Vox clamantis in deserto. Et ante vtrumque Dauid Psal. 131. Paraui, inquit, lucernam Christo meo. Ad quod alludens Dominus Ioan. 5. dixit de Ioanne. Ille erat lucerna ardens; & hoc loco, Græce lucerna est cum Articulo. Cyrillus autem lib. 3. in Ioannem cap. 1. & August. tractatu 23. in Ioannem, lucernam hanc, de qua Dauid prophetauit, interpretantur Ioannem. Appellatus igitur est Angelus, Lucerna, Vox, à prophetis. Hæc tria nomina significant tria officia, quæ Ioannes exercuit. Primū fuit priusquam Christus se manifestaret, & prædicaret, ipsum etiam iam iam venturum prænunciare. Lucæ 3. Veniet post me fortior me, cuius non sum dignus corrigiam calceamenti eius soluere. propter hoc dictus est Angelus, id est, nuncius Altissimi venientis. Secundum fuit, quem vēturum iam prædixerat, præsentem demonstrare, & digito indicare. Ioā. 1. Ecce agnus Dei. hic est, de quo dixi, post me venit vir, qui ante me factus est. propter hoc dictus est lucerna, vt enim lucerna nocte ardet, & obscura illuminat; ita Ioannes Christum velut ignorationis Iudaicę tenebris obscuratum, & humanitatis humilitate latentē suo testimonio manifestauit. Tertium fuit populum disponere, & præparare Christo recipiendo; præparauit autem inducendo populos ad abstinendum à peccatis, & ad commissorum pœnitentiam. eaque de causa baptismo vsus est. Matth. 3. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. propter hoc dictus est vox ab Isaia. Hæc tria significarunt Euangelistæ, aliis tribus nominibus; nam propter primum officium, cuius causa à propheta dictus est Angelus, in Euangelio dictus est prophetā. Luc. 1. Et tu puer propheta Altissimi vocaberis. prænunciauit enim Christum, antequam eum vidisset, & priusquam ille se manifestasset. Propter secundum dictus est plusquam propheta, quia præsentem indicauit. Matth. 11. quid existis videre? prophetam? etiam dico vobis, plusquam prophetam. Propter tertium dictus est prædicator, seu prædicans. Marci 1. venit prædicans baptismum pœnitentiæ.

Ioannes multis de causis Angelus dictus est.

De his nominibus duo notanda occurrunt. Vnum de Angelo, alterum de lucerna. nam de Voce, paulo ante diximus. Quod ad primum spectat, Ioannes Angelus dictus est, non propter naturam (homo enim erat) sed propter officium. qua etiam de causa Apocalyp. 2. & 3. Episcopi dicuntur Angeli. Errarunt quidam, Ioannem existimantes Angelum esse natura, quod Origen. homil. 5. in Ioannem sensisse videtur; Euseb iusque lib. 9. demonstra. Euang. ca. 5. refert, quosdam existimasse Ioannem non hominem, sed aut Angelum, aut dæmonem fuisse. Hi tamen facile redarguuntur historia præcedenti, in qua conceptio, natiuitas, parentesque eius referuntur. Est etiam illud Ioannis 1. Fuit homo missus à Deo. in quorum verborum explicatione huius erroris nos mentionem fecimus. Non ergo natura, sed officio Ioannes Angelus est. Hoc quidem verum est, eo nomine etiam plura alia significata esse, propter quæ ex quadam similitudine. Ioannes Angelus dictus. Primo quidem Angeli infantiam non habuere. sed cum vsu liberi arbitrij creati sunt, in quo si non perfectam, saltem aliquam habuit similitudinem Ioannes. nam quoad animam, nimium tempus infantiæ habuit, cum sexto conceptionis mense visitatus à Beata Virgine, prophetauerit, vsumque rationis obtinuerit, vt supra ostensum est. Secundo, Angeli non vtuntur potu, & cibo, sed sensibili. Tobiæ 12. dicebat Angelus: Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. Ioannes maxime huic vitæ accessit, propter admirandam eius abstinentiam, quę tanta fuit, vt Dominus Matt. 11. dixerit: Venit Ioannes

Eadem munera

Universidad de Deusto
Biblioteca

aes, neque manducans, neq; bibens, tam modico enim cibo, & potu pascebatur, vt fere non vsus cibo, & potu diceretur. Vnde Basilius homilia de ieiunio illius, abstinẽ eiam commendans dixit, totam vitam Ioãnis fuisse ieiunium quoddam. Tertio, Angeli sunt castissimi, ac purissimi. vnde beati incelis ob eam castitatem, ac puritatem illi comparantur. Matth. 22. Neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei. Ioannes autem admirandæ puritatis, & virginitatis quoad corpus, & quo ad animam fuit. Quarto, Angeli perpetuo Dei aspectu fruuntur. Matth. decimooctauo: Angeli eorum semper vident faciẽ patris mei, qui in celis est. Ioannes etiam sublimis fuit contemplationis, & fere continuæ, qui ab horainum conuersatione se ad teneris annis secreuit, vt quo ad fieri in hoc seculo posset, perpetuæ vacaret contemplationi diuinæ. Quinto, Angeli sancti, quam gratiam semel infusam acceperunt, non amiserunt, sed eam meritis auxerunt. Sic Ioannes quam gratiam in ventre matris sexto mense accepit non amisit, sed conseruauit, & incremento meritorum insignium mirabiliter auxit, quod priuilegium paucis est concessum; multi enim gratiam concessam amiserunt, licet postea recuperauerint, at non sic Ioannes, qui nullum commisit peccatum mortale, quo gratia accepta amittitur. His de causis Ioannes Angelus dictus est. officio ergo, & vita Angelus appellatus est.

Ioannes merito lucerna appellatus.

Quod ad secundum spectat de lucerna, quamuis plura dixerimus Ioann. 5. nunc tamen pauca notanda sunt. Dictus enim est lucerna non solum ab officio indicandi Christum, vti paulo ante diximus, sed etiã ex quibusdam similitudinibus, seu proprietatibus.

Primo quidem lucerna noctu accenditur, & die extinguitur. Sic nocturnum tempus erat illud legis. Euangelium autem, quod à Christo incepit, dies est, ad Rom. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. donec ergo Christus non se prodidit, Ioannes vt lucerna ardebat. At Christo se manifestante, recessit; paulo enim post occisus est ab Herode, propter quod illemet Ioan. 3. de seipso dicebat: Illum oportet crescere, me autem minui.

Secũdo lucernę lux breuis est; non enim lucet multis, sed ijs, qui in domo sunt. Sol vero omnia illustrat, sic Ioannes lucerna fuit populo Iudaico Soli lucens, & ad ipsum missus. at Christus Sol iustitiæ illuminat omnem hominem venientem in hũc mundum. Ioann. 3. Ego sum lux mundi. Vnde & Apostoli lux mundi dicti sunt Matth. 5.

Tertio, lumen lucernę remissum est, nec multum splendet, Solis vero splendidissimum. sic Ioannis testimonium efficax quidem fuit ad Christum indicandum, at testimonium, quod Christus de seipso perhibuit, multo maius, & efficacius fuit. Ioann. 5. Ego testimonium habeo maius Ioanne, opera, quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea, testimonium perhibent de me.

Quarto, Lumen lucernæ illuminat, sed non fœcundat, lumen vero Solis fœcundum est, metalla, plantas, animalia, cæteraque producit. Sic Ioannes prædicationis suæ lumen effundebat, tamen immutandi, & vitificandi animos vim non habebat ex se, virtutis diuinæ hoc opus est. 1. Corinth. 3. ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, sed neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Hoc de Ioãne dici potuit, Christus autẽ Deus, & homo, ipse plantat, ipse rigat, ipse incrementum dat. vere ergo lucernæ confertur Ioannes. Hæc omnia dicta sunt occasione explicandæ illius sententię dictæ de Ioanne, vox clamantis.

Parate viam Domini.

COMMENTARIA.

EXplicat ꝓpheta, quæ sit hæc vox, clamantis in deserto: Parate, inqt, viam Domini, quasi diceret, Audietur vox in deserto. vox autem hæc erit, parate viam Domini: prædicabit. n. Ioannes excitans populum ad præparandã viam Christo venienti. Hoc idem Angelus Zachariæ, antequam puer cõciperetur, prędixit Luc. 1. Parare Domino plebẽ perfectã. idipsum vero recenter nato patet eius Zacharias prænunciauit, dicens: Præibis ante faciem Domini parare uias eius. Est autem metaphora sumpta ab aduentu Principis magni, cui solent viæ parari, per quas uenturus est in urbem; sic Ioannes exhortaturus uenit populos, ut uiã Domino uenienti pararent. Quo autem modo sit paranda uia Domini, sequenti sententia Propheta explicat.

Rectas facite semitas eius.

COMMENTARIA.

SIc parabitis uiam Domini, si direxeritis, & rectas feceritis semitas eius. Perseuerat in eadem metaphora, qui enim uiã Principi parant, semitas dirigunt. & æquant, ut Princeps facilius, & citius, ac certius perueniat in urbem. Sensus ergo est, ad dirigendas semitas Christo uenienti Ioannes populum excitabit. quod & ipse fecit, primo quidem pœnitentiam persuadẽdo populo, per quam auerteret se à peccatis, & ad Deum, & Christum conuerteretur, & uelut dirigeretur; peccata. n. detorquent hominem à Deo. Pœnitentiam, inquit, agite, quia appropinquauit regnum cęlorum. quasi diceret. incipite dirigere semitas obliquitate peccatorũ amota, quia appropinquauit Christus. Secundo exhortãdo, & inducendo ad bona opera, & mandatorum Dei obedientiam. Facite, inquit, fructus dignos pœnitentia; bona enim opera, & legis obseruãtia rectũ faciunt hominem. Tertio fidem iam iam uenientis Christi prædicãdo. credebat quidem populus à multo tẽpore in uenturum, hoc tñ fides Christo, qui uenturus erat, iam proximo, directione indigebat, ut applicaretur ipsimet; quid n. profuit uenturũ credere, nisi uenientẽ agnoscerent: idcirco Ioãnes fidem hanc dirigebat in Christũ, qñ dicebat; Post me uenit uir, ipse est, qui baptizabit in Spiritu sancto: & ecce agnus Dei. Hic est, de quo dixi, post me uenit uir. Pœnitentia igitur, mãdatorũ obseruantia, fides uenientis Christi, semitæ sunt, quas rectas facere Ioãnes conabatur. qui. n. has semitas rectas fecerunt, Christum receperunt.

Duæ superiores sententiæ pro vna eadẽque sunt accipiendæ.

ANNOTATIO XVII.

ESse has duas sententias sic connectendas, quasi posterior sit explicatio prioris, persuasit mihi Ioannis Euangelistę testimonium, qui vtramq; soiam vna complexus est: nam ea hanc sententiam referens, dicit: Ego uox clamãtis in deserto, dirigite viam Domini, quasi vtramq; hac vna concludens, sumpto vno verbo (dirigite) ex posteriori, & altero (viam Domini) ex priori. nõ ergo aliud est, parare viã Domini, quam rectas semitas eius facere, qđ est dirigere viam Domini. Multi, licet non omnes, aliter sentiunt distinguentes harũ sententiarum sensus, vt statim dicemus, si prius tria notauerimus. Primũ est, in Isaia legi in numero singulari (semitam) hoc autem parum habet difficultatis; Hebræi enim sæpe numerum singularem pro plurali, & contra, pluralem pro singulari vsurpant. Alterum; Euangelistas prætermisisse verbum, quod habetur apud Isaiã, nimirum (rectam facite in solitudine semitam eius) illud (in solitudine) Euangelistæ non habent. Causa est, quia frequenter Euangelistæ vtuntur versione Septuaginta interpretum, apud quos nõ habetur illud (in solitudine.) Tertium est, non sic hęc duo, quæ Isaias prędixit de Ioanne, accipienda esse, quasi eisdem verbis vsus ille fuerit, ac dixerit, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius, sed significant Ioannem populum excitaturum ad ea præstanda, quibus via Domini paratur, disponiturque homo ad Christum recipiendũ, quod fecit Ioannes verbis, quæ tres Euãgelistæ Matthæus, Marcus, & Lucas descripserunt. Sicque hęc verba interpretatur Chrysost. homil. 10. in Matth. Euthym. autem Matth. 3. hoc idem dicit, nempe sensum horum verborum Ioannem secutum fuisse. Addit, dici etiam posse, Ioannem eisdẽ verbis, (Parate viam Domini, rectas facite semitas eius) vsum fuisse, licet Euangelistæ non narrent; non enim omnia Euangelistæ scripserunt. Quis autem sensus sit horum verborum, multipliciter Doctores explicant. Primo quidem Origen. homil. 21. viam hanc Domini, & semitas, semitæ sunt, quas rectas facere Ioãnes conabatur. qui. n. has semitas rectas fecerunt, Christum receperunt.

Patres diuersimode superiorum sententiã exponũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas pro eodem accipit, ac interpretatur animam nostram, per quam ingreditur Dominus ad nos: quia autem Ioannes hortabatur homines, vt animas pararent ad Christum recipiendum, dicitur clamasse, parate viam Domini, & rectas facite semitas eius. Idē sentit Euthym. Matth. 3. quæ intelligentia qua parte animam, viam, & semitam Domini esse dicit, non videtur proprium sensum facere: nam anima potius habet rationem loci, seu templi, in quod recipitur Christus per fidē, quā viæ. Secundo loco Titus Bostrenus, vtramque sententiam, scilicet, Parate viam Domini, & rectas facite semitas eius, in distinctum sensum interpretatur, quasi Ioannes excitaret populos, vt relictis vmbris illius legis, veritati per Christum docendæ se accommodarent, ac si dictum esset, missis veteris legis vmbris, ad susceptionem illorū vos comparate, quæ Christus docturus, & promulgaturus est: rectas autem semitas facere eum dicit, qui per illius iustitiam graditur; improbitas enim res obliqua, & sinuosa est. Tertio Gregorius hom. 20 in Euangelia etiam distinguit vtriusque sensum. illam autem (parate viam Domini) sic interpretatur; Omnis, inquit, qui fidem rectam, & bona opera prædicat, quid aliud, quam venienti Domino ad corda audientium viam parat? Hæc ille. Cum ergo Ioannes populos ad fidem, & bona opera excitaret, ad viam Domini parandam dicitur missus. Illam vero (Rectas facite semitas eius) sic exponit: Vis, inquit, gratiæ penetrat corda, & lumen veritatis illustrat, vt rectas Domino semitas faciat, dum mundas in animo cogitationes per sermonē bonæ prædicationis format. Hęc ille. Mundas ergo cogitationes habere est rectas Domini semitas facere; ille autem mundas cogitationis habet, qui ad bona opera se conuertit non ex ambitione, aut vana gloria, aliquoue alio humano affectu, sed propter Deum ipsum. Quarto loco Chrysost. hom. 10. in Matth. vtramque sententiam coniunxit, eumque sensum facere asserit, quem verba illa Ioannis, Facite fructus dignos pœnitentiæ, quæ expositio non videtur perfecta; nam Ioannes plura prædicauit, pluraque erant necessaria ad disponendum populum Christo recipiendo. Quinto loco Cyrillus in Commentarijs super Isaiā, non alium sensum vtriusq; huius sententiæ esse dicit, quam quem verba sequentia continent, Omnis vallis implebitur, &c. quasi posita sint tanquam explicatio præcedentium. de qua re paulo inferius dicemus. Sexto, Bonauentura viam Domini diuina mandata, seu præcepta intelligit; semitas autem consilia. cū ergo Ioannes vtrumque prædicaret, dicitur, vt viam pararet, & semitas rectas faceret, missus. Multa alia multi dicunt. Mihi non aliud videtur viam Domini parare, quam semitas eius dirigere, rectaq; facere, vt in Commentario diximus, & confirmauimus. Pro intelligentia autem aduerte Dominum multo ante Iudæos docuisse verbum illud, per quod ipse agnosceretur, quando ad saluādum veniret. Hoc autem fuit lex illa sancta multiplici mandato, velut semitis quibusdam diuisa, fides etiam in venturum Christum coniuncta cū multis signis futuri aduentus per Prophetas reuelatis, ob quæ fides alio nomine dicta est Prudentia, vt annotauimus cap. 1. in illo verbo (ad prudentiam Iustorum) & quidem si populus legem Domini, & mandata legis obseruasset, vt par erat, fideq; ipsius instructus fuisset, facile Christum aduenientē agnouisset. Hæc Dauid sibi optabat à Deo donari. Psal. 118. Da mihi intellectum, & scrutabor legē tuam, dedue me in semitam mandatorum tuorum. Perpē de fidem, & obseruātiam mandatorū, quæ via, & semitæ sunt, quibus Christū nosse, & recipere docuerunt. Has semitas detorsit populus, quantum ad legem quidem, multis trāsgressionibus, & sceleribus, quæ aīam auertunt, & declinare faciunt à Deo; quantum ad fidem vero, negligentia, & inaduertentia Scripturarum, & signorum aduentus Christi, quę negligentia, & inaduertentia effecerunt, vt tempus aduentus non nossent; cumq; populus in hoc se haberet statu, misit Deus Ioannem imminē te Christi aduentu, vt eum disponeret; primo quidem remotis peccatis, & commissis sceleribus per pœnitentiā, deinde illustrando fidem, & admonendo populos de imminenti Christi aduentu, ipsumq; digitis signando, & hoc est viam parare, rectaq; facere semitas Domini, nempe per pœnitē tiam remouere peccata, quibus detorquebatur à Deo, & per bona opera, fidemque Christi veniētis, ad Deū conuertere; sic. n. vt Christum agnoscerent, & reciperent, di spo-

Auctoris sensa explicantur

sposti erant. Quæ ombia Ioannes perfectissime fecit, quātum erat ex parte sua, vt prædicationis eius verba ostendunt, ob idque dictus est clamasse, Parate viā Domini, & rectas facite semitas eius.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur.

COMMENTARIA.

HAEc, quæ sequuntur vsq; ad illud (Et videbit omnis caro salutare Dei) ad Ioannem pertinent, voceſq; ipsius sunt, eiusq; nomine à propheta prænunciantur: nam Ioannes erat præcursor populo præparando à Deo missus, & erat ēt propheta, aduēntum Christi imminentē annuncians. Priora igitur verba, scilicet (Parate viā Domini, rectas facite semitas eius) ad præcursoris munus, posteriora vero hæc ad prophetæ officium spectant. Prædicit aūt duo. Vnum est Christi aduentu Iudæorum partem repellendam, & Gentium multitudinē substituendam populo Dei, ita vt una ex vtroq; populo fiat Ecclesia, & vnū vtrique commune sit Euangelium, nēpe ex reliquijs Iudæorum credētibus, & ex Gētium multitudine ad fidē Christi uenīēte. Metaphora autem quadā hoc prædicit, nempe ex montium, & collium depressione, & uallium repletione, & exaltatione; quod. n deprimitur ex montibus, adijcitur uallibus, & æqualis fit uia, sic Iudæorum montes deprimuntur; non quidem toti euertuntur, sed pars sublimis, quæ adiecta uallibus eas replear, & æquet; sic non omnes Iudæi ceciderunt, sed pars nō modica, & loco eorum Gentes uocatæ sunt, & sic æqualitas est facta in utroque populo, & qui non erat populus Dei, factus est populus, parte eius, qui erat populus, resecata, & reiecta. Propterea non tantum dicitur: Vallis omnis implebitur, quod fieri poterat absque montium depressione: sed dictum etiam est, mons humiliabitur, ut ruina Iudæorum implenda significetur Gentium exaltatione. Matt. 21. Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Ecce quod aufertur à Iudæo implet Gentes. Hoc est mysterium illud, quod Paulus Rom. 11. docuit, dicens: Nolo vos ignorare fratres mysterium hoc, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec Gentiū plenitudo intraret. & rursus ibidem: Diminutio eorum diuitiæ sunt Gentium. quasi diceret, depressio montiū exaltatio est uallium. hoc idē Dauid Psal. 109. prænunciauit: Iudicabit, inquit, in nationibus, implebit ruinas. Hoc idem Ioannes ipse quadā alia metaphora prædixit: Iā, inquit, ad radicem arboris securis posita est, potens est Deus ex lapidibus suscitare filios Abrahæ. quæ uerba paulo inferius explanabimus. Distinguit aūt montes, & colles, vt per illos, Sacerdotes, per hos, seculares ex Iudæis distinguat, ex vtroque. n. numero multi ceciderunt. nec moueat quempiam, quod dē (omnis;) licet. n. vniuersale sit. tñ Scripturæ more sæpe multitudinem significat, vt ēr Euthym. notauit. Iudæos aūt montibus comparari propter legem, & cultum, ac fidem veri Dei, Scriptura docet Psal. 67. Mons pinguis, mons coagulatus, mons in quo beneplacitum est Deo. Gētes autem, quasi in abyssо peccati iacentes sine luce fidei, sine religione veri Dei, uallibus conferuntur.

ANNOTATIO XVIII.

MIrum est, quanta varietas sīārum sit in verbis propositis, & iis, quę sequūtur exponendis, quorū nonnullas referam; oēs. n. recensere inutile mihi uisum est. In primis, recentiores quidam in præsenti, & sequenti sīa, verba futuri temporis posita pro verbis imperādi, interpretantur, ac si dictum esset, omnis vallis impleatur, & omnis mōs humilietur, sint praua in directa, & aspera sint in vias planas. Frequētissimus est. n. mos Hebręis futuro vti pro imperatiuo, & ex multis exemplis vnum sit

Diuersę Patrum expositiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth. 22. sumptum ex Deuter. 6. Diliges Dñm Deum tuum. Diliges proximum, sicut te ipsum. Hæc futura pro impetrandi mõ accepta esse, nemo ignorat. ita in hoc loco fieri putant, quasi Ioannes exhortetur populum hisce verbis, & sententijs. Vt aũt Hieronymus Isa. 40. Futura hæc, verbis imperãdi exponere, quoad sensum vero significationem futuri potius indicat & reuera futuri sunt temporis; non n. sine rationabili causa priores illæ sententiæ modo imperandi, hç vero futuri temporis verbo exprimuntur, quasi illæ ad munus prædicandi, & exhortandi, hæ autem ad prophetiã spectent, vt in Commentario diximus; sicque Patres veteres intellexerũt, quorum sententias modo recitabimus. Primo quidem ipse Hieronymus loco citato, per mõtes, colles, & valles gentiles interpretatur, qui dicuntur mõtes, & colles, quia elati erant superbia, valles vero, quia humiles confessione, nimirum dediti idololatriæ, qua humiliati, & depressi tenebantur. Hi ad implet ionem virtutũ & depositionem superbiæ inuitantur, quod per Christum futurum erat. Quæ expositio duabus in locis videtur, qd eisdem personis applicat montes, & valles. Secundo loco August. serm. 36. de Sanctis, verba futuri quantum ad sensum legit, sic tñ interpretatur, vt nõ aliud sit, omnis vallis implebitur, & omnis mons humiliabit, quã illud, quod à Domino dictum est Lucæ 14. Qui se humiliauerit exaltabitur, & qui se exaltauerit humiliabitur. Huic expositioni consentit Gregorius hom. 20. in Euang. & Chrysost. hom. 10. in Matth. & Beda; ea tamen contextui parum accõmodabilis est. Tertio loco, Titus Bostrenus, montes & colles interpretatur tum spiritus malignos, tum animi perturbationes, siue internas, siue externas; valles aũt difficultates, quæ occurrunt ijs, qui virtuti incumbunt, sicque connectit quia dixerat, Semitas rectas facite. posset quispiam dicere, cum tot obstent obices, cumque opponant se tum maligni spiritus, tum internæ, & externæ perturbationes animi, ac, cum ne currant profunda, & trã situ difficilia, quo modo fieri potest, vt per viam virtutis rectam incedamus? Huic respõdet Ioannes, Omnis vallis implebitur, omnis mons, & collis humiliabitur, quasi diceret, nihil vereamini, siquidem omne illud, quod ante virtutis cursum impediebat, per Christum e medio submouebitur, quia Christus Satanan fregit, eumque sub seruorum suorũ pedibus strauit, incensosq; carnis ardores, prauasque eius cupiditates sedauit, & abo leuit in seipso. In hunc sensum proposita, & sequentia verba interpretatur Titus, vt nẽpe significetur per ea, impedimenta, quç ad Deum hactenus viam difficilem effecerunt, per Christum amouenda, viamq; futuram planam, & leuem. Cyrillus Alexan. Isa. 40. eundem sensum, & huius sentẽtiç, & sequentis adhibet. Verba Cyrilli sunt hæc: Quid ergo est, parate viam Domini, rectas facite semitas eius? explanat addẽs, omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis reddetur humilis, & erunt omnia, quæ obliqua sunt, directa, & aspera via cã pestris. sunt enim quædam publicæ viç, & semitæ minime peruiæ, sed asperæ illç quidem, & inuiæ; vt aliquando assurgendum sit ad montes, & colles, aliquando per eosdem descendendũ, nunc in præcipitijs perdeas, nunc in colles profundos deferaris. Sin contingat, vt ædita, & prærupta loca subsidant, & quæ in cauo, ac profundo sunt, compleantur, tunc vndequaque recta erunt, quæ erant obliqua, & campi plani, & via expedita, quæ quondam erat aspera, & abrupta. Hoc factum est intelligibiliter Saluatoris nostri potentia: olim enim omnibus, vt sic dixerim, hominibus inaccessa erat via eximia, & Euangelicæ conuersationis semita parum trita, quod nunc omnium mundanis, & terrenis esset detenta cupiditatibus, & subiecta carnis sedis motibus. Postquam autem homo factus, atque caro secundum Scripturas in carne aboleuisset peccatum, & Principatus, ac Potestates, & rectores mundi huius demolitus esset, æqualem nobis, & ad currendam aptissimam viam pietatis effecit, nihil habentem aceliue, vel in altum sublatum, nihil cauum, aut deorsum, sed in campos magis complanatam; omnia enim obliqua facta sunt recta. Hæc ille. qui vti superius diximus, omnia hæc dicit explanationem esse illorum præcedentium (Parate viam Domini, rectas facite semitas eius) in quo à Tito differt, qui ea prima verba aliter interpretatur, nec quæ sequuntur explanationem antecedentium dicit, sed potius exclusionem obiectionis cuiusdam, vt ex citatis ipsius verbis constat. Euthymius hanc

hanc refert interpretationem, vt montes, & colles prauos spiritus, seu dæmones significent, refertque alias expositiones potius spirituales, quam literalem sensum sapientes. Mihi omnium accommodatissima visa est ea, quç in Commẽtario posita est, quæ est Origen. hom. 22. eamque sequitur Greg. hom. 20. in Euang. Vide ergo omnes hos Doctores verba futuri temporis interpretari, quasi quod per Christum futurũ erat, Ioannes prænunciaret.

Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas.

COMMENTARIA.

HOc est alterum, quod Isaias Ioãnem prædicturum prænunciat, legis scilicet illius veteris mutationẽ in Euangelium, praua inquit, & tortuosa in recta, ac aspera in plana, læuia que mutabuntur. Erat quidem lex illa vetus tortuosa, & aspera. tortuosa, quia non docebat mysteria salutis directe, sed in vmbris, & figuris quasi uia tortuosa, quæ non linea recta tẽdit in terminum, sed quod Paulus docet Galat. 4. sub elementis, inquit, mundi huius eramus seruiẽtes. Erat etiam aspera, propter multitudinem, & difficultatem mandatorum, at Euangeliũ recta uia est, non vmbras, & figuras, sed veritatem ipsam ostendens, non difficilia illa, & innumerabilia præcepta cõtinens, de quibus Act. 10. dicitur. Nec nos, nec Patres nostri portare potuimus: sed iugum suaue, & leue. Mutabitur ergo lex aspera, & praua, id est tortuosa, in Euangelium aduenientis Christi directum, & planum. Hoc significauit Ioannes, quando Christi baptismum non in aqua sola, sed in Spiritu sancto futurum prædicauit. Spiritus sanctus. n. est, qui Euãgelium suç copia gratiæ, ac lucis splendore, rectũ, & planum ac suaue fecit.

commentario confirmatur, & alia refertur.

ANNOTATIO XIX.

Interpretatio in Eutullianus lib. 5. contra Marcio. hanc sanam interpretatur, sicut dictum est in comment. Tortuosa, inquit, & aspera in rectitudinem & in campos, id est, legis difficultates in Euangelij facilitates. Hęc ille. Similiter Chrysost. hom. 10. in Matth. vbi sic habet: Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas, ostendunt & humiles sublimandos, & è diuerso sublimes humiliandos, ac difficultatem legis in fidei facilitatem mutandam. Hæc ille. Vbi habes verba hæc posteriora in eundem sensum interpretari, quẽ nos secuti sumus. Eandem interpretationem refert etiam Euthym. Obliquitas, inquit, & asperitas veteris legis in rectitudinem, & perfectionem Euangelij conuertetur. Veteris, inquit, legis obliquitas erat obscuritas, ac varietas, asperitas vero austeritas, & incompassibilitas. Hæc ille. Quidam alij ad mores referunt hominum, qui aduentu Christi per gratiam eius, copiosius quam ante diffusam, in bonum commutati sunt. Sic Gregor. hom. 20. interpretatur, inquit enim: Praua directa fiunt, cum malorum corda per iniustitiam detorta, ad iustitiæ regulam dirigũtur, & aspera in vias planas immutantur, cum imminites, & iracundiæ mentes per infusionem superni gratiæ ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Quando enim verbum veritatis ab iracunda mente non recipitur, quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit; sed cum mens iracunda per acceptam mã suetudinis gratiam correctionis, vel exhortationis verbum recipit, ibi planam viam prædicator inuenit, vbi prius præ asperitate itineris pergere, id est, prædicationis gressum ponere non valebat. Hęc Gregor. Euthymius præter eam, quam proxime ci tauimus, duas alias adhibet expositiones: sic. n. inquit: Obliqua sunt vitæ peruersæ hominum, & asperæ uiæ opiniones ipsorum, hęc fient recta, & plana, ita ut per ea æquabiliter pergant ad Christum. aut etiã obliquitas, & asperitas prauitatis in rectitudinem, & planitiem virtutis immutabitur. Hęc ille. Vera hæc sunt, sed tamen ad sensum huius sententiæ magis facere vidẽtur, quæ dicta sunt in Commentario.

Et videbit omnis caro salutare Dei.

COMMENTARIA.

FLet ex hac vallium impletione, & mentium depressione, legisque

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutatione, vt non Iudæus tantũ, sed etiam Gentilis salutem per Christum factam percipiat, omnesque credant in eum. Salutare Dei Christus est, de quo Simeõ paulo ante dixit: Viderũt oculi mei salutare tuum. Omnis autẽ caro hominem significat tam Gẽtilẽ, quàm Iudæum, qui visurus dicitur Christum, tum quia ipse visibilis apparuit homo factus, quantũ ex se est, omnibus, tum quia omnibus salutem attulit, tũ quia notitia eius in omnes fines terræ diffusa est. Nec te moueat, quod non omnes oculis carneis viderint Christum, nec omnes eius salutẽ perceperũt, nec omnes notitiam eius assecuti sunt: nam, vt paulo ante dixi, in Scriptura vniuersalitas aliquando multitudinem significat; aut etiam ex parte sua Christus se omnibus visibilem, & salutarem exhibuit, quo etiam sensu dictum est Marci vltimo: Prædicate Euãgelium omni creaturæ, cum tamen nõ omnibus fuerit prædicatũ. & Ioã. 6. Erunt omnes docibiles Dei. & multa alia huiusmodi. Carne autẽ significari hominem totum, multa loca Scripturæ probant, è quibus illud est præcipuum testimonium Ioan. 1. Verbum caro factum est, vbi & quod homo caro, & quare caro dictus sit, ostendimus.

quorum versionem noster Euangelista secutus est, loco illius (quod os Domini locutum est) paraphrastice, vt solent, verterunt, salutare Dei. solent enim hoc nomine appellare Christum, & recte quidem: nam videre quod os Domini locutum est, non est aliud quam videre, quod promiserat Deus per Prophetas, vti dictũ est Lucæ 1. Sicut locutus est per prophetas. Præcipua autem promissio. & omnium maxima Christus est. & licet Isaias etiam intelexerit salutem, quam promiserat de liberando populo de Babylonica seruitute, tamen præcipue intendebat Christum significare, vti diximus paulo ante; ideo Septuaginta præcipuũ sensum secuti sunt, rectèque verterũt Salutare Dei, id est, Christũ. Quod autem in versione Septuaginta habetur vltra illud (videbit omnis caro salutare Dei) etiam hoc (quod os Domini locutum est) adiectũ est ex aliis versionibus: nam in versione eorum solum habetur, quod Lucas recitat (videbit omnis caro salutare Dei.) Prætermisit autem Euangelista illud (reuelabitur gloria Dei) quia eundem sensum facit cum illo (videbit omnis caro salutare Dei;) in eo.n. Dei gloria manifestata est, iuxta illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à Patre. Christum autem significari hoc loco per salutare Dei testãtur patres antiqui, Irenæus lib. 3. cap. 9. Augustinus lib. 2 ciuit. ca. 29. Ambros. ad Roman. 3. Greg. homil. 20. Euang. Euseb. lib. 7. demonstrat. Euang. ca. 5. Euthymius autem interpretatur lumen Euangelij, aut salutarem incarnationem, quæ ambo præparauit Deus ante faciem omnium populorum. Titus Bostrenus priorem interpretationem sequitur, scilicet Euangelij notitiam; accommodatior tamen est ea, quæ est Augustini, Gregorij, & Ambrosij.

ANNOTATIO XX.

Eorũdẽ verborũ sensus magis declaratur.

HOc est totum testimonium, quod Euangelista ex Isaia propheta refert, qui etiam si in eo capite de reuocatione populi à captiuitate Babylonica per Cyrum facta loquatur, tamen ea cortice significabat veram, & perfectam reuocationẽ, & liberationem hominũ de potestate peccati, & dæmonis per Christum effecta, cuius præcursor Ioannes futurus erat. Est autẽ notandum in Hebræo aliter nunc legi verba hæc ab Euãgelista allegata; sic enim Hebræum exemplar habet, quasi Latinè diceremus. Reuelabitur gloria Dei, & videbit omnis caro, quod os Domini locutum est. Septuaginta autem interpretes,

Quomodo intelligẽdum quod omnis caro Christũ in die Iudicij, quando omnes manifestabimur ante tribunal eius, tunc nemine excepto omnes homines oculis corporeis eum videbunt.

Dubitatio autẽ occurrit. Quomodo omnis caro dicatur visura Christum; cum non omnes eum in carne visibiliter viderint. Augustinus, & Gregorius locis citatis intelligentes hanc visionem corporeis oculis futuram, respondent hoc implendũ in die Iudicij, quando omnes manifestabimur ante tribunal eius, tunc nemine excepto omnes homines oculis corporeis eum videbunt. Hoc quidem verum est, sed verbis, ac contextui parum accommodabile: nam Ioannes, cuius verba hæc futura

futura prænunciauit Isaias, non de posteriori, sed de priori Christi aduentu, cuius ille Præcursor erat, loquebatur. Titus Bostrenus non de hac visione interpretatur, sed dicit, visuros omnes Salutare, quia eo potientur omnes, & fructus, ac virtus eius dilatabitur vsque ad fines terræ. At Ioannes non hoc solum intendebat significare; nã ante incarnationem virtus eius participabatur: sed etiam aduentum visibilẽ Christi significabat, quo in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Dicendum ergo, vt in Commẽtario dictum est, omnem hominem visurum dici Christũ, quia quantum ex se est, visibilem se exhibuit omnibus oculis corporeis, & credibilem per fidem oculis spiritualibus hominum; plena enim est Scriptura huiusmodi locutionibus vniuersalibus. Dictum enim est Psal. 71. Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. & Isa. 2. Et fluent ad eum omnes gentes. Et multa alia huiusmodi. Chrysost. hom. 10. in Matth particulam (&) causalem interpretatur, quasi dictum esset, Omnis vallis implebitur, erunt praua in directa, & cætera, quia omnis caro videbit Salutare Dei. Cæteri sensum copulantem interpretantur, idque accommodatius est.

Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant, vt baptizarentur ab ipso.

COMMENTARIA.

PArticula (ergo) illationem indicat ex antecedentibus, dixerat enim Euangelista Ioannem prædicasse baptismum pœnitentiæ, & interposuit testimonium Isaiæ, prophetantis Ioannis aduentum, & prædicationẽ. Hinc infert, & deducit, quia baptismum pœnitentiæ prædicabat, ideo, seu ergo dicebat turbis, quæ ab vrbibus ad ipsum confluebant, vt baptizarentur, verba ad pœnitentiam excitantia, qualia sunt quæ sequuntur; non enim ad baptismum admittebat, nisi pœnitentes; præcedebant enim prædicatio, & pœnitentia baptismum, quod Matthæus capite 3. expressit. Exibat, inquit, ad eũ Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio Iordanis, & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua. Eximia enim Ioannis virtus, & vitæ plusquam humanæ auctoritas, habitus insolitus, noua, & efficax prædicatio, prophetica Isaiæ vox clamantis in deserto, baptismus supra legem, memoria natiuitatis, & conceptionis admirandæ, Tribus nobilitas homines ad se undique conuocabant; sic enim oportebat excitari omnes Christo aduenienti. Nota multitudinem confluentem; exibant enim turbæ. Dicuntur autem exisse, quia à locis habitationis egrediebantur in desertum, aut in ripas Iordanis, vbi Ioannes erat prædicans, & baptizans.

Genimina viperarum.

COMMENTARIA.

EXhortatio ad pœnitentiam à reprehensione accipit exordium, vt sic auditores ad grauitatẽ peccati considerandam, & agnoscendam, & in perpetrati sceleris pudorem pertrahãtur. Hæc enim ad pœnitentiam inducunt. Acris autem est, & aspera reprehensio, quæ & grauitatem, & antiquitatem peccati indicat, grauitatem quidem eo quod viperas appellat, est enim animal hoc venenosum, & suo veneno alios interficiens: tales erant Pharisæi, & Saducæi, in quos reprehẽsio dirigebatur, qui suo peccato, & exemplo velut veneno quodam simplices turbas inficiebant. Antiquitatẽ vero, eo quod progenies, seu genimina viperarum uocat, quasi hæreditario quodam scelere patres, & maiores malos, & aliorum peruersores imitarentur. Graue & profecto hoc peccatum est, & inueteratũ, & difficile curatu. Admirabilis est autem animi magnitudo Ioannis, qua libere illis hominibus loquitur, qui prophetarum semper sitiebant cruorem, quique in nullo erant serpentibus mitiores, vt notauit Chrysost. hom. 11. in Matth.

Baptista laudat grauitatem & antiquitatẽ peccatorum in properat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO XXI.

Quo mõ Matthæus, et Lucas cõueniant in ijs Baptistæ verbis.

IN primis hoc codẽ vocabulo Christus ipse eosdem increpauit post Ioannem Matth. 23. Serpentes, inquit, genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Posset autem quispiam dubitare, nam Matth. 3. dicitur, Exibat ad eum omnis Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabãtur ab eo confitentes peccata sua. Videns aũt multos Pharisæorum, & Saducæorum venientes ad baptismũ suum, dixit eis, progenies viperarum, &c. Hoc autem in loco Lucas dicit ad turbas hoc dixisse Ioannẽ. Quod vero illic (progenies) hic (genimina) differt parum refert, eadem n. significatio nominum, & in Græco vnum, & idem est vocabulum, quod interpres modò vno, modò altero noĩe vertit. Euthymius huic difficultati respondet, Ioannem bis hisce verbis vsum esse, semel ad Pharisæos, & Saducæos, semel ẽt ad turbas, illudq; Matthæũ, hoc Lucam retulisse. Hæc responsio non est necessaria ad difficultatem euacuandã; nam simul cum turbis veniebant Pharisæi, & Saducæi; Ioannes aũt oĩbus loquebatur, & hoc dicit Lucas, non tñ propter oẽs hoc dicebat, sed propter Pharisæos, & Saducæos. & hoc refert Matthæus; sæpe enim euenit his, qui conciones, & sermones publicos habent, vt reprehendant omnes generaliter de aliquo vitio, quod non ab omnibus, sed à quibusdam perpetratũ est, sic enim suauior, & vtilior fit reprehẽsio his, qui deliquerunt, quam si determinate in eos solos dirigeretur, quod egregie annotauit Greg. lib. 13. Moral. c. 3. vbi prudens documentum docet, inquiens sic. Sæpe contingit, vt talis sit, qui nulla increpationis verba suscipiat. Quid igit in huius culpa prædicatori agendum est, nisi vt in sermone admonitionis, quem pro salute omnium auditorum facit, tales culpas ad medium deducat, quales eum perpetrasse considerat, qui & præsto est, & de solo adhuc argui nõ potest, ne deterior fiat. Et cum generaliter contra culpã inuectio intenditur, correptionis verbum libenter ad mentem dicitur, quia potens prauus ignorat, quod sibi hoc specialiter dicatur. Hæc Greg. Igitur, quãuis Ioannes ad omnes haberet sermonem, non propter oẽs hæc dicebat, nam etiamsi turbis loqueret, multi tñ in eis erant, qui increpat one tali digni non erant; credibile enim nõ est omnes fuisse pessimos, & tales, vt genimina viperarum dici possent.

ANNOTATIO XXII.

Quare Iudæi nõ perperã genimina sint appellati.

GRauior est difficultas, cur hi genimi nibus, seu filijs viperarum cõferantur; multiplicitet. n. Doctores ad hoc respondent. Primo quidem Chrysost. hom. 11. in Matth. sic inquit: Bene eos genimina viperarum vocauit, siquidem id serpentium genus ita in parentis festinat exitiũ, vt aluo, qua portatur, exesa, in vitam prodeat morte gignentis, quod isti quoq; faciebant, patrum sanguine, ac matrum madentes, & scelceratis manibus eos, à quibus ad veritatis lumen ducebãtur, interficientes magistros. Hæc ille. Genimina ergo viperarum dictos censet, quia Patres spirituales, à quibus instruebantur, interficiebant. In eadem sñia est Euthymius Matth. 3. immo ante vtrumq; idem sensit Athanasius in quæst. ad Antiochum q. 56. vbi sic hẽt; Quare Baptista vocat Iudæos progeniem viperarũ? Quia illa bestia suæ matris ventrem exedit, & sic demum egreditur, qualia etiam isti patricida patrauerunt, suos interficientes Doctores, & Prophetas inuidia commoti, lapidauerunt. n. Mosem, Esaiam vero propheram cum lignea se ca in duas partes diuiserunt. Hæc ille. Secundo loco aliter explicat Isidorus Peluſiota. lib. 1 ep. 105. Vtitur quidem eadem similitudine, sed non eodẽ modo applicat. Verba ipsius sunt: Viperarum progeniem Ioannes Iudæos appellauit, vt improborum parentum improbiores fœtus; aiunt enim hanc feram maternum ventrem, cum in lucem editur, arrodere. Quoniam igitur Deum, qui eos genuit, dereliquerunt, atque omnem sibi concessam gratiam extinxerunt, ea videlicet in irritum redacta, merito proinde venenatis animalibus eos confert, per ingratitudinem accepta beneficia obliterantibus, ne dicam corrodẽtibus. Hæc ille. Et quidem quod ad historiam hanc de filijs viperarum, matrem interficientibus in partu, consentiunt etiam Basilius hom. 9. de Opificio, vbi sic inquit: Viperas vtero matris exoso fama est in lucem exire, decentes scilicet

scilicet mercedes, præmiaque parentibus reddentes. In eadem sententia est Epiphanius Hæres. 26. cuius verba paulo inferius recitabimus. Similiter Hieronymus epistola ad Præsidium. Idem refert Augustinus sermone primo Dominicæ 3. Quadragesimæ, seu serm. 83. de tempore, hæc enim de causa inuidos viperis conferri dicit, sicut, inquit, viperas dilacerato, & dirupto materno vtero, in quo conceptæ sunt, nasci aiunt, ita inuidia illam animã, à qua concepta est, consumit, & perdit. Gregorius etiam libr. 15. Moral. cap. 9. sic inquit: Viperæ cum conceperint, filij earum in uentre sæuiunt, qui ruptis lateribus matrum, ex earum ventribus procedunt, vnde, & vipera, eo quod vi pariat nominatur. Vipera itaque sic nascitur, vt violenter exeat, & cum matris suæ extinctione producatur. Hæc Gregorius. Refert etiam eandem historiam Plutarc. Opusculo de garrulitate. Acus, inquit, & viperas memorant, cum enituntur, disrumpi. Hanc igitur historiam illi doctores allegati sequentes, locum præsentem ea similitudine explicant. Tertio loco Hieronymus Isa 30. & Matth. 23. & Gregor. homil. 20. in Euangelia, & Beda aliter interpretãtur, filios enim malos parentum malorum imitatores dici affirmãt filios viperarum, quia quales patres tales ipsi in malitia sũt. Verba Gregorij sunt hæc: Malæ soboles malorum parentum actionem imitantes, genimina viperarum vocantur; quia per hoc, quod bonis inuident, cosque prosequuntur quod lęsiones proximis exquirũt, quia in his oĩbus priorum suorum carnalium vias sequuntur, quasi venenati filij de venenatis parentibus nati sunt. Hæc ille. Quarto loco Ambrosius in presenti refert præcedentem causam, & aliam adiungit, nẽpe ob quandã prudentiã dictos viperarum progenies iuxta illud Matt. 10. Estote ergo prudentes, sicut serpentes; serpens enim per prudentiam præuidet futura, venenum tamen non deserit; sic isti prouida quadã deuotione vident profutura, & ipõ te deposcunt, nempe Ioannis baptismum, adhuc tamen non relinquunt noxia, & peccata. Hanc interpretationem insinuat Euthymius ẽt Matth. 3. Quinto loco August. lib. 1. Quæstionum Euangelicarum cap. 5. dici putat genimina viperarũ, quasi filios diaboli, nẽpe per imitationem, iuxta quã exposition em, diaboli significantur per viperas, quorum filii hi dicuntur, quia illorum peccata imitantur. Hæc sunt, quæ patres antiqui senserunt. Quantum autem ad historiã illam vipertni partus attinet, aduertenda sunt ea, quæ Aristoteles de vipera scripsit lib. 5. historiæ animalium ca. 34. cuius verba sunt hæc: Vipera è serpentibus vna animal edit, cum intra se oua primum peperit; ouum hoc vnius coloris, & molle vt piscium est: fœtus superne cõsistit, nec cortice cõtinetur, sicut ne piscis quidem parit catulos obuolutos membranis, quæ tertia die rumpuntur. Euenit interdum, vt qui in vtero adhuc sunt, abrobus singulis parit plures quã viginti. Hęc Aristoteles. in quibus verbis non possum non mirari quosdam recentiores alucinatos, existimasse Aristotelem in ea sentẽtia fuisse, vt existimaret viperã perire in partu filiorum, corrodentium latera pariẽtis, cum non solum id non docuerit, sed potius contrarium tradiderit: dicit enim parere catulos suos membranis, id est, secundis obuolutos, hos autem tertia die, corrosis illis membranis, quę iam sunt extra vterum, crumpere, sicut & pulli etiam cortice oui fracto emergunt. hoc tamen non inducit matri mortem. Dicit præterea aliquando intra vterum catulos rumpere has mẽbranas, & sic singulos singulis diebus è vẽtre emitti plusquam numero viginti, non autem dicit latera rumpi matris sed secundas, seu membranas illas, in quibus solent obuoluti catuli illi nasci, nec propterea sequitur mors matris, sicut in aliis animalibus, quæ in vtero habent fœtus secundis obuolutos, emittũtq; eos ruptis mẽbranis in utero, & postea expellũt ipsas membranas. immo si vipera moritur lateribus apertis, quomodo potest singulis diebus singulos parere plures viginti, necesse est primo, aut secũdo die mori, nec posset peruenire ad vigesimum diem, vt vltimum pareret. Si ergo decẽ, & nouẽ salua emisit, cur nõ & vigesimum, immo aliqñ supra vigesimum adhuc parit. Historia igitur Aristotelis non solum nõ fauet opinioni illi, qđ vipera in partu occidatur à fœtibus, sed potius contrarium omnino demonstrat. Hęc de Aristotele. Plinius autem lib. 10. c. 62. aliter de hoc animali scripsit. Verba eius sunt hęc; In terrestribus oua pariũt serpentes,

Quid Aristoteles, & alij philosophi de vipera scripserint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes, coeunt complexu adeo circumuolutæ sibi ipsę vt vna existimari biceps possit; Vipere mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terrestriũ eadem sola intra se parit oua vnius coloris, & mollia vt pisces. Tertia die intra vterum catulos excludit. deinde singulos singulis diebus parit, viginti fere numero, itaque cæteris tarditatis impatientes prorumpunt later-, occisa parente. Hæc ille. qui contrarium scribit ei, quod Aristoteles docet, vt facile est vnicuique intelligeret. Est autem notandũ, in verbis istis nolle Plinium affirmare viperam ore concipere, sed hoc solum significat, cum viperæ obuolutæ sunt generandi causa, sicut & cęteri serpentes, matrem inserere caput ori feminę; eamq; voluptatis dulcedine ex complexu procedente rodere caput maris, qđ forsan quidam non aduertentes, existimarunt viperam ore concipere, & non solam matrem, sed etiam patrem perire in generatione, matrem in partu, patrem in conceptione: quam opinionem videtur sequi Epiphanius supra citatus hæresi 26. in fine, cuius verba sunt: Sic sane tradunt doloris patiendi exortem viperam, concupiscentiæ affectu demulsam, tum fœminam ad masculum, tum masculum ad feminã circumplari, & simul per os hiante femina masculum caput immittere, illam vero affectu detentam, huius caput abscindere, & sic ab ore distillans virus in seipsam deglutire, & ipsam ex hoc gemellos, marem, & feminam concipere, qui in ventre maturi facti, & non habentes vnde gignãtur, latus matris fauciãt, & sic gignuntur, vt pater, & mater eorum pereat. quapropter nomen inditum, ex eo, quod dolores partus non experiatur. Grauis, & horrida super omnia reptilia est vipera, ipsa in seipsam interitum operans, & per os turpitudinem concipiens. Hæc Epiphanius, valde & Aristoteli, & Plinio contrarius. Idem refert Hieronymus Epistola ad Præsidiũ: Viperæ, inquit, per os coitum faciunt, masculi mortem contemnunt, sed femina in ipso coitu, siue magna dulcedine exagitata, sine futuri præscia periculi, dum absorbet semen caput masculi abscindit, & sic eum occidit; sed cum conceperit, viscera illius ab ipsis, quos concepit, comeduntur, & sic matrem occidũt Hæc Hieronymus. Hæc sunt, quę de vipera breuiter annotanda existimaui, in quibus meo iudicio illa vulgaria sunt, quod in partu pereat femina, & quod ore concipiat abscisso maris capite, quæ duo Albertus Magnus lib. 25. suæ historiæ de animalibus, omnino reiicit, & falsa censet, homo in his expertissimus, & Aristotelis doctrinam in hac parte amplectitur, quam veram reputaui. Doctores autem sacri secuti sunt vulgarem opinionem, vt verba eorum indicant, eam satis sibi esse existimãtes ad similitudines, quibus vtebantur, faciendas. Et Hieronymus in ea epistola alia multa narrat è vulgo accepta de natura, & proprietatibus animalium, & tale hoc reputo, quod de vipera dicit. Vt igitur ad nostrum institutũ reuertamur, viperas puto hos dici à veneni similitudine; nam vipera acutissimo, & multum nociuo veneno inficit homines, sic illi Pharisæi, & Saducæi inficiebant populos erroribus, & pessimo exemplo, vt ex multis locis Euangelij constat. Sic interpretatus est Clemens Alexandrinus Oratione exhort. ad gent. genimina enim vipe rarum dicit vocatos quosdam virulentos, impostoresque ac simulatores, & insidiatores; tales enim erãt illi Pharisæi, & Saducæi. Genimina autem viperarum appellauit Ioannes eos, qui tunc aderant, quia parentes, & maiores similes habuerunt, vt in Commentario explicatum est.

Quidam hoc in hac disputatione.

ANNOTATIO XXII.

Quomodo Ioannes eos increpauerit quos baptismum suscipere cupientes videbat?

DIcet aliquis, cur Ioannes hos increpauit, quos potius laudare debuerat, qp pe qui vicibus & domibus derelictis concurrissent vt prædicationem audirent, & baptismum susciperent, eo maxime quod Ioannes non eos peccantes videbat, sed rectum actum bonum exercentes? Respondeo cũ Origene hom. 22. Etiam si hi ad baptismum venerint, non tamen consuetudines malas, nec statũ peccati abijcere volebant, quod etiam modo experimur; multi enim accedunt concionibus audiendis, non autem animum habent praua studia dimittendi. Hoc præcipue de illis Pharisæis & Saducæis probabile est, quos post Ioannis baptismũ, & prædicationes, adhuc in suis erroribus, & sceleribus ita obduratos Christus inuenit, vt eadem in eos reprehensione inuectus fuerit Matth. 23. Progenies, inquit, viperarum. Quod si dicas, vnde hoc Ioannes sciebat? Respondet Chrysost. hom. 11. Spiritus sancti inspiratione, & reuelatione eos nouisse, nec illos ex opere illo exteriori iudicasse, sed ex eo, quod intus latebat. Idem respõdet Euthymius Matt. 3. immo etiam Ambrosius, qui eos serpentes appellatos dicit, quod cum vtilia perprudentiam quandam prouiderent, noxia tamen non derelinquebant. Quod si iterũ dicas cur hos Ioannes reprehendit, quos obduratos videbat? Respõdeo, non esse desperandam salutem, & conuersionem hominum, quantumcumque sceleratorum; dum enim in hoc mortali viuitur corpore, nullius est desperanda salus, omnium est optanda correctio. Præterea etiam si illi non emendentur, qui tamen eos corrigit, & reprehendit, facit quod suum est. denum, si non prodest talis correptio, vtilis est aliis circumstantibus: dum enim vnus malus corripitur, licet is non resipiscat, qui audiunt alii mali, emendãtur, & boni à malo committendo retrahuntur. Postremo notandum est, hoc loco Manichæos abusos esse, affirmantes Euangeliũ contrarium veteri testamẽto, quia in hoc dicũtur homines ad imaginem Dei facti, in illo autem genimina viperarum. Refert hoc August. lib. contra Adimantum cap. 5. & respondet, illud ante peccatum dictum esse, hoc vero post peccatum, ratione cuius filii viperarum, & filii diaboli dicti sunt. Hęc non sic intelligas, quasi post peccatum homo non sit ad Dei imaginem; manet enim imago etiã in peccatore, sed quod ratione peccati, non autem naturæ, comparatus est homo viperæ.

Quis ostendit vobis fugere à ventura ira.

COMMENTARIA.

PRosequitur increpationem. Sensus est. Quis monstrauit vobis viã fugiendi abirã venturi Dei, & pœna illa, quam male operantibus infligere solet, quasi diceret, ita vestris malis operibus inhęretis, quasi quispiam vobis viam aliquam ostenderit euadẽdi supplicium inferendum à Deo. quis ergo vobis hoc ostendit? profecto nemo, cum fieri nequeat, vt euadatis irã Dei, si in his vestris operibus, & peccatis perseueratis. Loquebatur Ioannes, vt supra diximus hæc verba propter Pharisæos, & Saducæos. Similis est sententia hæc, & eundem sensum facit cum illa Saluatoris contra eosdem Iudæos pronunciata. Matth. 23. Genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?

ANNOTATIO XXIV.

Patres diuersis modis superiora verba interpretantur.

ILlud (ostendit) verbum esse præteriti tẽporis, constat ex voce Græca, quod apud Matthęum ca. 3. distinctius habetur. Quis, inquit, demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Vtrobique est idem verbum Græcum, quod ab interprete varie versum est. In sensu autem variant expositores. Chrysost. hom. 11. existimat esse verba admirationis; Ioannes enim admiratur, quod cũ illorum tanta fuerint scelera, talem fecerint mutationem, vt ad baptismum, & pœnitentiam se cõuerterint, & quod illa, quæ illis impossibilia videbãtur, vel sero impleuerint, quasi diceret, qui factum est, vt cum illorum essetis filij tam nequiter educati, subito egeritis pœnitentiam? vnde hæc vobis tanta conuersio? quis voluntates vestras asperas mitigauit? quis vulnera immedicabilia curauit? Hũc sensum adhibet Chrysostomus, dicens esse veram laudis, Ioannemque increpationi laudis temperamentum admiscuisse. Euthymius consentit adiungens, hæc dicta fuisse illis, qui in Christum crediturí erant, & ita prædictã iram euasuri, Ioannemq; asperi ati reprehensionis miscuisse laudem, vt inde humiliarentur, hinc vero consolationem acciperent. Ambrosius fere in eundem inclinat sensum. Dico autem (fere) quia in eo differt, quod non admirationis verba hęc censet, sed assertionis cuiusdam, quasi diceret: Deus est, non alius, qui sua misericordia hanc vobis infudit prudentiam, vt vestrorum delictorum pœnitentiam agatis, futuri terrorem iudicii prouida deuotione metuentes: Tantorum autem Doctorum auctoritate, negandum non est probabilem esse exponendi modum, tamen difficultatem patitur; nam hi non egerant pœnitentiam, nec fugerent à ventura ira, nec à suis recesserant peccatis, sed ad id excitabant à Ioanne;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioannē; aliter enim nō audissent verbum tam duræ increpationis, genimina viperarum. Præterea, quod me multum mouet. illud est, hos quos increpabat Ioānes, fuisse Pharisæos, & Saducæos, vti diximus supra ex Matth 3. at hi baptismum Ioannis spreuerant; dicitur enim Lucę 7. Pharisæi, & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, nō baptizati ab eo, scilicet Ioāne. Hi igitur non fecerunt pœnitentiam, nec accesserunt Ioāni eo animo. Præterea, quia verba Saluatoris in Commentario allegata videntur hisce Ioānis verbis, respōdere, illa autem non admittunt sensum à prædictis Doctoribus explicatum, ideirco existimo contrarium sensum facere verba hæc ab eo, qui recitatus est Ioannes enim arguit illos, quasi securos, & nihil metuētes de futuro iudicio, cum male viuerent, nec à peccādo desisterent, quasi quispiam eis viam aliquam euadendi, & fugiendi ab ira Dei, peccātibus infligenda, tradidisset. Quem sensum verbum Græcum indicat, quasi Latine diceretur: Quis submonstrauit vobis, id est, clanculum, & tacitis nutibus, ac signis viam euadendi monstrauit? uia enim est falsa, & clancularia, per quam nemo euadet. Hunc̄que sensum licet verbis breuissimis indicat Origen. homil. 22. sic enim inquit: Nisi prauitatem, venenaque serpētium de corde vestro expuleritis, dicetur ad vos: Quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Iuxta quem sensum dicendum est, Ioannem efficaci argumento illos ad pœnitentiam induxisse, cū non sit alia via fugiendi, & euadendi supplicium grauissimum Dei, quam pœnitentia. Quæ autem ira sit hæc, Euthymius dupliciter interpretatur. Vel quæ per Romanos in obsidione futura erat, vel quæ à Deo in die Iudicii impœnitentibus inferenda est. Hanc posteriorem interpretationē recipiunt Chrysostomus, & Ambrosius, & Gregorius hom. 20. Euang. Et cōfirmatur ex verbis Saluatoris Matth. 23. Quo modo inquit, fugietis à iudicio gehennæ? Loquitur ergo de ira, quæ in futuro sęculo infertur, quæ omne huius mundi supplicium superat, de qua ira dictum est Rom. 2. Secundum impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.

Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.

COMMENTARIA.

PArticula (ergo) illationem indicat ex præcedenti, quasi dicat: Cum via nulla alia sit fugiēdi à ventura ira, igitur facite fructus dignos, & condecentes pœnitentiæ: sic enim euadetis. Fructus digni, & condecentes pœnitentiæ sunt bona opera, & studium virtutis, quæ sunt contraria peccatis, quorum hominem pœnitet; qui enim dolet aliquid fecisse, consequenter facit contraria priori facto. Non supponit Ioannes illos iam pœnituisse peccatorum: si enim pœnituissent, veniam obtinuissent, nec essent genimina viperarū, sed simul ad vtrumque exhortatur, vt & pœnitētiam, & opera pœnitentiæ faciant: necesse enim est & a malo recedere; & virtuti, ac bonis operibus incumbere. Rom. 13. abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Mira virtus est pœnitētiæ, & fructuum eius, quæ genimina viperarum conuertit, & à ventura ira liberat.

ANNOTATIO XXV.

HOs fructus pœnitentiæ explicat Aug. serm. 66. de tempore, dicens esse, transacta flere peccata, & eadem iterum non agere. Non autem hoc tantum esse, sed vltra id etiam bona opera facere docent Origen. hom. 22. & Chrysost. hom. 11. in Matt. & ratio ipsa persuadet. Nam aliud est pœnitentia, aliud fructus eius, sicut aliud arbor, aliud fructus. qui ergo fructum pœnitentiæ dicit, vltra pœnitentiam aliud esse indicat; id autem bona opera sunt; nam quem alicuius facti pœnitet, contrarium illi facto operatur: iis ergo, quos peccatorum pœnitet, ea operari conuenit, quæ peccatis sunt contraria. hæc autem virtutis opera sunt. Pōderat Greg. hom. 20. etiā verbum illud (dignos pœnitentiæ) distinguens fructus pœnitētię, & fructus dignos pœnitentiæ; fructus enim pœnitentiæ sunt opera bona quæcunq;, at digni fructus pœnitentiæ, sunt nō quæcunque opera bona, sed quæ quandam habent proportionem, & paritatē cum malo perpetrato; qui enim magis deliquit, malus post pœnitentiam opus bonum facere debet, si dignum pœnitentiæ fructum efficere vult, vt tanto maiora aequirat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam. Quæ quidem explicatio conueniens est, licet possimus etiā dicere sensum esse, facite, eos fructus, quos decet pœnitentes facere, nimirum contrarios malis primis commissis, ac perpetratis. Prudenter autem Ioannes ad fructus pœnitentiæ faciendos exhortatur, vt generalem omnibus exhibeat doctrinam, non pœnitentibus, vt faciant pœnitētiam, pœnitentibus vero, vt pœnitentiæ fructus operentur; vtrumq; enim in ea sententia comprehensum est.

Qui dicuntur fructus pœnitentiæ.

Et ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraham.

COMMENTARIA.

FAlsam fiduciam eorum remouet, qui se euadere venturam iram ea ratione posse persuaserant sibi, nempe quod filij essent Abrahæ, cuius semini, & posteritati Deus promisit benedictionem, ac salutem. Ne, inquit, cum auditis, quæ de ventura ira dixi; intra vos dicatis, Patrem habemus Abraham, quasi vobis sufficere arbitremini sine pœnitentiæ fructibus à vētura ira fugere posse; non enim id asse quemini, sed vana est hæc fiducia. Nō hoc Ioannes dicit, quo prohibeat illos se se ex sancto Patriarcha Abraham progenitos confiteri, & eo beneficio, ac honore gaudere, aut quo neget illius virtutem prodesse multum posse posteris, sed ne eo freti peccata abiicere, & sancte operari desistant, quasi illud solum arbitrantes efficere posse, vt venturam iram Dei euadant, ideirco non dixit; Nihil vobis prodesse potest Abraham, sed leuiori, & mitiori vsus est sermone, ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham.

ANNOTATIO XXVI.

Magis declaratur superior sententia.

APud Matthæum, Ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham, idem est sensus, qui est in verbis istis Lucæ. Chrysost. hom. 11. in Matt. asserit Ioānem hisce verbis, & illorum conscientiæ secreta prompsisse, & futura prædixisse; illud quidem, quia in eo vitio illi laborabāt, nimium sibi de maiorum nobilitate prægantes. Hoc autem, quia futurum erat, vt postea hoc ipso prætextu se defenderent, quando Ioannis 8. Christo respondent dicentes, pater noster Abraham est, semen Abrahę sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Hæc dicit Chrysostomus, quorum primum certum est, licet dici posset Ioannem præoccupasse, quod illi possent cogitare. Secundum autem, nempe Ioannē prędixisse, quod futurum erat, quasi tunc præsciret, quod postea Christo respondent; auctoritate Chrysostomi nititur, non tamē omnino certum est. Quomodo autem parentū virtutes, & vitia nocent, aut prosint posteris, diximus supra cap. 1. dum de Ioannis parentibus locuti sumus.

Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

COMMENTARIA.

VAnam fiduciam argumento refutat; huic enim fundamento nitebatur fiducia illorum, quod posteritati Abrahæ salus, & benedictio promissa est; quomodo ergo illa perire poterit? Potens, inquit, est Deus, quasi diceret, etiā si vos pereatis, non propterea vana efficietur promissio Dei, nec ob id Abraham filijs orbatus manebit, potens est enim Deus ex lapidibus suscitare filios Abrahæ, in quibus diuina impleatur promissio, vobis pereuntibus. Significat Ioannes mysterium, quod vere futurum erat, nempe gentium vocationē loco Iudæorū pereuntium, quas in semen Abrahę nō carnale, sed spirituale Deus vocauit, de quo mysterio Paulus Rom. 9. inquit: Non omnes, qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ, neq; qui semen sunt Abrahę, om-

nes

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, ij filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Terrore ergo inducit illos ad pœnitentiam, quasi diceret, nisi cauetis, & fructus pœnitẽtię agitis, à genere Abrahę excidetis, & loco vestri substituentur gentes; Deo enim id possibile est. Gentes autem nondum fideles nomine lapidum exprimit, tum quia lapides adorabant, vt, inquit, Gregorius: Similes autem fiant, qui adorant ea. Psal. 113. quo ẽt vocabulo Isaiæ 5. eedem gentes significatæ sunt. Lapides, inquit, elegit ex ea. Non autem dicit, suscitabit Deus, ne eos in desperationem impellat, sed, potẽs est Deus suscitare, vt timere faciat, & spem non amittant. Illud autẽ (istis) energiam habet ad exprimendã potentiæ magnitudinem, quia vel ex illis materialibus lapidibus potest Deus hominem facere. Illud autem (Abrahæ) vt ex Græco constat, casus est dandi, constituiturque verbo (suscitare) nempe ipsi Abrahæ dare filios.

ANNOTATIO XXVII.

Alia superioris sententię expositiones non improbã de recensentur.

CHrysostomus hom. 11. in Matth. recitat duas expositiones. Vna est, quam in Commentario secuti sumus, vt per lapides metaphorice Gentes intelligantur, quas Christus per fidem suam in filios Abrahæ promissos conuertit. Quæ expositio est Origenis hom. 22. in Lucam. Hilarii Canone 2. in Matth Cypriani epist. 63. ad Cæcilium, & Greg. hom. 20. Euangelium, & lib. 18. Moral. cap. 19. & lib. 29 cap. 15. Altera est, vt nõ de gentibus sermo sit, sed simpliciter quod potest Deus, illis pereuntibus, alios producere, & filios Abrahæ facere, & in cognationem eius adducere. Vtraq; Chrysostomus probat, posteriorem vero in priori preponit; Ioannẽ enim allusisse dicit ad illud Isa. 51. vbi venter Saræ petra propter sterilitatem appellatur. Attẽdite, inquit, petram, à qua excisi estis. Nos vero prædictos Doctores secuti, priorẽ posteriori anteposuimus; si enim id tantum, quod Chrysostomus dicit, Ioannes significare voluisset, non erat, cur lapidum mẽtionem faceret, sed satis erat dicere, potẽs est Deus alios suscitare filios Abrahæ. dum igitur cõuersionis huius lapidum in filios meminit, indicauit eos, qui secundũ carnem filij non erant, quique tunc lapides colebant, futuros filios secundum spiritum, & fidem. cui expositioni cõsentiunt Ambros. in præsenti, & August. serm. 24. de Natiui. Domini, qui vna cum Gregorio gentes lapides dictas affirmat, quia idolis, quę ex lapidibus erant, seruiebant, quamuis Gregorius in libris Mor. allegatis causam reddat nempe propter insensibilitatẽ, & duritiem cordium, quæ erant in gentibus ante fidem susceptam. Eodem modo exposuit ante allegatos tres Doctores Clemens Alexandrinus, in oratione exhortatoria ad gentes, eandemque causam, cur gentes lapidibus cõferantur, adducit, quia nimirum lapidibus crediderunt. Eodẽ modo interpretatus est Irenæus, lib. 4. ca. 16. dicens lapides dictas esse gentes, propter duras, & infructuosas cogitationes, quas ante fidem susceptã habuere. Euthymius Matth. 3 vltra prædictas, aliam recitat expositionem quorundam, asserentium per lapides designari illos, qui passionis Christi tempore propter lapidum, seu petratũ scissionem crediderunt, & per fidem in filios Dei adoptati sunt; hi enim ex lapidibus videntur suscitati in filios Abrahæ, quia lapidum motione mirabili ad fidem Christi sunt conuersi. Hæc tamen expositio non videtur satis accommodata contextui; tenenda ergo, quæ dicta est in commentario, & multorum, ac illustrium Doctorum auctoritate confirmatur.

Iam enim securis ad radicem arboris posita est.

COMMENTARIA.

PArticula (enim) causam reddit pręcedentis sententiæ; significauerat enim illos, qui fructum pœnitentiæ nõ facerent, de genere Abrahæ excindẽdos; causa autem est, iam inquit, ad radicem, quasi diceret, adest, iam tempus, quando incisio est facienda, iam securis posita est ad radices arboris; prope enim est Christus, qui tamquã securis prædicet increduIos à radice

Abrahæ, sicut per securim præciditur arbor à radice, manenteque radice in terra arbor exciditur, & in ignem mittitur. Vsus est Paulus eadem fere metaphora ad eandem sententiam significandam, ad Rom. 11. de incredulis Iudæis, & gentibus credentibus loquẽs. Si aliqui, inquit, ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis factus es. noli gloriari aduersus ramos: quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dicis ergo fracti sunt rami vt ego inserar, bene, propter incredulitatem fracti sunt. Merito autem gentes infideles per lapides, Iudæi vero antequam pręciderẽtur, arbori collati sunt; arbor enim viuit, & fructificat dũ radici vnitur; sic Iudæus per fidem futuri viuebat spiritu, antequam per infidelitatem, quia in aduenientem credere noluit, abscissus esset.

ANNOTATIO XXVIII.

Diuersa patrũ ec positiones traduntur.

CHrysostomus hom. 11. in Matt. hisce verbis non aliud significari dicit, quã eos, qui fructus dignos pœnitentiæ nõ egerint, immedicabilia mala perpessuros, nec spem curationis habituros; qui enim aduenichat Christus, non seruus erat, vt prophetæ, sed Dominus ipse, grauissimam, & potentissimam impœnitentibus inferens vltionem, tamquam acutissima securis, quæ arborem scindit, & radicitus dissecat, nec spem vitæ amplius relinquit. Dicit autem (posita est) quia adhuc tempus resipiscendi erat. Videtur securim morti, arborem homini, radicem vitæ comparare, vt notat Euthymius, quasi per mortem impœnitentibus malum immedicabile esset inferendum. Sic Chrysostomus explicat. Greg. autem hom. 20. in Euangelia aliter interpretatur: Arbor, inquit, est vniuersum genus humanum, securis vero est Redemptor noster, qui velut ex manubrio, & ferro tenetur ex humanitate, sed incidit ex diuinitate, quæ videlicet securis iam ad radicem arboris posita est, quia etiam si per patientiam expectat, videtur tamen quid factura sit, quia omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignẽ mittetur: quia vnusquisque peruersus citius paratam gehennæ concremationem inuenit, qui hic fructum boni operis facere cõtemnit. Hæc Greg. Quæ quidem magis spirituali quam literali sensui accommodantur. Athanasius autem in Quæstionib. ad Antiochum quæst. 43. Radix, inquit, est fides, arbor est homo, securis est filius hominis, nempe Christus: quibus verbis videtur insinuare interpretationem quam dissertioribus verbis adfert Origenes homil. 23. in Lucã, nempe significari abscissionẽ populi Iudaici à stirpe spirituali Abrahę, propter illorum impœnitentiam, & incredulitatem, non quidem totius populi, sed partis, vt supra diximus, vnde radix Abraham est, pater credentium, arbor illi Iudęi impœnitẽtes, & increduli, securis vero Christus est, per quem inciși sunt, & ab Ecclesia Dei repulsi, & de regno electi. Quam expositionem secuti sumus in Commentario. Notat autem Origenes arborem abscindi, radice tamen manente in terra; permanet enim radix Abrahæ, cui insertus est gentilis loco Iudæi præsciși, nec probanda est expositio Chrysostomi, dicentis securim nec radici pepercisse, quod omnino dici non potest; dicitur enim securis posita ad radicem, nempe inter radicem, & trũcum, alias non esset abscindere, sed euellere. De hac tamen metaphora plura diximus in Commentarijs in Epist. Pauli. Terret ergo illos Ioannes ab imminenti iam præscissione de stirpe Abrahæ, cui salus, & benedictiones promissæ sunt.

Omnis ergo arbor non faciens bonum fructum, excidetur, & in ignem mittetur.

COMMENTARIA.

PRosequitur argumentum ex metaphora sumptũ. Securis, inquit, posita est iam ad radices arboris, arbor ergo, omnis, quæ non facit fructum, excidetur, id est, iam est excisioni proxima; aduẽtante enim Christo, necesse est eos, qui ei non credunt, nec pœnitentiæ fructum faciunt, excidi, & proijci à regno eius, & stirpe vera Abrahæ; non enim securis ponitur ad excidendam arborẽ, quæ fructum bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

num facit. Nota autem generalitatē (omnis) inquit, nemo excipitur siue nobilis, siue ignobilis, siue sapiens, siue insipiens, siue Doctor, aut legis peritus, quicunque sit ille, si fructum pœnitentiæ dignum non facit, sine remissione à radice excidetur, immo qđ amplius est, arbor excisa in ignem mittetur, quod plus nocet arbori, quam excisio, sic qui nō facit pœnitentiæ fructum, non solum de stirpe, & genere Abrahæ excidetur, sed etiam in ignem gehennæ mittetur, quæ omnium est pœna horribilissima. Perpēde quatuor argumenta, quibus terrorem incutit Ioannes, & ad pœnitētiam animos audientium, & maxime illorum Pharisęorū impellit. Primū est ab excisione de stirpe Abrahæ, cui benedictio promissa est. Secundum, ab eo, quod loco eorum substituentur gentes, quæ velut ex lapidibus suscitandæ sunt in filios Abrahæ. Tertium est, ab imminenti, & iam iam impendente excisione. Quartum, ab igne, qui post excisionē sequetur, quo significatur æternæ dānationis pœna, de qua dicitur à Domino Matth. 11. Filij regni eiicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium.

Quatuor argumenta quibus Ioannes ad pœnitentiam conatur adducere.

Et interrogabant eum turbæ dicentes.

COMMENTARIA.

BAptistæ verbis turbas cōturbatas fuisse constat; audientiū enim corda terrore tam seuerę comminationis percussa consilium ineundæ salutis, & iræ venturæ fugiendæ ab eodem solicite quærunt, & merito ab illo remedium petunt, à quo se vulnus accepisse cognouerant; ad prædicatorē enim vtrumque spectat, vt peccatores à peccando deterreat, & iis, qui terrore cōuersi salutem, & recōciliationem inquirunt, viam ad eam perueniendi ostēdat. Apparet hic quantum vtilitatis prædicatores verbi Dei publicis reprehensionibus, & comminationibus adferant auditoribus; etiam si aliquando inutiles sint iis, propter quos præcipue fiunt, aliis tamen multis conducunt, nam Pharisæi reprehensi sunt, nec conuertuntur, turba vero adstans ea reprehensione commouetur, & salutis viam quærit.

Quid ergo faciemus?

COMMENTARIA.

PArticula (ergo) illationem quandā indicat, quali turbæ dicerent, fructus pœnitentiæ dignos facere nos mones, & tanto terrore ad eos faciendos impellis, igitur dic nobis, quis est iste fructus, quem facere nos oportet. Sūt verba turbæ volētis bonum facere fructum timore, ne excidatur, ignorantis autem quis sit fructus iste, promptam tamē se exhibentis exequi quod oportuerit, si ei ostensum fuerit, idcirco docēri, & instrui quærit. Simile accidit Act. 2. quando Petro prædicante Spiritu sancto accepto, multi ex Iudæis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos; Quid faciemus viri fratres?

Respondens autem dicebat illis.

COMMENTARIA.

REspondet Ioannes eos docens, quia merito veritatis doctrina daturiis, qui humilitate se ignorantes agnoscunt, & recto corde vt quæ docti fuerint, faciant, eam desiderant, & inquirunt; contra vero superbis, qui discere erubescunt, & duplicibus corde, qui non eo animo, vt discant, quod ignorant, nec vt faciant quod audiūt, interrogant, lumen veritatis sæpe negatur.

Qui habet duas tunicas det non habenti, & qui habet escas similiter faciat.

COMMENTARIA.

TVrbas ad opera ea faciēda exhortatur, quæ plurimum ad diuinā consequendam misericordiam valent quæq; omnibus necessaria sunt; nempe quæ sunt misericordię, & charitatis erga proximum, quem post Deum, sicut nos ipsos diligere tenemur. Opera autem misericordiæ his duobus exprimit, quorum vnum ad victum, alterum ad vestitū pertinet; hæc enim sunt, quæ frequētius occurrunt, sub quibus cętera cōprehendun tur. Est aūt admiranda Ioannis Baptistæ sapientia, breuissimis enim verbis multa ad misericordiæ præceptum spectantia declarauit. Primo quidem exē pla ponit in ijs, quæ necessaria sunt proximo, nempe tunica, & esca; sine vestitu enim, & cibo nō potest homo viuere, vt significet in his maxime subueniēdum esse, quæ sunt proximis necessaria. Secundo meminit non habentis tunicam, aut escam, nam tunc pœceptū est subueniēdi proximo, quando in necessitate maxima positus est; idcirco. n. nō pallij, sed tunicæ meminit, quia hæc plus est, q̄ illud necessaria. Tertio exposuit quādo qui subuenire debet, commode id potest facere, nimirum quia superfluum illi est, cum habeat quo operiatur, & quid comedat. Qui, inquit, habet duas tunicas, quasi vna sit illi superflua, quæ alteri est necessaria; si enim vnica esset tunica, non vtique se ea priuare tenetur, vt alteri eā det, similiter de escis. Verbum autē Grecum magis hoc explicat; dicitur enim, impartiatur nō habenti, id est, partem, qua ipse non indiget, alteri det. non autem sic intelligas hunc numerum, quasi semper qui habet duas tunicas, oporteat non habenti alteram dare, sed per duas tunicas intelligere oportet superfluū; fieri enim potest, vt duæ, vel tres sint necessariæ habenti, nec teneatur alteri aliquā impartiri. Vnius ergo tunicæ nomine vestitum necessarium intelligere oportet. Eadem est ratio de escis. Idem etiam sentiendum de non habente, nā etiam si tunicam habeat, nec ea necessitati illius sufficit, ei tunc subueniendum est.

Baptista paucis verbis complexus est misericordiam proximis exhibendam.

ANNOTATIO XXIX.

3 Series verborum magis declarantur, & Paraphrasis expositionibus enarnantur.

REcte ponderat Greg. hom. 20. in Euangel. non pallii, sed tunicæ factam esse mentionem, quia plus vsui nostro hæc est necessaria, quam illud. Notat et Hieron. Epist. ad Hedib. q. 1. vnius tunicę nomine vestitum necessarium significari, et si plures sint tunicæ. Quid, inquit, si Scythię frigora sint, & Alpinæ niues, quæ non duabus, aut tribus, tunicis, sed vix pecudū pellibus repelluntur? Quicquid ergo corpori sufficere potest, & humanæ succurrere imbecillitati, quos nudos natura profudit, hoc vna appellanda est tunica. Hæc ille. Subdit autem Hieron. de escis. Quicquid in præsentibus alimentis necessarium est, hoc vnius dici victus appellatur, vnde præceptum est, ne cogitetis de crastino, id est, de futuro, i. e. Hoc tū non ita stricte intelligendum est; nemo enim se priuare tenetur eo, quod ēt si illa hora, & tēpore, quo alter indiget, non sit illi necessarium, probabili tū rōne timet eito sibi tale futurū; necessitas enim imminens, & quę probabiliter timetur, non ad crastinum, sed ad præsentem pertinet diem. Notat præterea Gregor. hom. 20. & Beda ipsum sequens, idcirco de duabus tunicis dari præceptum, non de vnica, quia de vnica id dici non potuit; si enim vnica diuidatur, nemo vestitur, quam doctrinam sic intellige. Quādo vnica est tota necessaria habenti, diuidendam non esse, quod si media sufficeret, & proximus altera medietate omnino indigeret, vtique diuidenda esset. Hoc aūt intendunt hi Doctores dici vnicam tunicam, quæ in plurimum nō diuiditur, totum quod vni est necessarium, rectius significari, sicut per duas, quod superfluum est, indicatur. Postremo annotandum est, Ioannem multa alia turbis, & auditoribus adiunxisse, quæ necessaria erant; non enim sufficit ad salutem, tunicam diuidere cum proximis nā & fides venientis Christi necessaria erat illis; sīi paulatim inducunt à Ioanne ad perfectā viā, & post pœnitentiæ generale præceptum, qđ a principio eis indixit, ab illo incipit, qđ ad ea, quæ postea docturus erat, maxime cōducit id aut est opus misericordię erga proximos; hoc. n. qui implet, facile misericordiam Dei consequitur, & ad fidem Christi suscipiēdam disponitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Venerunt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum.

COMMENTARIA.

PVblicani, qui gabellarum, & vectigalium erant exactores, accedunt Ioanni, vt baptismum eius recipiant, scireq; auēt, & interrogant, quid etiā ipsis præter generale omnibus præceptū, faciendū sit, vt fructus pœnitentiæ dignos facientes euadant ventura ira. Nouerāt ex propria ipsorum functione, & officio, quod solet homines multis iplicare peccatis, se aliquid amplius facere debere, quam turbas, quibus dictum erat: Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti.

ANNOTATIO XXX.

Publicani num Iudæi aut vero ex Gentibus fuerint.

TErtullianus lib. de pudicitia, existimat hos publicanos, qui Ioanni accesserūt, & cæteros, quorum in Euangelio fit mentio, non Iudæos, sed Gentiles fuisse, quam sententiam Hieronymus epist. ad Damasum, merito reiicit, cum constet etiam ex Iudæis fuisse publicanos. Matthæus enim Apostolus publicanus erat. Lucæ 5. quem Iudæum secundum carnem fuisse negari non potest. Cum publicanis etiam Christum manducasse Matth. 9. legimus a quorum conuictu vtique abhorruisset, si Gentiles fuissent. Nec argumenta Tertulliani efficacia sunt: alligat enim Deuteronomium: Non inquit, erit vectigal pendens ex Israel. quod testimonium in eo sensu non habetur. Dicit præterea, nisi Gentiles, esset, eorum nomen non esset ita execrabile apud Dominum e dixit enim: Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Respondetur facile, quia id hominum genus extorsiones populis frequentes faciebat; idcirco fuisse odiosum & execrabile, sicut etiam multi apud nos ob similes functiones sunt execrabiles. Erat etiam altera causa, quia erant Romanorum ministri, sub quorum imperio inuiti Iudæi tenebantur. Immo locus ex Matthæo adductus ostendit, publicanos etiam ex Iudæis esse: aliter enim non erat cur diceret, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, cum sufficeret dicere primum.

Magister quid faciemus.

COMMENTARIA.

NON animo doloso hos publicanos accessisse, sed sincero, & cupido salutis rei euentus ostendit; nam, baptizatos fuisse a Ioanne publicanos ipsemet Euangelista Lucas affirmat c. 7. Publicani, inquit, iustificauerunt Deū baptizati baptismo Ioannis, quos vtiq; Ioannes nō baptizasset, si, vt parerat, ad eius baptismum nō veniissent; nouerat enim, diuino reuelāte spiritu, quales erant, quid ad eum conueniebāt, vt inde maiorem apud omnes opinionem sibi conciliaret, quippe qui testimonium de Christo iam iam perhibiturus erat: non autem tanta fide dignus esset, si eum in hominibus discernēdis deceptum esse ipse homines deprehenderēt. Est autem pulchrum, & artificiosum epitherū, quod simul est argumentum. Magister, inquiunt, doctrinam ipsius commendant es, & eo nomine, vt doceat eos, inducentes: magistrorum enim est docere eos, qui ignorant.

At ille dixit ad eos.

COMMENTARIA.

DIuersis hominū generibus diuersa respondet, singulisq; accōmodata præcepta doctrinę tradit, prout unicuique cernit expedire; non enim omnes eodem studio feruntur. Periti ergo medici more singulis opportuna præsidia, salutariaq; pharmaca pfinit. Turbis quidem, vt mutua beneuolentia se inuicem cōplectantur, mutuisq; operis se mutuo subleuent, iniungit; hoc enim est, quod præcipue in eis desiderari solet, Publicanis vero cupiditate valde deditis, aliud peculiare impo-

nit, quod eā maximè frænat, quā eximiā peritiam in Christo Domino valde cōmendat Greg. hom. 32. Euangel. Celestis, inquit, medicus singulis quibusq; vitiis obuiantia adhibet medicamenta: nam sicut arte medicinæ calida frigidis, & frigida calidis curantur, ita Dns noster contraria opposuit medicamenta peccatis, vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis præciperet humilitatem. Hæc ille. id ipsum nunc Baptista præcursor obseruat.

Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, faciatis.

COMMENTARIA.

PVblicani maxime deliquere solent in iniquis exactionibus vectigalium, aut plus iusto extrahendo, aut de iis rebus, aut ab ijs personis, à quibus vectigal non debetur, extorquendo: idcirco, quia in hoc genus peccari procliniores sunt, præceptum eis dat, ne exigant amplius ab eo, quod est eis à magistratibus constitutum. non igitur damnatur exactio vectigalium, & tributorum, quæ iustè principibus debetur, dicēte Paulo Rom. 13. Reddite omnibus debitum, cui tributum, tributū, cui vectigal, vectigal. sed iniqua, & indebita exactio ministris interdicitur, quando id, quod a principibus constitutum non est, exigitur. Rectè ergo Augustinus serm. 19. de verbis Domini: Honesta quidem, inquit, publicanorum interrogatio, sed Prophetæ iusta respōsio; illi n. solicite interrogant, ne ignorantes plus exigēdo in peccatū incidat, aut cessantes publicani, decipiant functionem. Hic autē moderate præcipit, vt iniquitas locum non habeat, ac constitutum vectigal effectum: non enim dixit: nihil exigaris, sed nihil amplius exigatis. vnde intelligitur, quod apud Deum nō tam exactio, quam iniqua exactio dānatur.

ANNOTATIO XXXI.

VErbum Græcum πράσσετε, ambiguū est, Latine faciatis, aut exigatis. Ambrosius sermone 7. aut Augustinus serm. 19. de Verbis Domini. (nam apud vtrum que ideni sermo legitur) habent (exigatis) similiter Beda, in eūdem sensum interpretatur, Origen. homil. 23. & Euthymius. Vulgatus autem alteram secutus est significationem verbi, tamen in eūdem sensum explicandus est: Nihil, inquit, faciatis amplius, quam qđ constitutum est, nempe in exactione vectigalium. ille autem amplius facit, qui plus iusto, aut quod non debet, vectigal exigit. eadem igitur est sensus, siue vnam, siue alteram accipias verbi significationem. Aduerte autem non esse ministrorum facta principum iudicare, & decernere, an iustū sit uectigal nec ne, sed exequēdum est, quod princeps præcipit, quando iustū est, aut quando non constat iniustū esse, vt docuit Augustinus libr. 22. contra Faustum cap. 74. in dubijs enim existimare debemus Principes iusta statuere: in hoc casu Ioannis sermo intelligendus est; si enim vectigalia iniqua esse constaret, tunc nec id, quod constitutum est, exigere ministris liceret. Aduerte autem quam prudenter noster Ioannes docet, & instruat; secernit enim iustum ab iniusto, & vectigal constitutum exigi permittit; amplius aūt, quam quod constitutum est prohibet. Sunt. n. prædicatores, qui nimio zelo accēsi, dum facta quędam, quæ coniunctam habent cūæquitate iniustitiam, reprehēdūt, confundunt omnia, & iustū cum iniusto dānant, sicque fit, vt nulla utilitate audientium verba effundant: opus est autem vt secernatur id quod licet, ab eo, quod faciendum non est, sic fiet, vt facilius quod malum est, remoueatur. Aduertenda est præterea iniquitas Publicanorū, amplius quā quod constitutum est exigentium, quam monet allegato: nam quod iustum est, & tolerabile uectigal principis constitutione, efficitur iniquum, & intolerabile, dum illud præda exactionis, accumulatisæpe. n. ministrorum iniustitię principum regimē faciunt tyrannidem.

Supersimmi declaratur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Interrogabãt autem eum, & milites, dicentes: Quid faciemus, & nos.

COMMENTARIA.

SIcut bonus ā iustitiæ tramite declinās, sæpe etiam bonos malo suo exẽplo ab eodẽ tramite auertit, sic è diuerso malus ad viam rectam conuertens, malos secum pertrahit. Viderunt milites publicanos suę salutis solicitos Ioannem interrogare; accedũt etiam & ipsi eodem studio affecti, dicentes: quid etiam nos faciemus? quasi dicerent, docuisti publicanos, doce & nos; nec enim minus quam illi doctrina indigemus.

Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris.

COMMENTARIA.

EA, in quibus milites frequentius delinquunt, prudenter prohibet. tria hæc sunt, solent. n. vim alijs inferre confisi multitudine. Quanta aũt sit militũ violentia per cedes, vulnera, cõtumelias, in alios etiam non publicos, hostes, notũ est omnibus; iubet ergo eis, neminem concutere, nec violẽtiã vllam proximis inferre. Solent ẽt calũniam facere, alios nempe quasi insidiatores, aut hostes, aut principi infideles falso accusare; præcipit igitur, ne ulli calumniam faciant. Solent demũ prędari, & aliena rapere, expilãreque hominum prætextu proprijs necessitatibus consulendi; iniũgit ergo, vt stipendijs suis cõtenti sint, & ex iis suis consulãt necessitatibus. Vt. n. inquit Ambros. stipendia militibus constituũtur, ne dũ süptus quæritur, prædo grassetur.

Militer frequentur tribuis peccatis sunt adnexij.

ANNOTATIO XXXII.

LIcere bellum Christianis ex hoc probãt Ambrosius ser. 7. August. lib. 22. cõtra Faustum cap. 74. & epist. 5. neque enim Ioannes bellare prohibuit, immo probauit. Dominus etiam Matth. 8. Centurionẽ laudauit, nec militiam vitio dedit. Et Act. 10. Cornelius Centurio commendatur, & à Petro baptizatur, nec ei militia interdicitur. De hac autẽ re diffuse tractare non est instituti præsentis. Ambrosius serm. 7. seu August. serm. 19. de verbis Domini hãc sententiam extendit ad plura hominum genera; sic enim inquit: Hic iã cognoscere se debet omnis homo, qui militat; non. n. tantum de ijs militãtibus Scriptura loquitur, qui armata militia detinẽtur, sed quisquis militiæ suæ cingulo vtitur, dignitatis suæ miles adscribitur, atque ideo hæc sententia dici potest de militibus, protectoribus, cunctisque Rectoribus, & cuicunq; qui stipendia sibi decreta consequitur, si amplius quærit, tamquam calumniator, & concussor Ioannis sententia condemnatur. Vsque adeo autẽ hoc inoleuit mãlum, vt iam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur iura sententia ipsa venalis sit, & nulla iam causa possit esse sine causa. Hæc autem diuina sententia, quæ ad milites loquitur, potest etiã ad clericos retorqueri, qui etiamsi non videantur militari sæculo, tamen Deo, & Domino militamus, sicut ait Apostolus: Nemo militans Deo obligat se negotijs sæcularibus. Videmur, inquam, non militare remissis, & flaẽbus tunicis, sed habemus militiæ nostræ cingulum, quo castimoniæ interiora constringuntur. Hæc Ambrosius. & paulo inferius: Catolicus clericus hac sententia retinetur; si enim non contentus stipẽdijs fuerit, quæ de altario Domino iubente consequitur, sed exerceat mercimonium, intercessiones vendit, viduarum munera libenter amplectitur, hic negotiator potest magis videri, quam clericus: nam licet dicere, nemo nos inuasoris arguit violentiæ, nullus accusat; quasi non interdum maiorem prędam à viduis blãdimenta eliciant, quam tormenta: non interest apud Deũ, vtrũ vi, an circũuentione quis alienas res occupet, dũmodo quoquo pacto teneat alienũ. Hęc ille, postremo aduertẽdũ est, turbas, publicanos, milites, simplices hostes, & ignaros cõuertit, & baptizari à Ioanne; superbos autẽ Pharisæos, & Saduceos baptismũ, & præcepta eius cõtẽnere, de quibus dicit. 7. Publicani iustificauerũt Deũ baptizati baptismo Ioan-

Ioannis doctrina non militibus tãtum, sed diuersis hominũ statibus conuenit

Ioannis; Pharisæi autem, & Legisperiti cõsilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo. Vnde iusta est sententia, quam Christus in eos postea pronũciauit, dicens Matth. 21. Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent uos in regno Dei.

Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus: respondit Iohannes, omnibus dicens:

COMMENTARIA.

SVA prædicatione, baptismo, ac vitę testimonio, tanq; opinionem sibi Ioannes concilauit, vt populus arbitraretur, & oẽs secum cogitarent, ac intrà se ratiocinarentur, an esset Christus, quod Ioannes diuino flatus Spiritu intelligens, palam omnibus veritatem manifestat, seque Christum esse negans, de eo, qui vere erat Christus, testimonium perhibet, magnitudineque auctoritatis, in qua ab omnibus habebatur, vtitur, non in sui vanã ostentationẽ sed in eius, cuius erat præcursor, gloriam, & in eorũdem omnium vtilitatem, qui ei tantũ tribuebant, vt Christũ esse existimarent. illud autẽ (respondit) indicat ea de causa testimoniũ sequens dixisse, quia populus id existimabat de eo, quod non significabatur, si tãtũ dictũ esset (dixit omnibus.)

ANNOTATIO XXXIX.

VErbum προσδοκῶντος quidam vertũt (expectante) quasi populus dubitaret, an Christus esset & rei euentu iudicium expectaret. Vulgatus vertit (existimante) à verbo δοκέω quod significat arbitror, existimo suspicor, quo ad opinionem quãdam, quæ certitudinem non habet, pertinet, ideque interpretatur Euthymius, & Titus Bostrenus. Tantæ, inquit, indei, tantęq; auctoritatis erat Ioannes apud omnes, vt Iudæorum populus in eam suspicionem venerit, eum esse Messiam, & Christum, quem sancti prophetæ in mundum venturum prænunciarunt. Verbũ autem sequẽs (cogitationibus) ratiocinationem quãdã, & discursum significat, vt verbum Græcũ indicat; solemus enim quãdo suspicamur, aut arbitramur aliquid, de quo certi nondũ sumus, rationibus hinc inde apud nosmet vti, vt quod verum sit inuestigemus. sic isti cogitabant, multis apud se collectis quæ eorum animos, ad existimãdum verũ illum esse Christum, permouebant. Quo autem modo Ioannes nouerit has populi suspiciones, & cõmunes cogitationes, Ambrosius explicat dicens, spiritu prophetico nouisse. Euthymius autem asserit acumine, spiritus illi fuisse manifestas, quod idem est, idq; verum esse probatur; licet enim credibile est, mutuis locutionibus suas ipsos manifestasse cogitationes, tamen Euangelista solas cogitationes cordium, referri, propter eas Ioannem veritatis testimonium perhibuisse affirmat. Qua autem ratione fieri potuerit, vt Ioannes Christus reputaretur, aut in mentem tot hominum, vel eius rei opinio aut suspicio venerit, cũ multa Scripturæ signa, & argumẽta id omnino fieri non posse ostenderent, explicuimus in cõmentarijs in Ioannem cap. 1. Annotatione 56. nec est, quod repetamus. Duo autem sunt hic notanda. Vnum est, testimonium, quod nunc Lucas narrat à Ioanne redditum, quodque referunt Matthæus capite 3. & Marcus cap. 1. non esse illud, quod Ioannes cap. 1. describitur, quando miserunt Iudæi à Hierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es? licet quidam recentiores vnum ipse arbitrentur, at reuera nõ est. hic enim Ioannes non interrogatus reddit testimonium, sed ad cogitationes, & opiniones communes populi, illic autem interrogatus à Sacerdotibus missis à Hierosolymis ab ipsis Iudæis; quod discrimen notat Ambrosius, dicens, spiritu prophetico flatum de Christo testificatum fuisse, quo nouit occulta cordiũ, at vero in historia Ioannis non erat spiritus propheticus necessarius, cum interrogatus esset, & ipsi interrogantes dicerent se missos esse à Iudeis. fuit ergo hoc, quod Lucas narrat prius tempore, illud vero posterius. facilius enim, & citius populus in has suspiciones incidit, quã Indæi illi, & Iudæorum maiores. Alterum est Ioãnis humilitate cõ-

Testimoniũ hoc loco à Baptista exhibitum de Xpo, aliud est ab eo, qd Ioã. 1. refertur.

Auctor prosequitur modis declarari superiora verba.

Universidad de Deusto
Biblioteca

coniuncta;opinionem enim, quam populus de eo conceperat,non in vsus proprios conuertit,sed in obsequium eius, cuius erat minister,& præcursor. Debent enim, vt recte Gregor.2.par.Pastoral.ca.8.docet, prælati, & prædicatores studere se diligi, & pluris fieri,quatenus audiri possint, & quod iubent impleri; amorem tamen hũc non pro seipsis quærere,ne inueniantur ei, cui seruire per officium cernuntur,occulta cogitationis tyrannide resultare.eos verò, qui populi opinione, & beneuolentia erga eos concepta abutuntur,& non in eius,cuius ministri sunt,obsequium impendunt, comparat pueris, per quos sponsus dona mittit sponsæ,ipsi vero sponsæ oculis placere infideliter appetunt. At Ioannes noster,qui sponsus credebatur,eiusmodi a se præscindens opiniones,in eum,qui vere erat,transmisit.Multa alia diximus in Commentario loco citato.

Egregia Gregorij doctrina & platis necessaria.

Ego quidem aqua baptizo vos.

COMMENTARIA.

OBuiat Ioannes falsæ opinioni populi de ipso conceptę,se Christũ esse negans,& eum,qui erat prænũcians. Mirabili autem artificio hoc factum,se enim Christum ita negat, vt præcipuo argumento, quo populus eum esse Christũ arbitrabatur,respondeat, & efficaciam illius eneruet; populus enim ea re maxime mouebatur ad talem existimationem;quod baptizabat; hoc enim neminem ex prophetis etiam maximis fecisse sciebant omnes; Christo autem præcipuè talẽ baptismum reseruatum existimabant ex Prophetia Ezechielis 36. Effundã super vos aquam mundam,& mũdabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Videntes igitur Ioannem baptizantem in pœnitentiam, per quam peccatorum erat remissio, Christum esse arbitrabantur. Huic ergo argumento Ioannes velut respondens,inquit,nõ sum ego Christus,meus.n.baptismus est in sola aqua,nõ illa mũda uobis per prophetã promissa, Christi aũt baptismus ille, quem vos vere futurũ speratis,& creditis, præstantior est meo:nam baptizabit vos ille in Spiritu sancto,non in aqua sola,ne igitur me putetis Christum esse,quia baptizantem videtis:nam baptismus hic nõ est ille,quem Ezechiel vobis prædixit: cito autem veniet,qui eo vtetur, & ille est,qui ostendet aquam mundam, & qui mundabit vos ab omnibus inquinamẽtis vestris,vt prædictum est; erit enim baptismus eius in virtute, & Spiritu sancto,qui auctor est remissionis peccatorũ,& gratię.Hebraismꝰ est,ego baptizo vos aqua.i. sola aqua.

ANNOTATIO XXXIV.

VAlde notandum est,quod in cõmentario diximus:semper enim Ioannes negans se Messiã,baptismi mentionem fecit, vt constat ex omnibus quattuor Euangelistis,quod eo factum est,quia Iudæi maxime permoti sunt ad existimandum eum esse Christum,propter baptismum, neminẽ.n. ante ipsum alios baptismo pœnitentiæ baptizare cõcessum fuerat, vt recte notat Augustinus lib. 5. contra Donatistas c. 9.cum autem reseruatum soli Christo credebant ex prophetia Ezechielis,aut si non ipsi soli, saltem præcursoribus eius Eliæ, aut cuidam insigni prophetę eius etiã precursori, quamuis errarent in intelligentia horum præcursorum. quæ res manifesta est ex ijs,quæ Ioannes narrat ca.1.missi.n. ad Baptistam,primo interrogarunt,an esset Christus,postea,an Elias,demũ,an ille propheta; eumq; neminem illorum esse respondisset,admirati prodiderunt argumẽtum quo moti erant,ad existimandum primo loco eum esse Christum,nempe baptismum. Quid ergo baptizas,si tu nõ es Christus? At quia nesciebant,an baptismus prędictus per prophetã non Christi,sed eorũ, qui Christum præcurrebant,futurus esset, idcirco interrogarunt,an Elias esset,an ille propheta,errabant.n.in his dignoscendis, quæ omnia explicui copiosè in commentarijs in Ioannem.Hęc igitur est causa, cur Ioannes prudentissime omni populi obuiat, baptismũ distinguẽdo Christi à suo. Et hic est legitimus sensus, & interpretatio huius responsionis.

Quomodo Ioannes dum negat se Christũ esse, baptismum Christi suo præfert.

Ve-

Veniet autem fortior me post me.

COMMENTARIA.

PRosequitur eandem sententiam: Ego,inquit,aqua baptizo vos, at proximus iam adest, venietque post me quidam me fortior,qui tanta virtute,& potentia præditus est,vt à peccatis mundet, & remissionis gratiam per Spiritum sanctum impartiatur: ego imbecillis sum, nequeo vobis talia,ac tanta præstare, Christus est,qui fortis cum sit, ac vere fortis, cum sit Deus, ille post me proxime manifestabitur; & is est, qui baptizabit in Spiritu sancto. Vnus ex nominibus Christi,per Isaiã prędictis,est,Fortis,cap.9. Vocabitur,inquit,nomen eius, Admirabilis,Consiliarius,Deus,Fortis. Vere autem fortis fuit, qui admiranda opera diuinitatis suæ operatus est,qui diabolum superauit, prædam de eius manu abstulit, regnum eius euertit, & in se transtulit,cœli portas aperuit, mortem absorbuit in victoria,peccata deleuit,gratiam & gloriam comparauit. Vsus est autem Ioannes quadam comparatione: Fortior, inquit, me, non quod seipsum Christo conferat, sed quod se Christo inferiorem profiteatur, ad remouendam opinionem falsam populi,arbitrantis eũ esse Christum. Appellat autem fortiorem, cum posset multis aliis nominibus sibi eũ anteferre,vt eius potentiam ostendat, per quam magna daturus, & facturus,ac non in aqua sola, sed etiam in Spiritu sancto baptizaturus erat,quod opus est virtutis, & potentiæ magnæ.

Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum.

COMMENTARIA.

QVia fortiorem me dixi, nequaquam putetis me istud comparationis more dixisse, qui nec inter seruos eius etiam extremos dignus sum collocari, neque vilissimam partem in ipsius ministerio mihi vindicare. Propterea non posuit calceamenta simpliciter,sed corrigiam,quæ omnium videtur extrema. Marcus aut rem addidit, non sum dignus procumbens soluere. Quibus verbis Christi diuinitatem indicat,cui erat illa humanitas vnita; inde enim in eam fuit maiestatem euecta, vt non humilitate sola, sed etiam veritate potuerit Ioãnes hæc verba proferre,quod sequenti satis comprobauit, cum eum in Spiritu sancto baptizaturum prænunciauit. Sic Chrysostomus hom.11.in Matth. & Ambr. hanc sententiam superiori connectunt,de qua multa,& quidem notatu digna diximus in Comment. in Ioan.apud quem hæc eadem sentẽtia habetur,licet non eodem tempore, & loco à Baptista prolata.

Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto.

COMMENTARIA.

COncludit sentẽtiam discriminis. Ego aqua baptizo,ille vero Spiritu sancto; ideo non ego, sed hic est verus Christus.quantum ergo discriminis est inter aquam, & Spiritum sanctum, tantundem est inter eum, qui baptizat in Spiritu sancto, & me, qui baptizo in aqua,vt interpretatur Basilius serm.1. de Baptismo. Est autem baptismus in Spiritu sancto, in quo non sola aqua, sed etiam Spiritus sanctus sua virtute concurrit, vt sic baptizatus aquæ ablutionem, & actionem Spiritus sancti recipiat, ac sicut aqua corpus, ita anima Spiritus sancti operatione,& virtute mundetur; ideo enim baptismus hic peccata delet, & gratiam,virtutesq; infundit, quia Spiritus sanctus cum aqua ad baptismũ conuenit. quale enim principium,talis est finis. Ioãnis vero baptismus peccata non delebat;quia in eo actio Spiritus sancti cum aqua non erat. Ea de causa baptizatus baptismo Christi,di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur ex aqua, & Spiritu sancto nasci. Ioann. 3. Licet autē totius trinitatis sit actio, & virtus, qua mūdatur anima in baptismo; adscribitur tamen Spiritui sancto, vt per baptismum animam sanctificari significetur.

ANNOTATIO XXXV.

Christi, & Ioannis baptismus in quibus cōueniant, & declaratur

BAptismus Ioannis in nonnullis cum Christi baptismo conueniebat; in multis vero, & quidem magni momenti differebat. Cōueniebat quidem primo, quia vterq; erat in aqua. Ego, inquit, baptizo vos in aqua. etiam de baptismo Christi dicitur Act. 8. Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Secundo vterq; prænunciatus est per Prophetas; de Christi enim baptismo dicitur Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam. de Ioannis autem baptismo scriptū est Psal. 28. Vox Domini super aquas. hanc enim prophetiam de baptismo Ioannis interpretantur Basilius in homin. eundē Psalmum. Hieronym. & Augustin. in suis Commentarijs, cum discrimine quodam: nam Basilius vocem hanc intelligit Ioannem ipsum, at Hieronymus, & Augustinus vocem illam patris, quæ audita est, dū Christus baptizaretur; omnes autem tres concordant aquas hasce baptismum esse Ioannis. Tertio, vterque erat supra legē, neque enim baptismus Ioannis lege continebatur illa, nec ante ipsum eo baptismo vsus est quispiam. eadem etiam est ratio baptismi Christi. Vnde Iustinus mar. lib. Quæstio genti respōsione 37. baptismum Ioannis supra legem esse dicit. Quarto, vterque baptismus non humanam, sed diuinam habuit institutionem; Christi enim baptismus ab ipso Christo vero filio Dei institutus: Ioannis autem baptismus non ex eius arbitrio, sed ex Dei institutione, & ordinatione fuit: qui misit, inquit ipse Ioann. 1. me baptizare, ille mihi dixit. loquitur ibi de Deo ipso, qui Ioannem miserat. ideo Matth. 21. non sunt ausi Iudæi negare baptismum Ioannis de cœlo esse. Hæc sunt in quibus vterque baptismus conuenit. Est tamen multiplex discrimen. Primum quidem Ioannis baptismus erat præparatorius, & introductorius baptismi Christi, vnde ille ipse perfectus, hic perfectus est. Hinc Basilius in orat. exhortatoria ad baptismum, Ioannis baptismum vocat introductorium; Christi vero perfectiuum, de qua præparatione, & introductione paulo ante diximus. Secūdum, Baptismus Ioannis erat in aqua sola, baptismus Christi etiā in Spiritu sancto. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu. Cuius causam reddit Gregorius Nazianzenus Orat. in sancta lumina, nēpe Ioannis baptismus erat in aqua tantum, quia ille homo merus erat; at Christi baptismus in aqua, & Spiritu sācto, quia ipse Deus, & homo est. Hinc sequitur tertium discrimen, Baptismus Ioannis non remittebat peccata, nec sanctificabat homines; Christi vero baptismus ea facit, quod Hieron aduersus Luciser. notauit: Si Ioannes, inquit, non baptizauit in Spiritu, consequenter nec remisit peccata, quia nulli hominum cōtingit peccata dimitti sine Spiritu sancto. Hoc discrimen probat Tertullianus lib. de baptismo, ex illo Actor. 19. Baptizati enim baptismo Ioannis interrogati, si Spiritum sanctum accepissent, respōderunt, nec si Spiritus sanctus sit audiuimus. Idem docet Augustinus lib. 5. de baptismo contra Donatistas, cap. 9. Quartum: Ioannis baptismus non erat uniuersalis; nec enim infantibus, nec Gentilibus, sed Iudæis, & incertum est, an feminis cōferebatur, & merito, cū non daret remissionē peccatorum: at baptismus Christi omnibus cuiuscumque ætatis, sexus, conditionis, & nationis sint, communis est. Quintum, Baptismus Christi est necessarius ad salutem spiritualem, & æternam Ioannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest videre regnum Dei. Ille vero Ioannis non fuit tūc necessarius, nec etiam ijs, qui susceperuri erant Baptismum Christi, nec obligati erant tunc Iudei illum baptismum susc ipere. Sextum, qui Ioannis baptismo erant baptizati, baptismum Christi susc ipere tenebantur, & sic Actor. 19 baptizatos baptismo Ioannis, baptismum Christi susc episse legimus. Ita affirmat Hieronymus aduersus Luciferianos, reddens rationem, quia si per baptismum Ioannis non fuit datus Spiritus sanctus, nec remissio peccatorum, necessarium erat baptismū Christi susc ipere, per quem ea reciperentur. sine distinctione igitur omnibus baptizatis baptismo Ioannis baptismum Christi susc ipere necessarium erat. Idem dicit Augustinus libr. quinto de baptismo contra Donatistas cap. nono, & decimo. Septimum. Baptismus Ioannis cum esset introductorius cessauit: baptismus vero Christi permanet vsque ad finem sæculi. Demum Ioannis baptismus nō imprimebat characterem; baptismus vero Christi imprimit. Sunt etiam aliæ non paucæ inter vtrumque Baptismum differentiæ, ad declarationem autem huius sententiæ, quam interpretamur, quę dicta sunt, satis esse videntur.

Multiplex inter utrumq; baptismū est differentia.

Et igni.

COMMENTARIA.

ALter baptismus hic est, quasi diceret, Christi est baptizare Spiritu sancto, & baptizare etiam igni. Baptizabit Spiritu sancto in hoc sæculo eos, qui in ipsum crediderint, quos vitæ anteactæ malę pœnituerit; malos autem, & incredulos, qui suis voluerint inhærere vitijs, baptizabit igne gehennæ in altero sæculo. Quibus verbis duos Christi aduentus, & duo eius officia indicat Ioannes; Redemptor enim est, & Iudex, & Redemptoris officiū in priori aduentu, Iudicis vero in posteriori exercebit: in illo baptizabit Spiritu sancto venientes ad se, eumq; recipientes; in posteriori male operantes æterno puniet igne. Merito Ioannes meminit vtriusque baptismi, nam & ipse prius vtrumq; insinuauerat, priorem quidem, dum ad pœnitentiam in remissionem peccatorum exhortatus est populos; posteriorem vero, quando comminatus est dicens: Omnis arbor non faciens fructum excidetur, & in ignem mittetur; quia uenit iam Redemptor, & Iudex, qui pœnitentes Spiritu sancto, incredulos autem, ac inobedientes igne baptizabit. Hunc utrūque baptismum prędixit Isaias cap. 4. si abluerit, inquit, Dominus sordem filiarum Sion, & sanguinem Hierusalē lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Lauat Dominus sordes filiarum Sion baptismo in Spiritu sancto. sordes. n. sunt peccata pœnitentium, quę sunt ut sordes, quę non sunt multum affixæ corpori; sanguinē uero, id est, peccatores inhærere uolētes peccatis, quæ sunt ut sanguis, habēs colorem quasi inseparabilem, purgat, & lauat de medio Hierusalem spiritu iudicii, separando de medio iustorum, & spiritu ardoris, seu combustionis mittendo in caminum ignis æterni.

ANNOTATIO XXXVI.

Refellitur hæresis eorū, qui non aqua, sed igne baptizabant.

ERrarunt olim quidam hæretici Seleuciani, & Hermiani, à Seleuco, & Hermia inuentoribus. Hi nō in aqua, sed igne baptizabant, quia legebant dictum hoc Ioannis vt refert Philaster. Meminit Augustinus lib. de Hæres. cap. 59. horum hæreticorum, solum autem refert eos baptismum aquæ repulisse; qua vero materia baptizarent, & quid ad id dicendum impelleret, nō expressit. Philaster autem vtrumque explicuit. Quantum autem illi à Catholica veritate aberrent superfluum est multis rationibus ostendere, cum sint aperta testimonia, & quidem non pauca in Scriptura, docente in aqua esse baptizādum. sufficiat autem illud Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, nō pōt introire in Regnū Dei. Cōfundebant hi hæretici vtrumq; Baptismū, & vtrūq; aduentū & officium Saluatoris, seu Redēptoris, & Iudicis, vt in Comment. expositum est. Est autem inter sacros Doctores non modica disceptatio, quis sit iste ignis, quo baptizaturus Christus prænuntiatur. in quo sunt variæ sententiæ.

Prima est, hunc ignem esse ignem gehēnæ, quo Christus iudex viuorum & mortuorum in altero sęculo punit incredulos, & malos, & præsertim in suo secundo aduentu, qñ omnes tales igni æterno & animā, & corpore adiudicabit. Hunc ignem sic interpretatur Basil. lib. 5. contra Eunomium, & in Comment. in Isa. c. 4. vbi sentiam Isaiæ citatam in Commētario & à nobis explicatā interpretatur sicut nos, & allegat verba hæc Ioannis tamquam illi prophetiæ conformia. De eodem igne interpretatur hæc verba, quæ etiam habētur Matth. 3. Hilarius ibi Can. 2. & Irenæus lib. 4. cap. 9. & Damasc. lib. 4. de Fide cap. 10. vbi distinguens multas baptismi differentias, vltimam ponit, qua mali æterno igni immerguntur, sique hanc sententiam interpretatur.

Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda sententia est, hunc ignem esse quidem alterius sæculi, sed purgatorium, quo iusti, qui ex hoc sæculo non plene satisfactione facta, aut venialium remissione culparum nondum obtenta discesserunt, igne purgantur, vt omnino mundi recipiãtur in æterna tabernacula. Huius sententiæ est Chrysost. homil. ad Neophytos, quę habetur Tomo 5. Ignis, inquit, est, quem secreta mentis ostendunt, & homil. 11. in Matth eam videtur amplecti.

Quinta sententia est, hunc ignem esse eundem Spiritum sanctum, quatenus non solum sanctificat, sed purgat animã à sordibus, inflammatque charitate, & illustrat hominum mentes. Referunt hanc sententiam Euthymius, & Druthmarus. Matt. 3. eaque est Cyrilli Alexã. in Commentarijs in Isaiam cap. 4. propheriam allegatam in Commentario explicantis, & Hieronymi ibidem. & Leonis Epist. 4. ad vniuersos Episcopos per Siciliam constitutos cap. 6. Ille, inquit, baptizabit in spiritu, & igne, qui duplici potestate & vitam redderet, & peccata consumeret. De quo igne dictum est Lucæ 12. ignem veni mittere in terram.

Quidam recentiores Sexto loco hunc ignem interpretantur tribulationes, & afflictiones, eas maxime, quibus in Ecclesia pũ mitina suos fideles pati Christus permisit, quasi eos igne baptizans. Hæ sunt præcipuæ inijæ in huius loci explicatione Quarum omnium accõmodatissima mihi prima visa est, tum multitudine grauium Doctorum, qui in ea sunt, tum propter contextum antecedentium verborum, & sequentium, antecedentium quidem, quia Ioannes paulo ante huius ignis meminerat: (Arbor, inquit, non faciens fructum bonũ excidetur, & in ignem mittetur.) loquitur enim de præsenti, quasi iam iam veniat is, qui excussurus est, & i ignẽ missurus. Sequẽtium vero, qua statim dicit (paleas comburet igni inextinguibili.) cum hæc sint coniuncta, & consequentia, ad eundem profecto ignem referenda esse videntur, & amphibologia cauenda est in verbis quãtum fieri potest.

ANNOTATIO XXXVII.

ATHanasius in quæstionibus ad Antiochum q. 134. & Damascenus lib. 4. de fide. cap. 10. nonnullas baptismatum differentias numerant.

Primus baptismus est, diluuij inũdatio ad excindendum peccatum, quem Petrus 1. Epist. c. 3. nostri baptismi Euangelici figuram fuisse testatur.

Secundus baptismus est, quem appellat Moysis, & Paulus refert 1. Cor. 10. Omnes, inquit, in Moyse bapt zati sunt in nube, & in mari, q baptismus figura fuit nostri baptismi, quo ĩ Christo baptizamur: mare. n. aquam, nubes spiritum adumbrabat.

Tertius fuit quem appellat legalem; lex enim, vt ex Leuitici 6. & alibi constat, sepe purificationem aquæ iniungebat, sicq; immundities illæ legales purificabantur.

Quartus baptismus fuit Ioannis, diuersus ab illo legali. Hunc Rudimetarium appellant, ducẽtem Iudæos ad pœnitentiam, vt postea Christi fidẽ amplecterentur, quo Christus est baptizatus, non quidem in pœnitentiam vt cæteri.

Quintus baptismus est sanguinis, qui est martyrium, quo etiam baptizatus est Christus Luc. 12. Baptismo hab o baptizari. & Matth. 20. baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini. quem baptismum Damascenus cæteris omnibus illustriorem appellauit, quia nullis postea sordibus coinquinatur

natur: nam qui eo baptizatur, nõ amplius viuit viuam hanc mortalem, in quo etiã post baptismum aquæ, & spiritus peccari solet. Hoc etiam notarunt Gregor. Orat. in sancta lumina, & Tertullianus lib. de baptismo. Similiter etiam Origen. homil 7. in Iudic. qui baptismum sanguinis baptismo aquæ, & spiritus, ea de causa prætulerunt.

Sextus baptismus est lachrymarum, & pœnitentiæ, quo peccata dimittuntur, quo perfusus est ille, qui per singulas noctes lectum lacrymis suis lauauit, quo & Magdalena, Petrus, multi & olim, & nunc baptizantur.

Septimus baptismus est ignis, quo peccatores in altero æuo cruciantur. Hęc sunt baptismatum genera, quæ Athanasius, & Damascenus describunt, eaque refert etiam Gregor. Nazianzen. oratione in sancta lumina, præter primum, & quintum. His autem alias baptismi differentias adiungimus.

Octauus ergo est Christi baptismus, qui in aqua, & spiritu confertur. verbo, vt forma; & aqua, vt materia cõfectus, per quem peccatorum sit remissio, gratiæ, & virtutũ, & donorum infusio, in Dei filios adoptatio, cœlestis ianuæ regni apertio, in Christi Ecclesiam introitus, ac cæterorum sacramentorum suscipiendi facultas datur, per quem morimur peccato, viuimus Deo, cõ sepelimur Christo in mortem, & ipsius mẽbra efficimur, in nouumq; hominem transferimur, veterem exuentes, & Christum induentes. Vltra has baptismatum differentias sunt & alię. Est enim baptismus in Spiritu sancto, de quo Act. 2. dictum est, Ioannes baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto. Hũc baptismum non esse in aqua, & spiritu, de quo dictum est, eo probari potest, quia tam Apostoli, quãdo hęc promissio facta est, baptismate aquæ, & spiritu erant baptizati. alius ergo est hic baptismus Spiritus sancti, nimirum quando Spiritus sanctus promissus descendit in discipulos in die Pentecostes, & eos suorum donorum affluentia replenit, qui baptismus Flaminis dicitur; non quidem ille pœnitentię & lachrymarum, quo discipuli tunc nõ indigebant, vtpote à peccatis purgati, sed plenitudinis gratiarum, ac donorum, & virtutũ Spiritus sancti. Est etiam alter baptismus in igne, ille nempe, quo etiam discipuli baptizati sunt, quando Spiritus sanctus linguis igneis visibiliter venit super eos. de quo baptismo graues doctores intellexere illum locum, Baptizabit vos in Spiritu sancto & igne, vt supra dictum est. Tertius est in igne Purgatorij, de quo quidam alij Doctores eundem locum intellexerunt. Si ergo omnes cõiungamus, fiet, vt duodecim sint baptismatum genera, quæ singula discutere, & explicare, instituti præsentis non est.

Cuius ventilabrum in manu eius.

COMMENTARIA.

QVi igne baptizandi sint, eumq; baptismum non longe abesse, quadam metaphora explicat; solent enim messores segetem messam, & in area tritaratam ventilare, vt paleas à grano separent, granumque in horreum, paleas vero foras mittant: sic Christus faciet cum ijs omnibus, quos in suam conuocabit Ecclesiam, & quos prius baptizabit Spiritu sancto; ventilabro enim suæ iudiciariæ potestatis bonos discernet à malis, illosque in æternam requiem secum conducet; hos vero æterno, & nunquam extinguendo igni adiudicabit. Verba sunt annoranda; multa enim significant. Primo quidem ventilabri nomine potestatem iudiciariam indicat; vt enim illo triticum à pallea secernitur, sic hae boni à malis separãtur. Secundo. Non dicitur (Ventilabrum in manu eius) sed (cuius ventilabrum) vt ostendat hoc ventilabrum, & hanc potestatem iudiciariam ipsi humanitati datam; Christus enim in carne iudicabit, & Iudex erit Ioan. 5. Potestatem ei dedit iudicium facere, quia filius hominis est. Act. 4. Ipse est, qui constitutus est iudex viuorum, & mortuorum. Tertio, ventilabrum in manu eius esse dicitur, ad significandam propinquitatem diuini huius iudicij; quando enim messores vẽtilabrum in manu habent, prope est ventilatio, & separatio

Ventilabrum potestatem iudiciariã significat.

tri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tritici à paleis; Quãuis enim multi intercedant anni inter priorem, & posteriorem Christi aduentum, tamen totum hoc tempus æternitati collatum breue reputatum est, & à Ioãne Apocalyp. 1. dicitur (cito) & à Paulo Rom. 13. Nox inquit, præcessit, dies autem appropinquauit, eo maxime, quia hęc separatio quotidie fit in singulis hominibus ab hoc sæculo recedentibus; ventilantur enim, & bonus saluatur vt triticũ, malus autem, vt palea igni traditur. Hoc ipsum fecit Propheta Malachias ca. 3. qui de ipsomet Ioanne prędixit, vtrumque enim aduentum coniunxit; Statim, inquit, veniet ad Templum sũum Dominator, quẽ vos quęritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eũ? ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonũ, & sedebit cõflãs, & emundans argentum, & solabit filios Leui. Hæc ille. Posteriora. n. verba de posteriori aduentu recte interpretatus est Aug. lib. 20. Ciuit. c. 25. quem aduentum priori cõiunxit, postquam de Ioanne venturo prophetizauit, aduentusque posterioris iudicium, & separationem igni conflatorio contulit. Ioannes autem nostet suum Prophetam imitans, vtrumque copulauit aduẽtum, aliam tamen secutus metaphoram de areæ ventilatione.

Et purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreũ suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

COMMENTARIA.

PRosequitur historiam sub eadem metaphora, aream nempe Ecclesiam vniuersalem, quam (suam) dicit; quia suo sanguine redemit. Matth. 16. Aedificabo Ecclesiam meam. Purgabit ventilabro potestatis iudiciariæ, & tamquam verus Iudex & iustus Dñs triticum, id est, bonos in horreum, id est, in æterna tabernacula, vbi commorabuntur omnes in æternum, congregabit; paleas vero malorum igni, qui nũquam extinguetur, tradet. dum autem hoc iudicium non fit, dumq; ventilatio non efficitur, area triticum habet cum paleis, quia in hoc sæculo Ecclesia bonos habet permistos cũ malis.

ANNOTATIO XXXVIII.

ISidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 65. aream interpretatur vniuersam orbis Ecclesiã, in qua omnis humanæ naturæ messis cogitur, Ventilabrum autem iustũ iudicium, triticum eos, qui operum puritate, ac pœnitentiæ fructibus abundarunt, paleas vero dissolutos homines, quique ad omnẽ peccati ventum huc illucque iactantur. Idem dicit Euthymius Matth. 3. qui illud etiam interpretatur quod in manu eius ventilabrum esse dicitur, eo quod promptus & paratus est ad iudicandum. Similis est metaphora hæc parabole illi, quam Matth. 13. Dominus ipse tradidit de zizaniis, in qua concludit, Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Basilius autem in Regul. breuior. respon. 257. paleas sic explicat: Qui sunt, inquit, de quibus dicit, paleas cõburet igni inextinguibili? ij nimirum qui viles sunt ijs, qui digni sunt regno cęlorum, quemadmodum paleæ tritico: neque id ex vllo charitatis instinctu ergo Deum, proximumve faciunt, siue in donis Spiritus, siue in corporis officiis, atque ita imperfectos seipsos deserunt. Hęc ille.

Alię eius dem sunt expositiones referuntur.

Multa quidem & alia exhortans euangelizabat.

COMMENTARIA.

IOannes & Christi aduentum prædicabat præsentem, & hoc est Euãgelizare, simul etiam vitia reprehendebat, & ad opera bona populum inducebat, & hoc est exhortari. hoc præmisit tanquam dispositionem quandam ad inducendam notitiã & fidem

aduentus;

aduentus, nam illud, Facite fructus dignos pœnitentiæ, ad exhortationem pertinebat. similiter, qui habet duas tunicas, det alteram non habenti, & neminem concutiatis, cæteraque huiusmodi, de quibus dicit Euangelista, multa alia Ioannẽ exhortatum esse, & prædicasse, quæ ab eo non sunt scripta, nec ab alijs Euangelistis. Simile quid de Christo Domino dixit Ioannis vltimo: multa & alia signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc. Illud vero, post me venit vir, qui fortior me est, ille vos baptizabit Spiritu sancto, & cætera, quæ sequuntur, ad Euangelizationem pertinent. Et no tandum est verbum Euangelizandi; non enim de Propheta vllo dictum est, sed de plusquam Propheta, qui Euangelij auctorem præsentem indicabat, quo verbo etiam Angelus vsus dixit: Euangelizo vobis gaudium, quod erit omni populo. Merito autem hæc multa silentio Euangelista pertransiuit, quia ad ea, quæ Christi sunt, narranda properabat; de Ioanne enim propter Christum facta est mentio. eaque de causa sola illa refert, quæ ad inducendum Christi testimonium satis esse videbantur.

ANNOTATIO XXXIX.

QVæ fuerit Ioannes exhortatus, egregie tradit Iosephus lib. 18. Antiquit. cap. 7. vbi de Ioanne sic inquit: Hunc Herodes Tetrarcha necauit, virum optimum, Iudæos excitantem ad virtutum studia, & in primis pietatis ac iustitiæ, simulque ad baptismi lauacrum, quod ita demum Deo gratum aiebat fore, si non abvno tantum, alterove peccato abstinerent, sed animis per iustitiam prius mundatis, adderent & pœnitentiam corporis. Hæc ille.

Herodes autem Tetrarcha, cum corriperetur ab illo de Herodiade, et de omnibus malis, quæ fecit Herodes.

COMMENTARIA.

VT Euangelista ostenderet, quanta libertate, quantoq; zelo Ioannes exhortabatur, per quandam anticiparionem, Ioannis incarcerationem enarrat, quæ facta fuit postquam Christum baptizauit, & post nonnulla miracula à Christo iam facta. Solent enim Euangelistæ quibusdam de causis temporis ordinem non seruare in narrandis, quæ gesta sunt, quod nunc factum est. Ioannes ergo sic exhortabatur populum, vt Herodem ipsum Tetrarcham, & regia potestate fungentem corripere nõ pertimesceret, nam arguebat eum de adulterio; vxorem enim fratris sui Philippi Terrarchę sibi copulauerat, & multa alia scelera publica commiserat, de quibus omnibus intrepidè a Ioanne exhortante corripiebatur. Discant hinc Ecclesiæ ministri non tacere ad Principum scelera.

ANNOTATIO XL.

MAtthæus cap. 14. & Marcus cap. 6. vnã referunt Ioannis correptionem propter quam ab Herode fuit in carcerem missus, & decapitatus, nimirum, quia eum arguebat propter Herodiadẽ, quam duxerat fratri suo. At vero Lucas noster adiecit etiam alteram; non enim de eo solo peccato, sed de alijs multis sceleribus eum arguebat. Qualis enim ipse fuerit, rei euentus indicauit; nam, vt Iosephus lib. 18. Antiquitat. cap. 9. refert, per Caium Cæsarem fuit à Tetrarchia priuatus, & in exilium missus, & Dominus ipse testimonium malitiæ huius Herodis reddidit, quando Lucæ decimo tertio eum vulpem appellauit. Fuit autem Herodes hic Tetrarcha, de quo in principio capitis huius dictum est, filius Herodis primi, frater Archelai, & Philippi, qui Ioannem occidit, & Christum passionis tempore albaveste in contemptum indui iussit. De correptione autem Ioannis contra Herodem, posset quispiã non immerito interrogare,

Herodes nõ adulterij tãtum, sed alterius et sceleris arguebatur a Ioanne.

quare

Universidad de Deusto
Biblioteca

quare Ioannes reprehendebat Herodem, quem sciebat reprehensione non futurum meliorem, nullumq; inde fructum illi proventurum? eius enim animum incorrigibilem, vel ipsa experientia (sæpe enim admonitus erat) deprehendere potuit. Respondeo, non omnino correptionem Ioannis fructu in Herode caruisse, nam Matei 6. dicitur, Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Præterea etiam si nihil effecerit in eo, quantum ad dimissionem vxoris fratris ipsius, propterea prædicatio, & correptio eius sine fructu fuit. Est enim maxime obseruandum, Prædicatores Verbi Dei sæpe publica crimina, maxime Principum arguere debere, etiam si eos nõ se emendaturos nouerint, ne cæteri scandalum patiantur, existimantes, aut prædicatores illorum facta probare, aut timiditate quadam ea non arguere. Est enim doctrina recepta, correctionem quidem fieri non debere, quando vtilitas correpti non speratur, nisi quando peccatum in aliorũ damnum vergit, aut quia occasio est ruinæ eorum, aut quia ex eo licere putant; quod nõ licet, tunc propter aliorum vtilitatem correctio est adhibenda, maxime si is, qui corrigere debet, si nõ corrigat, consentire, & probare factum malum illius videatur.

Non autem debemus faciles esse in desperanda vtilitate illius, qui corrigendus est; fallimur enim sæpe in hoc, desperantes emendationem correcti plusquam oportet. Videndus de hac re est August. lib. 1. Ciui. cap. 11. Cyrillus autem lib. 2. Thesauri c. 4. causam quandam aliam notatu dignam de Ioannis correctione tradidit, nempe, vt testimonium suum, quod de Christo perhibuerat, confirmaret; cum enim Christus à Iudæis tanquam legis transgressor falso haberetur, Ioannem mirabantur, quod tantum de eo testimonium perhiberet, propterea zelatorem legis non qualemcunq;, sed ardentissimum se exhibuit, Regem ipsum de crimine contra legem arguendo, & pro eius defensione moriendo, sicque suum testimonium ab omni calumnia liberauit. Verba Cyrilli sunt hæc: Conquerebantur Iudæi de Baptista, quod auctoritate sua illi faueret, qui legalem doctrinam euerteret, vt ipsi putabant. Quid igitur ad hæc Ioannes? legi propugnat, ne Mosaicam legem contemnere videretur, idque vel ad repellendam, vel ad mitigandam suspicionem de se Iudæorum fecit, non quia hoc ipse magni æstimaret, sed vt testimonium suum de Christo credibilius apud eos fieret. Quamuis igitur tunc multi, multisque modis præuaricarentur, Herodem tamen solum, qui Princeps erat, redarguit, vt periculo suo Iudæos ad beneuolentiam sui reuocaret, & credibilior apud eos fieret: nã quasi pro lege pateretur, faciliores ad credendum ei fiebant, ita morte sua cæteris prodesse studebat. Hæc Cyrillus.

ANNOTATIO XLI.

Quale fuerit incestus Herodis adulterium.

Hieronymus Matth. decimoquarto de hac Herodiade sic inquit: Vetus narrat historia, Philippum Herodis maioris filium, sub quo Dominus fugit in Aegyptum, fratrem huius Herodis, sub quo passus est Christus, duxisse Herodiadem filiam Regis Aretæ, postea vero socrum eius, exortis quibusdam contra generum simultatibus, tulisse filiam suam, & in dolorem prioris mariti, Herodis inimici eius nuptiis copulasse. Hæc & alia Hieronymus: ubi nota Hieronymum fuisse eius opinionis, Herodem nempe tulisse vxorem fratris Philippi viuentis, quod sequentibus verbis explicatius dicit, in quo etiam conuenit Eusebius lib. primo histo. capit. decimo, in altero tamen discrepat; citans enim, & sequens Iosephum lib. 18. Antiquit. cap. 7. dicit Herodem Tetrarchã prius duxisse filiam Aretę Regis Arabum, qua repudiata tulisse Herodiadem vxorem fratris viuentis, eaque de causa Aretam Regem bellum illi intulisse; sic enim nunc in Eusebio legimus. Iosephus autem loco citato addit, Herodiadem hãc filiam fuisse Aristobuli, qui filius etiam Herodis primi fuit, eamque vxorem fuisse Herodis non illius Tetrarchæ, sed alterius fratris eiusdem Herodis Tetrarchę ex alia matre, nam Herodes primus multas duxit vxores, ex quibus varios habuit filios. Hoc autem dictum Iosephi contradicit Euãgelio Marci 6. vbi Herodias hæc dicitur vxor Philippi fratris Herodis Tetrarchę. vnde in hac parte Iosepho credendum non est, nisi dicamus cum quibusdam recentioribus, hãc Herodem virum Herodiadis esse Philippum appellatum. In hoc autem Hieronymus, Eusebius, & Iosephus cõueniũt, scilicet Herodem Tetrarcham tulisse Herodiadem vxorem fratris sui viuentis, & sibi in vxorem copulasse, vnde & adulterii, & incestus à Ioanne arguebatur. Idem tenent Glossa interlinearis Matth. 14. & Mar. 6. & Beda, ac Druthmarus Matth. 14. Quidam vero alij in hoc dissentiunt, asserentes Herodẽ copulasse sibi matrimonio Herodiadem vxorem Philippi demortui, qui reliquerat ex Herodiade filiam, hancque de causa à Ioanne reprehensum, quod contra legem ageret: nã prohibitum erat lege Deut. Leuit. & fratris etiam demortui vxorem ducere: Turpitudinem, inquit, fratris tui non reuelabis; turpitudo enim fratris tui est, vnoq; solo casu licebat, & præceptum erat eam ducere, nimirum ad suscitandum semen fratris, quando sine liberis discesserat, vt habetur Deutero 25. quod in hoc Herodis facto locum non habebat: nam Herodias ex Philippo mortuo puellã illam saluatricem conceperat, quãuis Iosephus Philippum sine liberis discessisse affirmet; putat enim Herodiadem non fuisse Philippi vxorem, quod vti diximus Euangelio aduersatur. Huius opinionis fuit Tertullianus lib. 4. contra Marcionẽ, affirmans Ioannem reprehendisse Herodem, quia contra legem agebat, susceperat enim vxorem fratris emortui, qui semen reliquerat quod etiam Chrysost. hom. 49. in Matt. affirmat, & Nicephorus lib. 1. hist. ca. 19. cum aliis. Herodes enim licet gentilis natione esset, legem tamen Moysis profitebatur. Mihi tamen prior opinio verior videtur.

Adiecit & hoc super omnia.

COMMENTARIA.

HErodes ergo de his à Ioanne correptus nihilo melior est factus, imo in peiora procubit, & malis adiecit peiora; ut enim, inquit Greg. lib. 10. Moral. ca. 3. cum uera uox prauorum se auribus admouet, memoriam culpa mordet, & in redargutione uitiorum, quo intus cognitione mens tangitur, foris ad studium contradictionis excitatur. Notat autem Lucas hoc postremum crimen, quasi id ceteris quantumuis ingentibus, & grauibus præponderaret flagitijs.

ANNOTATIO XLII.

Herodes et puella Herodias punitur ob Ioannis necẽ.

QVantũ scelus Herodis fuerit in Ioannis occidendo, vel ex ipso Iosepho cõstat, qui lib. 18. Antiq. c. 7. referens bellum, quod Areta Rex illi intulit, eo quod filiam eius nuptui datam expulerit, vt Herodiadem duceret, in eoque bello victus Herodes fuerit, inquit sic: Apud Iudæos fuit opinio, iusta vltione numinis deletum Herodis exercitum, propter Ioannem, qui Baptista cognominatus est. Hæc ille. Ex eodem etiam Iosepho lib. 18. c. 9. iustum Dei iudicium contra hoc flagitium Herodis constat, nam iniquis, & ambitiosis cõsiliis Herodiadis ductus tentauit id, vnde cuenit, vt à Caio Cæsare fuerit Tetrarchia priuatus, & in exilium missus, & quæ causa fuit Herodi, vt Ioannem occideret, eadem causa etiam fuit, vt regnum perderet. Apparuit etiam iusta Dei vindicta contra Herodiadem, quã Nicephor. lib. 2. hist. c. 20. refert, sic enim de Herodiade inquit: Eundum et quoniam brumali tempore erat, & fluuius traiiciendus, qui cum glacie constrictus coagmentatusque esset, pedes cum transibat, glacie autem rupta (idque non sine Dei numine) demergitur illa statim capite renus, & inferioribus corporis partibus lasciuiens, molliusque se mouens saltat, non in terra, sed in undis; caput vero scelestum frigore, & glacie concretum, deinde etiam conuulneratũ, & à reliquo corpore, non ferro, sed glaciei crustis resectum, in glacie ipsa saltationem lethalem exhibet, spectaculoque eo omnibus præbito, in memoriã ea, quæ fecerat, spectantibus reuocat.

Et inclusit Ioannem in carcerem.

COMMENTARIA.

MAlum, quod super cætera omnia Herodes adiecit, hoc est, q̃d Ioannem misit in carcerem, & occidit, vt Matthæus & Marcus narrant. Particula (&) declaratiua est, quasi dictum esset, id est, Ioanem in carcerem misit; hoc enim est, quod super omnia adiecit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO XLIII.

Herodes quare Ioannem carcere cõcluserit.

MAtthæus, & Marcus vnam causam solam referũt, cur Herodes in carcerem miserit Ioannem, nimirum, quia arguebatur ab eo de Herodiade à fratre ablata, & sibi vxoris nomine copulata. Lucas autem meminit etiam alterius causę, scilicet, quia de multis alijs flagitijs reprehendebatur: Iosephus autem lib. 18. Antiquit. ca. 7. adiunxit tertiam, non facta mentione aliarũ; sic enim, inquit: Cum magni concursus ad Ioannem fierent, plebe talis doctrinæ auida, Herodes veritus, ne tanta hominis auctoritas defectionem aliquam pararet, qđ viderentur nihil non facturi ex eius consilio, iudicauit satius esse, priusquam noui aliquid exoriretur, illum tollere, quam rebus turbatis seram pœnitentiam agere. Itaque vinctum missum in Machæruntem, illic occidi imperat. Hæc ille, quæ veritati Euangelicæ non videntur consentanea, vt ex Matthæo, & Marco constat, ideirco causa hæc non est probanda; Ioannes enim præcipue propter Herodiadem missus est in carcerem, & occisus: simul etiam, quia Herodem de malis ab eo perpetratis corripiebat. Fieri etiam potuit, vt timeret rebellionem populi ex hac Ioannis coreptione, atque hic timor ex parte quadam eum induceret ad Ioannem vinciendum, & occidendum: propriæ vero causæ sunt, quas Euangelistæ narrant, & inter eas prima.

ANNOTATIO XLIV.

Graue scelus est ea homines sanctos sęuire.

GRauissimũ, & pernicioſissimum peccatum est, homines iustos & sanctos, qui vel suo exemplo, vel prædicatione à malo nos retrahunt, & in bonum inducũt, ea de causa persequi, expellere, & necidere. Quod peccati genus Dominus Matth. 23. exprobrans dixit: Mitto ad vos sapientes, & prophetas, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis, & persequemini. Quã autem pernicioſsum sit, ostendens subiungit. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus. Et paulo inferius: Relinquetur, inquit, domus vestra deserta. Hoc autem maxime apparet ex tribus præcipuis circumstantijs, quæ in hoc peccato, præter iniustitiam ipsam sunt. Primo quidẽ est ingratitudo maxima; hi enim iusti, & viri sancti sunt benefactores nostri tanto maiores, quanto maius beneficium est spirituale, quam temporale: quod enim æquale beneficium esse potest illi, quo à peccato auertimur & ad salutis viam reuocamur? Qui igitur iustos homines, & verbi prædicatores persequitur, in suos maxime benefactores inuehitur. Secundo, hi ipsi viri sunt parentes spirituales; Paulus enim 1. Cor. 4. quos ad Euangelium sua prædicatione conuertit, filios appellat, seque eos genuisse affirmat: parricidii ergo conuincitur is, qui hos occidit. Tertio iusti viri, & sancti sunt, qui apud Deum nos maxime protegunt, & eius indignationem à nobis auertunt: qui igitur hos expellit, & occidit, priuat se defensione & protectione. vt enim, inquit, Ambr. lib. 1. de Abraham cap. 6. Iusti sunt velut muri ciuitatis: qui igitur eos interficit, similis est illi, qui ciuitatis ab hostibus circumsessæ muros, quibus protegebatur, euertit. Pulchro exemplo eam doctrinam probat Ambrosius. Si enim, apud Sodomos decem iusti inuenti fuissent, ciuitates illæ igne consumptæ non essent. Genes. 18. nec ante ignis in illis descendit, quam iustus Loth esset extractus. Hoc ipsum Salomon Prou. 17. egregie docuit; Non est, inquit: bonum, damnũ inferre iusto, nec percutere Principem, qui iudicat iuste. Optima profecto sententia; qui enim iuste iudicantem Principem percutit, sibi nocet: nã insurgent latrones, & fures, & homicidæ, deficiente iusto Principe, a quibus is, qui percussit, magnum patietur detrimentum, & grauius, quam a iusto Principe pati poterat. Ex his constat, quam graue flagitiũ, quamque pernicioſsum, & nociuum fuerit, Ioannem, qui populos ad Christum recipiendum præparabat, quique Deo acceptiſsimus, ac ad impetrandam pro populo diuinam misericordiam efficaſsimus erat, includere in carcerem, & occidere.

Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato.

COMMENTARIA.

REuertitur Euangelista ad historiam, quam, vt Herodis flagitium narraret, interruperat. Cum igitur omnis populus, id est, multi de populo bapti-

baptizarentur (nõ enim omnes, vt supra diximus, baptizati sunt) & Iesus etiam baptizatus esset. Perficitur hæc sententia sequenti, nempe cum baptizatus esset, & oraret, cęlum apertum est. Magna hic Saluatoris humilitas ostenditur. Primo quidem, quod baptizari, quasi peccator, & quasi pœnitentia indigens, voluerit. Secundo, quod à seruo Ioanne baptizari Dominus dignatus sit. Tertio, quod baptismum susceperit vna cum cæteris de plebe, quasi vnus de eis. Quarto, quod baptismo suscepto orauit Deum, quo se Patre inferiorẽ profitebatur; orare enim inferioris est. At quo profundius ipse se humiliat, eo gloriosus exaltatur: nam & Ioannes palam eum baptizare recusat, affirmans se potius ab illo baptizari debere; cęli etiam maiestatem eius indicant, Spiritus sanctus sanctitatem illius manifestat, ac Pater eum suum verum filium testatur.

ANNOTATIO XLV.

Quo ordine hæc facta fuerint.

EX Matthæo 3. & Marci 1. constat rem sic gestam fuisse. tunc cum Ioannes baptizabat, venit Iesus à Nazareth Galileæ in Iordanem, vt baptizaretur ab ipso. Ioannes autem prohibebat ipsum dicens, ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? respondens autem dixit ei: sine modo, sic enim nos decet implere omnem iustitiam, tũc dimisit eum. & baptizatus est ab ipso Ioanne in Iordane. baptizatus autẽ confestim ascendit de aqua, & orauit, & ecce cęli aperti sunt ei, & vidit cęlos apertos, & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, & vidit Christus Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se, & ecce vox de cęlis dicens. Tu es Filius meus dilectus, in te mihi complacui. Hæc est integra historia, ex qua deducimus cęlos apertos fuisse, & Christum vidisse eos apertos. Hæc enim distincta sunt, & vnum sine altero esse potuit. Similiter Spiritum specie columbæ descendisse super eum, & hoc etiam visum fuisse à Christo; sunt enim pari ratione hæc duo etiam distincta. Nos verba sola Lucæ interpretamur, ijs, quæ aliorum Euangelistarum sunt, prætermissis.

Patres nõnulli ex traduerit rationes ob quas Christ⁹ baptiza fuerit.

Nõ immerito autem quispiam interrogabit, cur Christus baptizari voluerit, eo maxime, cum ille Ioannis baptismus fuerit in pœnitentiam, qua Christus innocẽs, qui nec peccauit, nec peccare potuit, non indigebat. Huius rei causas aliquot sacri Doctores assignant. Prima est, vt virtutem purgandi animas à peccatis daret aquis, sicuti postea factum est in baptismo ab ipso instituto. Hanc causam variis verbis sacri Doctores tradiderunt. Greg. Nazianz. in oratione in Christi natiuitatem: Videbis, inquit, Iesum in Iordane meam purgare expurgationem, seu potius purificationem aquas sanctificantem. Idẽ dicit Cyprianus serm. de Baptismo: Venit, inquit, Christus ad baptismum non indigens lauacro, in quo peccatum non erat, sed, vt sacramẽto perennis daretur auctoritas. Id etiam Ambro. in præsenti: Baptizatus est, inquit, Dominus, non mundari volens, sed mũdare aquas, vt ablutæ per carnẽ Christi, quæ peccatum non cognouit, baptismatis ius haberent. Chrysost. etiam hom. 25. in Ioan. Ex quo, inquit, Iordanis alueum ingressus est Christus non amplius reptilia animarum viuẽtium, sed animas rationales, & spiritales aqua producit. Chromatius ẽt in Fragmentis Matth. 6. Baptizari, inquit, voluit, non vt peccata deponeret, qui peccatum solus non fecerat, sed, vt aquas baptismi sanctificaret ad diluẽda peccata credentium; nunquam enim aquæ baptismi purgare peccata credentium potuissent, nisi tactu Dominici corporis sanctificatę fuissent. Hieronymus etiam Matth. 3. Vt Iordanis, inquit aquas sanctificans, per descensionem columbæ Spiritus sancti in lauacro credentium monstraret aduentũ. Idem docet August. sermone 29. de tempore. In Iordanis, inquit, vndis aquas ad reparationẽ humani generis suo baptismate consecrauit. Et inferius: Ipsi fuit baptismi ratio, vt aquę quæ purgaturęnos erat, ab illo ante purgarentur. Et in serm. 37. Baptizatur, inquit, non vt purificetur, sed vt aquas ipse sanctificet, baptizat nouus homo, vt nouum baptismatis constituat Sacramentum. Hæc Sanctorum doctrina non sic intellgenda est, quasi Christus tunc virtutem aliquam purgandi animas aquis imprimeret, sed qđ suo facto aquas

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad purgandum animas institueret, & ordinaret; præcipua enim causa cur baptizari voluit, ea fuit, quia per aquas mundum à peccatis purgare, & mundare decreuerat. Nec etiam sic est intelligenda hæc Patrũ doctrina, quasi si nõ baptizatus esset Christus, aquæ non potuissent lauare animas; non enim hoc verum est, nam baptismus Christi ideirco lauat animas, quia adest virtus Spiritus sancti: sed Doctores id significare voluerũt, Christum baptismum in Spiritu sancto, & aqua instituturum voluisse prius facto suo aquam sanctificare, & in hoc munus præordinare, sicque illà prima causa intelligi debet. Secundam huius rei causam adfert Auguſt. lib. 5. de Baptismo cap. 9. nempe, vt significaret omnibus, quantum crimen committeret, qui baptismum ab ipso instituendum non acciperet. Verba Augustini sunt hæc: Sicut se subiecit pedibus eorum, quos ipse diligebat, sic Ioānis muneris, quod ipse donauerat, vt intelligerent omnes, quanto superbiæ sacrilegio quisque contemneret baptisma, quod à Domino deberet accipere, quando ipse Dominus accepisset, quod seruo, vt proprium dare posset, ipse præstiterat. Subiungit ibidem Augustin. tertiam causam, nempe propter humilitatem, vt inter omnes humillimus inueniretur, qui eius se baptismo subiecit, qui se profitebatur non esse dignum, vt illius calceamenti corrigiam solueret. Hanc humilitatem commendans Chrysost. hom. 12. in Matt. inquit: Cum famulis Dominus, cum reis Iudex baptizandus venit. Verum nihil tibi hinc cõturbationis oriatur, in his quippe humilibus illius sublimitas vel maxime resplendet. Qui. n. dignatus est tãto tẽpore gestari in vtero virginali, cumq; nostra in dies procedere natura, cædi, atque crucifigi, conctaq; perpeti, quæ passus est, quid miratis etiam si baptizari suscipiat, cumq; alijs ad seruum venire nõ respuat? Illud est quippe admirationis omnimodo plenum, quod scilicet ille, qui erat Deus, homo fieri voluit; iam vero alia iuxta rationis ordinem cõsequuntur. Hæc ille. Quartam causam adfert Hieronymus Matth. 3. nempe vt baptismate suo Ioannis baptisma comprobaret. Quintam causam, vt notauit Ambro. ipse Dominus tradidit Matth. 3. recusanti enim Ioanni eum baptizare respondit; Sinc modo, sic decet nos omnem implere iustitiam, quasi diceret: Non accipio baptismum tuum, ô Ioannes, quasi eo indigeam, sed vt obseruatorem totius legis me exhibeam, nec quicquam contra me habeant Iudæi, quod opponant; seruaui enim Moysis legem, superest etiam tuo me baptismo, qui à Deo est, subijci, & qui circumcidi volui non ex necessitate, baptizari etiam non respuo sine obligatione, & indigentia. Ita dicit Leo Epist. 4. ad Episcopos per Siciliam constitutos c. 6. Vnde Chrysostom. hom. 10. in Matth sic inquit: Christus per omne tempus iustitiam legis implens, tum demum venit ad baptismum, quasi cumulum cunctis legis obseruationibus imponẽs; quod enim hoc postremum fuerit ex. operibus legalibus audi, quid dicat: sic decet implere omnem iustitiam. quod dicit, hoc est: omnia iam lege præscripta compleuimus, nec vllum transgressi sumus mandatum, quoniam hoc vnum iam restat, oportet & istud adiungi, sicque à nobis omnis iustitia implebitur. Hæc ille. Sextam causam adfert Chromatius loco paulo ante citato: Non sui inquit, causa baptizari Dominus venit; sed causa nostri, vt impleret omnem iustitiam; iustum enim est quod quis docet alterum, facere prior incipiat. Quia igitur Magister, & Dominus humani generis venerat, exemplo suo docere voluit, quid esset faciendum, vt discipuli Magistrum, serui Dominum sequerentur. Quia ergo nouum baptismum daturus erat ad generis humani salũtem, & remissionem peccati, prior ipse baptizari dignatus est, non vt peccata deponeret, qui peccatum solus non fecerat, sed vt aquas baptismi sanctificaret ad diluenda peccata credentium. Hæc ille. Alias causas congregat Damascenus lib. 4. de Fide cap. 10. sub his verbis: Tinctus est autem, non quod ipsi purgatione opus esset, sed purgationẽ meam sibi adsciscens, vt capita draconum in aqua conteret; vt peccatum obrueret, ac totum veterem hominem in aqua sepeliret; vt eum, à quo tingebatur, sanctitate afficeret; vt legem expleret; vt Trinitatis mysterium aperiret; vt denique nobis suscipiendi baptismi formam atque exemplum, sese præberet. Hæc Damascenus. Augustinus etiam lib. 3. de mirab. sacræ Scrip. c. 1. alias adfert causas, sic enim, inquit: Ad baptismum descendit Dominus,

non

non quod baptismo egeret, qui propriij, aut originalis peccati nullam culpam haberet; sed vt aquas, quas quamuis in delicto Adæ Deus non maledixerit terræ, quæ continebantur, maledictione infectas purgaret, & ne quisquam baptismi sacramentum negligeret, dum qui sine peccato fuerat, baptismi aquas iniuit. Et ne quisquã ab inferiori baptizari parui penderet, dum Deus Dominus à seruo suo mergi vndis baptismi appeteret, & quatenus adhuc se à diabolo, donec tentatio perficeretur, occultaret, qui illum velut lauacro indigentem, vt inter pollutos peccaminibus ablui aquis conspiceret. Hæc ille. In quibus verbis sunt aliquæ causæ ex narratis, & quædam aliæ adiunctiuæ. Multo igitur aliter Christus baptizatus est quam cæteri; Christus enim non à baptismo sanctitatem accepit, sed ipse se baptizantem, & baptismum eius sanctificauit, idcirco baptismum Ioannis suscepit, qui in aqua erat sola, nec sanctitatem dabat; sic enim manifestius erat Christum potius eum sanctificasse, quam per illum sanctificatum fuisse. Dubitari autem posset, cur non solus Christus sit baptizatus, sed alĩ etiam baptizati sunt, & cur si alij etiam baptizati sunt, non omnes baptismo Christi baptizandi, baptismum Ioannis susceperint. Vtrique dubio respondet Augustin. lib. 5. de baptismo cap. 9. vbi sic inquit: Si Ioannes Christum solum baptizasset; melioris baptismi Ioannes dispensator esse putaretur, quo ipse Christus solus tinctus esset, quam Christi baptismus est. quo Christiani tinguntur. Et rursus. Si omnes prius baptismo Ioannis, & deinde Christi baptizari oporteret, minus plenus, minusque perfectus Christi baptismus merito videretur, qui non sufficeret ad salutem. Quocirca & baptismo Ioannis baptizatus est Dominus, vt superbas hominum ceruices ad salutarẽ suum baptismum flecteret, & non solus ipse baptismate tinctus est, ne hoc ipso superius ostenderet, quod eo solo ipse baptizari meruisset, & vltra illud perseuerare non fuit, ne hoc vnum, quo ipse baptizauit, indigere alio præcedente videretur. Hæc ille.

Et orante.

COMMENTARIA.

COnnectitur præcedentibus sic. Cum populus baptizaretur, & Christus etiam baptizatus esset, post Baptismum susceptum orauit, tunc apertum est cælum. Aduerte post baptismum, quẽ in Iordane suscepit, ab vndis ad terram ascendisse, & orasse, ne quæ statim facta sunt, baptismo Ioannis adscriberentur. Orauit autẽ, vt suo baptismo, quem instituturus erat, virtutem sanctificandi obtineat; sicut autẽ baptizatus est, vt homo, ita etiam orauit, vt homo.

ANNOTATIO XLVI.

Quæritur Christus post baptismum orauit.

POsset etiam quispiam interrogare, cur post baptismum Christus orauit. Aduerte Christum, vt refert Matthæus, similiter, & Marcus, cum in Iordane baptizatus esset à Ioanne, confestim ascendisse ab aquis in terram, & illico, vt narrat Lucas, orasse. quę duo ideo fecit, vt ea, quę statim facta sunt, mempoc̃lorum apertionem, vocem Patris, Spiritus sancti descensum super eum, nemo baptismo Ioannis adscribheret, sed ipsius orantis Christi virtuti; ideo enim baptizatus, non est in aquis cõmoratus, sedà fluuio egressus; si enim dum in aquis esset, id euenisset, facile errarent adstantes, tribuentes Ioãnis virtuti, aut eius baptismo. confestim ergo egreditur: orationi autem intendit, vt omnem suspicionem auferat, & nemo fallatur. Orauit etiã alia de causa; sciens enim quæ futura erat, nempe Patris admirãdum testimonium, & Spiritus sancti descensum, vt homo, oratione se præparat, tam magnificum beneficium recepturus. Euthymius Matth. 3. aliam adfert huius orationis causam: Baptizatus, inquit, orabat, docens eos, qui baptizati, sunt, orare. Hanc causam pluribus verbis dilatans Beda, inquit: Quod Iesus, cuius omnia, quæ Patris, sunt, orasse memoratur, ad nos informandum actum, nõ dubitatur, quibus post lauacrum baptismatis aula cęli pandatur, non ociosè viuẽdum, sed ieiunijs, precibus, atque eleemosynis esse intisiendum. Quia etsi peccata

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia sint in baptismo laxata, non adhuc tamen est carnis fragilitas solidata; nam quasi transito mari rubro, necatos quidem gratulamur Aegyptios, sed in deserto mũ danæ cõuersationis hostes occurrunt alij, qui duce & cooperatrice Christi gratia, nostro sudore vincãtur, donec promissam vitæ æternæ perueniamus ad patriam. Hæc Beda.

Apertum est cælum.

COMMENTARIA.

HAc sententia perficitur præcedẽs, post baptismum enim susceptũ, cum orasset cælum apertum est, id est, splendor in regione superiori quidam apparuit, quasi cælorũ apertura, quã Philosophi hiatum cæli appellãt. Hoc autem factum est, tum vt columbæ descensu Spiritus sancti aduentus ostẽderetur, tum vt vox non hominis, sed Dei, cuius sedes cælum est, agnosceretur, tum demum vt per baptismum Christi, ianua cæli aperienda significaretur; baptizati enim, & purgati, si qd sordis post baptismum contraxerint, non iam limbo detinentur, sed in cælũ euehuntur.

ANNOTATIO XLVII.

Cælum quare, et quomodo apertum fuerit.

MAtthæi 3. dicitur: Ecce aperti sunt ei cæli. Quæ autem sit apertio hæc, & qua de causa facta, non eodem modo Docto es explicant. Hieron. Matt. 3. Aperti, inquit, sunt cæli, non reseratione elementorum, sed spiritualibus oculis, quibus & Ezechiel in principio voluminis sui apertos eos esse commemorat. Hæc Hieronymus. Non igitur secundum Hieronymum, apertura aliqua reali cæli sunt facti, nec sensibili aliqua specie, quasi aperti visi sunt, sed spiritualiter, quia oculis mentis per cõtemplationem reuelata sunt mysteria cælestia. Hæc expositio non satis accommodata mihi videtur: nã sicut vox, & columba sensibiliter percepta sunt, ita etiã sensibilis fuit apertura; hæc enim propter illas facta est. Chrysostom. in Matth. in imperfecto hom. 4. idem sentit cum Hieronymo in hoc, quod cæli non sint reipsa scissi, & aperti: aliter tamen apertura hanc interpretatur, nimirum, quia oculis corporeis Christus vidit, quæ in cælis erant, sicut Stephanus dicitur cælos vidisse apertos, quia vidit, quæ in cælis erant, nempe Christum, ac si aperti fuissent. Quę expositio prout arbitror, non videtur etiam satis accommodata; nam non Christus solus, sed etiam Ioannes & adstantes viderunt cælorum apertionem, sicut etiam viderunt columbam, & audierunt vocem Patris; hæc enim facta sunt in testimonium Christi, vnde alijs etiam innotescere debuerũt. Eodem argumento refellitur quorundam aliorum interpretatio, scilicet, factam hãc apertionem fuisse non visibiliter, sed imaginarie; Christus enim sua imaginatione cælos apertos vidit. Quod dici non potest, cum hæc apertio sit facta in testimoniũ. nec obstat verbum Matthæi, vbi dicitur (Aperti sunt ei cæli) non enim id significant hæc verba, quasi ipse solus viderit, sed quod propter eum, vt interpretatur Chrysost. in imperfecto hom. 4. aut etiam quasi versus eum sit apertio facta, non autem qđ alijs fuerit visa. Existimo ergo cũ præfatis Doctoribus non fuisse cælos scissos realiter, sed apparuisse sensibiliter, & corporeis oculis splendorem in regione superiori, quasi cæli essent aperti, vt in Commentario dictum est. Qua autem de causa hæc apertura sit facta, August. serm. 29. de Tempore respondet, sic dicens: Ideo cælum aperitur, vt mysteriũ baptismatis in hoc declaretur, quia quando homo de baptismo egreditur, tũc ianua regni cælestis ei aperitur. Chrysostomus autem in imperfecto hom. 4. cum priori, etiam alteram adfert causam; Aperti sunt, inquit, cæli, vt exemplo eius intelligamus, quia omnes homines recti, qui baptizati Spiritum meruerunt accipere sanctum, similiter aperiũtur eis cæli, & vident ea, quæ sunt in cælo, non carnalibus oculis videndo, sed spiritualibus fidei credendo. Adducit etiam ibidem tertiam causam: cæli, inquit, sunt Scripturæ diuinæ Prophetarum, & Apostolorum, in quibus habitat Deus, de quibus scriptum est. Quoniam videbo cælos opera digitorum tuorum, Lunam, & stellas, quæ tu fundasti: ergo qui baptizatur, & meretur accipere Spiritum sanctum, adaperiũtur ei omnes Scripturæ, vt intelligat, quę ibi posita sunt mysteria veritatis. Hęc ille. Augustinus serm. 37. aliam adiungit, quæ quarta est: Aperti sunt, inquit cæli, existimo vt in cælestibus esset miraculum de his, quæ agebantur in terris: quomodo enim poterant non admirari Virtutes cælorum, & Dominationes Cherubin, & Seraphin, cum viderent Dominum Sabaoth in fluuio à Ioanne baptizari? Hæc Augustinus. Quæ omnia ad spirituale sensum pertinent. Ad literalem tamen ea, quæ in Commentario dicta sunt, magis facere videntur.

Et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum.

COMMENTARIA.

Quare columba qua Spiritus sancti signũ erat, sub Christũ descenderit.

CAelo aperto columba Spiritus sancti signum descẽdit, & super eum mansit: descendit autem, tum vt eum sanctum, & Spiritu sancto conceptum indicaret, tum, vt Ioannes Baptista eum esse Messiam indicio cælesti cognosceret; dictum enim erat ei à Deo; super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eũ, ipse est, qui baptizat in Spiritu sancto, vt habetur Ioan. 1. tum, vt significaret Christum iam inchoare officiũ redemptionis: tum demum vt nobis innotesceret, eos, qui Christi baptismo baptizandi erant, Spiritum sanctũ accepturos esse, & donis, ac virtutibus ipsius ornandos. Epiphanius in Ancorato addit etiam: descendisse Spiritum sanctum, vt demõstraret aquas esse iam puras ijs, qui baptizandi erãt in nomine Patris, Filij, & Spiritus sãcti. Spiritus sanctus autem descendisse dicitur, non quod substantia ipsius, quæ vbique est, locum mutauerit, sed quod species columbæ, quæ signum erat ipsius Spiritus sancti, descendit, sicut etiam in discipulos sub ignis specie descendisse dicitur. Cõueniens autem signum Spiritus columba est, ad exprimendam simplicitatem, & innocentiam, & animi candorem, quæ à Spiritu sancto sũt, & in Christo erãt. Et recte quidem in Christum descendit, vt Hieronymus Matth. 3. notauit, ne vocem Patris, Hic est filius meus, de Ioanne pronunciatam adstantes existimarent.

ANNOTATIO XLVIII.

Refellitur quaedam haeresis, & Tertulliani verba de colũba hoc referuntur.

AMbrosius lib. 1. de Sacramentis ca. 5. notat dictum (sicut columba) quia nõ erat vera columba, sed species, seu figura eius, quod in Commentarijs in Ioannem diximus. Recte et Aug. lib. 3. de mirabilibus sacræ Scripturę c. 5. annotauit Spiritũ sanctum descendisse super Christum; non qđ ante non habuerit Spiritũ sanctũ; qui vt homo, de eo iam conceptus erat; & ab vtero matris sanctus erat; ut aũt Deus, ipse erat cõsubstantialis, sicut nec qđ sequitur (filius meus es tu) tunc habuit, cum baptizatus est, quippe qui filius Dei conceptus fuit. sed hæc facta nunc sunt ad significationem, vti dictum est in Commentario. Fuit antiqua hæresis diuidentium Christũ à Iesu, & affirmantiũ Christum descendisse, & vnitum fuisse cum Iesu in baptismo, idq; significare descensum hũc. De hoc tũ, & de alijs nonullis ad hunc descensum, & columbã pertinentibus, diximus in Commentarijs in Ioannem annotatione 70. & sequentibus; idcirco eam prętermittimus, illic lector, si libet legere, inueniet, solũ hoc in loco verba Tertullitani lib. de baptismo referam. Sanctissimus, inquit, spiritus super emundata, & benedicta corpora libens à Patre descendit super baptismi aquas, tãquam pristinam sedem recognoscens con quieuit; colũbæ figura delapsus in Dũm, vt natura Spiritus sancti declaret per animal simplicitatis, & innocentiæ, quod etiã corporaliter ipso felle careat columba, ideoq; inquit: Estote simplices sicut colũbæ. Nec hoc quidem sine argumento præcedentis figuræ. Quemadmodum. n. post aquas diluuii, quibus iniquitas antiqua purgata est post baptismũ (vt ita dixerim) mundi, peccata pace cęlestis iræ præco colũba terris annunciauit dimissa ex arca, & cum olea reuersa; eadem dispositione spiritalis effectus terræ, id est, carni nostræ emergendi de lauacro post vetera delicta, columba Spiritus sancti aduolat, pacem Dei adferens emissa de cælis, vbi Ecclesia est arca figurata. Hæc Tertullianus. In quibus illud annotandum est, quod de columba refert, nempe non habere fel non omnino ab Aristotele probari,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui lib. 2 hist. Animal. cap. 15. dicit habere quidē sed valde exiguum, illudque iunctum intestino, vt propemodum sensum effugiat.

Et vox de cęlo facta est.

COMMENTARIA.

DEscendēte Spiritu sancto specie columbæ, & manēte super Christum, vox Patris de cęlo auditur, non solum à Ioanne, sed à turbis etiam circumstantibus, testimonium de Christo reddentis. prius quidem columba māsit super eū, vox postea secuta est, ut de eo pronunciata esse dignoscerētur, super quem Spiritus descenderat, & manebat. De cęlo autem dicitur facta, quia ab alto audita est, quasi de cęlo emissa.

ANNOTATIO XLIX.

Duplex columbę, et paterna vocis cōsideratio.

ADuerte vocem, & columbam dupliciter considerari posse. Vno modo, quātum ad naturam suam; illa enim accidēs, seu sonus quidā in aere formatus est, hæc vero substantia quædam est. Altero modo, quantum ad significationem. Si modo priori considerentur, à tota Trinitate, Patre, Filio, & Spiritu sancto factæ sunt: cum enim sint quædam res creatæ, necesse est à Trinitate tota eas esse productas. nihil n. facit pater, quod non & filius & Spiritus sanctus, vna, & indiuisa actione, sicut vna est in tribus essentia, & potentia. Si vero posteriori modo cōsiderantur, tunc distinctas significant personas: nam columba Spiritum sanctū, vox Patrem indicat, sicut nobis etiam accidit; vocibus enim & imaginibus Deum significamus, quas voces, & imagines non dubitamus totius Trinitatis virtute, & potētia nobiscum concurrente esse factas, vna tamen voce, & imagine Patrem, alia Filium, aliam Spiritū sanctum significamus. Hæc eadem distinctio procedit in Christi humanitate, quæ etiā considerari potest quantum ad substantiā suā, sicq; à tota Trinitate facta est. Altero modo quantum ad vnionem sicq; soli filio vnita est. Columba igitur solum Spiritum sanctum, vox hęc solum Patrem significat, homo vero hic, super quem columba descendit, & de quo vox pronunciat, solus est filius, licet columba, vox, & humanitas à tota Trinitate sint effectæ, & creatæ. Doctrina est hæc ab Augustino tradita serm. 38. de Tempore. cuius verba sunt. Indubitanter, inquit, credere debemus ipsam sanctam Trinitatem esse inseparabilis substātiæ, essentiæ, inseparabiliterque operari, quicquid à singulis personis legimus operatum esse. Quamuis enim certissimū sit, Patrem esse solum, qui dixit, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui; & filium esse solum, super quem illa vox solius Patris sonuit, quando in Iordane secūdum Ioannem baptizatus est idem vnigenitus Deus, qui carnē solus accepit, & Spiritum sanctum Patris, & filij solum esse, qui in specie columbæ super eum baptizatum ascendentē de aqua, descēdit, & quinquagesima die post resurrectionem Christi fideles in vno loco positos in linguarū igneatum visione aduenientes repleuit: illam tamen verissime vocem, qua solus locutus est Deus Pater, & illam carnem, qua solus homo est vnigenitus Deus, & illam columbā, in cuius specie Spiritus sanctus super Christum descendit, illasque linguas igneas, in quarum visione fideles in vno loco constitutos repleuit, opera esse totius sanctæ Trinitatis, id est, vnius Dei, qui fecit in cęlis, & in terra visibilia, & inuisibilia, verissime credendum est. Hęc Augustinus. Aduerte præterea Augustinum eundem ser. 37. de Tempore cautam quandā præter superius dictas assignare, cur super Christum, & columbæ specie Spiritus sanctus descenderit, & vox patris audita sit, nimirum, vt testificatio Ioannis, quam de Christo exhibuerat, diuino testimonio cōfirmaretur; existimat enim Augustinus ante baptismum Christi Ioannem eum demonstrasse dicendo: Ecce Agnus Dei. Hoc tamen, vt ex Ioannis Euangelio constat, non vī probandum, post baptismum enim tale testimonium perhibuit. Verius tamen dici potuit, diuino testimonio confirmatum esse, id quod ante baptismum Ioannes coram turbis dixerat: Ego à te debeo baptizari; illū enim sibi prætulit, idq; Spiritus sanctus signo, & Pater sua voce comprobarunt: negandū vero non est, hoc diuino testimonio roboratum esse etiam, quod post baptismum Ioānes de Christo testificatus est. Paulo autem inferius de hoc patris testimonio plura dicemus.

Tu es

Tu es filius meus.

COMMENTARIA.

TEstatur Pater Christum filium suum, & in Græco est articulus emphaticus, Tu es ille filius meus, nō adoptiuus; sed naturalis, de quo scriptum est, Filius meus est tu, ego hodie genui te. Maiorē ac clariorem de Ioanne Baptista populus conceperat tunc opinionem, plurisque ille habebatur, quam Christus confirmarique ea opinio poterat, cum Christum illius baptismū suscepisse videret, idcirco testimonium patris præsente Ioanne fit, vtdū Christus solus filius pronunciatur, ille seruus agnoscatur, quātumcunque filius seruum, tantum Ioannem Christus excedere crederetur. Ad Hebr. 1. Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit: cui enim dixit aliquādo Angelorum, filius meus est tu, ego hodie genui te.

ANNOTATIO L.

Mysteria declarantur, quę sub hoc patris testimonio claudun tur.

AVgustinus lib. 2 de consensu Euangelistarum cap. 14. notat Matthæum c. 3. referre hoc testimonium Patris in tertia persona; Hic est filius meus; Marcum vero 10, & Lucam in secūda, Tu es filius meus. Nihil tamen contrarietatis esse dicit, quia ad eandem sententiam vtrumque pertinet, quamuis vnum horum Dominus dixerit: Matthæus vero explicare voluit, cuius causa hæc sit vox reddita, nimirū propter adstātes, vt eum filium esse Dei agnoscerent, idco ad eos referens scripsit: Hic est filius meus; Christus enim testimonio nō indigebat. Cæteri vero duo Euangelistæ verbum ipsum Patris narrarunt. Sunt nōnulla hoc loco annotanda.

Primo quidem verba hæc esse tantum significatiua; erat enim Christus ab ipsa conceptione in vtero matris Dei filius; tunc enim vnio facta est diuinæ naturæ cum humanitate in persona filij Dei, & ille homo filius erat Dei simul & hominis, nunc vero mysterium manifestatur, à Patre, & Spiritu sancto. Fuit hęresis antiqua, cuius meminit Irenæus lib. 3 ca. 10. Christum purum hominem fuisse vsque ad baptismum, in quo incœpit filius Dei esse. Diximus contra hanc hæresim supra in capite 1. & commentarijs in Ioannem, & satis conuincitur præsenti sententia; verbum enim est testificandi quod iam erat, Tu es filius meus.

Secundo, nota hoc verbo significatā esse mutationem veteris legis, quæ erat seruitutis, in statum Euangelicum filiorū Dei; de qua dicitur Romanorum 8. Non accepistis spiritū seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritū adoptionis filiorū, in quo clamamus Abba Pater, & Gal. 4. Misit Deus filiū suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Idcirco cum spiritus descendit, vox audit, Tu es filius meus, p eū. n. in filios Dei adoptandi eramus. Ioann 1. Quotquot receperunt eum, dedit ei potestatem filios Dei fieri.

Tertio nota, Christum non solum vt Deum, sed etiam, vt hominem esse filium Dei; vt Deum quidem, ratione naturæ diuinæ, quam ab æterno accepit à patre, generatione, vt hominem vero vnione, quia illa natura humana vnita erat personæ Filij Dei, eadem enim erat persona Deus, & homo, vnde non erat adoptionis filius nec vt Deus, nec vt homo, sed naturalis.

Quarto nota, Christo baptizato Spiritum sanctum descendisse specie columbę, & Patrem de Filio testimonium perhibuisse, vt mysterium salutis nostræ ordo reuelaretur, quia per baptismum salutarē Christi eramus futuri filij Dei, & donis Spiritus sancti muneribus, vt notauit Chromatius in fragmentis in Matth. in fine. Baptismus enim Christi, & tanquam cęli aperit, & filios Dei adoptionis facit, & Spiritus sancti gratiam dona, & virtutes inperiūtur, & Spiritus sanctus columbæ specie descendit, & vox Patris filium ostendēntis auditur.

Quinto etiam nota, significatum esse quoddam aliud diuinum mysterium, Baptismum nempe Christi futurum generationem quandam spiritualem, per quam renasciturī eramus in nouum hominem, & in Dei filios nō enim solum baptismus

Universidad de Deusto
Biblioteca

innouat, sed regenerat etiam Ioann. 3. Oportet nasci denuo. Tit. 3. per lauacrũ regenerationis, & renouationis. Non quidẽ vt iterum nascatur carnalis homo, sed vt nascatur spiritualis, & diuinus, & Dei filius. Quod enim natum est ex carne, caro est, quod natum est ex spiritu, spiritus est: idcirco quæ fuerunt in Christi generatione, & conceptione, in eius baptismo apparent; nam in cõceptione superueniens Spiritus sanctus, & virtus Altissimi obumbrans adfuerejin baptismo autem adsunt etiam Spiritus sanctus, & Pater, quia futurum erat, vt per Christum baptismus institueretur, qui esset generatio quædam diuina, & cœlestis.

Sexto etiam nota, adfuisse sensibiliter totam Trinitatem, Patrem loquẽtem, Spiritum sanctum descendentem specie colũbæ, Filium in carne visibili, quia totius Trinitatis nomine baptismus erat conferendus Matth. vltimo: Docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Postremo notat Augustinus lib. 2. de consensu Euangelistarũ cap. 14. in nonnullis codicibus legi hoc in loco; Tu es filius meus, ego hodie genui te. In vetustioribus tamen codicibus Græcis nõ haberi, nec vulgatus legit illud (Ego hodie genui te.)

Dilectus,

COMMENTARIA.

NOn tantum filium, sed dilectũ etiam Pater appellat, nõ solum qa super omnes dilectus est à Patre, Ioan. 3. Pater diligit Filium, & omnia dedit ei in manu: sed etiã quia ex summa erga nos dilectione Patris datus nobis est. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mũdum, vt filium suum vnigenitum daret, atque etiam, quia summi erga nos amoris Dei Patris est argumentum efficacissimum 1. Ioan. 3. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quia filium suum vnigenitum misit Deus in mũdũ. Est ergo dilectionis Dei erga nos, & effectus eximius, & argumentum manifestum. Græce autem est cum articulo, ille dilectus, ad singularitatem ostendendam, quia omnes nos filii irẽ eramus; ille autem solus dilectionis filius: & ad significandum, quod prædictum erat; quasi diceret, est ille dilectus de quo dictum est Isaiæ 5. Cantabo dilecto meo canticũ patruelis mei: Vinea facta est dilecto meo. Et huius dilecti frequens in Canticis mentio facta est. Perpende autem verborum consequentiam, Filius est, ideo dilectus. Nos gratia data, seu inhærente dilecti sumus: at Christus, quia filius est; diuinitas enim humanitati vnita eam fecit præcipue gratissimam, & dilectam Patri.

In te complacuit mihi.

COMMENTARIA.

TV es, in quo benefacere hominibus volui, & per quem ipsi mihi placuerunt; & beneplacitum meũ in eis implebitur. Ephesios 1. Vt notum faceret nobis sacramẽtum voluntatis suæ secundum beneplacitum eius, qđ ꝓposuit in eo in dispẽsatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt in Christo. Cõuenienter autem hoc præcedenti connectitur, quia tu filius es meus dilectus; idcirco cõplacitum est mihi per te. Per eum enim, qui filius est Patri dilectus, ij, qui nec filij, nec dilecti erant, placuerunt, & adoptionem filiorum, & hæreditatem consequuntur ad Ephesios 1. In laudẽ gloriæ gratiæ suæ, in qua glorificauit nos in dilecto filio suo.

ANNOTATIO LI.

IRenæus libro tertio cap. 11. illud Matthæi 12. ex Isaia 42. Ecce puer meus, quem elegi dilectus meus, in quo bene cõplacuit animæ meæ, vbi simile verbum habetur, legit loco (in quo bene complacui.) in quo bene sensi. Capite vero decimo eiusdem libri locum Matthæi 3. legit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Cyprianus autem libro de baptismo, libro 1. contra Iudæos, cap. 10. locum Matthæi 17. similem huic legit, *Diuersimoda huius loci apud patres lectio. Sed Iesus est idem.*

legit. Hic est filius meus, in quo bene sensi. At vero libro de Baptismo in hoc loco legit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Verbum enim Græcum, εὐδόκησα vtrumq; significat, & bene affectum esse erga aliquem, seu bene ei velle, atque etiam præclare de eo existimare, & sentire. idcirco modo hanc, modo illam significationem vsurpant Doctores. Vulgatus vero interpres, quem Ambrosius, & Augustinus libro 2. de consensu Euangelistarum capit. 14. & Hilarius libro sexto de Trinitat. sequuntur, vertit in priori significatione, quę sæpe in Scriptura vsurpatur. Psalm. 149. Beneplacitum est Domino in populo suo. & 1. Corinth. 10. Non in pluribus beneplacitum est Domino. sic nunc dicitur, in Christo beneplacitum esse Patri, quia sic Pater erga eum affectus est, vt omnes nos in eo sibi gratificare decreuerit, & beneplacitum, bonamque voluntatem, qua nos saluare voluit, in Christo, & per Christum perficere statuerit. Euthymius aliam adfert interpretationẽ, nimirum, in te complacui, id est, in te oblector. Ambrosius autem sic interpretatur: in te complacui: Quid est, inquit, in te complacui, nisi quia omnia, quæ habet Filius, habet Pater, sicut & quæ Patris sunt, Filij sunt? At vero, quæ in commentario diximus, accommodatiora videntur. Est autem hoc loco quędam aduertenda diuersitas: nam Matth. 3. dr: in quo mihi cõplacui. Mar. 1. in te cõplacui. Lucæ 3. In te complacuit mihi. quam notat Augustinus libro secundo de cõsensu Euangelistar. cap. 14. Respondet autem duos posse facere sensus illud (in te complacui.) nempe, quia in Filio sibi Pater complacuit, & quia in Filio complacuit sibi in hominibus, ideoque additum est illud (mihi) vt posterior sensus significetur. Quicquid de hoc sit, siue illo, siue hoc modo legas, eadem est sententia, nec vlla est contrarietas. Cyprianus libro secundo de baptismo, hunc locum adducens præter verba explicata legit, (ipsum audite) sed credendum est eum ex verbis Matthæi decimoseptimo in transfiguratione dictis, id verbum adiunxisse; Chrysostomus vero in imperfect. in Matthęum homil. 4. non solum illud non legit, sed causam adfert, quare in transfiguratione id dictum sit, non autem in baptismo, est vtrobique testimonium Patris exhibitum sit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Ea autem est, quia in monte magis agebatur de commendatione Euangelij, quod Legi præponebatur, quam de notitia personæ Christi; quæ multis erat iam manifestata miraculis; nunc vero in baptismo agebatur de personæ ipsius manifestatione, quæ nondum se prodiderat miraculis; & quæ nondum suam prædicauerat doctrinam.

ANNOTATIO LII.

COmpleto hoc mysterio, conuenientissime Christus suo baptismo Ioãnem Baptistam baptizauit; sic enim significabat ea, quæ gesta erant, non ad baptismũ Ioannis, sed ad suum baptismum pertinere; hic enim in nomine Trinitatis conferendus, hic in Spiritu dandus erat, per hunc filij Dei efficimur, porta cœli aperitur, donis Spiritus sancti replemur. Ioannem autem à Christo baptizato baptismum suscepisse non in aqua solum, sed etiam in Spiritu testantur sacri Doctores. Hieronymus Matthęi 3. sic inquit: Pulchre dixit: sine modo, vt ostenderet Christum in aqua, Ioannem vero à Christo in Spiritu baptizandum. Chrysostomus in imperfect. homilia quarta sic habet: Dum dicenti Ioanni, Ego à te debeo baptizari, respondit: modo sine, ostendit, quia postea Christus baptizauit Ioannem. Quamuis in secretioribus libris manifeste hoc scriptum sit: Et Ioannes quidem baptizauit illum aqua; ille autem Ioannem in Spiritu. Hæc ille. Chromatius etiam in fragmentis in Matth. Baptizauit, inquit, Ioannes Dominum, seu potius ille baptizatus est à Christo, quia hic aquas sanctificauit, ille aquis sanctificatus est; hic gratiã donauit, ille accepit; ille peccata deposuit, hic remisit, quia ille homo, hic Deus: ideo ait Ioannes ad Christum: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Ioannes enim baptismo egebat, quia sine peccato esse non poterat, Christus baptismo egere non poterat, quia peccata non fecerat. Vnde in baptismo illo Dominus primum Ioannis, deinde totius mundi peccata purgauit: Hæc ille. Quod de peccato Ioannis dicit, intellige de venialiꝰ mor. *Christus iam baptizatus Ioãnem baptizauit Spiritu sancto.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortale enim diuina protegente cum gratia, numquam commisit: ab originali autem in vtero matris, à Christo, etiam in vtero matris existente, Beataque Virgine saluante iam mundatus erat: à veniali autem immunis non erat; hoc enim de sola Beata Virgine Ecclesia confitetur, quæ ex priuilegio speciali ab omni etiam veniali præseruata fuit.

Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta.

COMMENTARIA.

AGgreditur Euangelista texere historiam Christi, mundo se iã doctrina, & signis manifestãtis, cuius exordium fuit à baptismate Ioannis, cum esset Christus ætatis suæ secundum carnem quasi annorum triginta. Sensus ergo est: Baptizatus Iesus erat incipiens, id est, suam manifestationẽ exorsus est, cum esset tunc annorum fere triginta, id est, ãgebat trigesimum annum.

ANNOTATIO LIII.

Patres diuersis modis superiorem sentẽtiã legunt.

IN huius loci intelligentia magna est cõtrouersia inter antiquos etiam Patres. Oportet autem, quæ ad literam spectant, primo omnium explanare. Quidam ex recentioribus notat particulam, (quasi) Græce ὡσεί, in quibusdam Græcis codicibus desiderari; hæc tamen notatio rei veritatem non debet dubiam facere: nam tales codices mendaces esse testantur plurimi, & fere omnes Græci, qui eam legunt: Latina etiam exemplaria, in quibus ea posita est, ac etiam communis Patrum consensus, qui illam sunt interpretati, quorum nomina paulo inferius recitabuntur. Præterea notandum est, illud (incipiens) Græce ἀρχόμενος, Clementem Alexandrinum libro primo Strom. & Euthymium legisse ἐρχόμενος, id est, ingrediens, seu incedens, seu veniens; reliqui tamen omnes cum Vulgato legunt ἀρχόμενος, seu incipiens. Præterea Græce illud (incipiens) est in fine sententiæ, nempe (Erat quasi annorum triginta incipiens.) at vulgatus posuit in principio, sicque Origenes hom. 28. & Ambrosius & Augustinus libro 2. de consensu Euangelist. cap. 1. cum cæteris legunt. Irenæus autem lib. 2. cap. 39. illud (quasi) præponit participio in hunc modum. Iesus autem erat quasi incipiens triginta annorum: siue autem in principio, siue in fine collocetur, non mutatur sensus. Præterea notãdum est, Græce haberi participiũ ὤν, Latine (existens) quod quidam priori participio copulant, quasi dictum esset: Incipiebat esse quasi triginta annorum. Irenæus vero loco citato connectit sequẽtibus, puta, existens, vt putabatur filius Ioseph. Hęc quantum ad verba notata sunt.

ANNOTATIO LIV.

Sensum superioris sentẽtia magis explicatur.

QVod vero ad sensum spectat, duæ occurrunt difficultates. Prior est de participio (incipiens) cui connecti debeat, & quem sensum faciat. Posterior est de hoc annorum numero. Varii igitur sunt Doctores in connectendo hoc participio, atque etiam in interpretando. Quidam separãt ab annorum numero in hunc sensum: Iesus erat incipiens, cum esset quasi triginta annorum. Quidam alij coniungunt cum annis, sic: Erat incipiẽs esse annorum quasi triginta, vel, incipiebat esse quasi annorum triginta. Priorem sententiam multi sequuntur, licet non eodem modo legant, aut interpretentur.

Primo enim loco Origenes homil. 28. legit ἀρχόμενος, id est, incipiens vt supra diximus, & diuidit ab annis in hunc sensum: Iesus cum esset quasi annorum triginta, erat incipiens, id est, exorsus est se manifestare mundo doctrina, & signis suũ Euangelium promulgando. cuius expositioni fauet illud Actorum 1. Omni tempore, quo intrauit, & exiuit ad nos Dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis. Quo loco est idem participium (incipiens.) Simile illud est Actorum 10. Incipiens à Galilæa post baptisma, quod prædicauit Ioannes. Secundo loco Clemens Alexandrin. lib. 1. Strom. legit ἐρχόμενος, id est, veniens, tamen diuidit ab annis; sic enim habet, hũc locum Lucæ citans. Erat Iesus veniens ad baptismum Ioannis, quasi triginta annorum. Cui lectioni & sensui visus est Iustinus consensisse Dialog. cum Tryph.

Tryph. dicit enim, Christum annos natũ fere triginta, quando venit ad Iordanem, & baptizatus est; nihil autem de participio meminit in annorum numero, immo verbo veniendi illud exprimit.

Tertio loco Euthym. diuidit participiũ ab annis, non tamen interpretatur, vt Clemens, sed cum Origene, nempe, Iesus annorum quasi triginta erat incedens demonstrando se populo doctrina, & signis. Omnes hi participium diuidũt ab annis, & legunt particulam illam ὡσεί, seu quasi. Cæteri vero patres participium connectunt cum annis in hunc sensum. Incipiebat esse quasi annorũ triginta, habentque particulam (quasi) Ambrosius autẽ legit (fere.) ita legunt, & connectunt Irenæus, Epiphanius, & multi, quos sequenti annotatione referemus. Mihi in hac parte accommodatior, & verior visa est sententia, si participium diuidatur ab annis, sensusq; sit iuxta vulgatum is, quem in Cõmentario explicuimus. Moueor ad hoc sentiendum, & affirmãdum tum auctoritate grauissimorum Doctorum Iustini, Origenis, Clementis, cum Euthymio, qui licet non eandem lectionem sequantur, in hoc tamen sunt consentientes, quod separant participium ab annis: tum etiam, quia si cum annis connectamus, incõgrum nimis fit locutio, incipiebat esse quasi triginta annorum; superfluit. n-particula (quasi.) qđ enim quidam recentiores dicunt illud (incipiens) significare fuisse quasi annorum triginta, nempe, quia inchoabatur trigesimus annus, nihil ad rem facit; id enim significari poterat sine particula (quasi) immo quouis modo siue cum illa, siue sine illa legas, ambigua est locutio, vt paulo post dicemus: tum demum quia sic diuisum participium sensum facit conuenientissimum, & respondentem ijs, quæ Act. 1. & 10. dicuntur, vt diximus: à baptismo enim Ioannis incepit Christus suam prædicationem.

Auctoris sentẽtia declaratur.

ANNOTATIO LV.

Tres Patrum sententiæ referuntur de Christi ætate

SVperest nunc posterior difficultas de annorum numero, quo pacto sit intelligendum, Christum fuisse, qñ baptizatus est, annorum quasi triginta, seu incœpisse esse annorum quasi triginta. Eadem enim est difficultatis ratio, siue diuidatur participium ab annis, siue non. Sunt igitur in hac parte tres Doctorum sententiæ. Prima est, Christum baptizatum fuisse paucis diebus post impletum trigesimum annum, sic enim vere dici potuit, incœpisse esse quasi annorum triginta, cum iam illos expleuisset. Huius sententiæ videtur Ignatius Epist. 5. ad Trallianos. Expletis, inquit, trium annorum decadibus, vere baptizatus est. Idem etiam sensit Chrysost. hom. 10. in Matth. Post triginta, inquit, annos Christus uenit ad baptismum. In eadem sententia est Beda lib. de ratione temporum cap. 45. Quod si obijcias huic sententiæ particulam (quasi) quæ præposita numero indicat aliquid deesse, respondere possent, non semper illud esse: nam aliquando est affirmatiua. Matth. 15. dicuntur manducasse quatuor millia virorum. Marci autem 8. dicuntur quasi quatuor millia, immo aliquando importat augmentum. nam Exod. 12 dicuntur quasi sexcenta millia virorum. Num. autem 1. dicuntur sexcenta tria millia, quingenti quinquaginta. Quod ergo dicitur Christus quasi triginta annorum, non inde sequitur eum nondum expleuisse trigesimum incepisse autem dictus est, quia tũc primum expleuerat, & sic incipiebat habere trigesimum annum. hęc dicta sunt pro huius sententiæ explicatione.

quando baptizatus est.

Secunda sententia est, Christum baptizatum esse prope trigesimi anni finem; nondum enim expleuerat, parum tamen à complemento distabat, ob id dictus est incœpisse habere quasi annos triginta: particula enim (quasi) iuxta hanc sententiam minuit numerum annorum. Huius sententiæ est Epiphanius hæresi 51. vbi affirmat Christum, quando baptizatus est, expleuisse viginti nouem annos, & decem menses: fuit enim baptizatus sexto Idus Nouembris anni suæ ætatis trigesimi, sicque dici potuit incœpisse esse quasi annorum triginta. In eadem sententia videtur esse Irenæus lib. 2. cap. 39. quamuis non exprimat quo tempore sit baptizatus, sed solum quod prope finem trigesimi. Ad baptismum, inquit, venit nondum qui triginta annos suppleuerat, sed qui inciperet esse tanquam triginta annorum. Idem videtur sensisse Ambrosius; vtitur enim particula (fere) loca (quasi) Incipiens, inquit, erat fere annorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum triginta, qua particula numerum minuit, ita tamen, vt parum desit complemento.

Tertia sententia est, Christum baptizatum esse initio trigesimi anni, cum vigesimum nonum expleuerit, & trigesimum paucis diebus attigerit. Huius sententiæ fuit Origenes homil. 1. in Ezechielem, & Hieronymus Ezechielis 1. in principio; sic enim dici etiam potuit incœpisse habere quasi triginta annos. In eadem sententia sunt etiam illi, qui Christum anno trigesimo passum esse dixere, vt meminimus in Commentariis in Ioannem cap. 8. Eusebius autem libro 1. historiar. cap. 10. ambigue loquitur; solū enim dicit Christum baptizatum cum incœpisset esse annorum quasi triginta: cum autem locutio hæc sit ambigua, tresque sensus facere possit, nihil certi ex eo deduci potest. Titus Bostrenus ambigue etiam locutus est, & inter primam, & secundam sententiam versatur: nam particulam (quasi) interpretatur plus minus eo, quod dicimus, circiter. Hæc sunt quæ ex sacris Doctoribus habemus fideliter recitata, qui omnes particulam illam (quasi) legunt, vt ex ipsorum sententijs recitatis manifestum est, & participium (incipiēs) cum annis copulant, præter Origenem, & illos, quos annotatione superiori retulimus. Conueniunt autem Doctores hi, Christum tres annos integros prædicasse, & paucis mensibus ex quarto, in quo passus est, defuisse tamen in his numerandis; qui enim baptizatum dicunt in initio trigesimi, passum affirmant trigesimo secundo cum fere dimidio ætatis suæ: qui vero impleto trigesimo, aut prope finem trigesimi baptizatum asserunt, dicunt passum esse anno trigesimo tertio cum fere dimidio; prædicatio enim eius post Ioannis baptismum habuit exordium. In hac parte quid sentiam, breuiter aperiam.

Superiorum sententiæ improbantur, sed non earum ratiocinia ab ore Christi inchoata.

Primo quidem negare non possum, omnes tres sententias esse probabiles, cum singulas graues auctores tueantur, & rationes probabiles habeant.

Secundo, cōmunis Patrum sentētia est, Christum anno trigesimo ipso baptizatum fuisse, non autem post, & præter allegatos, est Cyprianus Oratione de Ieiunio, vbi habet trigesimo anno fuisse baptizatum. quod si eo completo, & sequenti incepto baptizatum sensisset, non anno trigesimo, sed trigesimo primo dicendum esset. Idem dicit Gregor. Nazianz oratione in sanctum Baptisma, & Greg. hom. 2. in Ezechielem, vbi Christum simulat Ezechielis: hic autē in ipso trigesimo nondum cōpleto vidit cœlos apertos. Augustinus ēt lib. 3. de mirab. sacræ Scripturæ c. 5. vel quisquis est illorū librorū auctor, asserit Christum baptizatum annum agētem trigesimum: nondum ergo impleuerat trigesimum. Hi vero Doctores non explicāt, quo tempore trigesimi anni fuerit baptizatus, an in principio, an vero prope finem.

Quod vero ad auctores primæ sententiæ pertinet, Ignatium præcipue, & Chrysostomum non possumus certo affirmare, eos fuisse in ea sententia, vt post impletū trigesimum Christus fuerit baptizatus, quod enim dixerint expletis triginta annis, aut post trigesimum completum, fuisse Christum baptizatum, non inde sequitur, initio trigesimi primi baptizatum, eos dicere: nam locutio hæc verificatur, etiamsi annum ageret trigesimum nondum impletum: habemus enim ex Luca, Postquam impleti dies octo, Christum circumcisum fuisse, qui tamen non in nono, sed in eodem octauo circumcisus est. quia ergo Christus agebat trigesimum annum, idcirco dixerunt expletis triginta fuisse baptizatum, nimirum postquam ad trigesimum annum peruenit: non ergo certo affirmare possumus, Ignatium, & Chrysostomum in ea fuisse sententia, quæ primo loco recitata est.

Tertio. Christum annum ipsum trigesimum agentem baptizatum esse, propter communem sententiam Patrum mihi visum est probabilius. Sic etiam completæ sunt figuræ; Ioseph enim anno trigesimo præesse Aegypto cœpit. Genes. 41. & Dauid exorsus est regnare eodem anno. 2. Regum 5. & Ezechiel visionem vidit, cœlos nempe apertos, cum annum ageret trigesimum, qui omnes figura fuere Christi suā exordientis prædicationem. Huic sententiæ fauent Patres, dicentes, Christum agētem triginta annos baptizatum fuisse. qui autem expleuit trigesimum, & ingressus est trigesimum primum, iam non trigesimum agit sed trigesimum primum.

Quarto. probabilior est postrema sententia,

Vnde probatur Christū baptizatum fuisse initio anni trigesimi ætatis suæ

tentia, nempe initio trigesimi fuisse baptizatum, non autem prope finem: agebat enim vigesimum nonum impletum, & tredecim dies trigesimi: mouetur autem ad hoc, quia cum communissima sententia sit, nondum expletum esse trigesimum annum, quando baptizatus est, consequitur potius fuisse in principio, quia Ecclesiæ ritus obtinet baptizatum fuisse paucis diebus post natiuitatis tempus. Probat etiā hanc sententiam computatio annorum ex historijs fidelissima, de qua recentiores diligenter tractarunt.

Vt putabatur filius Ioseph.

COMMENTARIA.

SEntentia hæc annexa est superiori; totus enim sensus est. Erat Iesus incipiens se manifestare post Ioannis baptismum, cum esset quasi annorum triginta, qui toto hoc tempore communi opinione hominum filius reputabatur Ioseph, quasi diceret: postquā reuelante Patre, quod filius Dei esset, innotuit, non iam conueniebat eum putari filium Ioseph, aut subditum esse illi; idcirco exorsus est se mundo prædere filiū Dei esse, qui vsq; ad annum trigesimum putabatur filius Ioseph. Ita Cyprianus lib. de ieiunio interpretatur. Hinc Iustinus Martyr in lib. quæst. q. 66. infert Christū de Ioseph non fuisse genitum, putabatur quidē, sed non erat. Græce, vt supra diximus est participium (ὤν) Latine existens, id est, cum eatenus esset reputatus filius Ioseph.

Qui fuit Heli.

COMMENTARIA.

GEnealogia Ioseph describitur, quia pater Christi putabatur, & vir erat Beatę Virginis, cuius verus filius Christus erat. Ioseph igitur fuit filius Heli, non quidem naturalis, quasi ex eo genitus, sed legalis. Iacob enim naturalis pater fuit, vt Matthæus refert, at quia Heli frater Iacob sine liberis obiit, vxorem eius accepit Iacob, & filium Ioseph ei fuscitauit, iuxta legem Domini. Deut. 25. Ioseph ergo, & legali, & naturali generatione ex Dauid erat.

ANNOTATIO LVI.

Varię referuntur patrum opiniones de Ioseph quem Matthęus filiū Iacob, Lucas vero filiū appellat Heli.

VEtus est quæstio, quo modo Matthęus Ioseph filium Iacob, Lucas vero filiū Heli dixerint. Hanc quasi inter Euangelistas dissonantiam quandam Christianis obiecit olim Iulianus Apostata, vt auctor est Hieronymus Matth. 1. Eandem etiam opposuit Manichæus, inde Scripturas Testamenti noui falsas esse probare conatus, vt refert Augustinus lib. 2. retractat. ca. 7. Est autem multiplex huius difficultatis soluendi modus.

Primus est. Si dicamus Iacob fuisse binomium, vt & Iacob, & Heli sit appellatus. Hic autem modus a nemine tenetur, quem optime August. lib. 2. quæst. Euang. cap. 5. reiicit: nam diuersis auis, atauis, & proauis Iacob, & Heli vsque ad Dauid describuntur, quod manifestè probat fuisse distinctas personas.

Secundus modus est antiquus, & communis Patrum, nimirum Ioseph duos habuisse patres, vnum naturalem à quo genitus est, alterum legalem, cui legis præcepto adoptatus fuit. Præcepit enim Dominus Deuteron. 25. Si habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eā frater eius, & fuscitabit semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel. Iuxta hanc Domini legem potuit vnus duos habere patres, vnum naturalem, à quo genitus est, alterū adoptionis legalis, quod quidē cuenit in Ioseph, erant enim fratres ex vna matre Iacob, & Heli, vno decedente sine liberis, alter ex illius vxore fuscitauit semen, nępe Ioseph, vnde & Iacob, & Heli filius dictus est. Hic est communis Patrum soluendæ huius difficultatis modus. Vter aūt horū sit naturalis, an Iacob, an Heli, non omnes cōsentiunt. Africanus enim antiquissimus auctor, vt refert Eusebius lib. primo hist. cap. 7. qui à consanguineis Christi hæc traditа asserebat, Iacob naturalē, Heli vero lega-

Universidad de Deusto
Biblioteca

legalem Ioseph patrem affirmat, sicque historiam seu genealogiam texit; narrat enim Mathan, qui per Salomonem ex Dauid descendit, & Melchi, qui ex eodem Dauid per Nathan originem ducit, diuersis temporibus ex eadem vxore Estha nomine filios singulos genuisse, Mathan quidem genuit Iacob, Melchi vero genuit Heli, ille quippe eam prior duxit, quo mortuo, & relinquente filium Iacob, Melchi ex eadem Tribu eius duxit vxorem, ex qua habuit Heli: erant igitur Iacob, & Heli fratres ex eadem matre, distinctis tamen Patribus. Heli autem vxorem duxit, & sine liberis obiit, vnde ex legis mandato Iacob frater ex illa semen suscitauit, nempe Ioseph, qui naturalis filius Iacob, legalis verò Heli fuit. Hæc ex Africano, referente Eusebio, habentur. in quibus notandus est error scriptorum; loco enim Melchi legi debet Mathat, vt enim ex Luca constat, Heli non Melchi, sed Mathat filius fuit. Hieronymus in catalogo Scriptorum Ecclesiast. meminit huius Africani, & refert eum Epistolam ad Atistidem scripsisse, in qua de dissonantia, quæ in genealogia Saluatoris inter Matthæum, & Lucam videtur esse, conscripsit. & ipse Hieronymus Matth. 1. eum citat, & eius sententiam amplectitur. Idem senserunt Hilarius Can. 1. in Matth. Titus Bostrenus. Damascenus lib. 4. de Fide cap. 15. Euthymius cum alijs multis.

Error scriptorum legentium Melthi pro Mathat.

Tertius modus est. Augustinus lib. secundo de consensu Euangelistarum cap. 3. & lib. 3. contra Faustum cap. 3. & lib. 22. cap. 3. tradit Ioseph fuisse filium adoptionis Heli, quem ipse sibi adoptauit, sicut filia Pharaonis adoptauit sibi Moysem, & Iacob adoptauit duos filios Ioseph, & alij alios sibi in filios adoptarunt. Multùm autem differt hic modus à primo; iuxta primum enim, Heli mortuo Iacob fratet illius semen suscitauit legis mandato ex eadem vxore: iuxta secundum vero ipse Heli viuens sibi Ioseph in filium adoptauit, sicut in exemplis positis patet, & ipse Augustinus lib. 2. quæst. Euangelic. cap. 5. adeo distinguit hunc modum, nempe adoptionem à legali, vt hunc impugnet, illum vero probet. Hunc modum idemmet Aug. lib. 2. Retract. cap. 7. retractauit, secutusq; est Africani sententiam, quem fatetur se nondum legisse, cum illa scriberet, immo lib. 2. Quæst. Euangel. cap. 5. refert modum hunc Africani, nesciés esse illius, eumque impugnat dicens, non posse Ioseph dici filium legalem Heli, quia filius legalis nomen defuncti habere debebat, vt constat Deuteronom. 25. probatq; modum prædictum nimirum adoptionis. at vero lib. 2. Retract. cap. 12. etiam id retractat, dicens argumentum, quo vsus erat, nullius fuisse momenti, quia non significat lex nomen debere habere defuncti, sed quod tamquam filius eius habendus sit, confirmatque modum Africani, nempe filium esse legalem Heli.

Quartus modus est Ambrosij, qui licet communi sententiæ consentiat, nempe Ioseph duos habuisse patres, vnum legalem, alterum naturalem, tamen Heli naturalem, Iacob vero legalem fuisse asserit. in quo à communi recedit sensu: Traditur, inquit, Matham qui à Salomone genus ducit, Iacob genuisse filium, & vxore superstite decessisse, quam postea Melchi accepit vxorem, ex qua generatus est Heli. Rursus Heli fratre sine liberis decedente, copulatus est fratris vxori, & genauit filium Ioseph. Hæc Ambrosius, vbi similis est error, Melchi pro Mathat posito, sicut etiam apud Augustinum lib. 2. Retract.

Quintus modus est quorundam recentiorum, qui vtramque generationem naturalem esse affirmat, sed eam quam Matthæus descripsit, ex parte Ioseph, qui fuit filius naturalis Iacob, eam vero, quam Lucas narrat, esse ex parte Beatæ Virginis, quæ fuit filia Ioachim, quem alio nomine dicunt appellatum esse Heli. Dicitur ergo Ioseph fuisse Heli, quia gener eius, gener autem soceri filius vocari solet. Huius modi nemo antiquorum meminit, quod argumento mihi videtur, eum improbabilem esse, tum quia long. diuersa sunt nomina Heli, & Ioachim; asserere autem fuisse binomium, aut quod quidam dicunt, Ioachim, & Heliachim idem esse, Heli autem idem esse, quod Heliachim, quasi per quandam syllarum abbreuiationem; cum nulla hæc ratione, aut auctoritate dicantur, recipienda non sunt: tum etiam, quia ex Damasceno lib. 4. de fide cap. 15. contrarium habemus: nam Ioachim patrem beatæ Virginis testatus filium fuisse Bipanthetis. hunc autem filiæ Pan-

Pantheris, hunc autem filium Leui, & fratrem Mathat patris Heli. Est autem error etiam in Damasceno pro Mathat Melchi: non ergo Heli est Ioachim pater Beatæ Virginis. ex qua Damasceni historia, quæ communiter recepta est, vnum habemus, nempe Leui proauum fuisse legalem Ioseph. nam genuit Mathan, hic vero Heli, Heli vero pater fuit legalis Ioseph. eundem autem Leui fuisse proauum naturalem Ioachim, & consequenter atauum naturalem Beatæ Virginis: nam Leui genuit Pantherem, hic autem Bipantherem, hic vero Ioachim patrem Beatæ Virginis.

Sextus modus est, Heli esse auum maternum ipsius Ioseph. Matthæus ergo generationem Ioseph ex parte patris, Lucas vero ex parte matris descripserunt: matris autem non meminit, quia femina erat, id circo auum retulit. Huius modi meminit Augustinus lib. 2. Quæst. Euangelist. cap. 5. qui à nemine asseritur, idcirco probandus non est. Hoc tamen aduerti debet, quendam ex recentioribus deceptum esse in hoc loco Augustini, existimauit enim Augustinum significasse Heli auum Christi ex parte matris, quod ad confirmationem quinti modi explicati pertinet; quasi generatio Beatæ Virginis describatur, cum tamen Augustinus, vt recte intuenti manifestissimum est, de auo Ioseph ex parte matris locutus sit. Hæc sunt, quæ ex Doctoribus, & Patribus colligere licuit. quibus omnibus perpensis, existimo à communi via non esse recedendum, cum nulla ratio, saltem probabilis nos compellat, Ioseph igitur habuit patrem naturalem Iacob, legalem vero Heli, vtramque autem generationem Euangelistæ descripsere. cuius rei causam Titus Bostrenus adfert: opportune inquit, conuenienterque alter naturalis, alter legalis meminit, quo hac nimirum ratione planum fiat, Iosephum ex vtroque parente ad Dauidem, & Iudam genus suum referre. Ad hæc cum Iudæi tamquam lege obstricti legales patentes agnoscant, Græci vero, & Pagani, quibus nihil cum lege commune est, naturales tantum progenitores spectent; Euangelistę diuino Spiritu afflati Iosephũ ex vtroque parente, legali inquam, & naturali ad Dauidem reduxerunt. quamobrem, cum hi duo patres originem suam ad Dauidem referant, tam Iudæis, quam Græcis omnis prorsus hæsitationis, omnisque offensionis causa adempta est. Alteram etiam causam sequenti annotatione dicemus.

Deceptio cuiusdã Auctoris qui existimauit Augustinũ sensisse q Lucas Mariæ generationẽ texuerit.

ANNOTATIO LVII.

Quare Lucas non vt Mathæus dicit Mathat genuit Heli, sed tantum asserit, qui fuit Heli, & fuit Mathat &c.

NOn immerito autem quispiam interrogare posset, cur Lucas non est vsus verbo gigneudi, sicut Matthæus, non enim dixit, qui fuit genitus ab Heli, Heli autẽ genitus est à Mathat, sicut Matthæus dixit, Mathan genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioseph. Præterea cur Matthæus descendendo, Lucas vero ascendendo. Et quare Matthæus à principio Euangelij, ante Natiuitatem, Lucas vero post baptismum, seriem hanc describit.

Ad primam difficultatẽ respondet Augustinus libro 2. de consensu Euangelist. cap. 2. id esse factum, vt qualis esset veraque generatio significaretur, erat enim illa naturalis, idcirco Matthæus vsus est verbo generandi; quam vero Lucas describit, erat adoptionis, idcirco nõ est vsus eo verbo; non enim filius à parte adoptante genitus vere dicitur. & quamuis modo quodãm dici posset; nam adoptans charitate gignit adoptatum, & is filius eius dicitur, quo modo filij Dei fideles dicimur, & ab ipso geniti; genuit enim nos in verbo charitatis: tamen ne fieret confusio, & discerni non posset, vter esset naturalis pater, aut adoptionis, Iacob, an Heli, idcirco Euangelistæ distinctis loquendi modis vsi fuerunt; ita Augustinus, & rectè respondit, hoc excepto, quod loquitur de adoptione: possunt tamen hæc accommodari legali generationi, cui illud etiam adiungemus, si eo verbo Lucas vsus fuisset, dicendo, Ioseph genitus est ab Heli, qui genitus est à Mathat, &c. esset amphibologia in verbo: nam non eo modo genitus est Ioseph ab Heli, quo Heli à Mathat, nec vterque genitus est, sicut Adam à Deo; idcirco vt significationem vnam in omnibus retineret, communi omnibus verbo locutus est, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, &c.

Quare Matthæus dicit &c.

Ad secundam autem idem Augustinus respondet lib. 2. de consensu Euangelistæ, quod nimirum Matthæum repræsentare voluit

Ie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare Lucas vnus ascendēdo Christi scripserit genealogia.

se aduentum Christi in carnem, quam ad nos descendendo assumpsit; idcirco generationes eius descendendo descripsit. Lucas vero significare intēdebat Christum sacerdotem, qui ad expianda peccata venerat, ideirco ascendendo generationem eius narrauit. Dici etiam aliter posset, in hoc mysterio aduentus Christi posse duo considerari, & aduentum ipsum, & aduentus fructum. ille descendit de cælis, vt nos ascenderemus ad cælos. Filius Dei factus est homo, vt homo fieret filius Dei: quia enim Verbum caro factum est, nos potestatem habemus filios Dei fieri. idcirco huius aduentus secundum carnem, & descendendo, & ascendendo narratio facta est. Euthymius Matth. 1. literalem huius adfert causam; Matthæus enim mentionem faciens Dauid, & Abrahæ, ab ipsis ad Ioseph descendit; Lucas vero, quia filium Ioseph Christum reputatum esse retulerat, ideo à Ioseph ad superiores ascendit. Recte autem notat Ambrosius lib. 3. in Lucā, in principio, non esse hoc contra morem Scripturę; nam 1. Regum 1. origo ascendendo describitur: Nomen, inquit, eius Helcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph.

Quare Matthæus ante Xti natiuitatem, Lucas vero post baptismū, eius genealogiā.

Ad tertiam difficultatem idem etiam Augustinus lib. 2 de consensu Euangelist. cap. 4. respondet, causamque adfert cum præcedenti coniunctam, nimirum quia Christum sacerdotem, qui expiare peccata venerat per baptismum, repræsentabat, idcirco à baptismo init narrationem. Dici etiam vltra hoc potest, Lucam significare voluisse toto illo tempore, quod intercessit à natiuitate vsque ad baptismum, communi opinione reputatum filium esse Ioseph, donec seipsum verbo, ac signis significare incœpit; idcirco distulit narrare genealogiam vsque ad hoc tempus, quasi iam mundo nouo modo nasceretur per fidem, & agnitionem sui veram. Sunt nonnullæ aliæ difficultates in hac narratione, quas in expositione explicabimus.

ANNOTATIO LVIII.

Quare Ioseph et non Maria genealogia describitur.

GRauior autem multo occurrit difficultas, cum Christus non sit à Ioseph genitus, sed ex sola Virgine conceptus, & natus, quare Euangelistæ genealogiam Ioseph prosecuti sunt, & eam, quæ matris veræ erat, prætermiserunt, & quomodo *scribæ* illæ generationes dici Christi potuerunt. *tur, &* Ad hęc Hieronymus Matthęi primo duas *quomo* adfert causas. Vna est, quia non est con *de illa ad* suetudo Scripturæ in generationibus or- *Christū* dinem mulierum texere, sed virorum. *ptinent.* Altera est, quia ex eadem Tribu erat Beata Virgo, ex qua Ioseph, vnde ex lege tenebatur eam accipere, vt propinquam, ideo simul censentur in Bethlehem, tanquam vna stirpe generati. Vtramque causam etiam reddit Ambrosius in hoc loco. Cur autem, inquit, Ioseph magis, quam Mariæ generatio describatur, cum Maria de Spiritu sancto generauerit Christum, & Ioseph à generatione Dominiu videatur alienus, dubitare possemus, nisi cōsuetudo nos instrueret Scripturarum, quę semper viri originem quęrit. Hæc Ambrosius. & paulo infrā: Noli, inquit, mirari, quod Ioseph origo describta est. Etenim secundum carnem natus vsum debet sequi carnis, & qui in sæculum venit, sæculi debuit more describi; maxime cum in Ioseph origine, etiam origo sit Mariæ, nam cum vir iustus fuerit Ioseph, utique ex tribu sua, & ex patria sua accepit vxorem, nec potuit iustus facere contra id, quod lege præscriptum est. sic enim habes Num. 36 quia vnusquisque in hæreditate Tribus suæ patrię adhęrebunt filij Israel, nec de tribu ad tribum pertransibunt, & omnis filia, quæ habebit hęreditatem tribuum filiorum Israel, vni ex populo, & tribu Patris sui erit vxor. Hæc Ambrosius. Habes ergo ex his duobus doctoribus solutam vtramque difficultatem, nempe, cur origo Ioseph, non autem Beatę Virginis descripta sit. ratio huius est, consuetudo Scripturarū, & sęculi huius. Quomodo autem hę generationes Christi dici potuerunt, respondeo est, quia ex eadem Tribu, & familia erant Ioseph, & Beata Virgo. Augustinus libro 2. de consensu Euangelist. capit. 1. & 2. tertiam causam docet, per quam secunda difficultas soluitur, nempe, quomodo generationes Ioseph possint esse Christi; causa autem est, quia Ioseph erat vir verus, & vero matrimonio Beatę Virgini coniunctus, etiamsi Christum ex ea non genuit. cum autem Christus ex ea, quę vera vxor Ioseph erat, natus sit; ideo potuit Ioseph dici pater Christi, & Christus filius Dauid, etiamsi Beata

Virgo

Virgo non fuisset ex Dauid; multo enim magis propter veritatem matrimonii illius, dici potuit Christus filius Ioseph, quam qui per adoptionem filius cuiuspiam est, ideo generationes Ioseph narrantur, & Christi esse dicuntur. Hoc possumus etiam confirmare, si adiungamus illas nuptias celebratas esse propter ipsum Christum, vt Christus de sponsata nasceretur. multo magis id dici potuit, quia Beata Virgo erat etiam de semine ipsius Dauid. Hæc ex his grauissimis patribus habentur. Et quidem quod ad rationem illam secundam spectat, quod de eadem Tribu vxores accipiebantur, dicemus in sequenti annotatione; id vero nunc tantum dicimus, eam causam nō esse sufficientem: nam solum ex ea sequitur, Beatam Virginem esse de Tribu Iuda, non autem ex stirpe Dauid; satis enim erat accipere vxores ex eadem Tribu: non autem necessarium erat ex eadem familia. non igitur ex hac genealogia demonstratur Beatam Virginem fuisse ex Dauid, vt tenetur fuit, sed tantum quod erat ex Iuda sicut Ioseph. Doctrina autem Augustini, de qua superius diximus, quando exposuimus, quomodo Ioseph pater Christi dictus sit, vera est, tamen non inde sequitur, Christum de semine Dauid fuisse; si enim Beata Virgo non esset de semine Dauid, licet vera coniux esset Ioseph, & Christus dici posset filius eius, & Dauid, tamen non de semine Dauid, vti promissum erat. Prima autem illa causa, nempe non esse consuetudinem, vt virorum origo à fœminis sumatur, sed à solis viris, non videtur satisfacere; nec in ea animus conquieuit; sunt enim quędam, quæ in contrarium obiici possent. Primo quidem. si Christus natus esset secundum consuetudinem hominum ex viro, & fœmina, tunc fateor consuetudo seruanda esset, & eius recte origo ex viro describeretur: cum autem præter consuetudinem natus sit ex sola fœmina, non debuit illa consuetudo obseruari; quæ enim consuetudo non fuit nascendo, non debuit seruari in scribendo. Secundo, videtur quod omnino seruari non debuerit nam occasio quædam inde accipi poterat, Christum de Ioseph genitum suspicandi, cum origo eius describatur secundum consuetudinem aliorum hominum, qui ex viro & fœmina geniti sunt. Tertio, quia quamuis eo quod Ioseph vir verus fuerit Beatæ Virginis matris Christi, indeq; pater Christi, Christusque filius eius, & Dauid dici potuit, etiam si Beata Virgo ex Dauid non esset, tamen non esset completa promissio facta Dauid Psalm. 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam: nec Christus dici posset de semine Dauid secundum carnem, vt dicitur Romanor. 1. ad hoc enim necesse erat, vt genitura a Dauid carnem traheret, ideoque compellimur dicere Beatam Virginem, ex qua natus est Christus, esse ex semine Dauid. si igitur promissionis veritas perfecte non manifestatur in huius originis ex Ioseph descriptione; manifestabatur autem, si Beatæ Virginis ex Dauid origō narrata fuisset; cur hac prætermissa, Euangelistæ illius tam diligentem fecerunt mentionem? Quarto habemus ex Scriptura Iudith octauo ipsius Iudith propter tam insigne factum occisionis Holofernis genealogiam esse descriptam; dicitur enim Iudith vidua filia Merari, filij Dox, filij Ioseph, filij Oziæ, filij Elai, filii Iamnor, filii Gedeon, filii Raphei, filii Achitob, filij Melchiæ, filii Enan, filii Nachaniæ, filii Salathiel, filii Simeon, filii Ruben. Cum igitur magis multo, & mirabilius, & diuinius opus gestum sit in Beata Virgine, quæ Saluatorem concepit, & peperit, cur eius origo ab Euangelistis tacetur? Propter hæc dicenda nonnulla sunt. Primo quidem Matthæum generationes Christi ex Ioseph narrasse, non tantum quia consuetudo Scripturarum erat genealogiam à viris describere, vt inquit Hieronym. & quia Ioseph erat pater Christi secundum opinionem, & quadam ratione propter matrimonii veritatem, vt dicit Augustinus, & quia beata Virgo erat de eadem Tribu, vt dicit Ambrosius, sed peculiari etiam alia quadam causa, quam notauit Ideretius libro 3. cap. 30. vt nimirum ostenderet sic virum Beatæ Virginis, & patrem Christi Ioseph fuisse, vt de eius semine Christus conceptus non sit. quam rem fauenti significabat Hebręis, quibus scripsit Euangelium; erant enim Scripturarum periti. Quod enim de semine Ioseph conceptus esset Christus, Ieremiæ prophetia, quę cap. 22. scribitur, obstabat. dictum est enim de Iechoniæ semine neminē fusciturum, qui sederet super solium Dauid: si ergo

Propositæ difficultati satisfit secundū dici vires de fuisse ex nata Tribu vxores accipere.

Auctor ex alijs precipijs propositā dubitationē enucleat

Aa Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus de semine Ioseph fuisset, fuisset etiam de Iechoniæ semine, sicque haberet Iechonias de suo semine, qui sederet super solium Dauid; hoc enim Angelus Beatæ Virgini de Christo prædixit: Dabit, inquit, illi Deus sedem Dauid patris eius. quod quidem fieri non poterat, iuxta prophetiam Iechoniæ, fuit ergo Christus filius Iechoniæ, sicut & Ioseph, sed non de eius semine: merito ergo Euangelista generationem Ioseph narrauit naturalem, vt sic virum Beatæ Virginis, ac patrem Christi ostenderet, vt non de eo, sed de sola Virgine genitum significaret. Hæc ex Irenæo sumpta sunt. Quibus addendum est, Ieremiæ 22. non dictum esse, Iechoniam non habiturum filium, qui sederet, super solio Dauid, sed de semine eius neminem futurum, qui sederet super solium Dauid. potuit quidem filium habere, sed non de semine suo, sicut & Ioseph pater Christi fuit, non tamen de eius semine Christus est. Hæc de Matthæo dicta sint. Secundo autem, quod ad Lucam spectat, existimo dicendum esse, generationem legalem Ioseph eum scripsisse, non tantum vt legalem generationem illius describeret, sed vt simul naturalem Christi generationem ostenderet; vtrumque enim miro artificio coniunxit: nam post Heli, & Mathat, qui pater, & auus legales fuerunt Ioseph, peruenit ad Leui, qui fuit auus naturalis Ioachim patris Beatæ Virginis; vt enim in Annotatione præcedenti ex Damasceno diximus, Leui præter Mathat, filium habuit Pantherem, hic genuit Bipantherem, qui fuit naturalis pater Ioachim, & proauus Beatæ Virginis; secundumque carnem atauus Christi, sicque non solum de Iuda, sed de semine Dauid fuit Beata Virgo, & Christus Dominus, non quidem per Salomonē, & successores eius, sed per Nathan. atque hæc est causa vna, præter superius assignatas, cur Lucas vsque ad Adam ipsum perduxerit generationes, vt nimirum significaret Christum carnem sumpsisse ad redimendum hominem, quæ caro ex illo naturali propagatione descēdebat, qui homines in captiuitatem redegerat. veritas enim carnis Christi in hac genealogia demonstratur. Ex duobus igitur Euangelistis perfectam ex omni parte habes genealogiā Christi, & qualis fuerit, declaratam: nam patris eius non carnis, sed veri matrimonij naturalis generatio describitur: & simul ostenditur, non ex eius semine Christum fuisse. Eiusdem Ioseph etiam habes legalem generationem coniunctam, tamen cum naturali generatione, & genealogia Christi secundum carnem, & Matris eius, quam non statim à patre Beatæ Virginis descripsit, vt legalem etiam generationē ex parte Ioseph non prætermitteret. Per hæc mihi videntur facile solui posse, quæ paulo superius obiecta sunt, & quæ ad has genealogias hac in parte pertinent declarare.

Est autem vnum hoc loco notandum, Hilarium can. 1. in Matth. & Ambrosium Lucæ 3. affirmasse Matthæum narrasse generationem regiam Christi, Lucam vero sacerdotalem, quod à quibusdam recentioribus asseritur. Non video autem qua ratione id sustineri possit, cum tam vna, quam altera sit Dauidica generatio, omnesq; sint posteri ipsius, ad quos Sacerdotium non spectabat: non igitur Heli, nec eius patres sacerdotes esse potuerunt. Illud. n. 2. Reg. 8. Filij Dauid sacerdotes erant, id significat, nempe non habuisse officium, sed dignitatem, quia erant Primates, & Principes ad latus Regis; nomen enim Hebræum id ipsum etiam indicat; nam non tantum sacerdotes, sed etiam Primates significat. Augustinus lib. 83. quæst. quæst. 61. id ipsum etiā asserui, explicuit tamen qua ratione id dictū sit: Nathan, inquit filius Dauid, à quo posteritas est vsque ad Heli, vxorem duxit ex Tribu sacerdotali, sicque & ex Regia, & ex Tribu sacerdotali originem habuit. Vnde autē Augustinus habuerit Nathan. duxisse vxorem ex sacerdotali familia, non apparet, nec Scriptura tradit, ideoque parum firmo fundamento id nititur. Dicendum est probabilius, Christum quidem originem etiam ex Tribu sacerdotali habuisse ex parte Annæ matris Beatæ Virginis, quæ erat de Aaron, vt diximus supra, explicantes illud (Ecce Elisabeth cognata tua) qua parte enim cognationem habuit, cum Elisabeth, ex familia sacerdotali erat.

ANNOTATIO LIX.

DVbitatio non parua postremo loco se offert, an genealogia à Matthæo descripta, quæ ab Abraham per Dauid, & Regalem

2. Reg. 8.

talem progeniem descendit, pertineat ad Beatam Virginem, ita vt ex ea genealogia probetur eam fuisse de Tribu Iudæ. quæ quidē dubitatio dependet ex altera, an tuerit generale præceptum de celebrandis matrimonijs in eadem Tribu. Si enim generale est, tunc sequitur, si Ioseph fuit de Iuda, etiam beatam Virginem de eadem fuisse Tribu.

An fuerit generale præceptū de celebrando matrimonio eū fœminu eiusdem Tribu.

Primo loco multi antiqui patres id senserunt, dicentes Ioseph ex precepto legis Num. 36. obligatum fuisse ducere vxorem ex propria tribu: eum autem ipse de Iuda fuerit, consequitur etiam Beatam Virginem de eadē fuisse Tribu; vir enim iustus non esset legis mandatum transgressus: in genealogia igitur Ioseph etiam Beata Virgo describitur. Ita affirmant Hieronym. Matth. 1. & Ambros. Luc. 3. quorum verba Annotatione præcedenti recitauimus; & præter eos etiam Chrysost. homi. 2. in Lucam, Damascenus lib. 4. de fide ca. 5. Eucherius in quæstionibus in Matthæum. Anselmus, Druthmarus Matt. 1. Eusebius lib. 1. hist. ca. 7. & Beda. Hi omnes affirmant, hāc genealogiam Ioseph etiam ad Beatā Virginem pertinere, quia ex præcepto legis Ioseph tenebatur vxorem de eadem Tribu ducere. quod argumento est, eos sensisse generale fuisse præceptum illud de matrimonijs in eadem Tribu celebrandis. Faueut huic sententiæ verba ipsius precepti Num. 36. iuxta Vulgatum interpretem; ibi enim duæ assignantur rationes precepti illius, nempe, ne hereditas vnius Tribus transeat in aliam Tribum, & ne Tribus misceātur, & confundantur, sed vt maneant distincte, sicut a Domino distinctæ sunt. Hæc est eorum patrum sententia.

Secundo loco Augustinus libr. 7 quæst. in Iudic. c. 47. affirmat licuisse fœminæ nubere viris de quacunque Tribu, quod exemplis de Scriptura sumptis probat, nam Michol filia Saul de Tribu Beniamin tradita fuit Dauid de Iuda 1. Reg. 18 & filia Regis Ioram de Iuda nupsit Ioiadæ sacerdoti 2. Paral. c. 22. His exemplis Augustinus probat suam sententiam, nempe licuisse fœminis nubere viris de quacumq; Tribu. quod si licuit fœminis, non video quomodo non etiam licuerit viris; vnum enim sine altero esse non potuit: nam fœminæ non possunt viris de quacumque Tribu nubere, nisi simul etiam liceat masculis, seu vt is de quācumque Tribu accipere vxores: fiet ergo iuxta hanc sententiam, vt præceptum fere nullū fuerit de non permiscendis Tribubus.

Tertio loco, sunt non pauci recentiores, qui sentiunt illud præceptum non fuisse generale, sed particulare, & strictum, nimirum quando fœminę præter dotem habebant hæreditatem paternam deficientibus masculis, tunc enim tenebantur nubere in eadem Tribu, ne hereditates, & prædia seruatæ confunderentur. quod obseruatum legimus Thob. 7. vbi Sara filia Raguelis vnica patris, & hęres, tradita fuit Thobiæ de eadem Tribu. Quando vero non erant hęredes, non prohibebantur viri prohibebantur eas ducere vxores. In hac parte, quæ probabiliora mihi visa sunt, proponam.

Primo, probabilis est sententia illa, quę affirmat, præceptum esse generale, nemini licuisse matrimonium celebrare extra propriam Tribum: hoc enim grauium Doctorum auctoritate firmatur, & verba Scripturę fauent, vti superius diximus, iuxta Vulgatum Interpretem, cuius auctoritati non est refragandum, nec ad Hebræos cauendi causa, confugiendum, iuxta quam sententiam respondent quidam, aliquando licuisse vxorem de aliena Tribu ducere, id tamen dispensatione precepti, sicut & apud nos licet cum consanguineis ex dispensatione contrahere. Fuisse autem olim potestatem in quibusdam præceptis dispeiandi apud maiores illos, probari potest Scripturæ testimoniis: nam Leuit. 18. præceptum erat, turpitudinem sororis tuę ex patre, siue ex matre, quę forsitan genita est, non reuelabis, & tamen 2. Regum 13. Thamar soror Amon cū opprimeretur ab eo, dixit, Noli frater mi, noli opprimere me, quin potius loquere ad Regem, & non nega ut me tibi. Hæc illa. Erat igitur potestas in Synagoga dispensandi in præcepto illo, alias nunquam Dauid etiam rogatus dedisset sororem fratri in vxorem, nec Thamar vsa esset argumento ad persuadendum apto, si non fuisset tunc commune, & certum dispensari posse in tali præcepto. Præterea in eodem Leuitici capite dicitur, Turpitudinem patris tui non reuelabis, nempe, ne ducas vxorem patris tui, & tamen 3. Regum 2. Bersabee petijt

Quid ea dicendum ſit de ſententijs poſitis quō ſenſerint, declaratur

Universidad de Deusto
Biblioteca

petijt à Salomone Adoniæ filio Dauid vxorem Abisai, quæ nupta fuerat Dauid, iuxta communem Doctorum sententiam; licet enim Dauid non cognouerit eam, tamen duxerat vxorem. Notanda sunt hęc testimonia Scripturæ, quibus probatur potestas dispensandi antiqua in præceptis quibusdam positiuis legis. Sic potuit ex dispensatione, causa aliqua vrgente, dispensari in præcepto non miscendi Tribus.

Secundo, non est minus probabile, immo probabilius, præceptum illud generale non fuisse, nisi quando fœminis hæreditas paterna obtingebat. Hoc ex eo probatur, quia, vt constat ex Numer. 27. ea fuit causa præcepti condendi, nempe, quia filiabus Saalphasar hæreditas obueniebat, propterea fuit Numer. 36. statutum præceptum. ratio autem legis limitat legem etiam generalibus verbis prolatam, nec sunt duæ causæ, sed vna explicans alteram, nempe ne miscentur Tribus, intellige hæreditates Tribuum, quæ diuino mandato erant discretæ, & distinctæ. Idipsum etiam confirmatur Scripturæ testimonijs; præterea illa enim ab Augustino paulo ante relata de Michol filia Saul, & de filia Ioram, est etiam illud Iudic. 21. omnes enim Israelitæ iuramento se obstrinxere, se non daturos filias suas Beniaminitis: postea vero cũ viderent Tribum illam fere deletam, & omnino periturã, si in iuramento perseueraſſent, eos pœnituit, & coegerunt viros Iabes Galaad, qui non iurauerant, filias suas Beniaminitis tradere. Ex qua historia deducitur non fuisse generalem legem, quæ in vniuersum prohiberet cum alijs Tribubus contrahere. Præterea Ruth. 1. Duo filij Elimeles duxerunt Ruth, & Orpham, quæ erant alienigenæ de gente Moabitarum. & Ruth 4. Salmon duxit Raab meretricem, quæ erat Chananæa. & Deuteronom. 21. conceditur Israelitis, quibusdam seruatis conditionibus, ducere vxores fœminas bello captas, & quamuis Chanangi excepti fuerint, priuilegium obtinuit Raab, propter singulare opus suum, quod fecerat Israelitis. Hęc omnia argumento sunt, non fuisse præceptum illud generale, prohibens mistionem Tribuum, quandoquidem gentilibus miscebantur, sed ad conseruandam hęreditatum distinctionem.

Hoc ipsum argumento efficaci comprobatur; nam Tribus Iuda, & Leui mutuis matrimoniis misceri affirmant etiam Doctores, qui primam sententiam tuentur, & expresse asserunt Epiphan. Hęresi 78. Theodoret. lib. quæstion. in Numer. 9. victima, cum aliis, quos citauimus, quando exposuimus illa verba (Ecce Elisabeth cognata tua) & in annotatione præcedenti hoc ipsum confirmauimus; aliterq; Beata Virgo, & Elisabeth cognatæ esse non possent. Vnde igitur prouenit, quod hę duę Tribus miscerentur, nisi ex eo, quod Tribus Leuitica non habebat partem separatam in Israel? si autem generale esset præceptum, vtraque etiam comprehensa esset. Quod si miscebat se cum Iuda, id erat, quia cum esset Tribus sacerdotalis, & nobilissima, eligebat viros ex Iuda, quæ erat Tribus regia. Propter hęc igitur probabilius reputo non fuisse generale præceptum vti explicatum est.

Tertio, ex eo, quod Ioseph erat de Tribu Iuda, non consequitur necessario Beatam Virginem fuisse de Iuda. Hoc dictum argumento manifesto probatur: nam etiam secundum opinionem illorum antiquorum patrum, qui præceptum illud generaliter intelligunt, duę Tribus, Iuda scilicet, & Leui inuicem se matrimonio copulabant: non ergo deducitur, si vir est de Iuda, quod vxor etiam sit de Iuda; nam potuit esse de Leui, sicut diximus in illa verba (Ecce Elisabeth cognata tua.) Pater Beatę Virginis erat de Tribu Iuda, tamen Beata Anna erat de Aaron: aut ergo fatendum est, nec has etiam duas Tribus miscerí, quod tamen omnes affirmant, aut ea veritate posita non sequi, si Ioseph erat de Iuda, etiam Beatam Virginem fuisse de Iuda. Hanc igitur veritatem non ex hac genealogia certam habemus, sed ex aliis Scripturę locis, nempe Roman. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. & Luc. 2. Vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore. & psalm. 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, aliisque multis eiusmodi locis, quibus Christus de Iuda, & de Dauid secundum carnem futurus prędictus est. Adde etiam stante illa lege, solum sequebatur esse de Iuda, non tamen de Dauid: nam præceptum non erat de accipiendis vxoribus ex eadem familia, sed ex eadem Tribu. at Euangelica veritas nõ tantum de

de Iuda, sed de stirpe Dauidica beatã Virginem exhortam confitetur. in quo sensu multi, & graues, & antiqui patres interpretati sunt illud Isa. 11. Egredietur virga de radice Iesse; per virgam enim beatã Virginem intellexerunt. Hac igitur de causa Lucas genealogiam eius vere descripsit, quæ erat ex Dauid per Nathan, quod quidem est argumentum non fuisse genealogiam eius scriptam per Matthęum: nam hæc erat per Salomonem, & Reges, ac Iechoniam, per quos, vt supra diximus ex Irenęo, Christus secundum carnem non descendebat.

Quarto potest deduci ex præcepto illo prædicto, Beatam Virginem de cadẽ Tribu cum Ioseph fuisse, non quidem ex precepto generaliter sumpto, sed determinate accepto; erat enim beata Virgo filia vnica beatorum parentum Ioachim, & Annæ, & nõ solum vnica, sed etiam precibus amborum à Deo impetrata, vt referunt Epiphanius hæres. 79. & Gregorius Nyssenus Oratione de Natiuitate Domini: erat igitur hæres domus, ac possessionis, eaque de causa tradenda erat iuxta præceptum Domini viro eiusdem Tribus, nempe Iudæ. quo sensu interpretari possimus doctores supra in prima opinione allegatos. Et hęc sufficiant in hac parte.

Qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ioanne, qui fuit Ioseph, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, qui fuit Mathath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmadan, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliakim, qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathata, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid.

COMMENTARIA.

COntinuis generationibus genera tio Ioseph legalis perducitur vsque ad Dauid, nec mireris, si inter Dauid, & Ioseph excluſiue intercesserẽ quadraginta uiri in generatione hac legali: apud Matthæum uero in generatione naturali multo pauciores inueniuntur: sæpe enim contingit eodẽ tẽpore alios magis multiplicare, eo q̃ citius generant, fierique experimur, priusquam vnus filium habeat, alterũ etiam illi coætaneum habere nepotẽ, eo quod citius uxorem ducat, & celerius generet.

ANNOTATIO XL.

OCcurrit hoc loco difficultas quædam, quo modo Lucas Zorobabel, & Salathiel inter Patres Legales Ioseph collocet, quos Matthæus inter naturales Patres numerauit. Euthymius ad legalẽ, & naturalem generationem recurrit, dicens, Salathiel esse filium legalem Neri, quod Lucas dicit; naturalẽ vero Iechoniæ, quod refert Matthæus. Quidam autem recentiores existimantes etiam eosdem esse hos, cum iis, quos Matthæus describit, nescio, quę confingunt, & absq; vllo fundamẽto. cum omnes antiqui patres indubie, & absque vlla exceptione affirment, non esse eosdem viros, quos Lucas refert cum narratis a Matthæo. mirum est autem nominum similitudine hos recentiores esse permotos, cum non solum in Scriptura plures passim legamus, qui idem nomen sortiti fuere, sed etiam in hac ipsa genealogia id sæpius eueneritz nam duos legimus appellatos Leui, & præter Ioseph Christi parentem, sunt alij tres dicti etiam Ioseph. duo etiam Mathathię nomen habent, alij etiam duo Melchi. Quid ergo? si fiat duo, qui idem nomẽ sortiti sunt cum ijs, qui in generatione carnali describuntur, puta Zorobabel, & Salathiel; nam etiam quidam in legali generatione appellatur Iuda, quem non ideo dicemus eundem esse cum Iuda illo, qui in carnali generatione narratur.

Nũ Zorobabel, & Salathiel a Matth. & uca cõnume rati sint

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abraham.

COMMENTARIA.

COmmunis eſt hæc deſcriptio cũ Matthæo, vterque enim patres Dauid ad Abrahã perduxit, Matthæus quidem deſcendẽdo, Lucas vero aſcendendo. Legalis autem generatio in Dauid terminatur, qui tam generatione carnali, quam legali, licet per filios & nepotes diuerſos, Pater fuit Chriſti ſecundum carnem; ab Abraham vero vſque ad Dauid ſola naturalis generatio interceſſit.

Qui fuit Thare, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathuſale, qui fuit Enoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainam, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

COMMENTARIA.

AB Abraham vſque ad Adam, & Deum perducitur generatio, cũ Matthæus vltra Abraham non proceſſerit. Recte autem Lucas generationẽ ad Adam, & Deum ipſum deſcribit; cum.n.à Chriſto ſe manifeſtante, & ſalutem iam hominũ operante initium ſumpſerit, omnium meminit generationum, quia omnes ab eo ſaluandi erãt, & ſicut primus Adam omnes ſuo peccato infecit, ita hic ſecũdus Adam ſua iuſtitia omnibus remedium ſalutis attulit. Et quod Deus ipſe, cuius Adã fuiſſe dicitur, in primo homine condidit, eum.n. iuſtum, & ſanctum, & ſibi amicũ fecerat; id Chriſtus malitia dæmonis, & hominis arbitrio deſtructũ, ac perditum reparauit, ac reſtituit. Sunt autem omnes computato ipſo Ieſu, & Deo, qui formauit Adã, ſeptuaginta ſeptem generationes, quibus vt notauit Auguſt. lib. 2. de conſen. Euãg. c. 4. omnium peccatorum abolitio per Chriſtum ſignificatur; hoc.n. numero peccatorum vniuerſitatem expreſsit Dominus Matth. 18. Non dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties; immo & pœna peccati indicata eſt Geneſ. 4. Vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuagies ſepties. Nec intelligas ſic Adam fuiſſe Dei, vt cæteri dicuntur fuiſſe ſuorum parentum; hi.n. filios naturali generatione de fœmina procreatunt; Deus autem fecit Adam de limo terræ: illi non animas, ſed corpora fecerunt; Deus autem etiam animam creauit.

ANNOTATIO LXI.

Quare Cainã à Luca inſeratur.

ADuertendum eſt, nec in Hebræo textu, nec apud Hieronymũ, nec apud Vulgatum Interpretem haberi Cainam inter Salã, & Arphaxad, ſed ſolum Arphaxad genuiſſe Salẽ, vt patet Gen. 10. Septuaginta vero Interpretes, quos Lucas ſecutus eſt, hanc generationem numerant. Quidam recentiores nodum ſic ſoluũt, vt Cainam fuerit patet legalis Salæ. Arphaxad vero pater naturalis, in Hebræo autem, & vulgato ſolus pater naturalis habetur. Hæc aũt ſolutio nullius eſt efficaciæ; nam Lucas dicit Salẽ fuiſſe Cainam, Cainam autem fuiſſe Arphaxad filium: medius igitur extitit Cainam inter Salẽ, & Arphaxad. Quidam alii recentiores etiam dicunt Salẽ fuiſſe binomium; appellatus enim eſt Salẽ, & Cainã. vnde ſic legendum cenſent, Salẽ, qui & Cainam. Hæc autem ſolutio non eſt vllo modo probanda, cum textum receptiſſimum corrumpat, omnia enim exemplaria, & interpretes habẽt, Salẽ, qui fuit Cainam. Præterea eſt argumentum contra vtramq; ſolutionem manifeſtum: nam Septuaginta in ordine generationũ naturalium collocant Cainam inter Salẽ, & Arphaxad, & numerum annorum vitæ eius deſcribunt Gen. 11. ſicut & cæterorum. Minus ec eſt probandum quod quidam dicunt, generationem hanc irrepſiſſe in Lucam, quaſi ex Septuaginta ab aliquo ſumptam, & Euangelio inſertam. hoc autem vanum eſt, cum in omnibus exemplaribus habeatur. Quidam alii etiam ex recentioribus reſpondent, Lucam ſecutum eſſe Septuaginta, quia tunc temporis eorum verſio maximæ erat auctoritatis apud Græcos præſertim, & alias nationes, ac re vera ſuperfluam eſſe talem generationem. Hæc autem ſolutio nõ mihi probanda videtur, nec video, qua ratione defendi poſſit; nam admittendum eſt neceſſario erraſſe Euangeliſtam, & in Euangelio mendacium contineri, quod Catholicus nemo dicet. quo modo enim a mendacio, ſeu errore excuſabimus Lucam, dicentem Salẽ fuiſſe filium Cainam; hunc vero filium Arphaxad, ſi re vera ita non fuit? nam dicere ſecutum eſſe Septuaginta, ad rem non facit; Euangeliſta.n. nullius errorem, & mendacium confirmat. Adde quod fatendum eſſet, Doctores antiquos, qui ſeptuaginta ſeptẽ numerarunt generationes, & myſteria in hoc numero conſiderarunt, deceptos fuiſſe. Exiſtimarẽ potius dicendũ eſſe, in Hebræo deeſſe illam generationẽ, quæ re vera legebatur, & à Septuaginta cõuerſa eſt in Græcum; non.n. eſt credibile, Septuaginta non ſolum numeraſſe Cainã; ſed etiam annos vitæ eius ſi non legiſſent in Hebræo: legerunt ergo, & exemplaria illa ita habebant, nec nouum eſt illos alia ẽt tunc legiſſe, quæ nunc non habentur vitio ſcriptorum, quod etiam in Vulgato dicendum eſt; credere.n. debemus Euangeliſtę id affirmanti, minuſque periculum eſt dicere exemplaria Hebraica ea in parte non habere perfecta, quam aſſerere in Euangelio errorem, ſeu mendacium, vel minimum reperiri.

ANNOTATIO LXII.

Quare Lucas ab Chriſto ad Adam ſeriẽ generationis texuerit.

QVare autem Lucas à Chriſto vſq; ad Adam ſeriem generationum protexerit, præter dictas in Commentario, ſacri Doctores cauſas aſſerunt. Athanaſius in Oratione in illud (omnia tradita ſunt mihi a Patre meo) cauſam docet vnam. Lucas, inquit, a filio Dei exorſus vſque ad Adam recurrit, vt oſtenderet corpus, quod Ieſus aſſumpſit, ab Adam originem trahere, qui à Deo formatus fuit. Irenæus lib. 3. c. 33. Actus, quoniam Adam initium viuentium factus eſt, propter hoc & Lucas initium generationis a Domino inchoans in Adam retulit, ſignificans, quoniam non illi hũc, ſed hic illos in Euangelium vitæ regenerauit. Hæc ille. Ambroſ. lib. 3. in Lucam, in ſine, aliam adducit: Iam inquit, de ipſo Adã, qui iuxta Apoſtolum figurã accepit Chriſti, quid pulchrius potuit conuenire, quam vt ſacroſanctæ generatio a Dei filio incipere t, & vſq; ad Dei filium deduceretur? creatuſque præcederet in figura, vt natus in veritate ſequeretur, ad imaginem Dei factus præiret, propter quem Dei imago deſcenderet? Hæc ille. Leo ſerm. 10. de Natiui. Domini, ſic inquit. Lucas Euangeliſta ab ipſo Domini ortu ſeriem generis ſurſum verſus retexuit, vt etiam illa ſæcula, quæ diluuium præuenerunt, huic Sacramento doceret eſſe connexa, omneſque ab initio ſucceſſionum gradus ad eum, in quo vno erat ſalus omnium, tetendiſſe. Hæc ille. Euthymius autem cur ad Deum vſque generatio perducatur, cauſam adhibet dicens, quod a Chriſti inchoans humanitate ſermonem reduxit ad eius diuinitatem, demonſtrans Chriſtum, vt hominem quidem incepiſſe, vt Deum vero carere principio. Hæc ille.

Finis Capitis Tertij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI
CARDINALIS TOLETI
IN SACROSANCTVM
LVCÆ EVANGELIVM
COMMENTARII.

CAPVT QVARTVM.

IESVS autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane: & agebatur à Spiritu in desertum diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis: & consummatis illis esurijt. Dixit autem illi diabolus: Si Filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. Et respondit ad illum Iesus: Scriptum est: Quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei. Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt: & cui volo do illa. Tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Et respondens Iesus, dixit illi: Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quod Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te: & quia in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus, ait illi: Dictum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, vsque ad tempus. Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exijt per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat: Spiritus Domini super me: propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph? Et ait illis à

illis; Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura teipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo propheta; & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et surrexerunt, & ejecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsq; ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat. Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna, dicens: Sine, quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te quis sis, Sanctus Dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilque illum nocuit. Et factus est pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem, dicentes: Quod est hoc verbum, quia in potestate, & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. Surgens autem Iesus de synagoga, intrauit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri: & dimisit illam. & continuo surgens, ministrabat illis. Cum aut Sol occidisset: omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia: Quia tu es filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui: quia sciebat ipsum esse Christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

CAPVT QVARTVM.

Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane.

COMMENTARIA.

CHRISTVS semper fuit Spiritu sancto plenus, tamen post baptismum, & Spiritus sancti in specie columbæ descensum, Patrisque testimonium, dicitur Spiritu sancto plenus. ratione nostri; quia se mundo manifestare, & doctrina, ac operibus suis, quæ Spiritus virtute edebat, homines sanctificare, & Spiritus sancti gratiã eis impartire incipiebat. qui igitur à principio conceptionis vsque ad trigesimum ætatis suæ annum plenus erat Spiritu sancto in se, baptizatus iam virtute eiusdẽ Spiritus prædicare, & miracula facere, & per hæc se prodere, credentibusq; Spiritus sancti gratiam donare exordiebatur. Regressus autem à Iordane dicitur, quia baptismi suscipiendi gratia à Galilæa in Iordanẽ venerat, quo suscepto reuertitur, facturus quæ Euangelista continuo describit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO I.

Apostoli repleti Spiritu sancto de causis à Spiritu sancto dicti & agi dicuntur.

APostoli repleti Spiritu sancto Act. 2 & Diaconi illi electi Actor. 6. pleni Spiritu sancto, ac Stephanus eodem Spiritu sancto plenus Actor. 7. dicuntur, non sicut Christus; illi enim propter gratiam, & dona Spiritus sancti, & adhuc non propter integrum complementum, sed propter abundantiam, & copiam eorum, pleni dicti sunt, amplius tamen repleri poterant: at Christus tum propter diuinitatem ipsius Spiritus sancti, quæ sibi vnita erat (nam eadem est Patris, & filij, & Spiritus sancti substantia, & deitas) plenus dicitur, tum propter gratiæ, & donorum, ac virtutum Spiritus sancti perfectam plenitudinem, ita vt maiorem non caperet, nec augmentum in eis susciperet. Dicet quispiam, cum diuinitas sit totius Trinitatis vna, & eadem, cur dicitur plenus Spiritu sancto, potius, quam plenus Patre, aut seipso, qui filius est? nam Act. 10. dicitur vnctus Spiritu sancto, & Matth. 12. dicitur in Spiritu sancto exultasse. Respondeo id dici propter tria. Primo ad significandum per eam diuinitatē, quæ sibi vnita erat, humanitatem eius esse sanctificatam, & consecratā, vt supra in cap. 1. notauimus. Secūdo, quia humanitas illa per vnionem diuinitatis accepit plenitudinem donorum Spiritus sancti. Tertio, quia q̄ docuit Christus, & fecit, in hoc tendebant, vt homines sanctificaret. Quæ omnia insinuauit Isaias cap. 61. in persona Christi Dei, & hominis loquēs: Spiritus, inquit, Domini super me, eo quod vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me. Nota causas, cur Spiritus sanctus sit super eum: eo, inquit, quod vnxerit me, sanctificando humanitatē, & donis suis implendo, & eo quod miserit me, ad annunciandum mansuetis doctrinam sanctificationis, vt verbis sequentibus explicat.

Et agebatur in Spiritu in desertum.

COMMENTARIA.

NOn casu, aut temere, aut ui, nec tepide, sed consilio, ac proposito, & sponte, animoque feruentissimo, nostræq; salutis cupidissimo, postrimum, eodem Spiritu sancto, quo plenus erat, ductus est in desertum; sciebat enim, quæ ibi futura erant, & ob ea ipsa Spiritus sancti virtute, & consilio volens, venit in desertum, ibique cōmoratus, eo duce, & comite operabatur; non tantum. n. Spiritu ductus est in desertum, sed etiam in id ingressus eodem spiritu agebatur, nō in uno solo permanens loco. recte autē cum hominis operari incepturus desertum petit. Hoc quidē, vt dicit Ambrosius, quasi hominem quærens, qui à Paradiso electus in huius sæculi desertum expulsus fuerat; illud autem, vt dicit Chrysostomus hom. 13. in Matth. quia tunc maxime diabolus contra aliquos imminet, cum solos, atque ab aliis segregatos uidet. Illud (in) Hebraismus est; solet enim casui instrumenti præponi.

ANNOTATIO II.

NOnnulla sunt in præcedenti sententia notanda. Primo quidem per Spiritū, quo Dominus agi dicitur, intelligi Spiritum sanctum, vt Hilarius can. 3. in Matth. Chrysostomus homil. 13 in eundem, & Greg. hom. 17. in Euang. & Hieron. Matth. 4. affirmat; idemque docet Athanasius Epistol. ad Serapionem, Spiritum sanctum non esse creaturam, vbi tradit regulam, nē pe quando in Scriptura ponitur Spiritus sine additamento, veritatis, aut filij, aut paracletus, aut sanctus, aut sine articulo, sed nude, & simpliciter dicitur Spiritus, tunc si quæ præcesserunt, sunt de Spiritu sancto, debet etiam Spiritus intelligi de eodem Spiritu; allegatq; hunc locum Lucæ, vbi Spiritus sine adiectione scribitur, quia vero, quæ præcesserunt, de Spiritu sancto sunt; dictum enim est, plenus Spiritu sancto, consequenter etiam hoc verbū Spiritus de eodem intelligendum est, nempe eodem Spiritu agebatur Christus, quo plenus dictus est. verum quidem est, Græce haberi cum articulo agebatur illo Spiritu, qui articulus etiam Spiritum sanctum indicat; & in hoc loco emphaticus est. Secundo ties Euangelistæ huius rei meminere,

Concordia Euangelistarum superiora verba scribentium.

nere, & diuersis verbis usi sunt, Matth. cap. 4. ductus, inquit, est a Spiritu in desertū. Marcus capit. 1. Expulit eum Spiritus in desertum, Lucas noster, agebatur in desertum. quæ verba interpretes pro eodē accipiunt, cum reuera sint diuersa, & diuersum sensum faciāt, & omnia tria simul legenda. Christus quidem Spiritu sancto à turbis, quæ eo loco, quo baptizatus est, aderant, & à conuersatione hominum, quā prius habuerat, sequestratus est in locum solitarium deserti, & hoc Matthæus significauit, ductus, inquit, est. verbum Græcū significationē magis explicat ἀνήχθη, id est, subductus est, & sequestratus. Præterea non solum sequestratus est à turbis, & hominum conuersatione; sed magna Spiritus efficacia, quasi iam nouum statū, & modum viuendi exordiens, & hostem, contra quem pugnaturus venerat adoriens, & ad bellum se accingens venit in desertum. & hoc exprimit Marcus: expulit, inquit, cum Spiritus, quod non violentiā sed efficaciam Spiritus insolitam, quasi impetum, & fortitudinem, quibus hostem aggrediebatur, significat. quod etiam verbum indicat, Christum exposuisse se tentationibus Diaboli, totis ipsius viribus, & arte tentandum. Nos quidem, vt dicit Augustinus lib. 20. Ciuit. cap. 15. tentat dæmon non quantum potest, sed pro viribus nostris, & Christum tentauit, quantū ipse dæmon potuit; ideo dicitur, expulit eum Spiritus in desertum. Præterea eo tēpore toto, quod in deserto consumpsit, eodem spiritu ducebatur, & gubernabatur, & operabatur, non in vno loco permanēs, sed huc, illuc que per desertum pertendens, & hoc indicat Lucas: agebatur, inquit, in desertum, quod Cyprian. lib. de ieiunio recte interpretans dicit, desertum Christus ingreditur, ibi suo, id est, Spiritu sancto duce, & comite conuersabatur. Hæc ille. Non ergo solum motum in desertum hoc verbum significat, sed etiam ductum Spiritus sancti, quo toto illo tempore ducebatur, quod in deserto insumpsit, siue orando, siue ieiunando, siue cum hoste pugnando, omnia hæc Spiritu sancto duce, & comite operabatur; ideoq; positum, est imperfecto temporis, quod durationem significat, quasi toto illo dierum tempore Spiritu ageretur. quo etiam verbo vsus est Paulus Romanos. 8. qui Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt; Christus enim, vt homo dicitur agi Spiritu sancto. Tertio multis de causis spiritu duci, & agi in desertum dicitur. Primo quidem, quia non ignarus, sed cōsilio ducebatur, vt dicit Ambrosius. Secundo, vt inquit Hieronymus Matth. 4. quia non inuitus, aut captus, sed sponte, & libere venit. Tertio, vt dicit Hilarius can. 3. in Matth. quia non aliter tentasset eū Diabolus, nisi Spiritus sancti facultate permissa. Quarto, vt dicit Chrysostomus hom. 13. quia homines non debent tentationibus se committere, sed immissam sustinere: at Christus sciens se tentandum, ipsum aggreditur hostem, quod non fieret, nisi peculiari Dei voluntate. ideo Spiritu sancto ductus, & actus dicitur. Quinto, vt significet non posse vinci tentationes, nisi Spiritus sancti virtute. Vltra has causas, quæ cōmunes sunt, propria quædam est, quia exordiebatur salutem hominum operari, & munus Redemptoris exercere, ac non iam communem hominem, sed filiū Dei agere, propter quod Spiritus sanctus specie columbæ in baptismo super eum manserat, idcirco Spiritu sancto agi, ac duci dicitur; opera enim superhumana, & cœlestia erant, quæ a Spiritu sancto tribuuntur, quia per ea sanctificati sumus.

Spiritus in eo sit virtus intelligendus est hoc loco.

Quare Xps Spiritu sancto plenus dicitur.

Diebus quadraginta.

COMMENTARIA.

TEmpus signat, quo per desertum agitabatur Spiritu sancto, quadraginta inquit diebus; cum enim dierum numerum Christus ieiunio suo elegit, quem Moyses, & Helias obseruauerant, demōstrans, vt notauit Augustinus epist. 109. cap. 15. ad Ianuarium, Euangelium non aduersari legi, & prophetis, in persona quippe Moysis, lex, in persona Heliæ, prophetæ repræsentatur; inter quos in monte gloriosus apparuit, vt euidentius fieret, quod de illo dicit Apostolus, testimonium habens à lege, & Prophetis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et tentabatur a diabolo.

ANNOTATIO III.

Quia hæc nō sequūtur, sed præcedenti cōnectenda.

IN exēplari Græco ambiguus sermo est, an hic dierum numerus connecti debeat antecedentibus, nempe agebatur in desertum per dies quadraginta, nam non habetur particula (&) nec est verbum (tentabatur) sed participiū passiuum, quasi Latine diceremus, agebatur in spiritu quadraginta diebus, tentationem à diabolo patiens, sicque fit vt dierum numerus antecedenti verbo, aut sequēti participio copulari possit. Origenes homil. 29. & Euthymius participio coniungunt, quasi Euangelista significare velit, his omnibus diebus tentatum esse; vulgatus vero interpres coniunctione illa (&) interposita dierum numerum antecedenti cōnexit; sic enim habet: agebatur in spiritu in desertum quadraginta diebus, & tentabatur à diabolo, eaq; lectio amplectenda est, tum quia Marco cap. 1. concordat; ait enim: erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana: tum quia si coniungamus sequenti, significatur hoc spacio quadraginta dierum tentatum esse Christum, quod in sequenti Commentario, & annotatione verum non esse ostendemus: tum demum quia cum sit sermo ambiguus in exemplari Græco, Vulgati auctoritas est plurimi facienda. Quod autem ad numerum hunc quadragenarium spectat, multa Scripturæ exempla congregât Hilarius can. 3. in Matthæum, Ambrosius in præsenti, Augustinus Epist. 109. ex quibus constat numerū hunc mysterijs significandis fuisse à Deo electum, & sacratum; præter ieiunium enim Moysis, & Heliæ, legimus totidē dierum numero aquas Abyssi fuisse effusas super terram; exploratam etiam fuisse terram promissionis; eodem annorum numero populus Dei per desertum ductus est; quadraginta dies præscripsit Ionas Niniuitis ad pœnitentiam, totidem diebus Christus mansit post resurrectionem in terra, priusquam ascenderet. His & alijs exemplis constat numerum hunc mysterijs significandis accommodatum. Lege causam apud Augustinum in Epistola citata.

Quadragenarius numerus in Scriptura Sacra commendatur.

COMMENTARIA.

DVo sunt, quæ in deserto de Christo facta sunt, & agebatur in spiritu quadraginta diebus, & tētabatur à Diabolo. non quod simul hæc fuerint, sed quod consequenter; post illud enim hoc gestum est; quæ duo Euangelista distinctius enarrat. Tentatur autem, quia ipse voluit, non vt nos, qui tentamur etiam inuiti; ideo enim rogabat Paulus ter, vt ab eo Satanę angelus discederet. quod si uolens tentatus esset, non vtiq; a tentatione liberari rogasset. Sicut autem Christus baptizatus est, vt homo, & agebatur, vt homo in desertum, ita etiam tentatur, vt homo.

ANNOTATIO IV.

ORigenes hom. 29. in Lucam connectēs numerum dierum quadraginta sequenti verbo absque vlla coniunctiua particula, affirmat Christum his diebus multas & graues passum esse tentationes à diabolo, præter illas tres, ab Euangelistis Matthæo, & Luca narratas, illas autem forte silentio prætermissas dicit, quia maiores erant, quam ut literis crederentur, & si sic, inquit, oportet dicere, sicut mundus capere non poterat libros, si scripta fuissent, quæ fecit, & docuit Iesus; sic quadraginta dierum tentationes, quibus tentatus est Dominus à Diabolo, mūdus ferie non poteret, si Scriptura docuisset. Hæc ille. huic sententiæ accessit Euthymius Matthæ. 4. Marcus, inquit, & Lucas dixerunt, quod etiā in quadraginta diebus tentabatur, vt manifestum sit, quod in illis quidem ipsum a longinquo tentabat, nēpe per somnum, per tristitiam, per ignauiam, & similia: postquam autem ipsum esurire cognouit, iam prope, & manifeste appetiit, idque per uitium fami conueniens, puta per gulam. Hæc ille. Verba autem Græca Euangelistæ impugnant Origenem, & Euthymium in hanc opinionem: nam dicitur, agebatur quadraginta diebus tentationem patiens, quasi his diebus tentatus

Refellitur sententia dicentis Christū per quadraginta dies, narijs tentationibus à dæmone fuisse uexatum.

tus fuerit: idque placuit nonnullis recentioribus, nec aduertunt ex verbis illis id nō deduci; nam Lucas prius narrat in genere, quæ gesta sunt in deserto, nempe actum esse spiritu quadraginta diebus, & tentatū, postea vero, quæ in genere dixerat, specialim, & distincte explicat, dicēs, illis diebus nihil manducasse, neque bibisse, & post eos dies esuriisse, & tunc tentatum esse. non quod sit hęc tentatio distincta ab illa prius narrata, sed quod, quæ confuse prius scripserat, clarius explicet, & edisserat. cui sensui multum fauent verba Marci: erat, inquit, in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tētatur à Satana, quibus verbis tentationes, quas cęteri Euangelistæ scripserunt, significauit in genere. nec ad illas sigillatim describendas descendit. Matthæus autem solum eas distincte narrauit, Lucas vero vtrumque complexus, & prius in genere, & postea distincte, & in specie expressit. Est etiam communis sententia Patrum, Christum non fuisse tentatum, nisi postquam quadraginta diebus ieiunij elapsis, esurijt. Cyprianus, de ieiunio, sic inquit, forma ieiuniorum proposita, fixoque exemplo, postquam dierum quadraginta abstinentiam Dominus consummauit, Satan cum esurientem videret, accessit, ecroactum tempus obtinuerat quies, & se cum silētij sera opus illud eximium Saluator exegerat, modo oblata famis occasione tumultuator de latebris prodiēs egreditur, & subdola professione quasi compatiens ei, subuenire periclitanti naturæ hortatur. Hæc ille. Vbi vides toto ieiunij tempore non fuisse Christum tentatum. Hilarius etiam can. 3. in Matth. non erat, inquit, à Deo diabolus, sed à carne vincēdus, quam vtique tentare ausus non fuisset, nisi in ea per esuritionis infirmitatem, quæ sunt hominis, recognouisset, quam in eo sentiens ita ortus est, si filius Dei es, &c. Hæc ille. Vbi causam etiam docet, propter quam quamdiu ieiunauit, ante esuriem tentatus non est. Chrysostomus hom. 13. in Matth. sic habet. considera, quanta ad eum astutia, & malitia accedat, quoduc præcipue tēpus obseruet; non enim ieiunantem adit, sed esurientem, vt scilicet discas, quam sit bonum grande ieiunium, & quia hæc aduersus diabolum arma sint maxima. Hæc ille. Idem docet Ambrosius lib. 1. de Cain, & Abel, cap. 5. vbi primam tentationem factam à Diabolo Christo asserit fuisse gulæ, quando dixit, dic vt lapides isti panes fiant. prima autem non esset si spacio dierum quadraginta cum tentasset, hæc enim facta fuit consummatis illis diebus, quādo esuriit. Hanc Patrum sententiam ratio ipsa confirmat: nam tentationes illæ, quas Euthymius enarrat, fieri non possunt, nisi Diabolo interius tentante, quod in Christo non esse factum dicemus in Annotatione 7. sequenti.

ANNOTATIO V.

MAtthæus vnum consideratione dignū narrauit, quod Lucas omisit; dixit enim: Ductus est Iesus in desertum à Spiritu, vt tentaretur à Diabolo. particula (vt) eo loco finem quendam, & intentionem indicat, quasi ea intentione, & fine in desertum ascenderit Christus, vt occasionem tentandi Diabolo daret. sic interpretatur Ambrosius. consilio, inquit, ductus est in desertum, vt Diabolum prouocaret. Idem sensit Chrysostomus hom. 13. in Matth. notans, quod diximus in commentario, propterea cum dictum esse ductum à Spiritu sancto, quia humanæ solius voluntatis non est se ingerere tentationi, sed immissam sustinere, Christus autem Deus, & homo suo ducebatur Spiritu in desertū, vt ibi cum hoste congressus de eo reportaret victoriam, quę sibi erat certissima, & cognita. tentari autem voluit spōte quidem, sed multis de causis. primo ob cautelam nostram. hanc causam docet Ambrosius, vt ostenderet, inquit, nobis Diabolum ad meliora tendentibus inuidere, & tunc magis esse cauendum, ne mysterij gratiam desectionem nostram, de qua sic scripsit Chrysostomus hom. 13. in Matthæum, occasionem Diabolo adeundi præbet, vt prius ipse congressus, quomodo ab aliis etiam uinci possit, ostenderet. Sic etiam faciunt Athletæ, qui cum Discipulos suos uincere docent, data opera in palæstris cum aliis certamen exercent, ut in luctantium corporibus faciant artem spectare uincendi, & modum, uiamque victoriæ adipiscendæ monstrent. Hæc Chrysostomus. Tertio propter victoriam nostram; sic enim Damascenus lib. 3. de fide, c. 20. tradit dicens, tentatus est, at superauit, ut nobis victoriam compara-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret, naturæq; nostræ succurrendi laborem sanctis viris tribueret. Quarto propter Dæmonis confusionem, quod Cyprianus libro de ieiunio docet dicens, baptizatus non repente ad signa, & miracula, & doctrinam vsus est potestate, sed interim auctoritatem cõsecutus, & antequam notum se faceret mundo, expetijt se tentandum Diabolo, nõ ut diuinitatis integritas probaretur, sed ut tentatoris confunderetur præsumptio, dum fame, & lassitudine post ieiunium veritas humanitatis pateret, quę diuinitati associata omnino peccati sensu, & cõsensu careret. Hæc ille. Quinto Leo ser. 1. de Quadragesima, multis complexus causas sic scripsit intelligamus, quanto studiosiores pro nostra salute fuerimus, tanto nos vehementius ab aduersarijs imperendos: sed fortior est, qui in nobis est, quam qui aduersum nos est, & per seipsum validi sumus, in cuius virtute cõfidimus. Quia ob hoc Dominus se tentari a tentatore permisit, vt cuius munimur auxilio, eius eruditemur exemplo; vicit enim aduersarium testimoniis legis, non potestate virtutis, vt hoc ipso, & hominem plus honoraret, & aduersarium plus puniret, cum hostis generis humani non solum quasi à Deo, sed etiam quasi ab homine impugnaretur, & vinceretur. Pugnauit ergo ille tunc, vt & nos postea pugnaremus; vicit ille, vt, & nos similiter vincemus. Hæc Leo. Quibus verbis indicat Christum tentari voluisse, vt discerneremus; quo magis saluti nostræ incubuerimus, eo magis ab hoste tentandos; post ieiunium enim Christus tentatur. Præterea, vt sciamus nos maiorem habere virtutem illo; in Christo enim fortiores sumus diabolo. Præterea autem docemur vincendi, verbo legis, & fidei proposito, & inuiolabiliter custodito. præterea, ut homo honoraretur, & Dæmon, dum ab homine vincitur, magis puniretur. Vt enim, inquit, Hilarius ca non. 3. in Matth. diguum nequitia, & scelere Diaboli erat, vt in sanctorum morte, & calamitatibus gloriabatur, homine vincerentur præterea non debere nos dedignari tentari, si ille tentatus est, & pugnauit, demũ sperauda nobis victoria ab eo, qui illum pro nobis vicit. Hæc, & aliæ huiusmodi cautæ à sacris Doctoribus traditæ sunt. Mihi autem vna videtur maxime ad rem facere, nimirum, cum ipse Christus esset Adã secundus, qui restaurare venerat totum, quod primus Adam euerterat, voluit initium salutis operandæ facere, sicut ille peccatum, & ruinam exorsus fuerat. Deus hominem extrà paradisum creauerat in sum, ac sanctum fecerat, & in paradiso collocauerat; qui intactus, & purus permanens ab hoste tentatus decidit; Christus ergo baptizatus Spiritu sũpet cum descendente illum inducat statum, in quo primus Adam creatus est in desertum recedit, sicut ille in paradiso positus est, ieiunat multis diebus, sicut & ille sanctus quodam tempore permansit, quo nec famem, nec sitim patiebatur; supererat, vt sicut illum hostis inuasit, sic Christus ab eodem hoste tentari se permitteret, vt quod ille tentationi succumbens perdidit, Christus tentatorem vincendo recuperaret. Hæc igitur de causa tentari nõ noluit. Adde etiam aliud, quod ad hanc similitudinem magis facit: Adam in paradiso victus, expulsus est in hunc mundum à paradiso, vbi peccato subiugatus Dæmonis potestati relinqueretur. Christus verò in deserto victor existens descendit inter homines, vt opera Diaboli dissolueret, & potestatem eius infringeret, & de eius manu homines eriperet. Hęc igitur est causa, cur non statim post baptismum Dominus signa, & miracula operatus est, sed prius in desertum recedit, & ibi cum Tyranno mũdi congreditur, victorẽq; hominum humanitate superauit, ac vicit.

Et nihil manducauit in diebus illis.

COMMENTARIA.

QVadraginta illis diebus, quibus in diuersum actus est Spiritu sãcto, ieiunauit, non sicut nos, qui semel in die cibum, & potum capimus sed ille nihil cibi, & potus accepit; nam, qui venerat sanare hominem, contraria morbo in seipso susceptit medicamenta; hic enim cibo cecidit, & mortem contraxit; Christus autem abstinentia in vitam reuocare exorditur. mira, profecto virtus, & laus est ieiunij, quod Christi prædicationi, & functioni muneris sui mitium fuit. Et

Et consummatis illis postea esurijt.

COMMENTARIA.

POst quadraginta dierum, & noctium ieiunium esurijt, non quidem, vt nos esurire solemus, coacti, aut nolentes, sed volẽs; voluit autem, vt hostem prouocaret ad pugnam; data ei, & oblata occasione tentandi; quę enim diuina virtute ieiunantem tẽtare non fuerat ausus, hũc esurientem, & infirmitatem nostram assumentem aggreditur.

ANNOTATIO VI.

Xpi passiones naturales, et supra naturã fuere-

QVædam notanda occurrunt. Primo quidem ex Damasceno lib. 3. de fide capit. 20. passiones naturales fuisse in Christo, & secundum naturam, & supra naturam. secundum naturam erant, quia eatenus ea, quæ naturalia erant, patiebatur; vere enim esurijt, sitijt, lassabatur, dolebat, timebat, tristabatur: supra naturam autem erant, quoniam ea in Christo voluntatem non anteuertebant; nec enim quicquã coactum, aut necessariũ, sed omnia voluntaria erant, & volens fame, volens siti, volens metu, volens morte affectus est; idem dicit Hilar. can. 3. in Matth. cũ esurijt, inquit Dominus, non inediæ subrepsit operatio, sed virtus illa, quadraginta dierum non mota ieiunio, naturæ suæ hominem dereliquit. idem etiam dicit Chrysost. hom. 5. ex variis locis Matthæi: Non, inquit, necessitate, sed voluntate Dominus esurijt, vt ad huiusmodi tentationem Diabolum prouocaret. prius ergo sustentabatur diuina virtute, ne esuriret; postea volens suit carnem pati iuxta naturam suam. Secundo hanc esurię Christus assumpsit, vt hostem prouocaret, & occasionem tentandi ministraret. quod Hilarius loco citato asserit dicens: nõ erat à Deo Diabolus, sed à carne vincẽdus, quã vtique tentare non ausus fuisset, nisi in caperet esuritionis infirmitatem, quę sunt hominis, recognouisset. Hinc soluitur dubitatio quædam, quæ cuipiam suboriri posset, nam Moyses ieiunauit quadraginta dierum, Exo. 34. similiter, & Helias 3. Reg. 19. neutrum tamen post id ieiunium esurijsse legimus. respondet Maximus hom. 3. in illis duobus diuinam virtutem tantum ostẽsam fuisse, idcirco non dicuntur esurijsse; at in Christo non tantum diuina virtus, sed etiam vera humanitas ostendi debuit cum infirmitate, vt hostis prouocaretur, quod non fieret, si post ieiunium non apparuisset esuries. Id etiam notarunt Hilarius canon. 3. in Matth. & Ambrosius in præfatione de Moysi, & Heliæ ieiunio mentionem facientes. Tertio, Basil. in regul. breuior. respons. 75. tradit doctrinam quandam, per quã intelligere facile possumus, qua ratione diabolus esurientem sentiens Christum, cum tentare aggressus sit, sicenim inquit: In uniuersum opinor Satanã non posse ipsum per se causam esse alicui, vt peccet, sed cum modo insitis vnicuique à natura motionibus, modo etiam interdictis cupiditatibus, velut adiutricibus utatur, per hæc ipsa eos, qui negligentiores sunt, ad propria uitia conatur adducere. Vtitur autem ille quidem adiutricibus secum naturalibus motionibus, sicut in Domino facere tentauit, quando esuriens illum animaduertens dixit; si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant; interdictis autem cupiditatibus, vt in Iuda, quem, quod auaritiæ morbo eum obnoxium esse intellexerit, huius ipsius cupiditatis operas vsus, quarum hominem ad scelestissimæ proditionis lapsum nummis triginta argẽteis extimulauit. Hæc ille, in quibus perpẽ de dæmonis artem, passionibus quasi infirmitate nostra utitur ad impugnandum, sicut hostis solet partem inferiorem aggredi ad expugnandum; qua parte enim hominem infirmum sentit, tentat, vt etiam Gregorius docet libro septimo, epistola quinquagesima tertia. Christus ergo infirmari se passus est, artem Diaboli sciens, sicq; non solum prouocat, sed etiam velut arma ministrat hosti. Perpende etiam Christum passum esse motiones naturales hasce, quas aditiscas inimici appellat, sed non cupiditates, quæ uitia sunt, & quibus etiam vtitur Diabolus ad tentandum, vt fecit in Iuda, & in multis nunc facit, adhæc uitia prouocans perficienda, ad quæ sentit hominis propensos. Hæc duo in hac Basilij sententia probanda sunt. Quod uero ad hæc duo capita tantum reducat Diaboli tentationes, quasi non tenter, nisi utens motionibus nostris naturalibus, aut cupiditatibus nos

Deus non quãdo uult tentat.

Quare esurire voluerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

non uidetur omnino probanda, nam tanta est eius audacia, vt tentet perfectos homines, etiam si nec motionem naturalem, aut cupiditatem inuenerit, quod exemplo Christi manifestum est: nam tentauit secunda, & tertia tentatione de auaritia, & ambitione, etiam non præuia ulla cupiditate, aut motione naturali, sicut fecerat in prima tentatione. quæ ergo Basilius dicit, frequentiora sunt, non tamen perpetua, sicq; interpretandus est. Quarto ex hoc verbo (esurijt) deducimus Christum, vt hominem fuisse tentatum, sicut ut homo esurijt, & ex esurie inimicus tentandi occasionem accepit. Hinc Origenes homil. 28. causam inuenit, cur Ioannes tentationum Christi mentionem non fecerit, cæteris tribus Euangelistis non tacentibus, respondet, quia Ioannes præcipue diuinitatem Christi docuit, & ab ea exorsus est; cæteri vero ab humanitate; tentatio enim non diuinitatis, sed humanitatis fuit.

Dixit autem Diabolus.

COMMENTARIA.

NVllam occasionem nocendi intermittit hostis, qui semper circuit, quærés quem deuoret; cum enim sensit esurientem Dominum, confestim accessit tentans. Non autem tentauit interius suggerendo cogitationes, aut excitando cupiditates, vt solet nobiscum facere, sed tantum exterius verbis inducendo. Apparuit autem in forma uisibili, ostendens quod non erat, & occultans quod erat.

ANNOTATIO III.

Vt primus Adã sic & secundus exteriora tantum tentatus est a Diabolo, per quæ partis sensitiuæ cupiditates, nobis etiã nobis tentatis; propter peccatum enim inferioritatis suæ pars inobediens est superiori, & dæmonis

TEnenda est Doctrina Damasceni libr. 3. de fide cap. 20. & Gregorij homil. 16. in Euangel. nimirum Christum tentatum quidem fuisse, non ut nos: nos quidem tentamur a Diabolo non solum exterius verbis, aut factis, sed etiam interius per immissas cogitationes malas, aut excitatas immissas cogitationes malas, aut excitatas suasione. Christus autem tentatus est exterius tantum, quod Euangelista significans ait. Dixit illi Diabolus: quo argumento paulo superius reiecimus sententiam Euthymij, affirmantis spacio dierum quadraginta Christum passum esse tentationes interiores. Notat autem Augustinus lib. 9. cuit. c. 21. Diabolũ hunc, qui Christum tentauit, fuisse ipsum Principem Dæmonum: cui sententiæ fauet ratio, & auctoritas. ratio quidem, tum propter Christi insignem perfectionem, & sanctitatem; cui nemo alius accedere ausus esset: sunt enim dæmones viribus inæquales, nec omnes idem possunt: tum quia agebatur de principatu Diaboli euertendo; ad hoc enim venturum Christum nõ ignorabat Diabolus: Principi igitur ipsi iucumbebat congredi cum eo, quem Christum esse suspicabatur, nec alteri inferioti se tantum committeret negotium. Auctoritas autem, quia ipsemet Dominus testimonium reddidit Ioan. 14. venit princeps mũdi huius, & in me non habet quicquam significans principem ipsum insurrexisse cõtra eũ. Diabolus a Marco appellatur Satã. de vtroque autem nomine diximus in cõmentarijs in Ioannem.

Si Filius Dei es, dic lapidi huic, ut panis fiat.

COMMENTARIA.

NOuerat Diabolus ex Scripturis filium Dei futurum hominem; cum autem audisset uocem patris propè Iordanem, de Christo dicentis: Hic est filius meus; suus etiam Ioannis testimonium, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; cumq; nullum

nullum in eo peccatum deprehendisset, quod in omnibus deprehendere solitus erat; eum esse Dei filiũ, qui uenturus promittebatur, suspicatus est. à perfecta vero credulitate illũ auertebant esuries, ipsumq; ieiunium, caroque cum cæteris hominibus communis. Non. n. plane intelligere poterat, qua ratione Dei filius ĩ ea carne esset, quæ ieiunio affligi, & esurire posset, cæteraſq; naturales huiusmodi motiones pateretur. Ambiguus ergo accedit, exploraturus diuinitatem, si filius Dei erat, aut prouocaturus ad gulã, si solum erat homo, sicq; explorat, ut tẽtet, & sic tentat vt exploret, si filius, inquit, es Dei, dic lapidi huic, vt panis fiat, longo ieiunio te conficis, natura carnis deficit, ciborum nulla est commoditas: si ergo filius Dei es, qualem te Pater suo testimonio cõmendauit, dic lapidi, vt fiat panis, sicq; tibi consulas. Existimabat diabolus, Christum, si filius Dei erat, lapidem conuersurum in panem, quo facto diuinitatẽ illius deprehendisset, aut si tm̃ homo erat, auersurum se eũ à proposito ieiunij, ac prouocaturum in appetitum inordinatum gulæ, quo cibum non opportuno tempore, nec modo conuenienti appeteret, quod intemperantiæ erat, atq; hæc est prima tentatio, qua eum esurientem inuasit. Est autem diaboli in tentando artificium, facilia facit, quę suadet: die, inquit, facile enim est, quod solo fit uerbo. Præterea faciliores partes in peccato perpetrando ipse accipit; suadet enim homicidium, gulam, & quid simile, ipse enim inducit, sed laborem, periculum, & cætera, quæ in peccato patrando fiunt, homini reinquit. die, inquit, vt lapis fiat panis, tu postea accipe, rumpe, ferua, comede. Præterea non dicit die lapidi, sed huic, quem ipse demonstrat; quia non tantum ad peccatum trahere conatur, sed etiam sub suo imperio, & principatu tenere.

ANNOTATIO VIII.

Vnde dicebatur filius suspicatus fuit Christum Deũ esse.

QVod ad verba spectat, Matthæus numero plurali vsus est, dic, vt lapides isti panes fiant; Lucas vero singulari, nullam tamen in hoc est pugnantia, numerus enim pro numero vsurpatur aliquando. Theophylact. existimat plurali vsum fuisse diabolum, vt sic ad superfluos cibos excitaret; unus enim panis satis erat. quidã alij pluralem pro singulari putant. quod vero ad rem ipsam spectat, multa explicãda occurrunt. Primo quidem loco illud est, quid induxerit diabolum in suspicionem de Christo, quod filius esset Dei? Ad quod sacri Doctores varia respondent. Primo quidem Cyprianus serm. de iciunio, dicit permotum esse virtutis illius integritate, omni peccato carente, qualẽ nemine quantumcũq; virum sanctum ille deprehenderat. Secundo in præsenti respondet inductum esse in eam suspicionẽ, quia nouerat ex Scripturis venturum Dei filium; dubius tamen erat quia non putabat per carnis infirmitatem venturũ. Tertio, Hilarius can. 3. in Matth. docet ieiunio quadraginta dierum morum esse, vt Dei filium suspicaretur. Postremo loco Chrysostomus hom. 5. in diuersos Matthæi locos, & hom. 13. in Matth. affirmat diabolũ in eam venisse opinionem propter Patris vocem in baptismo auditam, Hic est filius meus dilectus; simul etiam propter testimonium Ioãnis, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Nos in Cõmentarijs multa coniunximus, quæ profecto conuenerunt; ex una enim parte ex Scripturis nouerat filium Dei naturalem venturum in mundum, futurumq; hominem, vt dicit Ambrosius; si enim hoc non nouisset, verbum illud patris facile de filio quodã adoptionis insigni interpretatus fuisset, sciebat ergo filium uerum Dei uenturum. ex altera parte in Christo deprehendebat quędam, quæ magnam ei ingerebant suspicionem illum esse, qui venturus sperabatur, nẽpe virtutis integritatem sine labe vlla, vt dicit Hilarius, & maxime testimonium Ioannis, vocemq; paternam, vt recte dicit Chrysost. hęc oĩa ipsum diabolum permouebant, vt putaret Christum filiũ Dei verum esse; at non pleno assensum præbuit, quia ieiunare eum vidit sicut Moyses, &

Helias fecerant, qui homines puri fuerãt. maxime autem esuries eum remouebat à perfecte credendo. Ambiguus igitur accessit, vt omnes præfati Doctores consentientes affirmant.

ANNOTATIO IX.

Quæ sint diabolus Christũ tentando vit.

SEcundo loco inquirẽdum est, quid Diabolus intenderit in hac sua tentatione ultima. In qua re explicanda Doctores varij sunt. Primo quidem loco quidam existimant diabolum tentasse Christum, vt ad peccandum induceret. in qua sententia est Gregorius Nazianz. orat. in laudem Cypriani, vbi de diabolo loquens sic inquit: Nec Dominum quidem ipsum, à quo profligandus, & contrucidandus erat, adoriri dubitauit, eiq; qui nulli tentationi obnoxius est, tentationem admouit, quoniam eam Dei partem, quæ aspectu sentiebatur, Adamo similem esse videbat, quasi ipsum quoq; dei eruturus; neque enim fore suspicabatur, vt humanitatem aggressus in diuinitatem incurreret. Hæc ille. Idemq; sensit in orat. in sanctum Baptisma. In eadẽ sententia est Basilius serm. de abdicatione rerum tẽporalium, vbi sic inquit: Qui primum parentem callida escæ obiectione ita malitiose vita spoliauit, & item Iesum eodem se modo supplantaturum sperauerat, nihil est, quod is vereatur, quin & tanto ausit confidentius tibi quoque primam malorum originem proginare. Hæc Basilius, consentit Cyprianus serm. de ieiunio, affirmans Diabolum tentasse prima hac tentatione Christũ de gulæ idem sensit Chrysost. hom. 12. in Matthæum, vbi de hac tentatione loquens, inquit: Non vt crederet, hæc ille dicebat, sed (quantum opinabatur) vt ipsum infidelitatis argueret, siquidem ipsos primos homines hac arte decepit, eosq; parũ Deo credidisse arguit. Hæc ille. Idem sensit Gregorius hom. 16. in Euangelia asserens in hac prima tentatione diabolum tentasse Christum per gulam, sicut & primum hominem. in quo videtur cum Gregorio, & Basilio, ac Cypriano conuenire. Idem dicit Euthymius Matth. 4. Chrysostomus autem de infidelitate tentasse dicit, quasi vt induceret, ne crederet voci paternæ, aut si crederet, vt testimonium aliquod virtutis ederet. Conueniunt ergo tentasse, vt ad peccatum prouocaret; dissentiũt autem in qualitate peccati. Secundo loco, quidam alij existimãt tentasse ad explorandum, nempe, vt disceret, certusque fieret, an esset Dei filius necne. in qua sententia sunt Chrysostomus hom. 5. in diuersos locos Matthæi, Hieronymus Matth. 4. Augustinus lib. 9. ciuit. cap. 21. & Leo serm. in 1. Domin. Quadragesimæ. Tertio loco Hilarius can. 3. in Matth. & Ambrosius in hoc loco, vtrumq; complectuntur, nimirum tentasse, vt exploraret, & vt in peccatum induceret gulæ, vt exploraret quidem diuinitatem eius, si filius Dei erat, aut vt prouocaret ad gulam si homo solum erat; sic enim hos duos Doctores intelligendos existimo, nõ quod velint dicere diabolum tentasse, vt ad peccandũ induceret, etiam si filius Dei esset. Hæc sunt, quæ antiqui Patres de hac difficultate sensere. Quarto loco quidam multo posteriores tempore existimarunt, Diabolum tentasse Christum ad peccatum, etiam si filius Dei esset; putabat enim quem esurientem sentiebat, peccare etiam posse. Quæ autem mihi in hac parte probabiliora videntur, hæc sunt, nempe diabolum accessisse animo explorandi diuinitatem Christi, simulque si ea non esset, inducendi ad gulæ peccatum. Mouetur ad hoc existimandum non sola Hilarij, & Ambrosij auctoritate, sed etiã hoc argumento; si enim solum ad gulam induceret, non petijsset, vt lapides faceret, sed potius panes ipsos obtulisset, & ad vescendum prouocasset, hac enim via esurienti facilius persuadere poterat, vt comederet, quam lapides proponendo. Non igitur intendebat tantum ad peccatum inducere. Si autem tantum exploraret, non cibũ seu panes peteret: hos enim proponens intendebat eum ad manducandum excitare, vt constat ex responsione, non in solo pane viuit homo: igitur vtrumque intendebat, explorare scilicet, & tentare ad peccatum. Præterea non sic hæc intendebat, quasi si filius Dei esset, ad peccandum excitaret; nouerat enim ex Scriptura filiũ Dei, & Messiam non solum non peccaturum, sed mũdum à peccatis liberaturum; voluit autem vnica tentatione vtrumque compendiose complectj; si enim filius Dei erat, sperabat eo facto se id certe assecuturum; si uero non erat, eadem tentatione impetitum gulæ prouocaturum, cibos ap-

Auctor vtr sentẽtia desiderat.

te tempus, aut indebito modo appetendo. Non ergo efficax videtur argumentum Hieronymi; inquit enim sic. Duobus contrarijs teneris Diabole, si ad imperium eius possunt lapides panes fieri, frustra tentas eum, qui tantæ potentiæ est: si autem non potest facere, frustra filium Dei suspicaris. Hoc argumentum multum argueret, & conuinceret diabolum stultitiæ, si tantum ad explorandum tentasset: at non ad id tantum, sed etiam ad prouocandum ad peccatum accessit. Quod autem dicit Chrysostomus hom. 13. in Matth. intendisse Christum ad infidelitatem prouocare, quasi diceret, ne credes voci illi, te esse filium Dei, aut si credis, virtutis, & potentiæ opere id demonstra, vt panes ex lapidibus his facias, difficile persuadetur, ita ratio nabile enim prorsus esset, si filius Dei erat, tentare ne id crederet.

ANNOTATIO X.

Quo modo diabolus tẽtatiõe hac Christi diuinitatem exploraurit.

TErtio loco considerandum est, quale argumentum sit hoc, quo diabolus diuinitatem Christi explorabat; si filius, inquit, Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant. nonne potuit homo merus diuina virtute conuertere lapides in panes, etiam si non esset filius Dei? maiora enim fecit Moyses, mirabiliores que effecit conuersiones, non tamen propter eas vllus dixit eum esse filium Dei. Hoc solum Pharao dixit, digitus Dei hic est, nempe virtus, & potentia diuina est, quæ per hominem operetur; immo dæmon ipse per virtutes naturales creaturarum, quibus vtitur, multa facit admiratione digna, vt constat ex operibus magorum Pharaonis. Respondeo duobus principijs inniti argumentũ hoc, quo diabolus vsus est. vnum est, Christum eam conuersionem non facturum, nisi diuina virtute; cum enim ipse Princeps esset dæmonum, facile sciebat talem non futuram opera diaboli. Nouerat etiam Christum esse virum sanctum, & innoxium, qui nullis magicis artibus vtebatur: certũ ergo erat illi, conuersionem, si fieret, futuram virtute diuina. Alterum principium erat, virtute diuina nullum fieri opus ad confirmationem falsitatis alicuius, sed in solius veritatis, & iustitiæ testimonium. ex hoc deducebat ille, si conuertit lapides in panes, sine dubio filius Dei est, quia opus hoc erit Dei ipsius, & in testimonium, quod ipse sit filius Dei; vel ergo non faciet, vel si facit, erit vere filius Dei: nam diabolus sub hac conditione, & in huius testimonium petebat miraculũ hoc, nempe quod ipse esset filius Dei. Perpende autem artificium eius, non enim dixit, cum esurias, dic, vt lapis iste panis fiat; ex hoc enim etiam si faceret, nihil explorabat diabolus; nam purus homo diuina virtute id facere potuit; sed si filius Dei es, quasi hoc miraculo confirmari id peteret. Præterea, eadem de causa, non dixit, filius Dei es, dic, vt lapis fiat panis; nec enim ex hoc illud colligebatur, sed vsus est conditione, si filius Dei es; hoc enim significabat conuersionem futuram in testimonium diuinitatis. Eodem etiam verbo inducit ad faciendum, quasi diceret, si tantus es, quantus prædicaris, & Deus testatus est de te, ne permittas hanc tantam dignitatem obscurari, aut inutilem esse, fac panem ex lapide, quo & tibi consulas, & tuam ostẽdas diuinitatem. hæc est huius argumenti, & tentationis efficacia.

ANNOTATIO XI.

Diabolus in hac tẽtatione hominem, Angelũ lucis, & denique Satanã se ostendit.

QVarto loco considerationе dignũ est illud, quod à multis prætermissum videtur, nempe an diabolus hominem se finxerit in hac tentatione, an potius Angelum lucis. Pro explicatione huius difficultatis est summopere aduertendum, diabolum in hac trina tentatione progressus quosdam in sua malitia ostendenda fecisse. Primo quidem non est ausus Christo accedere, nisi quando esurientem nouit, eaque infirmitate carnis quasi adiutrice vsus est, sine qua accedere non erat ausus. Præterea de minori tentauit peccato, nempe de gula, hominem etiam se finxit, qui quãdam compassionem simulans, & quasi esurienti se compati ostendens, vt recte dicit Cyprianus serm. de ieiunio, naturæ pericli tanti subuenire hortatur, dicens: si filius Dei es, dic lapidi, vt panis fiat, sicque explorat, & tentat. At vero Christum videns aditum ad tentationem non succumbentem, tamẽ victus quidem, sed audacior factus est, & impudentior; sub specie enim Angeli lucis accedit, & ad grauius peccatũ subdola arte prouocat, grauior enim est vana glo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia,& ambitio,& D.I tentatio. quam gula.hoc ergo in secunda tentatione exhibuit;vt enim paulo post dicemus, nisi Angelum se ostendisset,nō assumpsisset Christum in Templi pinnaculum, quod facere non poterat, nisi se Angelum manifestasset,non quidem qualis erat,sed fingendo se lucis,cum esset tenebrarum.Hoc autem eo probatur,quod Christus eum non reiecit si enim se Satan esse demōstrasset, vtiq; Christus eum amplius ad tentandū non admisisset, sicut in tertia tentatione factum est, in qua audacissimus factus Diabolus,iam sibi persuasus,Christū non esse filium Dei,aperto Marte accedit,& se Satanam significans, ad grauissimum peccatum idololatriæ prouocat allectamēto auaritiæ,idcirco aperte etiam exploditur, & expellitur. Hic est progressus tentationum. Primo quidem in manifestatione; paulatim enim se magis manifestauit. Secundo in audacia, quia qui a principio motione naturali, tamquam adiutrice vsus fuit, postea nulla ad tentandum infirmitate, aut cupiditate se adiuuat. tertio in malitia,quia ad grauius peccatum semper prouocat. Rursus,primo hominem, secundo Angelum lucis se simulat, tertio se Satanam ipsum,& principem dæmonū prodit; his enim tribus modis solet etiam homines tentare,quos Christus in se experiri voluit,qui venerat propter nos diabolum debellare.

Et respondit ad illum Iesus; scriptum est.

COMMENTARIA.

QVem ad tentādum Christus admiserat,tentantem non arguit, aut reijcit,sed vincit, ac superat, non quidem potētia diuinitatis, sed humanitatis doctrina, & sanctitate: nam se Dei filium non ostendens, quod Diabolus explorare venerat,Scripturæ testimonio eius tentatione resistit. vnde recte Ambrosius dixit: Diabolus sic explorauit,vt tentaret,sic tentauit, vt exploraret; Christus autem sic vicit, vt falleret, sic fefellit,vt vinceret; victus est enim Diabolus, quia nec notuit, quod explorabat, nec obtinuit, quod tētabat. Instruimur verbo Dei, quod voluntatem eius explicat, vincendum esse Diabolum;tunc enim superatur tentatio, si in Dei voluntate constantes permanemus.

Non in solo pane viuit homo,sed in omni verbo Dei.

COMMENTARIA.

REspondet Dominus verbis sumptis ex Deuteron.8. sensus autē est,non solo pane hominis vita cōseruatur,sed quacunq; re alia,quā Deus in hominis cibum destinauerit; nam patres in deserto, nō pane,sed manna pauit annis multis; superfluus igitur est panis iste, quo me pasci suades. Verbum Dei appellat,rē, quæ à Deo in cibum destinatur, quæ non solus panis est,sed quod ipsi Deo placet, & alia quæ in cibum hominum condita sunt; nihil ergo certitudinis inimicus extorsit,sed dubius,incertusque dimissus est, nec obtinuit, vt Christus se proderet miraculo, nec vt intemperāter ad cibum properans obediret seductoris consilio; sed exclusus est tentator, quasi superflua suggerens, & illusus est explorator, Christo nec prodente,nec negante se esse filium Dei. particula(quia)non causalis, sed declarativa est.

ANNOTATIO XII.

Vnde sū pta Christi verba.

LVcas breuius testimonium allegauit; nam apud Matthæum dicitur,in omni verbo, quod procedit de ore Dei, sicut habetur Deuteron.8. dicitur autem verbum procedere de ore Dei, res, quam Deus in cibum, & victum hominis destinauit: tum quia in cibum instituit; tum quia eam verbo creauit,dixit enim & facta sunt; hanc.n.sententiam protulit Moyses filiis Israel, quando in deserto cibo communi deficiente Deus ministrauit illis māna,quo vescentes multis annis seruati sūt. dixit ergo eis, non solo pane, sed etiam aliis

alijs quibuscunque, quæ Deus in cibum destinet, viuet homo, vitamq; conseruare poterit.in Hebræo non habetur nunc(verbo)sed dicitur(in omni,quod procedit de ore Dei) at Septuaginta, & vulgatus habent(verbo)quos credendum est legisse illud in exemplaribus;dicitur autem procedens de ore Dei,id est,quod Deus destinat,& ordinat in cibum,& sustentationem hominis. hactenus, quæ ad litteram spectant, sint dicta. Quod autem ad sensum pertinet,hanc sententiam à Domino prolatam varie sacri Doctores interpretātur.

Patrū diuersi modi superiora Christi verba interpretātur.

Primo quidem Cyprianus sermo.de ieiunio, Hilarius can.3.in Matth. Ambrosius in præsenti,& Epist 82. Hieronym. Isa.5. & Chrysost homil.21. in Genesin per hoc verbū spiritualem doctrinam intelligunt, qua pascitur anima, sicut cibo materiali corpus, voluntq; Dominum respondere, non solam curam corporis habendam esse,sed præcipue animæ;quæ non pane,sed verbo Dei pascitur. Hæc expositio mihi non videtur satis accōmodata: tum quia locus Deuteronomij,à quo sumpta est sētentia,non de cibo spirituali,sed de materiali procedit,quale erat illud manna:tum quia non videretur ad rem facere; sermo enim erat de esurie,cui non subuenitur doctrina spirituali, sed cibo materiali; nec quia cibus corpori necessarius exhibetur, propterea cibus animæ negatur. Secundo igitur Chrysostomus hom.13. in Matth. ad cibum corporis refert, sed verbum interpretatur,non rem, aut cibum materialem, sed ipsum verbum, & sermonē Dei, quasi diceret, non solo pane uiuit homo, sed Deus verbo suo potest sustētare eum, sicut fecit cum Helia, & Moyse, quos sine cibo sustentauit quadraginta diebus solo verbo, & voluntate sua. neque hæc expositio apud me multum est accommodata: nam Moyses, & Helias non esurierunt in deserto illis quadraginta diebus,sicut nec Christus; vnde pari ratione,sicut illi,Christus verbo, & uirtute Dei sustentatus est, at postea cibo materiali vsi sunt illi, quando esurierunt: ita nunc Dæmon excitat Christum, vt sibi esurienti prouideat cibo materiali.si autem Christus respondisset, Deus potest me suo verbo sustentare,sicut hactenus fecit,dicere Dæmon posset, iam videris hoc verbo destitui, cum maxime esurias, vnde cibo materiali tibi opus est.Tertio loco Euthymius interpretatur cibum,& rem quamcunq; in hominis alimoniam institutam, quasi diceret, non est cur ad hoc me vrgeas, vt ex lapidibus panes faciam,cum sint multa alia,quibus esuriei subueniam,atque hæc expositio accommodatior uidetur.

ANNOTATIO XIII.

Quare Dominus noluerit de lapidibus panes facere.

SAcri Doctores interrogant, cur Dominus noluit facere, quod diabolus suggerebat, cum posset illud efficere? Multipliciter autem respondent. Cyprianus serm.de ieiunio, duas adfert causas. una est quia diabolus indignus erat propter malignitatem tentationis. Altera est,quia inutile erat tale miraculū. Sic ille inquit, non erat digna responsione quæstio malignantis,nec opus erat,vt hoc facto insidiatori innotesceret,quia nullo signo eius poterat inuidia commutari,cuius incorrigibilem iniquitatem desperatio fugillauit, superfluum igitur erat ad suggestionem eius ibi non profutura miracula operari. Hæc ille. Quod si obiicias, non erat superfluum, cum esurienti sibi subuenire posset talibus panib. Respondet Cyprianus esuriem illam Christi non fuisse necessariam,sicut nostram,vnde tandiu potuit tolerari,quamdiu ipse voluit,nec per hoc natura deficeret. unde subiungit dicens,satis erat diligenter considerāti,quod esurientē cibi non superabat appetitus, & desiderij motus defectio non esset,sed uirtus; in nullo Christū aliqua coegit,aut dominata est ei necessitas,qui proprię moderamine voluntatis disposuit,& perioluit,quod exegit humanitas.sicut in ipsius uolūtate fuit consecrare ieiunium;ita & in potestate fuit tēpore opportuno sumere cibum,qvtique,nec consilio,nec ministerio Diaboli fuerat ordinandum,quia abstinētiæ, & refectionis penes ipsum erat & arbitriū, & facultas. Hæc Cyprian. Aug.sermo.41. de verbis Domini, huius rei easdem fere profert causas,nimirum, quia tentator erat,& quia eo facto miraculo in eum credituras minime erat; sic.n.inquit,non fecit de lapidis panes;qui utiq; sic potuit facere,sicut de aqua vinum,sed non fecit,vt voluntatem contemneret tentatoris, aliter tentator nō vincitur, nisi contēnatur. Qui tata poterat,quare istud nō fecit?lege, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo recole, quod audisti, qui fecit de aqua vinum, quid addidit Euangelista, & crediderunt in eum discipuli eius? nunquid tunc fuerat Diabolus in eum crediturus? Hæc Augustinus. fidem appellat Augustinus hoc in loco charitate, & dilectione perfectam; hoc enim est credere in Christum, quam fidem Diabolus non potest habere, habet tamen fidem, id est, credulitatē quādam acquisitam, qua assentit iis, quæ negare non potest, de qua dicitur Iac. 2. Dæmones credunt, & contremiscunt. hæc tamen nullum fructum illi adfert, idcirco propter talem fidem noluit Christus miracula facere. Chrysostomus homil. 13 in Matth. huius rei adfert duas causas, vna est, vt nos erudiamur in nulla re Diabolo credere, etiam si vtile aliquid dicere videatur, & verum. Altera est, quia Diabolus nō id petebat, vt crederet, quod intellige de fide perfecta dilectione, sicut diximus explicantes Augustinum. Isidorus Pelusiotes lib. 1. Epist. 76. reiecta quorundam causa duas adfert. Quod, inquit, lapides à Christo minime in panes conuersi sunt, non id circo factum est, quod edendorum miraculorum tempus nondum adesset, quemadmodum maleferiati homines garriunt, sed quia petitio vana erat, & petitore digna; Deus enim omnia cum pondere, ac mensura, & necessitate largitur. vbi autem quod quæritur superuacaneum est, illic quoque miracula edere prorsus intempestiuum est. Hæc ille. Hæc sunt, quæ patres tradidere, quibus adiungenda est causa nō minus præcipua; nimirum, ne si Diabolus eum nosset, impedimēto esset, quo minus à Iudæis crucifigeretur, ne eius morte redemptio hominum efficeretur. vt enim inquit Paulus 1. Corint. 2. quam nemo principum huius sæculi cognouit; si enim cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. quem Pauli locum Ambrosius cum alijs patribus de Dæmonibus intellexit. de hac tamen re dicemus plura, quando de passione, & morte Domini diuina fauente gratia tractabimus.

Et duxit illum diabolum in montē excelsum.

COMMENTARIA.

REpulsus Diabolus auctoritate Scripturę, & propositi firmitate Christi, alia aggredi via non desistit, & Christi patientia, ac humilitate audacior factus eum in montem excelsum duxit, vt ostensa mundi huius sublimitate, & gloria, dominationis vni uersorum pollicitatione animū eius ad grauissimum nefas committendū sollicitaret.

ANNOTATIO XIV.

Matthęo ordinem quo res gestæ sunt Christi tentatio nes describit.

PRimo loco offert se difficultas de ordine tentationum harum. nam hanc secundam tentationem Matthæus loco tertio describit, quam vero tertio loco Lucas narrat, ille secūdo loco ponit, in prima autem vterq; consentit. Respondeo non esse vllam in hoc contrarietatē; non n. semper Euangelistæ serum ordinē in narratione obseruant, contenti res ipsas describere, & Lucas noster fecit; verum autem ordinem, quo gesta sunt hæc, seruauit Matthæus, vt ea sit prima, qua de lapidibus panes fieri Diabolus petiit, secunda, qua assumpsit eū in Hierusalem, & posuit super pinnaculū Templi, tertia, quæ nunc scribitur à Luca, quando duxit eum in montem. Hunc ordinem probant Cyprianus serm. de ieiunio, Ambrosius lib. 1. de Cain, & Abel c. 5. cęteriq; patres, idq; ipsa Euangelica verba confirmant: nam qū in monte petijt Diabolus à Christo, vt se adoraret, Christus ipse aperte eum appellauit Satanam, atque eiecit: vade, inquit, retro. quod argumento est hanc esse vltimam tentationem. Hoc idem ipsamet tentatio comprobat: nam in ea se ipsum Satan manifestauit, & non ad explorādum, sed ad peccandum sollicitat, igitur non pōt post hanc illa tentatio de templi pinnaculo collocari, quæ ad explorandū etiam fuit, & in qua Diabolus adhuc se occultauit: si filius, inquit, Dei es, mitte te deorsum; non n. verisimile nedū probabile est, postquam se manifestum fecit, & exploratione se iam non indigere existimauit, iterum accedere cum dissimulatione, ad explorandū. Præterea Matthęus hanc tentationem describens dicit: assumpsit iterum eum Diabolus, quasi fuerit secunda assumptio præcedente prima, quando assumpserat in Templum. Lucas autem noster, qui solum intendebat ipsas tētationes describere, & quo pacto testimonio Scripturarum eas Christus superauerit, ostendere, non multum curauit seruare ordinem rerū. Vndenec narrauit illud (vade retro Satan) quia post hanc tentationem descripturus erat aliam, hoc autē verbum videbatur eius narrationis ordini a luersari. Sunt etiam, qui referunt in quibusdam antiquis exemplaribus etiam Lucam eundem ordinem seruasse, quasi vitio scriptoris ordo sit mutatus, id quod Ambrosij commentaria indicant. quæ eundē ordinem cum Matthæo sequuntur.

ANNOTATIO XV.

Quæratione intelligatur Christus assumptus super pinnaculum, & montem.

SEcundo loco grauior occurrit difficultas, quæ communis est secundæ, & tertiæ tentationi; in vtraq; enim dicitur Diabolus assumpsisse, seu duxisse Christum, & in Hierusalem, & in Templi pinnaculum, & in montem excelsum. quæritur igitur, quę fuerit hæc assumptio, & qualiter ductus dicatur Christus; sunt enim varia Doctorum placita. primo loco Orig. hom. 31. in Lucam, & Chrysost. hom. 5. in diuersos locos Matthęi, existimant Christū corporaliter ductum fuisse in Templi pinnaculum, & in montem, non tamē sic, quasi eum Diabolus rapuerit, & transportauerit, sed quasi eum monitu ad talem viam induxerit, ita ut ille præierit, Christus vero secutus eum fuerit, sicut homo ducitho minem in locum quempiam. Secundo loco Cyprianus serm. de ieiunio, tenet non fuisse motum hunc corporalem, sed tantū spiritualem, quo vnus spiritu dicitur duci in locum remotum, quando cogitatione, & contemplatione illic est, seu illuc vadit. quo pacto Ezechiel, cum super fluuium Chobar sederet, Hierosolymam in spiritu raptus ędificat Ciuitatem, & metitur, murosque ac templum instaurat, vt habetur cap. 43. sic nunc dicitur Christus, cum esset corpore in deserto, spiritu ductus in templi pinnaculum, & in montem excelsum, vt sic occasionem exhiberet Diabolo tentandi. Non autem ductus est in montem, aut templum à Diabolo, sed à proprio Spiritu ipsemet enim suo Spiritu in vtrumque locum venit. Hæc est sententia Cypriani. Tertio loco Hieronymus Matth. 4. & Chrysostomus in imperfecto homil. 5. corporalem motum interpretantur, sic autem, ut raptus sit a Diabolo, si cut Philippus ab Angelo transportatus est Act. 8. Spiritus Domini, inquit, rapuit Philippum, & inuentus est in Azoto: Angelus etiam similiter portauit Abachuc in Babylonem. Daniel. 15. ita nunc Christum portatum in hæc loca Hieronymus putat; & idem expressius docet Gregorius hom. 16. in Euang. Beda Luc. 4. & Euthymius Matth. 4 quamuis cum discrimine: nam Christus voluntarie id permisit. Quarto loco quidam recentiores existimant, per quandam visibilem oculorum eluſionem Christum ductum in Hierusalem, & in montem, quasi Diabolus oculis eius repræsentauerit species, quibus videretur sibi esse in templo, & in monte. hoc etas esse in deserto Euangelista dixerat. In hac autem difficultate mihi quidem sententia Cypriani dura valde videtur in eo, quod dicit Christum à proprio Spiritu ductum, non autem à Diabolo, cum tamen Euangelistæ expresse dicant, Matthæus quidem, assumpsit eum Diabolus, Lucas autem, duxit eum Diabolus: negari igitur non potest Christum à Diabolo ductum, & assumptum. In eo etiam: quod dicit, spiritualem fuisse hunc motum, dura est, nam verba Euangelistæ vix accommodari huic sensui possunt, & multo minus verba ipsa tētatoris, mitte te deorsum, non enim consulebat, nisi descensum corporalem, nec erat cur in montem ductus esset, vnde regna mundi ostendi possent, nisi esset corporalis locus, & motus. Præterea non videntur hæ cogitationes Christo dignæ, vt cogitaret se esse in pinnaculo templi, & in monte. Sententia autem tertiorum est improbabilis, & non minus dura, cum Euangelistę dicant, assumpsisse eū Diabolum, & duxisse in Hierusalem, & in montem excelsum. quæ verba violenter ac commodantur oculorum illusionibus; nec argumentum eorum efficax est: nam tentationes hæ in deserto dicuntur factæ, quia etiam in pinnaculo, & in mōte sint perfectæ, inchoatæ tamen fuerunt in deserto; multo ergo accommodatiores sunt in hac parte sententiæ Origenis, & Hieronymi, inter quas probabilior, & accommodatior est Hieronymi, & Gregorij sententia: si enim illo pacto gestæ essent, spacio multorum dierum opus erat, cum essent loca valde distantia, nec posset Diabolus

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus inuenire causas apparentes, quibus Christum modo in pinnaculum, modo in montem excelsum duceret, vt illic tentaret. Dicamus ergo cum his Doctoribus, Christum permisisse se portari à tẽtatore Diabolo, nec est cur ab hoc abhorreamus dicere, vt recte notauit Gregorius: si enim ministris Diaboli se tradidit flagellandũ, ligandum, & crucifigendum, quid absurdi est si dicamus ipsi Diabolo permisisse, vt se raperet in templum, & in montem ad tentandum: cum enim vidisset tentator se mel Christum admisisse tentantem, licet victus, audacior factus est, & maiora aggressus. Hoc tamen mihi videtur necessario iuxta hanc sententiam fatendum, nimirum, Diabolum in his iam non hominem finxisse (has enim trasportationes homo non posset facere, ideo nõ erat, cur hominem se fingeret) non tamen Diabolum se ostendit, sed finxit se Angelum lucis, imitans Angelos, qui similes fecerant assumptiones, vt tanto grauius tentaret, eoque maiorem auctoritatem sibi conciliaret in suadendo, quo nobilioris naturæ personam ostendebat, sanctioremque se simulabat.

Sẽtẽtia Hieron. & Gregorij exercis & frenda.

Et ostendit illi omnia Regna orbis terræ in momento temporis.

COMMENTARIA.

SAtan appetitum Christi excitare tentat obiecti præsentia, hoc est. n. eius artificium, & virtus, vt per proposita obiecta hominum animos aut exciter ad malum perpetrandum, aut auertat à bono prosequẽdo. Abutitur enim creaturis Dei aduersus ipsum Deum. In monte igitur Christo cõstituto, regna mundi breuissima temporis mora ostendit; rerum ipsarum etiam longe distantium species vsq; ad oculos Christi perducẽdo, qui speciositatem, gentium multiplicitatem, cæteraque, quæ oculis exteriorib. videri possunt, repræsentauit. Sic. n. sperabat affectum eius se posse trahere ad consensum peccati, vt in sequentibus explicabitur. Perpende autẽ Diaboli dolum, ostendit Regna, & gloriam eorum, sed non difficultates, pericula, dolores, cæteraq; huiusmodi, quæ in eis acquirendis, & cõseruandis sunt, proponit semper quod placet, vt alliciat; occultat vero quę displicere pũt, ne terreat. Recte aũt regna ostenduntur ad alliciendum appetitum, nam bona terrena pluris fiunt, cùm non habentur, & desiderantur, quam cùm possidentur, vt sapienter docuit Gregorius hom. 36. in Euang. in momento autẽ temporis bene ostensa dicuntur, quia tam breui tempore durant, vt ostensa magis, quam data dicantur.

ANNOTATIO XVI.

DVbitatio duplex occurrit. vna est, q̃d per Regna orbis terrę intelligendum sit. in qua re nulla esset controuersia, nisi Origenes nimia quadam subtilitate sensum excogitasset homil. 30. nempe Regna hæc esse Diaboli Regnum, quo per innumera, & multiplicia peccata regnabat in hominibus: dicit ergo Origenes Diabolũ ostendisse ipsi Christo, quo modo ipse regnaret, demonstrans innumerabiles homines, in quibus per diuersa scelera, & crimina principatum obtinebat Quam violentus autem sit sensus hic, nemo non videt, cui verba ipsa contradicunt: ostendit, inquit, Regna orbis terrę. rursus addit Matt. & gloriam eorum, vt intelligamus locutũ esse de his terrenis Regnis, & eorum amplitudine, quæ in hoc mundo, sunt quęq; solent animos hominum allicere, sicq; Hilarius, Hieronymus, Ambros. Cyprianus, cæteriq; Patres intellexere. recte autem (orbis terræ) adiecit, vt cęleste regnum excluderet. Altera dubitatio grauior est, quo pacto Diabolus Regna hæc terræ Christo ostenderit, in qua soluenda varij sunt Doctores. Primo quidem Chrysost. hom. 5. in secunda expositione in Matthæum, & Euthymius Matth. 4. dicunt ostendisse indicando, & velut digito signando partes orbis terræ, in quibus Regna sita erant dicens, in hac parte est Regnum Romanorum, in illa vero Persarum, in ista Assiriorum, & pulchre quidem de cæteris, sicut magnus quidam cosmographus solet facere, aut potest efficere cum quodam alio. Secundo loco Titus Bostrenus interpretatur non solum oratione, & verbo regna mundi delineasse, sed etiam delineata menti Christi, vt Diabolus opinabatur, impressisse. existimo ritum permentem intellexisse imaginatiuam partem, quam speciebus rerum harum corporearum permouit. ipsique Christo omnia hæc repręsentauit. Tertio loco Theophylactus aliter sensisse videtur, nempe oculis corporeis Regna hæc videnda obiecisse, vt in commentario diximus, & modo explicatius dicemus. Prima quidem opinio non videtur multum accõmodata; nam si verbo, & signo Regna mũdi omnia ostendisset, id in momento temporis non fecisset. præterea, quod magis vrget, quia nec sic animum permouere poterat; multo enim minus audita, quam visa permouent. Præterea, quia Euangelista non dicit locutum fuisse quicquam, sed ostendisse, & postea dixisse, hæc omnia dabo, nihil autem locutus est in ostensione, immo Euangelista distinxit ostensionem à locutione. Ostensio igitur non illo facta est modo. Secunda autem sententia, qua parte dicit Diabolum orationc delineasse omnia regna mundi, eisdem argumentis, quibus prima impugnari potest. Qua vero parte dicit menti impressisse species delineatorum, minus est probabilis: vt enim superius diximus, Diabolus non tentauit Christum interius, sed tantum exterius. Tertia ergo sententia probabilior est, vt oculis exterioribus, Christi repræsentauerit Regna orbis terræ; hoc autem fieri potuit Dęmonis virtute, perductis speciebus rerum visibilium ad loca vicina, & propinqua oculis Christi; si enim res distantes possent species diffundere suas in remotissima loca, vtique in remotissimis locis viderentur. quod ergo virtute sua res efficere non potuerunt, nec possunt, id Dæmonis potentia fieri valet, sicut etiã experimur, vento flante versus nos, audiri voces, & sonos remotiores, & odores remotarum rerum percipi. quæ nisi à vento portarentur, vtique non sentirentur, hoc idem facit Dęmon speciebus rerum visibilium, facitque videri etiam remotissima. id ipsum virtute diuina effectum est multo perfectius cum Moyse Deut. 34. quãdo Deus totam terram promissionis oculis eius repræsentauit, vt videret eam è monte quodam vbi erat. Nec est necessarium, vt omnia Regna ita repræsentata dicamus, vt nihil totius orbis remanserit, quod non fuerit ostensum: vt enim supra notauimus, in Scriptura vniuersalis sermo sæpe multitudinem significat. sicque præcipuas orbis partes. & Regna intelligere possumus ostẽsas fuisse. Matthæus addidit (& Gloriam eorum) non solum enim loca, sed pulchritudinem rerum, magnitudinem, gentium diuitias, & voluptates, cæteraq; huiusmodi, quæ animos pertrahunt, ostendit. quæ omnia vno verbo Lucas concluſit, dicens: ostendit omnia Regna. adiecit (in momento temporis) quia simul hæc omnia repręsentauit. sic enim vehementius se prouocaturum appetitum Christi Diabolus spectabat; totum enim magis mouet, quam singulæ per se partes. Sicut etiam in malo, plura enim simul magis perturbant; nam ea de causa breui tempore in multis nocuit Iob.

Auctor dubitat in hac re Sententiã Theophylacti.

Et ait illi.

COMMENTARIA.

REgnorũ multitudine, & gloria, ac amplitudine prius proposita, & ostensa, voluntatem postea solicitat ad malum; hac enim conatus omnes Diaboli tendunt, si quando enim bonum temporale aliquod homini facere videtur, totũ id in perniciem eius destinat, nimirũ, vt ad peccatum pertrahat, non enim perstitit tentator in Regnorum terræ ostensione, sed statim serpentinum suum venenũ euomuit, vt inficeret, si posset. ait (inquit) illi.

Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum.

COMMENTARIA.

OPinione, quam de Christi diuinitate hostis conceperat, depositа, pollicitatione omnium, quæ ostenderat, ad grauissimum idolola trię peccatum prouocat, non iam hominẽ, aut Angelũ lucis se simulans, sed ipsum prodens:

Universidad de Deusto
Biblioteca

prodens: pollicetur autem potestatē vniuersam hanc, id est, ditionem, & dominationem terræ, & gloriam eorum, vt prospere, & feliciter dominetur. mendax fuit hæc falsa, & arrogās, & dolosa pollicitatio. Mendax quidē, quia, quæ pollicebatur, dare non intēdebat; falsa, quia Regna, quę pollicebatur, dare non poterat; arrogans, quia sua esse profitebatur, quæ non erant eius, sed Dei; dolosa vero, quia futurū pro præsenti commutat: dabo, inquit, adorari vult de præsenti pro spe recipiendi promissa, in futurum enim tēpus differebat, quæ dare non poterat, vt sic sperantem accepto eo, quod tentator volebat, deciperet, ac confunderet, tempus enim præsens sibi Diabolus dari vult, quia futurū semper incertum, & quia eius fallacia in futurum delata non deprehenditur, nisi postquam hominem ad malum pertraxit.

Quale fuerit Diaboli promissio.

ANNOTATIO XVII.

ORigenes hom. 30. in Lucam hanc sententiam cum præcedenti longe aliter interpretatur, quā cæteri antiqui Patres; dicit enim Diabolum ostendisse omnia Regna terræ Christo, id est, qualiter in hominibus perdiuersa, & multiplicia peccata Dominetur, & regnet, hancque dominationem ipsi promittit Christo, ea conditione, vt ipse Christus illi subdatur, eumq; adoret. Verba Origenis hæc sunt. Ostendit ei Diabolus innumerabiles hominum multitudines, quæ suo tenebantur imperio, & dicit ei: scio veniſti, vt aduersus me dimices, & tollas de imperio meo, quos nunc subiectos habeo: nolo contendas, nolo nitaris ne habeas vllam in certando inimicitiam. vnum est, quod precor, procidens adora me, & accipe omne Regnum, quod teneo. Hæc Origenes. cui cæteri expositores merito aduersantur, vt diximus in expositione præcedentis sententię. Nō enim de Regno peccati, sed de temporali loquebantur, vt & verba ipsa satis aperte demonstrant; sunt autem duo in hac Origenis interpretatione consideranda. vnum est in ea tētatione, quę vltima ordine fuit, Diabolum non iam se occultasse, sed principem Dæmonum prodidisse. quod quidem verum existimo, vti paulo superius diximus, & verba Christi comprobat, immo & ipsius tentatoris. Verba quidem Christi, vade, inquit, Satan, nūquam enim Christus eum reuelasset, nec se illum nouisse indicasset, nisi ipse prius se manifestasset, ne inde Diabolus illum esse filium Dei deduxisset; eaque de causa in prima, & secunda tentatione Christus dissimulauit cum illo, nec se eum nouisse indicauit, in tertia vero dixit vade Satan, quia ipse iam se manifestauerat. Verba etiam ipsius Tentatoris id probant, quia dixit, si adoraueris me, & hæc omnia tradita sunt mihi, & cui volo, do. quibus significabat se Principem huius mundi esse, de quo dictum est: venit Princeps huius mundi. in hoc recte dixit Origenes. Alterum dictum Origenis est, Diabolum nouisse Christum; dixit enim scio veniſti, vt aduersus me dimices. Hoc autem non probo, imo omnino existimo contrarium, non solum non nouisse, sed deposuisse suspicionem, quam conceperat illum esse Dei filium; cum enim vidisset Christum, nec lapides vertisse in panem, nec se de pinnaculo misisse, passumque fuisse se his ab ipsomet tentatore rapi, voluntatem Saluatoris putauit necessitatem, vt dicit Hieronymus, sicque iam sibi persuaserat Christum hominem esse purum. quod etiam ipsa tentatione comprobauit: numquam enim adorari ab eo peteret, quem sciebat filium Dei esse. in hac sententia est Hilarius can. 3. in Matth. qui de hac tertia tentatione loquens, inquit, gemina tentatio opinionem suspicionis excesserat. Qui est geminam tentationem excessisse, & superasse opinionem suspicionis in Diabolo, nisi quod ex eo, quod bis se tentari Christus permissus est, deposuit tentator in tertia tentatione suspicionem, quam ante conceperat, illum esse filium Dei. Non ergo hæc tentatio fuit ad explorandum, sed ad tentandum tantum. Scio Hieronymum affirmare in his tribus tentationibus, Diabolum hoc egisse, vt intelligeret, an Christus filius Dei esset. quod quidem est probabilius, quam quod dicit Origenes, nempe nouisse, & confessum fuisse, illum esse Christum. Si cui autem placet sententia Hieronymi, nimirum quod etiam hic tertius

Origenis interpretatio reiicitur.

tius accessus fuerit ad explorandum, sicut & duo priores, tunc sic est dicendum, nempe Diabolum occulta inquisitione inuestigasse, quod prius aperte explorabat, dicendo, si filius Dei es; putabat enim eatenus Christum non se prodidisse, quia explorāti respondere noluerat: nunc autem ęstimat autem suam, Christumque ad adorationē prouocat, & quæ ipsius sunt Regna, sibi vsurpat, sperans tanta iniuria illi illata, eum commouendum, & ipsa commotione se proditurum. Sic factum est, vt simul exploraret, si filius Dei erat, si vero non erat, ad peccatum tentaret.

Quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa.

COMMENTARIA.

IN pollicitatione facta (tibi dabo, & cętera) tacite significabat se posse dare; qui enim promittit se aliquid daturum, insinuat se posse illud implere. Huius ergo causam, & probationem tentator explicat, vt certitudinem pollicitationi adiungat, & efficacius suadeat. mihi, inquit, tradita sunt vniuersa hęc, in meaque sunt posita voluntate, itaque cui volo, do, proque arbitrio meo confero. Præcedens mendacium duplici mendacio cōfirmat, non enim ei vniuersa erant tradita, nec cui volebat dare poterat: sicut in principio cū primis hominibus mentitus est, ita & nunc; nam mendax est, & mendacij Pater. Non tamen adeo mentiri potuit, quin aliquid veritatis etiam inuitus confessus fuerit, ne dum nimium mentitur, omnem fidem à suis dictis auertat; dum enim dicit, tradita sunt mihi, fatetur tradentem, nempe Deū, creatorem vniuersorum à quo sibi esse tradita mentitus erat.

ANNOTATIO XVIII.

GRęce verbum est singulare, efertur-que ad potestatem, nempe mihi tradita est potestas vniuersa; idem sensus est; mentitum autem esse Diabolum in hac sententia testantur Irenæus lib. 5. cap. 24. & Chrysostom. hom. 13. in Matth. & res ipsa aperta est. primo quidem, non tradidit Deus vniuersam hanc creaturam in manu, & potestate Dæmonis, Domini enim est terra, & plenitudo eius, & in manu eius sunt omnes fines terræ. licet permittat aliquando Deus Dæmoni aliquid facere in his creaturis; id tamen non facit iure aliquo sibi dato, sed ex diuina permissione, quantum Deus vult, & quomodo vult permittere. quod Augustinus lib. 3. Trin. cap. 9. probat illo facto Magorum Pharaonis, nam fecerunt, quod maius erat, nempe serpentes, & ranas, non autem quod minus erat, nempe scyniphes, vt eo ostenderetur Dæmonem non aliud posse in creaturis, quam quod, & quantum permittit illi Deus. tradidit etiam Deus hominem illi propter peccatum, non vt in illum plenū ius exerceret, sed quantum Deus determinaret, & permitteret; non ergo vniuersorum ditio, & potestas illi tradita fuit. Secundo, non dat Regna, nec potestates terrę, cui vult, licet enim permittat illi Deus, vt malis viis, & iniquis perducat hominē ad terrenam aliquam dignitatem; id tamen, nec semper, nec ex potestate, sed ex permissione limitata Dei facit. Deus est, qui cui vult, dat Regna. Dan. 4. Cognoscāt viuentes, quoniam excelsus dominatur in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem cōstituet super ipsum. & Iob. 34. qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. quo autem modo Diabolus dicatur Princeps huius mundi, & quis sit principatus eius, explicuimus in commentarijs in Ioannem cap. 12.

Demonis mendacium detegitur.

Tu ergo procidens, si adoraueris coram me, erunt tua omnia.

COMMENTARIA.

POstquā magnificanit res has terrenas, suamque potestatem iactauit, infert, ego cui volo do, ergo tibi dare possum, & quidem dabo, si tamē procides coram me adoraueris, diuinitatemque in me recognoueris. Per pē de tentatoris artem, nouit enim quantum animi hominum amentiae, & terrenis

terreni principatus cupiditate moueã tur, idcirco huius pollicitatione summum scelus expostulat.

ANNOTATIO XIX.

GRæce non habetur illud (procidens) προσκυνήσας, ad maiorem autem declarationem adiunctum est. προσκυνεῖν significat venerationem cum gestu corporis, nempe cum inclinatione aut genuflexione, idcirco appositum est (procidens) quasi dictũ esset, si ante me te prostraueris venerando me. Illud enim (coram me) est cum verbo προσκυνήσαι. Latine autem cõiungitur cum participio (procidens) nam interpres sensum obseruauit. Illud autem (tu ergo procidens) Hebraismus quidam est, solet enim nominandi casus absolute poni, Latine dicitur: si tu ergo procidens) adoraueris coram me, erunt tua omnia. Hæc de verbis dicta sint. quod vero ad sensum spectat, Cyprianus Serm. de Ieiunio hanc tentationẽ dicit fuisse ambitionis, quę est in honoribus, & glorijs appetẽdis, soletque hominum animos vehementer attrahere, qua etiam primum hominem tentauit dicens: eritis sicut dii, scientes bonum, & malum. Ambrosius autem lib. 1. de Cain, cap. 5. addit fuisse ambitionis, & simul auaritiæ, nam in regnis etiam diuitiæ sunt. Est autem auaritię vehemens tentatio, soletq; homines impellere in multa scelera, de qua illud est. quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? sunt autem vitia hæc duo coniuncta. ambitiosus enim, vt habeat, quæ pro honoribus consequendis, aut cõseruandis dispergat, solet in cæteris auaritiæ indulgere, & supra modum diuitias appetere, & congregare, ac vndique colligere. Dubium tamen est, cũ nullam in Christo cupiditatem inuenerit, quare eum ambitione inuasit, similiter & auaritia. Respondeo, Diabolum non agnouisse in Christo cupiditatem, quia nõ erat, tamen scisse illum esse insignem virum, & admirandæ sanctitatis super omnes natos, de quo Pater testimonium reddiderat præclarum, & nunq; auditum, quem Ioannes sibi præstulerat. ex altera aũt parte experientia nouerat huiusmodi homines, qui se tantis meritis onustos vident, facile cũ ab alijs honore digni iudicantur, acquiescere, & proprio, ac alieno iudicio cadunt, idcirco cum tentare vniuersorum dominatione, quasi eum dignum honore iudicaret, ipsiusque iudicium expostularet, ausus est. Doctrina hæc est Cypriani, qui hanc tentationem ea ratione explicans, inquit, continentem, & humi demissam oblata aggredi tur potestate, & ostẽsa mundi huius sublimitate, & gloria (quasi dignum sit tantæ auctoritatis Doctorem, & insignium operum patratorem ignobili, & contemptibili schemate obumbrari) & dominatione vniuersorum, vsuque animum dignum honore solicitat, & datum se omnia pollicetur, si ei pro tanto munere gratias agat, & procidens adoret tãti culminis largitorem. Solent viris virtutum huiusmodi præstigia se offerre, & testimonium religionis cõscientia perhibente, cum ab aliis digni honoribus iudicentur, facile acquiescunt, & tam proprio, quam alieno fascinati iudicio a rectitudine corruunt. euersãq; cathedra mentis humo fractis ceruicibus colliduntur, repenteque, & subito, quod multis erat partum sudoribus, ambitione irruente obliteratum est, & ruthinis huius impetu anulsum est. quidquid antiquæ religionis labor meruerat. Hæc ille.

Qualis fuerit hæc Dæmonis tẽtatio.

Et respondens IESVS, dixit illi, Scriptum est.

COMMENTARIA.

Elusdẽ Scripturæ verbo hãc repellit tentationem, ac verbũ Diaboli mendax, & iniquum verbo Dei veraci, & iusto conuincit, & destruit, filiũ quidem Dei non se prodens, humanitatis verò sanctitatem, & rectitudinem conseruans.

ANNOTATIO XX.

APud Matthæum ante Scripturæ testimonium Christum dixisse legimus, vade retro Satan, & in quibusdam Græcis exemplaribus etiam apud Lucam habemus, quibus verbis Christus Diabolum se ipsum prodentem nomine proprio repellit: vade inquit Satan, id est, DEI contrarie, qui quod Dei est, vsurpare audes, adorari volens, quod non creaturæ, sed creatori est proprium. zelus Dei, quia de eius honore

honore, & gloria agebatur, induxit Christum, vt in hac tentatione, quæ vltima est contra Diabolum insurgeret, quod in aliis non fecerat: non solum, quia in reliquis Diabolus non se prodiderat, sicut in tertia; sed etiam, quia in hac Deo ipsi detrahere est ausus, & adorationem Deo soli debitam sibi vsurpare tentauerat.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

COMMENTARIA.

QVid Diabolus petierit, Christi responsum ostendit: est autem sumptum ex Deuteronomij 6. & 10. Dominus Deus solus adorandus est, eique soli est seruiendum. petierat tẽtator diuinitati cultum, & prostrationem debitam: hanc autem non alteri, quam Deo cęli, & terræ creatori exhibendam Christus respõdet iuxta Scripturæ præceptum. Adoratio ad exteriorem quandam venerationem spectat; seruitus vero generale obsequiũ, & mandatorum complementum, totamque religionem continet.

ANNOTATIO XXI.

Adoratio quid sit Scriptura significet.

VErbum adorandi tam Latine, quam Græce, quo Christus respondet, illud idem est, quo Diabolus vsus erat, quodq; quandam corporis humiliationem, & inclinationem in veneratione significat. licet etiam verbum hoc sit commune Deo, & hominibus; tamen vsu communi Scripturæ, vt dicit Augustinus lib. 10. ciui. cap. 1. ad eam significandam vsurpatur, quæ Deo exhibetur; hanc enim Diabolus sibi dari volebat, nec est inconueniens vllum, quod in Deuteronomio, vnde hoc testimonium acceptũ est, legatur, loco (adorabis) (timebis.) nam Græce dicitur φοβηθήσῃ, quod timorem significat, & in Hebræo est etiam verbum timendi. hoc inquam non est inconueniens; nam vt supra notauimus, timor in Scriptura pro cultu, & reuerentia accipitur. solent enim, qui timẽt, gestu corporis inclinari iis, quos timent; Christus autem sensum obseruauit, vt suique est verbo προσκυνήσεις, quia tẽtator eodem etiam vsus ante fuit in sua tentatione. Verbum autẽ seruies, quod est Græce λατρεύσεις, etiã generale est, seruitutẽ, quæ hominibus exhibetur, etiam significans; tamen vsu Scripturæ, & patrum illam indicat seruitutem, quæ Domino supremo debetur, nempe Deo, qui absolute Dominus est supra omnes dominos. Nota autem duo verba adorare, & seruire; nam duo alia præcesserunt nomina, nempe Dominus Deus, quia Deus, adorandus, quia Dominus est, ei summe seruiendum est, nempe recognoscẽdo eum supremum habere in omnem creaturam dominium.

Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi:

COMMENTARIA.

REi ordine hæc tentatio secundũ locum obtinet, adhuc enim ambiguus ex prima Christi victoria tentator remanserat, quem ergo sub specie hominis non potuit decipere, sub Angeli lucis figura se, quod intendit, assecuturum sperat. idcirco assumit eum, & celeri mora in Hierusalem transportat, supraque pinnaculum templi eminentissimum constituit, populi multitudine præsente; facto, & verbo explorans, & tentans: nã in ipsa assumptione fuit exploratio quædam; existimabat enim tentator; si filius Dei erat, assumi se ab illo nõ passurum, eoque facto se deprehensurũ eum esse filium Dei: Christo autẽ dissimulante, & transferri se patiẽte, ille verbis tẽtare & explorare aggreditur.

ANNOTATIO XXII.

Deceptus dæmon in hac tẽtatione.

SVperius explicuimus hanc assumptionem fuisse corporalem, & quo pacto tentator in Angelum lucis se transfigurauerit: sunt autem nonnulla alia notanda. primo ex Chrysostomo homil. 5. in secunda editione in Matthæum, in duobus fuisse Diabolum in hac tentatione deceptum. prius est, quia existimauit Christum inuitum, & quasi non potentem resistere ei assumptum fuisse, qui tamẽ vere sponte

Universidad de Deusto
Biblioteca

sponte patiebatur se assumi, vnde in Domino non infirmitas, sed patientia fuit, sicut in assumente, non tam virtus, quam superbissimo vti supra diximus, hæc assumptio quædam exploratio erat, quam nisi assumptio non omnino certum fecerit Diabolum, Christum non esse filium Dei. Posterius dictum est, Diabolum existimasse, Christum videri à multis quãdo in pinnaculo Tẽpli positus erat: at reuera à nemine videbatur illusus, ergo est tentator in assumptione hac. Secundo notandum est, hãc tentationem, sicut & primam fuisse non solam tentationem, sed etiam explorationem; propterea enim dixit tentator, si filius Dei es, vt exploraret, an filius Dei esset, quod si nõ erat, in peccatum inducere eum intendebat, quod peccatum Cyprianus serm. de ieiunio, & Gregorius homil. . Euang. affirmant fuisse vanæ gloriæ, Ambrosius vero lib. 1. de Cain cap. 5. & Luc. 4. dicit esse iactantiæ, quod idem est. Erat autem hæc vana gloria desiderii quoddã, quo affectaret se esse filium Dei, vt coram populo se à summitate templi illæsus mitteret, magnificaretur ab hominibus. Tertio pinna Templi, seu pinnaculũ erat extremitas frontispicij vestibuli; erat enim vestibulum, quod erat in atrio Sacerdotum & ante sancta, summa pars Templi, totumque ædificium superabat: cuius frontispicij summitas dicta est pinna, seu pinnaculum Tẽpli, in hac Diabolus Christum constituit.

Si filius Dei es, mitte te deorsum.

COMMENTARIA.

NOn cogit Diabolus, sed suadet, non necessitatem voluntati, dũ tentat, imponit, sed volentem inducere conatur: mitte te, inquit. explorat ergo; si enim se misisset, filium Dei eum esse existimasset, sicut si lapidem in panem conuertisset; si vero, non hominem putam existimasset, indeque in vanum desiderium illud prouocaturum se sperabat. Proprium est Diabolo consilium hoc; qui enim deorsum de cælo cecidit, alios deorsum mittere conatur, cumque ad peccandum excitat hominem, non aliud facit, quã persuadere, vt deorsum se mittat. Omnis enim, qui peccat, deorsum est. Ioan. 8. Vos deorsum estis, ego de supernis sum.

Scriptũ est enim, quod Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te: & quia in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

COMMENTARIA.

ASTutus tentator, cum in prima tentatione Christum Scriptura se protegisse sentiret, vt viam se protegendi ei præcluderet, magisque ad assentiendum sibi suaderet, Scripturę testimonio vitur: mitte, inquit, te deorsum; nam nullum tibi imminet periculum, si filius Dei es, cũ scripta sint Psalmo nonagesimo de filio Dei verba hæc: Angelis suis mandauit Deus de te, & cætera. habes ergo Angelorũ custodiã, & ego ipse, qui Angelus lucis, & vnus ex iis sum, vna cum illis mandatum accepimus à Deo conseruandi te, & manibus te tollendi in omnibus vijs, ne vel minimum offendas.

ANNOTATIO XXIII.

ORigenes hom. 24. existimat Diabolũ falso vsum esse testimonio allato: nã psalmus ille non intelligitur de Christo, qui Angelorum ministerio non indiget, sed de iustis, & sanctis hominibus, qui in adiutorio Dei altissimi habitant, quosque Deus præseruat ab omnibus malis. idem etiam sensit Chrysostomus homil. 13. in Matth. & Hieronymus Matth. 4. & in suis commentariis in Psalmos, hunc locum exponens. Ambrosius autem hoc loco de Christo testimonium interpretatur. nec in hoc tentatorem arguit, sed in eo, quod testimonio Scripturæ vsus est, non vt doceret, sed vt circumscriberet, & falleret. Eodem modo interpretatur Remigius, qui ad argumentum respondet, nimirum Christum vsum esse Angelorum ministerio, non ex necessitate, sed ob dignitatem, & maiestatem, cui Angeli inseruiebant, tamquam

Psalmus 90 nõ de Christo, sed de iustis intelligendo.

tamquam Dei filio. Cum priori sententia sentiunt Hilarius can. 4. in Matth. & Gregorius Nazianzenus orat. in sanctum baptisma, qui adnotarunt Diabolum, diminute allegasse testimonium: nam omisit verba illa, quæ contra eum faciebant, nimirum: Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Hoc ipsum hæreticis familiare est, verba Scripturæ imperfecta proponere, omissis, quæ contra eos pro veritate faciunt; non enim veritati illustrandæ incumbunt, sed suos errores, & adinuentiones sustentare. In hac parte mihi sententia Origenis, & Hieronymi placet. vere enim de iustis hominibus ibi sermo est, licet multa Christo accommodari possint; immo forsan Diabolus sperabat Christum responsurum, id testimonium non esse de se pronunciatum, ex quo tentator deprehendebat, eum esse filium Dei. illud autẽ, quod Hieronymus in commentariis in psalmum hunc notat, nimirum prætermisisse Diabolum illud verbum (vt custodiant te in omnibus vijs tuis,) quia contra se facere nouerat, non videtur probandum: nam etiamsi apud Matthæum nõ legatur, habetur tamen à Luca; inquit enim: (vt conseruent te.) non igitur tentator id verbum omisit.

Et respondens Iesus, ait illi, Dictum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.

COMMENTARIA.

VEro Scripturæ testimonio tentationem vincit, & explorationẽ eludit, Scriptum est in Lege Deuteronomio 6. Non tentabis Dominum Deũ tuum. Tentat ille Deum, qui sine necessitate per miraculũ obtinere vult, quod naturali via consequi posset; cũ enim scala, & communibus templi vijs descendere ex illa summitate posset, nec vlla vtilitas, seu necessitas vrgeret, non erat, cur se mitteret deorsum, spectans Angelorum ministeriũ à Deo exhibendum; non enim locus ille suadet debere se mitere deorsum, etiam si Angelis esset illud mandatũ. Non ergo responsione filium Dei se esse prodit, neque negat, sed ambiguũ relinquit exploratorẽ, nec facit, quod ille suadet; vnde victum illũ dimittit.

Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, vsque ad tempus.

COMMENTARIA.

COnsummata omni tentatione, quã pati Christus dignatus est, Diabolus ab ipso eiectus recessit, non quidem ne amplius ad Christũ reuerteretur, sed ad tempus, paulo post reuersurus, non vt tentet, sed vt pugnet contra Christum per Iudæorum insidias, & persecutiones, quas per eos Christo vsque ad mortem excitauit; dictum enim est Ioan. 8. Vox ex parte vultis perficere Ioan. 13. cum Diabolus misisset in cor, vt traderet eum Iudas Luc. 22. hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

Quid sit Deũ tentare.

ANNOTATIO XXIV.

CHrysostomus hom. 13. in Matt. & Euthymius ibidem asserunt dictum esse (omni tentatione consummata) quia hæ tres sunt capita omnium tentationum, & à quibus cæteræ oriuntur, & qui hos deuincerit effectus, contra cæteros omnes victo riam obtinebit. Idem tradit Ambrosius: Prope, inquit, omnium criminum fontes, hæc tria genera demonstrantur esse vitiorum; neque enim consummatam omnem tentationem Scripturæ dixisset, nisi in his tribus esset materia omnium delictorum, quorum semina in ipsa origine sunt cauẽda. finis ergo tentationum finis est cupiditatum, quia causæ tentationum, causæ cupiditatum sunt; causæ autem cupiditatum, sunt earum obiectatio, species gloriæ, auiditas potentiæ. Hæc ille, accommodatius vero, & verius exponemus, si dixerimus omnem dici tentationem, quę facta est in deserto, & quam descripserat Euangelista: hac autem generalitate vsus est, vt significaret, non aliam passum esse Christum tẽtationem tunc, quam tres illas narratas.

Quare dictum (omni tentatione) sit, omnium à quibus cæteræ oriuntur, & qui hos deuincerit effectus, contra cæteros omnes victo riam obtinebit. Idem tradit Ambrosius: Prope, inquit, omnium criminum fontes, hæc tria genera demonstrantur esse vitiorum; neque enim consummatam omnem tentationem Scripturæ dixisset, nisi in his tribus esset materia omnium delictorum, quorum semina in ipsa origine sunt cauẽda. finis ergo tentationum finis est cupiditatum, quia causæ tentationum, causæ cupiditatum sunt; causæ autem cupiditatum, sunt earum obiectatio, species gloriæ, auiditas potentiæ. Hæc ille, accommodatius vero, & verius exponemus, si dixerimus omnem dici tentationem, quę facta est in deserto, & quam descripserat Euangelista: hac autem generalitate vsus est, vt significaret, non aliam passum esse Christum tẽtationem tunc, quam tres illas narratas.

Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc quidem verum est, illas tres esse præcipuas inter exteriores: diuitiæ enim, honores, & voluptates ciborum multum solent animos hominum corumpere, in quibus nunc Christus tentatus est. Lucas præ termisit vnum, quod Matthæus narrauerat, nempe recedente tentatore Angelos apparuisse, & Christo ministrasse.

ANNOTATIO XXV.

Documenta ad mores spectantia traduntur.

MVlta documenta ex hac Domini tentatione desumuntur. Primo quidem Diabolum esse tentatorem, qui excitat, & solicitat homines ad peccandū, & ad transgrediendum legem Dei, quod Matt. 4. indicatur; dicitur enim, accedens tentator: sicut nec scriptor, nec lector, sed à consuetudine, & officio tentandi. Secundo nemi nem tētat, nisi Deo permittente. quod notat Hilarius can. 5. in Matthæum, explicās illud: Ductus est Spiritu in desertum, qđ dictum censet, quia neminem tentat hostis, nisi quem Deus tentari permittit; immo quando, & quantum Deus permittit. 1. Cor. 10. fidelis Deus, qui non patietur vos tentari, supra id, quod potestis: tentat quidem ille ad malum, sed Deus tentare permittit propter bonum. quod Greg. lib. 18. mora. ca. 3. explicat ponderans illud 1. Reg. 18. Spiritus Domini malus irruebat in Saul. quo modo, inquit, malus, si Domini est? & quomodo Domini spiritus dicit, si malus est? respondet dici spiritum Domini propter potestatem, quia non potest tentare, nisi accepta potestate, & Deo permittente, qua illum vti Deus iuste permittit: malus vero propter malam voluntatē, & intentionem qua tentat. Tertio, Diabolus non tentat quempiam cogēdo, aut necessitatem inferendo ad malum perpetrādum, aut bonum omittendum, sed inducendo, suadendo, solicitando homines, arbitrio eorum libero manente ad consentiendum. Hoc ostenditur ex verbis, quibus vsus est contra Christum: Dic, inquit, vt lapides panes fiant, mitte te deorsum, si cadens adoraueris. Omnia sunt verba suadētis, & prouocantis, non cogentis, vt notat Hieronymus Matth. 4. in illud verbum (mitte te deorsum.) Doctrina autem est etiam August. tract. 12. in Ioan. Dæmon, inquit, potestatem habet, nō cogendi, sed suadendi, si homo non consentit, nihil ille potest. Hinc est, vt causa peccati non sit Diabolus, quia ipse arbitrium hominis non tollit, vt dicit recte Clemen. lib. 6. strom. nec sit ipse Deus permittens, vt notat Basilius homil. quod non sit Deus auctor malorum, sed ipsemet homo, qui libere consentit suadenti malum, & quem Deus permittit tentari, non vt tentatus consentiat, sed vt dissentiat, vincat, & coronetur, recipiatque victoriæ præmiū. Quarto, non semper Diabolus tentat, nec omne peccatum à Dæmonis tentatione procedit. hoc significatur eo, quod non accessit Christo, nisi post multos dies, & in deserto. doctrina autem est Augustini lib. de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 82. Non omnes, inquit, malæ cogitationes nostræ semper malo Dæmonis instinctu excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrij motu emergunt. idem docet Chrysostomus homil. 54. in Acta. Multi, inquit, absque Diabolo peccant, non omnia ipse efficit, sed multa etiam fiunt à sola nostra ignauia. Quinto, triplex Christi tentatio indicat triplex tentationis genus, quo solet vti Diabolus. quosdam enim tentat infirmitate; qua parte enim sentit hominem infirmum, tentat, vt facilius expugnet, & vincat; dicit enim Gregorius lib. 14. moralium cap. 7. Diabolum intueri mores, & propensiones vniuscuiusque, eaque proponit, ad quæ nouit hominem facilius inclinari, vt his, qui sunt à spe ris moribus, ea obiicit, quæ iram excitant, aut superbiam, aut crudelitatem; iis vero qui blandis, proponit, quæ ad luxuriam sunt. demum accommodata vnicuique opponit, sicut qui mūsipulam ponit in viis, per quas solent mures ambulare. exemplū est ipsius Gregorii. hac tentatione aggressus est Christum, videns enim e furietem, cibos ei obiicit. Quosdā alios tentat ignorantia, vt decipiat, & capiat. hoc tentationis genus pulchre docet Gregorius lib. 3. moral cap. 19. aliquando sub specie pietatis inducit hominem ad cibos capiendos, vt eis sumptis caro vegetior fiat, faciliusque ad inhonestia prorūpat. aliquando sub specie humilitatis, quo homo se indignū, & ineptū iudicat, arcet à bonis operibus erga proximum faciendis, mille sunt modi, quibus sub specie virtutis fallit, & decipit. Hac arte refert Basilius lib. de vera Virginitate, quosdam induxisse sub specie castitatis,

castitatis, se Eunuchos facere, & in maiorem sic luxuriam, & concupiscentiæ ardorem impulit. hac tentatione aggressus est Saluatorem, falso enim Scripturæ testimonio allegato ad tentandum Deum prouocabat. Quosdam alios tentat malitia aperta; quos enim videt parui facere peccata, pluriisque facere fatis indulgere appetitibus; bonis hisce terrenis aggreditur. aliquando etiam ira confidit se huiusmodi creatis bonis homines trahere posse, vero timeat accedere, sperans eorū magnitudine illos à recta via deturbare. sic enim vltima tentatione Christum inuasit. Sexto duobus modis tentare solet homines. Vno modo exterius, nempe res sensibiles sensibus obijciēdo. sic tentat hominem visu rerum appetibilium, tactu, odoratu, gustu, & auditu delectabilium, vt abstrahat ad malum, vel horribilium, aut auertat à bono, ad quem vitandi modum pertinent persecutiones, detractiones, calumniæ, quas excitat. contra hominem, & multa huiusmodi, sicque Christum tentauit verbis suasibilibus: die huic lapidi vt panis fiat, mitte te deorsū, ostendit regna mundi, altero modo interius tētat, nimirum excitando partem sensitiuam, commouendo imaginationem, & motiones appetitus prouocādo, quæ solent superiorem partem rationis mouere, quam quidem rationalem partem ipse non potest per se tangere, sed per sensitiuam, sicque cogitationes malas immittere dicitur, & intrare hominum corda. etiā hoc modo intelligendus est Gregorius libro 17. Moral. cap. 17. dicens, Diabolum bonorum mentes ingredi, & illicita suggerere: sic etiam est intelligendus Augustinus li. 3. de consen. Euangelist. Intrat, inquit, Dæmon, cor immittendo malas cogitationes mentibus non per se immediate, sed per motionem partis sensitiuæ. diximus plura de hoc in cōmentariis in Ioan. cap. 13. explicantes illud (cum iam missset diabolus in cor) hanc tentandi facultatem in Christum nec exercuit, nec habuit vt supra diximus.

Septimo quosdam tentat Diabolus inuisibiliter, & latenter, non se manifestando, sed per res creatas inducendo in malum, vel retrahendo à bono, sicut in prima tentatione factum est; quosdam transformando se in Angelum lucis, vt in secunda; quosdam autem visibiliter, & aperto Marte, non dissimulando se esse diabolum, vt in tertia tentatione fecit.

Octauo aduertenda est astutia Diaboli in tentando, quæ in multis deprehēditur. in primis quidem non accedit tentare per se ipsum, sed vtitur semper bono apparenti, quo affectum alliciat: nemo enim peccat, nisi aliquo, quod placet, tractus, vt dicit Augustinus lib. 2. de confess. cap. 5. vt fiat quædam commutatio, transgreditur enim legem Dei homo, & perdit incommutabile bonum pro terreno, & caduco. hac arte vsus Diabolus accedit Christum per panem, & per gloriam, & populi æstimationem, & regna mundi promissa, quæ placere solent. Præterea proponit in se obiecta, quæ placent, & occultat, quæ displicent, & quæ mala sunt; obiecit enim tentationes, & labores, ac pericula plurima, quæ in eis sunt, vt paulo ante diximus: sic peccatori repræsentat, quæ delectant; dissimulat vero periculum damnationis, & bona spiritualia, quæ perdit, rursus spe vana vtitur, & decipit. dabo, inquit, mitte te deorsum, quia Angeli portabunt te, sic homines longioris vitæ, & futuræ pœnitentiæ, & consequendi, quæ numquam assequentur, spe fallit; vt enim dicit Basilius in homil. de exhortatione ad baptismum: Dæmon non aufert spem, sed auget, vt sic securum faciat peccantem, in quo latet eius ars, vt notat Basilius ibidem. affirmās Diabolum tempus præsens, quod certum est, sibi vsurpare: futurum autem incertum relinquere peccatori; petit sibi hodie, dat cras, quia peccare nunc suadet; bona vero, quæ promittit, in futurum remittit, vt hoc medio tempore mors minus cogitata adueniat.

Nono notanda etiam est malitia Diaboli in tentādo; creaturis enim, quas Deus fecit, vt homo per eas manu duceretur ad Dei notitiam, & honorem, vtitur ipse tentator ad auertendum illum à Deo per tenebras mentis, & affectus prauitatem: nam hæreticos Scripturis ipsis exęcat, & temporalibus bonis homines ad legem Dei transgrediendam prouocat: quam malitiam notauit Basilius libro de vera virginitate, ita nunc lapide, pane, pinnaculo, Angelorum custodia, Scriptura sacra, regnis mundi abusus est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& forsan his posset Christum vincere: rursus mendacio pernicioso accessit, promittebat, quæ dare nec intendebat, nec poterat; præterea etiam si dedisset, iniquitas erat maxima pro temporali bono æternum auferre. Præterea adorari se voluit, diuinitatemque affectauit. Sunt multa alia, quibus & astutia, & malitia eius in tentando deprehenditur, quę dicta sunt, sufficiant.

Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam.

COMMENTARIA.

NON connectitur regressus hic immediate cum his, quæ narrata sunt de ieiunio, & tentatione. multa enim intercesserunt, quæ Ioannes narrauit tribus capitibus primis, post quæ regressus hic factus est; non enim omnia Euangelistæ tractarunt. Dicitur autē regressus in virtute Spiritus in Galilæam, non quod prius Spiritus virtutem non habuerit; qui enim humanitatem diuinæ naturæ vnitam in sua persona habebat, secum Spiritum, qui eiusdem est substantiæ, habere necesse erat; dicitur autem in virtute Spiritus regressus, quia in Galilæam reuertebatur, virtutem hanc ibi exercitaturus, & ostensurus doctrina, & miraculis, quæ in Galilæam regrediens fecit.

ANNOTATIO XXVI.

Superiora sniẽ sensus magis declarantur.

CHRISTVS ex Iudæa de serto post ieiunium, & tentationem egressus, in eadem Iudæa mansit aliquot diebus, quibus facta sunt, quæ Ioannes narrauit cap. 1. de Ioannis testimonio, & vocatione Andreæ, & Petri, post quę venit in Galilæam, vbi in nuptiis vinum ex aqua fecit. Post hęc prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Hierosolymam, vt Ioannes scribit, vbi eiecit vendentes de Templo, & gesta sunt, quę cap. 3. idem Ioannes narrauit de Nicodemo, cæterisq; in eodem capite, quibus peractis, iterum in Galilęam venit, quod cap. 4. ac fecit Ioannes, & hic est secundus regressus, cuius cęteri tres Euangelistę etiam meminerunt, Matthęus cap. 4. Marcus 1. & Lucas noster in præsenti. hoc autem discriminis est, quod illi occasionem regressus expressere runt, nempe cum audisset Christus Ioannem Baptistam traditum esse, noster vero Lucas id prætermisit. Idem tamen est regressus hic cum illo, quem Matthęus, Marcus, & Ioannes descripserunt. Quod autem ad sensum spectat, Origenes homil. 32. regressum in virtute Spiritus Christum interpretatur, quia virtus addita ei fuit, quoniam Draconem conculcauerat, & tentatorem cominus vicerat; quę verba, si vt sonant, accipiantur, omnino sunt damnanda; ei. n. qui vnitam habebat Spiritus sancti substantiam, additamentū virtutis eius capere non poterat. multo verius exposuit Titus Bostrenus, nempe propter miracula, quę facturus erat in Galilæa, dictum esse regressum in virtute Spiritus, nec solū propter miracula, sed propter prædicationem etiam, & doctrinā; per totam. n. Galilęam regrediens verbis, & operibus nominis sui notitiam sparsit, vt in sequentibus apparebit. Additam ergo virtutem apud Origenē interpretabimur, quantum ad ostensionē, & manifestationem; in primo enim regressu in Galilęam, parum se manifestauerat.

Et fama exijt per vniuersam regionem de illo.

COMMENTARIA.

REgrediens Iesus in Galilæam, vt narrat Matthæus cap. 4. venit, & habitauit in Capharnaum, cępitq; prędicare, ac dicere: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnū cęlorum. & exijt fama eius per vniuersam regionem illam, tum propter prædicationem insolitā, & admirabilem; tum propter ea, quæ fecerat in Hierusalē. vt enim inquit Ioannes cap. 4. cum venisset in Galilæam, exceperūt eum Galilæi, cum omnia vidissent, quę fecerat Iesus Hierosolymis in die festo; ipsi. n. venerant ad diem festum, quando ciecerat vendentes de templo: tum etiam quia iā conuerterat aquam in vinum in Cana Galilææ.

Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.

COMMENTARIA.

MAtthæus cap. 4. diffusius hæc explicat: circuibat, inquit, Galilęā, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni, & sanans omnem languorem, & infirmitatem, & abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes, varijs languoribus, & tormentis comprehensos, propter hæc ab omnibus magnificabatur. magnificare enim solemus, à quibus beneficijs affecti sumus, aut affici speramus.

Et venit Nazareth, vbi erat nutritus.

COMMENTARIA.

REgrediens in Galilęam non intrauit Nazareth, sed relicta ea, venit Capharnaum, & ibi prædicauit, multaque miracula non illic tantum, sed etiam per Galilæam, vt in præcedenti commentario dictum est, plurimaque alia fecit, quæ cæteri narrant Euangelistæ, post hæc venit in Nazareth, vbi conceptus, & nutritus erat.

ANNOTATIO XXVII.

NE existimes, quando regressus dicitur in Galilęam, tunc venisse Nazareth; non enim sic factum est, immo relicta ea transiuit Capharnaū, vt referunt Matthęus 4. Marcus 1. & Ioann. 4. sed post multum temporis factus est aduentus hic in Nazareth, cuius meminere Matth. ca. 13. & Marcus cap. 6. intercesserunt ergo illa, quę hi duo narrant; Lucas vero per anticipationē quandam describit hunc aduentum, vt docet August. lib. 2. de consensu Euangelist. c. 42. Vndenon est consentiendum Theophylacto, qui regredientem Christum in Galilęam prius in Nazareth venisse affirmat, notatque hoc per id significari, primum nos curam domesticorum habere debere. Huic tamen sententię non solum aduersantur Euāgelistę, qui reliquisse Nazareth asserūt, sed ēt verba ipsius Lucę sequētia, vt ex eorum expositione constabit.

Et intrauit secundū consuetudinem suam, in die sabbati in synagogam.

COMMENTARIA.

SOlebant Iudæi diebus sabbati in synagogis conuenire, tum ad orandum, tum ad publicam Prophetarum, & Legis lectionem, & interpretationem faciendam, quam cōsuetudinem Christus obseruans, quando venit in Nazareth, accessit etiam synagogę die sabbati, sicut & cęteri Iudęi. ob id dicitur intrasse secūdum consuetudinem suam; solitus enim erat illorum consuetudini se accommodare, vt multos simul doceret, & testes suæ prędicationis haberet, iuxta illud Matth. 18. Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagogis, & templo, quo omnes Iudæi conueniunt; doctrina enim, quæ in omnium salutem instituebatur, omnibus erat prædicanda.

ANNOTATIO XXVIII.

DEprehenditur ex hoc loco memoriæ lapsus Irenęi lib. 4. cap. 40. qui hanc historiam, nimirum quando Christus locum Isaię sequentem explicuit, in Capharnaum gestam dixit; cum tamen manifestū sit ex Euangelista, nō in Capharnaum, sed in synagoga factum id fuisse.

Et surrexit legere.

COMMENTARIA.

VIris solis, non fœminis licebat in Synagogis loqui, vt tradit Paulus 1. Cor. 14. liberum autem erat vnicuique si quid dubitationis occurrebat, proponere, & si dicendi peritiam habebat, sermonem etiam facere: hac enim de causa Paulus frequenter per Synagogam Christū prędicabat. prius autē lectio Scripturæ, aut legis fiebat, postea sermocinari solitū erat, vt constat Actor. 13. habebatur autem lectio Prophetarum, aut legis à stante propter reuerentiam ipsius Scripturę, sicut apud nos Euangelium, & Epistola immissā à stantibus legitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO XXIX.

MOs erat maiores Iudæorum in Synagoga conuenientium inuisare quosdã alios ad dicendum, sic enim legimus Act. 13. vbi Paulus cum socijs refertur, venisse Antiochiam, & intrasse Synagogam die Sabbatorum, & ibi sedisse. Post lectionem autem legis, & Prophetarũ miserunt Principes Iudæorum ad eos, dicentes, viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. surgens autem Paulus, & manu silentium indicens ait. Aliqñ autem & nemine inuitante, si quis aliquid dicendum habebat, licebat illi etiam dicere, immo non vni, sed multis successiue, vt cõstat ex Paulo 1. Cor. 14. sic nunc Christus fecit. erãt autem duo, vnum lectio legis, & Prophetarum, alterũ explicatio, aut exhortatio, vtrumque nunc Christus exhibuit.

Et traditus est illi liber Isaiæ prophetæ.

COMMENTARIA.

NON volumine uno, sicut apud nos fit, biblia sacra tunc habebantur compaginata, sed singulæ partes diuersis membranis circumuolutis conscriptę; liber igitur Isaiæ traditus est Christo legendus, & interpretandus; liberum autem erat vnicuique locum ex libro tradito, qui usus illi fuisset legere, interpretari: non autem casu, sed diuino consilio liber hic traditus fuit; inter Prophetas enim omnes Isaias est, qui copiosius, & clarius de Christo, & doctrina Euangelica uaticinatus est, qui etiam apud Iudæos maximæ erat auctoritatis.

Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat.

COMMENTARIA.

ACcepit Christus traditum librũ, & cũ reuoluens peruenit ad caput eius sexagesimum primũ, ubi scripta sunt, quę statim Euangelista narrat. Erant multi libri, uti iam diximus, tum etiam membranis scripti, quorum singuli lignis oblongis circumuoluebantur, ob id Christus nũc reuoluisse, id est, explicasse, & expandisse librum, & membranam dicitur.

Spiritus Domini super me.

COMMENTARIA.

VErba sunt Isaię, quibus prædixit legationem, functionemq; Christi ad redimendum, & saluandũ mundum captiuum, & oppressum. loquẽs igitur in persona Christi ratione humanitatis assumptę, prædicit, quod futurum erat: Spiritus, inquit Domini super me, id est, Spiritus sanctus descendit super me, ut munere, & legatione eius fungar. fuit autem super Christum Spiritus, quando specie columbę uisibiliter in eum descendit in Iordane, ut munus, & opus redẽptionis inchoaret.

ANNOTATIO XXX.

MVlta notãda occurrunt. Primo qui *Pro literalem*, merito locum hunc Isaiæ declarandum in patria *rali sensu* fuerit, quãtum ad habitum, cum ab instanti incarnationis plenus fuerit, sed qđ manifestationem, & vsum eorum induxerit: vt qui eatenus latebat, mundo iam se proderet, & opus saluatoris iniret, quod in sequenti sua magis explicabitur. erat quippe Christus vt homo, legatus Dei, seu Spiritus sancti, & salutis nostræ effector: hoc tũ munus latebat annis multis vsq; ad baptismum: qñ autem Spiritus sanctus descendit specie columbæ, tunc exercere incœpit tale munus, & legationem. & hoc est, quod nunc dicit, Spiritus Domini super me, nẽpe mittens me ad operandam salutẽ mundi, vt ipsemet verbis sequentibus explicat. Quarto, his verbis Christum loqui non ratione diuinitatis, sed humanitatis, id est, non vt Deum, sed hominem, docet Athan. orat. 2. contra Arianos. Hieronymus, Cyrillus in suis Commentarijs, & est communis sensus Patrum, idque verba ipsa indicãt; non. n. mittitur Christus à Spiritu sancto vt Deus, sed vt homo, nec Spiritus est super Christum ratione diuinitatis, qui est consubstantialis ei nec Christus, vt Deus Dominum habet. hæc omnia dispensationi conueniunt. Quinto in Hebræo habetur, Spiritus Domini Dei, sicque vertit Hieronymus, quo notatur processio Spiritus sancti à Patre, & Filio; Dns. n. Pater est, Deus Filium significat. Spiritus ergo Domini Dei, Spiritus est Patris, & Filij, qui super eundem filium ratione humanitatis esse, & descendisse dicitur; seu futurus, & descensurus prædictus est. Sexto, si hunc eundem locum aliter etiam considerare liber, notandum est in Hebræo illud, Domini, esse plurale cum affixo, nempe Dominorum meorum, quasi dictum esset, Spiritus Dominorum meorum, Deus super me: Christus igitur vt homo appellat Spiritum Dominorum suorum, nempe Patris, & Filij, seu sui ipsius vt Deus est: illud autem Deus consubstantialitatem significat, nempe Spiritus, q à Domino Patre, & Domino Filio, Deus est vnus, & idem cum ipsis. Hæc igitur verba legationem Christi hominis per Spiritum sanctum significant.

ab aurorę tempore natiuitatis

Propter quod vnxit me.

COMMENTARIA.

CAusam exprimit cur super eum Spiritus venerit, quia nempe ad hoc munus obeundum iam ante idem Spiritus eum vnxerat, nempe quando conceptus est, & diuinitati vnitus; tũc enim omnem plenitudinem accepit. Ideo igitur Spiritus Domini super me est, vt opera eius perficiam, & munus inchoem redemptionis, quia ad hoc seu propter hoc vnctus sum ab ipso Spiritu ab incarnationis instanti. aut clarioribus verbis: missus sum à Spiritu, vt fungar legatione, ad quam me vnxerat. Finis ergo vnctionis est exercere, & operari salutem mundi, ad quod Spiritus Domini super illum venit, vnctio ergo officij, & muneris causa efficiens est; finis vero vtriusque ipsa functio, nempe prædicatio, cæteraque opera ad redemptionem instituta.

ANNOTATIO XXXI.

MVltiplex est varietas Doctorum in huius sniæ explicatione. Primo qui de varie à Latinis Patribus legit illud (p.p quod) Irenæus. n. lib. 3. cap. 20. & lib. 4. cap. 40. legit (Q. apropter) Hilarius li. 8. de Trinit. habet (propterea) Hieron. & Gregor. lib. 4. Mor. cap. 11. & Vulgatus interpres legunt (eo quod) Ambros. autem lib. 1. de Spiritu sancto ca. 7. & S. Cyprianus lib. 2. contra Iudæ. cap. 10. & Augustinus tracta. 74. in Ioan. habent (propter quod) immo Hieronymus Isa. 61. in Commentarijs citans locum Lucæ legit (propter quod) quamuis ipse vertat verba Isaiæ (eo quod vnxerit me) Quidam recentiores legunt (cuius gratia vnxit me) quidam alii (propterea quod) particula enim Hebræa ' omnes has admittit significationes. Maior tamen est controuersia, quæ secundo loco occurrit, de sententiæ huius connexione; quidam enim cum antecedenti connectunt, nempe Spiritus Domini super me propter quod vnxit me, seu eo quod vnxerit me, quam connexionem amplectitur vulgatus interpres, eumque secuti sunt Irenæus, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, & Gregorius locis citatis, & Athanasius oratio. 2. contra Arianos, & ad Serapionem de Spiritu sancto, & Cyrillus in commentarijs, & Epiphanius in Anco-

Superior suia diuersimode legitur, et aliys cõnectitur ab expositoribus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rato Chrysost. hom. de Spiritu sancto, Basilius in Psal. 33. & Euthym. Quidam alij sequenti coniungunt, quasi quæ sequuntur, ea sint, propter quæ vnctus sit Christ⁹, vt sit sensus: propter quod vnxit me, vt euangelizarem pauperibus, & cætera. hanc connexionem receperunt Tertullianus lib. 4. contra Marcion. ca. 14. vbi hunc Isaiæ locum sic legit: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me ad Euãgelizãdum pauperibus. eandem sequũtur Hilarius in commentarijs in Psal. 52. & Beda in præsenti. hi autem sic coniungunt sequẽtibus, vt antecedentem sententiam referant quasi causam in hunc sensum: Spiritus Domini super me, eaque de causa vnxit me euãgelizandum pauperibus, & cætera. Placet recentioribus hæc cõnexio. In alium tamẽ sensum diuertant, nempe, vt idem sit Spiritus Domini super me, cum eo, vnxit me, sitque repetitio eiusdem sensus, ad explicãdum finem vnctionis huius. erit ergo sensus iuxta horum mentem, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, id est, causa, & finis propter quem vnxit me, seu super me est, is est, qui sequentibus verbis exprimitur, euangelizare pauperibus misit me, & cætera. Hæc sunt, quæ & in lectione, & in connexione, ac in sensu Doctores sentiunt. In primis licet parum referat legere (propter quod) seu (propterea) seu (eo quod vnxit me) quouis enim modo legimus, difficultas est, & ambiguitas in connexione; tamen amplectemur vulgatum interpretem, & legimus (propter quod vnxit me) & iuxta hãc lectionem interpretanda est sententia, eidemq; sensui cæteræ lectiones accommodabũtur. Hoc igitur supposito mihi videtur sententia hæc connectenda superiori; moueor tum auctoritate vulgatæ interpretis, quæ plurimi facienda est, eo maxime, cum accedat auctoritas Hieronymi; multorumque Patrum antiquorum, quos paulo ante citauimus: tum etiã, quia si connectamus sequenti, verbum illud (misit) incongrue positum est; dicẽdum enim erat, propter quod vnxit me, pauperibus euangelizare, sanare contritos, & cætera, vt vnicuique facile est intelligere; sicque legunt Hilarius, & Beda. qui sequentibus connectebant: tunc demum, quod maxime vrget, quia sensus expostulat, vt præcedenti connectatur; cum enim diceret, Spiritus Domini super me, causa debuit exprimi, cur super eum Spiritus Domini fuerit; ea autem est, quia vnxerat eum, non quidem tunc, quando super eum fuit, sed ante; vnctus enim Christus Spiritu sancto, quando carne indutus est: at Spiritus fuisse dicitur super eum, quando missus est à Spiritu eodem ad se prodendum, prædicandum, & opus salutis nostræ perficiendum, quod fuit post baptismũ. quia igitur in vnctione susceptit munus, & officium Redemptoris, ideo mittitur ad id munus exercẽdum; quid enim proderat munus obijsse, nisi muneris opera præstitisset? sensus ergo perficitur, & declaratur, si connectatur sententia hęc præcedenti. vbi aduertendum est, quod etiam in commẽtario indicauimus, priorem sententiam non esse causam sequentis, nempe quia Spiritus Domini fuit super Christum, ideo vnctus fuit Spiritu Christus; non enim hoc est, quamuis non negem nonnullos Patres sic intellexisse, existimantes hanc vnctionem factam fuisse post baptismum, de qua re nihil modo dicam, quia in commentarijs in Ioan. cap. 1. annotat. 21. id diffuse explicui: rei autem huius veritas in duobus consistit. vnum est hanc vnctionem factam fuisse in incarnationis instanti, quando diuinitas fuit vnita humanitati, & ex vnione omnis plenitudo gratiarum emanauit in humanitatem illam, sicque hanc vnctionem factam intelligunt Damascenus lib. 4. de fide cap. 6. & Gregorius lib. 9. epist. 61. Alterum est, vnctionem fuisse per Spiritum sanctum, ita vt ipsa diuinitas Spiritus sancti sanctificauerit illam Christi humanitatem: cæteri quidem sancti vncti sunt gratia, & dono Spiritus, at Christus Sanctus Sanctorum etiam ipso Spiritu sancto, fonte omnium gratiarum, quod docte ac vere docuit Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 26. allegans illud Act. 4. quomodo vnxerit eum Dominus Spiritu sancto, & hoc nunc significatur hisce verbis: Spiritus vnxit me. Cum igitur vnctio sit ipso Spiritu facta, tunc vnctus est, quando diuinitas vnita fuit humanitati, & hoc est, quod dicitur, propter quã vnxit me, id est, vnxit me Spiritus, vt posteà esset super me, mittere retq; ad redimendum, & sanandum, & euangelizandum. interpretatio vulgata, & Hieronymi, hoc magis explicant, dicentes: eo quod vnxit me. Non ergo sic intelligas (propter quod vnxit me) quasi sit dictum, Spiritus Domini est

Auctoris sententia.

Vtra dictarum sententiarum alteri præferẽda sit.

mi est super me, & huius rei causa vnxerat me prius. ambigua enim est particula, & vtrumque sensum admittit. sed verus sensus est, vt prima sententia sit finis secundę, quasi ad hoc sit vnctus, vt à Spiritu mitteretur, & esset super eum ad exercẽdum munus vnctionis. causa vero efficiens primæ secunda est, sunt enim mutuo sibi causę finis, & efficiens; sanitas enim finis est medicamenti, & medicamentum efficiens causa sanitatis. Ex his facile solues, quæ recentiores pro sua ipsorum connexione obijciunt nobis; dicunt enim in Hebræo, post illud (Spiritus Domini super me) esse virgulam diuisiuam; facile respondetur, non esse in omnibus Biblijs; in Regijs enim nõ habetur, nec Hieronymus eam habuit, qui secũdam cum prima sententia coniunxit. Obijciunt iterum, quia non videntur inuicem causæ, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me. Respondeo ex ea radice processisse eorum sententiam, putãt enim idem esse Spiritũ Domini esse super Christum, & vnctum esse, quod omnino falsum est, cum sint diuersa, & diuersis tẽporibus facta; Spiritus enim super eum dicitur, quando specie columbæ descendit, mittens eum ad prędicandum, & euangelizandum: vnxit autem, quando in incarnatione opera Spiritus sancti diuinitas est copulata humanitati; sunt autem hęc inuicem causæ, in diuerso genere, vnum est finis, alterum efficiens, vti sæpe iam diximus. Ex his huius sententiæ sensus mihi explicatus satis videtur. Non est autem vnum silentio prætereundum, nimirum, cum Pater, & Filius, & Spiritus sanctus vnam diuinitatem habeant, eaque diuinitas vnita sit per totam Trinitatem humanitati, cur dicatur magis vncta humanitas Spiritu sancto: non autem vncta Patre, aut Filio, eo maxime, quia Filii persona, est vnita naturæ illi humanæ. Respondeo, etiamsi alibi de hac re plura diximus, id factum esse ad significandum ex gratia, & liberalitate Dei factum esse, quod illa humanitas diuinitati vniretur: quæ autem gratiæ sunt, Spiritui sancto tribuuntur. vt enim docet Augustinus tract. 74. in Ioannem. Quod Christus, inquit, vnigenitus æqualis est Patri, naturę est, non gratiæ; quod autem in veritatem personæ vnigenitus ille homo assumptus est, non naturæ, sed gratiæ est. Adde etiam, quia illa diuinitate sanctificata est humanitas, & ex illa dona & virtutes, gratiæque omnes in humanitatem fluxerunt, ideo Spiritu vnctus dicitur, quia hæc omnia Spiritui sancto adscribuntur; quare autem hæc tribuantur Spiritui sancto alterius est considerationis.

Quare Christus a Spiritu sancto, et non à Patre, et Filio, vnctus dicatur.

Euangelizare pauperibus misit me.

COMMENTARIA.

EXplicat ad quid Spiritus Domini super eũ venerit, & quemadmodum Prophetæ dicebant, factum est verbum Domini ad me, posteà exponebant, quæ Dominus significaret; sicut etiam supra dictum est, factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ, & statim adiunxit, quod hoc verbum contineret: ita nunc cum dixisset, Spiritus Domini super me, cuius causa prius me vnxerat, enarrat, quæ sint ea, ad quæ Spiritus Domini super eum venerit: multa autem hæc sunt, quorum primum est, misit me euangelizare pauperibus, id est, instruere, & docere pauperes doctrinã Regni cęlestis, ipsisque viam aperire, mediaque conferre, quibus illud adipiscantur; hoc enim est Euangelium, doctrina nempe Regni cœlorum, & via, ac medium, illud assequendi. Christus licet vt Deus mittat Spiritum sanctum, quia ab illo procedit Spiritus; vt homo tamen ab eodem Spiritu mittitur. Pauperes autem hi, sunt illi, de quibus dicitur Matth. 11. pauperes euangelizantur.

ANNOTATIO XXXII.

ADuerte in primis Isaiam quantum ad illius populi à Babylonica captiuitate, litterę corticem prædixisse liberationẽ tendens præcipue eam, quam Christus fecturus erat à Diabolo, & peccati captiuitate. Appellat aũt Iudæos captiuos in Babylone, pauperes, vtpote bonis patrijs, ac di-

Locus Isaiæ 61. exponitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uitiis propriis spoliatos, & ad inopiam redactos; quibus Isaias missum se dicit ad annunciandum, id est, bonũ nuncium significandum, reditum nempe in patriam, & antiquorum bonorum recuperationem: præcipue autem sub hoc cortice nomine Christi loquitur, qui pauperibus, vti dictũ est, euangelizauit. quem sensum, quasi præcipuum, in commentario amplexi sumus. Aduerte rursus Hilarium, & Bedam connectentes hanc sententiam præcedenti, nõ legere verbum illud (misit) sed sic, propter quod vnxit me euangelizare pauperibus, sanare contritos corde, & cætera. Quidam alii verbum (misit) sequenti infinito connectunt, nempe, vnxit me euãgelizare pauperibus, & misit me sanare contritos, & cętera: quæ omnia peruertunt textum vulgati interpretis, vt in Annotatione præcedenti notauimus, ideirco hanc sententiam primę copulauimus. Aduerte etiam ex Ambrosio lib. 3. de Spiritu sancto in præfatione, & cap. 1. filium mittere Spiritum sanctum, & ab ipso etiam mitti. primum illo Ioan. 15. probat, quem ego mittam vobis a Patre. Secundum hoc testimonio Isaiæ confirmat, tamen nõ eadem ratione. filius enim, vt Deus mittit Spiritum sanctum, vt autem homo mittitur a Spiritu sancto, sicut & a Patre, & a seipso. mediator enim & legatus Dei est. Aduerte præterea quosdam loco (pauperibus) legere (mansuetis) quosdam alios (afflictis) verbum enim Hebraicum fere hæc significat parua mutatione. דוי cum vau significat mansuetos, cum duplici vero iod, vt loco vau sit alterum Iod, significat pauperes, & afflictos, eadem tamen est radix; venit enim a uerbo דוי quod affligere, humiliare significat; paupertas autem quædam est afflictio. quæ solet homines mansuetos, & humiles efficere. vulgatus noster, & Septuaginta apud Isaiam legunt (pauperibus) & hęc est lectio communis, & tenenda. Est autẽ controuersia, quid per hos pauperes intelligendum sit. Ambrosius generaliter intelligit omne genus humanum, omnesque homines, qui per peccatum paupertini effecti sunt, spirituali paupertate. Origen. homil. 32. & Titus Bostrenus strictius interpretantur gentes, quæ paupertate premebantur, cum essent sine Deo, sine lege, sine religione, sine salutis via, sine Doctore, & Propheta. Tertullianus autem libro 4. contra Marcion. & Hieronymus Isa. 61. & Eusebius lib. 3. de demonstratione ca. 1. & lib. 9. cap. 10. adhuc strictius interpretantur, nimirum pauperes spiritu, tunc; hos Euangelizatos dicunt fuisse, qñ in monte dixit Christus: Beati pauperes Spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Euthymius Iudæos intelligit, qui virtute pauperes erant. Quamuis aũt in Scriptura hi omnes pauperes dicantur, hoc tñ in loco mihi accõmodatius dici vr, si pauperes in sua propria significatione intelligamus, vt pauperes sint, quos vulgo pauperes homines, nẽpe diuitiis temporalibus destitutos appellamus; his. n. primis annũciatum est Euangelium, & hi primi Christum receperunt, quales fuerunt Discipuli Christi, qui erãt piscatores paupertini, aliique discipuli, et credentes de media turba, & plebei. Ex illis enim principibus, & Pharisæis, ac primis Iudęorum pauci, & sero crediderunt. Voluit enim Christus fundamenta sui Euangelii in his infimis, & pauperibus collocare, vt uirtus diuina in eis magis innotesceret: vt enim dicit Paulus 1. Cor. Non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contẽptibilia elegit Deus, & ea, quę non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret, vt non gloriet̃ omnis caro in conspectu eius; hi sunt pauperes, quibus euangelizare missus est Christus. licet enim omnibus euangelizare venerit, hi tamen primi efficaciter receperũt eum. Dicemus de hac re plura Luc. 10. in eo loco, Pauperes euangelizantur.

Qui pauperis nomine intelligantur.

Sanare contritos corde.

COMMENTARIA.

Missus est Christus à Spiritu, nõ solum ad euangelizandum pauperibus, sed etiam ad sanandos contritos corde: ij autem contriti corde dicũtur, qui admissa peccata cognoscũt, & ob ea mœrore, ac dolore afficiuntur. de quibus Psal. 50. Dauid scripsit: Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. in quo loco idem est verbũ etiam

etiam Hebraicum שברי. hanc sententiã præstare, non hominum, sed Dei esse, idem Dauid Psal. 146. docet, dicẽs, qui sanat contritos corde, & alligat cõtritiones eorũ. Hæc enim duo loca prophetia sunt Christi.

ANNOTATIO XXXIII.

Vterque sensus superioris sũa literalis est.

Si corticem litteræ tantum consideramus, cõtritos corde appellat tristes, & amaro animo, quales erant Iudæi captiui in Babylonia, non solum priuati bonis patrijs, sęculiq; diuitijs, sed etiã diuersis, multisq; temporalibus afflictionibus vexati, & confracti. unde Cyrillus in commentarijs, cõtritos, inquit corde vocat infirmo, & fracto animo præditos, & perturbatos, incursionibus non valentes obsistere. Hos sanare, & consolari Deus per Isaiam promisit. Est autem si verbum Hebræum perpendimus, pulchra metaphora: nam loco verbi (sanare) est verbum חבש quod non solum sanare, sed etiam circumligare, & circumuoluere, seu alligare significat, sicut chirurgus solet vulnera infirmi ligare, quo vsus est etiam Dauid Psal. 146. qui alligat, inquit, contritiones eorum. & Isaias cap. 30. cum alligauerit Dominus uulnera populi sui. Vnde vt notat Hieronymus in commẽtarijs Isa. Symmachus, & Theodotion hũc locum vertunt, misit me Spiritus ad alligãda vulnera peccatorum. Huic sensui consonat illud Luc. 10. in parabola Samaritani, qui alligauit vulnera illius, qui inciderat in latrones, & ab eis vulneratus fuerat. At verò si spectamus sensum intentum, & præcipuum, Isaias intendebat ea significare, quę Christus in liberãdo populo suo facturus erat. in hoc sensu contritos corde non carnaliter, sed spiritualiter intelligemus, nempe, quos peccatorum pœnitet, qui eorum mœrore, & dolore velut tracto, & comminuto sunt animo. hos Christus consolari, & sanare missus est. in quem sensum interpretati sunt hanc sententiam Hieronymus in commentarijs, Basilius in Psalm. 33. exponens illud simile, prope est Dominus ijs, qui tribulato sunt corde. Tertullian. lib. 4. contra Marcion. cap. 14. & Beda. hunc igitur sensum præcipuum omisso literali, minus principali in commentario amplexi sumus, quia etiã literalis est cortice historiæ conclusus, & significatus.

Prædicare captiuis remissionem.

COMMENTARIA.

Tertium opus, ad quod missus est Christus, est captiuis annunciare libertatem, & ereptionem de potestate inimicorum: pauperibus igitur diuitiæ tristibus, & afflictis consolatio; captiuis liberatio cõfertur per Christum; tenebatur enim homo sub iugo, & seruitute dura Diaboli, illa aũt liberatio, & relaxatio populi, de qua quantũ ad corticem loquitur Prophera, figura erat huius per Christum efficiendæ.

Et cæcis uisum.

COMMENTARIA.

Quartum opus hoc est; solent autem prophetæ, vt à litteræ, & historiæ cortice legentes abstrahant, & ad sensum altiorem extollant, aliquid interponere, quod cortici historiæ accommodari non potest, vt sic secretiora, & latẽtia iudicent; nam in restitutione Babylonica cæcis non est uisus restitutus, id per Christum tantum faciendum erat, qui cæcos corporaliter illuminauit, & cæcis spiritualiter, nempe tenebris erroris, & ignorationis Dei oppressis lumẽ veritatis, & fidei infudit. Hæc Christus non tantum prædicauit, sed etiam effecit; prædicare aũt dicitur, quia ad hanc remissionẽ, & ad hoc lumẽ volentes trahit.

ANNOTATIO XXXIV.

Hieronymus literam Hebraicam sequens hũc locum sic vertit (clausis apertionem) Septuaginta vero, quos Euangelista secutus est, hanc clausuram interpretantes, verterunt cæcis visum) cęci enim oculos dicuntur habere clausos, apertos aũt, qñ visus restituitur eis, iuxta illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud Ioannis 9. Aperuit mihi oculos. Et Isa.35. Aperientur oculi cæcorum. Estq; frequentissima phrasis Scripturæ Genes.3. aperti sunt oculi eorum, id est, viderunt, quæ ante videre non poterant. & 4. Regum 6. Aperi oculos pueri; suntq; plura testimonia, vnde in Scriptura uidēs appellatur apertus. & 4. Reg. (videntem, & ecēū) in Hebræo est apertum. propter hoc septuaginta verterūt (cæcis) quia apertionē hanc ad visum retulerunt, iuxta phrasim communissimam. versio igitur Septuaginta est quadam declaratio verborum, quæ Hieronymus absolute interpretatus est, nec est contradictio vlla. Quidam recentiores, vt cortici litteræ etiam hanc sententiam accōmodent, censent cæcos dici, non qui videndi potentia priuati, sed, qui in tenebrosis carceribus tenerentur, vbi nullo fruentes lumine, velut cæci erant, quibus Deus promisit apertionem carcerum, vt exeuntes visum exercerent. Huic autem sensui, & interpretationi aduersantur verba ipsius Isaiæ. cap. 42. vbi sic habet. posui te in fœdus, & lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, & de domo carceris sedentes in tenebris. in quibus verbis distinguntur hi duo, nempe cæci, & sedentes in tenebrosis carceribus, rectius igitur interpretati sumus cæcos eos, qui cæcitate corporali præmebantur, quorum plurimis Christus visum restituit, & de quibus Matth. 11. dicitur, cæci vident. Similiter etiam cæcos spiritualiter, quibus Christus fidei visum infudit, vt enim in cōmentario diximus, idq; multis exemplis confirmari potest, solent prophetæ verbum aliquando historiæ cortici interexere, quod nō ad illum sensum pertinet, sed ad alium, quem præcipue intendunt, nempe prophetiam de Christo, vt eo significent sub verbis illis communibus altiora latere. quam doctrinam tradit elegantèr Augustinus lib. 17. ciuit. cap. 8. interpretans psalm. 71. vbi quantū ad corticem de Salomone agitur, quantum vero ad præcipuum sensum, de Christo. inquit ergo Augustinus, in eo psalmo multa dicūtur, quæ omnino Salomoni cōuenire non possunt; Domino autem Christo apertissima perspicuitate conueniunt, vt euidēter appareat, quod in illo figura qualiscunque abumbrata sit, in isto autem ipsa veritas præsentata. Hæc ille. idem in præsenti sententia dicere possumus. sunt enim multa, quæ liberationi à Babylonica captiuitate aptari non possunt, vt noscamus illam fuisse figuram liberationis a Christo faciēdæ, in qua omnia perfectè cōplenda erant, sicut & completa sunt.

Dimittere confractos in remissionem.

COMMENTARIA.

QVintum opus, ad quod missus est Christus, est, vt dimitteret cōfractos in remissionem, vinculis obligatos relaxare, & liberos dimittere, quod corporaliter, & spiritualiter Christus effecit: corporaliter quidem, quando infirmos, & dæmonijs obsessos liberauit; hi enim confracti dicuntur quasi impediti, & ligati, quo minus libere operari valeant. Luc. 13. quam alligauerat Satanas ecce decem & octo annis, spiritualiter vero, quādo dimisit peccata multorum. sunt enim peccata vincula, & funes, quibus anima alligatur, quo minus bene operari valeat, ad Deumque tendere; hi omnes confracti dicuntur metaphoricè; vt enim fracta corpora, seu vasa, vsui, ad quem instituta sunt, deseruire non possunt, sic homines infirmitate, aut dæmone oppressi opera sua libere exercere non valent. Hoc autem est vnum ex his, quæ historiæ accommodari nequeunt; non enim Isaias ipse dimisit confractos, sed Christus, cuius figuram ille gerebat, & in cuius persona ille loquebatur.

ANNOTATIO XXXV.

Vnde sumpserit uerba hæc supra sit cū in Hebræo non reperiatur.

DIfficultas est, quia hæc sententia, nec in Hebræo est, nec apud Septuaginta interpretes, vnde ergo Lucas noster hanc habere potuit? Prætermissis quorundam recentiorum responsionibus, quę parum aptæ sunt, ea legitima videtur, in cuius declarationem aduerte, in Hebræo vni cam

cam esse sententiam, quantum ad uerba (clausis apertionem) vt Hieronymus vertit, multiplicem tamen esse, quantum ad sensum, nemo, qui vel minimum versatus sit in Hebræo idiomate, ignorabit. hinc factum est, vt Septuaginta vnum sensum sequentes verterint (cæcis uisum) vt in præcedenti commentario dictum est. Hieronymus vero alium sensum amplexus interpretatus est (clausis apertionem) verbum enim Hebraeum אסורים significat ligatos uinculis, aut carcere detentos, quod cæcis conuenire potest, & infirmis etiam, ac obsessis, qui velut uinculis, obstricti sunt; & per metaphoram etiam peccatoribus. Videns ergo Euangelista Spiritum sanctum non vnum sensum solum intendisse, sed generaliter illos omnes, diuersis sententijs expressit, quæ sub vna generaliter comprehendebantur. vnde complexus est, & interpretationem Septuaginta, & vltra adiecit hanc sententiam, quia sententia Hebræa, etiamsi quantum ad voces una sit, quantum ad sensum tamen duplex est. quæ ergo confuse Hebræa significarunt, & quę diminute Septuaginta interpretati sunt, Euangelista explicatius, & perfectius distinxit. Exempla habemus huius rei: nam Psalm. 4. dicitur. (A fructu uini, & olei sui.) ubi in Hebræo unicum est nomen תירוש quod generalius est, quam uini nomen, significans liquorem expressum siue ab uuis, siue ab oliuis. & licet aliquando accipiatur pro solo musto, seu uino, quando coniungitur cum nomine olei, tamē absolute positum, utrumque complectitur; ideo Septuaginta & Vulgatus interpretantes duobus nominibus illud explicuerunt.

Sensus litera iterum examinatur.

ANNOTATIO XXXVI.

IRenæus lib. 1. cap. 38 refert quosdam hęreticos ex hoc loco deduxisse, Christum uno solo anno prædicasse; in fine autē anni passum fuisse: qui multum errasūt, cum annus non pro spacio duodecim mensiū, sed pro tempore, quod annos multos comprehendit, positū sit, ut paulo inferius ostendemus. Origenes autem hom. 32. idem refert, appellatq; simplicem intelligentiam illorum, qui annum hunc duodecim mēsium interpretati sunt; ipse uero pro tempore interpretatur; tamen tempus hoc dicit esse sæculi futuri. Irenæus vero rectius, & verius pro tempore Euangelij, quod est ab aduentu Christi in finem sæculi, censet accipiendum. Aduerte pro declaratione in Hebræo illud (acceptum) esse רצון, quod Latine vertitur beneplacitum, & Septuaginta sæpe vertunt εὐδοκία, id est, bona uoluntas, vt Psal. 68. Tempus beneplaciti. & Psal. 88. in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Psal. 105. Memento nostri Domine in beneplacito tuo. & Psal. 146. non in tibijs viri beneplacitum est Domino. & 149. beneplacitum est Domino in populo suo. his duobus locis vltimis est verbum רצה vnde illud nomē trahitur. hoc est, beneplacitum quod supra dicitur, hominibus bonæ voluntatis. bona enim voluntas, quæ gratis, & sponte, ex amore, & misericordia sua Deus decreuit hominibus subuenire, eosque saluare, & sibi reconciliare, & adoptare, dicitur beneplacitum Dei, quod quia executus est per Christum, dicitur beneplacitum in Christo posuisse. Ephes. 1. secundum beneplacitum, inquit, eius, quod posuit in eo. prædicauit igitur Christus, tempus beneplaciti huius Dei erga homines iam aduentasse, & hoc est prædicare annū acceptum Domini. hoc idē nomen רצון habetur apud eundē Isa. c. 49. in eodē sensu: tempore, inquit, placito exaudiui te, & in die salutis audiui te. quē locum Paulus de tempore Euangelij, quod est à Christi aduentu vsque ad finem sæculi interpretans, ait: Ecce nūc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. ex quo loco constat annū in hac sentētia positum esse pro tempore, non alterius sæculi, vt dicebat Origenes, sed huius, vt Irenęus affirmauit. Allusit autem Isaias ad annum Iubilæi Iudaici, de quo Leui. 25. fit mentio, quia figura erat tempo-

temporis huius Euangelici. Annus igitur acceptus Domino est tempus misericordiæ, pacis, remissionis, salutis, in quo post longam iram, & indignationem Dei contra nos restituimur in gratiam, & acceptationem, ac beneuolentiam eius.

Et diem retributionis.

COMMENTARIA.

NOn tantum prædicauit annum acceptum, quod ad primũ Christi aduentum spectat, sed etiam diẽ retributionis, quod est secundi aduẽtus, nam dies hic retributionis est dies iudicij, quando veniet reddere vnicuiq; iuxta opera sua mercedem, aut penã, vt dicitur Matth. 16. hunc diem Christus prædicauit, vt ex Euangelio constat, admonens homines se nunc uenire ad saluandum, & miserendum, postea vero venturum ad iudicandum: prior aduentus misericordię, posterior iustitiæ est, utrumque autem annunciauit nobis. Multa sunt loca in Euangelio, ex quibus manifestum est, Christum hunc diem prædicasse, in parabola de mna Luc. 19. & in parabola de vinea Matth 21. de Virginibus, de talentis, de Rege, Matth. 25. & alibi sæpe. Habemus ergo ex his omnibus, Christũ ratione humanitatis, tũ Apostolũ fuisse confessionis nostræ, vt dicitur Hebr. 3. Missus. n. est à Spiritu sancto; tum medicum, quia sanat cõtritos corde; tum liberatorem captiuorum; doctorem etiam illuminantem cæcos, & ignorantes; præterea pontificem legatos soluentem; mediatorem etiã Dei, & hominum, annum Deo placabilẽ reuocãtem; iudicem, mercedem dignã retribuentem, bonis ad vitam, & malis ad mortem. Quæ omnia & per prophetas primo nunciata, & ab Euangelistis, & Apostolis confirmata sunt.

Patres diuersimode sumpserũt hæc verba.

ANNOTATIO XXXVII.

IN nonnullis Græcis codicibus non habẽtur hęc verba præcedẽtia, nec ab Ambrosio, nec a Tito Bostreno, nec à Hieronymo Isa. 61. vbi citatur locus Lucæ, nec ab Euthymio exponuntur; leguntur tamẽ ab Origene hom. 32. & Aug. lib. de consen. Euan. c. 42. & à vulgato interprete, & certissimũ est a Luca esse scripta; nam & in Hebræo & apud Septuaginta habentur in Isaia, sicut cætera præcedentia. Quod autem ad sensum spectat. Hieronymus in Isaiæ cõmentarijs, & Euseb. lib. 9. demonstra. cap. 13 diem hunc interpretantur, quando populus Iudaicus vltione diuina punitus est, & per Romanos deuastatus, & perpetuę captiuitati mãcipatus, quem diem Christus sæpe illis Iudæis annunciauit Luc. 19. Nõ relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. & Matth. 23. vt veniat super nos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram. Argumentum Hieronymi illud est, quia in Hebræo est ⁓ quod idem significat quod vltio, seu uindicta, quæ in malam partem accipitur, quasi punitio quędam. Cyril. vero in commen. duas alias profert expositiones. vna est hunc diem esse iudicij tempus; retributionem autem hanc esse, quam reddet Christus tunc credentibus in eum. Altera est, hanc retributionem esse, quam Christus reddidit Diabolo, qui insolenter mundũ inuaserat, & contra ipsum Christum inique insurrexerat; propterea enim priuatus est imperio, & eiectus à suo principatu, iuxta illud Ioã. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras, quã uis dictam Christus in hoc mundo existens. nempe in priori suo aduentu fecit. Ex tribus hisce interpretationibus secunda ordine mihi visa est accõmodatior, quia Christus adueniens vtrumque suum aduentũ annunciauit: priorem quidem ad saluandum, posteriorem vero ad iudicandum bonos, & malos, & ad sententiam ferendum secundum singulorum opera. sicque annum acceptum prædicauit, vt simul iustitiam futuram ostẽderet, idest, diem retributionis. quæ expositio etiam est Irenæi. lib. 2 cap. 38. & Bedæ in hoc loco, nec argumentũ Hieronymi efficax est: nam etiamsi eo tempore merces bonis redderetur, tamen quia nunc malipuniendi sunt, & vltio perfecta fiet contra eos, solet ab hac parte tempus iudicij, tempus vltionis appellari. vnde Isaias cap. 13. vocat diem furoris, iræ, & indignationis, & Septuaginta vertẽrunt ἀνταπόδοσιν, id est, retributionis, quod commune est tam bonis, quam malis, tam præmij, quam pœnæ.

Et cum plicuisset librum, reddidit ministro.

COMMENTARIA.

EXplicuerat librũ, vt legeret: post lectionem autem illum plicuit, & Doctorum ministro, qui eum porrexerat restituit. Beda in his multa considerat mysteria; censet enim significari hoc facto, Christum primum Euangelium sua prædicatione aperuisse, & Apostolis tradidisse prædicandum, & aperiendum populis. hæc autem, & alia huiusmodi ad sensus mysticos spectant.

Et sedit.

COMMENTARIA.

QVIstans legerat Isaiæ prophetiã, eam interpretaturus, & cõcionẽ habiturus sedit; mos illius temporis est se videtur, vt liberum esset vnicuique siue stantem, siue sedentem exhortari, aut concionari: nam & Paulus Acto. 13. stãs sermonem habuit, Christus vere sedit; ea tamen sessio dicentis auctoritatẽ, & doctrinę maiestatẽ indicabat.

Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum.

COMMENTARIA.

AVdierãt isti multa miracula, quę Christus fecerat in Galilæa; nouerant ẽt eũ ab infantia, vtpote nutritũ, & annis multis conuersatũ apud eos, nec tamen doctrinæ specimen eatenus eis dedisse; nouum ergo, & insolitum sermonẽ audire sperantes conuerterunt oculos in eum, eo maxime, quia quæ legerat; intelligentiæ auditem excitabant, & de seipso aliquid eũ dicturum illi conceperant, ac spectabant. sic fieri solet, aut quãdo insignis vir dicturus est aliquid, aut quãdo nouum, quid, vel arduũ audire expectat.

Cepit autem dicere ad illos.

COMMENTARIA.

COepisse dicitur non solum quia quod sequitur initium sermonis eius fuit, sed etiam quia nunquam ante illorum synagoga tale dicendi munus exercuerat, auditor sæpissime in eam synagogam intrauerat, nunc primum doctor accessit.

Quia hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris.

COMMENTARIA.

HÆC Scriptura, & prophetia hodie in uestris auribus impletur: nã hodie à Spiritu sancto missus sum vobis euangelizare, & prędicare remissionẽ, & aduentum illius, per quẽ omnia hæc efficienda sunt. dum ergo euãgelizo, & prædico uobis, ipletur quod prædictum est. his verbis significat se esse eum, de quo prophetia loquitur, particula (quia) adiecta est ab Euangelista ad declarandum, quæ sequuntur, initium fuisse prędicationis Christi in illa synagoga, ac si dictum esset. cœpit dicere ad illos hoc, nempe: Hodie impleta est Scriptura in auribus vestris.

ANNOTATIO XXXVIII.

Superiorũ uerborũ sẽsus expenditur.

EVthymius supplendum existimat verbum, nempe, hęc scriptura quę in auribus vestris insonuit, cõpleta est hodie, recepticipio, neq; cõpleta est in auribus vestris: inquirunt autem qua ratione dicta sit hodie, seu illo die impleta, respondent q; sic esse sententiam interpretandam, nimirum completa est hodie prophetia in auribus vestris, id est, annunciatur vobis, seu auribus vestris hodie auditis esse completam prophetiam hanc, à principio enim incarnationis vnctus fuit Christus spiritu, tamen id illi ignorabant; eo vero die notũ ipsis factum est. Dura videtur expositio, nec omnino vera: nam missio hæc, de qua loquitur prophetia, nõ est facta nisi post baptis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptissimum, vt ante diximus. multo autem facilior, & vberior est expositio data in commentarijs, nempe prophetiam dici completam eo die, non quidem absolute, sed illis Nazaræis, quibus tunc primum euangelizabat, & prædicabat quę prænunciata erat, ob id dixit completam in auribus illorũ: nam prius prædicauerat alijs ciuitatibus, & multas in eis virtutes operatus erat. vnde impleri prophetia cœperat iam ante; eo tamen die implebatur in Nazaræis. Impleri autem prophetiam non aliud est, quam ea, quæ prædicta sunt, ipso opere exhiberi. prædictum autem fuit mittendum Christum ad Euangelizandum, prædicandum, sanandum, & cætera id ipsum illo die cum Nazarẽis factum est. ideo impletur prophetia in auribus eorum.

Et omnes testimonium illi dabant.

COMMENTARIA.

NEcesse erat in explicatione prophetiæ huius mentionem facere virtutum, & miraculorum, quæ Christus in Galilæa, & in Iudæa fuerat operatus, multa quippe insignia eo tempore fecerat, quæ Nazaræi non ignorabant; nam partim fama, partim experientia nouerant; immo quando Christus hanc prophetiam explicuit, iam nonnullos infirmos apud illos sanauerat. omnes ergo, qui tunc audiebant eum, testimonium illi dabant, nempe attestantes. & confitentes virtutes has, & mirabilia, quæ fecerat, hoc est, testimonium illi dare, approbando, & confirmando, quæ ille in hac parte dicebat, & fecerat. iuxta quam significationem Ioann. 12. dictum est, testimonium perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit. Hoc autẽ loco (omnes) pro pluribus dictum est, quæ phrasis communissima est in Scriptura.

ANNOTATIO XXXIX.

Expositio eorũ.

EVthymius hoc verbum indicat ad illud, quod sequitur, nẽpe (in verbis gratiæ) in hunc sensum comprobant verba eius esse plena gratiæ, & admirabantur, ita vt admiratio, & testificatio sint eiusdẽ rei, nempe sapientię, & gratię uerborum Christi, sermonumq; eius. huic obstat præpositio (in) Græce ἐπὶ, non enim testimonium dari dicitur in verbis, sed de verbis. Quidam recentiores referunt ad Christi cõfessionem, nempe testificabantur eum esse Christum. Huic aduersatur, quia nũquam isti eum Christum esse crediderunt. vnde nec dici possunt testimoniũ dare: testimoniũ enim perhibetur de re prius nota. Quidam alij testimonium dare interpretantur, laudare, seu commendare, quæ Christus dicebat. quæ significatio impropria, & in Scriptura inusitata est. omnibus igitur hinc inde consideratis ad miracula Christi retuli, quæ notissima Nazaræis erant, vt ipse Lucas paulo inferius indicat. eo maxime quia in explicatione Prophetię opus erat sanitatum, & miraculorum mentionem à Christo fieri, vt ostenderet impletam esse prophetiam in ea parte. præterea, quia cæteri duo Euangelistę Matthæus 13. & Marcus 6. non tantum verborum Christi, sed etiam virtutum meminerunt, referentes, illos admiratos fuisse Christi sapientiam, & virtutem, sapiẽtiam quidem in sermonibus, virtutem uero in operibus mirãdis: Lucas autem propter has virtutes addidit illos testimonium Christo dedisse, quasi testes se exhibentes, & confirmantes miracula illius. Dixi autem in commentario, quando Christus hanc explicuit prophetiam infirmos quosdam sanasse apud Nazaræos; hoc enim refert Marcus: eos autem sanatos fuisse ante hanc prophetiæ explicationem id persuadet, immo forsan conuincit: nam post eam explicationem, & illa, quæ secuta proxime sunt, Nazaræi voluerunt Christum præcipitare, & extra Ciuitatem eiecerunt, ipseque reuersus est Capharnaum. infirmitates ergo illas, quarum meminit Marcus iam sanauerat.

Et mirabantur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.

COMMENTARIA.

DE virtutibus, & miraculis Christi testimonium dabant, sermones autem eius admirabantur; erant animis, & auribus gratissimi, vtpote enim pleni gratia, id est, audientium magnam sapientiam indicantes, cum dicendi venustate, & suauitate coniũcti; hæc enim sunt, quæ loquentem maxime gratum, & acceptum audiẽtibus faciunt. Non enim dictum est, (quæ loquebatur,) sed (quæ procedebant de ore eius) ad significandum leporem, & venustatem sermonis in docendo, & proferendo, quæ etiam animos alliciebant. Multa Christum dixisse in explicatione huius prophetiæ Lucas insinuat, quæ ipse non narrat, sed tacite indicat, cum dicit, audientes admiratos fuisse verba gratiæ, quæ de illius ore procedebant. Non solum autem sermones, ac verba Christi, sed etiam eius opera, ac virtutes, quas operabatur, hos Nazaræos admiratos fuisse constat ex Matthæo, & Marco, à quibus hæc eadem historia descripta est.

mendo ita dicta ma gis cõfir matur.

Et dicebant, nonne hic est filius Ioseph?

COMMENTARIA.

ADmirationem animo conceptam, causamque eius verbo expressérunt, dicentes, nonne hic est filius Ioseph? quasi dicerent, nouimus hunc esse humilis conditionis virum, filium hominis fabri, inter nos nutritum, qui studijs litterarum numquã incubuit, qui nihil hactenus insigne operatus est: vnde ergo tantam sibi sapientiam, & virtutem comparauit, vt tam mira faciat, & tam sapienter, ac gratiose loquatur? Isti Nazaræi effectus ex vna parte considerabant insolitos, & insignes, nempe miracula, & doctrinam: ex altera vero causam, & principium, à quibus hæc procedere poterant, ignorabant, Christi humilitatem, & abiectionem attendentes, id circo admirabantur. admiratio enim ex ignoratione causarũ, ac principiorum in effectibus insolitis procedit. Fuit autem admiratio incredulitatis: nam etiam si virtutes, & sapientiam eius agnoscerent, carnis tamen abiectione se à credendo retraxerunt, vnde Matthæus, & Marcus illos scandalizatos fuisse in Christo.

ANNOTATIO XL.

Quid gratię nomine hic loco significetur.

GRatia hoc in loco non eam, quę hominem charum Deo, sed eam, quę hominibus acceptam, ac gratum facit, significat, cuius significationis vsus frequens est in Scriptura, vt supra declarauimus. illud explicantes (inuenisti gratiam apud Deũ) duo autem maxime erant, quæ gratum, & admiratione dignum Christi sermonem efficiebant, vnum est sapientia, quę manifestabatur: vnde Mar. 6. dicitur, admirabantur in doctrina eius. Alterum est suauitas, & venustas dicentis, quam Lucas insinuauit dicẽs, (quę procedebat de ore eius.) de qua Psal. 44. dictum est. Diffusa est gratia in labijs tuis. Hęc duo uno nomine cõplexus est Euangelista, appellãs uerba gratię, id est accepta, & grata audientibus, & quæ eorum animos alliciebant; gratia enim dicitur, quidquid sermonem gratũ, & acceptum audienti efficit, iuxta illud Coloss. 4. Sit sermo uester semper in gratia sale conditus.

ANNOTATIO XLI.

Quę differentia circa uerba tractan tur.

CAeteri duo Euangelistæ hanc admirationem magis expressérunt; inquit enim Matthæus, (ita, vt mirarentur, & dicerent, vnde huic sapientia, & uirtutes? nõne *supponitur* Maria? Et fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon & Iudas, & sorores eius nõ *Maria* ne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scãdalizabantur in eo.) Marcus etiam, multi, inquit, audientes admirabantur in doctrina eius, dicẽtes, unde huic hæc omnia? & quæ est sapientia, quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nonne hic faber est filius Mariæ frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simonis? nonne,& sorores eius hic nobiscum sunt? & scandalizabantur in eo. Hæc Marcus. In quibus notandum est, tanto maiorem illis admirationem fuisse, quanto magis considerabant, neminem ex fratribus,& sororibus Christi aliquid tale facere. Quomodo autem fratres,& sorores dicantur, explicuimus in commentarijs in Ioannem. In his autem duobus locis Matthæi,& Marci Augustinus lib.2.de consensu Euangelist.cap.42.inquirit, quomodo Matthæus dicat Christum appellatum fabri filium.respondere etiã possumus, Christum antequam se proderet,artem fabri,sicut Ioseph exercuisse, vnde & faber, & fabri filius appellatus est. cum autem faber sit nomen commune artis, non possumus determinate scire,cuius artis fuerit. Hilarius autem cap.14.in Matt.existimat fuisse fabrum ferrarium: Plane,inquit, hic erat filius fabri,qui,ferrum igne vincentis, omnem seculi virtutem iudicio decoquentis, massamq; formantis in omne opus vtilitatis humanæ, formam scilicet corporũ nostrorum, & materiam,in diuersa membrorum ministeria, & omnia æternę vitæ opera fingentis.Hæc ille. Maior tamen difficultas videtur,in altero verbo, quod Matthæus,& Marcus referunt,nempe(scandalizabãtur in eo.)quomodo scandalizati sũt in eo,si testimonium dederunt ei,& admirabantur sapiẽtiam,& virtutem eius? Quidam recentiores sic soluunt,fingunt à principio multos admiratos,& testimoniũ dedisse; quosdam vero alios pauciores murmurasse,& detraxisse Christo;hi autẽ priores illos in suum sensum conuerterunt, & à priori iudicio mutarunt, ideo dicuntur omnes scandalizati. Nec solutio mihi gratis conficta videtur. nec ieiunio, quid hos recentiores coegerit ad id existimandum,immo ad difficultatem excitandam, quam nec Augustinus, qui diligentissime Iora Euangelistarum,quæ dissonantia videbantur,concordauit,id notauit cum huius loci historiam aduerterit, & pondeauerit loco paulo ante citato. Dicendum igitur est, scandalizatos dictos esse, quia non crediderunt in Christum, offendentes in eius humiliationem,& carnis abiectionem; plus enim potuit apud illos ad non credendum vidisse Christum inter eos communiter nutritum, & versatum,ac filium Mariæ,& iuxta eorum opinionem, Ioseph fabri,quam sapientia, & virtutes eius,ad credendum eum esse Christum,idcirco scandalizati in eo dicuntur. idem est sensus illius Matth.11.Cæci vident,claudi ambulant, leprosi mundantur, & beatus qui non fuerit scandalizatus in me, quasi diceret,beati illi, apud quos plus efficient miracula,& opera diuinitatis meæ ad credendum me Christum esse, quam mors, & passio mea faciẽt ad non credendum, & ad auertendum animum, & fidem à me. huic infidelitati, & scandalo non aduersatur admiratio,& confessio virtutum Christi;est enim admiratio quædam,quę ex fide, & cum fide est,& est etiam admiratio, quæ cum infidelitate est; de hac enim dictum est Ioann.7. mirabantur Iudęi dicentes,quomodo hic literas scit,cum non didicerit? Ecce hi confitebantur litteras. & sapientiam Christi,easque admirabantur, & tamen ei non credebant. ita nunc virtutũ testimonium dabant,sapientiam mirabantur,& verba etiam gratię, tamen Christi humiliationi; & carnis vilitati succũbentes non ei credebant,& scandalizabantur, quia ab admiratione, & magnitudine virtutum,& sapientiæ,quam nouerãt, ad per quam fidem erigendi erant, deprimebantur,& in incredulitatem impellebantur. Recte Hilarius hoc intellexit, qui simul hæc coniunxit,quamquam, inquit,& docendi prudentia, & operandi virtus admirationem commoueret, infidelitas tamen eorũ veritatem iudicij non recipit; non enim credunt hæc Deum in homine agere. Hæc ille. Non igitur est, cur fingamus diuersitatem, aut mutationem personarum,cum,& admirari, & scãdalizari simul potuerint.

Et ait illis.

COMMENTARIA.

VIdens Christus illorũ infidelitatem,quę tãta reprehensibilior erat,quanto illi magis eius virtutes, ac sapientiam agnoscebãt,mirabili artificio eos arguit, & causam infidelitatis eorũ detegit, & quantũ detrimẽti hęc eadem ipsis adferat,ostendit.quæ omnia sequentibus verbis effecit.

Vtique dicetis mihi hanc similitudinem.

COMMENTARIA.

ARtificiosus reprehendendi modus hic est,illorum,nempe obiectionem,seu accusationem,quam cõtra eum paratam habebant, præoccupare,& totam culpam in eosdem reijcere.dictio(vtique)affirmãtis est, quasi diceret,scio vos, mihi obijcere velle, quod similitudine, seu pronerbio quodam dici soler, quasi me accusantes,& de me conquerentes.

Medice cura teipsum.

COMMENTARIA.

SImilitudo, seu prouerbiũ hoc est, Medice cura te ipsum, quasi diceret,sicut medicus non in minorem curam,dum sibi medetur, gerere debet,quam dum medetur extraneis;sic tu deberes non in minorem rationẽ nostri habere, qui ad te pertinemus, cum eiusdem tecum simus Patriæ, quam externorũ habuisti, apud quos multas virtutes exercuisti, & admirãda fecisti opera.deberes ergo apud nos non minora facere,aliter contra te dici posse videretur, Medice cura te ipsum; vitio enim dabitur medico, qui curam aliorum gerens sui rationem non habet. Quamuis autem prouerbium sumptum sit à Medico,qui aliorum gerit curam sui ipsius neglecta, tamen generaliter applicatur ijs omnibus,qui cum alijs prosint, sibi prodesse negligant.

Quãta audiuimus facta in Capharnaum,fac & hic in patria tua.

COMMENTARIA.

EXplicat sensũ prouerbij,magna, & admiranda opera fecisti in Capharnaum, fac ergo eadem in patria tua, ne videaris contemnere patriam

propriam, & externorum habere rationem,dicaturque contra te, medice cura te ipsum; hi.n.qui ad patriam pertinebant,ad ipsummet Christum spectare putabant,vt qui patrię rationem non haberet, dici posset sui ipsius non habere, sicque pronerbiũ applicatur. Hæc est accusatio,seu obiectio, quam Christus contra se illorum nomine excirat, eos præueniendo, ipsorumq; animos intuendo.

ANNOTATIO XLII.

ADuerte Christum huic tacitæ obiectioni respondere voluisse, & à factis miraculis in Patria sua se excusasse, nõ solum vt conciuium infidelitatem incusatet,sed etiam ne cui illorum iusta querela.& accusatio contra eum videretur;iure enim naturæ cæteris paribus maior cura suorum vnicuique est habenda, quam aliorum; qui enim suorum,& maxime domesticorum curam, non habet,fidem negauit,vt testatur Apostolus, & docet etiã Gregor.homil.37.in Euang.Illud autem Luc.14.qui non odit patrem, & matrem, & sequitur me,non est me dignus, intelligendum est,quando illi contradicunt Euangelio,& in ijs, quæ cõtra salutem spiritualem sunt, vt idem Gregorius homil.37. Euang.interpretatur, & ante eum Clemẽs Alex.lib.3. stromat. hoc non obstat, quin in ijs,quę non sunt contrà salutem,maior cura,& ratio sit eorum habenda. Poterant igitur isti obijcere Christo,cũ ipsi cõciues essent,cur non faceret opera mira, & salutifera apud eos, quæ fecerat apud extraneos. Hac igitur de causa, ne horum querela iustitiam cõtinere videretur, Christus huic obiectioni respondet,& causãm, seu potius culpam in illos reijcit, quasi ipsi effecerint, vt quæ iure naturæ eorum iudicio sibi quodammodo debebantur, cum illis facta non fuerint, quam causam notauit Ambrosius in præsenti dicens, non ociose Saluator se excusat,quod nulla in patria sua miracula virtutis suæ sit operatus; ne fortasse aliquis viliorem patriæ nobis esse debere putaret affectum. Hæc Ambrosius. non ergo hi miracula fieri apud se cupiebant propter fidem, sed propter ambitionem,quandam,aut curio

Prosequitur quę in Commẽtario traduntur declarare, & confirmare.

sitatē,& fortassis ex infidelitate,quia non credebant vera esse miracula,quæ foris facta narrabantur, idcirco iusta est Christi excusatio,& illorum reprehensio.

Ait autem: Amen dico vobis,quia nemo propheta acceptus est in patria sua.

COMMENTARIA.

REspondet obiectioni propositæ, altero quodam prouerbio.sensus autem responsionis est, quasi diceret, recte id mihi opponeretis, si opera mea,quæ petitis,vtilitatem allatura essent apud vos, fidemque, cuius causa fiunt,conciliatura: at non sic est; nec enim mihi creditis,nec credetis,& vestra infidelitate verificatis contra me illud prouerbium, Propheta in Patria sua acceptus nō est. Sic nec ego apud vos fidē inuenio, nec vobis acceptus sum. Infidelitas ergo vestra causa est, cur quanta feci in Capharnaum, non faciam in patria mea.

ANNOTATIO XLIII.

Nō ambitioni tribuendū quod Christus miracula fecerit vt eo gnoscerentur.

REsponsioni huic duo opponi esse videntur.vnum est, si miracula non fecit,quia in patria Propheta non est acceptus, igitur Christus miracula edebat,vt acceptus esset ijs, apud quos ea operabatur,quod ambitionis, & gloriæ vanæ esse videtur. Respondeo verum esse Christum miracula fecisse,vt homines crederēt eum esse Dei filium,& Christum promissum. Ioan.10.si autem facio,& si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis,& credatis,quia Pater in me est.& Ioā. 11.hæc dixi propter populum,qui circunstat, vt credant, quia tu me misisti. Hoc igitur verum est, tamen omnino est falsum id ambitionis,& vanę gloriæ esse,sed summæ religionis, & charitatis erga Patrem,& dilectionis erga nos;honor enim, & gloria Patris,& salus,ac vita nostra posita erant in eo agnoscendo, & credendo, quam Patris gloriam,hominumque salutē Christus homo summopere cupiebat, & quærebat. De illa dictū est Ioan.5.qui non honorificat filium, non honorificat Patrem. Ioan.17. Pater ego te clarificaui super terram. Ioan.11.infirmitas hæc nō est ad mortem,sed pro gloria Dei,vt glorificetur filius Dei per eam. De hac autem scriptum est Ioan.8. nisi credideritis, quia ego sum,moriemini in peccato vestro Ioan.17.Hæc est vita æterna,vt cognoscāt te solum verum Deum,& quem misisti Iesum Christū.Ioan.6.qui credit in me, habet vitam æternam. quod igitur Christus crederetur,quod acceptaretur,salus,& vita nostra,& Dei honor erat,propterea miracula,vt crederemus ei, edebat, sine fide,nec vita,nec salus nostra est,nec Deum,vt par est honorare possemus.Sicut si medicus īsignis quæreret,& cuperet agnosci ab infirmis,vt sanari ab eo vellēt,ac possent, & sic respublica conseruaretur,non ambitio,aut vana gloria, sed honesta,& commendanda dilectio esset. qui etiam inter nos doctus, & studiosus esset,cuperetque doctrinam, & vitam suam agnosci, non propter se,sed vt alij discerent,& imitarentur, virtutem & scientiam amplecterētur, non ambitiosus,sed laudabilis esset. quod Gregorius lib.14.moral.c.14. docet,interpretaturque illud Pauli 2. Corinth.11. & 12. vbi se plurimum cōmendat, non propter se,sed propter alios,vt credant veritati,quod vere bonum, & sanctum est. Hoc idem à Christo factum est.Alterum,quod opponi posset difficilius est,nempe, quia fecit miracula apud alios, qui etiam non credidērunt: si igitur propter horum infidelitatem nō cessauit miracula facere,cur pp infidelitatē suorū noluit ea facere?qua si magis puniēs suos,quā cæteros;vt enim dicitur Matth. 13. propter infidelitatem eorum non fecit ibi multas virtutes, sed paucos infirmos sanauit impositis manibus,,vt dicitur Marci 6.Videtur ergo minus dilexisse suos.Respōdeo,& ni fallor, notanda est responsio hæc: nam in hoc plus dilexit suos; quando enim beneficiis Dei homo abusurus est,maius accipit beneficium,magisque diligitur,si ea illi non conferantur. magnum quidem fuit beneficium ,incredulis tot miracula facta esse,tamen maius esset,si illis facta non fuissent; non enim rei essent,& tam inexcusabilis culpæ, quod Dominus docuit, dicens Ioan.15. si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatū non haberēt.docuit

Quare miracula in infidelibus Nazareth negauit, qui non crediderunt Capharnaitis illa cœlesti.

eyit etiam Petrus 2.epist.2.melius erat illis non cognoscere viam Iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti. Matthæus etiam cap.26.bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille. quam doctrinam tradit Augustinus tract.73.in Ioan.dicēs, Deum aliquando nos exaudire.dum nō facit,quę petimus,nimirum quādo ea,quę petimus, nocumento futura sunt nobis.Cum igitur infidelitas horum grauior futura esset miraculis Christi, profecto maiori beneficio affecti sunt,magisque dilecti ab eo,illis nō factis,quam si fierēt.nec autem omnino eos contemnere videretur,paucas quasdam infirmitates sanauit. Quod si dicas,cur miracula fecit alijs incredulis, si hæc eorum infidelitatem auxerunt? respondeo facta esse coram illis,non propter eos,sed propter illos, qui crediderunt. quorum salutis,& fidei maiorem habuit rationem Christus, q̄ detrimenti incredulorum, præsertim cum talis detrimēti ipsi incredulī sibi causa fuerint in patria autem illa sua credentes nō inuenit, propter quos miracula edere necessarium esset.

ANNOTATIO XLIV.

Qua sit inuidia natura.

PRouerbij huius (nemo Propheta acceptus est in patria sua)ratio,& accōmodatio explicatione indigent, quæ exhiberi perfectē non potest, nisi nonnulla de inuidiæ vitio prętermittamus,nempe quid sit, & qui eius effectus. Quod ergo ad primū spectat,Basilius hom.de inuidia,sic eā definit. Inuidia est de proximi prospero successu dolor conceptus.cui definitioni consentit ea, quam adfert Augustinus Psal.104. inuidia,inquit, est dolor alienæ felicitatis. Hæ autem definitiones imperfectæ sunt, nec tam definitiones, quam definitionum principia, seu partes sunt; licet enim inuidia sit dolor alienæ felicitatis,seu successus prosperi proximorum, non tamen omnis talis dolor inuidia est;nam contingit quēpiam dolere de aliorum prospero successu absque inuidia, immo aliquando dolor is ad virtutem referri debet;qui enim de alio rum prosperitate dolet, quia per eam alijs ille nocet,& ea,vt instrumento vtitur in aliorum perniciem,vel etiam, quia ea prosperitas spirituale nocumentum eidem adfert,is profecto non inuidus,sed iustus est, & dolor is ad iustitiam, aut charitatem spectat. Qui etiam dolet de felicitate alicuius temporali,nimirum,quia indignus cum esset, ad prælationem euectus est, non inuidus cēsebitur, sed boni communis zelator. hinc est,quod Gregorius lib.22.moral.c.6. docuit licere aliquando de temporali malo, & ruina alterius gaudere, non propter malū illius,sed ne noceat alijs, quibus non nocebat. Augustinus etiam lib. contra Adimantum cap.17. docet charitatis esse optare alicui malū temporale, vt per id spirituale bonum acquirat iuxta illud psalm. 21.imple facies eorum ignominia,& quærent nomen tuum. Ecce dolor est de prospe ritate alterius,& non vitii, sed virtutis est. Contingit etiam dolorem hunc esse vitium quoddam,& non inuidiam;nam qui dolet de prosperitate alterius,quia inimicus sibi est,non inuidus,sed odio habens est. Dolor igitur de alicna prosperitate, tunc inuidię rationem habet,quando ea de causa homo de alterius bono dolet, quia per id bonum sibi videtur ipse minor fieri, & alter præferri, aut coæquari, qui inferior erat. hæc ratio dolendi inuidiam constituit.vnde dicte Augustinus lib.11.super Genes.ad litteram c.14.sic inquit: Inuidet par pari,quia ei coæquatur;inuidet inferior maiori,quia ei non coæquatur; inuidet superior inferiori,ne ei coæquetur.Hæc Augustinus.Semper enim inuidus bono alterius minui ipse sibi videtur,aut quia qui inferior erat,sibi bono illo æqualē fieri existimat, aut, quia ipse alteri coæquari non potest; aut quia qui par erat, maior efficitur. qui igitur hac ratione, & causa de alterius successu prospero dolet, inuidus est, & hęc est inuidiæ perfecta descriptio. Ex hoc liquet natura inuidi; non tam enim ipse cupit bobeat; hoc enim solo se diminui videbatur, & de eo dolebat, vnde etiam fit, vt tunc incipiat diligere proximum, cui inuidebat, quando eum in miseriam incidisse, ac bono priuatum esse videt, propter quod prius illi inuidebat. vt notat Basilius oratio. 10. de inuidia; ex hoc etiam constat, quod dicit Basilius oratione eadem, hoc,inquit,bonum habet inuidia, quod nocumento est ipsi inuido, quasi secum adferat pœnam, idemque dicit Hieronymi.Galat.5. est enim ultium afflictuum ipsius habentis. vnde Prouerb.14. dicitur putredo ossium inuidia, & Eccles. *Pro.14.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tres inuidiæ effectus.

30. Zelus; & Iracūdia minuunt dies. Quod autem ad secundum spectat, nimirum inuidiæ effectus, scire oportet eos tres esse præcipuos. Primus est incredulitas prosperitatis alienæ; inuidus enim, ne prosperitate alterius, cui inuidet affligatur, & torqueatur, difficile credit prosperitatem, aut bonum, quod alteri euenisse narratur, & nisi ita sit manifestum, vt negari corde nō possit, id sibi dissuadet, quasi effugiens tormentum, quod ex illo bono sibi imminet. Secundus effectus est, quādo ratio, ac mēs ita conuincunt, vt assentiendum sit, & aliena felicitas; seu prosperitas sit credenda, quærit inuidus verbis minuere, & eleuare, & saltem apud alios, vt non sit credita prosperitas illa, aut minor reputaretur, quam est; hinc inuidum detractio sequitur, & per quandam metaphoram dentes inuidi dicimus. Est autem contrarius adulatori adulate enim, vt docet Gregorius lib. 4. moral. cap. 25. propter quandam vicinitatem, quam habent vitia cum virtutibus, ipsa vitia in alijs nomine virtutum obscurat, & astutum appellat prudentem; crudelem, iustum; prodigum liberalem; auarū, temperatum; inuidus autem contrario facit, vt notat Basilius oratio. de inuidia; virtutes propter eandem vicinitatem reputat, ac prædicat vitia, & prudentem appellat astutum; iustum, crudelem; liberalem, prodigum; temperatum, auarum. Quęcit enim semper uerbis detrahere, etiam si mente negare nequeat. Tertius effectus est; quod si nec ea, quę dicta sunt, potest, studet rebus ipsis impedire, aut auferre alterius prosperitatem, de qua dolet, vt sic cruciatum inuidiæ à se moueat. hinc multæ iniustitiæ contra proximum procedunt, calumniæ, falsa testimonia, & denique homicidia, Cain præ inuidia occidit fratrem, & Saul sæpe Dauid mortem inferre tentauit, & fratres Ioseph occidere uoluerunt, & demum uendiderunt. Recte Paulus huius uitii mala considerans ad Rom. 2. dixit, plenos inuidia, & postea subiunxit, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, quasi hæc posteriora ex inuidia tanquam radice germinentur. Hos tres effectus nimirum incredulitatem, detractionem, iniustitiam, breuissimis uerbis notauit Augustinus sermon. 18. ad fratres in eremo; inter alia enim multa sic inquit, Inuidia fidē tollit linguam multiplicat, iustitiam disperdit. Ex his apparet prouerbij sensus; qui enim eiusdem patriæ sunt, quandam videntur habere æqualitatem, & paritatem; quando ergo aliquis eorum prosperum habet successum, facile cæteri conciues inuident; eo enim videntur sibi fieri inferiores, & quasi minui, quod non fit inter eos, qui non sunt eiusdem patriæ; hinc dictum est, nemo propheta acceptus est in patria sua. accommodatur autem Christo Domino; conciues enim eius ęgreferebant eum, qui cum ipsis nutritus, & conuersatus quasi vnus ex cæteris erat, sic sibi anteferri, vt Christus reputaretur: ideirco inuidebant illi tantam dignitatem, quasi ipsorum dignitas, & status per eam diminueretur. vnde ex hac inuidia securi sunt tres illi effectus, nam nec crediderunt eum esse Christum, & detraxerunt verbis ipsius dignitati, dicentes, filius est fabri, & faber, & sorores eius apud nos sunt, quasi cæteræ feminæ; nec hoc contenti tentarunt eū præcipitare de monte. Hoc ergo prouerbio Dominus taxauit suos conciues inuidiæ, infidelitatis, & detractionis, ac iniustitiæ.

Quare Propheta acceptus non sit in patria sua.

Inuidus contrarius est adulatori.

In veritate dico vobis, multæ viduę erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cęlum annis tribus, & mensibus sex: cum facta esset fames magna in uniuersa terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam.

COMMENTARIA.

QVia in prouerbio facta est mentio Prophetæ, exemplis Prophetarum duorum confirmat, non solum Prophetas apud suos in pretio non fuisse, sed etiam eos ob incredulitatem suorum miracula apud extraneos, suis derelictis, feciſſe. Primum antem exemplum est sumptum ex tertio Regum 17. de Elia, qui cum fames magna longo tempore per totam regionem illam Syriæ grassaretur, nec defuissent in Israel multæ viduæ pauperes, non fuit missus à Deo ad vllam ex suis, sed ad alienigenam quandam habitantem in oppido dicto Sarepta in terra Sidoniorū, apud quam maiorem fidem, & charitatem erga proximum inuenit, quam inuenerit in terra propria Israel. Dicitur autē cęlum clausum tribus annis, & sex mensibus, quia toto eo tempore non fuit pluuia in regione illa tota. Cum ergo fames communis esset, & suis, & alienigenis, nō ad illos, sed ad hos missus est; & non quidem auctoritate propria fecit, ne quis Prophetæ vitio adscriberet, sed Dei iussu, ideo missus dicitur. Hoc exemplo infidelitatem Patriæ vehementer reprehendit, cum apud extraneos fidem inuenerit, non apud suos.

ANNOTATIO XLV.

TEmpus autem famis notauit Dominus, non solum propter historiæ veritatem, sed etiam aliis de causis etum, vt grauitatem eius indicaret, ne quis diceret, fames non erat magna, ideirco non est mirum, si Elias suis non subuenit; tum vt populi Israelitici infidelitatis magnitudinē ostenderet, qui tanto flagella, & tam diuturno admonitus non reliquerit; vt eo exemplo patriæ etiam suæ infidelitatem magis taxaret, qui tot miraculis, & doctrina acceptis nondum credidérit: tum demum, vt significaret, se etiam tribus annis fere cum dimidio prædicaturum apud Iudæos, apud quos fidem non erat inuenturus, nisi apud paucos. De hac historia multa erant dicenda, quæ magis ad libros Regum pertinent, vnde hoc exemplum tractum est.

ANNOTATIO XLVI.

Merito Christi magna fames & tempora fuit Eliæ, mētione facta.

MErito Dominus infidelitatem suorū exemplo viduæ Sidoniæ reprehendit, in qua eximia fides elucet, cuius magnitudo ex historia facile deprehenditur. nam 3. Reg. 17. sic habetur, cum veniſſet Elias ad portam ciuitatis apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitque ei. Da mihi paululum aquæ in vase vt bibam, cumque illa pergeret, vt afferret, clamauit post tergum eius dicens. affer mihi obsecro, & buccellam panis in manu tua. Quæ respondit, viuit Dominus tuus, quia non habeo, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, paululum olei in lechito. En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quam Elias ait, noli timere, sed vade, & fac, vt dixisti; veruntamen mihi primū fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies postea. Hæc autem dicit Dominus Deus Israel, hydria farinæ non deficiet, nec lechitus olei minuetur vsque in diem, in qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terræ. Quæabiit, & fecit iuxta verbum Eliæ. Hæc ibi. Vide igitur magnitudinem, & excellentiam fidei; credidit enim simplici verbo Prophetæ, & cum periculo extremo vitæ suæ, & filij; nam prius arrulis panem Eliæ ex illa farinula, quàm sibi, & filio, non dubitans verbum Prophetæ certum futurum; nec deerat ratio efficax dubitandi; potuisset enim dicere, quomodo verbo tuo credam, qui nec habes panem, aut aquam tibi ipsi, nec tibi hactenus subueniſti? nihil tale obiecit, nec mente concepit, sed nec hæsitans, nec sibi, aut filio timens, si prius panē Eliæ daret, credidit, & obediuit; eximia profecto fides hæc est, quam merito extollūt Ambrosius lib. de viduis, in principio, & Chrysostomus homil. 19. in 2. Corinth. in mortali. Quam etiam opponit Dominus ipsis Nazaræis non credentibus tanta miraculorum multitudine, quæ facta audierant, & ad quam demum Deus derelictis viduis Israel misit Eliam, etiam si illa Sidonia esset. Non tantum autem fides in ea eminuit, sed etiam charitas, misericordia, & hospitalitas, vt notarunt Ambrosius, & Chrysostomus locis citatis. Hæ autem virtutes in eo maxime apparet, quod cum colligeret ligna pro cibo sibi, & filio necessario, Prophetaque aquæ vas peteret, non est grauata ab opere illo desistere, & abire, vt aquam petitam illi afferret, & indigenti potu succurreret, etiam cum suo detrimento. Præterea cum rogata esset buccellam panis afferre, nec haberet, dulcibus, & efficacibus verbis se excusauit cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuramento, negans se habere, vnde illi præstare posset, fideliter manifestans totum, quod apud se erat. Quantum autem verbum dulce sit habendum docuit Salomon Eccles. 18. Ecce, inquit, verbum super datum bonum: sepe enim gratius est verbū dulce, quam opus ipsum. Fuit etiam hospitalis, vt notat Ambrosius, quæ prophetæ multo tempore ministrauit. talis erat vidua hæc, quæ alienigena cum esset, præposita fuit viduis Israel.

Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo Propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.

COMMENTARIA.

ALterum exemplum sumptum est ex lib. 4. Reg. c. 5. vbi cū multi leprosi essent in Israel, Elisæus neminem eorum mundauit, sed solum Naaman alienigenam natione Syrū, quod ea ratione factū est, quia Israelitæ indigni erant propter eorum incredulitatem ega Elisæum Prophetam; Naaman autem hic credidit se ab Elisæo sanari posse. Simili igitur de causa nec Christus miracula edidit apud suos propter incredulitatem eorum.

ANNOTATIO XLVII.

Naamā fidei magnam in multis effudit.

EXimia etiam fuit fides Naaman, vt cōstat ex eius historia, quę breuitatis causa hic non narratur. quod quidem multis constat. primo vni puellæ captiuæ dicenti, vtinam fuisset Dominus meus ad Prophetam, qui est in Samaria, profecto curasset eum a lepra, quam habet, statim ille credidit. Secundo non solum credidit, sed fidei huius virtute motus ad Regem Syriæ, cuius militiæ Princeps ille erat, venit, rem ipsam tanquam certam nuntians. Tertio, ea fide inductus profectus est in terram Israel ad Elisæum cum maximis, & pinguibus donis. Quarto iussus ab Elisæo septies in Iordane lauari, quamuis in principio renuisset; expectabat enim verbo statim sanationē postea ad vocem seruorū suorum obediuit Prophetę, credēs ea ablutione mundandum. Quinto cum sanatus esset, nullo alio miraculo expectato, cum prius Idololatra esset, errorem deposuit, & fidem veri Dei est amplexus, dicens, vere scio, quia non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantū in Israel. Sexto, quia onus duorum burdonum de terra Israel secum tulit, vt holocaustum, & victimas Deo Israel offerret, & amplius diis non sacrificaret. Eximia profecto fides hæc fuit, vt merito à Propheta sanari obtinuerit, spretis leprosis Israel, qui cum tantum haberent apud se Prophetā, ab eo sanari posse non crediderunt, & ideo nec mundati sunt. Quam fidem opponens Christus Nazaræis, eorum arguit incredulitatem, & cur apud eos miracula non faciat, tali se excusat exemplo. Aduertēdum porro est, in his duobus exemplis Titum Bostrenum notasse ea de causa Dominum Prophetarū oraculis hisce vsum esse, vt argueret Iudæos, qui vaticinia Christi ad finem deducta iā esse videntes, alio deflectebant, nempe vel ad quosdam, qui apud eos Regnum administrauerant, vel ad ipsos Prophetas: Christus ergo ad se ipsum ea spectasse ostendit sibi accommodans, quæ illi dixerunt, aut fecerunt.

Et repleti sunt omnes in synagogæ ira, hæc audientes.

COMMENTARIA.

NOuerunt Nazaræi contra eos exempla proposita, seque infidelitatis argui, reprehensione, autem nō solum resipuerūt, sed peiores propria culpa effecti sunt; illorum enim perfidia excreuit, & in nouum scelus prorupit. nam omnes illi, qui in synagoga tunc, cum Christus hæc diceret, aderant, ira, & vindictæ appetitu contra eum repleti sunt, id iniuriam reputantes, quod ad doctrinam, resipiscentiā, & salutem institutū erat, impletumq; illud Prouer. 15. non amat pestilens eum, qui se corripit. Quo quidē facto cōfirmarunt, quod Christus illis obijciebat, nimirum eos esse indignos, vt apud illos miracula faceret.

ANNOTATIO XLVIII.

INterrogabit quispiam, quæ causa huius iræ fuerit. Auctor Græcus in catena Sanctī Thomæ duas adfert causas, aut quod sibi prophetiam Isaiæ tāquam verus Messias applicuerit; aut quod se Prophetis illis duobus, Eliæ, & Elisæo comparauerit. Quidam alij aliam excogitarunt, nempe quod his exemplis Christus à Iudæis ad gentes gratiam Dei transferendam significauerit. Quidam alij, quod se infidelitatis argui, & quasi indignos miraculis priuari ex exemplis adductis nouerint; & hoc contextui, & veritati, accommodatius est, quamuis prætexerint, & finxerint se irasci eo, quod Christus Messiam se prædicauerit, vt dicemus in annotatione sequenti.

Quāre Iudæi Christo fuerint irati.

Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum.

COMMENTARIA.

IRam non comprimentes eo prorumperunt, vt non solum è synagoga, sed etiam è ciuitate eum expellerent, tanquam reum mortis; mos enim erat illis reos extra ciuitatem morte plectere, quapropter Christus extra portam passus est. ideo subiungit Euangelista, duxerunt, inquit, illum in supercilium, id est verticem montis, locum eminētem, & præruptum, vt inde ipsum præcipitarent. Erat hoc supercilium montis extra ciuitatem; nā fundata ciuitas erat super monte quidem, non tū super parte montis superiorem, seu verticem, quæ dicitur supercilium. Ad hoc igitur pertrahentes præcipitare conati sunt. Vi autem trahi, & eijci videbatur illis Christus, sponte tamen se trahi, & eijci sinebat.

ANNOTATIO XLIX.

Quare eiecerint Christū extra ciuitatē, dum eū volebāt præcipitare.

REcte notat Beda, & ante illum Ambrosius, hos Nazaræos quodāmodo Diabolo peiores; hic enim in pinnaculum Templi Christum ducens præcipitium verbo suasit, mitte, inquit, te deorsum, at hi illud facto inferre tentarunt. Verba Ambrosij hæc sunt: Est peior magistro discipulorum hæreditas; ille verbo Dominum tentat, hi facto; iste dicit mitte te deorsum, illi adoriuntur, vt mittant. Hæc ille. S. Bonauentura hoc in loco asserit Nazaræos Christum extra ciuitatem eiecisse, quasi blasphemum, nam Leuit. 24. præceptum erat, eduē blasphemum extra castra & lapidet eum omnis populus. qua etiam de causa Act. 7. Stephanum Iudæi eijcientes extra ciuitatem lapidarunt. Huic sententiæ duo aduersari videntur, vnum est ipsa Euangelistæ verba: nam dicit, hæc audientes repleti ira fuisse, & eiecisse extra ciuitatem; vt præcipitarent illum. Illud autem (hæc audientes referri ad exempla duo prophetarum ambigi non potest, in quibus nihil est, quod illi blasphemiæ adscribere possint; vnde Euangelistæ ira, & indignationi illorum imputauit, quia testimonijs allatis se percuti, & argui sentiebant. Præterea quia ab eo, quod blasphemiæ videri illis poterat, nempe quod prophetia Isaiæ in eo completa esset, iam Euangelista pertransiuit, sermonem distinctum exorsus, nempe (vtique dicetis mihi. & cætera) non igitur dici potest illos blasphemiam non reputasse, sed superbia refertos reprehensionē ferre non potuisse. Ad hæc autem responderi potest, vere illos ira, & appetitu vendictæ, ac inuidia commotos fuisse, vt hæc facerent, præterijsse tamen blasphemiam, quod se Christum, & Messiam prædicaret: nam etiam & his exemplis, quibus illorum perfidia arguitur, se Christum esse significabat, aliter enim non erat quod illos incredulitatis incusaret. Sicut etiam Iudæi Christum morti tradentes, odio, & inuidia impellebātur, tamen blasphemiam prætexerunt dicentes, blasphemauit, quid vobis videtur? Quia reus est mortis. Vbi nequitia, & astutia horum pensanda est, iram enim, & indignationem legis, & iustitiæ zelo cooperuerunt, aliter enim ex ira sola non ausi fuissent occidere quamtestatem, timentes sæcularem Herodis potestatem. Hoc tamen verum est, non solum blasphemos, sed etiam quoscunque mortis reos extra ciuitatem plecti moris illorum tunc fuisse. Alterum, quod eidem sententiæ aduersari videtur, est illud Leuitici allegatum præceptum, quo blasphemum non præcipitari, sed lapidari iussum est. Cui etiam responderi potest, non contradicere præcipitium lapidationi; nam potuit primo præcipitari, postea lapidibus percuti, addē præcipitationem quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam cum lapidatione similitudinem habere, qua de causa legimus apud Hieronymum lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis ex sepulchro narrantem, Iacobum fratrem Domini iussum à Pontifice lapidari, precipitatum fuisse de pinna Templi, & fuste fullonis cerebro percussum obiisse; sic etiã isti potuerunt aggredi tantum scelus, prætexentes blasphemiam, vt præcipitarent de monte.

Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.

COMMENTARIA.

VIrtute diuinitatis suæ Christus ex mõtis supercilio sine fuga vlla, sine violentia illis illata eorum manus euasit. & profectus inde est, non raptus in aera, sed per medium illorũ; sicut, qui inter multos existit, solet per eos medios transire, & recedere. Illud (per medium eorum) participio (transiens) connectitur.

ANNOTATIO L.

Qualiter Christus Nazarenorum manus euaserit.

QVo modo Christus per medium illorum abiisse dictus sit, inuestigant multi. quidam existimant inuisibilem illis se reddidisse. Quidam alii, eorum voluntates Christum mutasse, vt eum dimitterent liberum. in qua sententia sunt Ambrosius, & Beda. Quidã alii Christum virtute sua eorum tenuisse manus, ne illum apprehendere possent, aut detinere. Hoc certum est, diuina sua virtute eorum euasisse manus. quo autem modo id factum sit, ambiguum est, cum modis multis fieri posset; puto tamen id factum, sicut, qui inter nos è media turba egreditur, & à manibus aliorum se eripit robore, aut virtute sua, hoc tamen discrimine, quod apud nos est quædam vis, & violentia manifestæ at in Christo præ virtutis, & potentiæ suæ magnitudine, nulla vis apparebat, sed sicut nos per medium incedimus aerem, nec vis apparet, quia ratione virtutis motiuæ fere nihil resistentiæ habet aer, ita Christus illorum manus euadens per medium eorum dem trãsgressus est, & abiit. Dicet aliquis, cur non est passus tunc à suis præcipitari? Huic facilis est responsio ex Tito Bostreno: non, inquit ideo id fecit, quod mortem fugeret, nam vt pateretur in mundum venerat; sed quod tempus ad eam rem idoneum necdum adesset. Cœperat enim iam tunc primum Euangelii doctrinam disseminare. Hæc ille. Addit autem, quod nunc fecit Christus, euidenti argumento esse, Iudæos nullo modo eum in crucem agere, aut in suam potestatem redigere tempore, quo cruci affixus est, valituros fuisse, ni si ipse se vltro in mortem tradidisset. Beda etiam huic respõdens, inquit. Necdum venerat hora passionis, quæ nõ quolibet sabbato, sed in parasceue Paschæ futura extiterat, necdum locus passionis, qui non in Nazareth sed in Hierosolymis hostiarum sanguine figurabatur, aderat. Sed nec hoc genus mortis, qui crucifigendus à sæculo præconabatur, elegerat. Non igitur à Nazaræis præcipitari, non à Hierosolymis lapidari; non inter pueros Bethlehemitas ab Herode perimi, non alia, vel alia voluit morte consummari. Quod enim tali morte Regiæ potestatis indicium, quo fidelium fions armaretur, emineret? Sed solum crucis expectatum est uexillum, cuius figura, & celerrimo dexteræ motu cõtra maligni hostis tentamenta depingi, & ipsa nihilominus figura monarchiæ singularis potuisset typus haberi. Cuius Crucis triumphum Apostolus exponens ait. in nomine IESV omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorũ. Hoc est enim quod eiusdem Crucis cacumina ad cœlos tendunt; ima petunt inferos; cornua terram tegunt. Hæc ille.

Et descendit in Capharnaum Ciuitatem Galilææ.

COMMENTARIA.

DEscensus hic non est factus, post quã venit in Nazareth, & gesta sunt, quæ hactenus Lucas narrauit, sed prius tempore; post descensum. n. ex deserto, venit in Galilæam, & multa ibi fecit, venitque in Capharnaum relicta tũc Nazareth, vt referunt Matthæus 4. & Marcus 1. & hic est descẽsus, cuius nunc Lucas meminit. quæ autem de Nazareth exposita sunt, per quãdam anticipationem sunt dicta, vt ante diximus ex Augustino lib. 2. de consen. Euangel. cap. 42. solent enim Euangelistæ hac anticipatione aliquã do vti. Capharnaum autem dicitur ciuitas Galilææ, non qualiscumq; sed quasi metropolis Prouinciæ.

Ibique docebat illos Sabbatis.

COMMENTARIA.

QVia Sabbatis Iudæi in Synagogis conueniebant, idcirco Christus iis diebus prædicabat, non. n. in occulto, sed palam veritatem aduẽtus sui, & doctrinam Regni Dei mundo annunciabat, & ad pœnitẽtiam exhortabatur, vt refert Matthæus: pœnitentiam, inquit, agite, appropinquauit. n. regnum cœlorum, vt qui pro omniũ salute uenerar, salutis notitiam omnibus impertiretur.

Et stupebant in doctrina eius.

COMMENTARIA.

NOuum quiddam, & diuinum, & inauditum referebat in auribus audientium doctrina Christi, idcirco admirabantur, & obstupebant audientes.

ANNOTATIO LI.

Mirabilis Christus in verbis et operib.

ADmirari, seu obstupescere in doctrina non aliud est, quam propter doctrinã obstupescere, seu admirari quasi doctrina ingereret auditoribus admirationem, & stuporem. sapiẽtia quidem, & virtus Christi admirandæ erant, illa propter ea, quæ dicebat: hæc autem propter ea, quæ operabatur, sæpeq; Iudæi tam illam, quam istã admirati sunt. De virtute habetur Matth. 8. homines inquit, mirati sunt dicentes, qualis est hic, quia venti, & mare obediũt ei? & Matth. 12. oblatus est ei dæmonium habens cæcus, & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur, & videret, & stupebant oẽs turbæ. de sapientia habetur Mar. 6. multi, inquit, audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes, vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia, quæ data est illi? & Ioã. 7. mirabantur Iudæi dicentes, quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Sunt huius vtriusq; rei alia etiam testimonia. Hoc vero in loco mentio fit admirationis doctrinæ, vt verba, quæ sequuntur etiam indicant.

Quia in potestate erat sermo eius.

COMMENTARIA.

CAusa, cur doctrina Christi, admirationi illis erat, explicatur, nimirum quia docebat, non quasi minister, aut doctor communis, aut quasi vnus ex Prophetis, sed quasi auctoritatem habens, & quasi ex se loquens. vnde nõ vtebatur verbo illo communi Prophetarum, hæc dicit Dominus, sed ego dico vobis; nec alterius auctoritati nitebar, sed propriẽ erat. n. Deus ipse, & non homo tantum. Hoc vt nouum, insolitum, & diuinũ admirationem omnibus audientibus ingerebat.

ANNOTATIO LII.

Patres diuersimode declarant quid sit in potestate docere.

HAnc cum præcedenti sententia bis legimus apud Euangelistas, semel apud Lucam in præsenti, & Marcum ca. 1. iterum etiam semel apud Matth. cap. 7. in fine. admirabantur, inquit, turbę, super doctrina; erat enim docens eos sicut potestatem habens. Adiungit autem Matthæus (& non sicut scribæ eorum, & Pharisæi) Marcus etiam (& non sicut scribæ.) Quid autem sit docere, seu sermonem habere in potestate, non eodem modo explicant Doctores. Victor Antiochenus Mar. 1. sic interpretatur. cur, inquit, stupebant? quia non loquebatur ad gratiam, neque vlli prorsus adulabatur, nec auditorum laudes captabat, sed erat sermo eius in potestate. Hortabatur enim non ad quæuis promiscue, sed ad cœlestia, & animæ salutaria, perfidisque, & obstinatis peccatoribus imperterrite supplicia comminabatur. Hæc ille. Iuxta cuius sententiam, docere in potestate, complectitur multa, nempe loqui non ad gratiam, non adulari, non propriã gloriam captare, salutaria animæ docere, imperterrite obstinatos, & perfidos reprehendere, eisque supplicia comminari. Titus Bostrenus Luc. 4. aliter hanc edisserit sententiam, sic enim inquit: Quoniam Iudęis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæis persuasum erat Christum nihilpre cæteris sanctis peculiare habere, verum tanquam vnum ex Prophetis in medium prodire, ea propter, quo maiorem de se ipso, quam de aliis opinionem, & existimationem concipiant, communem Prophetarum mensuram excedit. Neque enim dicere consueuerat, hoc dicit Dominus, verum tamquam legis Dominus multa, quæ legis modum exuperabant, edicebat. Hæc ille. Huic consensit Euthym. Matth. 7. in fine. Quidam recentiores aliter interpretantur, nempe sermonem eius cum potestate dici, quia rataram quandam efficaciam, & energiam habebat Christi sermo, Spiritu sancto per eum mira ratione corda auditorum permouente ad fidem, & pœnitentiam, cum doctrina Scribarum frigida esset, & parum efficax ad commouendum. Quidam alij aliter explicant, scilicet cum potestate sermonē eius esse, quia doctrinam, & sermonem suum miraculis comprobabat. In huius rei declarationem notandum est, Iudæos Christi doctrinam multis de causis fuisse admiratos. Primo quidem, quia ardua, & difficilis ad credendum erat: videbatur enim illis, quasi impossibilia continere. hac de causa miratus Nicodemus Ioann. 3. dixit: Quomodo potest homo nasci denuo, cum sit senex? Cui respondit Dominus: Non mireris, quia dixi, oportet vos nasci denuo. & Ioann. 5. dixit Dominus Iudæis: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic & filio dedit habere vitā in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est, nolite mirari hoc. Secundo admirati sunt Iudæi doctrinam Christi, non vt arduam, & difficilem, sed vt insignem, & eximiam. hac admiratione excitata mulier illa Luc. 11. extollens vocem dixit: Beatus venter, qui te portauit. Tertio admirati sunt doctrinam propter virtutem, & efficaciā ad animos hominum commouendos, & commutandos, huiusmodi admiratione perculsi ministri Iudæorum missi à Principibus, vt Christum apprehenderent, excusantes se, quod eum non apprehenderint, dicebant, numquam sic locutus est homo. Quarto admirati sunt doctrinam, tanquam audientium animis, & auribus gratam, dulcem, ac magna venustate proditam. de qua admiratione paulo superius dictum est: mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius. Quinto admirati sunt Christi doctrinam non ratione ipsius doctrinæ, vti hactenus dictum est, sed ratione personæ; existimabant enim eum hominem sicut vnum ex cæteris; cumque enim nouissent scholas non frequentasse, nec ab homine didicisse, nec ante prædicationis tempus specimen scientiæ, seu sapientiæ dedisse, mirati sunt, quando audierunt eum prædicantem, & docentem, quæ legis Doctores nō attigerant. sic solemus mirari, quando quispiam, qui inter nos rusticus, & ignarus reputatus est, profert sententiam, aut dictum aliquod, quod sapientiæ argumentum est, nō quod miremur dictum ipsum, quia, si à Doctore prolatum esset, nullam adferret admirationem, sed miramur, quod talis homo id pronunciauerit. de hac admiratione est illud. Ioann. 7. quod paulo ante citauimus, mirabantur Iudæi dicentes, quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? illud etiam Mar. 6. admirabantur in doctrina eius dicētes, vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia, quæ data est ei? Sexto admirati sunt, non quidem ratione ipsius doctrinæ, quia difficilis, aut quia eximia, aut quia efficax, aut quia gratiosa erat; nec ratione personæ, quia litteris operam non dederat, sed ratione modi docendi, & auctoritatis, quam docendo præse ferebat; non enim vti scribæ, aut Pharisæi loquebatur, quasi verborum legis interpres, sed quasi legislator ipse, multa addens legi, multa declarans, verbisque vtens, non vt minister sicut erant Prophetæ, sed tanquam Deus ipse, & Dominus: non enim dicebat, hæc dicit Dominus, sed ex se ipso loquebatur, & hac de causa admirati sunt Iudæi doctrinam eius. de qua admiratione, vti in commentario diximus, hæc præsens sententia processit; hoc enim est in potestate esse sermonē eius; potestas enim pro auctoritate accipitur, sicut & Ioan. 2. in qua potestate hæc facis? Si ergo omnes causas admirationis coniungamus, facile intelliget vnusquisque Christi doctrinam merito admirabilem fuisse Iudeis illis, fuit enim Christus, & opere, & sermone potens coram Deo, & omni populo, vt dicitur Luc. 24. vt enim virtus, & verbum Patris erat, sic virtute, & verbis eminebat, quod eo magis Iudæorum incredulitatem inexcusabilem fecit.

Iudæi multis de causis Christi doctrinā admirabantur

Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum.

COMMENTARIA.

CHristus doctrinam suam miraculis confirmauit, vt eam à Deo esse, cuius uirtus per talia opera ostendebatur, constaret. Inter varia autem & multa mirabilia quæ ille operatus est, vnum erat vexatos à dæmonibus liberare, quorum unus iste est, cuius Lucas nunc, & Marcus cap. 1. meminerunt: erat igitur in Synagoga Capharnaum, ubi hoc gestum est, homo habens dæmonium immūdum, id est, malum dæmonem.

ANNOTATIO LIII.

IN exemplari Græco legitur (erat homo habens spiritum dæmonij immundi) vnde quidam recentiores spiritum interpretantur, non pro ipso dæmonio, sed pro impulsu, quo ille homo agebatur a dæmonio; accommodatior tamen expositio est, si per spiritum intelligamus ipsummet dæmonium, quod Marcus clarius significauit dicens: erat homo in spiritu immundo. Lucas autem Hebraismo vsus dixit, spiritum dæmonij immundi, id est, spiritum dæmoniacum immundum, solent enim Hebræi genitiuo casu substantiui nominis vti loco adiectiui, hominem enim diuitem, aut superbum, appellant hominem diuitiarum, aut superbiæ. cadē phrasi vsus est Ioannes Apoc. 16. sunt, inquit, spiritus dæmoniorum facientes signa. Ad uertendum est autem ex Augustino lib. 9. Ciuit. cap. 20. dæmonium seu dæmonem esse nomen Græcum, quod Latine idem significat ac sciens, aut sapiēs à verbo Græco δαίμων, idest scio, seu noui, inde δαίμων. quasi δαήμων, iuxta Platonem, autem in Cratylo δαίμων, dicitur quasi δαημων, id est peritus, à rerum prudentia, & peritia. Hinc est, vt tam in bonam, quam in malam partem accipiatur. nam Eudæmones, & Cacodęmones dicimus Angelos bonos, & malos, & Plato ipsum Deum dęmonem appellauit, similiter & hominis animum. Notat tamen Augustinus lib. 9. ciuit. cap. 16. in Scriptura sacra nomen dæmonis semper accipi in malam partē pro malo Angelo, quasi scientiam sine charitate habeat, quæ potius inflat quam ædificat. quam loquendi consuetudinem affirmat etiam populum recepisse; cum enim quispiam alteri dicit, dęmonem habes, absque dubio ei male dicere videtur, quod quidem confirmatur Ioann. 8. vbi Iudæi Christo dicentes, dæmonium habes, absq; hæsitatione contumelia afficere voluerūt. Hac igitur Augustini doctrina supposita, difficultas est, cur Lucas dæmonium immundum appellauerit, nam si dæmoniū in malam accipitur semper partem, non erat cur adiungeretur, immundum; omne enim dæmonium immundum est. Apud Marcum non est difficultas: nam dixit, erat homo in spiritu immundo, ubi cur additum sit (immundo) facile intelligitur, nam nomen (spiritus) commune est bono, & malo, sancto, & immundo. Distinguitur igitur mundus, & bonus, ab immundo, & malo, cum dicitur (in spiritu immundo) at apud Lucam hoc dici non potest, si vera est Augustini doctrina, nempe in Scriptura sacra semper dæmonium, seu dæmonem pro malo accipi. Quidam dæmonium immūdum dici interpretantur, propter peccatum, ad quod homines prouocat; peccatum. n. quædam est immundities spiritualis: dęmon ergo & formaliter, & effectiue causa immunditiæ est, quia peccatum in se habet, & quia alios peccare facit. Hæc interpretatio non soluit difficultatem prædictam iuxta Augustini doctrinam, nam tali immunditia dæmoniū omne immundum est, si dęmonium in malam accipitur partem. Quod si quispiā Augustini doctrinā tenere velit, affirmans etiam in hoc loco dæmonium in malam accipi partem, tunc aliter respondendum est ī rem eius rei explicationem notanda est doctrina Origenis hom. 15. in Iosue, ubi tradit malos dæmones ad peccatum quidem tentare, non tamen omnes ad idē genus peccati, sed quosdam ad superbiam, quosdam ad iram, alios ad gulam, alios ad luxuriam, sicq; in omnibus generibus peccatorum varios dæmones esse tentatores. quæ doctrina est etiam Ambrosij lib. de Paradiso cap. 12. & August. lib. quæst. ex vtroque mist. cap. 115. est enim ordo in dæmonibus, & hierarchia ad tentandum

Quare Lucas dæmonium appellauerit immundū.

Dæmon quid significet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad malum,& peccatum. Iuxta quam doctrinam interpretari possumus,dici dæmonium immundum illud, quod ad immundities,& spurcitias carnis tentat,quod idcirco additum est,quia non omne dæmonium ad tale peccati genus tentat. vnde quia idololatria quædam est fornicatio, spiritualis,immundities dicitur, & dæmones ad eam prouocantes immundi. Zach. 13.Spiritum immundum auferam de terra.Hoc ergo dæmonio agebatur, & vexabatur homo iste,qui nunc à Christo liberatus narratur. Quod si quis obijciat doctrinam eiusdem Augustini loco citato, alia dæmonia esse, quæ tentant ad peccatum;alia,quæ vexant, & intrant corpora hominum,ideoque non posse hoc dæmonium dici immundum in ea significatione,quæ dicta est.Respondeo doctrinã Augustini in ea parte non esse omnino probandam; nam spiritus ille malus,quo vexabatur Saul, etiam eum ad occidendum Dauid prouocabat. hoc quidē verum est, non semper dæmonem tentare ad peccandum eum,quem corporaliter vexat, vnde fieri potuit hunc hominem vexari à spiritu immundo,licet non tentaretur ad immunditiæ peccatum. Mihi vero hoc in loco immũdum generaliter accipi videtur, vt diximus à principio; dicitur enim immundus omnis dæmon propter peccatũ, quo pollutus est,& alios polluere conatur, aut vt dicit Euthymius Mar.1. quia immunditijs,& sceleribus gaudet. Iuxta quã significationem dicitur Apocal 16.vidi de ore Draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetę exire spiritus tres immũdos. Addit autem Lucas dæmonij vocabulo immundum,quia etiam si in malam solet accipi partem, tamen cum esset peritus linguæ Græcæ, nouit significationem vocabuli extendi posse etiam ad Angelos bonos, idcirco addidit immundum, vt distingueret malum spiritum à bono. hoc mihi persuadet verbum Mar.1. vbi huius miraculi memoriam faciens,refert Iudęos admiratos esse, quod spiritibus immũdis Christus imperaret. Satis autem hic constat immundum accipi non pro eo,qui ad immunditiem carnis tentat,hoc enim illi nosse non poterãt de illo homine,sed pro immundo, & malo spiritu, qui immundus peccato est.Vnde Lucas dæmonis vocabulo vius est generaliter, sicut Marcus nomine spiritus,quod in bonam,& in malam accipitur partem. ideo restrictionem adhibuit appellando immundum.

Sentẽtia auctoris cõfirmatur.

Et exclamauit voce magna dicens.

COMMENTARIA.

DAemonium existens per presentiam in homine illo,vsus est lingua eius ad uoces formandas, & per eum locutus est,& voce magna exclamauit;solent.n.dęmones intrantes in humana corpora,eorum membris,ẽt inuitis ipsis hominibus, aburi ad operandum,vt lingua ad loquendum,pedibus,& manibusad ambulandum,& percutiendum, aliaue opera exercendum. sunt.n.illi in corporibus talibus non quidem, vt animę,aut formę,sed vt motores in corporibus motis,vnde actiones tales nõ ipsis hominibus, sed dæmonijs,quibus agitantur, adscribũ turrideo exclamasse dicitur dęmonium. exclamauit autem ob Christi præsentiam, tũ timore perculsus, præsentięs se ab eo expellendum, sicut exclamare solent, qui aduersarij potentiam, à quo sibi multum timent, præsentem habent: tum etiam vt ab eo sibi parci impetraret.

ANNOTATIO LIV.

DAemones ingredi in humana corpora,& eis adsistere;eaque vexare, adeo ex ipsa sacra Scriptura constat, vt absque graui,& manifesto errore negari nequeat; id quod etiam ratio ipsa ostendit. nã qui talibus dæmonibus agitantur, ea loquuntur, & faciunt, quæ humanis, aut astrorum virtutibus tribui non possunt: ignari enim homines linguis sibi ignotis loquuntur, multa occulta manifestant, vires corporis supra humanas habent. Errant ergo illi, qui humoribus melancholicis,& virtutibus astrorum talia adscribũt, quos Hieronymus Matth.4. recte impugnat exemplo lunatici illius, dicens, Dæmonem, ut homines ad odium creaturarum Dei prouocaret,persuasisse quibusdã

Certum est dæmones humana corpora ingredi & vexare.

id

id non à se sed ab astris fieri.Facit autem ea dæmon virtute sua, dum Deo permittente corpora ingreditur, & membra mouet violente, sæpeque torquet, vnde tales homines dicuntur energumeni,quasi agitati,seu exercitati. Sicut enim nos virtute propria manus applicando corporibus ea multipliciter mouemus: ita dæmon intra corpora existens sua virtute ea mouet, & eorum membra, vt dicit Augustin.lib.19. Ciui.c.4.& lib.de Ecclesiast.dogmat.c.82. Multa autem facit erga talia corpora: nã sæpe ea torquet,& dolore afficit, sæpe ea violente huc,illucq; mouet,in ignem, aut aquam, aut in alia loca mittit: sæpe lingua vtitur ad dicendum multa, & ad maledicendum;sæpe etiam membris genitalibus abutitur ad actus obscænos, aliaq; similia efficit,etiã inuitis hominibus,quos vexat.Nihil tamen horum facit, nisi permittente Deo,vt probat Chrysost.hom.3. de patientia Iob, adducens illud Matth.8. mitte nos in porcos. si enim non potuerunt intrare in porcos nisi permissione facta,multo minus in homines.Exclamat ergo nũc dæmon per hunc hominem, ac lingua eius vtitur ad proferenda verba,quæ sequuntur. Non immerito autem quispiã interrogabit,quare dæmon affectat humana corpora intrare,& quare Deus id ei permittit. Ad quorum primum nõnullæ causæ adduci possunt. vna est in odium sanctissimæ carnis, quam ante Euangelium dæmon filium Dei assumpturum, & iam assumptam non dubitat.sicut enim homines odio habet,quia imago sumus Dei,vt docte Basilius asserit in homil.quod Deus non sit auctor malorum,vbi ea de causa assimilat illum Pardali,quæ adeo insęuit in homines,vt vel ipsas imagines dilaceret; ita corpora hominum odio habet,& in ea ingreditur,in contemptum, & detestationem Christi corporũ. Altera est,quia maius dominium propter peccatum permissum illi est in corpora, quam in animas; has n.non potest immediate mouere, illa vero potest,partem enim sensitiuam, & interiorẽ perturbat,passionibus, affectibus, & cogitationibus,idcirco corpora ingreditur,cum ibi maius habeat dominium,seu principatum. Tertia est, vt potestatem, quæ ei propter peccatum permissa est in homines, ostendat: cum enim potestas, quam per animas exercet, non apparet, quia inuisibilis est seruitus animarum, eam in corpora visibilia exerceat,vbi magis suum ostendat dominatum. Ad secundum autem, nempe, cur Deus hoc permittat,nonnulla etiam dici possunt. Primo quidem in pœnam, & vltionem peccati,sic.1.Reg.16.permissus est Saul,postquam Dei mandata transgressus est, dæmoni corporaliter vexandus. Secundo propter peccatum quidem, sed in correctionem, & emendationem, ut resipiscat homo;sic. 1.Corin. 5.fornicarius ille traditus est Satanæ in interitum carnis,vt spiritus saluus fieret, & 1.Thim.1. duo illi traditi sunt Satanæ, vt discerent non blasphemare. vt enim inquit Origenes hom. 2.in Iudic.olim per potestatem Ecclesiasticam ministri tradebant homines vexandos dæmoni propter publica quędam peccata, ut resipiscerent,modo autem excommunicantur. Tertio vt appareat à quali hoste nos liberauit Dominus, & quanta eius premebantur tyrannide, vt enim noster semper propter peccatum homo vexatur à dæmone, cum infantes baptizatos contingat etiam vexari, ut ipsemet dicit lib. 22.Ciuit.cap.22. Quarto,quia in hoc sæculo non est perfecta redemptio corporum à Christo facta, redimit quidem totum hominem quantum ad animam, & quantum ad corpus, tamen non est executioni demandata ea, quæ corporum est, quia adhuc subiacent necessitati, mortis, infirmitatum,cæterarumque passionum: propter quod ad Roman.8.dicit Paulus: ingemiscimus, redemptionem corporis expectantes. ea igitur de causa permittit Deus dæmoni corporum vexationem, vtpote nondum liberationem, & redemptionem assecutorum, vsque ad resurrectionem. Hoc tamen verum est,ante Christi aduentum plures inter fideles fuisse à dæmone obsessos, quam post, propter reuerentiam carnis iam diuinitati unitæ, & propter potestatem Ecclesiæ expellendi dæmones, quam ipsi pertimescentes, non itа facile audent corpora hominum intrare; in eorum enim expulsione multum vexantur,& torquentur. unde per hunc hominem dæmon exclamauit Christi virtute compulsus.

Quare dæmõ in humana corpora faciat.

Quare Deus permittat dæmones ingredi hominũ corpora.

Sine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sine.

COMMENTARIA.

CLamans dæmon petit se in corpore, quod obsidebat, manere permitti. Sine, inquit, ne me expellas, nec potestatem, quam in hoc corpus exerceo, cohibeas; scio te posse eijcere me, rogo ne facias.

ANNOTATIO LV.

VErbum (sine) Græce est ἔα, quod est ambiguum: nam potest esse imperatiuus modus, à verbo ἐάω quod significat (sino) quo modo vulgatus interpres accipit; aut potest esse interiectio dolentis, quod Latine dicitur eia, aut vah, quo modo quidam recentiores vertunt, videturq; respondere interiectioni Hebrææ אהה quam interpres Ier. 1. vertit AAA. Cum autem ambigua sit dictio, & sensus constet in vtraque lectione præponenda est auctoritas interpretis nostri ab Ecclesia recepti, quia sensum accommodatiorem sequentibus facit. eadem dictio est Mar. 1. vbi hoc miraculũ etiam refertur, ibi Euthymius non interiectionem, sed verbum interpretatur, sicut in commentario dictum est.

Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene?

COMMENTARIA.

CAusam adfert Dæmon, cur sini, nec à corpore illo expelli à Christo debeat, ea autem talis est, quia dæmones nihil contra Christũ fecerant, nec ei in vlla re nocuerãt, vnde Christus causam haberet eos expellendi à suo principatu. hic est sensus horum verborum: quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? id est, quam habes causam nos dæmones insequendi, & à principatu nostro cohibendi? in nullo te læsimus, nullam iniuriam tibi intulimus, nihil à te rapuimus, quid ergo tibi est aduersus nos? mentitur Dæmon, vt solet, & mendacijs se defendit; multas. n. causas habebat Christus, vt eos expelleret, multa erant Christo contra illos; regnum. n. eius occupabant, cõtra Patris honorem pugnabant, homines, quos liberare venerat, inique opprimebant, ad hoc ẽt carnem Christus assumpserat, vt Principem mũdi huius foras eijceret: mẽdacium ergo erat dicere, nihil nobis tecum est. Christum nomine proprio appellat (Iesu) & à patria in qua conceptus, & nutritus fuerat (Nazarene) sic. n. communiter vocabatur, vt ex titulo Crucis constat.

ANNOTATIO LVI.

QVidam recentiores existimant huius sententiæ sensum esse eundem cum verbis illis 2. Corin. 6. quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? aut quę conuentio Christo ad Belial? Hoc tamen stare non potest; si enim is esset sensus, Dæmon causam potius attulisset, cur expelli deberet, sicut vnum contrarium alterum propter contrarietatem eijcit; at non hoc intendebat ille, sed potius causam adducere, cur sini, & permitti in corpore debuisset. cui sensui accommodatur expositio in cõmentario explicata. de hac phrasi, quæ Hebræa est, diximus plura in commentarijs in Ioan. c. 2. in ea verba: Quid mihi, & tibi mulier?

Venisti perdere nos?

COMMENTARIA.

ALterã causam adducit Dæmon, cur a Christo debeat sini, & permitti in homine illo manere, ea autẽ est, quia integra dæmonum perditio non erat futura vsque ad diem Iudicij, & potestate in homines permissa non erant priuandi in hoc sæculo, vsque ad consummationem eius: non igitur Christus debuit eos ab hominibus expellere. hunc sensum facit proposita sententia; est enim quædam expostulatio: venisti nos perdere? & regno ac potestate nostra priuare? quasi diceret, non debet esse tuus hic ad-

aduentus ad nos expellendum à regno nostro, & potestate priuandum. Est autem causa, & ratio hæc adducta à Dæmone mendacio permista. Quãuis enim non debeant dæmones omnes in Infernum detrudi, ita vt non amplius egrediãtur, nec vllam in hoc sæculo potestatem contra homines exerceant, vsque ad diem ultimum Iudicij, quando uenturus est Christus iudicare omnes homines; tamen in priori aduentu erat dæmonum potestas cohibenda, & regnum eius minuendum, & homines à captiuitate liberandi, ita vt nemo, nisi volens, sub imperio Diaboli detineretur; dæmon autem hic fecit, quod solent & homines aliquãdo facere; quando enim ab alijs percutiuntur, clamant, occidisti me, aut occidis me, cum percussio ad mortem non sit, vt sic percussoris manum cohibeant; sic clamat dæmon, perdis nos, conquerens se nondum perdi debere, cum eius expulsio non pertineat ad illam consummatam perditionem, quam ille significabat.

ANNOTATIO LVII.

Magis extenditur superioris sententia ĩ sine.

HAec eadem sententia habetur Marci 1. Quamuis ibi in nonnullis codicibus legatur: venisti ante tempus perdere nos. Sic legit Victor Antiochenus: tamẽ plurima exemplaria non habent illud (ante tempus) desumptũ enim videtur à Matthæo cap. 8. vbi illud habetur. licet autem non legamus, sensus tamen id expostulat, conqueritur namque dæmonium se perdi à Christo adueniente, quando non sibi videbatur debere perdi. Quidam hanc sententiam interpretãtur, simpliciter, seu per affirmationem, non autem per interrogationem dictam, quasi dæmon confiteatur Christum perditorem esse suum, & ad hoc venisse, vt perderet regnum eius: sicque Victor allegatus interpretatur. cui interpretationi nonnulli recentiores consentiunt, & videtur in eundem sensum trahi. nam conqueritur dæmon, quod venerit perdere eum quando non debuisset. Quæ autem sit perditio hæc, Euthymius Mar. 1. explicat dicens esse cohibitionem potestatis dæmonis. Quidam intelligunt dolorem, quo torquebatur Christi præsentia. in quem sensum Chrysostomus hom. 29. in Matth. interpretatur illud, venisti torquere nos. nos autem in commentario diximus perditionem hanc esse consummatam dæmonum damnationem. Quamuis enim nunc omnes diuina visione priuentur, & dolore torqueantur; tamen non dum sunt omnes in inferno loco conclusi, nondum priuati potestate nocendi hominibus, eosque tentandi, ac decipiendi, nec Regnum eorum est omnino destructum, vsque ad sæculi consummationem. de hac igitur perditione nunc dicit, venisti perdere nos, plus obijciens, & expostulans, quam re vera esset, vt sic Christum induceret ad sibi permittẽdum manere in corpore illo; sicque interpretatur Aug. lib. 2. c. 23. similem sententiam Matth. 8. venisti ante tempus perdere nos.

Scio te, quia sis Sanctus Dei.

COMMENTARIA.

TErtiam causam adiungit, cur dimitti in corpore à Christo impetrare debeat; ea autem est, quia præclaram de Christo opinionem habebat: scio, inquit te esse Sanctum Dei. Græce est articulus emphaticus, quasi diceret sine me: nam scio te esse illũ Sanctum Dei, nempe Christum, seu Messiam, in lege, & Prophetis prænũciatum, & promissum; Sanctum autẽ Dei dixit, quia filius erat Dei, quod paulo inferius iterum dæmonia prætum autem deceptus est dæmõ in hac causa; charitas enim ædificat, & Deo grata est, non sola scientia. multi dicẽt Domine Domine, quibus dicetur, discedite à me operarij iniquitatis. Si fides, quæ donum Dei est, sine dilectione non placat Deum, quanto minus ea scientia, quæ inferior erat fide, qualis erat huius dæmonis? Particula (quia) declaratiua est, scio te, quod sis Sanctus Dei.

AN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO LVIII.

Nonnulla traduntur quæ ad superioris sententiæ explicationem conferunt.

NOnnulla notanda occurrunt pro præcedentis sententiæ explicatione. Primum est Græce legi, scio te quis sis, Sanctus Dei. Sicque Euthymius interpretatur Mar. 1. Scio te quis sis, nimirum Sanctus Dei. & ante eum Athan. lib. de incarnatione verbi, & corporali eius aduentu, & August. tract. 10 in Epist. Ioan. Irenæus etiam lib. 4. cap. 14. legit, scio te, quis sis, Sanctus Dei. at vero Gregorius lib. 3. moral. cap. 11. legit, particulam, scilicet, scio te, quod sis Sanctus Dei, eademque est lectio cum vulgata, scio te, quia sis Sanctus Dei. sensus idem est, siue vno, siue altero legas modo. Secundum est ex Victore Antiocheno, & Euthymio Mar. 1. Sanctum in hoc loco non accipi pro sancto, participatione, quo modo Prophetæ, & iusti homines sancti dicuntur, sed pro sancto proprie, & natura, quomodo sanctus est Deus, ideoque articulum emphaticum positum esse; dæmon igitur se scire Christum Deum esse fatetur est. Alludit ad illud Dan. 9. vbi Christus Sanctus sanctorum appellatus est, quo nomine & à Dauid psal. 15. & ab Isaia etiam cap. 41. & ab aliis Prophetis vocatus est, nempe Sanctus, aut Sanctus Israel; aut Sanctus suus, scilicet Dei. Tertium est ex Irenæo lib. 4. capit. 14. illud (Dei) significare Christum filium Dei esse, vt in commentario adnotauimus. quod etiam insinuauit Victor allegatus, qui hunc locum exponens sic scripsit: Sanctus erat Prophetarum vnusquisque; verum non loquitur hic de vulgari quopiam vate, aut promiscuæ sortis humanæ; sed vnum illum, qui ex vno procedit, præsto esse annunciat. siquidem per articulum adiectum vnum quempiam præcæteris eximium designat, metuque perculsus omnium Dominum sese agnoscere neutiquã dissimulat. Hæc ille. Quartum est, quod ex veteris constat, dæmonem nouisse Christum nõ solum esse Messiam, sed etiam filium Dei. Quamuis Victor Antiochenus Mar. 1. affirmet dæmonem simulasse se scire, quod suspicabatur, nec eius certam scientiam habebat; sic enim interpretatur, etsi inquit, absolute se scire simulet, perindeque ac si certo sciat, verba fundat; attamen, necdum certam, & firmã satis de illius præsentia notitiam hause-rat. Hæc Victor. quod etiam nonnullis recentioribus placuit. Cui sententiæ verba Euangelistæ contradicere videntur. Hoc tamen inferius Annot. 75. diffusius explicabitur. Quintum est ex Tito Bostreno, qui hanc sententiam adulatoriam esse asserit; sic enim inquit. Hoc nimirum, scio te, quia sis Sanctus Dei, Spiritus nequam aiebat, quia forte sperabat, vt per huiusmodi adulatoria blandimenta aliquod inanis gloriæ desiderium in eius pectore excitaret, eaque ratione efficeret, ne vel se, vel sui ordinis alios increparet; hanc nimirũ gratiam pro impensa gratia rependens: at fraudulentus prædo, quam consectabatur prædam, non assecutus; Deus enim non irridetur, nec dolo cuiuspiam capitur. Hæc ille. In eadem sententia est Euthymius Mar. 1. noui, inquit, te, quis sis, adulando ei dixit, vt ipsi parceret. Hæc Euthymius. in hac autem parte duo mihi videntur. vnum est, non esse probabile, dæmonem, qui Christum sanctum Dei confitebatur, existimasse, in vanæ gloriæ appetitum potuisse incidere, ac peccare, quod etiam supra adnotauimus, cum de tentatione eius differuimus. Alterum est, hæc verba, non ad adulationem præcipue fuisse prolata, sed ad quandam expostulationem, & in argumentum, vt sibi parci impetraret: cum enim Christus credentes sibi reciperet, existimauit ille, quia eum nouerat, & confitebatur, posse etiam obtinere vt ei dimittere tur, in quo deceptus est, vt in commentario explicuimus.

Et increpauit illum Iesus dicens.

COMMENTARIA.

REprehenditur dæmon, tum ob malam uolũtatem, qua ab hominis uexatione desistere nolebat; tum etiam ob mendacia, quę ad id obtinendum admiscebat: tum demũ, quia notitia, quam de Christo habebat, abutebatur. per eam enim permitti sibi ut homini noceret, conabatur impetrare.

ANNOTATIO LIX.

Quam fuerit Christi

EVthymius Mar. 1. verbum hoc (increpauit) Græce ἐπετίμησε interpretatur, os obturauit: mihi autem plus hoc verbum

significare videtur, non tantũ enim Christus os eius obturauit, & linguam cõpescuit, ne loqueretur, sed etiã cum reprehendit, & obiurgauit, nam fieri potest, vt os alicui obturemus, ne loquatur, absque reprehensione, hæc vero oris obturatio facta est cum obiurgatione quadam aut per modum obiurgantis, ob causas in commẽtario expositas. Non quod vsus sit verbis increpatoriis distinctis ab iis, quibus os obturauit; non. n. alio vsus est verbo, quã illo (obmutesce) sed quod illud modo increpantis, & obiurgantis pronunciauerit. Illud. n. participium (dicens) indicat increpationem factam fuisse sequenti verbo. potest etiam hoc verbum Græcum aliam habere hoc loco significationem, nempe minus additis præcipere, sicut Matth. 12. præcepit eis, ne manifestum facerẽt eum. vbi idem est verbum Græcum; accommodatior tamẽ est interpretatio communis, quam secuti sumus, de hoc tamen verbo dicemus inferius Annot. 70.

Obmutesce.

COMMENTARIA.

VErbum est increpationis, & protestatis. increpationis quidem, quia increpandi modo dictum est, protestatis vero, quia virtutem dæmonis cohibuit, ne lingua hois illius vti posset amplius ad voces proferendas, quibus eum distinctius indicaret. Hoc. n. significat verbum (obmutesce) non. n. tantum indixit silentium, ne vellet plura de illo loqui, sed etiam potentiã dæmonis retinuit, ne tunc posset etiã si vellet; sicut mutus qui nec loquitur, nec loqui potest. Huius rei causas in Annotatione quære.

ANNOTATIO LX.

Quare Christus silẽtium imposuerit dæmoni.

DVo in hoc verbo inuestiganda sunt. vnum est, quare Dominus silentium imposuit dæmoni eum annuncianti, & cõfitenti. Sacri Doctores multa dicunt in hac parte. Primo Athanas. lib. de Synodis Arimini, & Seleuciæ id factum docet, quia suspectus est dæmon; & quamuis vera dicat, tamen intentio eius depravata est. Verba Athanasij sunt hæc. Hæreticus tametsi voces suas à sacris litteris mutuetur, nihilominus suspectus, animoq; corruptus audiet à Spiritu sancto, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Ita quoq; diabolo è Scripturis loquenti os à Domino obturatum est. Hæc ille. Secundo Chrysost. hom. 13. in Matth. huius silentij imposuit causam alteram profert, nimirum quia initium peccati fuit audisse dæmonem. Vnde prohibetur loqui etiam vera, qui tus est. Verba ipsius sunt hæc: quia inquit, primus homo hinc offendit Deum, legũque transgressus est, ex abundãti te docet, quod & si tibi non præuaricationem præcipiat, nec sic sit patiendum. Et quid dico præuaricationem? etiam si aliquid utile de mones iubeant, ne tunc quidem eos debes audire; sic enim illos dæmones loqui vetuit, qui eum Dei filium prædicabant. & Paulus idipsum inclamantes increpauit, quamuis utile erat, quod dicebatur, sed magis eos, magisq; dedecore afficiens, eorumque insidias detegens eorum ora clausit, & tacere præcepit. Hæc ille. Tertio, idem Chrysost. hom. 2 de Lazaro alias duas adiunxit causas. prior quę ordine tertia est, talis est, quia dæmones veris falsa admiscent, veraque dicũt, vt sibi in falsis fidem concilient, idcirco audiendi non sunt. posterior est ordine quarta, quia infamis est dæmon, & officium non suum vsurpat; Apostolorum enim est Christum prædicare, & annunciare, non dæmonum. verba Chrysostomi sunt hæc: Paulus dæmonibus vera dicentibus imposuit silentium, ne ex veris nacti occasionem post admiscerent mendacia, fidemq; sibi conciliarẽt; cum enim dixissent, isti homines serui Dei Altissimi sunt, annunciantes vobis viam salutis; indignatus Apostolus silẽtium imposuit spiritui Pythonico, atque exire iussit, & tamen quid mali dicebant? sed quoniam pleriq; simpliciores non norunt eum per diiudicare, quę à dæmonibus dicũtur, semel eos exclusit à fide. Ex infamium numero es, inquit, non est tuũ libere loqui, tace, obmutesce, non est tuum prædicare, Apostolorum ista est auctoritas, quid vsurpas, quod tuũ nõ est? sile, infamis esto. Sic & Christ⁹, dicẽtes ipsi dæmones, nouimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

te quis sis, increpauit multa cum acrimonia, nobis legem præscribens, ne quo pacto dæmoni fidamus, etiam si tibi, quod verum est, dixerit. Hæc ille. Hæc vtraque causa est etiam Athanas. in orat. 1. contra Arianos, cuius verba sunt ista: Dæmonibus ora obturabar, tametsi verum esset, quod ab eis diceretur, tu es filius Dei. Noluit autem per os impurum veritatem annunciari, multo minus per illos, ne per hanc occasionem admiscentes zizania suę malæ voluntatis superseminarent, quo homines in somnis essent. Hæc ille. Quinto loco Beda aliam adfert causam, quæ talis est, ne Christi manifestatio passioni eius esset nocumento. ob quam etiam causam Apostoli iubentur reticere, ne diuina maiestate prædicata passionis dispensatio differretur. Sexto loco quidam recentiores id factum putant, ne occultam cum Dæmone putaretur habere pactionem. Hæc tamen ratio si quid roboris haberet, probaret potius silentium imponendum esse illi, ne quicquam loqueretur; quod tamen non est impositum: nam permissum illi est confiteri Christum sanctum Dei esse. Dicendum igitur est, Christum Dæmonem obmutescere fecisse, ne annuncia ret eum esse Messiam, & Christum, quem Iudæi spectabant; noluit enim Christus hoc à dæmonibus annunciatum, non solum ob causas prædictas, sed etiam ne ante tempus Iudæi arriperent occasionem accusandi Christum apud Gentes, vt diximus diffusius in Annotat. LXXV. Alterum hoc loco inuestigandum est, nempe quare permisit Christus dæmonem loqui, & postea obmutescere iussit, & non potius omnino fecit, ne loqueretur. Respondeo id factum primo quidem, vt imperium quod in dæmones exercebat, manifestaret, eoq; facto se à Deo esse indicaret contra Iudęos incredulos, qui cum cum Demonio pactum habere, blasphemantes dicebant; tũc enim Christi potestas magis declarabatur, quando dæmoni se per loquelam manifestanti, & supplicanti imperabat. Secundo ex Ireuæo lib. 4. cap. 14. vt veritas diuina eo magis comprobaretur, cum ab aduersariis, & inimicis accipit testimoniũ: illa, inquit, vera, & sine contradictione probatio, quæ etiam ab aduersariis ipsis singula testificationis profert: & paulo inferius. Accipiens inquit testimonium: quoniam vere homo, & quoniam vere Deus est, a Patre, à Spiritu sancto ab Angelis, ab ipsa conditione, ab hominibus, ab Apostaticis spiritibus, & ab erroneis, & ab inimico, & nouissime ab ipsa morte. Hæc ille. Idem docuit Gregorius Nazian. orat. 1. cõtra Iulianum, quæ ordine tertia est: Dæmones, inquit, inuiti Iesum confitentur, atque per contraria, quo plus fidei, & auctoritatis habeat, veritas demonstratur. Adiungit quandam aliam causam peculiarem Iuliano, vt scilicet illius impietatẽ diuina prouidentia compesceret, quæ etiã idololatris communis est.

Quare Christus permisit loq; quæ postea ꝛ-bibuit.

Et exi ab eo.

COMMENTARIA.

NOn solum loquelam vetuit, sed exire ab hominis corpore, liberumq; eum relinquere Christus Dæmoni imperauit. potuit enim etiam loquendi facultate ablata adhuc in homine permanere, ideo nouum præceptum Christus adiunxit, vt egrederetur ab illo.

ANNOTATIO LXI.

POsset quispiam non irrationabiliter dubitare, an verbum hoc Saluatoris, præter significationem vocis habuerit virtutem expellendi Dæmonem. ut non solum verbum hoc significatiuum, sed motiuum etiam, seu operatiuum fuerit. in cuius gratiam aduerte. Christũ imperio vsum fuisse tam erga irrationalia, seu sensus experti, quam erga rationalia; legimus enim imperasse ventis, & mari, vt quiescerent; febri, vt dimitteret ægrotum; & surdis auribus, vt aperirentur; & cæci, vt arefieret, quæ omnia insensibilia sunt, & vocum significationem percipere non possunt; similiter dæmonibus imperauit, vt à corporibus hominum exirent, qui quidem præceptum intelligebant. Illud prius præceptum nemo dubitat, non tam significatione, quam virtute operatum esse; dum enim Christus loquebatur uirtute, & potentia suæ diuinitatis, per verbum illud, tanquã per quoddam instrumentum operabatur, & ventos ac mare sedabat, febrim expellebat,

Quale fuerit hoc Christi præceptũ, qui etiam irrationabilib. imperabat.

bat, & aures aperiebat. At de posteriori nunc querimus, an etiam fuerit operatiuũ sic, vt dæmon egressus sit, non voluntate sua quasi obediens verbo Christi, sed coactę, quasi ui expulsus à Christo. Et quamuis dici posset hoc modo exisse, nimirum non uoluntarie se mouens, & à corpore egrediens, sed expulsus, virtuteq; diuinitatis actus, ac renuens, sicut homo inuitus, & coactus expellitur è loco quodam ab altero homine; tamen probabilius dicitur non sic exisse, sed propria uirtute se mouisse, & deseruisse corpus illud, volentem quidem absoluta voluntate, nolentem tamen voluntate conditionata: sicut seruus obediens Domino facit multa voluntate absoluta, quæ tamen nollet facere, vnde inuitus ea efficit. Sic dæmon Christo Domino iubente discessit, volens quidem absolute discedere, inuitus tamen, quia nollet; inductus autem est timore præcipientis maiestatis, sicut seruus timore facit, quæ iubet Dominus. Aliter ergo Christi imperium se habebat erga insensibilia, aliter erga rationalia, & quæ virtute intelligentiæ prædita erant, vti dictum est, & inferius plura de hoc dicemus.

Et cum proiecisset illum Dęmoniũ in medium, exijt ab illo.

COMMENTARIA.

VErbo Christi obediens Dæmon exiuit ab homine illo, prius tamen eum proiecit. & iactauit à loco in quo erat, in alium nioleto impetu; quod quidem permisit Dominus, ut magis manifestaretur dæmoniũ, quo ille homo opprimebatur, inuitum, & coactum exire, sicq; uirtus sanantis, & liberantis agnosceretur; atq; etiam, ut uerbum illud (scio, quia sis sanctus Dei) non hominis, sed dæmonis esse, ostenderetur.

ANNOTATIO LXII.

Quæ Doctores fuerint verba ex posuerit.

NOnnulla adnotanda hoc in loco occurrunt. primo quidem Titus Bostrenus illud (proiecisset in medium) interpretatur pro eo, quod est, fudisse in terram, seu strauisse solo. Hoc tamen significatio verborũ non probat, sed potius proiecisse in mediũ non aliud esse, quam vi, & impetu quodã hominem iactasse, & expulisse à loco in quo erat, in alium distantem, quod fieri potuit etiam si non strauerit solo. Secundo Marcus duo addidit verba, nimirum dæmonem exisse, exclamãdo voce magna, & discerpendo hominem. Quod autem ad clamorem attinet, non est intelligendum, Dæmonem locutum aliquid fuisse, nam iussu, & imperio Christi obmutescebat, sed vt notat Euthymius Mar. 1. inarticulatas voces, & stridorem edidit, quod etiam muti faciunt; exclamauit autem quia inuitus, & coactus exibat. Quod autem ad discerptionem spectat, Euthymius Mar. 1. existimat idem significasse discerpere apud Marcum, quod apud Lucam, in medium proijcere. Quæ sententia fuit etiam Augustini lib. 4. de consen. Euang. c. 2. Non tamen satis accommodate hoc dici posse videtur, cum longe aliud sit discerpere hominem, aliud in medium proijcere, vnumq; absq; altero fieri valeat. rectius igitur ea distincta esse affirmamus, & vtrumque factum esse asserimus: nam dæmon ille hominem discerpsit, & proiecit in medium. Tertio, non eodem modo discerptionem hãc interpretantur Doctores, Augustinus enim loco allegato interpretatur iactationem quãdam membrorum atque uexationem, arte staturque aliquos codices loco illius (discerpens) habere (contexans) Euthymius vero discerptionem dicit fuisse proiectionem illam in medium. Victor autem Antiochenus discerpsisse asserit idem fuisse, ac huc, illucq; iactasse, & in terram fudisse. At cum verbi significatio sit manifesta, nam tam Græcum quam Latinum verbum idem significat, quod lacerare, seu dilaniare, non debet confundi cum uerbo proiiciendi, seu iactandi. existimo ergo ad vestimenta debere referri lacerationem hanc, seu dilaniationem; per quandam enim figuram continentis pro contento dicimus hominem dilaniasse, qui uestes eius, quibus indutus erat, lacerauit. discerpsit ergo dæmon hominem non quidem corpore, sed vestimento, propterea enim addidit Euangelista (& nihil illi nocuit) vt statim explicabitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nihilque illum nocuit.

COMMENTARIA.

NVllum corpori nocumentum intulit dæmon, quamuis hominem discerpserit, & in medium proiecerit. Solent enim cum à corporibus dæmonia expelluntur, in mẽbris, aut in viribus, aut in sensibus nocere permitti, vt ex historia Euangelica constat; hoc autem cum homine isto facere nõ est dæmonio permissum, sed id tantum, vt hominem proijceret, & discerperet, quo demonstraretur proijcientis malitia; nocere vero corpori non potuit, vt appareret expellentis potentia.

ANNOTATIO LXIII.

Quo Lucas & Marcus in hac sẽtentia cõueniunt.

AVgustinus lib. 4. de consen. Euangel. cap. 2. concordans locum Mar. 1. in quo dæmon dicitur discerpsisse hominẽ, cum hoc Lucæ, vbi nihil illi nocuisse asseritur, inquit, sic nihil nocuisse dicitur, quia illa iactatio membrorum atque uexatio non debilitauit hominem, sicut solent exire demonia etiam quibusdam membris amota vexatione elisis. Hæc Augustinus. Victor Antiochenus Mar. 1 aliter concordat; dicit enim hominem vexatum fuisse, & iactatum humo, nec grauiter sauciatum, & hoc Lucam referre. facilius autem respondere possumus, vti supra dictum est, discerptionem non in corpore, sed in vestibus fuisse factam; Lucas vero de nocumento corporis locutus est, quando scripsit, nihil illi nocuisse. Aduertendum autem est Christum miracula quidem fecisse, corporibus vtilia, præcipue tamen intendisse animarum salutem, quæ erat per fidem in ipsum, idcirco permittebat aliquando Dæmonibus, ut eiecti à corporibus, nocumenta quædam illis inferrent, à quibus ipse postea ea sanabat, vt aduersarij potentia, & malitia manifestata, virtus diuinitatis ipsius sanantis agnosceretur.

Et factus est pauor in omnibus.

COMMENTARIA.

PAuor est quidam timor rei magnitudine intellectum dimouens, vt nesciat inuenire rationem, & causam ipsius; quo pauore omnes, qui tunc, cum Christus dæmonem eiiceret, aderant, correpti fuere; timuerũt enim in præsentia tantæ virtutis, & potentiæ, quanta apparebat in Christo, & eorum mentes confusæ sunt, ignorantes, unde, aut qui esset, qui tali, ac tanta virtute pollebat. Fuit autẽ pauor hic non tam uoluntarie ab illis excitatus, quam ipsius facti nouitate, ac magnitudine ingestus, ideo dicitur, factus est pauor in omnibus.

ANNOTATIO LXIV.

Pauor addit super timorem, & admirationem.

QVod Lucas nunc dicit (pauor factus est in omnibus) Marcus significauit verbis hisce (& mirati sunt omnes) non enim hæc diuersa sunt, quod ex Græcis verbis manifestius est: nam Lucas vsus est nomine θάμβος Marcus uero verbo θαμβέω, quasi Latine diceremus (& expauerunt omnes) est autem pauor plusquam timor, & quam admiratio. plus quidem quam timor, quia non semper timor mentem mouet a loco, ut nesciat timens, rei quæ timetur, inuenire rationem: hoc vero pauor facit. Plus etiam est quam admiratio, quia hæc non semper est cum timore, & metu, pauor autem vtrumque concludit. expauerunt ergo isti, quia timuerunt maiestatis, & potentiæ magnitudinem, sicut timere solent minores, & infirmiores in præsentia maiorum, & fortiorum, ne si bi ab eis aliquid mali inferatur, cui non valent resistere; eo maxime, quod sibi suorum peccatorum conscii erant. unde autem tanta maiestas, ac potentia esset, causam non inueniebant, ideo pauor fuit super eos.

Et colloquebantur ad inuicem dicentes.

COMMENTARIA.

PRoprium est horum, qui timent, & rei rationem ignorant, mutuis vti interrogationibus; singuli enim metu perculsi sperant ab aliis ignoratæ rei inuenire cognitionem, qua sibi consulere valeant; inuicem ergo, qui expauerunt, loquuntur, & dicunt, vnus ad alium.

ANNOTATIO LXV.

MArci verba indicant, hanc sententiam sic continuari debere, nempe pauor fuit in omnibus, ita vt colloquerentur inuicem, & dicerent; sic enim habet Marcus, & mirati sunt omnes, ita vt conquirerent inter se dicentes. quibus verbis significatur, tantum fuisse pauorem, vt eo impellerentur ad mutuas interrogationes, quibus rationem facti inuestigarent, ut in commentario dictum est.

Quod est hoc verbum? quia in potestate, & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt.

COMMENTARIA.

MAgnitudinem operis admirantes, & pauentes dicunt, quod est hoc verbum? id est, magnum, & inscrutabile opus hoc est, cuius causam, & rationem assequi non possumus. Explicant autem opus hoc, nempe quod immundis spiritibus potestate, id est, auctoritate, tanquam dominus imperat; nec sola potestate, & auctoritate, sed etiam virtute, & potentia, nã ad imperium eius illi exeunt. Non semper potestas, & auctoritas virtuti est coniuncta, cõtingit enim homines aliquid imperare auctoritate, carere tamen virtute, & potẽtia, vt quod imperant, efficiatur; sæpe etiam virtus est sine auctoritate, & potestate; nam hominibus conceditur virtus, miracula, aut aliquid aliud faciendi nõ ex dominio, sed ex ministerio; at Christus auctoritate, seu potestate, & virtute miracula operabatur, & immundos expellebat spiritus, quasi Dominus, & quasi potens, ideirco hoc admirantur Iudæi, aç pauent.

ANNOTATIO LXVI.

Quid per verbum hoc loco sit intelligendum.

THeophylactus (verbum) interpretatur sermonem illum, quo vsus est Christus, dicens (obmutesce, & exi ab illo) ut sit sensus, qualis, & quam potens est sermo iste, quod imperat dæmonibus, & exeunt? hac relata expositione, adfert etiam aliam Euthymius Mar. 1. quam recipiunt quidam recentiores (verbum) doctrinam Euãgelicam interpretantes, quasi hi admirarentur, quod eam tanta virtus comitaretur, ac tanta docentis potestate comprobaretur. vtramq; expositionem verba Marci refutare videntur, sic enim habet. Quidnam est hoc? & quænam doctrina hæc nouа? Quia in potestate spiritibus immũdis imperat, & obediunt ei. Quibus verbis prior expositio non videtur accommodata: illud namque (quid est hoc?) non sermonem, sed factum ipsum indicat, & his respondet, quod dicit Lucas, quod est hoc verbum? similiter posterior interpretatio reijcitur: nam aliud est illud (quæ doctrina hæc nouа? quod Lucas tacuit, & solum meminit, illius (quid est hoc?) Est igitur tertia expositio Victoris Antiocheni Mar. 1. qui ad factum ipsum refert, ut in cõmentario dictum est; phrasis enim est Hebræa verbum pro facto, & opere vsurpare, vt adnotauimus sæpe, & maxime super illa verba superiora (videamus hoc verbũ, quod factum est, quod fecit Deus.) Dicitur autem Christus in virtute Spiritus eijcere, ad distinctionem magorum, & corũ, qui ex dæmonum pacto eosdem expellũt: Christus vero virtute eijciebat eos. Dicitur autem in potestate, quia non ut Prophetæ, & Sancti homines, tanquam ministri Dei, at Christus ut Deus, & Dominus eos exire imperabat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

COMMENTARIA.

VErba Marci locum hunc explicant: processit, inquit, rumor eius statim in omnem regionem Galilææ. Tam præclaro, & insolito facto nomen Christi diuulgabatur per totã illam regionem Galilææ, in qua gestũ fuit. Dicitur autem (statim) quia breuissime per totam regionem fama percrebuit.

Surgens autem IESVS de Synagoga introiuit in domum Simonis.

COMMENTARIA.

POst miraculum præcedens protinus hoc subsecutum est; egressus enim Christus de Synagoga Capharnaum, vbi hominem à dæmone obsessum liberauerat, in domum Simonis se recepit, vt cibo corpus reficeret, vbi socrui Simonis febri laboranti sanitatem restituit, vt in sequentibus narratur.

ANNOTATIO LXVII.

Series historiæ texitur.

HIstoriæ contextus, vt ex Marco constat, talis est. Præteriens IESVS Mare Galilææ, vidit duos fratres Simonem, & Andream mittentes retia in mare, & vocauit eos; illi autem relictis retibus secuti sunt eum, & progressus pusillum vidit Iacobum, & Ioannem eius fratrem, qui vocati secuti etiam sunt eum. post hęc cum illis venit Capharnaum, ibique in Synagoga hunc obsessum à dæmone liberauit, protinus autem inde egressus cum prędictis Discipulis, Simonis domum ingreditur, vbi miraculum sequens operatus est, quod Marcus significat dicens: protinus egredientes de Synagoga venerunt in domum Simonis, & Andreæ cum Iacobo, & Ioanne, quod eodem die gestum esse cum præcedenti manifestum est. Hinc constat Matth. c. 8. narrantem hoc miraculum post Centurionis historiam, quam Lucas refert cap. 7. non seruasse ordinem temporis, sed postposuisse, quod prius factum erat, vt solent Euangelistæ aliquando facere. Victor Antiochenus ciui sumendi causa se in domum Simonis Christum recepisse affirmat, id quod confirmat subsecutus effectus; nam ibi à socru Simonis illi ministratum est. Commendat autem Ambros. lib. de Viduis, Saluatoris clementiam, & humilitatem, qui vilis, inquit tugurij penetralia non est dedignatus succedere. Marcus cap. 1. non solius Petri, seu Simonis, sed etiam Andreę domum hanc vocat. Vbi insurgunt duæ difficultates, quarum prior est, cum Simon, & Andreas essent de Bethsaida, vt constat Ioan. 1. quæ media est inter Capharnaum, & Magdalũ, qua ratione domus eorum dicitur fuisse in Capharnaum. Quidam recentiores hanc domum non in Capharnaum, sed in Bethsaida asserunt extitisse, sic enim historiam nectunt, vt Dominus postquam in Synagoga Capharnaum hominem obsessum à dæmone liberauit, profectus sit in Bethsaida, & ibi domum Simonis, & Andreæ fuerit ingressus. ad hoc autem affirmandum inducti sunt prędicto argumento, quod Simon, & Andreas erant de Ciuitate Bethsaida. Huic tamen sententiæ obstare videtur verba Euangelistæ, sic. n. habet: surgens Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis, quod etiam refert Marcus. Quæ verba significant nõ in aliam Ciuitatem profectum tunc esse, sed ex Synagoga in domum illam se recepisse. Est autem argumentum efficax contra eum sententiam: nam quando hoc miraculum in Synagoga fecit, erat Sabbatum, vt constat ex antecedentibus; egressus igitur non potuit venire Bethsaida, nam Sabbato non poterat confici iter, nisi ad vnicum milliare, quod dicebatur iter Sabbati: Bethsaida autẽ multo distãtior erat à Capharnaum. nec argumentum recentiorum alicuius momenti est, nam & Christus domum habuit in Nazareth, vbi conceptus, & nutritus est; postea vero habitauit in Capharnaum, vt habetur Matth. 4. sic & Simon, & Andreas, licet nati essent, & educati in Bethsaida, tamen domum habitationis habere potuerunt in Capharnaum, quod probabile facit, quia cum piscatores essent, eum locum habitationis elegerunt, qui erat vicinior mari, qualis erat Ciuitas Capharnaum, etsi enim

Dominus hac Simonis nõ in Bethsaida, sed in Capharnaum erat.

enim Bethsaida nõ multum distaret à mari Galilææ, tamen Capharnaum erat multo vicinior, vt pote ad littus sita. quam sententiam secuti sunt quidam alij recentiores, & probabilitate non caret. Mihi tamẽ probabilius dicendum videtur, domũ hãc non fuisse Simonis, & Andreæ propriam, sed socrus Simonis. in eam tamẽ eos recipere solitos fuisse, quoties in Capharnaum diuertebant propter affinitatem. vnde dicta est domus eorum, quantum ad habitationem: propria tamen eorum domus erat in Bethsaida. Hæc sententia conformis est traditioni Epiphanij, qui hær. 51. refert Petrum a Bethsaida fuisse, tamen vxorem duxisse à Capharnaum. vnde socrũ illius ibi sanauit Christus à febri. Posterior difficultas est, quomodo dicta sit domus eorum, si iam reliquerãt omnia. Huic facile responderi posset iuxta id, quod proxime diximus, nimirum domum hanc nõ propriam illorum fuisse, sed socrus Simonis. Quod si propria erat eorum, dici potest eos reliquisse omnia, quantum ad proprietatem, non autem quantum ad vsum: nam & post Resurrectionem retibus vsi sunt.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.

COMMENTARIA.

PRosequitur Euangelista miraculi historiam, describitq; personam, & miraculi materia. causa cibi sumendi diuerterat, sed quæ ministratura erat, decumbebat infirma. Socrus, inquit, Simonis magnis febribus tenebatur. Socrus autem Simonis dicitur, cuius filiam Simõ, priusquam à Christo vocatus esset, duxerat vxorem, quæ teneri febribus magnis dicitur, quia cogebatur decumbere præ morbi grauitate, nec ministrare poterat.

Interũ est an hoc tẽpore viueret uxor Petri.

ANNOTATIO LXVIII.

TErtullianus lib. de Monogamia, à nomine socrus deducit Petrum fuisse vxoratum: agnosco, inquit Petrum maritũ per socrum: quod etiã recipit Hieronym. lib. 1 aduersus Iouenianum: Socrus enim nomen est affinitatis, quæ ex matrimonio ortum habet. An autem eo tunc temporis superstes esset vxor, Hieronymus negare videtur; Clemens vero Alex. lib. 7. stromatum affirmat, dicens eam postea pro Christo martyrium subiisse. Socrum hanc inter viduas. Ambros. lib. de Viduis, numerat, quia tunc, cum sanata est, vidua erat. Hæc nunc attigisse sit satis.

Et rogauerunt illum pro ea.

COMMENTARIA.

NOn tantum ex fide, & proximi dilectione preces hę emanabãt, sed etiam ex quadam necessitate; credebant quidem, qui rogarunt, potuisse Christum illam à febribus liberare, & affectu dilectionis, quo eam prosequebantur, sanitatem illi optabãt. præter hæc tamen cum nõ haberent, qui mensæ ministraret, necessitate quadam compulsi rogauerunt pro ipsa. tales preces Dominus exaudiuit, quãdo expedire nouit. Bonum igitur est, & Deo gratum, preces pro infirmis ad Deum fundere, pro sanitate illorum impetranda, tunc maxime, quando sanitas honesto fine desideratur.

ANNOTATIO LXIX.

MArcus addit (statim dicunt de ea) id est, certiorem faciunt Dominum de infirmitate socrus, quæ erat ministratura, & pro ea rogarunt, vt dicit Lucas. Ambrosius autem lib. de Viduis, eos, qui nunc rogasse dicuntur, Simonem, & Andream fuisse testatur, quod verum est, si tamen alios non excludamus. cum enim ex Marco constet, Dominum non cum solis his duobus sed etiam cum Iacobo, & Ioanne domum illã ingressum esse, probabile est eos oẽs discipulos pro illa rogasse. Athan. vero orat. 4. contra Arianos, causam precũ insinuat, nimirum necessitatẽ ministerij: necessitas, inquit, requirebat vt Dominus socrum Petri febrientem excitaret. quod etiam asserit Victor Antiochen. Marc. 1.

Et stans super illam.

COMMENTARIA.

ANnuit precibus Discipulorum Dominus, & sanaturus eam, adstitit super illam, id est, accessit decũbenti, ac inflexo corpore manum eius apprehendit, erigens eam, hoc. n. Marcus explicuit dicens, accedens eleuauit eam manu eius apprehensa; non enim manus iacentis tangi potuit, nisi Christo se inclinante, & corpus flectente, & hoc est, quod dicitur (stans super eam) noluit enim absentem sanare, cum posset, sed præsentem, vt sic illius fidem magis sibi conciliaret; sic enim illa ignorare non poterat se imperio Christi sanitatem recepisse.

Imperauit febri, & dimisit illam.

COMMENTARIA.

NOn vtitur precibus, ne reputetur simplex quidam Propheta, aut purus homo, sed imperio, vt creda tur Deus, & Dominus, qui verbi sui virtute omnia operatur, & mouet; quod rei probauit euentus; nã ad Domini imperium recessit febris, & restituta est sanitas.

ANNOTATIO LXX.

An vere legẽdum sit imperauit, an vero: increpauit

VErbum (imperauit) Græce ἐπετίμησε, illud idem est, quo paulo superius vsus est Euangelista dicens (increpauit illũ IESVS dicens, obmutesce) quod quidem varie vulgatus interpretatur: nam prædicto loco, & Matth. 16. vbi idem est Græcũ verbum; vertit verbo increpandi: cœpit, inquit, Petrus, increpare illum. alijs tamẽ in locis idem verbum interpretans vtitur verbo imperandi, aut præcipiendi, nam Matth. 8. habetur imperauit ventis, & mari, & Matth. 12. præcepit eis, ne manifestũ eum facerent. in omnibus autem his locis Græce idem est verbum. Hoc ergo in loco interpretatus est (imperauit) sicque Ambrosius lib. de Viduis, legit. Euthym. autem non solum explicat iuxta hanc significationem, sed etiam censet non esse explicandum verbo increpandi; eamq; significationem cum vulgato secuti sumus in commentario. quidam vero recentiores idem verbum retinentes legunt etiam in hoc loco (increpauit febrim) & re vera verbum Græcum ἐπετίμησε, plus indicat, quam Latinum (præcepit) aut (imperauit) nempe comminando præcipere, ut Matth. 12. præcepit, inquit, eis, ne eum manifestũ facerent, id est, (additis minis iussit) aut cũ quadam reprehẽsione aliquid dicere, quomodo Matth. 16 dicitur, Petrus increpasse Christum: aut cum obiurgatione iubere, vti paulo superius dicitur: increpauit eum dicens, obmutesce. quæ etiam significatio huic loco accõmodari potest. quod si quis obijciat, quæ increpatio fieri potuit febri sensus incapaci? Respondeo primo: si ea obiectio efficax esset, nec etiam esset febri imperandum; nam nec voces imperantis percipere valuit febris. Secundo, quia verbum Christi non tantum significatiuum, sed etiam virtuosum, & potens erat, idcir eo verbis potuit febrim expellere, & insensibilia mutare: non ergo vtebatur hoc imperio, vt febris, aut insensibilia perciperẽt significationem, sed vt ea verbi virtute videntes excitarentur, & noscerent potestatem, & dominium, talia verba proferentis: significabant ergo verba hæc hominibus; operabantur vero in rebus insensibilibus. Iuxta hoc tertio dico, Christum increpasse febrim, vt significaret hominibus audientibus huiusmodi mala, ac infirmitates culpa hominis emanasse; non enim sic Deus hominem à principio fecit, sed ipse talem se reddidit peccato suo; increpatio igitur febris culpam, & causam respexit; virtus autem verbi illam expulit, ac sanitatem restituit.

Et continuo surgens ministrabat illis.

COMMENTARIA.

VIrtus diuina eo se prodidit, quod magnis febribus detentam, verbo solo, & tactu tam celeriter, tamq; perfecte sanauit, vt continuo mensæ ministrare posset, & quæ ad cibum necessaria erant præparare. Apparet in his verbis miraculi occasio, vt supra dixi-

diximus, nempe necessitas quædam ministrandi. Exemplumque datur in firmis, vt Victor Antiochenus notauit, ne sanitatis beneficium aut præpostere à Deo expetant, verum eo præcipue animo, vt sanitatem iam adepti præceptis illius accuratius pareant: sanctisque eiusdem necessaria vitæ præsidia facilius submministrare valeãt.

Cum autem sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum.

COMMENTARIA.

EOdem die Sabbati. quo vtrunq; miraculum narratũ edidit Christus; post occasum vero Solis multi infirmi variis languoribus affecti ducũtur ad eum à parentibus, amicis, familiaribus, alijsue personis, vt sanentur ab illo. Nõ temere autem tempus notatur, post Solis nempe occasum; Iudæis enim illis persuasum erat Sabbatis curare fas non esse, sed & Iudæorum proceres idipsum turbis vitio dabant Luc. 13. dicentes, sex dies sunt in quibus oportet operari. in his ergo venite, & curamini, non in die Sabbati, eo nunc maxime, quia opus quoddã corporis miscebatur, quo infirmi, & debiles, à recte valentibus portabãtur: eius ergo rei causa Sabbati finem expectarũt; post Solis enim occasum opus quoduis exercere licebat.

ANNOTATIO LXXI.

Verba hæc iuxta Lucę, & Marci Euangelia exponũtur.

MArcus cap. 1 sic habet (vespere autem facto, cum occidisset Sol, afferebant ad eum omnes male habentes) quod vt notat Augustinus lib. 2. de consen. Euan. ca. 22. iudicat, hæc, quæ sequuntur, ad eiusdem diei tempus pertinere, in quo socrus Petri sanata est. vbi notandum est, non superfluc additum esse priori verbo (vespere facto) illud posterius (cum occidisset Sol) vt enim notauimus in commentarijs in Ioan. cap. 13. annotat. 4. duplex erat vesper apud Iudæos. vnum, quod paulo post meridiem est, quod nos appellamus hora vesperarum. alterum post Solis occasum. idcirco Marcus adiecit (cum Sol occidisset) vt de posteriori vespere se loqui significaret; illud enim prius ad diem Sabbati spectabat, in quo operari non licebat. causam autem in commẽtario expositam, cur post Solis occasum infirmi sint ad Christum adducti, adfert Victor Antiochenus Mar. 1. vbi respondet etiam obiectioni cuidam, nempe, cur Discipuli Domini ante Solis occasum sanitatem, seu curationem petierunt pro socru Simonis. ad quã obiectionem sic inquit Christi Discipuli, qui nonnullos iam in fide progressus habebant, vesperam non expectata, Iesum, vt Petri socrum à morbo exsuscitet rogant. Hæc ille. Marcus multitudinem hanc infirmorum, & eorum, qui simul venerant cum eis, sic explicat: afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes, & erat omnis Ciuitas congregata ad ianuam, scilicet domus illius, ad quam diuerterat.

At ille singulis manus imponens curabat eos.

COMMENTARIA.

QVi poterat sola voluntate curare, manus impositione vsus est, vt distinctius omnes agnoscerent medicum, à quo sanabantur; quia etiam de causa nõ simul omnes verbo vno, sed singulis manum imponens sanitatem restituebat; sic etiam eis clementiorem se exhibebat; simulque significabat vnumquemque beneficio accepto ita deobligatum manere, ac gratũ se debere benefactori præstare, ac si solus ipse beneficium recepisset; vitium enim hominum est frequens, minus obligatos se agnoscere beneficijs, quę alijs etiam conferuntur, quasi maior liberalitas conferentis minus obliget recipientes, cum potius id debeat eos efficere magis gratos.

ANNOTATIO LXXII.

MAtthæus cap. 8. hanc referens historiam citat testimonium Isaiæ 53. sic enim habet, vespere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & ejiciebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciebat spiritus verbo,& omnes male habẽtes curauit,vt adimpleretur,quod dictum est per Isaiam,ipse infirmitates nostras accepit,& ægrotationes nostras portauit. in cuius loci explicatione non immorabor, quia non ad nostra commentaria in Lucã ea verba pertinent.

Exibant autem à multis dæmonia clamantia.

COMMENTARIA.

VT ex Marco constat, non tantũ male habentes, sed etiam à dæmonibus obsessi afferebantur ad Christum, qui varijs languoribus affectos curabat, & dæmonia à corporibus eij ciebat; exibant autem dæmones virtute ac potentia Christi oppressi, ac coacti,clamantes, & clamore ipso testificãtes se inuitos à corporibus, quæ obsidebãt,expelli. Dicit autem(à multis) quia non omnia dæmonia, quæ Christus tunc expulit, clamabant,ipsumque confitebantur.

Et dicentia,quia tu es filius Dei.

COMMENTARIA.

COnfitẽtur dæmones eiecti(Christum filium Dei,tum timore, ne grauiori pœna ab ipso afficiantur: tũ superbia, ne ab homine puro videãtur expelli,ac superari. Malunt enim veritatem confiteri, quam ab illa excellentia, quam apud homines ambitiose, & superbe experunt, vel minimum deturbari; minoris autem fieri sibi videbantur,si ab eo, qui Deus non erat, inuiti ejicerentur. Hæc autem verba per ora eorũdem hominum,à quibus exibant; loquebantur.

ANNOTATIO LXXIII.

Verba et verũ sint mas gis declaranur.

PRiorem causam confessionis huius dæmonum tradit Augustinus tract. 10. in Epistolam Ioannis,nempe timorem,nam confitebantur eum esse filium Dei, vt ab eis discederet. Idem etiam dicit serm.33. de verbis Apostoli. Quod autem ad litteræ spectat.Græca quædam exemplaria habẽt sic,(quia tu es Christus filius Dei) sicque legit Euthymius. Latina vero vulgata nõ habent illud (Christus) & existimo nullo modo legi debere, nam contradiceret verbum hoc sequenti sententiæ, non sinebat ea loqui, quia sciebant eum esse Christũ. quæ sententia indicat,dæmones non manifestasse eum esse Christum; licet enim idẽ sit filius Dei,qui Christus; tamen nomen Christi non pronunciauit dæmon, vt paulo post explicabitur. si ergo legeremus(tu es Christus) non esset verum, quod sequitur, prohibuisse dæmonibus, ne loquerentur eos scire illum esse Christum;idem enim est sensus, etiamsi eam sententiam causaliter exponamus:retinenda igitur est lectio vulgata,communis,cuius rationem sequenti Annotatione explicabimus.

Et increpans non sinebat ea loqui.

COMMENTARIA.

CHristus eorum superbiã, & malitiam increpans silentium imposuit, ne plura, quam quæ dicta sunt, loquerentur; nisi enim eos dæmones à loquendo prohibuisset, eum esse Christum, & Messiam à Iudæis expectatum,per ora illorum hominum palam,& expresse annunciassent,nõ quidem intentione recta,sed peruersa, vt prædicationis eius veritatem diminuerent, quasi à fallacibus dæmonibus annunciatam.

Quia sciebant eum esse Christum.

COMMENTARIA.

CAusa est hæc cur illis silentium imponebat,nẽpe, quia nouerant eum esse Christum.ne igitur veritas à fallacibus dæmonibus, & ante tempus prodiret, non sinebat eos loqui; non enim ab eis, nec tunc temporis ita manifeste annuncianda erat.

AN-

ANNOTATIO LXXIV.

Particula (ga) causam nõ declarationẽ importat.

GRæcus sermo ambiguus est particula γὰρ, Latine(quia)& declarationis est,& causæ si priori modo accipiatur, sensus est, præcedentibus sic connexus:nõ sinebat dæmonia loqui,hoc nimirũ,quod scirent eum esse Christum: si vero posteriori modo accipiatur, hæc sententia causa est præcedentis, nempe causa,cur non sinebat eos loqui, ea erat, quia illi nouerant eum esse Christum,sicut in Commẽtario explicatum est. Euthymius Marc.1. priorem videtur sequi sensum, cui etiam nonnulli ex recentioribus consentiunt;mihi tamen posterior accommodatior visus est;si enim dæmones hi dixissent, nos scimus te esse filium Dei,tunc quadraret expositio priornempe,non sinebat eos loqui hoc, quod scirent eum esse Christum,at non sic se habent illorum verba,sed dicũt, tu es filius Dei. dicendum ergo erat, non sinebat eos loqui ipsum esse Christum,sicut Matth.16.dictum est, (præcepit eis,ne cui dicerẽt, quoniam ipse esset Iesus Christus)vbi non dicitur(ne cui dicerent,quoniam scirẽt ipsum esse Iesum Christum.) verbum ergo illud(sciebãt)confirmat particulam illam,(quia)non declarationem, sed causam indicare.Hoc autem verũ est, siue vno, siue altero modo interpretemur, verba hæc in eundem incidere sensum: nam,dum causa assignatur, cur non sinebat dæmones loqui, nimirum, quia sciebant eum esse Christum, indicatur, quid sit id, quod non sinebat eos loqui,nimirum eum esse Christum. Est autem obseruatione dignum, ter dæmones Christum confessos esse. Primo quidem paulo superius,quando dæmon ille dixit: Scio te,quia sis Sanctus Dei. Secundo loco hoc, & Mar.1. quando plures dæmones confitebãtur,tu es filius Dei.Tertio Matt.8. Mar.5. & Luc.8.quando deprecabantur, vt permitteret eos abire in porcos, dicebantque (Iesu fili Dei Altissimi) nunquam tamen eos illum appellasse Christum, seu Messiã legimus. Immo,hoc est,quod superius loqui vetuit, quando dixit (obmutesce)& nunc cum dicitur,non sinebat eos loqui, additurq; causa,non,quia sciebant eum esse filium Dei, sed quia sciebant eum esse Christum. Quamuis autem re ipsa idem sit filius Dei, qui Christus, seu Messias; non tamen id erat confiteri eum esse filiũ Dei,& Christum,quod manifestant verba ipsa Euangelica;nam dæmonibus confitẽtibus illum filium Dei, vetitum est, nec eum Christum esse loquerentur, immo Matth.16.cum Petrus coram condiscipulis confessus esset vtrunque dicens, tu es Christus filius Dei viui:Christus ipse prohibuit illis prius,præcepit,inquit,discipulis suis, vt nemini dicerent,quia esset Iesus Christus. inuestiganda igitur sunt huius rei causa,& mysterium.Nemo autem, vti paulo ante diximus,ignorat,si rem ipsam consideremus, eundem esse, qui sanctus Dei,filiusque Dei ductus est,& Christum ipsum, qui diuersis rationibus his nominibus appellabatur,cum vnus,& idẽ esset. Hoc tamen erat discriminis. Primo quidem,quod Christi nomen erat cunctis Iudæis notius, & manifestius; omnes enim tam sapientes, quam insipientes in eum credebant, & futurum expectabant, quem Messiam,seu Christum appellabãt; eum autem filium Dei esse non omnes nouerant,quod satis indicauit ipse Christus, quando Matth.22. interrogauit Doctores illos Iudæos,Christus quando venerit, cuius filius est?volens probare eum, quem Messiam credebant,& sperabant, filium esse Dei,dicente Dauid in Spiritu: Dixit Dominus Domino meo.à principio etiã multi eum confitebantur Christum,& tamen nondum esse filium Dei intelligebant:nam & Martha, & Maria Christum scientes Ioan.11. non statim diuinitatem eius nouerunt, vnde illi dictum est,nonne dixi tibi, quia si credideris videbis gloriã Dei?eaque de causa illa insignis Petri confessio commendatur, quæ vtrumque complexa est: Tu es Christus filius Dei viui. Martha etiam, postquam à Christo edocta,& instructa est, protulit: Credidi,quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Hinc factum est,vt licet dæmones cõfessi essent illum filium Dei; non tamen propterea omnes intellexerint illum esse Christum,& Messiam,& maxime, quod nomina illa ab audientibus non ita perfecte intelligebantur, & poterant non Messiæ, sed prophetæ alicui assignari tribui.Secundo. Ex nomine Christi maiorem occasionem insequendi eum Iudæi acceperunt, quam ex nomine filij Dei; ex

Rationes ob quas Dominꝰ noluit à dæmonibus Christum nuncupari.

Dæmones tur le sum confessi nunq; Christus nuncupãrũt.

illo

Universidad de Deusto
Biblioteca

illo enim Christum Regem futurum sperabant, cum ideo Christum, id est, vnctũ dictum reputarent, quia regnum temporale adepturus esset. cui argumẽto illud est, quod Luc. 23. vt apud Pilatum deferrent, quod Regnum Cæsaris vsurpare tentasset, dixerunt. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse. Hoc vltimum verbum (Regẽ esse) addiderunt, vt significarent Pilato Gẽtili, qui se Christum dicit, consequenter asserere se Regem esse. Cõfirmat hoc, quod cum Ioan. 19. audisset Pilatus à Iudæis, Christum filium Dei se facere, timuit quidem, nec ausus est eum morti tradere, ac cũ iterũ audisset illum se Regẽ facere, nimirum, quia se esse Christum confitebatur, statuit eum occidere propter Cæsarẽ; vnde Matth 27. dixit. quid igitur faciam de Iesu Nazareno, qui dicitur Christus? & milites Regis insignia illudentes eum induerunt. Hæc est etiam causa, cur Iudæi Ioan. 10. cum iam audissent Christũ filium Dei esse, nondum sibi videbantur sufficientem habere causam perdendi eũ apud Præsidem Romanorum, idcirco accesserunt ei dicentes, quousque animam tollis? Si tu es Christus dic nobis palam. quorum dolos Christus intelligens, veritatem confessus est, se nempe filium Dei esse. ex quo illi deducere poterant, eum esse Christum, & Messiam; tamen ab ipso Christi nomine abstinuit. vnde nec illum accusare potuerunt. Patet igitur ex his causa, cur noluit Christus hoc nomine à dæmonibus manifestari, nempe quia hæc manifestatio erat Euangelica, & ad Apostolos spectabat, & quod maxime ad rem facit, ne ante tempus excitarent contra eum Iudæos, ministrarentque occasionem eum apud Gentes accusandi; ob id enim etiam Discipulis vetuit, vt supra diximus.

per os illius superius narrati hominis locutus est, dicens: Scio te, quia sis sanctus Dei; & nunc multi clamarunt, quia tu es filius Dei. Et quidem difficultas duas habet partes. vna est, an nouerit illum esse Christum, & Messiam. altera est an cognouerit esse filium verum, & naturalem Dei. Prior pars non habet magnam controuersiam, nempe Dæmonem nouisse Christum esse Messiam promissum) quod verba Euangelica satis aperte indicant nempe (sciebant eum esse Christum) idque ex miraculis, Scripturarum signis, & prædictionibus assequi potuit; dæmonibus enim Christi miracula admirabiliora erant, quam hominibus; propterea quod illi causas multarum rerum cum nossent, videbant omnem vim naturæ superare, esseque vera miracula. Præterea, quia illis erat manifestum, illa miracula non dæmonis, sed diuina virtute facta, quod hominibus non erat ita perspicuum, licet certum esse potuerit, cum ergo miraculis probaret Christus se esse Christum, & Messiam, id dæmon non ignorabat, quod nec hominibus ignorare licuit: nec potest dici Deum impedisse, ne Dæmon Christum agnosceret; de hoc enim impedimento non solum non constat, sed id potius Scriptura non fuisse testatur, cum legamus, quod dictum est de dæmonibus, nempe, sciebant eum esse Christum. Posterior autem pars est in controuersia posita, nempe, an nouerit Christum filium Dei esse. De qua re Hieronymus Matth. 8. refert quorundam sententiam, affirmantium, dæmones id nouisse; non autem Diabolum, qui inter eos maior, & princeps est; hic enim, vtpote nequior ignorauit, malitia maxime excæcante eum. quam sententiam ipse Hieronymus irridet, asseritque neminem illorum nouisse, omnes vero suspicatos fuisse. Verba Hieronymi sunt hæc: Ridicule putant quidam dæmones scire filium Dei, & Diabolum ignorasse, eo quod minoris malitiæ sint isti, quam ille, cuius satellites sunt, cum omnis scientia discipulorum ad magistrum referenda sit: & tam dæmones, quam Diabolus suspicati magis filium Dei, quam nosse intelligendi sunt; nemo enim Patrem nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Hæc Hieronymus. Cuius sententia si ponderetur, non videtur argumentis admo-

An dæmones nouerint Messiã esse Messiã.

ANNOTATIO LXXV.

An dæmones nouerint Deum esse Messiã.

DIfficultas grauis se offert, an Dæmon nouerit Christum. non loquimur autem de tempore ante tentationem. & Christi prædicationem, ac miracula; eo enim non nouit; sed sermo est de tempore post tentationem, & maxime postquam prædicare, & miracula facere cœpit, quando

An dæmones nouerint Christũ esse filiũ Dei.

admodum efficacibus confirmari; duabus enim rationibus vtitur contra opinionẽ recitatam. prior est, quæ ostendit, non posse Diabolum ignorare, quę inferiores dæmones sciunt, quia Diabolus, inquit, est magister, dæmones vero discipuli. non ergo ignorare potuit Diabolus, quod nouerunt dæmones. quæ ratio efficax esset, si scientia omnis dæmonum esset à Diabolo per doctrinam, aut disciplinam, aut reuelationem accepta. Hoc autem non ita est; naturalem enim scientiam omnes à Deo ipso immediate cum natura, & intellectu receperũt infusam. Acumine autem intellectus vnusquisque multa assequitur per se. vnde posset nosse minor, quæ non nouit maior; sicut discipuli multa norunt, quæ magistri ignorant, præter ea, quæ per disciplinam acceperunt. Posterior ratio Hieronymi est, quæ probat omnes suspicari quidem, sed neminem nosse. nemo, inquit, nouit Patrem, nisi cui voluerit Filius reuelare: at Filius nõ reuelauit dæmonibus Patrem: igitur non potuerunt nosse Filium. Nec hæc etiam ratio efficax est, fateor enim neminem nouisse Patrem, & Filium, nisi cui voluit filius reuelare; tamen dicimus Filium reuelasse se dæmonibus, non quidem infundẽdo lumen fidei, sicut viatoribus, nec per lumen glorię, sicut beatis, sed per miracula quæ fecit, & verba, quæ docuit illis non ignota; ex his enim dæmones suo aduti intellectu à Deo illis dato assecuti sunt illum esse filium Dei; simul etiam per Scripturas, & prophetias. quod August. lib. 9. ciui. cap. 21. fatetur dicens, Christum Dei filium manifestasse se dæmonibus, quantum ipse voluit, voluit autem quantum oportuit, oportuit vero quantum eis terrendis innotescendum fuit, ex quorum tyrannica, quam modo potestate fuerat liberaturus prædestinatos in suum Regnum: Innotuit autem dæmonibus non per id, quod est vita æterna, & lumen incommutabile, quod illuminat pios, cui viuendo per fidem, quæ in illo est, corda mundantur, sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta, & occultissima signa præsentiæ, quæ Angelicis sensibus etiam malignorum spirituum, potius quam infirmitati hominum possent esse conspicua. Hæc ex Augustino habentur, quibus ratio Hieronymi facile dissoluitur, firmaturque sententia, dæmones nouisse Christum Dei filium, Quam etiã antiqui, & graues patres amplexi sunt. Gregorius enim Nazianzenus orat. 2. in Pascha, quæ ordine est 42. exprobat Arianis eorum infidelitatem, dicens; dæmones nouisse Christum filium Dei, quod ipsi negabant: asserit autem dæmones id cognouisse ex doloribus, quos sentiebant, quando ab ipso fugabantur. Irenęus etiam lib 4 cap. 14. in eadem est opinione, scilicet dæmones nouisse Christum filium Dei. Ambrosius etiam lib. 3. de fide cap. 7. Gregorius etiam lib. 3. moral. cap. 11. asserit dæmones nouisse Christum filium Dei ex miraculis. at vero ex infirmitate carnis ignorasse postea, allegatque; loquitur autem Lucæ, quo constat eos tunc nouisse. Victor autem Antiochenus, quem supra retulimus, affirmat dæmones simulasse, se scire, tamen non sciebant certa cognitio eorum opinio, non visio, non fides erat, in ea tamen opinione nõ dubitabant, & forsan Hieronymus eam appellauit suspicionem. Quod autem dæmones nouerint filium Dei, illud mihi videtur satis efficaciter probare, quia Christus sufficientia argumenta dedit hominibus, quibus non solum possent, sed etiam deberent credere eum filium Dei. cum ergo ea argumẽta nota fuerit dæmonibus, nõ est cur ignorasse dicantur. Præterea cum nouerint eum esse Christum, & ex Scripturis, quæ illis cognitæ erant, deducatur certo, filium Dei Christum esse, dæmonibus profecto ea veritas patuit. Nec est cur quispiam obijcias, si dæmon nouit Christum esse, & filium Dei, qua ratione illum interfici procurauit; nam cum mortalem viderit, possęque mori, tentauit occidere, nescius illius mortem in eius ruinam esse præparatam; putabat enim salutem hominum impedire interficiendo, & laqueo suo comprehensus est, Deo id disponente.

Ratione confirmatur, quòd dæmones nouerint Christũ esse filiũ Dei.

Facta autem die, egressus ibat in desertum locum.

COMMENTARIA.

VEspere illius diei, in quo Christus in Synagoga hominẽ à dæmone

Universidad de Deusto
Biblioteca

mone obsessum liberauerat curauit infirmos, & eiecit dæmonia, de quibus proxime dictum est: mane facto, quod est principium diei sequentis, succedens vesperi, & nocti iam dictæ, egressus est Dominus è Ciuitate Capharnaum, & iuit in desertum locũ, vbi hominum habitatio nulla erat.

ANNOTATIO LXXVI.

De cõcordia Euãgelistarũ super his verbis.

MArcus capit. 1. habet (diluculo valde surgens, egressus est in desertum locum) Græce (Mane noctu valde surgens egressus est) hæc autem non contradicunt verbis Lucæ; sic enim Euthymius cõciliat. crepusculum enim dici, seu diluculum dicitur valde mane, eũ adhuc tenebræ sunt, quod dicit Marcus, & hoc idem est principium dici, quod narrat Lucas. Quidam recentiores aliter cõponunt hãc dissonantiã apparentem, nempe Christum surrexisse diluculo valde, seu mane valde, non tamẽ est egressus Ciuitate, nisi octo die. Hoc tamen nõ est probabile; nam Christus egressus est turbis nescientibus, vnde factum est postea, vt eum requirerent: id autem non esset, si octo die egressus esset. Accommodatius dici posset illud (facta die) connecti debere verbo (ibat) in hunc sensum, quod egressus quidem est valde diluculo à ciuitate, sed antequam peruenisset in desertum, dies factus est; hoc enim significat (ibat facta die) prima conciliatio optima videtur. Ex his consequitur ea, quæ Matth. cap. 8. narrat post curationem infirmorum, & obsessorum à dæmone vespere factam non connecti proxime inter se, sed alio post tempore facta fuisse: nam quæ proxima fuere, Marcus, & Lucas referunt, nimirum egressionem in desertum locũ, vt docet Augustinus lib. 2. de consen. Euãgelist. cap. 22. Quid autem in deserto fecerit, Marcus significauit dicens (abiit in desertum locum ibique orabat) deserta enim loca contemplationi eligebat; ad turbas autem, & Ciuitates vt misericordiæ opera, & miracula faceret, sic quæ doctrinam confirmaret, se conuertebat.

Et turbæ requirebant eum.

COMMENTARIA.

TVrbæ tot ac tantis affectæ beneficijs à Christo, qui infirmos earum sanauerat, & obsessos à dæmonibus liberauerat; non inuenientes eum domi, requirunt illum. trahunt beneficia homines, & animi ad veritatem recipiendam multum disponuntur, cũ benigna manus docentis præcedit.

ANNOTATIO LXXVII.

Patrũ series declaratur.

HIstoriæ series hæc est, vt ex Marco constat, solus Christus primus egressus est in desertum locum diluculo, postea turbę ciuitatis Capharnaum venerũt domũ, requirentes Christum, nec inuenerunt. Deinde Petrus cum cęteris Discipulis prosequutus est Christum, quem nouerant in desertum esse prosectum. Turbæ autẽ post eos abierunt; peruenerunt tamen primi Discipuli, & inuenientes illum dicunt omnes quærunt te, & ait illis: Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicẽ; ad hoc enim veni. cum autem iret, & è deserto egrederetur, inuenerunt eum turbæ, & videntes illum proficisci in alios vicos, & ciuitates detinebant ipsum ne discederet ab eis, quibus ille iterum ait, quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare Regnum Dei, quia ideo missus sum. Profectusque inde predicabat in pluribus Synagogis Galilææ. Hic est contextus huius historiæ ex Marco, & Luca desumptus.

Et venerunt vsque ad ipsum.

COMMENTARIA.

VT ex annotatione precedenti cõstat, turbæ requirentes inuenerunt Christum post Petrum, & Discipulos, quando iam Christus ex deserto vicos, & ciuitates Galilææ profecturus egrediebatur. Laudanda est turbarum constantia, quæ Christũ quæsierunt donec inuenerunt. Hoc enim studium est, perfectum, si bonum, quod deest, inueltigemus, donec assequamur.

Et

Et detinebant illum, ne discederet ab eis.

COMMENTARIA.

PRecibus, & flagitationibus multis Capharnaitę illum detinere conabantur, vt ab eis non discederet, nec in vicos, & ciuitates eis relictis abiret, non solum sanitatum, & liberationũ cupiditate moti, sed etiam, & quidem præcipue, studio audiendi sermonem, & doctrinam ipsius, vt verba Christi sequentia indicant.

Quibus ille ait.

COMMENTARIA.

MAgna Christi clementia ostenditur, dũ precibus turbę nõ obtẽperaturus conuenientẽ ei exhibuit excusationem, & iustam profectionis suæ causam aperuit, quibus illi homines acquieuerunt, & desiderio habendi Christum inflammati remanserũt.

Quia & alijs ciuitatibus oportet me Euangelizare Regnum Dei.

COMMENTARIA.

CAusa profectionis hæc est, non Capharnaitis solis, sed cæteris etiam Iudæis doctrina mea manifestãda est; oportetque, id est, à Patre meo statutum, & decretum est, vt Euangelium, quo Regnum cęlorum annunciatur, commune faciam; egoque non vobis solis, sed & cæteris Iudæis prædicem. Particula (quia) declarationis est, indicat enim, quæ sequuntur, nempe (alijs ciuitatibus oportet me euangelizare) causam esse, cur discedat tunc ab eis, & in alias ciuitates proficiscatur. Non dixit autem, in alijs ciuitatibus oportet me miracula facere, & infirmos curare, ac obsessos liberare, sed dictum est, oportet me euangelizare. Hoc enim est ad salutem necessariũ, non illud, & quod Christus præcipue intendebat; quæ verba, vti supra notauimus, indicant Capharnaitas detinere Christum voluisse Euangelij audiẽdi causa, ob id enim illis respondit se aliis etiam Ciuitatibus, non illis tantum prædicare debere.

ANNOTATIO LXXVIII.

PArticula causalis (quia) indicat aliqua verba prolata à Christo, quibus significauit se non posse apud illos manere, quorum causam dedit, dicens, quia aliis Ciuitatibus oportet me euangelizare. Euangelistæ autem non omnia facta, nec verba Christi retulerunt, multa omiserunt, nonnulla insinuarunt quibusdam verbis, aut particulis, cuius rei exemplum in præsenti habemus, & in sequentibus etiam alia notabimus.

Quia ideo missus sum.

COMMENTARIA.

PArticula (Quia) causam indicat, cur dictum sit, oportet me prædicare alijs etiam Ciuitatibus. ea autem est, quia ad hoc sum missus à Patre; quasi diceret: munus, & functo iniuncta mihi à Patre, qui me in hunc mundum misit, hoc est, vt populo Israel euangelizem, & annunciem Regnũ Dei; ad hoc enim veni, & ad hoc missus sum; oportet ergo functionẽ hanc implere. Attende Christum venisse, vt omnes tam Iudæos, quam Gentes redimeret, & vt cõmunem omnibus doctrinam Regni aperiret, cunctorũque salutẽ morte sua operaretur; Hoc vero solis Iudæis præstare debuit, nẽpe, vt per se ipsum, oreque proprio eã doctrinam, Euangelium illis prædicaret, miraculisque confirmaret, ipsorumque Apostolus, & Doctor esset, verbis, & operibus mirandis; Gentes enim per Discipulos docturus erat, propterea Matt. 15. dixit: Nõ sum missus, nisi ad oues, quæ perierũt domus Israel. & nunc dicitur, ad hoc missus sum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum, nempe vt alijs etiam ciuitatibus, & vicis Iudæorum prędicem Euangelium Regni Dei.

Et erat prædicans in Synagogis Galilææ.

COMMENTARIA.

PRofectus igitur est in alias ciuitates, & vicos Galilææ, in eorumq; synagogis non in occulto, sed palam, & publice prędicabat Euangelium, & Regnum Dei, nempe aduentum suũ in mundum, & ea quæ credere, & facere oportebat ad cœleste Regnum consequendum; illud autem participium iunctum verbo imperfecti temporis, quod etiam Græce habetur (erat prædicans) frequentem, & quasi non intermissam prædicationem eius indicat.

ANNOTATIO LXXV.

PRædicauit quidem Christus in Iudęa, & in Galilæa; frequentius tamen in Galilæa, & commorabatur, & prædicabat, propter Iudæorum malitiam, qui ipsum acrius persequebãtur; cum enim Christus de Tribu Iuda venturus crederetur, & speraretur, eum venientem Iudæi odio, & inuidia maiori prosecuti sunt, quam Galilæi, maiori se iniuria affici reputantes, quod prædicaret ille se Christum esse, qui de eorum Tribu futurus erat, eaq; de causa occasiones accusandi, & perdendi eum quæsierunt, propter quod Dominus ipse humano more eorum insidias fugiens, donec tempus moriendi destinatum à Patre aduentaret, in loca securiora secedebat, ibique prædicabat. quod Ioan. cap. 7. tradidit: Ambulabat, inquit, Iesus in Galilæam. non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.

Finis Capitis Quarti.

FRAN-

FRANCISCI
CARDINALIS TOLETI
IN SACROSANCTVM
LVCÆ EVANGELIVM
COMMENTARII.

CAPVT QVINTVM.

FACTVM *est autem, cum turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pœne mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine. Stupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant. Similiter autem Iacobum,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cobum, & Ioannem, filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum. Et factum est, cum esset in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, & procidens in faciem, rogauit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manum, tetigit eum, dicens: Volo: Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. & ipse præcepit illi, vt nemini diceret: sed, vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses in testimonium illis. Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbæ multæ, vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. Et facta est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisæi sedentes, & legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. Et non inuenientes, qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum, quorum fidem vt vidit, dixit: Homo remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ, & Pharisæi, dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge, & ambula? Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et confestim consurgens coram illis, tulit lectum, in quo iacebat, & abijt in domum suam, magnificans Deum. & stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie. Et post hæc exijt, & vidit publicanum nomine Leui, sedentem ad Telonium, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. & fecit ei conuiuium magnum Leui in Domo sua: Et erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ eorum, dicentes: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis? Et respondens Iesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tui autem edunt, & bibunt? Quibus ipse ait: Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare? Venient autem dies, cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad illos: Quia nemo commissuram à nouo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura à nouo. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt. sed vinum nouum

num in vtres nouos mitendum est, & vtraque conseruantur. Et nemo bibens vetus, statim vult nouum; dicit enim: Vetus melius est.

CAPVT QVINTVM.

Factum est autem, cum turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth.

COMMENTARIA.

PROSEQVITVR Euangelicam historiam; cum enim Christus è Capharnaum profectus, ciuitatibus ceteris, Synagogisque Galilææ prædicaret, factum est semel vt turbæ præ multitudine, cupiditateque audiendi verbum, prædicationemque Christi eum vrgerent, ipsique imminerent. Tunc autem ille stabat prope stagnum Genesareth, quod alio nomine mare Galileæ, seu Tiberiadis dicitur. Multa, & insignia beneficia à Christo ægris impensa ad audiendum verbum eius audissime populos concitabant; miracula enim doctrinam commendabant, beneficia vero auditores benevolos ad eã non solum audiendam, sed etiam inquirendam efficiebant. beneficientis enim verba libenter audiuntur ab omnibus, quia nemo est, qui sibi beneficij non cupiat.

ANNOTATIO I.

Quid, irruere, hoc loco significet.

AMbrosius sermon. 11. optime hoc verbum (irruerunt) explicat, verba ipsius sunt. Quantorum mirabilium operator sit Dominus, intelligere possumus ex hac lectione, qua describitur, tanta per eum beneficia impulsum fuisse collata, vt prouocatæ hominum turbæ ad audiendum illum magis irruerent, quam rogarent, & medicinam salutis non sperarent per humilitatis gratiam, sed per importunitatis iniuriam, ita vt irruentes turbas non desertum sepa ater, non Synagoga repelleret, non reuerentia diuinitatis peraiceret. Hæc enim consuetudo infirmitatium, vt dum sperant suis ægritudinibus medicinam, ab importuna petitione non loco prohibeantur, non tempore; sed quanto plus medetur ille, qui sanat, tanto amplius ille importunus est, qui laborat. Hæc Ambrosius.

Et vidit duas naues stantes.

COMMENTARIA.

VT ex superioribus constat, vna harum nauium Simonis, & Andreæ erat; altera vero Iacobi, & Ioannis; hi enim relictis nauibus, Christum secuti dicuntur. Stabant autem prope stagnum ad littus, quia piscatores ab opere piscandi cessauerant.

Piscatores autem descenderant, & lauabant retia.

COMMENTARIA.

EGRESSI erant è nauibus piscatores, vt retia lauarent. Quo facto Lucas insinuat, illos tunc de piscium captura desperasse prorsus; nec enim occasionem capiendi pisces, nec profectum aliquem laboris iam vltra videbant. Quod quidem capturæ futuræ miraculum indicabat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis.

COMMENTARIA.

QVIA populus tanto impetu ad Christum in littore stantem confluxerat, & irruperat, vt periculum esset, ne vrgente populi frequentia è littore in stagnum proturbaretur, quamuis efficere potuisset, vt in littore tamquam murus æneus staret, aut diuinitatis virtute turbas reprimeret, morem tamē humanum sequens, humanis est vsus remedijs, & nauim vnam ingreditur, vt importunitatis iniuriam aquarum natura depelleret, quos, vt inquit Ambrosius sermone allegato, reuerenti doctoris minime coercebat. Nauis autem Simonis eligitur, quia ea Ecclesiæ, in qua Simon futurus erat caput, figuram gerebat.

ANNOTATIO II.

Quid Petri nauis mystice significet.

AMbrosius sermo. 11. hanc sententiam edisserens, sic inquit: Videamus, quæ est ista nauicula Simonis Petri, quam adducendam de duabus magis opportunam Dominus iudicauit; quæ & tutum Saluatorem præstet ab iniuria, & credulitatis hominibus largiatur eloquia. Inuenimus enim Dominum nauigasse in alia naui, & grauibus iniurijs lacessitum. Nauigauit enim cum Moyse in mari rubro; quando populum Israel per vndarum fluenta transuexit, sed grauibus est affectus iniurijs, sicut ipse ait in Euangelio ad Iudæos, si crederetis Moysi, crederetis & mihi; iniuria enim Saluatoris est incredulitas Synagogæ. Ergo Petri nauim eligit, Moysi deserit, hoc est, spernit Synagogam perfidam, fidelem assumit Ecclesiam. Duæ enim quasi nauiculæ à Deo destinatæ sunt, quę in hoc, tanquam in mari, mundo salutem hominibus piscarentur; sicut ait Dominus ad Apostolos: Venite, faciam vos piscatores hominum. Ex his ergo duabus nauiculis vna relinquitur ad terram inanis, & vacua; altera producitur in altum onusta, vel plena. Vacua enim Synagoga relinquitur in littore, quia Christum cum prophetarum amisit oraculis; onusta autem Ecclesia in altum assumitur, quia Dominum cum Apostolorum doctrina suscipit. Synagoga, inquam, remanet ad terram, quasi terrenis inhærens operationibus; Ecclesia autem in altitudinem reuocatur, tanquam cęlorum profunda sacramenta discutiens. Hæc Ambrosius.

Rogauit eum à terra reducere pusillum.

COMMENTARIA.

INgressus nauim Petrum rogauit, vt eam in aquam reueheret, vt irruentem turbam euitaret, ne si illa in terra maneret, adhuc in eum turba irrueret nauim ingrediendo: rogat autem nauim in aquam mittere nō multo spacio, sed pusillo, vt ad littus existentes prædicantem audire possent.

ANNOTATIO III.

Quid reductionem à terra indicet.

VErbum (reducere) Græce ἐπαναγαγεῖν a uerbo ἐπανάγω, id est, reduco, seu iterum duco. prius enim Simon nauim in aquam miserat, quando piscari venerat; reuersus autem nauim ad littus existentem in stagnū reuchere rogatur. Interpres ergo noster accommodatius vertit per verbum (reducere) quam illi, qui interpretantur (abducere) seu (prouchere) Augustinus libro 2. quæstionum Euangelicarum quæstio. 2. Quod inquit Dominus ascendens in nauiculam Petri, rogat eum a terra reducere pusillum, significat temperate vrendum verbo ad turbas, vt nec terrena eis præcipiantur, nec sic a terrenis in profundiora sacramentorum recedatur, vt ea penitus non intelligant: Hæc ille. in eundem sensum hanc sententiam interpretatur Gregorius libro 17 Moralium ca. 14. dicens, per nauem Petri quid aliud, quam commissa Petro Ecclesia designatur? de qua vt Dominus turbis confluentibus prędicet, eam a terra paululum reduci iubet: quam nec in altum duci, & tamen a terra præcipit remoueri, profecto significans prędicatores suos rudibus debere populis,

nec alta nimis de cęlestibus, nec tamen terrena prædicare. Nam plerumque si auditorum cor verbi immensitate corrumpitur lingua docentium indiscretionis pœna mulctatur. Hæc ille. Interrogabit autem non immerito quispiam, cur Christus Simonem non rogauit pro ingressu suo in nauim, sed pro reductione siue reuectione nauis in stagnum. causam huius rei litteralem eam fuisse existimo, ingressus enim cuiusdam imminentis necessitatis erat; irruebat enim in eum turba, quod Ambrosius sermo. 11. significans, inquit: cum Dominus ab irruentibus turbis remotus in terra esse non posset, aspiciens in mari duas nauiculas, vnam nauim Petri omni festinatione conscendit, vt importunitatis iniuriam aquarum natura depelleret. Hæc ille. Festinato ergo necessaria locum non dedit precibus; ingresso autem in nauim Domino necessitas non ita imminebat, & opera adhuc Petri, ad nauim in altum reducendam requirebatur, idcirco rogauit. potuisset quidem omnium Dominus imperare, & compellere, sed suæ humanitatis, & mansuetudinis voluit exemplum exhibere omnibus, præsertim maioribus, vt in ijs, quæ à minoribus impetrare humanitate possunt, vim potestatis suæ deponant.

Quare Christus rogat nauē a terra reduci, quū rogauit vt illā mitteretur ascēdere.

Et sedens docebat de nauicula turbas.

COMMENTARIA.

NON vt propria commoda quęreret, irruentem vitauit Christus turbam, sed vt ei melius consuleret, verbique doctrinam vtilius omnibus præberet. in naui enim existentem omnes ante faciem stantem videbant, à nemineque impeditus, è loco que eminentiori loquens à singulis percipiebatur. Sedens autem docet, vt prædicationis grauitas, & docētis maiestas indicentur.

ANNOTATIO IIII.

HAnc sententiam perpendens Ambrosius sermo. 11. Videte, inquit, misericordiam Saluatoris. separatur quidem ab hominibus corpore, doctrinæ tamen ijs vtilitate coniungitur, vbique miscretur, vbique prodest: in terra positus per tactum languores corporum sanat; in mari constitutus per doctrinam vulnera curat animarum. Hæc ille. Augustinus etiam libro 2. quæstion. Euangel. quæst. 2. eandem explicans sententiam, inquit: Quod Dominus de nauicula docet turbas, significat hoc tempus, quando Dominus de auctoritate Ecclesiæ docet gentes.

Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem:

COMMENTARIA.

DOCTRINAE adiungit operi, quæ ad persuadendum plus ponderis habent, & quos verbis non mouerat, miraculo obstupere fecit; stupor enim circumdedit omnes in capturā piscium mirabili, eaque effecit, vt discipuli quatuor, relictis omnibus illum sequerentur, omnibusque verbi prædicatoribus documentum Christus exhibuit, vt post prædicationem otiosi non maneant, sed sanctis operibus vacent, vt quod docuerunt verbo, confirment opere, & quos prędicatione non ualuerunt ad uirtutem excitare, uita ipsa pertrahant.

Duc in altum.

COMMENTARIA.

VENERAT Simon ex alto mari irrita piscatione: iubet autem Christus eum in altum mare, unde uenerat, nauim reducere, ut copiosa piscium captura uirtutem, diuinitatemque iubentis ostendat, doctrinæ uirtutem comprobet, & multitudinem hominum ad rete Ecclesiæ trahendum significet. Idcirco autem in eundem locum, in quo nihil ceperat, Simoni nauim reuehere præcipit, ne si in alium locum reduceret, non miraculo, sed casu factum quispiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

existimaret, quod tanta copia piscium caperetur.

ANNOTATIO V.

Mystica nauis in alio euangelio.

IDem est verbum Græcum in hoc loco, quod erat paulo superius, cũ dictum est (rogauit reducere à terra) dicitur enim ἐπαναγαγεῖν, vnde si interpres in eadem interpretatione perseuerasset, dilucidiorem fecisset Scripturæ sensum; dicendum enim erat (reduc in altum) vt in commentario expositum est, non tamen per hoc sensus mutatur: sæpe enim fit, vt simplicia pro compositis, & composita pro simplicibus verbis vsurpentur. Ambrosius sermo. 1. significari hic affirmat altitudinem mysteriorum in Euangelio reuelandam, quę in Synagoga latuerunt: Duc, inquit, in altum, id est, in profundum disputationum generationis diuinæ. quid enim tam profundum, quam quod ait Petrus ad Dominum: Tu es Christus filius Dei viui? Quid tam terrenum, quam quod dixerunt de Domino Iudæi, nonne hic est filius Ioseph fabri? ille altiori consilio natiuitatem Christi diuinitus approbauit; hi mente vipera generationem cœlestem carnaliter existimant. Hæc ille. Ambrosius lib. 3. de Virginibus, præcedenti alterum etiam adiungit sensum, sic enim habet: Ante non ducebat in altum Petrus, quando piscabatur in stagno, etsi mare erat, altum non erat, altum mare Scriptura nescit. Quid ergo sit altum, accipe; aqua alta consilium in corde viri: altum cor, viri est, vbi nihil vadosum est. Duc ergo in altum disputationis tuæ, fideique remigium duc in cor viri. Est & aliud mysterium, duc in altum, quia ante in arena erat, quando in synagoga erat, illa non erat aqua Iudææ. Non ergo in altum ducere poterat, quando cum Iudæis credebat, ideo dicitur Petro, duc in altum, id est, duc ad Christum. Hæc, & alia Ambrosius. Augustinus autem lib. 2. Quæstionum Euangelic. quæst. 2. interpretans, cur prius pusillum à terra, postea nauim in altum reducere iusserit, inquit, quod Dominus ascendens in naiculam Petri, rogat a terra reducere pusillum, significat prius in proximis regionibus esse prædicandum, vt quod dicit iterum Petro, duc in altum, & laxate retia vestra in capturam, ad remotiores gẽtes, quibus postea prædicatum est, pertineat. sicuti Esaias dicit: Tolle signum in gentes ad eas quæ prope, & ad eas quæ longe. Hæc ille. ex his igitur Doctoribus triplicem sensum spiritualem habemus, duc nempe in altum, id est, in corda hominum reconde doctrinam. duc in altum, id est, mysteriorum altitudinem aperi. duc in altum, id est, gentibus remotis prædica Euangelium.

Et laxate retia vestra in capturam:

COMMENTARIA.

POstquam in altum nauis perducta est, iubet Dominus Simoni, & ijs, qui cum eo erant, Iacobo scilicet & Ioanni, laxare retia ad pisces capiendos. Quod autem ait (laxate) emphasim habet, quasi dicat, quam maxime potestis extendite retia, tantum enim trahetis piscium, quanta retis capacitas erit.

ANNOTATIO VI.

Quare soli Petro tri dicitur, duc in altũ, & nõ soli, sed & aliis, laxate retia.

CVm soli Petro dictum sit (duc in altũ cur non illi tãtum, sed etiam aliis duobus discipulis dicitur (laxate retia uestra?) mihi duæ causæ huius rei esse videntur. vna literalis, altera spiritualis. litteralis est, quia ad ducendam nauim vnius operas satis erat, idcirco vni dicitur: Duc in altum. id autem Simoni dictum est, quia illius nauigii gubernator erat. Ad retia vero laxanda non vnius tantum opera, sed multorum necessaria erat. Spiritualis vero est, quia ducere nauim, ad regimen spectat: significabatur autem solus Simon totius Ecclesiæ rector futurus; retia vero laxare, ministerij est, quod ad multos spectat. vnde in Ecclesia vnum caput est, multi autem verbi prædicatores. Ambrosius hoc in loco sic retia explicat: Quæ sunt, inquit, Apostolorum, quæ laxari iubentur retia, nisi verborum complexiones, & quasi quidam orationis sinus, & disputationum recessus, qui eos, quos ceperint, non amittant? & bene Apostolica instrumenta piscandi retia sunt, quę non captos perimunt, sed reseruant, & de profundo ad lumen extrahunt, & fluctuantes de infernis

fernis ad superna perducunt. Hæc ille. Gregorius autem hom. 24. Euang. cur non ad dexteram, sicut post resurrectionem, sed in distincte retia laxare iubeantur, optime explicat; sic enim inquit: Bis in sancto Euangelio legimus, quia Dominus iussit, vt ad piscandum retia mitterentur, ante passionem videlicet, & post resurrectionem. Sed priusquam redemptor noster pateretur, & resurgeret, mitti quidem rete ad piscandum iubet, sed vtique in dexteram, an in sinistram mitti debuisset, non iubet. Quis vero neiciat bonos dextera, & malos sinistra figurari? Illa ergo piscatio, in qua specialiter, in quam partem rete mitti iubeat, non iubetur, præsentem Ecclesiam designat, quæ bonos simul, ac malos colligit, nec eligit, quos trahat; quia & quos eligere possit, ignorat. Hęc autem piscatio post Domini resurrectionem facta in solam dexteram missa est, quia ad videndam claritatis eius gloriam sola electorum Ecclesia pertingit, quæ de sinistro opere nihil habet. Hæc ille. Quæ sumpta sunt ex Augustino lib. 83. quæstion. quæstio. 81.

Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus.

COMMENTARIA.

FActus est Discipulis piscationis per totam noctem irritus labor, vt Magistro veniente fieret admirationis magna sublimitas. Proprio ergo labori Simon diffidens, hoc dixit, vt maiorem fidem, & obedientiam declararet, quod cum tota nocte laborans, nihil prendidisset, tamen eius obediens, & confidens verbo, iterum retia laxaret, faciliorem iactum illius virtute sperans. Solet per noctem maior, quam per diem piscium captura fieri, cum pisces minus insidias videre possint; sed contra accidit Petro. Hoc autem miraculum auget, & fidem Simonis, obedientiamque commendat. Die enim innumerabiles pisces capti sunt, & post torius noctis irritam capturam diei felicem futuram credidit, & sporauit.

In verbo autem tuo laxabo rete.

COMMENTARIA.

QVamuis tota nocte laborans nihil ceperim, tamen uerbo tuo obediens, & fidens laxabo iterum rete. Admiranda Simonis obedientia, & fides, qui in eo, quod experientia, & naturalis ratio oppugnabant, fidelem, & obedientem se exhibuit. Recte hic spiritualiter notat Beda, dicens. Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Nisi Dominus illustrauerit cor auditorum, doctor in nocte laborat: nisi in verbo gratiæ supernæ laxata fuerint instrumenta disputationum, frustra vocis suæ prædicator iaculum mittit. Quia fides populorum, non sapientia verbi compositi, sed diuinæ uocationis munere prouenit.

Et cum hoc fecissent, concluserunt pẽ scium multitudinem copiosam.

COMMENTARIA.

LAxatis retibus, copiosa piscium multitudo breui comprehensa est, ut piscium copia, & temporis breuitas mirabilem verbi Christi uirtutem cõmendarent, & fidei, obedientiæque Simonis fructum reportarent; ac nunc Euangelicam Ecclesiam conuersionem Simoni, pro eius, qua usus erat, nauicula naulum soluere cumulatum, ea re maxime, quam nauicula, quærebat, id est, piscium multitudine, eo naulo uelut per typum, uel imaginem quandam illos admonens, operam, quam Euangelicæ doctrinæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

rete laxantes, insumpturi erant, sua mercede, & fructu nequaquam frustratam iri, vt Titus Bostrenus ex Cyrillo Alexandrino notauit. colligimus copiosa mercede non carituros, qui Christi concionatores domo recipiunt. Ipse enim dixit: Qui vos recipit, me recipit. Elias viduam illam Sarepte, quæ eum domo exceperat, & aluerat, multiplicato diuinitus oleo locupletauit, mortuumque filium illi suscitauit. 3. Reg. 17. Eliseus Sunamitidi hospitæ suæ sterili filium impetrauit, eundem mortuum in vitam reuocauit. 4. Reg. 4.

Rumpebatur autem rete eorum.

COMMENTARIA.

DVM rete extraheretur, præ piscium multitudinis pondere rũpi incipiebat; non tamen ruptum est. Quod etiam miraculum auget; vetus enim iam rete, & tantæ capturæ non accommodatum, copia piscium insolita, & grauis non scidit.

ANNOTATIO VII.

Quid est quod rete multitudine piscũ ante Christi resurrectionẽ capta rũpebatur, post resurrectio nẽ vero non rumpebatur.

GRegorius homil. 24 Euang. ponderat, cum bis multitudo copiosa piscium Christi virtute comprehensa sit, semel nunc ante passionem, semel post resurrectionem, cur nũc rete rumpi dicatur, tunc vero non. Causamque reddit: hic præsens Ecclesia, quæ malos, & bonos complectitur, illic futura tantum bonorum significatur. vt paulo ante annotatione 6. ex eodem Gregorio dictum est. Verba ipsius sunt hæc: In illa piscatione præ multitudine piscium rete rumpitur, quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant, qui ipsam quoque Ecclesiam hæresibus scindant. In ista vero piscatione, & multi, & magni pisces capiuntur, & rete non rumpitur; quia sancta electorum Ecclesia in continua auctoris sui pace requiescens, nullis iam dissensionibus dilaniatur. Hæc ille. eodem modo Augustinus hanc ruptionem interpretatur lib. 2. quæst. Euangel. quæst 2. nempe de hæreticis, & schismaticis, qui Ecclesiam scindunt, cum prius intra rete Ecclesiæ continerentur, nondum hæresibus, & schismatibus adiunctis. Ex his duobus Doctoribus deducitur rete ex parte ruptum fuisse; verbum enim illud (rumpebatur) non significat solum ruptioni proximũ fuisse rete, sed etiam ex parte aliqua ruptum, scissionemq; inceptam, sed non perfectam extitisse. vnde Beda miraculum ponderans, & spiritualiter hoc interpretans, inquit: Rumpitur rete, sed non labitur piscis, quia suos Dominus etiam inter persequentium scandala seruat.

Et annuerunt sociis, qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos.

COMMENTARIA.

SOCIOS, qui erant in altera naui ad littus remanente, signis, & nutibus significant, vt veniant ad adiuuandum eos; tantum enim erat pondus retis piscibus referti, vt Simon cum Iacobo, & Ioanne illud trahere non possent. Annuerunt autem, quia loci distantia vocum intelligentiam distinctam impediebat.

ANNOTATIO VIII.

Quare socijs nõ vocibus, sed nutibus annuerunt.

TItus Bostrenus, & Euthymius affirmãt discipulos uocasse socios, qui erãt in altera naui, signis, & nutibus, quæ præ stupore, & metu loqui non poterant. Huic opinioni aduersantur tria. Primo quidem uerbum ipsum Euangelicum: nam Petrus etiam stupens dixit Domino. Exi à me, quia peccator sum: non igitur stupor uocem impediuit. Secundo, quia stupor nondum eos inuaserat, quando socijs annuerunt. nam cum rete trahere cœperunt, quod pondere rumpebantur, tunc annuerunt socijs, ut venirent in auxilium, & rete simul traherent minori cum periculo, & maiori cum facilitate. stupor autem factus est, quando tanta multitudo agnita est, ut ambæ nauiculæ implerentur. Tertio, quia si stupor impedisset etiam nutes corporis ad rete trahendum. Non igitur ea fuit annuendi

causa, sed loci distãtia; longe enim aberant à littore, vbi remanserat nauis altera, accedente etiam sonitu ex aquarum motu, quæ duo vocum distinctum auditum prohibuere: idcirco nutibus vsi sunt: accedat etiam inopinata captura, ad quam auxilium præsto necessarium erat; nutus autem citius desiderium annuentium exprimunt, & ad alios deportant, quam voces.

Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas.

COMMENTARIA.

VEnientes socij, vna cum discipulis Domini retia traxerunt ita piscibus referta, vt ambæ nauiculæ præ multitudine implerentur, subito enim pisces, qui ab eo loco longe aberant, nullique per totam noctem comprehensi erant, virtute verbi Christi coacti tanta copia adnatarunt, captique sunt, vt ambæ nauiculæ implerentur. Voluit autem Dominus non solos discipulos mirandæ copiæ facere participes, sed & alios, qui socij erant, vt plurium illius artis peritorum testimonijs miraculum innotesceret, & Christi virtus testatissima esset, simul etiã, vt significaret Apostolos in piscatione hominum futura multos etiam habituros esse comministros, & cooperatores. Ecclesiæ ergo Pastores cum ipsi per se aut impositio, aut suscepto onere non sufficiunt, alios à quibus iuuari possint, aduocare debent.

ANNOTATIO IX.

Quid per hos socios mystice designatur.

TItus Bostrenus sic inquit: Designat hoc mystice multos fuisse, & esse, olimque futuros, quibus hic piscãdi labor cum Apostolis communis esset, inter quos primas facile teneat, qui sactorum Euangeliorum volumina conscripserunt; secundũ hos autem pastores, & Doctores, Populorumque Duces, & candidi dogmatum veritatis interpretes; iacitur enim etiam nunc Euangelij rete, Christo Domino id implente, eosque, qui in profundo pelago, hoc est, in mundi huius commotione, & fluctibus versantur, ad conuersionem vocante. Hæc ille. Beda duabus nauiculis fideles ex vtroque populo Iudaico, scilicet, & Gentili vocacos significari dicit. vbi multa alia addit ad id spectantia.

Ita vt pæne mergerentur.

COMMENTARIA.

TAnta erat copia piscium, vt eorũ pondere nauiculæ pressæ pæne mergerentur, id est, submersioni proximæ essent, aquis vltra modum eas cooperientibus.

ANNOTATIO X.

Quidnam nauium submersio indicet.

AVgustinus lib. 2. quæstion. Euangel. quæstio. 2. hanc nauium submersionem significasse affirmat multitudinem hominum carnalium, & futurorum in hac militanti Ecclesia, quorum prauis moribus illa videtur submersa. Quod etiam Beda docet sic scribens, quod impleræ mergũtur, id est, submersione premuntur (non enim submersæ, sed periclitatæ sunt) Apostolus exponit dicens: In nouissimis diebus erunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amantes, &c. Nam mergi nauis est homines in sæculum, ex quo elati per fidem fuerant, suorum prauitate relabi. Hæc ille.

Quod cum vidisset Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens.

COMMENTARIA.

VIdens Simon Petrus copiam piscium subito factam, & vltra omne exemplum antea piscatoribus spectatum, eo maxime loco, in quo per totam noctem nullum ceperat; diuinam virtutem Christi, cuius verbi fiducia rete iecerat, agnouit, periculumq; imminens submersionis, quasi suorum peccatorum pœnam considerans, adorabundus, & deprecabundus ad genua procidit, & talia verba protu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lit. Illud(quod eum videret)nō solum ad factum mirandū capturæ piscium, sed etiam ad imminens submersionis periculum referendum est.

Exi à me Domine, quia homo peccator sum.

COMMENTARIA.

PEtrus supplex Christum, vt à se recedat, deprecatur, causamq; adiungit, quia peccator, inquit, ego sum. Nouit Simon ex tanto miraculo Christum sanctissimum, diuinumq; virum esse, seque peccatorem agnoscens, imminens submersionis periculum, quasi pœnam proprij reatus arbitratus est, quia indignus peccator dignissimum suscipiebat vectorem. idcirco præsentiam eius formidat, & refugit.

ANNOTATIO XI.

Quare Petrus deminū recedere precatur

DIfficultas est, cur Petrus Christi præsentiā recuset ea ratione motus, quia peccatorem se agnoscebat, cum potius hęc esset causa veniendi ad Christum, accedendique ei, sicut infirmitas non facit ęgrum medici præsentiam vitare, sed potius quęrere. Quidam recentiores ex reuerentia quadam, & humilitate dictum hoc interpretantur, quasi se indignum reputaret Petrus tanto hospite, sicut & Centurio ille dixit: non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Quorum interpretationi fauere videtur Ambrosius in præsenti, hoc enim interpretans inquit: admirabatur dona diuina, & quo plus meruerat, hoc præsumebat minus. & lib. 3. de Virginibus, Vir, inquit, sapiens, & grauis, in quo esset Ecclesiæ fundamentum, & magisterium disciplinæ, nihil vtilius esse prospexit, quam ne secundantis operis extolleretur euentu; & ideo exi, inquit, à me Domine, non rogat, vt deseratur, sed ne infletur. Hæc Ambros. Et re uera negari non potest, quin ex reuerentia quadam agnoscentis Christi dignitatem, & ex humilitate propriam sentientis indignitatem, hęc processerit sententia; tamen, nec reuerentia, nec humilitas causa proxima fuere, sed timor, & metus. quod verba Saluatoris satis aperte indicāt, cum Simoni dixit, ne timeas. Dices quid timuit? respondent quidā alij recentiores, timuisse sanctissimi Christi præsentiam, ne ex eo, quod indignus homo dignissimum susceperat hospitem, aliquid mali pateretur. Quod etiam vere, sed insufficiēter dictum est, timuit enim submersionem nauium, quam imminentem cernebat, ne ea sibi eueniret propter peccata sua, quæ eum indignum effecerant, vt Christū sanctissimum reciperet. Hoc autem antecedentia indicāt, dictum enim est (quod cum videret) quod non solum ad copiam piscium refertur, sed etiam ad submersionem. nam nauiculæ submergebantur. timuit ergo Petrus ex præsentia sanctitatis, & potentiæ, seu virtutis admirandæ, seq. peccatorem considerans, submersionem illam pœnam suorum peccatorum arbitratus est. Mētis enim suæ aciem fixit in demerito suo, ac in iustitia, & potentia Christi, qui poterat pœnam inferre, & in eo etiam periculo, quod imminebat; timent enim mali iustorum præsentiam, ne arguantur, quos si agnouerint potentes, metuunt etiam, ne dignam suis peccatis accipiant ab eis retributionem. Non igitur consideauit Christi clementiam qua venerat ad saluandum, nec qua tantam piscium copiam receperat, sed sanctitatem, & virtutem Christi, simulque proprium peccatum ex vna parte, ex altera vero imminentem submersionem, quasi proprij peccati pœnam. Vnde Euthymius hanc fere interpretationem amplectens, eius, inquit deuitabat præsentiam, timens, ne quando periclitaretur eo, quod talis talem susciperet ausus esset. facit pro hac interpretatione, quod lib. 3. Reg. cap. 17. scriptum est de illa muliere Sareptana, quę Eliam susceperit. eius filius cum postea mortuus esset, dixit ad illū, ingressus es ad me, vt rememorarentur peccata mea. Sensus igitur est, quasi Petrus diceret, exi à me Domine, timeo enim submergi, quia tam indignus ego peccator, tantum te suspicio rectorem. Hæc ad litteralem spectāt sensum. Quod vero ad spiritualem attinet, Augustinus lib. 2. quęst. Euang. q. 2. quem sequitur Beda, intepretatur, quasi nomine Ecclesiæ multitudine peccatorum repletæ, hæc sententia dicta sit. Verba Augustini sunt ista. Significat hominum carnalium multitudinem tantam futuram in Ecclesia, vt etiam disu-

Ex timore magis quā ex reuerentia Petrus Xſti presentiā recusat.

Spiritualis sensus superiorum verborum.

ruptione pacis exeuntibus inde hæresibus, & schismaticis tanta remaneret, & tanta illi futura amissio fidei, & bonorum morum, vt talis Ecclesia Christo dicere videatur, exi à me quia homo peccator sum, tanquam turbis carnalium repleta, & eorum moribus pene submersa, regimen spiritualium, in quibus maxime Christi persona eminet, a se expellat quodammodo. Non enim hoc voce linguæ, sicut homines bonis ministris Dei, vt eos a se repellant; sed voce morum, & actuum suorum suadent a se recedi, ne per bonos regantur; & eo vehementius, quo deferunt eis honorem, & tamen factis suis a se recedere admonent; vt honorificentiam eorum significauerit Petrus cadens ad pedes Domini: mores autem in eo, quod dixit, exi a me Domine, quia homo peccator sum. Quod quia non fecit Dominus, nō enim recessit ab eis, sed eos subductis nauibus ad littus perduxit, significat in bonis, & spiritualibus viris non esse oportere hanc voluntatem, vt peccatis turbarum commoti, quo quasi securius, tranquilliusque viuant, munus Ecclesiasticum deserāt. Hæc Augustinus, & qui dem egregie, & nostris temporibus maxime accommodate.

Stupor enim circundederat eum.

COMMENTARIA.

DEbuisset potius Petrus in periculo illo Christo fidere, ipsiusq; auxilium inuocare, quam rogare, vt à se discederet, stupore tamen tanti miraculi correptus non admodum cogitauit, quod dicebat: Euangelista igitur ne lute excusat illum hac sententia, reddens causam, cur sic locutus est, & nō potius Christum retinens apud se, ipsius opem flagitauit, à quo tanto fuerat affectus beneficio, tantæque uirtutis erat, ut uerbo suo captura numerosa impleuerit retia, stupor inquit circundederat eum in captura admiranda piscium. stupore igitur occupatus, non omnino apud se erat, nec cogitauit perfecte quid loqueretur. Verbū (circundederat) indicat stuporem magnum, quasi non inuenerit uiam inuestigandi tanti miraculi causam, aut rationem. Non quod Simonis humilitas laudanda non fuerit, sed quod uerosimile non sit eum dicturum Christo, ut à se exiret, si satis cōsideraſſet, quanto esset utilius eum retinere, quam abiegare. Stupor etiam hoc miraculum commendat, ut diceemus in sequenti commentario.

Et omnes qui cum eo erant, in captura piscium, quam ceperant.

COMMENTARIA.

NE uideretur sine causa miraculi magnitudine Petrus obstupefactus, addidit Euangelista, etiam omnes, qui cum illo erant, simili stupore fuisse correptos in captura, id est, propter capturam piscium. Quod etiam ad miraculi magnitudinem commendandam facit, cum piscatores ipsi, qui alias multos pisces extrahere solebant, non unus, aut alter, sed omnes, qui aderant, tali captura obstupuerint, quasi non humana arte, sed diuinitus facta.

Similiter autem Iacobum, et Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis.

COMMENTARIA.

COmmunis fuit stupor Simoni, & omnibus, qui ad auxilium in altera naui aduenerant, Iacobo etiam, & Ioanni, filijs Zebedæi, qui socij erāt Simonis, & cū eo in nauim, qua Christus vehebatur, intrauerant. Horum Euangelista specialiter meminit, quia hi cum Simone relictis omnibus secuti Christum dicuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ait ad Simonẽ IESVS; noli timere.

COMMENTARIA.

COnuersus ad Simonem Dominus, timorem omnem submersionis, aut mali alicuius expellit, quo ille correptus, Christum à se exire pererat: noli, inquit, timere, quamuis videas nauiculas pene submergi, teq. peccatorem agnoscas, & mea indignum præsentia, nihil tibi inde damni euenturum arbitreris; ne igitur formides, non vt tibi nocerem, tuam nauim ingressus sum, teq. retia iacere iussi. Proprium est bonis spiritibus timorẽ sua præsentia conceptum amouere, vt supra nouimus. nam & Beatæ Virgini, & Zachariæ dictum est ab Angelo, ne timeas.

Ex hoc iam homines eris capiens.

COMMENTARIA.

PRosequitur sententiam Dominus. sensus est, pone timorem hûc, tantum enim abest, vt quicquam mali, qd me peccator homo receperis, fit tibi euenturum, vt maximum potius sit lucrum accessurum. Nõ hæc facta sunt, vt te terrerem, sed vt instruerem; posthac enim ex piscium piscatore fies mea gratia hominum piscator; vtq. non laboris tui, sed verbi mei virtute tã multam cepisti p. sciũ capturam, sic etiam mea virtute fultus amplissimam hominum multitudinem Euangelij reti ad meam Ecclesiam cõuertes. Timorem ergo amouet Dominus à Petro, & nouo beneficio, quia hominum efficitur piscator; & instructione, quia quid miraculum, & ea, quę facta erant, portendant, explicuit.

ANNOTATIO XII.

Motiuum vocatio quorsũ capiatur.

ILlud (capiens) Græce ampliorem habet significationem, est enim participium ζωγρῶν à verbo ζωγρέω. quod est cõpositum ex duobus verbis, quasi Latine diceremus vnico verbo, viuicapio, seu diuidẽdo viuos capio, seu à cæde conseruans capio. quam significationem secuti quidam vertũt (eris homines viuos capiens) at multo accommodatior est significatio, quam huius verbi adhibet Iustinus Martyr, in quæstionibus gentium. q. 40. nempe ad vitam capio, nam hoc idem verbum Græcum idem etiã significat quod Latine, viuifico, seu vegeto; quam significationem secutus Ambrosius lib. 5. Hexameron. cap. 6. & lib. 6. c. 8. vertit, (eris homines viuificans) at quia de piscatione sermo est, accommodatior exit lectio, (eris homines ad vitam capiens) vt sequatur Metaphora piscatorum. ex hoc soluitur difficultas: nam posset quispiam obijcere contra metaphoram, nam piscatores pisces ad interitum, & mortem extrahunt; Christus autem ad vitam vocat, qua igitur ratione vocatio comparatur piscium capturæ? Hoc dubium excitauit Iustinus loco allegato, & respondit. verba eius sunt: Si piscatores ad mortem, & interitum pisces extrahunt, & capiunt, cur ad vitam æternam Christus Dominus per Apostolos homines introducturus, eos se piscatores hominum facturum esse promisit? Explicatio. Quia eos homines, quos Apostoli retibus regni caperent, mori oportebat superiori vitæ, quam in peccatis egissent. idcirco capturæ piscium, hominum capturam cõparauit. addidit autem illud (in vitam) adiuncto eo, quod exemplo deerat, ri, quod dicebatur. Hęc Iusti. qui similitudinẽ vtriusq; capturę ponit in eo, quod sicut pisces capti moriantur, ita et homines capti ad Euãgelium moriuntur vitæ antecedenti peccati. Rom. 6. existimate vos mortuos esse peccato. ideo dicit adiunctum esse illud (ad vitã) nempe (eris homines ad vitã capiens) quia in captura piscium non exprimebatur hęc vita, cum pisces ad mortẽ capiantur, quasi dictum esset, eris homines capiens non omnino sicut pisces; hi. n. ad mortem capiuntur absolute, at tu capies homines, vt moriantur quidem, sed tamen, vt viuant meliorem, & perfectiorem vitam. Hæc est sententia Iustini. Origenes vero hom. 16. in Ieremiam, contendit etiam vtranque partem in metaphora contineri, nam pisces extracti moriuntur vitæ illi propriæ, quam habebant, tũ comeduntur, & incorporãtur hominibus, in quibus vitam nobiliorem sortiuntur; sic etiam homines moriuntur peccato, in quo nati, & nutriti erant, & incorporantur Christo, in eo viuentes vitam spiritualem, & immortalem. quod Paulus Roma. 6. docet: existimate, inquit, vos mortuos peccato viuentes autem Deo in Christo Iesu,

su. & ad Colos. 3. mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Recte igitur dictum est (eris homines ad vitam capiens) quod si sequamur expositionem (eris homines viuos capiens) sensus est, non sic capiens eris homines, sicut capiuntur feræ cædibus, & vulneribus, sed sicut pisces, qui illęsi capiuntur; nõ enim armis trahendi sunt homines, sed spiritus virtute. Notat autem Ambrosius, lib. 3. de Virginibus, & lib. 5. Hexam. cap. 6. duobus modis Apostolos fuisse piscatos, nempe reti, & hamo: nam Matth. 17. Petrus hamo traxit piscem illum, in cuius ore inuentus est nummus ille soluendus pro tributo; qua re significari dicit duo genera fidelium ad Ecclesiam vocatorum, quidã enim hamo tracti sunt, quales Martyres, qui sanguinẽ fuderunt pro Christo, & ferro occisi sunt; quidam alij capti sunt retibus, qui ad Ecclesiam venerunt, cõseruatis suis diuitijs, honoribus, vita, & alijs bonis, quæ in sæculo obtinebant, quæ quidem spiritualiter dicta sunt, & apud me non admodum accommodate: nam & martyres reti pacifico vocati sunt, etiam si postquam in Ecclesiam intrarunt, martyrium subierint, nec Dominus vocationẽ ad Ecclesiam hamo, sed retibus explicuit. Potius quod ad gentium tributum spectabat, hamo significauit, non reti. Illæ enim imperant ferro, & armis.

Ambrosius notat quosdam hamo, alios vero reti ad Ecclesiã trahi

ANNOTATIO XIII.

Quare soli Petro dictũ sit, eris homines capiens.

DVbitabit quispiam, cur soli Petro dictum est (eris homines capiens) cum ibi adfuerint tũc Ioannes, & Iacobus, quos hominum piscatores futuros etiam Dominus promisit Matth. 4. Quidam recentiores respondent non vni tantum, sed pluribus dictum esse, nẽpe Simoni, & Andreæ, (eritis homines capientes) existimant enim hi Doctores eandem esse historiam hanc cum ea, quæ Matth. 4. describitur, quod quam à veritate sit alienum, ostendemus in annot. 15. seq. Nec adhuc isti difficultatem euacuant, nam interrogandi sunt, cur Euangelista soli Petro dicta retulit? Dicendum ergo est, Christum non aliis sed Simoni hæc dixisse, sicut & antecedentia (noli timere.) Quæ sententia est Augustini lib. 2. de cons. Euang. c. 17. Causa autem cur illi soli hæc dicta sint, ea est, quia non communem piscationem, sed quandam peculiarem Petro promittebat, quia piscaturus erat homines reti Euãgelico, tanquam supremus piscator, & nauis huius Ecclesiæq; moderator primus. idcirco nauim eius ingressus est, solumq; eum iogat à terra subducere, & soli ei dixit, duc in altum, & noli timere, & eris homines ad vitam capiens; quod quadam Antonomasia dictum est de Petro; licet enim cæteri Apostoli piscatores sint, Petrus tamen est primus omnium, primatumq; habiturus erat in naui Ecclesiæ. sic hanc sententiam intellexisse visus est Chrysost. hom. 38. ad Populum Antiochenum, & hom 3. in Matthęum. Petrus inquit, dixit, exi à me, quia homo peccator ego sum, & ideirco factus est Ecclesiæ fundamentum. eandem insinuauit Ambros. lib. 3. de Virginibus, vbi sic scripsit. Duc in altũ disputationis tuæ, fideiq; remigium. Per parabolam hic vocat ad Ecclesiam Petrum, quem secũdum Matthęum simplici vocauit sermone. Hęc ille. Nota Petrum hic ad Ecclesiam vocatum; non quidem ad Ecclesiam absolute, nam iam Ioan. 1. ad Christum venerat, eique fidem receperat, sed Ecclesiam, nẽpe ad regimen Ecclesiæ, ideo dicitur duc in altum disputationis tuæ fideiq; remigiũ. Soli igitur Petro Christus locutus est hæc verba, quia soli illi Ecclesiæ primatum, & piscationis primas promittebat. Nec existimes, quia dictũ est (ex hoc) seu (posthac) Petrum statim hominum primatum consecutum esse in piscatione hominum, sed deputatum tunc esse, cui tale munus iniũ geretur, quamuis ẽt ex tunc semper quendam principatum inter cęteros habuit, & primus discipulorum reputatus est.

ANNOTATIO XIV.

Quare petitione exaudita sit hæc Petri petitio.

DVbitabit iterum quispiam, an Dominus dicendus sit exaudisse Petrum rogantem (exi a me.) videtur. n. non exaudisse Petrus, cum Dominus non se ab ipso separauerit, sed cum eo in naui ad littus venerit, quem & Petrus cum Ioanne, & Iacobo secuti sunt. Respondeo, si petitionem eius consideremus in se ipsa, absque dubio exauditum non esse; petiit enim à Christo, quod Christus non illi concessit, nempe, ut ab eo exiret; si tamen petitionis finem, seu scopum, & petentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis intentionem respiciamus, fuit non tantum exauditus, sed supra id, quod desiderabat, aut excogitabat accepit. Petrus enim Christum exire à se postulabat eo animo, & intentione, ne quid mali ob suam indignitatem, tantique vectoris præstantiam pateretur: impetrauit ergo quod volebat, nihil enim est detrimenti passus, nec periclitatus est, & tamen Christum habuit præsentem, nec à se abeuntem, immo cumulatius, quam optabat, collatum ei est beneficium: nam audiuit, eris posthac homines capiens ad vitam, quod munus uota oia illius excessit, ac superauit. Exemplum habemus. 3. Reg. 2. accessit enim Ister sabee petens Salomonem, vt Adoniæ fratri Abisai Sunamitem in vxorem traderet. quam petitionem Salomon matri petenti negauit, & negando petentem exaudiuit; Mater enim ea de causa petebat, quia regnum Salomoni ea via confirmari existimabat, intentioneq;, & animo conseruandi regnũ illi, id petebat, quod lõge aliter se habebat: nam potius hoc erat regnum ab illo abdicare, & in Adoniam transferre: dum igitur negat, exaudinit; sic factum est cum Petro, nam si Christus exisset à Simone, periclitaretur is potius, quam seruaretur, sua vero præsentia illum, & omnes saluat; idcirco exauditus est Simon. hoc enim ille intendebat, & consequi cupiebat. Diximus de hac re plura in commentarijs in Ioannem.

Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

COMMENTARIA.

SEruatis nauibus, & piscibus, incolumes uirtute uerbi Christi ad terram perueniunt: tanto autem beneficio affecti Simon, Iacobus, & Ioannes, quod est animi gratissimi, non pretermiserunt; prætulerunt enim benefactorem beneficio, relictis namq; nauibus plenis piscibus secuti sunt Christum; temporalia, nempe naues onustas reliquerunt socijs, Christum autem sibi elegerunt, nulla cupiditate piscium, aut lucri temporalis detenti.

ANNOTATIO XV.

Hæc Lucæ historia an eadem sit cũ illa Matth. 4. & Marc. 1.

AVgustinus lib. 2. quæst Euang. q. 2. hanc sententiam spiritualiter interpretans inquit: Quod subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum Petrus, Iacobus, & Ioannes, potest significare finem temporis, quo ab huius mundi salo, qui Christo inhæserint, penitus recessuri sunt. Hæc ille. Est autem non exigua dubitatio, an historia hæc sit eadem cum illa, quam Matthæus cap. 4. & Marcus cap. 1. narrant, quando ad littus maris Galilææ Christus primo Petrum, & Andream, & procedens Iacobum, & Ioannem ad se uocauit, dicens; venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. sunt enim in hac parte tres sententiæ.

Prima est Augustini lib. 2. de Consen. Euang. cap. 17. quam sequitur Beda in præsenti, distinctam esse historiam, quam refert Lucas ab ea, quam Matthæus, & Marcus describunt, ita tamen, ut prius tempore factum sit, quod dicit Lucas, illud autem Matthæi, & Marci, posterius. post miraculum enim hoc secuti sunt Christum Petrus, Iacobus, & Ioannes, non inseparabiliter, sed sic ut remearint: post illam vero uocationem Matthæi, & Marci illi inseparabiliter adhæserunt, vt discipuli Magistro.

Secunda sententia est antiquior, nimirũ distinctam quidem esse utramque historiam, prius tamen tempore factum esse, quod legimus apud Matthæum, & Marcum, posterius vero quod narrat Lucas. Hæc sententia fuit Sedulij, qui in suorum carminum lib. 2. descripsit historiam Matthæi, & Marci, nempe vocationem Petri, & Andreæ, Iacobi, & Ioannis; libro uero quarto refert, quod apud Lucam habetur. Eandem sententiam secutus est Tatianus in sua Harmonia, qui narrans utramque historiam, præmisit, quod habetur apud Matthæum tanquam prius tempore gestum. & quamuis Tatianus ab Ecclesia postea recesserit, vt refert Hieronymus lib. de Script. Eccles. tamen in eo libro Catholice locutus est, & secutus videtur doctrinam Iustini Martyris, qui fuerat Discipulus. In eadem sententia videtur Ambrosius lib. 3. de Virginibus. Hanc enim historiam Lucę referens, inquit. Per parabolam hic uocat ad

ad Ecclesiam Petrum, quem secũdum Matthæum simplici vocauit sermone. Hæc ille. Quibus verbis indicat non solum distinctam historiam, sed priorem tempore esse illam. eandem tenuit Gregor. hom. 5. in Euang. vbi sic habet. Auditis fratres carissimi; quia ad vnius iussionis vocem Petrus, & Andreas relictis retibus secuti sunt Redemptorem? nulla hunc facere adhuc miracula viderant; nihil ab eo de præmio æternæ vitæ audierant, & tamen ad vnum Domini præceptum hoc, quod possidere uidebantur, obliti sunt. Hæc ille. Perpende nulla miracula uidisse, quando sunt vocati uocatione relata à Matthæo. Huic sententiæ concessit Euthymius expressis verbis.

Tertia sententia est quorundam recentiorum, qui eandem esse existimant historiam, quã refert Lucas, Matthæus, & Marcus, unumque Euangelistam supplesse, quæ alius prætermisit. nituntur recentiores hi huic unico argumento, nam omnes tres Euangelistæ concludunt discipulos hos relictis omnibus secutos fuisse Christum; si igitur distinctæ hę sunt historiæ, & prius est unum gestum, quam alterum, cogemus dicere discipulos postquam dimiserunt sua, & secuti sunt Christum, recessisse ab eo, & sua reuertisse; non enim aliter bis dici potuisse uidetur, illos relictis omnibus secutos esse Christum. In hac sententia patrem antiquum nullum inueni.

Auctoris sua.

Pro huius ergo difficultatis resolutione quædam sunt statuenda. Primo quidem, quod Ioan. cap. 1. refert, de Petro, Andrea, & Philippo ad Christum uenientibus, longe aliud esse ab his duobus, de quibus nunc controuertimus, illudque prius tempore factum est. In hac assertione nulla est controuersia, concordant enim omnes, & expresse id affirmant. Augusti. lib. 2. de consen. Euangelist. & Chrysost. homil. 14. in Matthæum, multisque argumentis probat Chrysostomus illud prius tempore gestum esse, quã quod narrat Matthæus de vocatione Apostolorum, facta sunt, postquam Ioannes Baptista traditus est; at uero, quæ dicit Ioannes Euangelista de Petro, & reliquis, fuerunt ipso Ioanne Baptista adhuc prædicante, ut ex uerbis ipsorum Euangelistarum constat.

Secundo, quod Matthæus, & Marcus narrarunt de vocatione Apostolorum, distinctam est omnino ab eo, quo Lucas describit: in hoc concordant prima, & secunda sententia, & adeo est manifestum, ut mirum sit recentiores ab ea veritate recessisse: multis tamen ea veritas confirmatur. In primis apud Matthæum, & Marcum vocantur discipuli à Domino, & quidem bini; at apud Lucam nulla est uocatio, quod docte notauit Augustinus; sed post miraculum secuti dicuntur Christum. Rursus apud Matthæum, & Marcum vocantur Petrus, & Andreas simul; at apud Lucam Andreas non solum non vocatur, sed nec eius fit mentio, nec interfuit in hac piscatione. Lucas enim expresse sic dicit. Similiter Iacobum, & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socii Simonis. Si Andreas interfuisset, utique cum tribus numeratus esset. & Augustinus lib. 2. quæst. Euang. cap. 2. & Iorea, apud Matthæum prius tempore vocantur, & sequuntur Christum Petrus, & Andreas; postea uero Iacobus, & Ioannes; at apud Lucam simul tẽpore sequuntur Christum Simon, Iacobus, & Ioannes. Præterea, apud Matthæum Petrus, & Andreas uocantur iacientes rete in mare, & Iacobus, & Ioannes reficientes retia cum patre suo; apud Lucam uero retia iacere omnes desiderant, capturamque desperantes, eaque lauabant. Christus autem retia laxare iussit. nec ergo iaciebant, nec reficiebant retia, quando Christum secuti sunt. Præterea apud Matthæum Christus dixit Simoni, & Andreę; Venite post me, faciam uos piscatores hominum; at apud Lucam soli Petro; Ex hoc eris homines capiens uiuos ad uitam. Præterea illa uerba; venite faciam uos, &c. dixit Christus, ambulans iuxta mare, hoc autem in naui ipsa. Sunt alia tam multa diuersitatis argumenta, vt meo iudicio recentiores hi reprehendendi sint, quod in componenda historia, vt eam ad suas imaginationes trahant, multa fingant, & omnia perturbent.

Tertio probabilior est antiqua, & communis sententia, hoc quod Lucas narrat, gestum esse post vocationem narratam à Matthæo, & Marco. Hæc assertio probatur ex seipsa narrationis Euangelistarum

Historia Matthæo, & Marco

Universidad de Deusto
Biblioteca

vermsita fuerint statum, nam vocatio illa Matthæi facta *est* in principio prædicationis Christi, vt *quam ii* Matthæus, & Marcus aperte ostendunt; at *Lucas hoc* vero quod narrat Lucas, euenit, quando *loco refer* eo prædicatio processerat per Galilæā, vt *tur.* vndique turbæ confluerent, & irruerent in Christum; ea enim occasione in nauim ingressus est Petri. Præterea Lucæ, & Marci contextus id ipsum demonstrat, nam Petrus cum Andrea, & Iacobo insecutus dicitur Christum in desertum, & postea turbas inuenisse eum, cumque hæ illum detinere voluissent, dixit se prædicare aliis etiam ciuitatibus missum esse, & reuera prædicauit alijs ciuitatibus, in quā prædicatione factum est, quod Lucas refert. igitur iam Petrus cum alijs adhæserant Christo, quando in nauim Simonis, irruentibus turbis, ingressus est. Præterea, quia Lucas asserit Petrum, Iacobū, & Ioannem secutos esse Christum, nunquam autem secuti essent, nisi prius vocati fuissēt, sequuntur enim quia iam prius vocati erant à Christo, vt ei adhærerent: Lucas enim nihil de vocatione dicit, sed solum absque vocatione secutos esse Christum refert. Præterea, si nondum Christo adhæsissent illi non se tam obedientes exhibuissent Christo iubenti, vt laxarent retia, cum per totam noctem nihil prædidissent, & iam lassati essent, ac sine spe capturæ. propter hęc existimo posterius hoc euenisse, quam illud, quando vocati sunt ad disciplinam Christi sub promissione illa (facam vos piscatores hominum.)

Superest argumentum recentiorum soluere, & in primis si vim aliquam id argumentum haberet, probaret Apostolos recessisse à Christo, quando post resurrectionem redierunt ad piscandum, naui enim, & retibus suis vsi sunt. Quis autem hoc dicet? Recte ergo August. lib. 2. de consen. Euangelist. ait: Quando Christus dixit, eris homines capiens, non ita dixit, vt nunquam amplius pisces piscaturi essent; similiter, quando dixit: Faciam vos piscatores hominum, non ideo prohibuit pisces piscari; & Gregor. hom. 24. in Euangelia, post Resurrectionem discipulos ad autem piscandi reuersos esse affirmat. Euthymius etiam asserit, etsi Christo adhæsissent, tamen noctu ad piscandum iuisse. quod quidem licet non semper id factum sit, tamen aliquoties factum esse gratia sustentationis suæ, non est negandum. Respondeo igitur, quando vocati sunt à Domino, reliquisse omnia, quia iam à munere, & officio piscādi cessauerant, & nauim, & retia quantum ad dominium, & proprietatem alijs reliquerant, non tamen vsum omnino ita abdicarūt, quin aliquando piscarentur: nam vnus aut alter piscandi actus non facit piscatorem, sed continuatio, & professio. Reuersi ergo sunt nunc apud Lucam piscatum, sicut post Resurrectionem apud Ioannem.

Nec obstat, quod dicitur, (relictis omnibus secuti sunt eum) nam hoc significat, quod piscibus illis, quos prendiderāt, relictis, & ab vsu nauis, & retis cessantes Christum comitati sunt, & secuti, sicut ante sequebantur, à quo ad modicum tempus se separauerunt, non enim perpetuo ei adhærebant. Quod autem Matthæus dixit (relictis omnibus illos secutos esse) significat officium piscandi, cui perpetuo incubuerāt, abiecisse, & nauis, ac retis proprietatem in alios transtulisse, longe ergo est diuersa ablegatio hæc ab ea quam Matthæus narrat. hæc enim est officij, & muneris, & proprietatis; illa vero est actus cuiusdam, cui tunc operam dabāt. Possumus etiam non inaccommodate dicere, quod dicit Lucas, ad pisces referendum esse; relicta enim copia maxima secuti sunt Christum, nam nauim, & retia iam ante reliquerant, vt refert Matthæus, quamuis eis aliquando vsi sunt.

Et factum est, cum esset in vna ciuitatum.

COMMENTARIA.

Miraculum quoddam aliud describitur, quod fecit Dominus, dum per ciuitates Galilææ prædicaret, leprosum enim mundauit, & à lepra sanauit. Factum, inquit, est, cum Dominus in vna ciuitatum, id est, prope vnam quandam Ciuitatem Galilææ esset. quæ autem, ciuitas hæc fuerit, proprio nomine non significatur.

Lucas et Matthæus concordes in hoc miraculi narratione.

ANNOTATIO XVI.

Hoc idem miraculum Matthæus ca. 8. & Marcus cap. 1. referunt. vt autem ex Matthæo constat factum est post concionem illam Domini, partim ad discipulos in monte, partim ad turbas in loco campestri, quam tribus capitibus scribit, vnde Lucas multa prætermisit, quæ intercesserunt à miraculo piscium vsque ad leprosi huius mundationem. Occurrit autem dubitatio, qua ratione dicat Lucas Christum fuisse in vna ciuitatum, quando leprosum sanauit, cum leprosi extra ciuitatem legis præcepto manere cogerentur, vt habetur Leuitic. 3. & Numer. 5. cumque Matthæus asserat, cum descendisset Christus de monte hunc leprosum occurrisse ei, & sanatum fuisse. Respondent quidam recentiores, & quidem vere, leprosum sanatum esse non intra ciuitatem, sed prope, sicque cum Matthæo concordat Lucas: cum enim descendisset de monte Christus, & iam ciuitati proximus esset, occurrit tunc leprosus; Hoc etiam ex Marco cōfirmatur, nam post emundatum leprosum dicit, Christum nō potuisse manifeste introire in ciuitatem præ multitudine concurrente, audito eo miraculo; igitur non fuit factum intra ciuitatem. Nec est phrasis hęc à Scriptura aliena: nam Iosue 5. dicitur, cum esset Iosue in agro vbi Hiericho, vbi ī Hebræo dicitur, cum esset in Hiericho. sic etiam nunc Christus dicitur in ciuitate fuisse, cum esset in agro ciuitatis seu prope eam.

Et ecce vir plenus lepra.

COMMENTARIA.

Particvla (ecce) indicat quasi à longe venientem, & ab aliis sequestratum: leprosus enim à consortio hominum repellebatur. quod autem plenus dicitur lepra, morbum auget, & eo magis sanantis virtutem commendat. Non enim omnis leprosus lepram habet per totum corpus diffusam, sicut hic. habent autem emphasim quandam verba hæc (ecce vir) leprosus enim iste maximis, & rarīs virtutibus exornatus erat, vt paulo inferius demonstrabitur.

ANNOTATIO XVI.

Quæ species cōtraheretur leprosis immūditia

Matthæus, & Marcus simpliciter leprosum dixerunt; Lucas autem magis morbum explicuit, dum totum corpus leprę plaga infectum narrauit. est autem aduertendum pro huius verbi recta intelligentia, dupliciter quempiam lepra plenū esse posse. vno modo, quando lepra totum inficit corpus ita, vt nulla pars carnis viuida appareat ipsi corpore, seu in tota illa parte, quæ lepra infecta est, sed tota sit in eam dorem conuersa. Altero modo, quando sic corpus lepra peruagatur, vt inter partes lepra infectas viuidæ partes carnis apparent. Qui priori modo leprosi erant, non censebantur immundi, nec à communi consortio expellebantur, vt expresse habetur Leuitic. 13. cuius causam assignauimus supra cap. 1. annotatio. 138. iam enim putredinis motus completus est, nec est periculum infectionis, sicut caro, quando cōrruptio consummata est, non amplius fœtet. posteriori modo leprosi immundi erant, & a consortio separabantur. Erat ergo leprosus mundus, & immundus. Quod autem dico de toto corpore, intelligēdum est de parte, in qua plaga leprę erat, nam si totus locus plaga erat infectus, nec caro viua intermista apparebat, erat lepra munda. Hoc supposito intelligere debemus leprosum hunc plenum lepra dici modo posteriori, quia plaga corpus totum ita infecerat, vt nō omnes partes carnis lepra fuerint coopertæ, quod signum erat putrefactionis adhuc perseuerantis. Talem autem hunc fuisse leprosum aperte probant verba sequentia: nam à Christo missus est, vt se sacerdoti præsentaret, & munus pro mundatione offerret. Erat igitur leprosus immundus. nam qui priori modo leprosus erat, mundus cum iam esset iudicatus, non tenebatur se iam sacerdoti præsentare, nec munus pro mundatione offerre; hæc enim facta erant, cum iudicatus fuit mundus, etiam si à lepra non esset sanatus.

Et videns Iesum, & procidens in faciem suam.

COMMENTARIA.

Vidit leprosus Iesum, a quo credebat, & sperabat sanari, & adorabundus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bundus, & deprecabundus genu flexit ante eum, dignum enim tali bono re iudicauit, quem credebat posse tantum opus efficere, & tale ei conferre beneficium. Procidit autem in faciẽ, non solum præ humilitate, & pudore, vt dicit Ambrosius, sed etiam præ reuerentia; timuit enim ne morbi deformitas, & fœditas Christi aspectui adferret molestiam. ideirco procidit in faciem, quasi (quantum fieri à se posset) se cooperiendo, & fœditatem occultando, qui timor reuerentiæ cuiusdam fuit.

Leprosi reuerentia fuit uera adoratio.

ANNOTATIO XVIII.

MAtthæus inquit (veniens adorabat eum) Marcus autem (genu flexo) Lucas autem (procidens in faciem suam:) quę omnia vera, & consona sunt. Quidam autem recentiores non multum considerate asserunt, hanc adorationem, & genuflexionem fuisse cuiusdam vrbanitatis; solemus enim iis, qui eminent dignitate, officio, aut virtute aliqua, corporis inclinationem honoris cuiusdam causa exhibere; quorum sententia non est probanda, sed omnino tenendum, hanc genuflexionem, & adorationem exteriorem fuisse religionis; ut enim Magi procciderunt ante Christum, & eorum prostratio à religione procedebat; ita & leprosi huius inclinatio erat virtutis eiusdem, quæ erga Deum, & diuina versatur. Ita affirmãt Origenes hom. 5. in diuersos, qui similitudine Magorum allegata vtitur, & Ambrosius in præsenti asserit petitionem leprosi plenam esse fidei, & religionis. id autem argumento efficaci confirmatur; nam ea prostratio ex fide procedebat, qua Christum Deum credebat, quod paulo inferius diffusius explicabitur, & cõprobabitur.

Rogauit eum dicens.

COMMENTARIA.

PRius adorauit, postea rogauit: tũc enim preces dignæ sunt exauditu, cum præcedit fides vera, & reuerẽtia, quæ in adoratione continentur; nec humanæ fuerunt preces hæ, quæ hominibus puris funduntur, sed diuinæ, quæ Deo exhibentur; non enim rogauit, quæ homines facere poterant, sed quæ solus Deus.

Domine si uis potes me mundare.

COMMENTARIA.

MIra confessio humilitati coniuncta; tantum enim Christum confitetur, vt in eius voluntate constituat effectum diuinæ potestatis, quasi dicet, tantus es Domine, vt possis efficere, quę uis, & sanitas mea in tua sit posita uoluntate. Præ eximia autem humilitate non dixit, munda me; se enim beneficio indignum iudicauit, totamque rationem, & causam impetrandi in affectu eius, qui sanare uoluntate poterat, collocauit. Sententia igitur hæc expresse confessio quædam est fidei, tacite autem petitio est; & deprecatio. cætera in annotatione require.

ANNOTATIO XIX.

NOtanda est fides leprosi huius, quam eius confessio, & tacita petitio demonstrant. Diuinitatem enim Christi credidit, quod & Sacri Doctores affirmant, & ratio ipsa comprobat. quod ad Doctores spectat, Origenes hom. 5. in diuersos asserit leprosum hunc fidem diuinitatis Christi habuisse, quod etiam affirmarunt Athanasius orat. 5. contra Arianos, Chrysostomus Hom. 26. in Matthæum, & Cyrillus lib. de recta fide ad Reginas, vbi verbis huius leprosi utitur ad Christi diuinitatem contra hæreticos probandam. Quam etiam sententiam amplexus Ambrosius, dicit hæc verba leprosi plena esse fidei, & religionis. Ratio etiam, quæ ex verbis sumitur, id ipsum demonstrat; Si uis, inquit, potes me mundare. In quorũ explicationem aduertendum est, prius verbum (si vis) non cadere supra posterius, nimirum (potes) tunc enim sensus esset falsus, nempe si uis, habes

Leprosus esse Xpi diuinita tẽ credẽdit.

bes potentiam sanandi, quasi ideo possit, quia uult, non enim sic est, nam si uellet sanare, siue non, potẽtia erat illi sanandi, quę non ex voluntate, sed ex natu a procedebat. debet ergo verbum prius quantum ad sensum postponi, in hunc modum, & sensum potes sanare me (si uis) id est, habes potestatem, vt si uelis me sanes: sicut dicimus inter nos, si volo possum currere non quod potestas currendi pendeat à voluntate, sed quod potestas est, vt curram, si uelim. similiter dicimus Deum, si vult posse alterum mundum creare. Hoc supposito vero sensu, argumentum efficax deducitur ex his verbis, leprosum in Christo diuinitatem credidisse, & fuisse confessum. nam pro uoluntate propria uti uirtute diuina solius Dei est; potuerunt quidem Prophetæ, & Apostoli, & homines sancti diuina fulti uirtute, miracula facere, at non quoties, & quando voluerunt, nec in eorum positum erat uoluntate, solius id Christi fuit, quia Deus est, suaque vtitur virtute pro sua voluntate. Doctrina hæc est Hieronymi Ezech. 35. & Greg. lib. 2. moral. c. 28. qui ponderãt locum illum Ioan. 1. Super quem, inquit, videris spiritum manentem, ipse est, qui baptizat in Spiritu sancto, vbi notãt neminem sanctorum habuisse spiritum manentem, vt miracula facerent, aut prophetarent, sed quando illis Deus concedebat. vnde aliquando maiora faciebant, & nõ minora, videbãtq; difficiliora cognitu, non autem faciliora; hoc soli Christo, quia Deus erat, conueniebat, vt quando, quoties, & quomodo volebat, vti diuina posset uirtute. Leprosum ergo istum fidem habuisse diuinitatis: confessio eius ostendit: quę n. solius Dei sunt, de Christo confitetur. quod etiam affirmauit Ambrosius lib. 2. de fide cap. 3. vbi huius confessionis meminit. Præterea modus ipse mundandi id ipsum confirmat, si vis potes me mundare, quasi diceret, tantæ es potentiæ, ut sola uoluntate tua mundare me possis. hoc Dei est solius, qui sua voluntate cuncta potest efficere, nec vllo alio indiget instrumento. hoc ponderauit Cyrillus loco allegato, ut inde concluderet Christum Deum esse, qui sola potuit uoluntate mundare leprosum.

Verborũ leprosi duplex

Aduertendum est autem, huius sententiæ (potes me mundare si uis) duos esse sensus, vnus est, ut sola uoluntas causa mundi tiæ sit, ac si dictum esset, si vis, ipsa voluntate efficiens, vt ego munder, potesque solum volendo mundare. Alter sensus est, ut non sola voluntas causa sit sanitatis, seu mundi tiæ, sed etiam remedia adhibita nũ ditiæ restituendæ, quæ ideo voluntati tribuitur, quæ in ipsa positum est talia remedia adhibere, vt sit sensus, si vis potes me mundare, quia in voluntate tua mundi tiæ remedia posita sunt. Quo modo dicimus inter nos homines vnus alteri, si uis, potes me diuitem facere, non quod sola voluntate id fiat, sed quia voluntatis illius est præbere diuitias, ita etiam, si volo possum te interficere, non quidem solum volendo, sed quia mihi libetum est, vt si velim, ensem cuaginem, & te occidam. Prior modus operandi solius est Dei; voluntas enim eius efficax, & potens, vt sola illius voluntate id fiat, quod ipse fieri, & esse vult. Posterior modus communis est Deo, & hominibus, sed multo differentius. Deus enim ita per media, quæ in eius sunt posita voluntate, operatur, vt possit etiam sine medijs operari illud idem: at vero non sic se habet homo, sed præter uoluntatem medijs alijs indiget, ut fiat, quod fieri vult. Est igitur dubitatio, vtro sensu leprosus hanc sententiam protulerit. Athanasius lib. de communi essentia Patris, Filij, & Spiritus sancti priorem probat, ipsumque eo argumento confirmat, quod eodem verbo, quo vsus est leprosus, syllaba mutata, sanauit. ille dixit si uis, Christus autem (uolo) vnde volens mundauit. Similia verba cum Athanasio dicit Chrysost. hom. 27. in Matth. in eadem sententia est Cyrillus lib. de fide ad Reginas, qui hunc locum adducit ad probandam Christi diuinitatem, quia voluntate sanauit, quod solius est Dei. idemque Ambros. lib. 2. de fide ca. 3. allegato, eaque sententia est accommodatior, quam secuti sumus, nec obstat, quod verbo vsus est admundandum; nam id factum est ad expri mendam, & significandam voluntatem efficacem, vt in commentario diximus. Sicque Ambrosius Luc. 5. intelligendus est, qui cum diceret eo modo sanasse, quo rogatus est, simul etiam tactu, & verbo mundasse affirmauit. Hoc tamen est notandũ, quod si quis posteriorem amplectatur sensum, adhuc is solius est Dei: nam lepra sola diuina virtute sanari potuit, quæ aliquando medijs, aliquando se sola operatur. dixit

sensus, et quis tex tum uolendo mundare. Alter sensus est, ut tui acci mundi tiæ, sed etiam remedia adhibita nũ ditiæ restituendæ, quæ ideo voluntati tribuitur, quæ in ipsa positum est talia remedia adhibere, vt sit sensus, si vis potes me mundare, quia in voluntate tua mundi tiæ remedia posita sunt. Quo modo dicimus inter nos homines vnus alteri, si uis, potes me diuitem facere, non quod sola voluntate id fiat, sed quia voluntatis illius est præbere diuitias, ita etiam, si volo possum te interficere, non quidem solum volendo, sed quia mihi libetum est, vt si velim, ensem cuaginem, & te occidam. Prior modus operandi solius est Dei; voluntas enim eius efficax, & potens, vt sola illius voluntate id fiat, quod ipse fieri, & esse vult. Posterior modus communis est Deo, & hominibus, sed multo differentius. Deus enim ita per media, quæ in eius sunt posita voluntate, operatur, vt possit etiam sine medijs operari illud idem: at vero non sic se habet homo, sed præter uoluntatem medijs alijs indiget, ut fiat, quod fieri vult. Est igitur dubitatio, vtro sensu leprosus hanc sententiam protulerit. Athanasius lib. de communi essentia Patris, Filij, & Spiritus sancti priorem probat, ipsumque eo argumento confirmat, quod eodem verbo, quo vsus est leprosus, syllaba mutata, sanauit. ille dixit si uis, Christus autem (uolo) vnde volens mundauit. Similia verba cum Athanasio dicit Chrysost. hom. 27. in Matth. in eadem sententia est Cyrillus lib. de fide ad Reginas, qui hunc locum adducit ad probandam Christi diuinitatem, quia voluntate sanauit, quod solius est Dei. idemque Ambros. lib. 2. de fide ca. 3. allegato, eaque sententia est accommodatior, quam secuti sumus, nec obstat, quod verbo vsus est admundandum; nam id factum est ad expri mendam, & significandam voluntatem efficacem, vt in commentario diximus. Sicque Ambrosius Luc. 5. intelligendus est, qui cum diceret eo modo sanasse, quo rogatus est, simul etiam tactu, & verbo mundasse affirmauit. Hoc tamen est notandũ, quod si quis posteriorem amplectatur sensum, adhuc is solius est Dei: nam lepra sola diuina virtute sanari potuit, quæ aliquando medijs, aliquando se sola operatur. dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca

næ autem virtutis nulla alia voluntas arbitrium habet, nisi solius Dei. dum igitur dicit, si uis, potes me diuina virtute mundare; hæc enim mihi opus est; arbitrium facit Christum diuinæ virtutis, & consequenter Deum confitetur. siue ergo sola voluntate, siue adhibitis medijs emundare petierit, quod illi liberum reliquit leprosus Christum Deum esse confessus est.

Oportet quispiam sic: Sicut ad vocem hominis puri Deus potest miracula facere, & sanitatem conferre; scriptum enim est Iosue 10. Iosue verbo stare fecisse solem obediente Deo voci hominis, ita etiam eadem potest facere ad solam voluntatem ipsius puri hominis, non igitur ex eo, quod leprosus dixit (si vis potes me mũdare) consequitur ipsum confessum fuisse Christum esse Deum, cum potuerit fieri, vt Deus ad voluntatem illius voluerit miracula facere, & sanare, etiam si Deus non esset. Ad hoc fatcor ea fieri potuisse, licet numquam Deus faciat. Si enim sola hominis volũtate miracula ederet, non agnosceretur is, per quem fierent, qua de causa Christus, qui sola voluntate poterat sanare, & miracula efficere, vtebatur voce, aut signo sensibili, vt scirent homines se ea facere. At vero leprosi uerba maius quid de Christo ipsum sensisse, & confessum esse indicant; absolute enim in uoluntate Christi positam esse mundationem, confessus est, absque uoluntate alterius extra se, si uis, inquit, nec dixit, sicut Martha Ioan. 11. quæcumq; popoposceris à Deo, dabit tibi Deus. Confessus etiam est potestatem absolutam faciendi in eo esse, (potes) inquit. Hæc autem non poterant esse nisi in eo, qui Deus erat. Recte ergo Doctores sacri allegati affirmarunt ex hisce verbis colligi, leprosum confessum esse Christi diuinitatem.

ANNOTATIO XX.

Leprosi prudẽtia multis circũstãtijs commẽdatur

ACcessit fidei mira huius leprosi prudentia. primo quidem, ut notat Chrysostomus hom. 26. in Matthæum, quia opportunitatem in petendo seruauit; non enim quando Christus prædicabat, populisque spiritualem doctrinam imparticbatur, ille importune se ingessit, sermonem interrumpens, sed postquam de monte descendit, & prædicare cessauit; nouit enim leprosus spiritualibus temporalia, quæ penitus cedere debere, nec illa esse intermittenda, quando tempus instat, propter hæc quæ minoris sunt. Secundo, eius prudẽtia in petitionis modo relucet; cum enim ad Christum nunquam ante accesserit, nec ullam cum eo communicationem habuerit, non est ausus expresse aliquid petere, nec rogauit, ut mundaret, sed usus est insinuatione uerborum, & ipso facto: tam miserandus enim morbus ante oculos medici medicinam efficacius flagitabat quam sermo. Tertio etiam apparet prudentia in argumentis, quibus ad impetrandum est usus: Domine, inquit, si uis, potes me mundare. Quædam sunt hæc impetrandi argumenta. (Domine) ecce primum, id est tuum est me sanare; decet enim dominos seruorum curam gerere: tu autem es Dominus omnium, ego autem unus ex tuis seruis. (potes) ecce secundum, quasi diceret, tu solus remedium adhibere mihi potes, si tu non me sanas, à nemine sanabor. (si uis) ecce tertium, nempe facilitas sanandi, quasi diceret; Non est ubi opus magnos sumptus facere, aut multum laboris in me sanando subire. quæ duo amouere dominos solent à subueniendo seruis; ac tu sola uoluntate id præstare potes; quid autem facilius fit, quam quod sola uoluntate facientis efficitur? (me mundare) ecce quartum argumentum, grauis nempe & extrema miseria, quasi diceret, si quod peto leue esset, aut mihi parum commodi adferret, exaudiendus essem, at non sic est, mundari mihi opus est à morbo intolerabili, & mihi molestissimo, qui me ab hominum consortio expulsum tenet; maxima ergo est indigentia mea. Postremo prudentia eius ostensa est in dispositione, qua ad Christum accessit, quæ talis, ac tanta fuit, ut impetraret quidquid petierat: nam uenit cum fide mirabili diuinitatis Christi, eiusque confessione, profunda humilitate, religione, fiducia impetrandi, & absque dubio existimandum est, etiam cum charitate, & dilectione; à quo enim tam insignem accepit fidem, cæteraque uirtutes, etiam dilectionem recepisse arbitramur, quæ fidem persiciebat, hanc iam, seu spem impetrandi excitabat, & causam impetrationis ministrabat.

Et extendens manum suam tetigit eum, dicens:

COMMENTARIA.

PRocciderat in faciem suam leprosus, præ reuerentia, corporeis oculis Christi morbi fœditatem occultans; Christus uero reuerentiam eius aspiciens, non solum aspectum, sed etiam tactum concessit, quasi diceret, ne vereare tantam morbi fœditatem aspectui meo præsentare; tantum enim à me abest, quod tuum aspectum abhorream, vt nec tactum aufugiam: ecce manum extendo, & hãc ipsam fœditatem, quam præ reuerentia oculis meis occultas, manu ipsa tango. Et attende Christum manum extendisse, quia leprosus eadem reuerentia, Christo non multum appropinquauit.

ANNOTATIO XXI.

Quare Xpꝰ leprosum tetigerit, cũ id lege prohiberetur.

MArcvs verbum aliud expressit (Iesus, inquit, misertus eius extendit manum) Est autem consideratione dignum, cum voluntate, & verbo mundaret, cur manus tactum adiecit. Marcion, vt refert Tertullianus libro 4. contra eundem, ex huius leprosi tactu argumentabatur, Euangelium esse contra legem, & Christum esse aduersarium Creatori, qui auctor fuit legis: nam lex prohibeat consortium cum leproso; immo cum ad hominum communione expelli præcipiebatur Leuit. 13. & Numer. 5. Huic hæresi Tertullianus se opponens respondet, tactum hunc non fuisse contra legem, idque duplici causa; prior est, quia fuit ad legis explicationem; illa enim prohibitio communicandi cum leproso significabat omnino debere nos abstinere à participatione peccatorum, ne in eorum operibus malis vllum habeamus consortium, idcirco Christus tetigit leprosum, quasi diceret, non est hic tactus, quem lex præcipue significat. At quia obiici potuit, etiam si tactus ille significaret communicationem peccati, tamen vere ille tactus corporeus lege prohibebatur, idcirco adiunxit posteriorem causam, cur tactus Christi non esset contra legem, nimirum, quia Christus, qui Deus erat, non poterat lepræ contagione inquinari, quasi diceret: lex erat illis data, qui tactu leprosi infici poterant; Christus autem diuina virtute præditus non poterat morbi illius tactu lædi. Ex doctrina hac duas elicimus causas, cur Dominus leprosum curaturus tetigerit, nempe, & vt legis præceptum interpretaretur, quasi per illud, quod spirituale est, intelligendum esset; & vt se legis præcepto non contineri ostenderet.

Origenes homil. 5 in diuersos alias causas docet, & quid, inquit, est, quod tetigit eum, cum lex prohibuisset leprosum tangere? vt ostenderet omnia munda mundis, quia aliorum aliis non adhærent inquinamenta, neque extranea immunditia immaculatos coinquinat. Ad hæc, vt humilitatem demonstraret, & nos doceret nullum spernere, aut abhorrere, aut contemptibilem ducere propter læsionem, aut maculationem. Hæc ille.

Chrysostomus homil. 26. in Matthæum duas has causas huius tactus adduxit, vnam cum Tertulliano, vt se supra legem ostenderet. Alteram cum Origene, vt spiritualiter mundo nihil esse immundum significaret, nempe corporis immunditiam non coinquinare animam, nec lepram impedimento esse virtuti. iuxta illud Matthei 15. quod intrat per os, non coinquinat hominem. Ambrosius in præsenti præter eam, scilicet, vt se non subditum, sed legis Dominum significaret, alias duas protulit causas. prior est, vt posteritatem, virtutemque suam Christus declararet, nam tactu, & imperio vsus est; tetigit enim leprosum, & imperans, dixit. Mundate, illud vt potestatem, hoc vt auctoritatem suam ostenderet, quæ voluntate, & verbo illo (volo) non satis ostendebantur. Verba Ambrosij sunt hæc: Tangit non dedignatus, & imperat non diffisus; quasi habens potestatem sanandi, & iubendi auctoritatem, operandi testimonium non refugit. Hæc ille. Posterior est, vt ostenderet se non timere contagium vt homines, quia contaminari non poterat, qui alios liberabat.

Lex non prohibuit tangere leprosum, sed alloquium

In primis tactus Christi non fuit contra legem, nec eo immundus factus est; in cuius declarationem attende, leprosum tangere lege non fuisse prohibitum, prohibuit quidem lex cohabitationem communem leprosis, iubens eos à castris, & ciui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gemebant immundi à pana

ciuitatibus expelli, non tamen prohibuit, ne quis eos tangeret, sed statuit, qui tetigisset, immundum esse decernebat, donec purgaretur, sicut nec prohibuit tangere mortuos, sed qui tangebat, immundum esse decernebat, donec seruatis quibusdã à lege præscriptis mundaretur. Vnde non peccabant, nec legem transgrediebantur, qui leprosos, aut mortuos tangebant, sed immundi erant, tenebanturque legem immundorum implere, sicut apud nos Iudices, & ministri, qui reorum vindicandis morte criminibus se immiscent, irregulares sunt, & ab ordinum susceptione arcentur, non tamen peccant, nec contra legem agunt, dum reos morti adiudicant. Adde argumentum, quia si tactus hic prohibitus esset, inconueniens sequeretur, nimirum legem positiuam aduersari legi naturali. nam aliquando naturali lege obligabantur, & mortuos tangere, & leprosos, nempe sepeliendi, aut medendi causa: non ergo tactus talis legi erat contrarius, sed immunditia ex tactu contracta erat, secundum legem. tenebanturque hi, qui tangebant immunditiem, ritu legis purgare. Tertullianus igitur. Chrysostomus, & Ambrosius, ac Origenes affirmantes esse lege prohibitum leprosi tactum, sic sunt interpretandi, nimirum secundum legis præceptum tangentes leprosum, immundos esse, & qui tetigerant, nec se, vt immundos gerebant, contra legem egisse. Dicimus ergo Christum, qui leprosum tetigit, non egisse contra legem, nec illum tactum comprehensum lege fuisse, quasi ex eo immundities contraheretur. Hoc satis aperte comprobatur ex facto Eliæi. 4. Reg. cap. 4. qui mortuum tetigit, nec tamen immundus factus est, quia tactus ille erat miraculosus, nempe ad suscitandum mortuum, opus enim diuinum coinquinare, aut immundum facere non poterat. Si igitur homo purus tactu supernaturali non est immundus effectus, multo minus Deus, & homo Christus. Diximus de hac re copiose in commentarijs in Ioannem cap. 5. annotat. 11.

Misericordia Xpi eluxerunt in leprosi.

Quod si cãm postules, cur hunc leprosũ tetigerit? Respondeo præter causas ex Auriquis Doctoribus allegatas, aliam mihi accommodatissimam videri, in cuius explicationem aduerte, in leprosis aduocandis maxime misericordiæ virtutem exerceri, non solum in pecunijs erogandis, si pauperes sint, sed etiam in ope præstanda: nam inter omnes morbos lepra in hoc est miserima, quia arcet, & tertet medentes, aut opitulatores, tum contagionis periculo, tum fœditate, & turpitudine, quæ ad nauseam prouocant. Vnde Gregorius Nazianzen. orat. de amore pauperum in leproso duplicem prædicant miseriam, & quod infirmus est, & quod alijs odio, & nauseæ est. Elucet igitur misericordia erga leprosos in ijs qui etiam manum opitulatricem admouent illis. Distinxit Hieronymus in Epist. ad Oceanum, in Epitaphio Fabiolę, hęc duo misericordiæ opera, & eos, qui pecunijs iuuant, clementes pecunia appellauit: eos vero, qui morbosis, & turpibus morbis infectis medicas admouent manus, vocauit clementes in manu, quod opus difficilius est, & a paucioribus fit quam pecuniarum erogatio. Hæc autem duo significata sunt psal. 21. vbi sic habetur, qui non spreuit, nec despexit deprecationem pauperis, illud (despexit) in Hebræo est uerbum שקץ quod significat quasi ad nauseam, & stomachum prouocare; sunt enim qui spernunt pauperes, sed potius pecunia opitulantur: aut præ nausea, respicere non audent; Christus uero noster, nec spreuit, nec despexit leprosum vt misericordiæ suę perfectionem indicaret, qui tactu etiam, & virtute leproso auxiliatus est. hoc Marcus satis indicauit, nam dixit (misertus est, & tetigit eum.) Non immerito autem hanc misericordiæ perfectionem in leproso signari cauit, qui eadem misericordiæ perfectione mundo opem tulit; cum enim tota uoluntate, & virtute hominem peccato infectum sanare posset, uoluit etiam carne ex eius massa suscepta, quasi extendens manum, & tangens, sanitatem illi conferre, & pro homine facere, quod homo nec ausus esset rogare, sicut nec leprosus est petere à Christo tangi. signi ficauit etiam Euangelicæ charitatis perfectionem futuram, quę non solum immundos non reputat leprosis manum admouentes, sed summopere commendat. vnde Eliæus ille Naaman leprosum nec tetigit, nec respexit, Christus uero noster vidit, allocutus est, & tetigit manum extendens in eum, qui accedere ausus non fuerat. Hæc igitur esse uidetur causa, cur tetigerit leprosum.

Volo

Volo, mundare.

COMMENTARIA.

VOLVNTATEM, & potestatem sanandi rogauerat leprosus, voluntate, & potestate mũdatur, & quo genere fuerat Christum obseratus, eodem sanatur, duobusq; verbis, si vis, potes me mundare, duo item exhibet, volo, mundare, id est, esto mundus, illud voluntatem, hoc imperium, & potestatem exprimit. sola voluntate sanare potuit, vt leprosus rogauerat, sed si sic sanasset, non ita facile leproso, & turbæ adstanti sanitatis auctor manifestus esset. vtitur ergo verbis, voluntatem, ac voluntatis potentiam significantibus. Duo enim hæc; volo, mundare, explicant Christi interiorem voluntatem efficacem, potentemque leprosum mundandi. (mundare) autem modus est imperatiuus passiuę vocis, clarioribus verbis dici potest, esto mundus. Simul ergo tetigit, & locutus est, sed verbo sanauit, tactu se leprosum non abhorrere significauit.

ANNOTATIO XXII.

Marcionitæ hæresis refutatur.

AButebatur Marcion etiam his verbis ad probandum, Christum contrarium esse veteri testamento, vt refert Tertullia. lib. 4. contra eundem. ille enim opponebat Elisæum 4. Reg. 5. aqua vsum fuisse ad mundandum Naaman à lepra, quo facto approbabat Deum, qui aquam, & cuncta creauisset: at Christum non esse usum aqua; quasi aduersarium creatori. Respondet sapienter Tertullianus duo. vnum est, non ex diuerso modo mundandi colligi Christum aduersari auctori ueteris testamenti, sed ostendere se longe alium esse ab Eliseo; non enim Dominus uoluit eundem modum seruare, quem seruus tenuit, potentior enim est dominus famulo. Alterũ est, Christum eo modo sanasse, qui ei maxime decebat; verbum. n. potius indicat, Christũ creatori cõformẽ, quam aquam. nam Deus vniuersum verbo creauit; modus igitur mũdandi verbo ostendit Christum creatori non aduersari. Notat autem Chrysost. hom. 26. hoc verbo Christum fidem leprosi confirmasse, qui crediderat eum Deum esse, qui posset voluntate sanare, quasi diceret: Vere credidisti, in mea, nempe voluntate positum esse mundare te, indeque me Deum esse, fece volo, esto mundus. Quo etiam verbo nobis significauit ad exhibenda opera misericordiæ erga proximos, faciles, & promptos nos esse debere. Docte autem ponderat Ambrosius tria verba in huius mundatione leprosi, volo, mundare, tetigit. Primum contra Photinum hæreticum, qui voluntatem humanam in Christo negabat: secundum contra Arium, qui impetum diuinæ naturæ remouebat à Christo: tertium contra Manichæum, qui carnis Christi veritatem auferebat. Volo, enim, humanam voluntatem indicat Christi, Mundare, diuinam naturam, cuius est imperium absolutum, tetigit, veritatem carnis, aliter enim tangere vere non posset.

Et confestim lepra discessit ab illo.

COMMENTARIA.

VOLVNTATIS, verbiq; Christi virtute subito, & momento tẽporis leprosus sanatus est. recte autem dictum est (lepra discessit) & non (mũdus factus est) quamuis Marcus vtrumque coniunxerit: nam leprosus aliquando mundari dicebatur, non quod ablata esset lepra, sed quod in eum esset statum redacta, vt legis immundities amota esset. vt enim diximus supra, quando lepra totum corpus plagæ peruagata erat, nullaq; carnis viuida pars intermissa apparebat, sed in candorem erat tota conuersa lepra, tunc mundus decernebatur leprosus à sacerdote: at Christus non sic mundauit hunc hominem, sed sanauit, lepram ipsam abstulit, & in pristinam puritatem corpus restituit, sicut Eliæus sanauit Naaman, cuius

carq

Universidad de Deusto
Biblioteca

caro effecta est, sicut pueri caro, qui nullo fuit vnquam morbo infectus; idcirco Euangelista dixit, (discessit ab illo lepra) additum est autem (confestim) tum vt Christi virtus ostenderetur, tum vt non alteri medicinæ, quam voluntati verbo expressæ sanitas attribueretur.

ANNOTATIO XXIII.

Leprę sit sanus ne factus sit verbo, uel tactu Christi, an utroq; simul.

POsset quispiam non immerito dubitare, an solo Christi tactu lepra discesserit, an solo verbo, an simul vtroque. Nam Christus dum tetigit, locutus est; dicit enim Euangelista (tetigit eum dicens) Primo loco Hieron. Matth. 8. Extendente, inquit, manum Domino, statim lepra fugit. quod etiam Iuuencus lib. 1. Carminũ affirmauit, sic canens:

Tunc dextra Christus
Attactu solo purgauit lurida membra,

quod Origenes prius sensisse videtur, homil. 5. in diuersos.

Secundo loco Ambrosius solo verbo sanatum asserit lib. 2. de fide, cap. 3. Dixit, inquit, Volo, & statim secuta est sanitas. Hæc ille. de tactu vero nihil dicit. In eadem sententia est Chrisostomus. hom. 26. in Matthæum. Cuius, inquit, rei gratia, cum voluntate, & verbo sanaret, adiecit & tactum? Hæc ille. Igitur præter voluntatem solo verbo sanauit. In eadem est sententia Athanasius libro de communi essentia Patris, Filij, & Spiritus sancti, vbi affirmat Christum, sanasse eodem verbo, quo vsus est leprosus, syllaba mutata, nempe (vis, volo.)

Tertio tamen loco idem Ambrosius Luc. 5. & verbo, & tactui sanitatem tribuit: nam de verbo dicit leprosum sanatum esse eodem quo petiit modo; de tactu autem sic inquit: Non tetigit, quia sine tactu munda re non poterat; sed vt lepra tactu Domini fugaretur, quæ solebat contaminare tangentem. Hæc ille, cui sententiæ adhæsit Euthymius Matth. 8.

Postremo Druthmarus ambiguus est, cuius hæc sunt verba: Nescio quid magis timuerit lepra, verbum, an tactum eius? si tacuisset Christus, lepra non fuisset ausa expectare manum Domini, quia non fuerat ibi creata; si non extendisset manum, & dixisset volo, non esset causa remanere, quia ille erat intus in illo corpore, qui dixit, & facta sunt. Hæc ille. Fatetur ergo vtroque potuisse sanare, solo tactu, & solo verbo; dubitat vtrũ sanauerit in hac parte, cum & solo tactu, & solo verbo, vtroque simul sanare Christus potuerit.

Omnes sententiæ probabilitate non carent, at multo accommodatior contextui historiæ est secunda sententia, solo verbo, efficacem voluntatem experimento usum esse Christum ad sanandum, & mundandum leprosum. cuius ratio est, quia leprosus petijt, si vis, Christe aũt annuisse vt, cũ dixit: volo, mundare. voluntate quidem sola sanasset, sed leprosus id non agnouisset, nisi signo exteriori ei fuisse manifestata, idcirco verbum, ut instrumẽtum assumpsit sanandi, ut diximus in commentario superiori; tactum autem adhibuit ob causam ibi explicatam.

Et ipse præcepit illi, vt nemini diceret.

COMMENTARIA.

FVGIEBAT aliquando Dominus turbæ concursum, aut quando curiositate quadam, non studio fidei, agnoscendique veritatem, ducta, audito aliquo, aut expectato miraculo ad eum confluebat, aura quadam populari applausura: de qua re Ioannis 6. dictum est: Cum cognouisset, quod vẽturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit in montem solus. Aut quando nullum in iis, qui conuenturi erant, miraculum facere, nec sermonem habere decreuerat, sicut scriptum est Ioan. 5. IESVS declinauit à turba constituta in loco, nimirum, quia neminem alium præter paralyticum illum sanare statuerat: aut quando nulla opportunitatis habita ratione suis potius inbias temporalibus commodis multitudo ad eũ conuolabat, impedimentoque ipsi erat, quo minus aliis operibus, quæ tunc magis expediebant, quęq; facere

proposuerat, incumberet, de quo dictũ est Matth. 5. Videns turbas ascendit in montem. Et Marci 3. conuenit ad eum turba, ita vt nec possent manducare panem. Hac igitur nũc de causa leproso præcepit, vt nemini diceret, nec publicaret miraculũ factæ emundationis, ne si tunc tẽporis illud euulgasset, importune vtrbæ multitudo concurreret ad eum, qui & ex via, & ex concione amplissima facta se eum discipulis defessus in Ciuitatem illam recipiebat: non tamen vetuit, quin opportuniori tempore illud euulgaret.

ANNOTATIO XXIV.

Quare Christus leproso præcepit, ne miraculum factũ manifestaret.

COnsideratione dignum est, cur Dominus filẽtium leproso imposuerit quod illis decem leprosis Luc. 17. non indixit. Chrysost. hom. 26. in Matthæum refert quorundam opinionem, asserentium id factum esse, ne sacerdos, cuius erat de lepræ mundatione iudicare, callide, & versute se in iudicando gereret, si sciret auctorem mundũtiæ; erant enim illi sacerdotes Christo aduersarij. Hãc sententiam reijcit Chrysostomus ea ratione, quia tam manifesta erat mundities diuinitus facta, vt nullum ambiguitatis locum relinqueret. Adde Leui. 13. esse præscripta signa, & argumenta omnia decernendi lepræ munditiem, adeo vt in tam perfecta emundatione, & omnib. manifesta nemo posset iudicium peruertere, quin iniquitas esset ab omnibus deprehensa; præterea, quia sciebat Christus etiã, si euulgatum esset prius miraculum, iudicium tamẽ sacerdotis rectum futurũ, quod reuera euentus à Christo præscitus declarauit: nam leprosus non seruauit silentium, & iudicium fuit rectum, quod Christus ipse significauit; nam dixit: Ostende te sacerdoti, & quasi de iudicio emunditionis futuro certus, etiam si sciret prius miraculum publicandum, adiunxit, offer pro emundatione tua, nempe post iudicium sacerdotis. Præterea quia tunc dicendum potius erat: nemini dicas, priusquam te sacerdoti ostendas.

Hæc igitur dimissa sententia, ipse Chrysostomus aliã impositi silentij causam profert nimirum, vt doceret, quam esset alienus ab aura gloriæ, pompaque iactantiæ; quæ etiam causa assignata fuit ante à Tertull. lib. 4. contra Marcion. Quantũ, inquit, ad humanæ glorię auersionem pertinebat, vetuit leprosum diuulgare, consentit huic Euthymius Matth. 8. adiungens etiam id præcepisse, vt instrueret eos, qui beneficia in aliquem conferunt, ambitionem execrari. Hoc etiam dixit Origen. hom. 5. in diuersos: Vt doceamini, inquit, quando aliquid boni facitis, non gloriari, aut extolli, vel inaniter placere velle in cõspectu. Hæc ille. quod si postea ille non seruauit silentium, fecit tamen Christus, quod in se erat, vt respõdent Chrysost. & Euthymius. Hęc causa perpetua non est, nam miracula multa publicè fecit, immo manifesta omnibus ea esse volebat, non quidem in gloriam propriam, sed in nostram vtilitatem; sciebat enim salutem hominum in eo positam esse, vt eum agnosceremus, & in ipsum crederemus. Ioã. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti, Iesum Christum. Agnitio autem hæc maximè erat ex operibus diuinitatis eius. Ioan. 10. Si mihi non creditis, operib. credite. Adde hoc ipsum miraculum non vetuit prędicari, & euulgari absolute, sed tunc tempor s, vt dicetur inferius.

Ambrosius alias duas adfert huius præcepti causas, verba eius sunt. Cur autem præcipitur nemini dicere? nisi doceret non vulganda nostra beneficia, sed premenda; vt non solum à mercede abstineamus pecuniæ, sed etiam gratiæ. Hæc Ambrosij quæ etiam causa non est perpetua: nam miracula multa erga infirmos coram tota turba facta sunt a Domino. Alteram causam adiungit Ambrosius dicens: forte sic illa silentij imperati causa fuit, quod meliores putabat eos, qui fide spontanea magis, quã beneficijs speratis credidissent, quasi diceret, voluit significare Christus imponendo silentium miraculi, homines magis debere credere illi propter verbum quam propter miracula, & beneficia. Quod etsi verum est, scilicet perfectiorem esse fidem, quæ etiam sine miraculis est; tamen Christus ab eiusmodi populo fidem ex miraculis exigebat, eamque probabat.

Druthmarus in Matthæũ priorem causam Ambrosij sert bit, alteramq; addit, nempe quia superfluum erat loqui, vbi tã manifestum erat opus. Verba ipsius sunt: Necesse, inquit, non erat verbis narrare, cum omnes sanum viderent, quem leprosum antea viderant. Quam causam etiam tradit Victor

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctor Antiochenus Mar.1. sic enim habet: Nemini dixeris, non indigeo tua prædicatione: si enim morbus, quo laborabas, me non prædicauerit, mundities tua nulla erit. Hæc ille: immo eadem etiam est Hieronym. Matth.8. sic enim, inquit: re vera quid erat opus, vt iactaret, quod corpore præferebat. idem etiã dixit Origenes hom.5. in diuersos. Que causa si vera esset, aliis multis, qui miracula facta narrarunt, iungendum erat, vt nemini dicerent.

Aliam in dicti silentij causã ex verbis Marci deducit.

Omnibus igitur hisce perpensis Marcus Euangelista visus est mihi causam silentij impositi indicasse: nam post silentium impositum leproso sic habet; Egressus nempe leprosus cepit prædicare, & diuulgare sermonem, ita vt iam nõ posset manifestè introire in ciuitatẽ, sed foris in desertis locis esset. Ex his verbis causam deducimus impositi silentij; volebat.n. tunc Christus ciuitatẽ intrare illam sine turba, & tumultu, se enim recipiebat tunc causa quietis, quia venerat è via, & de monte descenderat, longaq; concionem habuerat, idcirco silere tũc præcepit, ne miraculũ importune euulgaretur, sic enim impediebatur ab ingressu libero multitudine cõcurrente, vti leproso postea euulgante factum est, vt inferius dicemus. Hæc causa etiã deducitur ex verbis eiusdẽ Marci: Comminatus, inquit, est illi, id est, minis additis præcepit, vt nemini diceret, adiecit etiam (eiecit illum) ne si ibi permãsisset, multitudo cõcurreret ad videndum illum. Quærebat ergo tunc Christus solitudinẽ, ideirco imposuit, vt sileret, non quidẽ absolutè, & perpetuo, sed tunc temporis, quando aderat Christus, & facile ad eũ multitudo cõfluere poterat; sic enim tempus illud libertum manebat Christo, vt Ciuitatem sine strepitu intraret, ibiq; cum discipulis quiesceret. Colligitur etiã causa, cur decem illis leprosis hoc silentium non imposuit, non enim tunc temporis solitudo à Christo quærebatur, vt tunc, & eo maximè, quia in via erat. Cur autem præcepit Christus leproso silentium, quod ille non obseruauit, præsertim cum multitudo conuenerit ad eum, dicemus inferius, cum ea verba explicabimus.

Sed vade, & ostende te Sacerdoti.

COMMENTARIA.

VEtus lex erat, ne vllus de mundatione leprosi decerneret, sed solus summus Sacerdos, vt cõstat Leui.13. Oportebat ergo vt conspectui sacerdotis se leprosus offerret, & signis, ac probationibus ostensis iudicium eius expectaret, ante q; immundus, quantuncumq. sanus esset, censebatur. Præcepit igitur Christus leproso, vt sacerdoti se ostẽderet, ne ipse Christus diceretur sacerdotis sibi vsurpasse iudicii, sicq. calumniãtium obturauit ora, qui tanto acrius cõtra Christũ insurgerẽt, quanto sublimior erat persona, cuius prætexebatur vsurpatum iudicium.

ANNOTATIO XXV.

Quare Christus præceperit, vt se sacerdoti ostenderet.

MArcus inquit (ostende te Principi Sacerdotum) non enim, vt in commentario diximus, cuiusq; sacerdotis erat iudicare de lepræ mũditia, sed summi, qualis Aaron fuit, & eius successores. Cur autem ad sacerdotem miserit Dominus leprosum, doctores varias protulerunt causas. Tertullianus lib.4. contra Marcio. eam dicit esse, vt legem impleret. Chrysostomus hom.36. in Ioã. duas assignat. vna est, vt calumniantium, qui eum legis præuaricatorem proclamabant, ora cõprimeret; quam causam etiam hom.26. in Matth. tradidit. Altera est, vt miraculo certam fidem faceret, nam ipsi facto accedebat iudicium summi Sacerdotis, quo decernebatur nõ fictam, sed veram esse emũdationem. Ambrosius, & Origenes, hom.5. in dimersos aliam docent. Ostendere, inquit, se sacerdoti iubetur, vt dum offerret se sacerdoti, ipse sacerdos intelligeret non legis ordine, sed gratia Dei supra legem esse curatum. Druthmarus autem tres causas dat, nempe, ne Christus legis annihilator videretur, & propter humilitatem, vt ostenderet se sacerdotibus reuerentiam exhibere; & vt, si videntes non crederent, deterius damnarentur; si verò crederent, saluarentur. Hęc oĩa recte dicta sunt. potissima autem causa ea est, vt calumniæ obuiaret, ne Sacerdotis summi iudicii contra legis præceptum sibi vsurpare videretur, quo quidẽ facto se legis obseruatorem simul demõstrabat. Vnde rectè dicit Chrysost. hom.26. in Matth. Ne dicerent rapuisse gloriam sacerdotum, opus impleuit ipse; probationem verò permisit illis, quib. etiã de signis suis permisit potestatem, ac si diceret;

ceret; procul sum, vt Moysi, aut sacerdotibus videar repugnare, immo eos, quos ipse curaui, ad parendum illis induco.

ANNOTATIO XXVI.

Marcio huius loci auctoritate Mar.

OPposuerunt hanc Euangelistæ sententiam simul cum sequenti (offer pro emundatione tua sicut præcepit Moyses) Marcioni ij, qui Catholicas partes tuebatur dicebat ille; Christus erat contrarius veteri testamento, & auctori eius; opponenebãt autem nostri; quod leprosum misit, vt sacerdoti se ostenderet, & offerret pro emundatione sua, in quo legem illã seruasse demonstratur. ita opposuerunt Marcioni Tertull. lib.4. allegato, & Epiphanius hæres.42. Hæreticus verò ille perfidus, & callidus huic obiectioni respondebat, referente Tertulliano, Christum hæc iussisse leproso, quia sciebat illum ea facturũ. quam vanam hæretici euasionem reselit Tertullianus multipliciter, nam siue ea de causa siue alia iusserit, hereticus convictus est: nam saltem legem seruari iussit, quod hereticus negabat. Præterea quia tacere poterat, quid enim compellebat, vt sacerdoti se ostendere præciperet, si sciebat leprosum id facturũ. Vide cętera apud eundẽ Tertull.

Ecclesiæ Prælatis quantus sit honor deferendus.

Postremo in hac sententia notandũ est, quod optimè Cyprianus obseruauit, nępe quanti faciendum est prælatis Ecclesię obedire, nam epist.65. ad Rogatianum sic scripsit: Dominus noster Iesus Christus, Rex, & iudex, & Deus noster, vsq; ad passionis diem seruauit honorem Pontificibus, & sacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi seruassent. Nam cum leprosum emundasset, dixit illi; Vade, & mõstra te sacerdoti, & offer donum; humilitate ea, qua nos quoque esse humiles docuit, sacerdotẽ adhuc appellabat, quem sciebat esse sacrilegum. Hæc ille. Est autem notandum verbum Cypriani (sacrilegum) quod non sic est intelligendum, quasi ille adueniente Christo desierit esse sacerdos, nec verus fuerit Pontifex; sed sacriległ appellat, quia Christi persecutor erat, & veritatis oppugnator; cæterum sacerdotium, & sacrificium legis nõdum cessauerãt, donec Christus se obtulisset holocaustũ pro mũdi salute, nonumq; sacrificium Euãgelicũ instituisset: ideirco, & sacerdotem appellauit, & sacrificium secundum legem Moysis offerri præcepit pro emundatione. Quam doctrinam tradidit Augustin. lib.2. quæst. Euãg. q.3. cuius verba hæc sunt: Quod Dominus dicit leproso mundato, Vade ostende te sacerdoti, & offer munus pro emudatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis. Hic videtur approbare sacrificium, quod per Moysem præceptum est, eũ id non receperit Ecclesia; quod ideo iussisse intelligi potest, quia nondum incęperat esse sacrificium sanctum sanctorum, quod corpus eius est. Nondũ enim in passione obtulerat holocaustum suum, quo sacrificio cõfirmato in credentib. populis, templum ipsum euersum est, vbi illa sacrificia offerri solebant; non.n. oportebat auferri significantia, priusquã illud, quod significabatur, confirmatum esset contestatione Apostolorum prędicantium, & fidẽ reddentium populorum. Hæc Aug. verè, & doctè.

Et offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses.

COMMENTARIA.

POstquam summus Sacerdos hominem à lepra liberũ, mundumque ex signis, & argumentis lege prescriptis iudicabat, quædam holocausta, & victimas, nonnullaq; alia iuxta Moysis præcepta fieri demãdabat, quibus ille, qui lepra prius infectus fuerat, mundabatur, & purgabat ab immunditia legali, vt posset deinceps conuersari, cęteraque omnia facere; sicut ij, qui mundi, & à lepra immunes erant; de qua purgatione, & emundatione nunc Christus loquens, offerẽs, inquit, pro emundatione tua, id est, in tui purgationẽ legalem, ea, quæ Moyses Leui.14. fieri mandauit in leprosorum post sanitatem receptam purgationem, & emundationem. Hoc mandato Christus nullũ calumniæ locum persecutoribus reliquit, se legem Moysis non soluere, sed implere demonstrans. Non autem dixit, sicut præcepit Deus, sed sicut Moyses, quo fortius illorũ ora consueret, quippe qui Moysem, quem illi venerabãtur, magnificabat. Ex huiusmodi oblationib. mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra commoda Sacerdotibus prouenie-
bant, quæ si Christus impediret, ma-
ximos contra se tumultus principum
insatiabili auaritia commouisset.

ANNOTATIO XXVII.

Qua ratione intelligendum sit q Moyses p leprosi emundatione offerri præcepit.

LEuitici 14. duas legimus emũdationes leprosorum; vnam, & quidẽ priorem, qua leprosus siue diuina, siue naturali virtute à lepra sanabatur: altera posteriorem, qua post iudicium à summo Sacerdote factum, quod à lepra conualuisset, certis holocaustis, victimis, & aspersionibus, purificabatur, seu purgabatur, vt posset deinceps, tanquã mundus agere, & cum cæteris conuersari. Verba Leuitici sunt: Hic est ritus leprosi, quãdo mundãdus est, adducetur ad sacerdotẽ, qui egressus de castris, si inuenerit lepram esse mundatam, præcipiet ei, &c. illã (mundandus) de posteriori, illud vero (mundatam) de priori emundatione intelligere necesse est. Christus Dñs priorem in hoc hoīe operatus est, diuina sua virtute sanando leprosum leprámq; expellendo, ad posteriorem vero faciẽdam nunc mittitur. Et attẽdẽ, quod iussit illi, Sacerdoti se ostẽdere, vt secundum legem de munditia priori facta decerneret, declararetq; vere esse sanum; nunc autem præcipit, vt offerat pro posteriori purgatione legali, de qua nunc dicit (pro emundatione tua) siue (tui) vt habent Græca, id est offer ea, per quæ purgandus es, secundũ Moysis mandatum ab immunditia legali; ante talẽ .n. purgationem leprosus etiã sanus, immundus secundum legem censebatur. Hæc dicta sint in huius verbi explicationem. His adnectenda sunt, quę Isidorus Pelusiota Epist. lib. 1. 146. hãc sententiam explicans dicit: Eam, inquit, ob causam leprosus munus lege indictum offerre iubebatur, vt vtriusq; testamenti concordia demonstraretur; quod is, qui nunc morbum depulit, idem ipse est, qui legem quoq; imposuit. Hæc ille. Tertullianus etiã lib. 4. contra Marcion. eiusdẽ sententiæ, & præcedentis spiritualem sensum exponens, inquit, Significabant hominem quondam peccatorem, verbo mox Dei emaculatum offerre debere munus Deo apud Tẽplum; orationem scilicet, & gratiarum actionem apud Ecclesiam per Christum Iesum Catholicum Patris Sacerdotem. Hæc ille.

In testimonium illis.

COMMENTARIA.

COnnexa est hæc sententia præcedẽtibus duabus in hunc sensum, vade, & ostende te Sacerdoti, ac offer pro emundatione tua sicut præcepit Moyses, vt hæc sint testimonium, & quædam probatio illis, id est, contra illos nempe Sacerdotes, & Iudæos, qui me præuaricationis legis accusant, me non legem soluere, sed implere; quãdo quidem induco te, & præcipio tibi, vt legis præscripta obseruas, meaque diuinitus facta miracula etiam illi legi subdo. Hæc ergo tua legis obseruatio meo iussu exhibita testis erit accusatores meos calumniæ conuincens.

ANNOTATIO XXVIII.

Patrum sententia circa hæc verba ꝑpendun-tur.

EPiphanius hæres. 42. refert Marcionẽ huius sententiæ verbũ corrumpentem: legebat enim (in testimonio vobis) quam lectionem videtur amplecti Tertullianus lib. 4. contra eũdem & Ambr. in hoc loco: at nec sic hæret eius ille euadebat vim argumenti: siue enim legas (vobis) siue (illis) testatur tñ Christus se legem seruasse Moysis. Quod aũt ad interpretationem huius testimonij spectat, Hilarius can. 7. in Matth. hanc sententiam connectit cum verbo (præcepit) in hunc sensum; sicut præcepit Moyses in testimonium, & statutum, seu, vt esset ei lex, & testimonium seu fœdus. Tertullianus vero loco citato conatur eum præcedentibus, nempe emundationẽ, ostentione, & oblatione, sic enim, inquit: In testimonii, quo Christus testabatur se legem non dissoluere, sed implere, & quo etiam testabatur se esse, qui morbos, & valitudines suscepturus annunciabatur. Ex quibus verbis colligitur, Tertullianũ sensisse non tantum ostensionem Sacerdoti factam, & oblationem secũdum legem, sed etiam ipsam emundationẽ appellari testimonium, ita vt oblatio & ostensio testimonii sint, ꝙ legem obseruauerit, emundatio aũt testimonium sit, quod ipse sit, qui morbos nostros susceperturus venerit. Prior interpretatio Hilarij non videtur satis accommoda-

ta; non enim videtur causa, cur magis hæc duo præceperit Moyses illis in testimoniũ, ꝙ reliqua præcepta legis. Posterior etiã Tertulliani coniectura nõ satis aptatur; ad duo .n. quę præcesserunt nempe, ostende te Sacerdoti, & offer pro emundatione tua, referendum est, quod sequitur nempe, vt hæc sint in testimoniũ illis, ficq; Chrys. hom. 26. in Matth. & Euthymius interpretãtur; simul-que testimonium explicãt, redargutionem, seu reuictionem, vt sit sensus: calumniatores, qui me legis transgressorẽ esse prædicant, & huius me, criminis accusant, hoc facto, quasi testimonio quodam, & efficaci argumento reuincetur, & redarguẽtur calumniæ, & falsitatis. Illud aũt, ꝙ Chrysostomus dicit, nempe, leprosum ipsum futurum in testimonium eo tẽpore, quo Christus præuaricationis legis accusandus erat, quasi diceret: Tu eo tẽpore eris mihi in testimonium, quando accusabor, non sic intelligas, quasi ipse leprosus se tunc præsentare deberet, & vocibus testari se ad legem obseruandam à Christo missum, sed quod in eo leproso factũ est, futurum postea testimonium, & accusationem contra illos. Dices aũté, ꝙ est tribunal, in quo testimoniũ hoc apparere debebat? Respondeo conscientias illorũ calumniantiũ proprias; maximè enim apud se redarguebantur, agnoscentes ex illo facto non ignoto sibi, Christum non esse præuaricatorem, sed implesse legem. Rursus apud cõmune hominum iudicium, ꝙ velut quoddam est tribunal: nam qui audient Sacerdotes, Christo imponentes legis præuaricationẽ, hoc facto publico eos condemnabunt calumniæ, & falsitatis. Demum apud Deũ ipsum, ipsiusq; iudicium commune, & generale, vbi tanto acrius, & grauius suæ calumniæ, & impietatis conuincentur, & pœnam condignam recipient, quanto euidentioribus testimonijs hominũ redarguti apparebunt. Eadẽ significatione sumptum est testimonium Matth. 24. prædicabitur Euangelium Regni in vniuerso mundo, in testimoniũ omnibus gentibus, id est, prædicatio Euangelij erit testimoniũ ad conuincendas gentes incredulas suæ malitiæ, & iniquitatis, quæ salutem oblatam non receperunt.

Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbæ multæ vt audirent, et curarentur ab infirmitatibus suis.

COMMENTARIA.

LEprosus admirandum, ac diuinũ sanitatis beneficium à Christo receptum, postquam à Christus eiectus discessit, cœpit prædicare, ex cuius prædicatione fama nominis Christi adeo increbuit, ac peruulgata est, vt multæ turbæ conuenirẽt, tum ad audiendam illius doctrinam, tum vt per eum à variis infirmitatib. curarentur; ille enim, & doctrina & virtute corporibus medebatur, & animabus.

ANNOTATIO XXIX.

Quare leprosus manifestauit miraculũ, quod Christus manifestare prohibuit.

MArcus habet quædam verba, quæ Lucas intimauit quidem, sed nõ expressit; postquam .n. retulit Dominum iussisse leproso, vt taceret, ostenderetq; se Sacerdoti, & munus pro emundatione offeret, subiungit, egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonem, ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitatẽ. Hęc ille. Ex prædicatione ergo, et publicatione miraculi ꝑ leprosum facta tota hæc multitudo, quã Lucas refert, ad Christum confluxit, fama peruagãte vndequaque. Quo in loco duę se offerunt difficultates; vna est cur leprosus non seruauit Christi præceptũ de miraculo facto nõ prædicãdo: altera est, cur Christus id præcepit, quod sciebat illum non obseruaturum? Ad priorem respondet Victor Antiochenus Mar. 1. Leprosus, inquit debita gratitudinis nequaquam oblitus benefactorem suum vbique locorum laudat, & prædicat. idem dicit Euthymius eodem lo-
co. Hæc autem responsio non euacuat omnem difficultatem; gratitudo enim non est à quo beneficium acceptum est, potius ingratitudo est præcepto, & voluntati illius se contrarium exhibere; cum igitur Christus comminatus iusserit, vt nemini diceret, non videtur, qua ratione inductus gratitudine, dici possit. Posset alicui videri leprosum non seruasse præceptum impositi silentij: nam Christus iussit nemini dicas;

Universidad de Deusto
Biblioteca

at ille cœpit prædicare, & diffamare sermonem, id est, rem ipsam, & miraculum. Euthymius Marci 1. ita sentit, cui multi consentiunt: quod si quærat quispiam ab eo; cur Christus præcepit id, quod sciebat leprosum non seruaturum? Et cur leprosus præceptum non obseruauit? Respõdet vtrique difficultati Euthymius hisce verbis: Oportet eos, qui beneficia conferunt, modestiæ causa præcipere silentium; eos verò, qui beneficio sunt affecti, prædicare propter gratitudinem: Hæc ille. Quam doctrinã sumpsit ex Chrysost. hom. 26. in Matth. qui eiusdem videtur fuisse sententiæ. Christus igitur præcepit, quod sciebat illum non facturum, causa modestiæ, & vt se alienum à vana gloria ostẽderet, & si ille postea nõ seruauit silentium, Christus fecit quod in se est, sicque demonstrabat se gloriam humanam fugere, at ille leprosus gratitudinem considerans prædicauit miracula contra silentium impositum.

Hanc sententiam, etiã si videam eam esse communem, non possum probare; non enim est, cur magis Christus in hoc miraculo, quam in alijs innumeris voluerit ostẽdere se alienum à vana gloria, cum semper quæsierit sua opera diuinitus facta esse manifesta ad fidem hominum conciliandã; magisq; intererat miracula manifestare, quam occultare, cum aliàs iusserit ea publicare, nec vlla vanæ gloriæ suspicio de eo orta est apud homines: eo maximè, quod hoc miraculo, aut nemo præter discipulos, aut rarissimi intererant. Quod autem de ipso leproso dicitur, durum est, & difficile capi potest, quomodo Christo, quẽ ille Deũ credebat, cõminante, & præcipiẽte nemini dicere, ausus est illius præceptum infringere; hoc enim non gratitudo, sed ingratitudo magna esset, nam benefactoris voluntati, ac iussui tam aeriter facto non obtemperare, ingrati est potius hominis, vtpote iniuria afficiẽtis eum à quo recepit beneficiũ. Nec leprosus de Christo vero Deo credere potuit id præcepisse, nõ aio, vt obseruaret, sed, vt vitaret gloriæ vanæ opinionem.

Dicẽdum igitur est, leprosum obseruasse præceptum Domini; tũc enim temporis Christo præsente nihil dixit, nec clamores concitantes, vt fieri solet viso miraculo, effudit, sed tacitus recessit ita, vt Christus potuerit in ciuitatem vt volebat, sine tumultu ingredi; hoc. n. est, quod Christus illi prohibuit, at postea prædicauit, & euulgauit miraculum, vt par erat. Hanc sententiam, quam legitimam existimo, nos ipse Euangeli Marcus docuit; non enim dixit, statim cœpit prædicare, sed cũ diceret, statim eiecit illum Dominus, adiunxit, egressus cœpit prædicare. prius quidem egressus est, & à Domino se separauit dans illi locum, vt in ciuitatem sine turba ingrederetur, & postea cœpit prædicare miraculum. Ad breue enim tempus silentiũ imponebatur, & ponderandum est verbum (incœpit) nam antequam egressus esset, & Christus discessisset nihil locutus est; at postquam iam abijt, incepit prædicare. Hinc causa deducitur, cur Lucas noster prætermiserit verba Marci, & historiam prosecutus dixerit (perambulabat magis de illo) quasi significãs non tũc temporis, quando miraculum celebratum est, turbã concurrisse, nec de miraculo audisse, sed tempus aliquod intercessisse: vt enim diximus, eo tunc temporis, quando mundatus est leprosus, & Christus aderat, loqui prohibitus est.

eiusdem vulgãdo miraculum.

Quõ leprosus nõ violauit Christi præceptum

Ipse autem secedebat in desertum, & orabat.

COMMENTARIA.

TAnta erat multitudo confluentium, vt non posset Christus manifestè, & libere, sine tumultu, & turba magna in ciuitatem vllam se recipere, ibique manere, vt Marcus refert. Idcirco, quando à prædicatione vacandũ illi erat, in loca deserta recedebat, ibique orabat, ne à multitudine ciuitatis impediretur, quæ tanta erat, vt etiam nec panem posset manducare. Perpende Christum, quando prædicaturus, aut opus aliquod suæ virtutis effecturus erat, turbas admisisse; quando vero orandum erat, alijsque officijs proprijs incumbendum, in deserta abijsse; multitudo enim impedimento erat in ciuitatibus, ne hæc faceret. Exemplum datur prælatis, vt & orationi, ac contemplationi incumbant, ibique ipsis consulant: turbæ tamen, id est, inferioribus, quibus præsunt, diligenter statutis temporibus intendãt, nec

hec toti in actione, nec toti in contemplatione versentur.

Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens.

COMMENTARIA.

AD aliud miraculum se Euangelista conuertit, quod non statim post leprosi curationem, sed aliquo postea intercedente tempore patratum. Factum, inquit est, vt prima die hebdomadæ, qui est proximè post Sabbatum, ipse doceret, ac prædicaret, vt aliàs sæpe solebat. Illud (vna dierum) idem est, ac prima dierum, quæ apud nos Dominica dicitur; apud Iudæos enim Sabbatum erat vltima dies hebdomadæ, quæ incipiebat à die post Sabbatum.

ANNOTATIO XXX.

Historię series ex tribus Euãgelistis colle cta.

MAttheus c. 9. & Mar. c. 2. hoc miraculum narrarunt, quędam referentes, q̃ Lucas prętermisit. Matthęus refert Christum, cũ prius esset in regione Gerasenorũ, trãsfretasse, & venisse in patriã suã, vbi hoc miraculũ paralytici factũ est. Marcus vero nomẽ patriæ expressit, nẽpe Capharnaũ, & locũ, nempe domũ habitationis Christi; ibi enim docebat, & paralyticũ sanauit. Lucas vero tempus indicauit, s. prima die dierum, seu hebdomadæ, cũ ibi doceret. Ex his ergo tribus Euangelistis constat cum Christus è regione Gerasenorum veniens transfretasset mare Galilęę, & venisset Capharnaum, in domum habitationis suæ consuetæ se recepit, ibique prima die hebdomadę prædicauit multis audientibus; eo autem docente paralyticus hic adductus est ante eũ, & facta sunt, quæ statim explicabimus.

Christi patria se cũdum Matth. quæ.

Occurrit in his difficultas; Matthæus. n. dicit in patria Christi hoc esse factum: quæ autem hæc sit patria, non omnes eodẽ explicant modo: nam Hieronymus Matth. 9. patriam hanc asserit fuisse Nazareth, vbi conceptus, & educatus est Christus. Chrysost. autem hom. 30. in Matth. affirmat esse Capharnaum, idemque censet Augustinus. li. 2. de consen. Euang. c. 25. Victor Antiochenus vtramq; refert sententiam tanquã probabilem: at re vera Chrysostomi, & Augustini sententia legitima, & vera est: nã Marcus expressè in Capharnaum hoc miraculũ factum refert. quo autem modo Capharnaũ dici possit patria Christi, vt Matthęus habet, optime interpretatur Chrysost. distinguens tres Christi patrias, vnam Natiuitatis, Bethlehem; alteram educationis, Nazareth; tertiam habitationis, Capharnaũ, vbi adultus habitauit; sic enim Matth. 4. dicitur, Relicta ciuitate Nazareth, venit, & habitauit in Capharnaũ: sic igitur Marcus cum Matthæo concordat. Augustinus autem loco allegato alios inuestigat modos concordiæ non ita faciles, aut accommodatos. primus est, vt apud Matthæũ intelligamus patriam illam fuisse Nazareth, non tamen, quod velit dicere ibi factũ esse miraculum paralytici, sed omittens, quę tẽpore medio gesta sunt, transiuit ad miraculum describendum, q̃ factum est in Capharnaum, vt refert Marcus. Hæc concordia dura videtur, nam Matthæus postquam dixit Christum in patriam suã venisse, adiunxit: Et ecce leprosus, quasi eodem tempore leprosum curauerit, non in alio loco, quam in patria. Addit secundam concordiam Augustinus, nimirum patriam apud Matthæũ significari Galilæam, quia in ea erat patria Christi Nazareth, sicq; concordat cum Marco, quia Capharnaũ erat in Galilęa. Adiunxit tertiam, quia Capharnaum erat metropolis Galilææ, ideo patria Galilæorum dicebatur, & consequenter Christi: quam aũt violentæ sint concordiæ, ex improprietate verborum vnusquisq; intelligit. Victor antiochenus Marc. 2. refert quosdam, dicẽtes Nazareth, & Capharnaum paulo interuallo à se inuicem distitisse, Euangelistas autẽ non curasse, vt locum præcise indicarent q̃ vt miraculũ ipsum exponerent. Hęc tamen concordia potius est discordia: nam veritati Euangelistarum parum consonat. Recentiores quidem dicunt Nazareth fuisse de territorio Capharnaũ, sicut apud nos municipuã pertinent, quæ eorum, qui in illis natamen fundamento vano nititur: nam Nazareth, etiam si parua esset, ciuitas erat, non oppidum, aut castellum. omnium accõmodatissima interpretatio & sententia est, quam ex Chrysostomo diximus, nẽpe Capharnaum fuisse ciuitatem Christi habitationis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionis, & domicilij, quam etiam Victor allegatus probat.

ANNOTATIO XXXI.

Quid p vnã die rum sit intellegẽdum.

IN proxima sententia posset quispiã interrogare, cur dictum est (in vna dierũ?) quidam recentiores interpretantur, ac si dictum esset (quadam die,) hi vero nõ videntur assecuti sensum Euangelistæ, nec causam. In primis Hebraismus est; solẽt enim Hebræi vnũ ponere pro primo Gen. 1. Factum est vespere, & mane dies vnus, id est, primus. & apud Euangelistas id frequens est, Ioan. 20. vna aũt Sabbati Maria Magdalene, id est, prima Sabbati, & ibidẽ rursus, vna Sabbatorum, eum essent tamuæ clausę. & Luc. 24. Vna Sabbati valde diluculo. & Matth. 28. quæ lucessit in prima Sabbati, Græce dicitur in vna Sabbati, sic in præsenti positum est, vna dierum, id est, prima dierum, quæ erat proxima post Sabbatum, & apud nos appellatur Dominica. Magno autem consilio dictum est (prima die) propterea, vnum est, quia Christus docuisse narratur. ne quis autem Sabbatum eum diem existimasset, additur non Sabbatũ, sed proximum post Sabbatum esse, eo maxime, q̃ domi suę docebat: Sabbato autem non domi, sed in Synagogis docebat, vt erat mos apud Iudæos: Alterum est propter id, q̃ statim describitur, paralyticus enim portatus est, & super tectum delatus, & per tectũ dimissus, quę omnia Sabbato non fuissent facta absque maxima Phariseorum concitatione, quasi contra legem: idcirco Euangelista dixit prima dierum: nam ex vna parte prædicatio indicabat diẽ esse Sabbati, quia frequentius Sabbatis Christus docebat; ex altera, opus seruile in paralytico deportando, nõ esse tunc Sabbatum ostendebat, idcirco tempus, & diem Euangelista declarauit. particulam autẽ illam (&) Euthymius censet abundare: Quidam recentiores loco (cum) positam censent, nimirum vna dierũ (cum) esset docens, seu cũ sederet docens.) at parum hoc ad sensum facit, licet positam esse particulam dicere possimus, quasi enumerationis indicium, vt connectamus eam cum sequentibus sic, factum est prima dierum & Christus erat docens, & Pharisæi, ac doctores sedentes, Græce nõ habetur (sedebat) sed (erat docens) ab interprete autem explicationis causa adiecta videtur, sedebat enim sicut Pharisæi, qui eum audiebant.

Et erant Pharisæi sedentes, & legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Hierusalem.

COMMENTARIA.

VNdique conueniebant ad Christum non turbæ solæ, aut plebs; sed etiam Pharisæi, ac legis Doctores, tanta erat illius doctrinæ, & miraculorum fama: sedebant ergo hi audientes eum docentem. Illud (Hierusalem non in casu gignendi sed auferendi positũ est, quasi dictum esset: venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & ex Hierusalẽ; non enim connectitur cum illud (castello) quasi ex castellis Hierusalem venerint, sed ex ipsa media Hierusalem ciuitate omnium nobilissima, ac prima, Pharisæi, & Doctores ad Christum conuolabant.

ANNOTATIO XXXII.

MArcus c. 2. multos alios conuenisse tunc refert, auditum, inquit, est, quod in domo esset, & confestim conuenerunt tunc multi, ita, vt non caperet, neque ad ianuam; quod etiam Lucas noster paulo infrius significauit, ait enim (non inuenientes, qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum) nunc verò Phariseorum, & Doctorũ legis meminit Lucas, tũ, vt Christi doctrinam commendaret, quam ex distantibus locis ipsi doctores venientes auide audire quærebant; tũ quia narraturus erat ex his nõ multos contra Christũ postea obmurmurasse, quod paralytico dixerit (remittũtur tibi peccata tua) tum etiam, vt ostenderet responso Christi illos confictos & confusos remansisse, nec habuisse, quid illi præsenti responderent. quę omnia non essent tanta admiratione digna, si soli homines fuissent de media plebe.

Et virtus Domini erat ad sanandũ eos.

COMMENTARIA.

POst doctrinam, curandis mirabiliter infirmis incumbebat; hic est enim sensus huius sententiæ, respondentis illi (erat docens) nimirum illos, qui ad eum venerant; doctrinę autem fine imposito erat sanans eorum infirmos. Esse enim virtutem Dei ad sanandum, significat actum & exercitium faciendi diuina opera erga infirmos; quod verbum ideo præmisit Euangelista, vt indicaret occasionem oblati paralytici ad sanandum; quod nõ fuit factum, dum doceret, sed quando iam doctrina completa, ad diuina miracula se cõuerterat, infirmos sanãdo. Illud autem (eos) non ad Pharisæos, & doctores tantum, sed generaliter ad omnes, qui aderant, referrur, quique curatione indigebãt, quib. curandis se iam Christus paratum exhibebat post sermonem.

ANNOTATIO XXXIII.

Expositio tradita in commentario confirmatur.

IN quodam Græco exemplari loco αὐτούς, id est, (illo habetur αὐ; οὑ, id est (illum) refertúrque ad Christum, & debet præponi infinitiuo: nam Græco habent infinitiuum, ac si diceremus verbũ verbo reddentes: Virtus Domini erat ad illũ, sanare. sensus autem est, Virtus Domini erat illi, seu cũ illo ad sanandum, quibus verbis, vt in commentario explicuimus, significatur Dominum curationi infirmorũ incubuisse post doctrinam. Quam forsan lectionem secutus Euthymius sic interpretatus est sententiam hanc, virtus Domini erat cum illo ad sanãdum turbas, q̃ dictum putat ob continuam & auctoritatis plenã sanationẽ. Si vero legamus (illos) sensus nõ mutatur. Existimo autem non esse dictum virtutem Domini fuisse ad sanandum, propter continuã sanationem, vt vult Euthymius, quia non continuo sanabat, sed quia tũc paratus erat suam exercere, & exercere potentiam diuinam ad sanandum.

Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus.

COMMENTARIA.

REctè connectitur hęc sententia cũ præcedenti; habita enim opportunitate curationis, quam turbæ post doctrinæ sermonem expectabãt, cum iam virtus Domini esset ad curandum parata, ecce adsunt viri portantes paralyticum in lecto; neque enim se ille potenat mouere, vt ad Dominum veniret, nec eum viri extra lectũ, in quo iacebat, manibus portare, præ mẽbrorum corporis eius mobilitate sine illius nocumento potuerunt. part cula (ecce) indicat confestim, cum Dominus curare infirmos paratũ se exhibuit, hos accurrisse.

ANNOTATIO XXXIV.

Chrysostomus cur multis contendat probare paralyticũ hunc nõ esse eundem cũ illo Ioã. c. 5.

CHrysost. hom. 30. in Matth. multis argumentis contendit hunc paralyticũ non fuisse illum, quem refert Ioan. c. 5. verba Chrysostomi sunt hæc: Paralyticus hic nõ est ille, de quo Ioannes facit mentionẽ. Nã ille apud piscinam Hierosolymis iacebat, hic in Capharnaũm; & ille triginta & octo annis laborauit, de hoc vero nihil tale adscriptum est; præterea nullos ille habuit ministros, hunc autem adferri ad Christum videmus; adhæc huic dixit, confide fili, remittũtur tibi peccata tua: illum verò interrogauit, an vellet sanus fieri. Accedit, quod in Sabbato illum curauit hunc verò nõ in Sabbato nihil enim tale hic accusare Iudęi videntur. Postremo, post hoc signum tacuerunt Iudæi, post illud importuni persequebantur. Hæc non otiosè dixi, sed ne quis vnum eundemq; putans esse paralyticum, d sonantiam esse credat. Hæc Chrysost. quib. possent & aliæ rationes adiungi, nisi quæ dictæ sunt, efficacissimæ essent, quam uis an infirmitas illius, cuius Ioannes meminit, fuerit paralysis, ex Euangelio non constet. Non immerito autem quispiam posset interrogare, cur Chrysostomus tot in hac re accumulauit argumenta, demonstrandi diuersitatem hanc inter hos paralyticos. Existimo fuisse tunc aliquos, qui in ea erant opinione, vt existimarent eandẽ esse vtriusque paralytici historiam, in qua forsan sententia fuit Orig. hom. 5. in diuersos, qui referens historiam paralitici, cuius Ioannes meminit, asserit Christum dixisse illi, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. quæ verba non habet Ioannes, sed Matthæus, & Lucas de hoc nostro paralytico: insinuat ergo Origenes vnum, & eundẽ fuisse, nisi memoriæ lapsui tribuamus, q̃d

Origenes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Origenes verba vni dicta alteri adscripserit.idē prorsus habemus apud Irenæ. lib.2. cap.42. siue ergo id senserint hi duo doctores, siue lapsi sint memoria, certissimū est hunc non esse eundem paralyticum cum eo, quem Ioannes scripsit.

Et quærebant eum inferre,& ponere ante eū, et non inuenientes,qua parte eum inferrent præ turba,ascenderūt supra tectum, & per tegulas submiserunt eum cum lecto in medium ante IESVM.

COMMENTARIA.

TAnta,& eorum,qui audierunt,& eorū, qui curari quærebant, multitudo cōuenerat in domum,vbi Christus erat; tantaque auiditas miracula eius, aut videndi, aut in se ipsis experiendi; vt nec compassione erga paralyticum moti, nec virorum conatu agitati,locum portantibus darent,vt ante conspectum Christi intrantes per ianuam paralyticum ponerent:conscenderunt ergo, qui baiulabant,supra tectum domus, versus partem, in qua Christus erat, & eo aperto paralyticū cum lecto funibus dimiserunt,& ante Christum posuerunt.quamuis autem verbis nihil petierint, tamen operum grauitate & fidei vehementia sanitatē paralytico non solum petebant, sed etiam efflagitabant.

ANNOTATIO XXXV.

MArcus c. 2. explicat fusius historiam in hac parte,sic enim habet: Venerūt ad eum ferentes paraliticum,qui à quatuor portabatur, & cum non possent offerre eū illi præ turba,nudauerunt tectum, vbi erat, & patefacientes submiserunt grabatum, in quo iacebat paralyticus. Hæc ille. Ex his constat, & numerum portantium, & modus,quo per tegulas dimiserunt grabatum cum infirmo. Aduertendum etiam est,non solas voces exteriores,aut opera, sed etiam desideria interiora esse petitiones,& clamores apud Deum,dictum enim est Psal.9.de fiderium pauperum exaudiuit Dominus, vnde isti gestatores,opere,fide,desiderio petebant sanitatem,licet non vocibus.

Quorum fidem, vt vidit, dixit.

COMMENTARIA.

MIra est fides portantium, quos tantus labor à credendo nō auertit,sed in side constantes magno sudore paralyticum cum lecto per tectum submittuntur,credentes tantæ virtutis Christum, vt talem etiam infirmum posset sanare. videt ergo Christus hāc fidem,non solum, quæ in eorum corde intus latebat,sed etiam quæ per opus exterius corporeis oculis se demōstrabat; atque ad infirmum anima, & corpore sanādum propter illos se conuertit;tanta enim fides portantiū portato impetrauit animæ, & corporis sanitatem.

ANNOTATIO XXXVI.

NOnnulla discutienda se offerunt.primo quidem, qui sint hi, quorum fidem Christus vidisse dicitur, portantium tantū, an etiam paralytici,qui portabatur? Hierony. Matt.9.fidē illorum,non huius, interpretatur,sic enim inquit:videns fidem non eius, qui offerebatur, sed eorum, qui offerebant.in eadem sententia est Ambr.in præsenti, & Chrysost. hom.30.in Matth. qui,etiamsi affirmet paralyticum fidē habuisse,quia si nō credidisset, dimitti se non esset passus,tamen fidem eorum,quam vidit Dominus,interpretatur illorum,qui dimiserunt,idem etiam sensit Victor Antiochenus Mar.2. & Cyrillus Hierosolymitanus, Catech.5.qui non solum fidem hanc portantium esse affirmat, sed etiam negat paralyticum tunc fuisse fidelem.quod non probo, sed cum Chrysost. illum credidisse puto, quamuis non ita perfectē,vt eos,qui eum gestabant. Euthymius vero Matth.9. intelligit hanc fidem esse tam portitorum, quam paralytici. Prior tamen sententia, vt communior, ita etiam accommodatior est; tum quia videtur quædam oppositio verborum, illorum enim fidem vidit,& ad paralyticum pp illos se cōuertit; tum quia etiam si paralyticus crediderit,vt dictū est, tamen multo præstantior erat fides gestantium,qui nulli labori pepercerūt, vt Christo

Portitēū ne tantū modo an ēt paralytici fidē Christus respexerit.

ro offerrent infirmum;portarunt enim paralyticū,ascenderunt tectum,illuc lectum funibus traxerunt,tectum nudarunt,& foderunt, & per illud funibus submiserunt. Magna fides hęc fuit,quam tam multiplex labor corporis non potuit auertere.cū igitur fides baiulantium oculis etiam corporeis per opera[lucidior apparuerit, merito Christus nunc vidisse dicitur; tum demum quia paralytico dixit confide,ad perfectam fidem,fiduciamq; exhortans,quasi non ea fiducia præditus esset, qua, qui eum obtulerant, præditi erant,eo maximè, quia ille adhuc erat in peccato nōdum enim remissionem acceperat. fidem ergo offerentium vidisse Christus dicitur.

Fides dupliciter dicta, & vtroque modo exportitoribus paralytici habuerant.

Secundo occurrit difficultas, qd per fidem hoc loco intelligendum sit. Aduerte ex Cyrillo Catech.5.allegata, fidei nomē licet vnum sit, dupliciter tamen diuidi; est enim vnum fidei genus, qua credimus, & assentimus dogmatibus reuelatis, & propositis per Ecclesiam,vt credantur; quam fidem Cyrillus dogmaticā appellat, de qua dictum est Ioan.5.Qui verba mea audit, & credit ei, qui me misit,habet vitam æternā. & c.14.creditis in Deum, & in me credite. Alterum fidei genus est, qua non tantum dogmatis assentimus,sed etiā id,quod fieri petimus,efficiēdū à Deo credimus;quam fiduciam etiam appellamus;de qua dictum est Luc.17. si habueritis fidem sicut granū sinapis.& Iaco.1. postulet in fide,nihil hæsitans. Hæc fides complectitur primam, & superaddit ei; eaq; est,quam portitores isti habuerunt;nō solū enim crediderunt Christum potuisse paralytico conferre sanitatē, quod ad fidem dogmaticam spectabat;sed etiā crediderunt, sibiq; persuaserunt, Christi clementiæ inuitenter, illum sanaturum esse infirmum, vt petebant, & in votis habebant: nisi enim hanc fidem habuissent, non vtiq; tūn laboris assumpsissent, vt paralyticum ante Christum constituerent;nemo enim rem aliquam attentat, eo solum, quia credit fieri posse,nisi habeat persuasionē, futurum id quod procurat; cui fidei spes nititur, quæ ad effectum spectat. Nec fuit nuda fides horum, sed coniuncta est charitati erga proximum, quæ Deo gratissima est.profectō enim pro se ipsis maiora, aut graviora non facerent, quam fecerunt pro proximo;hanc igitur fidei præstantiam Christus respexit.

Luc. 17.
Iacob. 1.

Quomodo Christus eorum fidē viderit.

Tertio loco occurrit difficultas,quo modo Christus viderit illorum fidem. Aduerte fidem dupliciter videri posse. Vno modo in se ipsa, sicq; non patet oculis corporeis, cum enim sit spiritualis, & in solo intellectu consistens, sensibus corporeis imperceptibilis est. Altero modo in suis effectibus exterioribus, quæ ex fide procedūt, qui enim opera efficit ea fide, quam intus habet,excitatus, fidem suam facit cognoscibilem exterius,iuxta illud Iacob.2. Ego ostendam tibi meā fidem ex operibus. Isti igitur gestatores paralytici fidem habuerunt,& opera ex fide emanātia,vnde vtroque modo fidem illorum Christus vidit, oculis quidē corporis fidem in operibus; fidem tamen ipsam in se oculis diuinitatis suæ,& oculis animæ,quibus nihil erat occultum.Sola prior,nēpe visio in operibus, seu per opera fallax est, nam sæpe homo ficte operatur,quasi,qui credit,cum tamen non credat;at posterior nō potest falli. Vidit ergo Christus fide illorum & in se, & in operibus,exterius, & interius,vnde certissima,& infallibilis fuit eius visio. Nec fuit visio hæc nuda solum cognitio, sed cū quadam affectus approbatione;vidit enim fidem,probauit,& accepta fuit ei.

Christus multotes ob fidem petētium, alijs contulit sanitatem.

Quarto loco est difficultas, quo modo propter fidem illorum,qui offerebant, sanitatem contulit Christus paralytico. Ad quam difficultatem elucidandam,nonnulla respondeo. In primis fidem petentium impetrasse alijs etiam non petentibus,imō & non credentibus sanitatem corporis, res est certa in Euangelio. hoc affirmat Cyrillus Catech.5.& satis manifestatur testimonijs Scripturæ;nam Matth.9. Centurio fide sua impetrauit puerō sanitatem; & quidam Princeps filiæ suæ vitam;& c.16. Chananæa fide obtinuit filiæ liberationem à dæmonio; & Ioan.4. Regulus quamuis fidei imperfectæ consecutus etiam est filio vitam; suntque huiusmodi multa alia testimonia,idemque docet Chrysost. hom.30. licet restringat, & limitet, quando ij, pro quibus petitur,desipiunt, vel morbi vi animo laborant,impeditique sunt, ne petant. At hæc limitatio nō est perpetua. nam etiā fides aliorum impetrauit sanitatem ijs,qui non desipiebant, nec vi morbi animo laborabant, vt in exemplis positis videre est, in quibus puer Centurionis non desipiebat, sed animi cōpos erat,nec ita laborabat animo.

mo, vt petere, aut credere non posset. similiter filia Chananæe, & filius Reguli, qui rationis compotes cum essent, nec credebãt, nec petierunt, eis tñ fides petentiũ impetrauit à Christo sanitatẽ; filius .n. Reguli credidit cũ tota domo post sanitatẽ receptã.

Fides aliorũ corporis & aliæ salutẽ alijs impetrauit, sed nõ eodẽ modo.

Secundo, fides aliorum alijs etiam impetrat animæ salutem, non quidem, vt corporis, nam Christus propter fidem quorundam sanitatem corporis concessit, alijs etiã nihil cooperantibus, sed tantum patriuẽ se habentibus, vt exemplis allegatis patet, & Ioan. 11. pp fidẽ sororũ Lazaro mortuo, et nihil operanti, vitam restituit; at vero propter fidem aliquorum cõfert quidem alijs salutem animæ, quæ in fide, charitate, gratiaque consistit, sed non hanc confert, nisi ipsis dispositis, & cooperantibus per fidem, & dilectionem propriam. Impetrat ergo fides petentium, vt Deus disponat, & excitet alios ad fidem, & pœnitentiam, & charitatem, quibus iustificentur, & salutem animæ assequantur. Exemplum habemus in Paulo, quem oratione credentis Stephani attraxit ad fidem, & gratiam, operando in eo illa, quibus arbitrium hominis excitatur.

Tertio fides petentium impetrat quidem alijs hæc duo, non quidem ex iustitia, & merito, vt dicitur, condigni, sed ex quadam Dei Christiq; clementia, ac bonitate, qua suos fideles exaudire dignatur. quod quidem meritum appellant de congruo, sicq; intelligendus est Ambrosius in præsenti, quando dicit, Magnus Dominus, qui aliorum merito ignoscit alijs, & dum alios probat, alijs relaxat errata. cur apud te homo collega nõ valeat, cum apud Deum seruus, & interueniendi meritum, & ius habeat impetrandi? Disce, qui iudicas, ignoscere; dice, qui æger es, impetrare. Hæc ille.

Quarto fides hæc gestantium, quę tacita erat oratio, & petitio, impetrauit paralytico vtraq; sanitatem modo prędicto, nempe corporis, & animæ: nam & peccatorum remissionem, & membrorum corporis incolumitatem, ac robur à Christo obtinuit, quod quidem sequenti Annotatione perfectius explicabitur.

Homo remittuntur tibi peccata tua.

COMMENTARIA.

Ecce sanitas, & salus impetrata propter fidẽ gestãtium, in peccato enim erat paralyticus, quod causa erat infirmitatis corporis; auferturq; autem causa morbi, & à morbo, quo affectus erat, postea sanatur. Excitat tamẽ arbitrium paralytici, sine cuius cooperatione nõ remittitur homini adulto peccatum; vox enim (homo) excitantis est, per quam Christus, & mẽtẽ, & affectũ paralytici ad agnitionem, & contritionem conuertit: qui .n. aures exteriores voce hac pulsauit, interius animam fide, & dilectione, ac pœnitentia cõmouit, commoto aũt potestate diuina, qua prędictus erat, peccata remittit: remittũtur, inquit, peccata tua, nõ aũt dixit, remitto peccata tua, sed remittũtur peccata tua, ne significaret se tãtũ vt Deum, & non etiam, vt hominem peccata remittere. Ecce sanata est anima paralytici.

ANNOTATIO XXXVII.

Marci, & Luæ cõcordia in superiori sententia.

Quod ad verba spectat, notandum est, Græce in præterito dictũ esse (remissa sunt tibi peccata) sicque legunt Hilarius can. 8. in Matth. & Ambrosius in præsenti, sensus tamen idẽ est: nam Hębrei præterito vtuntur sæpe pro præsenti. Interpres enim noster, ne quis putaret priusquam ad Christum accederet, peccata fuisse illi dimissa, cum tunc remissionem obtinuerit, cum verbum à Christo prolatũ est, ideirco præsenti verbo vsus est; Christus enim verbo remisit, ac si diceret, ego remitto; quod Pharisæi rectẽ intellexerunt, inde enim occasionem murmurandi acceperunt. Notandũ est præterea Matthęũ & Marcũ habere (fili) Lucã vero (homo) Hieronymus in Matthæum duas adfert causas, cur filium nominauit. aut propter humilitatem, aut quia remittebantur illi peccata. O mira, inquit, humilitas, despectum, & debilẽ, totiq; membrorũ cõpagibus dissolutum, filium vocat, quẽ sacerdotes non dignabantur attingere, aut certo ideo filium, quia dimittuntur ei peccata sua. Hęc Hieron. Victor Antiochenus Mar. 2. duas adfert alias, nempe dictũ filium, aut propter fidem illius, q̃ de Christo habebat, aut propter creationem, quia opus Dei homo est; q̃ causam adfert etiam Hilarius can. 8. in Matth. Hi doctores, quãuis explicent

cent cur filius dictus sit, non tamẽ difficultatẽ dissoluunt, nęque quo modo Lucas dixerit (homo) Marcus aut (fili.) Augustinus ergo li. 2. de consen. Euangel. c. 5. duo respondet, vnum est dictum esse à Luca (Homo) ad explicãdam sententiam Domini insinuãs, quia homini dimittebantur peccata, qui hoc ipso, q̃ homo erat, non poterat dicere, non peccantissimũ etiam, vt ille, qui homini dimittebat, intelligeretur Deus. Alterũ est, à Christo vtrumq; esse dictum, aut sic, confide homo, dimittuntur tibi peccata fili; aut sic, confide fili, dimittuntur tibi peccata, homo. Hæc ex Augustino habentur, quorum posterius non videtur satis accommodate dici, idem enim est sensus vtriusq; nam phrasis est Hebræa, dicere, aut homo, aut fili, vt constat ex prophetis, & Salomone, quibus hæ phrases familiares sunt. Vnde vnus Euangelista vocẽ, alter sensum est secutus, vt sic frequẽter, vnũ tamen a Christo est probatum. Est autẽ vox elementer & pacifice loquentis, & affectum explicantis erga eum, quo eum loquimur, qualẽ se Christus ostendebat erga paralyticum; sic enim dictũ est Luc. 22. à Petro, mulier, non noui illum, & iterum .n. homo, non sum. sensus ergo idẽ est inter Euãgelistas, licet vox non eadẽ. Hoc igitur verbo, vt in commentario diximus, tamquã diuinę virtutis instrumento incepit Christus animũ excitare, & præparare paralytici, ad suscipiendã peccatorum remissionẽ. Notandum etiã est, Lucã, & Marcum omisisse verbum, q̃ Matth. explicuit, inquit enim (confide) exhortatur enim Christus paralyticum ad fiduciã, perfectãq; fidẽ sanitatis recipiendæ; q̃ duplici de causa dictum est, tũ quia differenda erat corporis curatio, donec Christus Iudęorũ murmurationi proximẽ futur; satisfaceret, ipsosq; cõuinceret, ideirco ad fiduciam exhortatur, & fidẽ, ne mora illa animũ infirmi turbaret; fidesq; eius vacillaret; tum ẽt, vt mentẽ illius excitaret fide, & dilectione, vt sic reciperet remissionem peccatorum. vt enim diximus in præcedenti annotatione, hanc non confert Deus sine motu proprij arbitrij eius, qui iustificatur à peccatis: non enim est sicut sanitas corporis, quam sæpe contulit nihil agentibus, & nondum credentibus. Vtroque igitur verbo (fili) seu (homo confide) hæc Christus effecit.

ANNOTATIO XXXVIII.

Quare Christus prius animæ peccata remiserit, quã corpori sanitatẽ contulerit.

Inquiret quispiam, cur cum sanitas corporis quæreretur, anima, & quidẽ prius, à peccatis liberatur. Respondeo, duplici de causa prius remissile peccata, quàm corpus sanaret, prior est Hieron. Matth. 8. & Victor 1. 3 Antiocheni Mar. 2. quia peccata causa fuerunt morbi huius paralytici, prius igitur causam, postea auferet effectum. verba Hieronymi sunt hęc: Datur nobis intelligẽtia propter peccata plerasque ęneare corporũ debilitates, & idcirco forsan prius dimittũtur peccata, vt causis debilitatis ablatis sanitas restituatur. Victor autẽ sic inquit: Animo præ corpore laborat, itaq; causa è meuebatur. Hæc ille. Posterior causa est Chrysost. hom 30. in Matthęi, cuius verba sunt hæc; Omnem fugiẽs ambitionem (quoniã magna erat multitudo circumfusa, adeo vt omni obstruso introitu à tecto paralytieũ dimiserunt) noluit statim corpus sanare; vt ab ipsis occasionẽ acciperet, & latentẽ atq; abditi curã animæ contulit, cum peccata dimisit. Quod quidem, & paralytico salutare erat, & ipsi nimiũ glorioſum non erat. Hæc enim Iudæi cum prauitate animi reprehenderunt maiora videri, inulti omnia perfecerunt. Sapientia enim eius factum est, vt ex inuidia eorum multo magis signum appareret. Hęc Chrys. ex quibus illud tantũ probandum videtur, Christum noluisse statim corpus curare, vt occasionem arriperet ex animæ curatione demonstrandi suã diuinam in remittendis peccatis potestatem, quę minus agnoscebatur, quàm potestas sanandi corpora, vt factum est. quod autem de fuga ambitionis dicitur, parum habet probabilitatis, vt ostensum est prius.

Propter patrantium fidem paralytico præstita fuit salus animæ, & corporis.

Adhuc notandum est fidem gestãtium, vtramq; sanitatẽ impetrasse paralytico, & corporis & animæ, quamuis quidam recentiores aliud sentiant, nimirum solã corporis curationem impetratam esse illorum fide. monstrãt, inquit enim (vt vidit fidẽ illorũ, quasi diceret, propter illorũ fidẽ dixit (confide) fide) quo corporis sanitatẽ indicauit, & (remittuntur peccata) q̃ salutem animæ significat. Quæ sententia est Ambrosij, & Chrys. hom. 30. in Matthęum. quo autẽ modo impetrata sit salus animæ, diximus supra. ni-

mirum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mirũ impetratis à Deo ijs, quibus ad remissionem peccatorum perducitur homo; non enim remissio datur, nisi arbitrio hominis cõcurrente, & propria fide, & dilectione disposito. Quod si obijcias illos gestatores solam corporis sanitatem petiuisse. Respondeo solitum esse Deum plura concedere, quàm petantur, & sæpe maiora; petenti enim debiti soluendi dilationem totum remisit; & petentibus sororibus, ne Lazarus moreretur, mortuum suscitauit.

Postremo notandum est, Christum frequenter vsum esse his locutionibus, quibus significabat se quidem operari, & miracula facere, tacitè tũ indicando personam suam: nam & Magdalenæ dixit: remittuntur tibi peccata. & infirmo illi Ioan. 5. Ecce sanus factus es, non autem dixit, ego remitto, ego sano, suntque alię huiusmodi locutiones, quarum causam existimo, ne humanitati, quæ apparebat, potestas præcipua illorum operum tribueretur, quasi hominis esset ea facere, cum tamen esset diuina persona, quæ non videbatur, cuius erat opera illa, quæ fiebant, hęc enim tamquam causa prima per humanitatem operabatur.

Et cœperũt cogitare Scribę & Pharisæi dicentes.

COMMENTARIA.

AVdito verbo Christi, statim Scribæ, & Pharisæi, vnusquisq; in corde suo dixerunt. perpende verba. incępisse dicuntur, quia antequam Christus diceret (remittuntur tibi peccata) nihil tale dixerant, eo tamen audito confestim in id proruperunt. Prętera non dĩ (cogitarunt) quia, qui cogitant, nondum affirmant, aut negant; nec tãtum dicitur (dixerunt) ne exterius locuti credantur, sed simul vtrumque (cogitantes dixerũt) quia in cordibus suis locuti sunt, & affirmarunt, Christum blasphemasse, vt statim subiungitur.

ANNOTATIO XXXIX.

Particula, intra se, quo tẽ sũ intelligenda.

MAtthæus ca. 9. inquit (dixerunt intra se) quod quidam recentiores interpretantur (inter se) quasi colloquti inuicem; hunc tamen sensum verba sequentia refellunt: vidés, inquit, cogitationes eorum, ait: vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? non ergo dictum est intra se, quasi inter se; sed quasi in se ipso vnusquisque corde suo locutus sit; quod Marcus cap. 2. explicuit, erant, inquit, quidam de Scribis sedentes, et cogitantes in cordibus suis. idem etiam Lucas apertis verbis significat, dicens (cogitare cœperunt dicentes) quasi cogitatione sola dixerint; quem locum August. lib. 15. Trini. c. 10. adducit, illudq; (dicentes) non ad exteriores voces, sed ad solos mentis conceptus refert, explicans quo pacto homines in seipsis, solaq; mẽte loqui possint. de quo locutionis genere illud est Psal. 13. dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Qui autem Scribæ, quiq; Pharisęi fuerint, diximus in commentarijs in Ioannem.

Quis est hic, qui loquitur blasphemias?

COMMENTARIA.

ECce qui corde dixerint, nępe Christum blasphemasse. quod enim solius Dei erat, nempe remittere peccata, sibi tribuebat, quem purum hominem esse illi arbitrabantur. Illud (quis est hic?) indignantium, & contemnentiũ vox est; indignabantur enim, eum, quem hominem, & quidem non conditionis eximiæ existimabãt, quæ Dei omnipotentis solius erant, sibi vsurpare, nempe peccatorum remissionem.

ANNOTATIO XL.

Quid blasphemare significet, & quibus modis Deus blasphemetur.

MAtthæus sic habet, dixerunt intra se, hic blasphemat. Marcus autem, quid hic sic loquitur? blasphemat. Lucas autem, quis est hic, qui loquitur blasphemias? Omnia hæc eundem sensum habent. Euangelistæ enim non semper sermonis identitatem, sed sensus obseruant. Quod autem ad rẽ ipsam spectat, blasphemare verbum est Latinum é Græco sumptum; quod, si eius significatio absolute consideretur, idem significat, quod cõuitijs afficere, competitq; hominibus tam contra Deum, quàm contra homines siue æquales, siue superiores. Sic 1. Cor. 4. dicitur, blasphemamur, & obsecramus, & Matth. 27. Prętereuntes blasphemabant eum, vnde blasphemia vsurpatur pro cõuitio. Ephe. 4. omnis amaritudo, ira, indignatio, & blasphemia tollatur à vobis.

bis. Vsus tamẽ iam obtinuit, vt blasphemia propriè intelligatur contra Deum, quæ duplici committitur modo, aut quando quispiam Deo imputat, quod eius dedecet dignitatem; aut quãdo negat, quod eius conuenit maiestati; hæc enim conuitia sunt contra Deum. Aut etiam quando quispiã sibi aliquid vsurpat, quod Dei est: nã id ẽt est conuitium quoddam contra Deũ, cum vel se homo æqualem quodammodo Deo facit, vel Deum deprimit, vt commune faciat homini, quod Dei solius est sic dicitur blasphemare in Deũ. iuxta quam significationem Mar. 3. dicitur, qui blasphemauerit in Spiritum Sanctũ & dicitur etiã blasphemia in Spiritum Sanctũ, quia quod erat Spiritus Sancti, nempe ejicere dæmonia, tribuebant illi impij Iudæi Diabolo. Hanc ęgitur significationem habet verbũ in hoc loco existimabant enim solius Dei esse remittere peccata, nihilque in Christo aliud cogitantes, quam quod hominis est dicebant blasphemasse in Deũ, quia quod Dei erat, homo sibi vsurpabat.

Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

COMMENTARIA.

CAusam cur blasphemet, apud se ipsos proferunt, quia nemo potest peccata dimittere, nisi solus Deus: hic aũt, cum homo sit, sibi vsurpat, quod Dei est, quod quidem est blasphemare. Cæci erant hi in cordib. suis, debebant potius dicere, nemo potest remittere peccata, nisi solus Deus: hic verò remittit peccata: ergo Deus est.

ANNOTATIO XLI.

De duplici potestate faciendi miracula, & remittẽdi peccata.

PRo intelligentia præcedentiũ duarum, & sequentium sententiarum sunt nonnulla maximè notanda. Primo potestatem faciendi miracula duplicem esse, vna est prima, indepẽdens, & incõmunicata, & hęc in solo Deo est; cum enim miracula sint supra uirtutẽ creaturarum, illius est principaliter, & primo ea facere, qui est supra omnes creaturas, & earũ Auctor: altera est secunda, dependẽs, & cõicata, quæ à prima deriuatur, & hæc in homine est; cui enim Deus virtutẽ tribuit, potest etiam miracula facere, non quod sola hæc potestas sit causa miraculi, sicut Deus per suã primam potestatẽ potest solus miracula operari, sed quod Deus potestatem talẽ det homini, vt vnà cũ ipso, & per ipsum operetur. Quamuis autem duplex sit hæc potestas, vtraque tamẽ diuina est. quæ uel Dei ipsius est, vel quæ à Deo cõicatur supra naturę virtutẽ.

Secundo simili etiam ratione duplex est potestas remittendi peccata, vna est prima, & incõmunicata; altera communicata, & secũda, quæ à priore emanat, & deriuatur. prior solius est Dei, nam ipsi soli incumbit primo, & principaliter peccata remittere, quod Isa. 43. testimonium cõfirmat, vbi Deus loquens inquit: Ego sum, qui deleo iniquitates tuas, quasi id sibi proprium vindicans. Hoc doctè argumento comprobat Irenæus lib. 5. c. 17. nępe, peccatum est iniuria quædam cõtra Deum, igitur Dei est remittere; nemo enim remittere potest iniuriam, nisi is, contra quem est facta. Adde etiam huic aliud, quia remissio peccati non fit, nisi, qui peccauit, restituatur in gratiam eius, quẽ per peccatum offendit, quis ergo potest restituere vnum in gratiã alterius, nisi intercedente uoluntas huius? Addetur sus in remissione peccati, est condonatio æternæ pœnæ, lege Dei peccãti decretæ: nemo ergo potest legem Dei tollere, nisi Deus ipse, si loquamur de prima potestate: secunda verò potestas potest esse in homine; cui. n. Deus vices concedit condonandi iniuriam sibi illatam, & reuocandi in gratiam illius, & condonandi pœnam, absque dubio potestatem dat remittendi peccata; sicut inter homines potest vnus, contra quem iniuria allata est, & condonare eam per se, & alteri dare facultatẽ condonandi; semper tamen potestas prima Dei cooperatur secundæ hominis. pari ergo ratione procedunt potestas miraculorũ, & potestas remittendi peccata in his, quæ dicta sunt.

Tertio, inter hanc vtramq; potestatem vnũ est, quod ad rẽ nostrã fiat, discrimen, si in veteri testamento potestatem miraculorum inuentam fuisse tum apud Deum, tum etiam apud homines: fecit enim miracula Deus per se solum, fecit etiam per homines: nã legimus prophetas & mortuos suscitasse, & admiranda fecisse, non quidem propria virtute, sed diuina. exempla huius manifesta sunt vnicuique; potestas verò remittẽdi peccata manfit semper apud Deũ, nec vlli homini fuit communicata. Hoc fuit priuilegium noui testamẽti, vt hominĩ etiam daretur potestas remittendi peccata, sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut data est faciendi miracula Ioã.10. Accipite Spiritum S. quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis. Noluit enim Deus homini dare potestatem remittendi peccata, quousq; solutum esset pretium remissionis peccatorum morte Christi, idcirco statim à mortuis resurgens eam dedit, non qđ non potuisset etiam dare in veteri testamento.

Scribarũ error, & eius vana.

Quarto, ex præcedentib. duo facile deprehenduntur, nẽpe error Scribarũ, ac Pharisæorũ istorum, & erroris causa. Error qui dẽ in eo, quod dicunt: Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? nã potest etiam homo diuina potestate: sicut quis põt mortuos suscitare nisi Deus? tamen homo diuina sibi data virtute etiã suscitauit, potestõ; suscitare. Errarunt ergo in hoc. Dicũt etiã, blasphemat, quia dixit: Remittuntur tibi peccata; quia quod Dei est, sibi vsurpare videbatur: errarũt et ã in hoc: nam si homo potestatem haberet remittendi peccata, etiã si Deus non esset, non blasphemaret, si diceret: Remitto tibi peccata, sicut nunc nõ blasphemant Sacerdotes dicentes, Ego te absoluo à peccatis. Errarunt igitur in cogitationib. suis: erroris tñ occasio ea fuit, quia in veteri testamẽto non erant illi experti, nec uiderãt unquã potestatẽ remittẽdi peccata, hominib. concessam, sed soli Deo reseruatã; audientes ergo hominẽ dicentem: Remittuntur tibi peccata, prolapsi sunt in errorẽ, & dixerunt, blasphemat: nã ignorabãt illum esse Deũ, & habere à Deo potestatẽ remittendi peccata. Hoc enim certum, & uerum erat, potestatem remittendi peccata, Dei esse solius, siue eius, cui Deus dederit.

Quo in Christo duplex potestas remittẽdi peccata.

Quinto, ex his etiã manifestum est, Christum non expressisse, se ut Deum peccata remittere, sed solũ absolutè remissionẽ peccatorũ dedisse, quod poterat intelligi, aut potestate prima, ut Deus, aut potestate secunda, & communicata, ut homo erat. unde ex uerbis ipsius nõ potuit colligi Deum esse, aut potestatem diuinam, & à Deo in se habere, ideirco, ut existimo, non dixit: Ego remitto tibi peccata, sed remittuntur tibi peccata tua; quãuis enim utrumq; ambiguũ est, tamen illud expressius significabat, prima potestate, & ut Deum peccata remittere. Exemplum huius sit ex hoc quod dixit: surge, & tolle lectum tuum, non sequitur ipsum esse Deum, sed aut Dei esse, aut potestatem diuinam habere, ita simile ex eo, quod dixit, remittuntur peccata, non sequitur definite Deum esse, potestateq; prima id facere, sed aut esse Deum, aut potestate diuina remisisse peccata.

Postremo, notandũ est, Christum, cum esset Deus, & homo, dupliceꝫ potestatem habuisse remittẽdi peccata, primam, & independẽtem, ut Deum; secundam etiam & communicatam, ut hominem, sicut etiam in miraculis faciendis duplici uirtute utebatur. Deus enim erat auctor & causa prima, ut homo ut ter, causa secunda, & uelut instrumentalis; illam primam remittendi peccata potestatem nemini communicauit, quia nulli homini alteri unitus est filius Dei hypostatice; hanc uero secundã communicauit Apostolis, & cæteris noui testamenti Sacerdotibus, non quidem ita perfectam, qualis in eius humilitate erat; quæ perfectio in multis consistebat, à quibus nunc narrandis, ne ab instituto recedã, abstineo. ea enim de causa à Theologis appellata est potestas excellentiæ. Ex hoc sensum uerum huius contextus deduco. Quãuis enim Christus utrumq; potestatem remittendi peccata habuerit ut Deus, & homo; tamen præcipuè nunc intendit ostendere, se etiam ut hominem habere potestatem remittẽdi peccata; nec iam Deum sibi soli retinere eam potestatem, sed datã etiã esse homini, non distinguendo, an eam habuerit ex unione diuinitatis, quia Deus erat, an ex concessione Dei; sed absolutè, & indistinctè docuit, se etiam si homo esset, habere potestatem remittendi peccata, non quidem humanam, sed diuinam, sicut etiam potestatem miraculorum. Hæc sententia, & doctrina, cuiusque confirmatio paulo inferius explicabitur.

Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum respondens dixit ad illos.

COMMENTARIA.

SE diuina, & non humana tantum uirtute preditum indicat, qui non expectatis uocibus eorum, corda ipsa inspexit, & illorũ cogitationibus, quibus in corde suo loquebantur, respondit, ut uel ex hoc intelligant Iudæi, se nõ blasphemasse, quia peccata dimittere dixit: nam qui potuit uirtutẽ habere diuinã cordiũ occulta scrutãdi, potuit hãc uirtutẽ, & ptãtẽ peccata dimittendi; utraq;. n. potestas nõ est nisi a Deo.

A N-

ANNOTATIO XLII.

Patrum de horũ verborũ expositione sentẽtia.

HIeronymus Matt. 8. sic interpretatur hanc sententiam, ut Dominus uelit se Deũ esse probare, cuius est occulta cordiũ intueri, ut hoc ipso cõfirmet se & Deũ esse, & posse peccata remittere cũ utrumq; eiusdem sit potestatis. Verba Hieronymi, sunt hæc: Dãs uidẽs cogitationes eorũ ostẽdit se Deũ, qui possit occulta cordis cognoscere, & quodammodo tacens loquitur. Eadẽ maiestate, & potestate, qua cogitationes uestras intueor, possũ & uobis peccata dimittere; ex uobis intelligite, qđ paralyticus consequatur. Hęc ille. Chrysost. hom. 30. in Matth. in eadem est sniã, sic. n. habet: Verum hoc aliud signũ deitatis suæ, & qp Patri æqualis esset, nõ paruũ ostẽdit; illi. n. murmurãtes secũ dicebant, peccatorũ remissionẽ esse solius Dei: ipse uero nõ solũ peccata dimisit, sed occulta cordium, q̃ nosse solius Dei est, manifestauit. Hæc ille. idẽ sẽtit Ambrosius in præsenti, affirmãs Christũ hac cogitationũ cognitione se Deũ esse demõstrasse, eademq; ptãte dimisisse peccata. Idẽ ẽt Cyril. docet lib. de fide ad Reginas, quibus multi cõsentiunt, asserentes Christũ, ut Deum, diuinaq; ac prima potestate remisisse peccata, idq; ostendisse reuelatione cogitationum, quas ut Deus nouit, quasi diceret, si possum cognoscere occulta cordium, ergo & remittere peccata, nam solius Dei esse, utrumque Scriptura uestra testatur.

In primis illud statuendũ est, sicut remissio peccatorũ, & opera miraculosa absolutè sumpta possũt & à Deo solo p ptãtẽ suprema, & ab hoste ẽt p ptãtẽ à Deo cõmunicatã fieri; ita ẽt, & cordiũ cogitationũ cognitio põt Dei esse tãquã eius, q̃ primo, & principaliter, ac p se cognoscit; hoïs ẽt non quidẽ virtute propria, sed diuina cõcessa, & cõmunicata. unde prophetis cõcessũ est aliqñ occultas aliorũ cogitationes cognoscere Deo id reuelãte. Doctrina hęc est expressa Pauli 1. Cor. 14. ubi de spiritu prophetarũ loquẽs ait: Occulta cordis eius manifesta fiũt. Et ẽt doctrina Patrũ: Ambrosius. n. explicans Ioeũ Luc. 3. existimãte populo, & cogitãte, ne forte esset Christus, & respondẽte Ioãne se nõ esse Chm, ubi uisus est cogitationes populi nouisse, inqt Ambrosius sic: Videbat ergo occulta cordis, Dei munus est, q̃ reuelat, nõ uirtus hoïs. Chrysost. etiam hom. 11. in Matth. de eodẽ Ioanne loquens occasione eiusdã alterius sniæ, inquit: Ioãnes nouerat recõdita cordis illorũ, Deo id ei reuelante. Res hæc est adeo certa, ut superfluũ sit cumulare probationes. Nosse igitur occulta cordiũ, aut Dei est, aut hoïs uirtute Dei, cuius est propriũ suamet uirtute ea nosse, et intueri. nõ ergo occultarũ cordis cogitationũ cognitio argumẽtũ, & signũ efficax est, cognitorẽ esse Deũ, sed aut Deũ esse, aut diuina uirtute præditum; aliter. n. Ioannes Baptũ rat multorũ. Ex quo sequitur Christũ non se esse Deũ, sed ut ostẽderet se habere virtutẽ Dei, quia non poterat aliter talia intueri, nisi diuina ptãte, & virtute, & hoc argumento inciperet indicare illis, se ẽt habere ptãtẽ Dei dẽ, ta ẽt & illa: nã Dei est remittere, & occulta cordis nosse. si igitur nouit occulta, cur nõ ẽt poterit habere virtutẽ remittendi peccata, ẽt si homo sit? Nõdũ hoc argumento probat se habere ptãtẽ remittẽdi peccata; nõ. n. Ioãne Baptista habuit ptãtẽ remittendi peccata, q̃a nouit occultas cogitationes hoïum; sed id nõ debere illis uideri impossibile, nec eũ statim iudicare blasphemũ, ut illi fecerũt, cũ diuinã habeat in se virtutem, nec argumẽtũ hoc solui ab aduersarijs potuit. nihil ergo in hoc cõtextu Christus de sua diuinitate distinctè concludit, sed habere se posse ptãtẽ remittendi peccata, etiam si homo sit, sicut habet ptãtẽ occulta cordium intuẽdi, & sicut habet ptãtem sanandi supra naturã, ut statim ipsemet Dominus probat: nã oïa hęc diuinę sunt potestatis, excedunt̃que creaturæ virtutem: nõ ergo affirmat se expresse Deũ, neque negat, sed solũ docet, & cõfirmat se virtutem habere ptãtemq̃ue diuinam, cuius est remittere peccata, siue per se, siue per homines. Hoc tamen adhuc perfectius explicabitur in sequẽti sententia.

Quid cogitatis in cordibus uestris?

COMMENTARIA.

REuelat illorũ cogitationes, cũ reprehensionẽ quadã, qa falsæ, & iniq̃ Vt qd, inqt, cogitatis, mala in cordib. uestris? Marcus ait: Quid ista cogitatis in cordibus uestris? me. n. existimatis blasphemũ; quasi uirtute humana atte tauerim remittere peccata, cum nõ humana, sed diuina potestate id fecerim.

Hh Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non expressit Christus, q̃ fuerint cogitationes, dicendo: Cogitatis me blasphemũ, & Dei potestatẽ non habere remittẽdi peccata, sed eam mihi vsurpare, & falsò arrogare. Non hæc dixit, sed argumẽto q̃ sequitur, eos cõfutando, & cõuincendo significauit; nulla .n. maior reprehẽsio, nec manifestatio efficacior, quam veritatis irrefragabilis probatio.

Quid est facilius dicere dimittũtur tibi peccata an dicere: Surge, & ambula?

COMMENTARIA.

POst reprehensionẽ malitiæ, cogitationũ ostẽdit earum falsitatẽ, probatq̃; se habere potestatẽ remittẽdi peccata. ad probationẽ aũt assumit vnũ, nempe esse minus impossibile homini potestatẽ Dei non habẽti sanare paralyticũ illũ corpore, dicẽdo, surge, & ambula; q̃ sanare animam, dicendo, peccata remittuntur tibi; vtrumq; enim diuinæ solius est virtutis, ac potestatis non humanæ, aut alterius creaturæ. Quod aũt dr: Quid est facilius, nõ eo dictum est, q̃ velit vnũ alteri inter se conferre, sed quod vtrumq; comparet humanæ potestati, cui neutrum est possibile; dicimus enim, qd est facilius homini volare in cœlũ an suscitare mortuos, non quod hæc duo sint æqualis difficultatis, sed quod vtrumque sit hominis impossibile. sic nunc dictum est, non esse facilius dicere, Surge, et ambula, quam dicere, Remittũtur tibi peccata, id est, humanã virtutẽ vtrũq; superat, & diuinæ solius est potestatis. Verbũ aũt illud (dicere) non voces tm̃ significat, sed rẽ ipsam, nẽpe vere, & cũ effectu dicere. nã dicere quãtũ ad voces solas, facile homo vtrumq; dicet, sed neutrũ cũ veritate dicet, q̃a nõ habet q̃ dicet. Non aũt dictũ est, quid est facilius remittere, an sanare; sed dicere, remittuntur peccata, an dicere, surge, quia illi blasphemiam verbi opponebat, q̃ dixerit, remittuntur peccata, propterea Christus à blasphemia se defendens, dicit; Sicut dixi, remittuntur peccata, ita dicam, Surge, & ambula; si me non iudicatis esse blasphemum in verbo posteriori, licet verbo, quod Dei est, vtar, non me debetis iudicare talem in priori, cum vtrumq; sit non humanę, sed diuinę potestatis. Vtitur aũt interrogatione, vt ex eorũ tacito cõsensu (non .n. negare id poterunt) efficacior sit contra eos probatio.

ANNOTATIO XLIII.

In his Christi verbis quo intelligenda collatio.

QVidã recentiores illud (dicere) antecedẽtib. adnectunt, nẽpe, quid est facilius dicere? quorũ sententiæ aduersatur (dicere) q̃ sedo loco positum est; esset .n. superfluũ, vt vnicuiq; consideranti facile erit intelligere; debet ergo sequentib. in hunc modum adiungi: Quid facilius est, dicere remittũtur tibi peccata, an dicere, surge, et ambula. Collatio .n. fit inter vtrumque (dicere) non aũt sermo est quo ad voces tm̃; sic .n. tam facile est dicere vnum, q̃ alterũ; sed ẽt quo ad res ipsas significatas, nẽpe vt fiat, q̃ dicitur. Est aũt cõtrouersia, qua ratione ista comparatio intelligatur. Primo enim loco Chrys. hom. 30. in Matth. vnum alteri sic conferri dicit, vt difficilius sit remittere peccata, q̃ paralyticum corpore sanare, q̃a difficilius est conferre aĩa, q̃ corpori sanitatẽ. sensus ergo est negatiuus, nẽpe nõ est facilius dicere, Remittuntur tibi peccata, q̃ dicere, Surge, & ambula. Qd̃ si obijcias, qua ergo ratione probat Christus difficilius per id, q̃ facilius est? respondet ideo fieri, quia notius est hoc, quam illud. Hæc sententia difficilis est creditu; licet enim aliquid sit notius, si tamen facilius est, non ideo probat difficilius, sic ut q̃ illud efficere possit, ualeat ẽt hoc. Secundo loco Victor Antiochenus Marc. 2. asserit unum quidem alteri cõferri sic, vt unum altero sit facilius, tm̃ dicere, Remittuntur peccata, esse facilius q̃ dicere, Surge, & ambula; non quidem re ipsa, sed probatione, sicut dicimus, difficilius esse loqui de reb. præsentib. ẽt si faciliores in se sint, q̃ de absentibus: nã in his non tã facile deprehenditur error, aut mendacium dicentis, quam in illis. uerba Victoris sunt hæc. Neque enim his falsitatis redargui põt, q̃ dicit, Dimittuntur tibi peccata; quippe cum hic effectus sub sensum non ueniat, si quidem nullus non patet, ut uirtus medici iudicari possit: dicit ergo, utrum est facilius dicere, an facere? haud dubio, dicere,

dere, q̃ quidẽ opus, q̃ promittitur sensibus nõ obijcitur. q̃a ergo verbo fidẽ nõ habetis, en op⁹ adijcio, quo illud statuat, qd̃ sub aspectũ nõ cadit. Hæc ille. Attẽde aũt hunc auctorẽ appellare (dicere) illud primũ, quia remissio nõ cadit sub sẽsũ, sed solũ verbũ; appellat aũt facere (dicere surge) q̃a ãĩtas corporalis videbatur. Huic interptationi adhęret nõnulli ex recẽtioribus, nõ tñ video, qua rõne cõtextui, & argõ Xp̃i accomodari possit, qd̃ quidẽ multo magis explicabitur in annotat. sequẽti verborũ illorum (vt sciatis, quia filius hoĩs, &c.) Tertio loco est sniã, q̃ in cõmentario sumus secuti, nempe Christum sic vtrumq; cõparasse, vt cõparatio fieret ad hoĩem; illi .n. blasphemũ reputabãt, quia hõ cũ esset, qd̃ Dei erat vsurpabat. Dicit ergo Chr̃us, vtrũ est hoĩ facilius dicere, Dimittũtur peccata, an dicere paralytico, Surge, & ambula? Quasi dicat, neutrũ facile, vtrũq; est impossibile illi, vtrumq; est diuinæ solius potestatis. Qua aũt rõne argumẽtũ ex hoc deducatur, ad p̃bandũ se posse remittere peccata, in sequẽti cõmẽtario, & eius annotatione explanabimus. Hãc interpretationẽ vr̃ Hieron. adhibuisse Matth. 9. verba .n. proposita exponens, inquit: Eiusdẽ sunt virtutis, & corporis, & aĩæ vitia dimittere. Euthymius ẽt multo magis eam dilucidauit, ait .n. sic: Q̃nquidẽ blasphemare vobis videor vtpote remittẽs peccata, & æqualẽ faciens me ipsũ Deo, respõdete mihi, vtrũ est facilius, vt opere perficiatur, an dicere remittũtur tibi peccata tua? an dicere, Surge, & ambula? Erãt aũt ambo, de q̃b. interrogabat, Deo quidẽ possibilia, hoĩb. verò impossibilia: nã & remittere peccata solius Dei erat, similiter sua auctoritate erigere, & cõfirmare paralyticũ. Cum aũt illi tacerẽt, eo qd̃ neutrũ altero facilius erat, ait ipse vt sciatis, quia filius hoĩs, &c. Hæc Euthymius. cuius expositio legitima mihi visa est, q̃ paulo infrius magis cõfirmabimus.

Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

COMMENTARIA.

SVpposito solius diuinæ virtutis esse, & hoc, & illud facere, inqt Christus, in testimonium, & vt sciatis, me posse primũ, habere nempe potestatem remittendi peccata, etiam si homo sim, præcipio paralytico, vt surgat, & tollat lectum suum, & in domum vadat; idque opere perficio; si igitur negare non potestis me diuina virtute hoc, quod videtis, facere, talemq; potestatẽ non valetis inficiari, in me igitur necesse est fateamini me habere etiam potestatẽ remittẽdi peccata: nam opus vtrumq; Dei est, & hoc fit in probationem illius. Vis argumenti consistit in hoc quod miraculum visibile, & quod ante conspectum illorum erat, nec alia virtute, quã diuina fieri poterat; assumebatur in probationem, & testimonium remittendi peccata, quam nisi Christus habuisset, vtiq; non potuisset sanare paralyticum in testimonium illius; Deus .n. non testificatur falsum. Aut ergo negare debebant paralyticũ sanatum esse diuina virtute, quod facere non poterant; aut si confitebantur diuina virtute esse factum, compellebantur fateri Christum etiam si homo esset, habere potestatem primum faciendi, scilicet remittẽdi peccata; opus enim diuina virtute effici non potuit in testimonium, & confirmationem illius, quod verum nõ esset; propter hoc enim præmisit vtrumq; opus esse solius diuinæ potestatis; quid inquit, est facilius dicere, &c. Hoc argumẽto, non solũ eos docet veritatem, sed ẽt notam blasphemię repellit, quasi diceret, scito te igitur me vtrumq; posse, & discite ex eo, quod videtis credere, qd̃ non videtis; cũ non sit maioris, sed eiusdẽ virtutis, s. tam hoc, quam illud facere; & sicut nõ dicetis me blasphemare, cũ dicam, surge, & tolle lectũ tuũ, ẽt si homines vos cõpellit, ne blasphemare me dicatis; sic igitur nec me blasphemum cogitetis, cum dixi, remittuntur tibi peccata, etiam si hoc nõ videatis. Nota illud (Filius hominis in terra) opponi illorum cogitationi, solus Deus remittit peccata, quasi dicerent, potestas remittendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccata in solis cælis est apud Deum: Christus autē dicit, etiam est in terra; ego .n. qui filius sum hominis, habeo etiam potestatē remittēdi, nec blasphemo, si dico, remittunt peccata tua, sicut et homo habeo potestatē sanādi paralyticū. Attende adhuc, qđ vt perfectius miraculum esset, magisq; illos conuincret, non solū sanauit, sed tātas etiam vires, corporisq; robur, simul in momēto contulit, vt posset lectum suum, in quo à quatuor portabatur; solus ipse portare, & non ad vnū, aut alterū passum, sed vsq; in domū suam; quod verbum etiam adiectum est, vt magis etiā confirmaretur; mittitur .n. in domum suam, in qua testes erant perpetui infirmitatis illius, atq; vt in hoc diuinam virtutem suam exerceret, qui ostēdebat se nosse paralyticum domū habere. & confidens vim verbi (Dico) vt exprimat se verbo sanare, verbumq; suū efficax esse, sicut & primum, quando remisit peccata dixit autem (tibi) vt magis potestatem ostenderet, quasi diceret, non præcipio alijs, vt reiuuent, & lectum portent, sed tibi soli.

ANNOTATIO XLIIII.

Recētiorum quorundam opinio reijcitur.

QVidam recentiores existimant hanc sententiam non esse Christi, sed Euangelistæ referentis; quasi Euāgelista nobis omnib. diceret: vt vos sciatis Christum habuisse potestatem remittendi, refero dixisse paralytico, surge, & tolle lectū tuum. Hæc tamen expositio est contraria communi sensui antiquorum Patrum, & ipsiusmet contextus veritati; Euangelista enim hæc narrat tanquā à Christo prolata aliter argumentum diminutum esset, cum tota vis consistat in hac sentētia. Illud quidē (ait paralytico) Euangelistæ est causa maioris explicationis positum, vt significet totam etiā hanc sententiā à Christo pronunciatam esse illis, ita tamen, vt ad paralyticum sanandū verbo se cōuerterit. Duæ aūt grauiores se difficultates offerunt. Prior est, quid sit, quod argumēto hoc probetur. Posterior, in quo efficacia argumenti consistat. Ad vtramque quantum ex Chrysost. hom. 30. in Matth. & Hieron. ibidem et 9. Ambrosio in præsenti, & Victore Mar. 2. colligere possumus, respōsio hæc est, Christū probare se Deū esse qui remittat peccata, vtrūq; illos dixisse, Dei solius esse peccata dimittere; ipse .n. etiam si homo, Deus tamen erat. argumenti aūt efficacia, & vis in hoc posita est, quia solius Dei est etiam paralyticum illum verbo sanare, si igitur sanitatem illi contulit, quod Dei erat tantū, igitur potuit peccata remittere, quia vnius, & eiusdem potestatis vtrumque est; sicut si solus homo disciplinabilis est simul, & risibilis, si probo esse risibilem aliquem, probo etiam esse disciplinabilem. Visus autem est Christus posteriori ad probandum primum, quia illud erat notius, & conspectui illorum omnium manifestū quod eorū nemo negare poterat. Quod si quis obijciat huic sententiæ, nonne homo non humana, sed diuina accepta potestate potuit etiā verbo sanare paralyticum? Prophetæ enim multa fecerunt, quæ Dei sunt, diuina quidē virtute, non tamen Deus erant: similiter etiā Apostoli, & Christi multi fideles fecerunt, quæ Dei erant; de quib. dictum est Ioan. 14. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. & tamen non propterea Deum esse inde deducebatur. Ad hoc tacite respōdent eos omnes fecisse quidem ea, quę solius potestatis diuinæ erant, tamē non propria auctoritate, & præcepto, sicut nunc Christus vtrumq; fecit; hoc enim solius est Dei. Hęc omnia dixi in declarationem sententiæ Patrū horum. Huic tamen respōsioni obijci potest, ex verbis Christi nō posse certo deduci hanc auctoritatem propriam: nam & Prophetę, exteriq; fideles similib. loquendi formis vtebantur. nam Iosue c. 10. dixit: Sol contra Gabaonem ne moueare, & Luna contra vallem Aialon. Quæ verba non auctoritatem propriam, sed à Deo acceptam significant, etiam si modo præcipiēdi sint pronūciata. Greg. etiam lib. 2. Dialog. cap. 30. asserit sanctos aliquando ex prece, aliquando ex potestate miracula fecisse. Non igitur ex ipsis verbis certo consequitur, Christum propria auctoritate, quasi Deum hæc fecisse. Adde verba ipsa Christi; ait enim: vt sciatis, quia Filius hominis habet potestatem: non autem dixit: Ego habeo potestatem, quasi volens significare se, vt hominem sanasse, nō quidem humanis

An Christus hoc miraculo voluerit probare se Deū esse,

viribus, sed diuina virtute. Adde etiam, quod eadem locutionis forma dicunt nunc confessarij: Ego te absoluo à peccatis tuis. Adiunge etiam, quia illi videntes miraculum, & verba omnia audientes non dixerunt, se gloriasse Deum, quia filius hominis erat Deus, sed quia Deus talem potestatem dedit hominibus. Postremo si Scribę, & Pharisei ex verbis Christi intellexissent eum se Deum esse significare, vtique in eum inuecti fuissent etiam post miraculum, sicut Ioan. 5. fecerunt etiam post sanatum illum paralyticum, quod opus nō fuit inferius hoc præsenti.

Authoris sententia.

Propterea licet non careat probabilitate Patrum expositio, quam etiam in commentarijs in Ioannem secuti sumus, tamē in ea sum sententia, nimirum in hoc contextu Christum probasse se, etiam si homo esset, habere potestatem remittendi peccata, sicut habebat potestatem sanandi paralyticum, nō distinguendo quo modo hanc potestatem haberet, an scilicet ex vnione diuinitatis, quia Deus erat, an ex cōiocatione, & cōcessione diuina facta homini. Argumenti autem vis posita est in eo, quod sanatio lepræ, quæ non poterat fieri, nisi per solā diuinam virtutem, assumebatur in probationē, & argumentum potestatis remittēdi peccata. quod argumentum erat efficacissimum illis, quibus certum omnino erat opera diuinæ virtutis non posse fieri in confirmationem mēdacij, & falsitatis alicuius; sic omnia miracula Christi argumentum erāt suæ diuinitatis, quia fiebant in testimonium eum esse Messiā, & filium Dei; propterea .n. supposuit, & petiuit ab illis, vtrum esset facilius remittere peccata, an sanare verbo, vt constaret vtrumq; esse opus diuinæ potentię. Ad efficaciam igitur argumenti nihil refert vtrum maius, aut minus, dum modo vtrumque opus sit diuinæ virtutis, & fiat vnum in alterius cōfirmationē. Hac ratione Prophetæ vtebātur miraculis ad cōfirmādas aliquas virtutes, & erāt argumenta efficacia: nā 4. Reg. 1. Elias dixit: Si homo Dei sum, ignis descendat de cœlo, & deuoret te. hoc opus testimonij, & argumentum erat illum esse hominē Dei, & 3. Reg. 18. idem Elias facturus miraculum dixit: Exaudi me Deus, vt discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, & cecidit ignis, & vorauit holocaustum. Exod. 4. ēt dedit Deus Moysi signa, & miracula, quib. probaret se à Deo missum esse. Diximus de hac re copiose in commentarijs in Ioann. cap. 3. ita etiam nunc dictum est, vt sciatis me habere potestatem remittendi peccata: Ecce ego facio opus hoc, quod sola virtute Dei fieri potest, igitur certum est me habere talem potestatem dimittendi peccata. Quamuis ergo Christus Deus esset, & remitteret peccata etiam, vt Deus hoc tamen in locum solum ostendere voluit, se etiā, si homo esset, habere potestatem remittendi, non declarando nec distinguendo, qualiter haberet, sicut etiā habebat potestatē sanandi. Voluit .n. Christus indicare nouī testamenti gratiā, per quā hominibus erat potestas remittendi peccata donanda.

4. Reg. 1

ANNOTATIO XLV.

Gētiles, & hæretici refutantur, falsa de Christo sentientes, eo qđ filius hominis dicatur.

IN illud verbū (filius hominis) quo sępe Christus de se loquēs vtitur, gētes offuti. q. 66. opponebant hoc Christianis, eo probantes Christum esse de viro genitum, cum non fœminæ, sed hominis, qui generis est masculini, filius dictus sit. Quib. Iustinus respondet, primo quidē ostendens, non fuisse de viro genitū, sed de sola Virgine, secundo explicās modū, quo dici potuit filius hominis etiam generis masculini, quamuis non fuerit de viro genitus; ti. o. inquit Ioseph filius dicitur Eli, etiāsi nō sit ab eo genitus, quia lege ei datus est, cū præceptum esset fratrē suscitare filios fratri mortuo sine liberis; multo magis Chrus, licet ex sola fœmina natus, & genit⁹ sit, dici potuit filius Ioseph, indeq; filius hominis, quia à Spiritu sancto datus est viro illi, qui matrimoniū celebrauerat cū B. Virgine. diximus de hac re supra. Idemmet Iustinus in Dialogo cū Tryphone, alias duas adfert responsiones, prior est, ideo dici filiū hoīs, quia natus ēt ex fœmina, q̄ oriunda erat à Dauide, Iacob, & Abrahamo, qui homines fuere, posterior est, quia patres filiarum dicūtur etiā patres filiorum, quas illæ pariunt. Tertull. lib. 4. contra Marcion. aliam adfert responsionem, nempe etiam B. Virginem dici hominē, nam nomen est cōe vtriq; sexui; qui igitur natus est de Virgine, filius hoīs est. Nō solū gētes in hoc verbū impegerunt, sed & hæretici delirarunt, quorū deliria refert Irenæus lib. 1. c. 7. fingebant .n. quandā substantiā, & virtutē, quę dicebatur Anthropos, qđ Græce idē significat, ac Latine

Universidad de Deusto
Biblioteca

homo,dicebantq; Christū ab hac progenitum, ideirco appellatū filium hominis, id est, illius,qui homo, seu Authropos vocatur. Hoc aūt delirū impugnare superfluū est, cum eius vanitas, & figmentum sint manifesta,& ipse Irenæus lib.3.c.21.& multis sequentibus,conuincit eos erroris,ostēdēs de Virgine sola sine patre natū Chrm.

Cōtra vero, Catholicas partes tuētes,vsi sunt hoc eodē verbo ad alios hæreticos cō uincendos.fuere enim multi,qui veritatem carnis in Christo negarunt, fingētes eā apparentē fuisse,aut cœlestē, cōtra quos hoc verbū pugnat,non .n. filius hois esset, nisi veram carnem accepisset. hoc argumento vtitur Irenæus lib.3.c.32.& Tertull.lib.de carne Christi,& lib.4.contra Marcion. Ad hanc veritatem profundā Epiphanius hære.57. notat hoc nomine appellatum esse Christum per Prophetas, etiam ante carnē assumptā,pp eā tamen carnē,q̄ sumpturus erat ex Dauid enim Daniel.7.Ecce in nubib. cœli quasi filius hominis veniebat.Omnes Doctores,quo modo Christus filius hominis dici possit, ēt si de viro genitus non sit,exponunt, non tū causam adferunt,cur Christus sic se appellauerit. Gregorius igitur Nazian.orat.4.Theologica viam causam profert, quia videlicet generatio eius eo verbo manifestatur, nēpe fuisse de sola virgine,dē.n.filius hominis, id est,Adami, quo significatur non habuisse patrem hominē, fuisse tū de Virgine, q̄ erat ex Adamo,vnde generatio eius,& supra legē,& secundū legē fiut. Supra legē quidem, qa de virgine sine viro;ēm legē vero,quia de fœmina, quę orta erat ex Adam,sicut ceteri homines,quantū ad naturā: hæc est Gregorij causa, paucis verbis additis explicata.

Quare se ipsum filium hois nuncupauerit.

Augustin.vero lib.2.de cōsens.Euang.c.1. causā adfert alterā, nimirū Chrm se toties appellasse filiū hois ad cōmēdandū nobis, q̄d dignatus sit misericorditer esse,p nobis, nimirū gnationē carnis assumere,vt q̄ eternus genitus est ex Patre, in tpe nasceretur ex matre: nomē filij generationē indicat.

Hæc ex Patrib. notanda hoc loco duximus cur sic Christus appellatus sit.multas causas explicui in cōmentarijs in Ioan.c.3. annot.16.illic videre potest lector,si quispiam desiderauerit.quibus hoc vnū addendū existimaui, in scriptura veteri Angelos in humanæ formæ loquentes hominibus, eos hoc noīe sępe appellasse, filii hominis, vt cōstat sępe apud Ezech. & semel Dan.8. quo verbo se illis superiores natura esse significabāt,ēt si hoies viderentur, qui non erāt filij hominū,ēt si hoies apparerēt.hac igitur de causa Christus filius Dei,& verus Deus, de se, vt homine loquēs, vtitur hoc verbo, vt suam in semet existentem diuinā naturā indicet, qui, vt Deus,maior erat se ipso vt hoie,& qui licet in persona hois apareret,nō erat persona hominis,sed persona filij Dei in natura humana verē subsistens. Illud postremo notandum est,Hieron. Matth.16. docuisse vbicunq; in veteri testamento habetur filius hominis,loco (hominis)in Hebr.eo esse Adā,q̄ Hieronymi documentum licet in plurimū ita sit,non tū est perpetuū,nam Daniel.2.dicitur, omnia in quib. habitat filij hominū, dedit in manu tua,ibi nō habetur Adā, sed Enos in plurali numero.& Ps.4. filij hominū vsquequo,graui corde. Non est Adam sed אוש id est,filij virii et ipsemet Hieronymꝰ in suo psalterio ita vertit,licet forsā oblitꝰ Matt.16.asserat eo loco haberi Adā.

ANNOTATIO XLVI.

Mystica superioris sententiæ exposito.

NOtanda sunt quædā ex verbis precedētis sentētiæ, q̄ in cōmentario prætermissa sunt. Primo, his tribus verbis,surge,tolle lectum tuū,& vade in domū tuā, Hilarius can.8.in Matt.significari dicit totam redēptionem per Christū factā.Surge. indicat peccatorū remissionē,& reconciliationē p gratiā. Tolle lectū tuū,indicat corporum resurrectionē.Illud aūt,Vade in domū tuā,introitum in celeste Regnum, ad quod creati sumus,& vbi nostra est patria, a qua nunc peregrinamur. Secundo Gregorius lib.4.morali,c.28. illud(domum tuā) spiritualiter propriā conscientiā interpretatur,cuius verba sūt hæc.Quid p domos,nisi conscientiæ designantur? Vnde sanato cuidā dicitur; Vade in domū tuā, ac si aperte audiat,post exterius miraculū,ad conscientiam reuertere, & qualē te intrinsecus debeas exhibere,perpende. Hæc ille.Tertio. Hieronymus etiam spiritualiter hæc interpretans,inquit,anima paralytica si resurrexerit,si pristinum robur recuperauerit, portat lectum suum,in quo iacebat dissoluta, & portat illum in domum virtutum suarū. Hæc ille. Per gratiam enim,& passiones, quibus vincebatur prius, vincit, & opera bona,q̄ non valebat facere, efficit.

ANNO-

ANNOTATIO XLVII.

Vtrum miraculū maiꝰ, peccata remittere an paralyticū sanū reddere.

OCcasione illius sententię, quid est facilius dicere;Remittūtur tibi peccata,an dicere:surge,& ambula, posset quispiā interrogare, vtrū sit difficilius horum, vtrumue sit maius miraculū. Vbi attende, ad efficaciā argumēti facti à Christo nihil facere,q̄ vnū sit altero difficilius,et maius; satis .n. est,si vtrūq; hominib. impossibile, soliq; diuinæ potestati sit reseruatū:nā ēt si minus esset sanare paralyticum,tū cum sit opus diuinæ virtutis, factū in testimoniū,& probationē illius,q̄ difficilius est,sufficiēs, & efficax conficitur argumentū, vti iā explicatū est. At quia nonnulli, vti diximus, vnū esse altero difficilius cōtendunt, ideo hoc breuiter dicendū census. Chrysost. hom.30. in Matth. affirmat facilius fuisse sanasse paralyticū a morbo corporis, q̄ remisisse peccata,rolditq; ratione: Quanto, inquit,alia prestantior est corpore;tanto maius est peccata dimittere sanatione. q̄ sententiā secutus Greg.lib.3. dialog.c.17. affirmat, maius fuisse miraculum cōuersionis Pauli, quā suscitationis Lazari,& simpliciter maius esse miraculum iustificationis, q̄ resurrectionis. Augnst. aūt tract.72.in Ioan.auget sententiam,inquit .n. maius esse miraculū iustificationis,q̄ creationis.quod ēt recepit Leo ser.3.de Passione Dñi.at vero Ambrosius in hoc loco contrarium docet,inquit .n. hic,quāmuis magnū sit hominibus peccata dimittere (quis enim potest dimittere peccata,nisi solus Deus,qui per eos quoq; dimittit, quibus dimittendi tribuit potestatem?)tamen multo diuinius est resurrectionem donare corporibus,quandoquidem ipse Dominus resurrectio est. Hæc Ambros.

Auctor propositā quæstionem resoluit.

In huius difficultatis resolutionem illud est notandum,si miracula conferantur diuinæ virtuti,per quā fiunt,nullum est maius aut difficius altero, sed oia sunt minima, nec proportionē habēt cū infinita Dei potentia,nec hoc in controuersia est;quando ergo unum altero maius,aut difficilius dicimus,cōferimus potestati creaturę,illudq; maius,aut difficilius uocamus, quod magis superat virtutem creatā.sunt autē in triplici differentia miracula. Quędam sunt, per quæ fiut ea, quæ creaturæ virtus non potest facere, ut q̄n Chrs tanuis clausis intrauit, et lapide nō amoto egressus est de sepulchro,corporū facta penetratione,q̄ nulla creata virtus efficere potest,& hęc in primo gradu sunt,& maxima reputātur. Quędam uero, quæ uirtus creata facere potest, sed nō in eo subiecto, in quo p miraculum fiunt, ut resurrectio mortuorū,& ceecorum illuminatio,uita .n. ,& usus res sunt, quę natura facit,at in mortuo,& ceco non potest:hoc .n. uirtutis est diuinæ; & talia miracula sunt in secūdo gradu.Quędā uero sunt, q̄ natura facit, & in tali subiecto,non tū eo modo,ut mūdatio leprosi, febrici tantium sanatio,quas naturę uirtus ēt facit,sed non facichat uirtute diuina,& hęc sūt in ultimo gradu,& minora reputātur,minus .n. superat uirtutē creaturæ. Quia uero oia superāt creatā uirtutē,miracula sunt. Hæc est Doctrina S.Th.1.p.q.105.ar.8.& uera quidē, ac legitima,iuxta q̄ dicendū est,maius esse opus, & difficilius remissionē peccati q̄ paralytici sanationē,& mortui resurrectionē, quia in remissione peccati sit res,q̄ natura tota nō potest facere, nimirū gratia,& charitas,ac dona Spiritus sancti, quæ sunt ordinis superioris excedentis res naturales. Licet non appellemus miraculū, quia miracula nō uocamus,nisi q̄ raro,& prætor ordinē fiūt. An aūt remissio sit difficilius opus creatione,nō ita certū est,tū .probabile est, eo maximē q̄ in remissione interuenit quędā ēt creatio;nā gratia in aīa creatur à Deo. Plura his ad scholas discutienda remitto.

Et confestim consurgens coram illis tulit lectum in quo iacebat, & abiit in domum suam.

COMMENTARIA.

VErba sunt Euāgelistę, narrātis esse ētū admirādę virtutis Chrīsta .n. factū est,sicut præcepit, nā sanatus est paralyticus ita perfectē, vt cōtinuo faceret,q̄ Chrs iussit,et nota verba Euāgelistæ(cōsultim)vt virtutis magnitudo exprimatur,nulla.n. mora intercolenacepit, vt solus lectū portaret. Addit (corā illis)in conspectu .n. corū, q̄ suis cogitationib. detraxerāt Chro,factum est opus visibile, cōuincēs eos erroris, & iniquitatis,Prætereaslectū in quo iacebat,q̄ magis cōmēdat,et indicat vires, & sanitatē paralytici,lectum .n. illum, in quo prius iacebat,& in quo ab aliis

Universidad de Deusto
Biblioteca

gestabatur, ipse iã solus portat, & non solum portat, sed vsq; ad domũ suam.

Magnificans Deum.

COMMENTARIA.

CVm non solum corporis, sed animæ etiam sanitatem receperit, sicut corpore lectũ gestabat, ita anima Deum magnificabat, id est, virtutis diuinæ magnitudinem in hac eius sanatione ostensam confitebatur, & publicè per medias vias omnib. accurrentibus proclamabat; hoc enim est Deum magnificare, quod illic corde, & vocib. effecit, vt non tantum ipso opere, sed etiam sermone testimonium adhiberet.

ANNOTATIO XLVIII.

Locus Isaiæ cap. 35.

TErtull. lib. 4. cõtra Marcion. huius ne minæ miraculi affirmatq; fuisse ab Isaia prænunciatum qui c. 35. sic habet: Ipsi videbunt gloriam Dei, & decorem Dei nostri, confortate manus dissolutæ, & genua debilia roborate, confortamini, & nolite timere. Licet Tertull. alia interpretatione vtatur, verba ipsius sunt hæc. Curatur paralyticus, & quidẽ in certu, spectãte populo. Videbit (inquit Isaias) populus sublimitatẽ Domini, & gloriam Dei. Quam sublimitatem? & quam glorią? emmaleſcite manus dimissę, & genua dissoluta, hoc est paralysis. Cõualescite, nec timete. Non otiose iterans (emmaleſcite) nec vane subiungens (nec timete) quoniã iam reintegratione mẽbrorum, virium quoq; repræsentationem pollicebatur (exurge, & tolle grabatum tuũ) simul & animi vigorem ad non timendos, qui dicturi erant, quis dimittit peccata nisi solus Deus? Habes iã & specialis medicinæ dispunctam prophetiam, & eorũ quæ medicinã sunt secuta. Hæc ille. Auguſt. lib. 2. q. Euang. c. 4. spiritaliter hanc historiã interpretans ait: De paralytico põt intelligi aĩa dissoluta mẽbris, hoc est, bonis operationibus Christum quærere, id est, volũtatẽ verbi Dei, impediis aũt turbis, nisi tecta, id est, ope scripturarũ aperiat, vt per hæc ad notitiam Chri perueniat, hoc est, ad eius humilitatẽ fidei pietate deseẽdat. Hi aũt, à quib. deponitur, bonos in Ecclesia Doctores possunt significare. Quod autẽ cum lecto deponitur, significat ab hoſe in ista carne adhuc cõstituto Christũ debere cognosci, quẽ tã lectũ sanus postea iubetur portare, & ire in domũ suã, vt remissione peccatorũ cõuale scẽtib. p spẽ bonã, mẽbris aſę hoc corp⁹ restaurari intelligatur, vtiã nõ in carnalib. gaudijs tanq; in lecto requiescat infirmitas aĩ; sed magis ipsa cõtineat affectiones carnales, et tẽdat ad requiẽ secretorũ cordis sui. Hęc Aug.

Et stupor apprehendit omnes.

COMMENTARIA.

TRia cõsecuta sunt tam insigne factũ in ijs, qui viderant, primũ est stupor, id est, vehemens quędam admiratio, quæ rei factę ratione inueniendi viã præcludit, in solaq; magnitudinis cõsideratione animũ detinet; maximũ .n., & præter oĩum notitiã et expectationẽ opus erat, vnde Marcus ait, mirabãtur oẽs dicẽtes, qa nũquã sic vidimus.

Et magnificabant Deum.

COMMENTARIA.

HOc est secundum, admirandę .n. Dei virtutis opus confitebantur, qui tantam potestatem homini Christo concessit, vt & paralyticum talem sanare, & peccata condonare potuerit, sic enim Matthęus hoc verbum interpretatur: glorificabant, inquit, Deum, qui potestatẽ talẽ dedit hominib. plane .n. Christũ diuina potestate, & virtute præditum agnoscebant, & fatebantur.

Et repleti sunt timore, dicentes, quia vidimus mirabilia hodie.

COMMENTARIA.

HOc est tertium, magno sunt timore correpti, seu multũ timuerũt, cuius timoris causam explicant, dicentes, quia vidimus hodie mirabilia; quid hæc portendant nescimus. Admiranda quippe solẽt peccatorib. timorẽ incutere, ne forte patiãtur aliquid mali pp peccata sua, de qua re supra diximus.

ANNOTATIO XLIX.

Euangelistarum concordia.

MIrabilia Græce παραδοξα quidã vertunt inopinata quidam, incredibilia vulgatus vero, mirabilia, sensus idem est. Appellantur autem mirabilia hoc loco ea, quæ si narrarẽtur ijs, qui nõ viderũt, mirabuntur,

buntur, & difficiles se exhibebũt ad credẽdum præ rerũ magnitudine: superant enim humanam fidem sicut illud Haba. 1. opus fiet in diebus vestris, quod nemo credet, cũ narrabitur; eorum autẽ qui viderunt, scientiam & expectationem superant, talia sunt hæc, quæ nunc fecit Dominus remittendo peccata, & sanando verbo paralyticum.

Et post hæc exijt, & vidit Publicanum nomine Leui.

COMMENTARIA.

POst miraculum sanati paralytici, Capharnaũ, & domũ factã, egressus est Christus, & abijt secus mare seu stagnum Genesareth.

ANNOTATIO L.

MAtthæus c. 9. & Mar. c. 2. post historiam paralytici, Matthæi vocationẽ narrant, sicut & Lucas noster. Marcus aũt distinctius scripsit, dicẽs: Egressus est rursus secus mare, prius enim trasfretauerat e regione Gerasenorũ, & venerat Capharnaũ, vbi paralyticum domi curauit, inde egressus iterum secus mare abijt, quo omnis turba veniebat ad eum, eosq; docebat, vt dicit Marcus Chrysost. hom. 31. in Matth. causam explicat, cur Dominus miraculo illo facto statim domo exierit, sic enim inquit: cum ingens signorum mirabili curatione paralytici fecisset, nullam ibi morã traxit, ne Scribæ videntes ipsum maiori arderent inuidia, sed recessit, vt affectũ eorum mitigaret. Quod nobis quoq; faciendum est. Nõ enim debemus eominus in aduersarios insurgere, sed vlceribus eorum mederi, cedentes, & relaxantes eorum intentionem. Hæc ille.

Et vidit Publicanum.

COMMENTARIA.

CVm versus mare exiret, vidit hominem quendam, officio publicanum, id est, vectigalium publicorũ exactorem. Publicanorum studia, & exercitatio, auaritiæ, fraudis, impudentiæ, & crudelitatis plena sunt, sed qui venerat peccata dissoluere, cur mirũ est si publicanũ fecit discipulum? Cũ autem paralytico peccata dimisit, tunc ad Matthęum accessit, ne turbarentur videntes, si peccatorem in Discipulorum consortium vocauit.

ANNOTATIO LI.

CRedibile est Matthæum non tunc domi suæ, sed in loco publico iuxta mare fuisse, vt facilius mercium, quæ mari aduehebantur, tributa colligeret; nam statim refert Euãgelista Christum se in Matthæi domum contulisse, vbi Matthæus illi conuiuium magnum apparauit. Inuehebatur Celsus Iudæus, vt Origenes lib. 1. contra eũdẽ refert, aduersus religionẽ nostrã, obijciẽs Christũ peccatores homines in cõsortiũ Discipulorũ vocasse; inter eos aũt publicanũ hunc nobis improperabat: cui rectẽ respondet Origenes, dicens, quid absurdi si Christus ostendere volens humano generi, quanta eius medicina cõtra pestes animarũ polleret, infames, & nequissimos elegit, eosq; eo prouexit, vt morũ puritissimorũ exemplum fierent, simplicẽtib. ipsius Euangelium? Idem dixit Chryſ. hom. 31. in Matth. cuius sententia in commentario prosecuti sumus.

Deceptus Origenes cõtẽdit Leui nõ fuisse Matthæum.

Nomine Leui.

COMMENTARIA.

NOmen eius Leui erat, quem Matthæus appellat Leui Alphæi, id est, filium Alphæi, quem autem Marcus, & Lucas Leui vocant, ipsemet Matthæus vulgari nomine Matthæum nominat binomi⁹ enim erat, vt Hieronymus apud Matthæum notat, erat sortasse Leui nomen honoratius, vulgatius tamen Matthæi; idcirco ipse humilitatis causa se semper eo nomine significauit.

ANNOTATIO LII.

ORigenes lib. 1. contra Celsum, hunc Leui, cuius Lucas meminit, alij ceu computat; eius tamen sententia omnino repellitur ab omnibus, qui eandem esse historiam hanc à tribus Euangelistis descriptam affirmant, nec obstat vnum duo fortitum esse nomina, quod in Scriptura factum esse nemo dubitat. Idem ergo est Leui, qui & Matthæus, Domini Apostolus, vt affirmant Hieronymus Matth. 9. & Auguſt. lib. 2. de consens. Euang. cap. 26.

Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sedentem ad telonium.

COMMENTARIA.

CVm publicanus esset, sito muneri, & exercitationi incumbens, sedebat ad telonium, id est mensam illam, in qua pecuniæ, quæ ex vectigalibus soluebantur, numerari solebant. ab ipse autem opera euocatur ad Christi disciplinam, quo virtus vocantis maior ostenditur, qui ex ipso studio, cui ille intentus erat, eum abstraxit.

ANNOTATIO LIII.

Telonium quid.

TElos Græce, vectigal est Latine, inde telonium, vel locum illum significat, in quem pecuniæ vectigalium reponebantur, vel mensam in qua numerabantur, hoc in loco potius modo posteriori accipitur; non. n. dicitur sedens in telonio, sed ad telonium. Quod si apud Matthæū dicitur, sedens in telonio, Græce habetur ad telonium, sicut apud Marcum, & Lucā. Chryſ. hom. 32. in Matth. rectè verbum hoc pōderat, quod dum sederet in telonio, vocatus est: Virtutem, inquit, vocantis voluit ostendere, qui non impositō adhuc fine publicarum prædo quæstui, e medio malorum ipsum abstraxit. Sicut Beatum Paulum quoque furentem, atque omni rabie ardentem, & igneum Ecclesiæ inferentem reduxit. Hæc ille.

Et ait illi, sequere me.

COMMENTARIA.

VEbum vocationis est, quasi diceret, relinque officium, cui incumbis, & ad meam disciplinam sine mora te conuerte, ex publicano esto meus discipulus, & qui ad mensam vectigalium sedes, surge, & à sæcularib. negotijs te eripe, ac mea vestigia sequere.

ANNOTATIO LIIII.

Matth. cur non simul cū aliis Apostolis à Christo vocatus sit.

CHryſost. hom. 32. in Matth. de Matthei vocatione quæstionē excitat, eāq; dissolut: Cuius, inquit, rei gratia non cum Petro simul ac Ioanne, & alijs Discipulis Matthæū vocauit? certe quēadmodū tunc ad illos accessit, vocauitq; quando obtēperaturos sciebat; sic Matthæum quoque nūc vocauit, quādo miraculorum fama perdoc mitū minime reluctaturū videbat. Quæ de causa etiam Paulum post resurrectionē piscatus est, nam qui cordis scrutator, & occulta mentium perspicit, is etiā, quando vnusquisque ad obediendum paratus erat, non ignorauit; propterea non continuo, quādo durior erat, sed post mille miracula, & insignem, atque peruulgatam de se famā aptiorem iam ad obtemperandum vocauit. Hæc Chryſost. Huic Doctrinæ aduersari videtur id, q̄ ipsemet Paulus de sua vocatione Gala. 1. scripsit, cum placuit, inquit, ei, qui me segregauit ab vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret in me filium suum, vt euangelizarem illum in gentibus continuo non acquieui carni, & sanguini. Non dicit Paulus, quando nouit me obediturū, sed quando illi placuit, qui per gratiā me vocauit. Non expectat Deus semper arbitrium nostrum, quia sua gratia ipsum excitat, ipsique dat velle, & perficere, & qui ēt rebelles conuertit, & compellit nolentes, tunc ergo vocauit, quando illi placuit, & si ante vocasset, utiq; respondisset, & obtēperasset. non ergo ratio, aut tēpus vocationis huius & similium referri debet in hominis arbitriū, sed in Dei beneplacitum, cui sic ut sum est, sicq. deposuit. Potest autem intelligi Chrisostomus sic, tūc vocasse D. discipulos, quando sciebat illos obtēperaturos, nimirum per ipsius gratiā, sciebat enim quando ipse operaturus erat in eis, ut obtēperarent vocanti, & tunc vocasse. nisi sic intelligas doctrinā non probo. Nec solum doctrinæ huic Chrysostomi in hac parte nō consentio, sed contrariam omnino veram existimo, nimirū tunc vocasse discipulos multos, & præsertim Matthæum, qñ plus erant impedit, magisq. detinebantur, ut venirēt. sic Petrum, & Andream vocauit, quando rete mittebant in mare, nec expectauit, ut iā essent missa, nec præuenit, antequam mitterentur, sed dum mittebant, hōc enim maius adferebat impedimentum: sic Paulum vocauit, quā is in via erat, nec preuenit profectionē eius, priusquā accepisset litteras à summo sacerdote, & vocauit, dum optime ferebat, minusque ad obsequendum paratus erat; sic nunc Matthæum vocat, non antequam sederet, sed dum ad ipsum telonium sedebat, & ipsi operæ incumbebat, in hac enim virtus vocantis magis claresceret, & magnitudo gratiæ reuelatur, minusq; hoc modo de sua virtute meritoue potest præsumere.

mere. Totus est Augustinus in hac doctrina, quam in hac parte probo.

Et relictis omnibus surgens secutus est eum.

COMMNTARIA.

MAgna vocātis virtus hæc est, quæ in admirabilem obedientiam arbitriū peccatoris, & publicanī rita pertraxit, vt continuo officij, & negotiorū impedimenta omnia dissolueret, & abiectis ijs omnibus, quibus tunc inhiabat, à telonio surgens, Christum sequeretur. Nec erat laude, & eximia commendatione Matthæus, qui etiam si vocantis potenti virtute sit motus, libere tamen vocāri ita consensit, vt nec consilio habito prius cum suis, nec negotiorum cura alijs demādata, nec ad quid vocaretur, considerato, & pecuniarum solicitudine abiecta, confestim Christo obtemperauerit.

ANNOTATIO LV.

Matthæi vocationem irrisere. Contra Iulianū, & Porphyriū.

IVlianus Apostata, & similiter Porphyrius referente Hierony. Matth. 9. arguebant, uel imperitiam historiæ mentientis, uel stultitiā eorū, qui illum secuti sunt. Saluatorē quasi irrationabiliter quēlibet hominē vocantē, sunt secuti. Duas Hieronymus huic obiectioni affert responsiones, sic. n. inquit: Tantæ virtutes, tantaq; signa præcesserūt, quæ Apostolos antequā crederēt, uidisse nō dubiū est. Hæc est prior responsio, sequitur posterior: Certè fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occulta, quæ ēt in humana specie reluebat, ex primo aspectu poterat uidentes ad se attrahere; sic. n. in magnete, & succino hæc esse uis dicitur, ut anulos, & stipulas, & festucas sibi copulēt, quāto magis Dñs omnium creaturarū ad se trahere poterat, quos uolebat? hæc ille. Prima responsio in nonnullis discipulis locum habet, & præsertim in Matthæo, quos post miracula aliquot edita uocauit, nō tñ in omnibus: nā Andreas, Petrus & Philippus, qñ ad Dominū primo uenerunt, nondum miracula eius uiderāt. Posterior solutio, qua parte in facie Christi illum diuinitatis splendorem fuisse dicit, quo potuerunt uidentes ēt sine miraculis uocantem sequi, non est necessaria, nec eo opus erat. Qua uerò parte uirtutem diuinitatis Christi affirmat, qua omnium poterat mouere, & trahere uoluntates, doctrina uerissima est, & responsio ad impietas illorum auertenda sufficientissima. Si enim uerbum Christi tantum esset significatiuum rerum, utique non poterat ad se homines trahere, cum simplex uerbum esset nullo argumento fulcitum, at uerbum hoc non fuit tale, sed efficacissimum, utpote instrumētū ab homine Deo, cuius tanta erat uirtus, ut uerbo simplici sanaret infirmos, mundaret leprosos, & mortuos suscitaret. Respondeant Iulianus, & Porphyrius, an esset arguēdus Lazarus lenitatis, quia resurrexit ad simplicem uocē, Veni foras; an essent arguendi paralytici, qui surgebant, & lectos suos gestabant ad uocē Christi; quis id affirmabit, etiā si deliret? nec igitur fuit leues, aut irrationabiles, qui uerbo Christi tracti, ipsum sunt secuti; non enim minus ponderis, aut efficax erat uerbum illud, quo uocauit Apostolos, & Discipulos, q̄ sanabat, & mirabilia opera exteriora faciebat, si enim mare, & uenti obediunt iubenti, quid mirum si homines se quærentis uocantem, & à sue alio miraculo præcedente? immo sine exteriori uoce potuit sola interiori uirtute pertrahere; sic enim Magdalenam uocauit, & ad se cōuertit, de qua rectè dicit Gregorius hom. 33. in Euang. Christus per misericordiam traxit eum, qui per mansuetudinem suscepit foris. diximus de hac re alibi plura.

Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua.

COMMENTARIA.

SEcutus Matthæus Christū, ipsum inuitauit, & ei domi suæ parauit conuiuium magnum; non solū quod ibi multi fuerint, sed etiam, quod opulentum, & pretiosum fuerit; honoris enim causa splendidissime eum apud se excepit, sicque suis valedixit, vt omnibus omni ex parte abiectis, discipulus Magistrum sequeretur, comesque eius individuus fieret.

ANNOTATIO LVI.

Quare Matthæus conuiuium fecerit Christo.

MEminit ipse Matthæus conuiuij huius, sed à quo sit factū, nec cuius esset domus, expressit; solū enim refert Christo di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sto discumbente in domo, peccatores discubuisse simul: Marcus distinctius rem narrans domū hanc ipsius Leui, seu Matthæi fuisse dicit, à quo vero conuiuium sit paratum, subiet. Lucas uero omnia explicat, nempe in domo Leui, & ab ipsomet conuiuio suscepto; tū propter lætitiā accepti beneficij, ut dicit Chrysost. hom. 32 in Matth. tum ut Magistrū honoraret, & ut dicit Victor Antiochenus Mar. 2. ob uocationis beneficiū gratum se declararet; tum & ut uulgarē sequens modū, amicis ac familiaribus ualedicere. cuius rei exemplum in Heliseo legimus 3. Reg. 19. qui adscitus in consortium Eliæ, eiusque comes futurus, reuersus est in domū, ut suos oscularetur, & postea sequeretur Eliā; uenit ergo, & par boū mactauit, coxitq; carnes, & dedit populo, & comederunt; post hæc consurgens secutus est Eliā. Hoc uidetur nūc noster Matthæus fecisse, conuiuiū enim opulentum domi suę Christo fecit, ad q̄ multos ex amicis, & familiaribus cōuocauit, eoq; completo Christum secutus est, forsan & Christus ea de causa, ad Patrē reuersurus ex hoc mundo, apud Simeonē leprosum diuertit, à quo opulēto conuiuio exceptus est, ubi Magdalena pretioso unguēto effuso caput eius unxit. Quedā uero occurrit difficultas, quomodo fieri potuerit, ut Matthæus domi suæ magnum conuiuiū apparasse dicatur, si quando uocatus est, Euangelista dicat, relictis omnib. secutū esse Christum? non in. omnia reliquisse uidetur, qui domū retinebat, & conuiuiū opulentum apparere poterat. Quidā recentiores respondent, quando secutus est Dominum, non reliquisse omnia, sed illa tantū negotia telonij, quib. tunc erat intētus. Hinc tamen opinioni aduersatur uerbū (relictis omnibus) q̄ Euangelista cōmune fecit cæteris Apostolis, de quibus idē etiā vērbum scripsit. sicut igitur illi reliquerunt ita & iste. Quidā alij, illud (relictis omnibus) per quandam anticipationem ab Euangelista dictum censentiná quando uocatus est, secutus est Christum: nō tamen statim Discipulus, factus est, sed in familiaritatē receptus, postea uero reliquit omnia & in discipulum est acceptatus. Hæc autē sine auctoritate dicuntur: ideireo uidetur dicendū, tūc enim uocatus est, omnia quantū in se est, reliquisse, & de facto deseruisse telonium, & officium; Christi tamē ordinatione, sua dispositione, quia dives erat, & multis negotijs implicatus; idcirco domū rediit, ibiq; Christum habuit hōspitem, fecitque illi conuiuium, reliquerat quidē iam domum, & omnia, nec reuersus est, sed ut disponeret omnia, ut ratio honesta postulabat: sic etiam Heliseus rediit ad parentes Eliæ permissu; non enim Christus ea, quæ ad honestatem quandā pertinebant, abstulit, omnia: ergo tunc, quādo uocatus est, reliquit quantum in se fuit, non tamen usum omnē abiecit, quousque, ut par erat, omnia disposuit, sic Christo uolente. Hāc sententiā Euthymius secutus uidetur, cuius uerba sunt: Admirare eius, qui uocatus est, perfectam obedientiam, quomodo neque consultauit apud se, quo super ea re nullum consuluit amicū, quomodo non disposuit, quæ domus ac substantiæ suæ erant, sed confestim surgēs secutus est, relicto uniuerso mundo; solam autem adduxit mētem ad omnia paratam, nihil instiffer is, qui eum uocauerat, sicut & qui antea uocati fuerant. Hæc ille.

3. Reg. 19.

Et erat turba multa publicanorum, & aliorū, qui cum illis erant discumbentes.

COMMENTARIA.

VT ex Marco constat, multi erant secuti Matthæū, quando à Christo uocatus post cum abijt, tum publicani, sicut ipse erat, tum de eorum numero, qui hisce ministrabant, & hutiusmodi negotijs incumbebant, quos Matthæus, & Marcus peccatores appellat, alios etiam notos, & amicos fama rei commotos ad domum eius accurrisse, alios etiam ab eodem Matthæo conuocatos esse, credibile est. Hi omnes cōuiuio interfuerunt, & in eadem cum Christo mensi discubuerūt, quantum existimo, Matthæo Christi uoluntati, qui eos discumbere simul uoluit, obtemperante.

Si Matthæus omnia reliquit, quo modo potuit in domo sua conuiuiū facere.

ANNOTATIO LVII.

CHrysostomus hom. 31. in Matthæum asserit, multos Publicanos, quasi ad consortem artificij concurrisse, quos Matthæus lætitia non parua propter accessum Christi inuitarit, Domino ita disponente, qui omne genus curationis animarum exhibuit,

Quomodo tot publicani ad conuiuiū cōuenerint.

iubuit, nec disputando solum, aut ægrotos curando, aut inimicos redarguēdo, uerum etiam comedendo, atque bibendo, multos à uitijs ad uirtutem reduxit, ut nos per hęc doceret non esse tēpus, neque opus, ex quo nō possimus utilitatem percipere. Hęc ille & rectē quidem. Alterum aūt subiungit dicens; Et quāuis quę tunc apposita erat, iniustē, atque rapaciter fuerunt acquisita, nō repellit, tamē ea Dominus, sed assumpsit ex illis magnum. n. lucrū oriebatur, quinimmo eodē tecto, eadēq. mensa cum peccatoribus utitur. Hęc certe bonū medicum decent, qui nisi laborātium putredinem ferat, non potest eos morbis liberare, sed Dominus malam multorum de se existimationē, ad q̄ deuenerūt, quia cum publicanis in domo publicani comederet; non timuit. Hęc ille. Quæ quidem moderatione indigēt; nō enim omnia, quę publicani cōgregauerāt, ex rapina erant; nam uectigalia iuste exigi poterant à principibus, ut diximus supra; Ioānes enim exhortabatur publicanos, nō quidem ne exigerent, sed ne amplius, q̄ illis constitutum erat, & extorquerēt. & Dominus Matth. 22. iussit Cesari tributa dari, q̄ etiam comprobatur argumento manifesto Luc. 19. Zacheus enim publicanus erat, & dicit se dimidium bonorum dare pauperibus, & quos defraudauit, reddere quadruplum, quę fieri nō possent, si omnia essent ex rapina. Non enim Christus reprehendit ea, sed potius probauit. Hoc autem uerum est, officium esse periculosum, & cuius exercitium fraudibus, & extorsionib. expositū est, propter quod publicani male audiebāt apud Pharisæos, & Scribas; non tamen iniquum est, nec merces, & lucrum, quę inde proueniunt, iniusta reputari debent. sensus igitur Chrysostomi est, sæpe contingere, conuiuia, quę ab istis celebrantur, ex male acquisitis fieri, id tamē non semper euenit.

Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ eorum.

COMMENTARIA.

PHarisæi, qui de uitæ sanctitate, & Scribæ, qui de Scripturarū scientia gloriabantur, & inter Iudæos insigniores reputabantur, cum Christū, & discipulos eius discumbentes cum publicanis uiderent, murmurabant, & tamquam rem illicitam facientibus Christo, & Discipulis detrahebant. Pollui enim iustos peccatoribus conuescentes existimabant.

ANNOTATIO LVIII.

MAtthæus refert Pharisæos murmurasse, Marcus, & Lucas adiungunt, etiam Scribas. Illud autem (eorum) apud solum Lucam habetur, q̄ quidam referunt ad Iudæos, quasi dictum sit, Scribę, & Pharisęi Iudæorum, quæ interpretatio parum est accommodata, cum nulli sint alij Scribæ, & Pharisæi, quā Iudæorum, nec in Scriptura talis locutio reperitur. Quālam autem non connectunt cum Pharisæis, & Scribis, sed cū relatiuo, q̄ in Græco sermone habetur nam sic dicitur, (qui Pharisei, & Scribę eorum) sicque interpretantur, qui eorum, seu ex eis erant Scribę, & Pharisæi murmurabant, qui sensus stare non potest. nam illud (ex eis) referri debet ad precedentes turbas, & publicanos, qui discubuisse dicūtur, & sic hi Scribæ, & Pharisæi conuiuio interfuisse, & accubuisse dicerentur, q̄ esse non potest; tunc enim non murmurassent contra Discipulos Domini, cum & ipsi in eadē causa essēt. Verior igitur interpretatio erit, si cum uulgato connectamus, cum (Pharisæi, & Scribæ) non quidem iuxta sensum primę opinionis, sed alium sequentes, nimirum, vt referatur ad precedentia, scilicet turba multa publicanorum, & aliorum, qui cū ipsis venerant. Scribæ autem, & Pharisęi eorum, id est, qui inter eos erant, non quidem accumbentes, sed presentes murmurabant; erat enim publicum conuiuium, quod patebat omnibus, qui videre volebant. Huic expositioni fauet participium, quod omisit Lucas, sed Matthæus, & Marcus posuerūt, nēpe (videntes;) aderant enim Pharisæi, & Scribæ, & videbant, q̄ agebatur. non igitur est admittenda interpretatio quorundam recentiorum violenta, qui existimant non tunc adfuisse, nec uidisse conuiuiū Scribas, sed postea, & murmurasse non eo tempore, sed post celebratum conuiuium; quæ interpretatio uerbis Euangelistarum non potest accommodari, quæ aperte indicant eodem tempore omnia esse facta. Verius igitur, & accommodatius Victor Antiochenus Mar. 2. Asserit uenisse eò Scribas, & Pharisęos, non quo aliquid discerent, uerū quo ea, quæ fiebant, curiosè inquirerent.

Partículæ (eorū) exactè perpēditur.

Dicen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicentes ad Discipulos eius.

COMMENTARIA.

NOn audent Pharisæi, & Scribæ Christum coram monere, sed ei apud Discipulos detrahunt, siue suæ propriæ malevolentiæ conscij; siue mentes audire, quæ nollent, cum in calumnijs refellendis illius experti essent sapientiam; siue quia putabant Discipulos esse rudiores, nec ad respondendum paratos, vt sic eos à Magistro auerterent, & subducerent.

ANNOTATIO LIX.

Semina re dissidia, diabolicum est.

CHrys. hom. 31. in Matth. notat qualiter isti Magistrum apud Discipulos accusant, alibi vero, cū discipuli in aliquo deliquisse videntur, apud magistrum eos deferunt; quærebant enim dissidia seminare inter Magistrum, & discipulos. Hac arte vsus est diabolus, nam Deo detrahit apud homines, vt fecit in principio cum Adā; & homines apud Deum defert, vt fecit cum Iob, ideo calumniator dicitur, hoc enim nomen Diaboli, Græcis significat.

Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis?

COMMENTARIA.

HOc est murmur, & querela Pharisæorum, & Scribarum, nō licet vobis, nec magistro vestro cum his publicanis, & peccatoribus assidere in mensa. Hæc enim interrogatio (quare) vim habet accusationis cuiusdā; quasi rem agerent illicitam. Illa autē enumeratio (manducatis, & bibitis) auget accusationem, & amplificat id, quod quasi crimen opponunt; verba vero præsentis tēporis indicant in ipso conuiuio reprehensionem esse factam, nō enim erubescebant ipsis conuiuis præsentibus detrahere, quia publici peccatores reputabantur. Distinguunt autē peccatores à publicanis, non quod publicani tales nō reputarētur, sed quod alij, cum publicani nō essent, communi vocabulo significabantur; erant autem peccatores, vel socij, vel ministri ipsorum publicanorum, qui in eorum officio illis ministrabāt; aut ij, qui dissolutioris erant vitæ; aut ij forsan, qui ob scelera aliquot è Synagoga à Iudęis eiecti erant.

ANNOTATIO LX.

Pharisæi & Magistri, & Discipuli accusare conantur.

MAtthęus, & Marcus habent, quare cū publicanis, & peccatoribus manducat Magister vester? Lucas vero discipulorū tantum meminit; vtrumque autem consonat: nam illi in omnes dixerunt accusationē, nēpe Magistrum, & Discipulos, quasi dicerent: Quare Magister vester, & vos manducatis? Duo autē priores Euangelistæ expresserunt solum Christum, quia intentio accusantium præcipuē erat contra eum, vt dicit Aug. lib. 2. de cons. Euang. c. 27. & nota eos vsos esse nomine Magistri; quare manducat magister vester, quasi eius fugillantes, & reprehendentes doctrinam, qui facto doceret cum publicanis, & peccatoribus māducandum esse. idcirco addunt (vester) quasi ipsi talem abominarentur disciplinā, qualem ipsi à Christo discebant.

Et respondens Iesus dixit illis.

COMMENTARIA.

NOn ita submisse obloqui sunt reprehensores, quin ad aures Domini murmurario peruenerit. Audiēs ergo Dominus respondit accusationi, adducens rationes & causas, ob quas cū publicanis, & peccatoribus comederet, quibus rationibus, & causis, & defendit, & illorū accusationem ignorantiæ, & iniquitatis plenā esse ostēdit.

ANNOTATIO LXI.

MAtthæus addit (audiens) audiens, inquit, Iesus ait: Marcus vero dicit (Iesus hoc audito, ait illis) presente igitur Domino, Pharisęi Discipulos reprehenderunt: præ animorum autem commotione, & exardescentia, non ita potuerunt sermonem comprimere, quin voces, & clamor eorum ad aures Domini peruenirent. Vnde Dominus statim respondit eis; suscepit enim defendendam causam propriam Discipulorū, & eorundem publicanorum, ac peccatorum,

rum, quorum etiam aures murmuratio impudens & importuna Pharisæorum, & Scribarum pulsauerat.

Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent.

COMMENTARIA.

ARgumento primo Christus causam suam defendit, quod à rerū similitudine accipitur. medicus corporum non tam cum sanis, quam cum infirmis conuersatur, & his mederi curat, quia plus indigent, quam sani, quibus sola præseruatiua medicina sufficit. multo igitur cōuenientius, qui animabus medetur, cū publicanis, & peccatoribus cōuersari debet; hi enim indigent, quia infirmi sunt spiritu propter peccata. si igitur irrationabile esset arguere medicum corporum, visitantem magis infirmos, quam sanos, irrationabilius est reprehendere me, qui cum publicanis, & peccatoribus manduco, & frequenter conuersor, vt hac via eos à peccatis reuocem, & spiritualem illis cōferam sanitatem. Hoc argumento se Christus medicum animarū profitetur, quod iam paulo ante probauerat paralytici sanatione miranda; simul etiā taxat Scribas, & Pharisæos, quasi immites, & sine misericordia, qui potius peccatores in suis peccatis permanere volunt, quam cū eis conuersari, & conuesci, vt eos à peccatis reuocent; sicut qui infirmos corpore potius perire eligeret, quam dū eos visitat, sanare. Tacite etiam commendat publicanos, & peccatores, qui ad medicum salutis accurrebant. Est autē Hebraismus, quo absoluta negatio ponitur loco comparatiuæ, vt annotatione 63. dicemus.

Communicatio cum peccatorib. quomodo, & quando licita.

ANNOTATIO LXII.

COmmunicatio cū peccatorib. duplex est, vna quę sit in ipsorū peccatis, nempe consentiendo, auxilium præstando, aut consilium dando, vt sua mala opera perficiant, & hæc cōmunicatio omnino est prohibita, neque hanc Christo obijciebāt Pharisæi, quem nouerant hominum peccata acriter reprehendere. Altera est communicatio in ijs, quæ peccata non sunt, sed indifferentia, qualia colloquia, commessatio, & alia huiusmodi. Hæc autem communicatio aliquando non licet, sed prohibita est, nempe aut quando ex huiusmodi communicatione peccatores in suis prauis operib. audaciores fiunt, aut quando eorum peccata & iniqua facta ab ijs, qui conuersantur, approbari alij putant; aut quando periculū est, ne qui conuersatur, illorum contagio inficiantur. his de causis Paulus 1. Cor. 5. prohibuit communicationem, dicens: Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cū eiusmodi nec cibum sumere; quando vero nihil horū interuenit, prohibitum non est conuersari in huiusmodi indifferentibus. At vero quando communicatio in id tendit, vt à peccatis illi renocentur, & ad meliorem vitam conuertantur, non solum non prohibetur, sed maximē laudatur, & aliquando præcipitur; qui enim aliorum curam ex officio, & munere habet, tenetur hæc præstare, quando ad salutem peccantium id oportere cognouerit. Christus igitur manducabat cū publicanis, vt ea occasione, & familiaritate vtens, eos ad pœnitentiam peccatorum protraheret; non enim eorum contagio infici poterat, qui peccatum non fecit, nec dolus in ore eius inuentus erat, nec eos audaciores faciebat, qui vitia reprehendebat, & peccantib. medicinā offerebat; nec approbare eorū mala opera videri poterat, qui sanctissimus ab hominib. agnoscebatur, & qui Matthęū ab ipso telonio auocauerat. Chrysost. hom. 31. in Matth. locum Pauli allegatum adfert, & respondet ibi Paulum loqui cum fratribus, nō cum Magistris, & de his, qui peccare non desinebant, sed in suis peccatis perseuerare volebāt; accommodatius autem videtur dici posse, id quidem fratribus vetuisse, tamen propter scandalum aliorū, ne probari viderentur illorū malefacta; & propter periculum fratrum cōuersantiū; & propter illorum, qui peccabant, emendationem, vt confunderentur, bonorum priuati consortio, & confusi resipiscerent, iuxta illud Pauli 2. Thessal. 3. Si quis non obedit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, & ne commiscearmini cum illo, vt confundatur. Basilius in moral. reg. 70. cap. 22. hoc loco

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco vtitur ad probandum, eos, qui alios docendi munere funguntur, debere esse misericordes, ac mites, maxime erga eos, quorum animæ morbo graui sunt affectæ.

Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

COMMENTARIA.

ADhiber secundum argumentũ ad eandẽ defensionem, quod à quodam fine aduẽtus sui accipitur, quasi diceret: veni vocare homines ad salutem non tam iustos, quam peccatores, hosq; ad pœnitentiam; igitur oportet me non abhorrere ab eorum cõmercio, sed eos recipere, & cum eis cõuersari, vt sic illos pertraham ad peccatorum suorum pœnitentiam, & vitæ cõmutationem, ac resipiscentiã. Dicit autem se venisse vocare, non tam iustos, quã peccatores, quia hi plus indigebãt Christi prædicatione, & numero plures multo erant: idcirco Christus suæ prædicationis exordium fecit à pœnitentia; sic enim Matth. c. 3. scripsit. Cepit, inquit, Iesus prædicare, & dicere: pœnitentiam agite. Hebraismus autẽ est sicut præcedens, quo negatio absoluta ponitur loco comparatiuæ, vt sequenti Annotatione explicabitur. Nõ autem hic agitur de redemptione, quã passione, & morte sua perfecit, sed de sua prædicatione loquitur.

ANNOTATIO LXIII.

MAtthæus, & Marcus non habent illud (ad pœnitentiam) quamuis in multis exemplaribus Græcis etiam apud vtrumq; id legatur, & Chrysost. hom. 31. in Matth. legit, & interpretatur, similiter & Euthym. Matth. 9. Aug. vero lib. 2. de consen. Euãg. c. 27. asserit à solo Luca esse adiectum explicationis cã, quamuis apud illos duos Euangelistas id sic significatum, seu potius indicatum in illis verbis (nõ est opus valentib. medico, sed male habent. bus) hæc enim indicant, ad quid vocauerit peccatores, nempe, quasi ægrotos ad recipiendam medicinam. Hilarius ẽt, & Hiero. Matth. 9. non legunt (ad pœnitentiam) siue ergo illud (ad pœnitẽtiam) expressum sit, siue non, intelligi dẽt, tum ex Luca, qui illud expressit, tũ ex verbis illis præd ctis, vt dicit August. Occurrit autem difficultas, qui sint iusti hi, quos vocare Christus non venit, in primis Chrys. hom. 31. in Matth. affirmat hanc partẽ esse per ironiam dictam, iustosq; Christus appellat illos Pharisæos, qui se iustos iactabant, cum non essent, hos d cit Christus se non venisse vocare, non quod ipse non venerit quantum ex se, est etiam hos vocare, sed quod ipsi de sua præsumentes iustitia, Christo accedere contemnebant. *Quos iustos Christus vocare non venerit.*

Secundo loco Hilar. can. 9. in Matth. & ibidem Hieron. hos iustos non fuisse interpretantur, vnde sensus est, non veni vocare iustos, quia nõ erant, sed peccatores; oẽs. n. peccauerũt. quibus verbis, vt dicit Hilarius, ostendit legis imperfectionem, quæ iustificandi vim nõ habuit, taxat ẽt, ut dicit Hieron. iustitiam Pharisæorum, quam ex lege se habere putabant. Hæc est sententia Hilarij, & Hiero. explicata. In cuius etiam maiorem explicationem aduerte, non negare hos Doctores, quando Christus uenit, multos inuenisse iustos; Simon enim, & Nathanael, & alij, quorũ Scriptura meminit, iusti erant, sed hi non habebant ex lege iustitiã, sed ex fide aduentus Christi: unde si Christus non esset uenturus, nemo iustus inueniri esset; omnes enim peccauerunt, omnes declinauerunt, nõ est iustus usq; ad unum. qui igitur iusti fuerunt, per Christum uenturum assecuti sunt iustitiam; ueniens ergo Christus inuenit aliquos iustos, qui fide, & spe aduentus eius iusti erant, tamen neminem inuenit iustum, qui iustitiã, aut ex se, aut ex lege haberet, propterea dicit, nõ ueni uocare iustos, quia nemo erat: si qui. n. sunt, mei aduentus fide iusti sunt. Christus enim sua passione, & morte omnibus etiã secundũ carnem tempore priorib. à mundi initio iustitiam, & remissionem peccati obtinuit, omnesque ab Adam redemptione eius indiguerunt.

Tertio loco Euthymius sic interpretatur: non ueni, ut eum iustis conuerser; nam sibi ipsi ad salutem sufficiũt, sed fateor propter solos peccatores me uenisse, qui pœnitentia indigent. Hæc Euthymius. cuius sententia magna declaratione indiget, ut rectũ, & fidelem habeat sensum, cum cõtraria uideatur ijs, quæ in explicatione secundę sententiæ diximus, quę uera, & Catholice dicta

cta sunt; nemo enim iustus fuit, qui sibi sufficeret, nec propter solos peccatores venit, sed etiam propter iustos, qui fide aduentus eius significaret: erant. omnes ad se suumque Euangelium vocauit: ideo eo dicit se non venisse, vt vocaret iustos ad pœnitentiam, sed peccatores. Hæc interpretatio antiqua est, eamq; secutus est Cyrill. Alex. lib. 2. de adoratione in Spiritu, vbi sic habet: Aequi est iuxta Saluatoris vocem curari quod infirmum sit, vocari ad pœnitẽtiam, non eos, qui sanctificati sunt, sed qui propter peccata sunt inuisi. Quæ interpretatio ẽt si facile sensum faciat, non tñ accommodatum, nec perfectum: nam videbatur Christus significare se non venisse vocare homines, nisi ad pœnitentiã, & consequenter non venisse vocare iustos; hi n. nõ indigebant pœnitentia, vt dic tur Luc. 15. Gaudiũ est super vno peccatore pœnitentiam agente, q̃ super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia, & tamẽ certum est venisse ad vocandũ iustos, qui fide venturi iustificati erãt, & legis opera faciebant, ad fidẽ præsentis, tam aduentus, & ad Euangelij doctrinã, & obedientiam amplectendã. Præterea, quia sufficiebat dicere, veni vocare peccatores ad pœnitentiam, nec erat opus addere quicquam de iustis: non ergo illud (ad pœnitentia) debet connecti cum vtroque verbo, sed cum sola vocatione peccatorum; hos enim vocauit ad pœnitentiam, sine qua non poterant fructum sui aduentus percipere, & vnde rectẽ Patres omnes citati illam primam partẽ absolutè intellexerunt; (non veni vocare iustos.) sensus autem facillimus est; est enim Hebræorum idioma, quando vnum alteri præferunt, vti absoluta negotiat one, vt videre est Rom. 9. non est volentis, neq; currentis, sed Dei miserentis, id est, non tã volentis, & currentis, quam Dei miserentis 1. Reg. 8. non te abiecerunt, sed me, id est, non tam te, quam me. Matth. 10. non estis vos, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, id est, non tam vos estis, qui loquimini, quàm Spiritus Patris vestri. sunt multæ huiusmodi locutiones; ita nunc dictum est, non tam veni vocare iustos, quàm peccatores ad pœnitentiam: omnes quidem veni vocare, iustos, & peccatores, sed magis indigebant peccatores, idcirco dico magis veniſſe propter hos: sicut medicus magis propter ægros venit, quam propter sanos, etiam si hi medico indigeant. hanc præla- *Christi locutio comparatiua est, non absoluta.*

tionem, & sensum alijs verbis indicauit Dominus Luc. 15. Gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiã agente, quã super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. gaudium quidem est super omnibus iustis, & peccatoribus, sed super his in hoc maius, q̃ maiori in periculo versabãtur, sic nunc Christus dicit se venisse vocare omnes iustos, & peccatores, Ioan. 10. venisse, vt vitam habeant, & abundantius habeant illud propter peccatores, hoc propterea venisse vocare iustos, quam peccatorem. Hic est sensus legitimus, vt existimo. *Luc. 15.* *Ioan. 10.*

ANNOTATIO LXIIII.

INter has duas sentẽtias (non egent, qui sani sunt medico) & (non veni vocare iustos; quarum etiam Marcus meminit, Matthæus solus interposuit testimonium Scripturæ, dicens: (euntes discite, quid est, misericordiam volo, & non sacrificium) quo argumento etiam Dominus illorum accusationem repulit, suamq; causam defendit. in cuius explicationem nõnulla sunt notida. *Quid sit misericordiam volo, non sacrificium.*

Primo, frequenter Christum, vsum esse testimonio Scripturarum cõtra Pharisæos, & Scribas, quo tacitè illos ignorantes arguebat, qui cum maxime Scripturarum studiũ & intelligẽtiam profiterentur, de his q̃ gloriarentur, multa ignorabant, quæ scire deberent. Huius rei plurima sunt exempla. Matth. 12. Non legistis quid fecerit Dauid, quãdo esurijt, & qui cum eo erant ibidem. Nõ legistis in lege, quia Sabbatis Sacerdotes in templo Sabbatũ violant? Matth. 19. Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculum, & fœminam fecit eos? Matth. 21. Numquam legistis, quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? Mar. 12. Nec Scripturam hanc legistis: Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli? Sunt alia multa huiusmodi testimonia, ita nunc dicit, euntes discite, quid est misericordiam volo, & non sacrificium. Illud (euntes) verbum est cuiusdam reprehensionis, ex phrasi Hebræa positum; sicut illud Iesaiæ 10. Ite, & muocate deos vestros, quos elegistis, ipsi vos liberent in tempore angustiæ.

Secundo notandum est hoc testimonium sumptum esse ex Osea cap. 6. Variè autẽ legitur, & explicatur à Patribus; Ambrosius

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim lib.1.de pœnitentia, cap.11.legit Misericordiam malo, quam Sacrificium. Irenæus vero lib.4.c.32.vt in antiquis exemplaribus habetur, & Augustinus lib.20. contra Faustum, cap.16.& lib.2.de consensu Euangelistarum cap.27. legunt: Misericordiam volo, quam sacrificium, phrasi minus Latina, ex Hebræo idiomate sumpta, sicut illud Luc.15. Gaudium est super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis. & Psal.117. bonum est confidere in Domino, quã confidere in hominc. Supplenda enim est cõparatiua particula, misericordiam volo magis, quam sacrificium. Vnde idem Augustin. lib.10.ciuit.c.5. Latinam phrasim vsitatiorem sequens habet: misericordiã volo magis quàm sacrificium, quo etiam modo citatur à Cypr. lib.3.ad Quirin.c.1. Omnes hi Doctores comparatiuè legunt, & explicant hanc sententiam. Non quod Deus nolnerit tunc sacrificium ab hominibus, quod ipse præceperat, sed quod maluerit misericordiam erga proximos. Hieronymus uero Matth.9. & Hilarius ibidem can.9. negatiuè legunt, & interpretãtur, misericordiam uolo, & non sacrificium, quasi Deus à ratione iustificationis excluserit illa sacrificia uetera. In Hebræo autem apud Oseam sic legitur: Misericordiam uolui, & non sacrificium. Quod autem ad præteritum tempus pertinet, parum refert, siue in præsenti, siue in præterito sit sermo, sæpe enim unum pro alio usurpatur, quod uero ad negationem absolutam spectat, repetendum in memoria est, quod annotatione præcedẽti notauimus, Hebræorum esse idioma, quando unum alteri præferunt, non hoc magis illud minus affirmare, sed hoc omnino affirmare, illud omnino negare, & præter exempla ibi posita, illud etiam est 1. Corinth. 15. Abundantius omnibus laborani, non ego, sed gratia Dei mecum, id est, non tam ego, quam gratia Dei mecum. Sic hoc in loco dictum est, misericordiam uolo, non sacrificium, id est, non tam uolo sacrificiũ, quam misericordiam, seu hanc uolo magis, quam sacrificium. Esse autem in hunc sensum accipiendam hanc sententiam ostendunt ea, quæ sequuntur apud eũdem Oseã, subdit enim (& scientiam Dei plus, quam holocaustum,) huiusmodi ergo interpretatio est accommodatior, cui Chrys. etiam hom.31.in Matth. consentit.

Sensus verborũ, q. ex c.6. Oseæ Christus protulit.

Tertio notandum est, per sacrificium in hoc loco intelligi illa Iudæa sacrificia animalium, quæ Deo offerebantur: per misericordiam autem proximorum dilectionem, qua eorum necessitatibus subuenimus; misericordia enim ex dilectione proximi procedit, & ad opem ferendam ijs, qui indigẽt, inducit; talia enim opera misericordiæ, ut rectè Augustinus lib.10.ciui.c.5. dicit, etiã sacrificia appellantur, iuxta illud Hebr. 13. Talibus hostijs promeretur Deus, non quidem corporale, sed spirituale: unde ipse Augustinus ait, hisce uerbis non repellere sacrificium illud corporale, quod Iudæi tũc ex diuina institutione, & præcepto offerebant, sed præponi spirituale corporali, cuius prælationis causam ipse Augustinus adiungit, dicens: Finem præceptorum esse dilectionem. misericordia igitur, quæ ex dilectione procedit, præponitur sacrificio exteriori, quod in dilectionem ordinatur. Ipse autem met Dominus eandem prælationem significauit Matth.5. Si offers, inquit, munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante Altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuũ. & Matth.15. acriter arguit Iudæorum maiores, quod præferenda docerent sacrificia, & oblationes dilectioni, & misericordiæ erga parentes: Irritum, inquit, fecisti mãdatum Dei propter traditiones uestras. mandatum appellat præceptum de dilectione, & misericordia erga parentes. Ex his sensibus huius testimonij manifestus est, malo inquit, Deus, ut misereamini proximorum uestrorum, & subueniatis eis, quam ut dum sacrificium mihi offertis, propterea cessetis ab opem ferendo proximis, atque perire finatis eos; acceptior enim est mihi misericordia, quam tale sacrificium. Ex his etiam manifestum est argumentum Christi contra Pharisæorum, & Scribarum accusationem; misericordiam enim appellat, quæ cum Publicanis, & peccatoribus conuersabatur, ut ad pœnitentiam eos pertraheret, & ad uiam salutis reuocaret; Iudæi autem pluris faciebant quasdã mundities exteriores, & quidem ab ipsis inuentas, contra eos ergo argumentatur Christus testimonio Scripturæ: Nonne, inquit, legistis Deum præferre misericordiã sacrificio? si igitur sacrificio, quod maximi habetur in lege, præponitur misericordia,

etiam

etiam in rebus ad corpus pertinentibus, in quibus proximo subueniendum est, quanto magis misericordia in spiritualibus, & in ijs, quæ ad animam spectant, præferri debet, non dico, sacrificio, sed uestris istis obseruationibus, & extremonijs exterioribus? ego enim cum peccatoribus manduco, ut hac familiaritate ergà illos, salutem animabus eorum conferam.

Quare Deus misericordiã præferat sacrificijs.

Quarto notandũ est, causas esse dignas consideratione, ob quas Deus misericordiam prætulit illis antiquis sacrificijs, præter eam, quam paulo ante ex Augustino adduximus. una est, quia mandata illa de sacrificijs exterioribus, etiamsi diuina positiua erant, at mandatum dilectionis, & misericordiæ erga proximos naturale est, quod est fortius positiuo. Secunda, quia illa sacrificia cũ lege ipsa finẽ habitura erãt, sicut etiam cum lege incœperant à Deo esse præcepta, & in illo Populo instituta, at mandatum dilectionis, & misericordiæ in tota ab initio, & permanet in Euangelio usq; ad sæculi finem. Tertia, ut ea ratione ostenderet Deus illis Iudeis, eos non uirtute sacrificiorũ iustificari, sed fide, & dilectione, ex qua misericordia emanat, unde Oseas postquã dixit, misericordiam volo, & non sacrificium, adiunxit (& scientiam) id est, fidem, plusquam holocaustum. Quarta est, ut significaret Deus se non propter sacrificia illa omnia, mundi peccatum deleuisse, hominibusq; pepercisse, sed propter suam misericordiam, qua filium suum mittere dignatus est in redemptionem nostram. Psal.39. sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi; holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce uenio, ea igitur de causa tantopere misericordiam erga proximos commendauit, ut sacrificio eam præferret, ut dictum est.

Psal.39

Si Deus sacrificijs honoretur, cur ipsis misericordia proximis præponatur.

Occurrit autem dubium quoddam, quo res hæc magis explicatur. Posset enim quispiam opponere, Deus maior est honorandus, quàm proximus, & mandatum de honorando, & colendo Deo maius est, quàm de diligendis proximis, illisq; subueniendo, cum sit mandatum naturale primæ, ut uocant, tabulæ; at illa sacrificia erant in honorem, & cultũ Dei instituta: igitur præferenda erant misericordiæ erga proximos. Respondeo, quando omissio sacrificij cederet in Dei, & religionis contemptum, tunc potius erat sacrificandum, quàm proximo subueniendum, si utrumque fieri non posset: ut si infidelis, aut gentilis impediret Iudæos sacrificare in religionem eorum institutionem, non deberent cessare a sacrificando, etiam si omnia bona temporalia auferrentur ab eis, quibus aliorum necessitatibus subueniebant; quia honor Dei præferendus est. Ea de causa Eleazarus ille Machabæus uitæ propriæ non pepercit, ne carnibus porcinis uesceretur, quia cogebatur eas manducare in contemptum religionis Iudaicæ, & ueri Dei Israel, quo casu ille tenebatur potius mori, quàm uesci. sicut etiã apud nos, si quis hæreticus fidelem impelleret ad uescendum carnibus in die Veneris, teneretur mori potius, quàm uesci, quia ille in contemptum Ecclesiæ id facere tentat; at uero si non esset talis contemptus, præponenda esset uita propria, & aliorum, ut si noceat sanitati uesci pisibus, & uitæ conseruandæ necessariæ sunt carnes, eis uesci licet in diebus prohibitis; & apud illos licenbat intermittere sacrificium, quando pecunia, quibus animal emendum erat, necessaria erat propriæ, aut proximi sustentationi. Obseruandum enim maximè est, quando cõtemptus religionis misceretur his mandatis, tunc non solum mandatum positiuum esse, sed simul mandatum naturale diuinum de honorando, Deoque colendo, ideo cum sit fortius, præponendum est mandatis erga proximos etiam naturalibus; at uero quando non est contemptus talis, nec res cedit contra Dei honorem, tunc debemus potius seruare mandatum naturale erga nos, & proximos, quam illa, quia tanta positiua sunt; quo casu per Oseam Dominus locutus est, se malle misericordiam erga proximum, quam quod offerat homo sacrificium à Moyse præceptum, quando non agebatur de aliquo perpetrando contra Dei honorem: non enim si aliquando intermittitur sacrificium, agitur contra honorem Dei, cum etiam Deus honoretur in subuentione proximorum; & quamuis tia aliqua, non propterea est contra Dei honorem, nisi ex contemptu fiat, aut proprio ipsius, qui intermittit, aut alterius, qui ter sententia proposita sit intelligenda, manifestum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO LXV.

IN hac Matthei vocatione vnum dubiolum examinandum supereſt nempe cur Euangeliſtæ cæterorum Apoſtolorum vocationes mentionem non fecerunt, præter eas, quæ ſunt Petri, & Andreæ, Iacobi, & Ioannis, ac Philippi; reliqui enim quando, & quomodo vocati fuerint, ignotum reliquerũt. Chryſoſt. hom. 31. in Matth. hoc excitat dubium, & Euthymius Matth. 9. ipſum Chryſoſtomum ſequens. reſpondet autem Chryſoſtomus ea de cauſa factum eſſe, quia illi maximè, aut in humili artificio, qualis eſt piſcatorio, aut in turpi lucro, qualis eſt telonatus, verſabantur, eoq; modo Euãgeliſtæ ſe dignos fide populis oſtendebant; eos enim, qui nihil eorum, quæ ſibi vitio dari poterant, narrare prætermittebant, nemo iure ſuſpectos habere poterat, etiam cum laudabilia referebant. Eandem cauſam Origenes lib. 2. contra Celſum attulit ad eam quæſtionem, cur Euangeliſtæ diſcipulorũ peccata deſcripſerint. Huic reſponſioni poſſet opponi, non ſolos Petrum, & Andream, Iacobum, & Ioannem fuiſſe piſcatores: Nam ex Ioan. 21. habemus Thomam piſcatorem etiam fuiſſe, & cum Petro, & filijs Zebedæi piſcatũ iuiſſe poſt Reſurrectionem Domini, immo ibi duos ex Diſcipulis Domini legimus ſimili piſcationi indulſiſſe, & veriſimile eſt de numero fuiſſe cæterorum Apoſtolorum, quorum vocatio deſcripta non eſt. De Philippo etiã neſcimus, quo artificio ſit vſus. Quod ſi dicas cum Chryſoſtomo, inſignem eum non fuiſſe, argumentoq; eſſe, ſp de humili patria fuerit, licet argumentum hoc non ſit efficax, tamen omnes Apoſtolos humilis conditionis extitiſſe conſtat ex illo Pauli 1. Cor. 1. infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, vbi Apoſtolos appellat ſtulta mundi, infirma mundi, ignobilia, & cõtemptibilia mundi. Eadem ergo ratione omnium vocatio erat narranda. Exiſtimo ergo ſicut Euangeliſtæ multa prætermiſerũt narrare, quæ Chriſtus geſſit, vt dicitur Ioã. vlt. eaque ſcripſiſſe, quæ ad veritatem Chriſti explicandam, & confirmandam ſufficiebant, ita etiã feciſſe in Apoſtolorum vocatione; quibuſdam enim deſcriptis facile intelligi poterat, qua ratione, & modo cæteri vocati fuerint; remiſerunt autẽ horum vocationes, quia præcipue, & inſignes fuerũt, in quib. virtus vocatis maxime manifeſta-

ea eſt. Philippi aũt vocatio inſignis fuit propter hiſtoriã Nathanael, q̃ refertur Ioan. 1.

At illi dixerunt ad Eum.

COMMENTARIA.

ALteram calumniã occaſione præcedentis reſponſionis Chriſti illatã Euangeliſta deſcribit, ſcientes enim Phariſæi, & præcipuè Scribæ, qui de Scripturæ intelligentia maximè præſumebant, ſe Chriſti rationib. eſſe conuictos, nouum quid quod objicerent, excogitarunt, quod verbis ſequentibus explicatur; illud autem relatiuum (illi) ad omnes quidem, qui murmurabant refertur, non ſic quaſi Phariſæi per ſe ipſos locuti fuerint, ſed per Scribas, qui peritiores reputabantur. hi enim locuti ſunt.

ANNOTATIO LXVI.

VIdetur quidem diſſonãtia inter Euangeliſtas in referendis iis, qui ſequentem calumniam Domino obiecerunt. nam Matthæus cap. 9. ad diſcipulos Ioannis refert: ſic enim inquit, (tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis dicentes) Marcus autem cap. 2. Phariſeis ſimul & diſcipulis Ioannis tribuere videtur dicens (& erant diſcipuli Ioannis, & Phariſæi ieiunantes, & veniunt, & dicunt illi) Lucas vero Phariſeis, & Scribis adſcribit; cum enim diſſet Phariſæos, & Scribas murmuraſſe dicentes, quare cum publicanis manducatis? narraſſetque Domini reſponſionẽ, ſtatim ſubiunxit, (At illi dixerunt.) ex connexione ergo ſentent ę illud relatiuum (illi) ad Phariſæos, & Scribas referri videtur. Chryſoſt. hom. 31. in Matth. locum hunc Lucę addu cens, affirmat Lucam hanc calumniam tribuiſſe Phariſeis: ſm igitur mentem Chryſoſtomi illud relatiuum (illi) nõ ad omnes præcedẽtes, ſed ad Phariſæos refertur. quod ſi Matthæus adſcripſit diſcipulis Ioannis, non eſt contrarius Lucæ: nam tam hi, quã illi id fecerunt, ſicque concordat Chryſoſtomus has ſententias; probabile, inquit, eſt Phariſeos cõfuſionem ſuam intelligentes, Ioãnis diſcipulos, veluti in Herodianis poſtea fecerunt, ſecum accepiſſe. Euthymius vero Matth. 9. aſſerit ſecũdum Lucã, & Marcum calumniam hanc à Phariſeis, & Scribis profectam eſſe. iuxta hanc igitur ſententiam illud relatiuum (illi) ad præcedentes refertur, tam Scribas, quam Phariſeos; concordat autem Euthymius Euangeliſtas hoc modo, nempe primum Phariſeos, & Scribas obieciſſe calumniam, poſtea vero Ioannis diſcipulos. At vero Auguſtini ſententia legitima, & accommodatiſſima eſt lib. 2. de conſen. Euang. cap. 27. vbi affirmat hãc calumniam, quam Lucas deſcribit, quæ eadẽ eſt cum deſcripta à Marco, non eſſe prolatã à Phariſeis, nec à diſcipulis Ioannis, ſed ab alijs; vt enim ex forma dicẽdi conſtat, nempe (quare diſcipuli Ioannis, & Phariſeorum ieiunãt) ab alijs, qui non erant Ioannis diſcipuli, nec Phariſeorum, dicta eſſe videntur, ſicque verba illa interpretatur. Erant diſcipuli Ioannis, & Phariſæi ieiunantes, & veniunt, & dicunt illi, quare diſcipuli Ioannis, & Phariſæi ieiunant; illud (veniunt, & dicunt) refert Auguſtinus non ad diſcipulos Ioannis, & Phariſeorum, ſed ad alios, qui de illis id dixerũt. iuxta hanc Auguſtini expoſitionem illud relatiuum (illi) non ad diſcipulos Ioannis, nec ad Phariſeos refertur, ſed ad alios, qui de diſcipulis Ioannis, & Phariſeis cauſſam calumniandi acceperunt.

Nũc Euangeliſte conuenire inter ſubſequentia narratione.

Auguſtini ſentẽtia de Euãgeliſtarum concordia.

Nos vero, vt contextui Lucę hoc accommodemus, dicimus illud relatiuum (illi) nõ ad omnes præcedentes referri, quaſi omnes locuti fuerint, ſed ad Scribas; hi enim Phariſeis conſentientibus videntes diſcipulos Ioannis, & Phariſæorum, qui ibi aderãt, dixerunt Chriſto, quare diſcipuli Ioannis, & Phariſeorum ieiunant, tui autem nõ ieiunãt? calumnia ergo à Phariſeis, & Scribis emanabat, tamen à Scribis ſolis prolata eſt. Nec hoc eſt idem cum eo, quod refert Matthæus; nam hic narrat, diſcipulos Ioannis dixiſſe, quare nos, & Phariſæi ieiunamus. hoc enim non à Scribis, ſed à Ioannis diſcipulis dictum eſt; nam tam hi, quam illi Chriſto hanc calumniam obiecerunt ſimul, & quaſi certatim, vt vult Auguſtinus: tũt hi poſt illos, quod probabilius eſt, vt dicit Euthymius, quod enim Scribæ de diſcipulis Ioannis, & Phariſæorum obiecerunt, vt dicit Lucas, ipſi poſito verbo de ſeipſis loquentes iterum obiecerunt, quod refert Matthæus. ſicque omnia accommodata, & conſona ſunt, vt etiam ſequenti Annotatione magis apparebit.

Quare diſcipuli Ioannis ieiunãt frequenter, & obſeruationes faciunt, ſimiliter & Phariſæi: tui autem edunt, & bibunt.

COMMENTARIA.

NOn accuſant Dominum expreſsè, quia eos iam conuicerat, oſtendens ſe ex miſericordia, & vt peccatores in meliorem frugem reuocaret, manducare cum illis. in diſcipulos ergo conuertunt calumniam, in quibus ea ratio minus videbatur militare, & in eis Magiſtrum tacitè reprehẽdunt, qui ſuis Diſcipulis ieiunia non inimgat, ſicut fecerunt Ioannes, & Phariſæi diſcipulis ſuis. Eſt autem accuſatio hæc, & calumnia Scribarum dicentiũ, quare diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & præter legis ieiunia, multis alijs ieiunijs voluntariè ſe macerant, & obſecrationes, ac orationes faciunt, ſicut etiam Phariſæi; tui vero edunt, & bibunt? non dicitur, (tui nõ ieiunant) aut (tui non edunt) ſed (tui edunt, & bibunt;) notare enim eos voluerunt immoderati vſus cibi, & potus, eoſque non ſolum non ieiunare frequenter, ſed nec ieiunare. Auctoritatem autem Ioannis Baptiſtæ, qui magnus Propheta ab omnibus habebatur, opponunt Chriſto, & diſciplinã illius Chriſti diſciplinæ detrahere tentant, quaſi contrariæ diſciplinæ Ioannis. Phariſæos etiam adiungunt, tum, vt plurium auctoritate Chriſtum magis impugnent, tum, vt Phariſæorum commendent doctrinam, quæ Ioannis Baptiſtæ doctrinæ conſentiat.

ANNOTATIO LXVII.

HAec calumnia, vti in præcedenti Annotatione diximus, licet à Phariſeis, ſolis fuerit, quam etiam refert Marcus, eo ſolo differens, quod aſſerit ſic dictum (quare diſcipuli Ioannis, & Phariſæorum) Lucas vero Phariſeos ſolos narrat; vtrumque enim illi dixerunt, nempe (quare diſcipuli tui, & Phariſeorũ, & ipſimet Phariſæi ieiunant)

Superioris ſententiæ vberior explicatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nant.) Lucas addit (frequenter & obseruationes faciunt) multa esse dissonantia, sed quæ vnus prætermisit, alter expressit. Vnũ autem prætermisit Marcus, quod horum calumniæ addidit occasionem: ait enim (erant discipuli Ioannis, & Pharisæi ieiunantes) quod significat non solum illos deditos esse ieiuniis frequentibus, sed illo etiam die, quando conuiuio interfuit Christus, ieiunasse, quod facile omnibus erat manifestum iuxta illud Matth. 6. cum ieiunaris nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminãt enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Ex præsenti igitur illorum ieiunio ansam sumpserunt discipulos Domini accusandi, qui tũc aderant conuiuio, & discumbebant: Ioannis autem discipulos, qui præsentes erant, in exemplũ adducunt, quia sciebant eos male affectos erga Christi discipulos, his enim illi emulabantur, vt constat Ioan. 3. quando accesserunt Magistro suo Ioanni conquerentes, quod Christus baptizaret, & omnes ad eũ venirent. Experientia ipsa id declarauit, nã audita querela Scribarum, statim ipsi discipuli Ioannis eam confirmarunt, dicentes, quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter, tui autem discipuli non ieiunant? quod refert Matthæus; hæc enim calumnia bis fuit Christo illata, primum à Scribis, Pharisæis consentientibus, secundo à Ioannis discipulis, vti dictum est.

Quibus ipse ait.

COMMENTARIA.

CVm calumnia bis Christo, tum à Scribis, tum à Ioannis discipulis fuerit illata, vtrisque respondet, & prius Ioãnis discipulis; quamuis enim omnibus simul responderit, tamẽ hęc, quæ sequitur sententia, præcipuè propter Ioannis discipulos dicta est. Non autem eos acriter increpat, tamquam inanem quærentes gloriam, & sua ieiunia vanè ostentantes, sed maxima eorum damnare ieiunia, sed suos, cur non ieiunarent, defendere volebat.

ANNOTATIO LXVII.

Christus discipulos excusat.

ADuerte Christum non damnasse ieiunium Ioannis, nec Pharisæorum; sanctum enim erat ieiunium in se, sed folũ voluisse suos defendere, & excusare, cur nõ ieiunarent, idque facit multis adductis rationibus, quibus ostendit conuenienter factum esse, vt eo tempore non ieiunarent, quo illum secum haberent, & quandiu lex illa duraret, prænunciat tamen, & promittit postea eos ieiunaturos, idcirco clementer respondet, quia de re iusta, & sancta erat quæstio, quamuis illi non æquo animo quererentur. vnde non habent Marcionistæ ex hoc loco, quod in suæ hæresis defensionem producant, Christum nempe Ioannis spreuisse ieiunia, quasi non fuerit ab eodem ille Deo, à quo Christus missus est; cuidem sit, & vnus Deus auctor veteris, & noui testamenti, à quo Ioannes missus est, & qui pater est Christi, quique eum misit omnium Redemptorem. hæc habet Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cuius inter alia hæc sunt verba: sed & Christus reiecisset Ioannis disciplinam, vt Dei alterius, & discipulos defendisset, vt merito aliter incedentes, aliã scilicet, & contrariam initiatos diuinitatem. At nunc humiliter reddens rationem, quod non possent ieiunare filij sponsi, quandiu cum illis esset sponsus, postea vero ieiunaturos promittens, cum ablatus eis sponsus esset. Nec discipulos defendit, sed potius excusauit, quasi non sine ratione reprehensos. Nec Ioannis reiecit disciplinam, sed magis concessit tempori Ioannis, eam præstans, vt tempori suo eam destinans, reiecturus alioquin, & defensurus æmulos eius, si non ipsius fuisset. Hęc Tertullianus.

Ioannis discipuli vere Ioannis nõ damnat.

Nunquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare?

COMMENTARIA.

REspondet Christus, non quidem illorum reprehendendo ieiunia, sed cur suis discipulis, nõ ea iniungat, rationes, & causas explicando. Hæc autem responsio maximè propter discipulos Ioannis data est, sumiturq; à similitudine sponsalitiorum; qui enim celebrant sponsalitia, conuiuijs indulgent, & argumenta lætitiæ ostendunt; non enim decet eo tempore ieiunare: sic nunc inquit Christus, mea sponsalitia celebrantur, sponsus Ecclesiæ sum, meoque

meoq; aduentu eam per fidẽ mihi sponsam, nunc aũt, cũ præsens sum, tempus nuptiarũ est; non igitur conuenit discipulos meos, qui mecum hęc celebrant sponsalitia, ieiunare. prius se me dicũ, nunc sponsum vocat; medicum quidẽ, qui ægrotas animas venerat sanare; sponsum verò, qui per vitam fidẽ sanatas, sibi venerat spondere. Interrogatio illa (Nunquid potestis?) vim habet negandi, & verbum (potestis) vsurpatur pro eo, quod decenter, & conuenienter fit, quasi diceret, Non decet, nec debetis inducere meos discipulos, vt hoc tempore, quo cum illis versor, ieiunent: non ergo ventris causa, vt vos accusatis, sed ex dispensatione mysterij discipuli mei non ieiunant hoc tempore præsentiæ meæ. filios sponsi phrasi Hebræa appellat familiares sponsi, qui nuptias eius celebrant, & cum ipso congaudent. Hæc responsio Domini efficacior erat contra discipulos Ioannis, qui à suo magistro iam erant edocti, Christũ sponsum esse, & sponsalitia celebrare; nam Ioan. 3. dixerat illis; Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum, qui habet sponsam, sponsus est; amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.

ANNOTATIO LXIX.

Filij sponsi nuptiarũ, vel thalami q.

HAnc primam responsionem ad discipulos Ioannis præcipuè factam esse notauit Hilarius can. 9. in Matth. & ipsa metaphora à sponso sumpta id probat, quam iam Ioannis discipuli à magistro didicerant, eoq; magis illi conuicti sunt. Vnde recte Chrysost. hom. 31. in Matth. consideranti, his verbis Christum in memoriam illis reduxisse testimonium Ioannis, dicentis, qui sponsam habet, sponsus est. illud (sponsũ) Græce νυμφίον habetur apud Matthæum, Marcum, & Lucam; interpres verò in Matthæo, & Luca vertit (sponsi) in Marco vero (nuptiarum.) nomen autem Græcum significat, & sponsum, & thalamũ sponsalem, vnde quidam legunt filios thalami: nam Euangelista in sequenti verbo (dum sponsus cum illis est) alio nomine vsus est, nempe νυμφίου. siue ergo dicamus filios nuptiarum, aut filios thalami, aut filios sponsi. Hebraicum est idioma: solent enim Hebræi frequenter filios appellare, qui alicui rei indulgẽt, aut addicti sunt, aut ea re abundant, vt filios diuitiarum, filios mortis, filios tenebrarum, & cætera. Appellantur autẽ hoc loco filij sponsi, qui celebrant sponsalitia cum sponso, & argumenta lętitię cũ eo præbent: solebant enim tunc conuiuijs indulgere, & vestibus lętitię vti, vt constat Ioan. 2. de nuptijs factis in Cana Galilææ, in quibus conuiuũ factum est. & Matth. 22. in parabola de rege, qui fecit nuptias filio suo, & paranit parandum, vbi inuentus est ille, qui intrauerat sine veste nuptiali, cum cęteri omnes veste nuptiali induti essent. Hi dicuntur filij thalami & sponsi, qui veste nuptiali induebantur. Appellat autem Christus aduentus sui tẽpus, quando carne indutus visibiliter cũ hominib. conuersatus est, tẽpus spõsalitij: per earnis enim assumptionẽ sibi Ecclesiã despousauit, de qua re diximus c. 1. & in commentarijs in Ioan. c. 3. in illa verba in commentario allegata (qui habet sponsam sponsus est.) Aduerte aũt Matthæum vsum esse verbo lugendi: Nunquid, inquit, filij sponsi possunt lugere? quo verbo non solum significauit ieiunium, sed efficaciam dedit argumento; luctus enim, & tristitia repugnant nuptijs, & sponsalitijs, quando vestes lætitiæ assumuntur, & conuiuia festiua celebrantur. ieiunium autem ad luctum pertinet quendam; non enim verbum lugere semper significat lacrymas emittere, sed etiam tristem esse, lugubresq; vestes indui, sicut dicebãtur mortui per multos dies lugeri, vnde temporibus ieiuniorum vestes luctui conuenientes assumebantur, sicut in nostra Ecclesia fit tempor bus ieiunij: tempus ergo ieiunij contrarium est nuptiarum temporis. Matthæus autem vsus est tertia persona. Lucas vero secunda cum interrogatione; Nunquid, ait, potestis filios spõsi facere ieiunare? Marcus verò vsus est interrogatione, in tertia tũ persona, & simul respondet, dicit enim: Nunquid possunt filij nuptiarum, quandiu sponsus cum illis est, ieiunare? quanto tempore habent secum sponsum nõ possunt ieiunare. Hęc non sunt contraria, nam idem sensus est, quem Euange-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stiæ sequantur, licet non semper eisdem exprimant verbis; Christus enim interrogando, & negando hæc protulit, vt illos magis commoueret, vt Marcus retulit, siue per tertiam, siue per secundam personam loquutus sit, sensus non mutatur.

ANNOTATIO LXX.

Patrum sententia de filijs sponsi.

QVid sacri Doctores in huius explicatione sententiæ dixerint explicandũ est, ad perfectam enim illius intelligentiam hæc consideratio conducit: in primis Ambrosius in præsenti, qui filij spõsi dicantur, interpretatur animirum eos esse, qui regenerati sunt in Christo, quos filios connubij appellat, in eademq; sententia est Hieronymus dicens, qui ex cõmercio Christi cũ Ecclesia nati sunt, dici filios sponsi. Euthymius vero Mat. 9. dicit filios spõsi asserit, qui erãt sponsæ familiares. cuius opinio accommodatior est, cum enim Christus vtatur similitudine, necesse est explicare, qui in metaphora dicerentur filij sponsi, vt postea discipulis id nomen aptari possit, vti anteà diximus. Hebraismus est dicuntur enim filij sponsi, familiares, & noti, ac domestici, qui nuptiarum festiuitati intersunt, & sponso congaudent, non solum sponsæ, vt putat Euthymius, sed etiã sponsi, vt affirmat Augustin. lib. 2. de consen. Euang. c. 27. Vtriusq; enim familiares, & noti festiuitati interesse solent; eaq; ratione Apostoli dicti sunt filij sponsi, quia Christo Ecclesiã suã connouanti, & velut spondenti primi fide, & sequela adhæserunt, velut eius festiuitatem celebranter. ratio ipsa hanc probat interpretationem. Non enim qui ex sponso, & sponsa nati sunt, filij spõsi hoc loco dici potuerunt; eo enim tempore, quãdo filios habent, non celebrantur sponsalia sed à principio, priusquam filios procreent.

Secundo. idem Ambrosius in præsenti ieiunium hoc interpretatur priuationem mensæ Domini, nempe, cibi corporis, & sanguinis Christi in Sacramento à quo ni. quiq; vitijs se deduxerat regenerati, qui filij sponsi sunt, & à vitijs abstinent, non ieiunant, quia corpore, & sanguine Christi pascuntur. Ista vero interpretatio non historia, sed spiritualis est. nam Christus satisfaciebat obiectioni illorum, qui reprehenderant discipulos eius, quod non ieiunarent, non autẽ hi loquebantur de illo ieiunio Ambrosij, nondum enim tunc institutum erat Sacramentum Eucharistiæ, sed sermo illorum erat de ieiunio corporali, quale illi obseruabant: quibus Christus respõdet, discipulos suos non ieiunare illo ieiunio, & causam adfert, cur non ieiunent. Præterea ex subiunctis verbis, cum, inquit, ablatus fuerit ab eis scilicet discipulis, sponsus, tũc ieiunabunt. non hic de priuatione corporis, & sanguinis sermo est, sed de corporali ieiunio; ieiunium igitur hoc corporale est, sicq; ipsemet Ambrosius interpretatus est lib. 4. Epist. 13. & Hieronymus in præsenti, cum cæteris patribus. Hilar. can. 9. in Matt. vtrisque ieiunij meminit, vnius ad sensum spiritualem, alterius ad sensum historicum spectantis. Verba ipsius sunt: Quod præsente sponso ieiunandi necessitatem, discipulis suis non esse respondit; & præsentiæ suæ gaudium, & Sacramentum sancti cibi edocet. Hæc ille. quasi apertioribus verbis diceret: Christus sua responsione significauit suis discipulis non esse ieiunandum corporali ieiunio propter gaudium, & festiuitatem præsentiæ suæ, qui sponsus erat, & rursus indicauit, quod futurum erat, non esse illis ieiunandum à corporis, & sanguinis sui cibo, & potu, quo pascendi erant.

Ieiunij tempus nullum cã veteri lege indictum, quã nunc fuerit in ea ieiunãdi frequẽs vsus.

Tertio aduertẽdum est in huius ieiunij declarationem, olim in veteri lege frequentissimum fuisse vsum ieiunandi, vt constat ex tota Scriptura, lege, & prophetis, & historijs, nullum tamen tempus ieiunij indictum fuit à lege, nec tale præceptum in ea fuit, sed ieiunia aut sponte in pœnitentiam peccatorum, aut in carnis mortificationẽ, aut ad iram Dei placandã assumebantur, aut aliquando ab ipsis maiorib. Iudæorum iniungebantur, maximè temporibus angustiæ, & tribulationis, aut alijs de causis. Sic ieiunabant discipuli Ioannis, eius institutionem sequentes. sic etiam discipuli Phariseorum. sunt sexcenta huius rei testimonia, nec obstat illud Leu. 23. vbi in die expiationis Dominus præcepit, vt affligerent animas suas, quam afflictionem quidam ieiuninm interpretantur, sed ea interpretatio non est probabilis, si ieiunium determinate intelligant: nã afflictio illa fieri poterat non solis ieiunijs, sed etiam corporis flagellatione, genuflexionibus, longis stationibus, prostrationibus, incuruationibus, vigilijs, aliisvè macerationibus, vnde eõ inde deducitur præceptum ieiunij. tempus

Leu. 23.

Matth. 17.

pus hoc manifestè probatur Num. 30. Si voluerit, inquit, vt per ieiunium, vel alijs rũ rerũ abstinentiam affligat animam suã. Ecce afflictio fiebat rerum etiam sine ieiunio. At verò in Ecclesia nostra habemus ieiuniorum præcepta, tempora, & formam eorum præscriptam: nam obseruamus ex præscripto Ecclesiæ ieiunia multa, vigilias, quatuor tempora, & quadragesimam, quæ ab Apostolis ipsis ortum habet. Hæc ieiunia Christus eo tempore, quo cum suis discipulis conuersatus est, non indixit eis, nec ipsi ieiunia obseruabant Christi præsentia roborati, & eius sponsalitium celebrantes: eõem. n. vitam Christus à principio seruare voluit, vt omnes ad se traheret, iuxta illud: Venit filius hominis manducans, & bibens, Matth. 11. quamuis autem non indixerit suis ieiunia eo tempore, non tamen prohibuit, licet eorum vita non indigeret ieiunijs, qui cũ magistro pauperes erat, & sæpe inopia cibi ita laborabant, vt spicas aliqñ manducare cogerẽtur præ fame. Hinc potest locus Matthei 17. intelligi, vbi discipulis interrogantibus, quare nos non potuimus eicere dæmonium istud? Respondit Christus, quia hoc genus dæmoniorum non ejicitur, nisi in ieiunio, & oratione, quasi diceret, vos non ejicere potuistis, quia non ieiunatis, nec hoc dæmoniorum genus aliter ejicitur. Vbi Chrysostomus notat Christum incepisse semina ieiunij iacere, nondum enim indixerat illis ieiunia.

Quarto Hieronymus in præsenti sensum spiritualem adfert, quem etiam sequitur Ambrosius lib. 4. Epist. 13. nimirũ his, qui sponsum habent Christum, nempe, gratia Spiritus sancti præditi sunt, & bene viuunt, non esse ieiunandum, & lugendum, sed ijs, qui sponsum perdiderunt peccando. quæ doctrina moderatione indiget: nam sanctis etiam ieiunandũ est, non tamen propter Ecclesiæ præceptum, sed quia ipsum ieiunium mortificat carnem, mentem eleuat, & meritum auget, ac coronam, Deoque gratissimum est; sicque discipuli etiã post Dñi responsionem, & ascensionẽ, etiam post aduentum Spiritus sancti ieiunarunt, virique permulti vitæ admirandæ ieiunijs deditissimi fuerunt: sed hi Doctores hoc significarunt, magis indigere ieiunijs ijs, qui peccarunt; ieiunia enim pœnitentiæ multum congruunt.

ANNOTATIO LXXI.

Ioannes Baptista non filius sed amicus sponsi, si quare dictus fuerit.

DVbitatio quædam oritur de Ioanne Baptista, qui, vt ipsemet Ioan. 3. testatur, amicus erat spõsi, & tamen ieiunijs frequentibus incumbebat, immo tota eius vita continuum fuit ieiunium. cuius absurditatem Dominus magnificans Matt. 11. dixit: Venit Ioannes, neq; mãducans, neq; bibens: Respondet Ioannem Baptistam amicum quidem sponsi fuisse, non tamen filium sponsi dictum: hoc enim nomine significati sunt discipuli Domini, quia ei adhærebant, continuoq; ipsum comitabantur, veluti eius sponsalitium celebrantes, & primitiæ Euangelij existentes: Ioannes autem venit, vt legis terminus, ac Prophetarum; lex enim & prophetæ vsq; ad Ioannem: venit etiam testimonium de sponso Christo perhibere, & ipsum populo indicare. quocirca non debuit discipulus eius fieri, nec viuendi eius modum sequi, vt omnem a suo testimonio repelleret suspicionem, magisque veritatem persuadere esset alienus, oportuit ergo illum, ac eius discipulos ieiunare, nec hoc nomine comprehensi sunt, vt filij thalami, seu sponsi dicerentur.

Venient autem dies, & cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus.

COMMENTARIA.

PRosequitur Dominus responsionem, sensus est, nõ sic erit semper; modo n. me præsente non ieiunant, venient autem dies, id est, tẽpus huic valde dissimile, quando nuptiarum solemnitas transibit, quando ego auferar ab eis, & ab hoc mundo, in quo visibiliter conuersor, discedã, tunc ieiunabũt, mea visibili præsentia priuati. Ad tempus igitur est dispensatio non ieiunandi facta, non perpetua. Verbo illo (auferetur sponsus) se occidendũ Christus significat, vt notat Chrysost. hom. 31. in Matt. Euẽrus aũt rei huius suæ probauit veritatem: nã Act. 13. scribit Lucas post aduentũ Spiritus sancti iã Christo ascendente in cælos, discipulos ieiunasse, ieiunãtes, inq; t, & orãtes, imponẽtesq; illis manus dimisserũt illos;

AN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mōtani quadragesimæ explodit.

ANNOTATIO LXXII.

EX huius sententiæ occasione, ut narrat Hieronymus Matth.9. heretici, Mōtanus, Prisca, & Maximilla, quandā aliam introduxerunt quadragesimam post Pentecosten celebrandam, quia iam eo tempore ascēsus Christi in cælos celebratus est, quasi ablato, & discedente sponso, Ecclesiæ filij ieiunare debeant. Errabat autem iste: nam ad huiusmodi repræsentationē mysterij satis est, si diebus aliquibus ieiunemus, vt sit in quatuor temporib. post Pentecosten; veritas autem sententiæ Domini non est restricta ad hos dies, sed ad tempus post discessum, quod durat vsque ad secundum eius aduentum. Sunt autem multa ieiunia instituta, quæ singulis annis fideles obseruant, præter ea quæ sponte multi suscipiunt. Qd vero ad repræsentationem mysterij spectat, Ambrosius optime explicat ser.61.de Pentecoste, vbi sic habet: Sic disposuit Dominus, vt sicut eius passione in Quadragesima ieiunijs contristaremur, ita in eius resurrectione in Quinquagesimæ ferijs lætaremur. Non igitur ieiunamus in Quinquagesima, quia in his diebus nobiscum Dominus commoratur, non inquam præsente Domino ieiunamus, quia ipse dixit: Nunquid possunt filij sponsi ieiunare, quamdiu cum illis sponsus est? Cur enim abstineat corpus à cibo, cum anima præsentia Domini fagitetur? cum autē post hos dies ascendit in cælum, iterū ieiunamus, sicut ait idem Saluator, dicens: Venient dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Hæc Ambrosius. Magnum ex hoc loco Catholici accipiunt argumentum contra hæreticos nostri temporis, spernentes ieiunia Ecclesiæ, quæ diuino præcepto Christi mittuntur, quæq; Dominus ipse prænunciauit post eius in cælum ascensum futura, nec dispensauit in ieiunio, nisi paucis illis diebus, quibus visibiliter cum suis discipulis conuersatus est.

Dicebat aūt similitudinē ad illos.

COMMENTARIA.

PHarisæis nunc maximè, & Scribis respondet reddens rationes, & causas, cur suis discipulis ieiuniā nō iniungat, aut eatenus non imposuerit; illi .n. in Magistrum accusationē dirigebant, quod non rectè discipulos instituerit, Idcirco argumentis à similitudine, & exemplo sumptis probat ad rectam institutionē spectasse, quod ieiunia non indixerit hactenus suis. Et quia illi arbitrabantur Christum nullum aliud viuendi genus discipulis suis tradituru, quam illud, quod apparebat, declarat se habere nouum quoddam, & perfectissimū institutum, quod & ieiunium, & alia mirabilia dogmata continet, tñ non conuenire tunc temporis illud tradere, donec vetus lex obseruabatur. Vtitur aūt similitudinibus, quæ multum rem elucidant, & argumentis efficaciam adferunt. Erat .n. negotium graue, & Ioannis Baptistæ interponebatur auctoritas, & multæ Scripturæ testimonia ieiuniorum commendabant, & Christi institutio vituperabatur, idcirco hac in re explicanda, & confirmanda plures insumit sententias; tribus enim argumentis vtitur.

Quia nemo cōmissuram à vestimento nouo immittit in vestimentū vetus.

COMMENTARIA.

PRimum argumentū sumitur à similitudine artis sartoriæ, quo probat se non debere partē præceptorum Euangelicorū his dare, qui adhuc veterem seruabant legem, insinuans se habere noua præcepta, & peculiaria instituta, mundo euulganda, & tradenda; non tñ expedire partem aliquam eorum aperire, dum lex illa vetus adhuc extabat, eāq; ratione se non iniungere ieiuniorum præcepta discipulis, donec cum illis est. Est autem argumentum: nullus sartor de vestimento nouo accipit commissuram, seu assumentum aliquod, vt immittat, & injiciat vestimento veteri: sic ego vestimentum nouum habeo nempe Euangelium, cuius artifex sum, quod multa præcepta, & instituta continet, non igitur conuenit, vt partem aliquam ex his diuidam, & tradam ijs, qui legem Moysis adhuc obseruant, quæ est velut vetus vestimentū, imperfectionemq; eius parte Euangelij sarciam. Hac ergo de causa nondum

dum meis discipulis tradidi ieiuniorum præcepta.

Euāgelistarū cōcordia in hoc textu.

ANNOTATIO LXXIII.

QVod ad verba spectat, illud (commissuram) Græcè est ἐπίβλημα, q̄ quidam assumentū, quidam panniculum quidam commissuram, quidā inflectionem interpretantur, siue vno, siue alio modo vertatur, fragmentum est panni, quod insuitur vestimēto ad supplementū illius, quod deerat. Est etiam illud maximè obseruandum, apud Matthæum enim, & Marcū legimus (commissuram panni rudis) apud Lucam vero (commissuram vestimēti noui.) Quidam autem pannum rudem appellant impexum, nondum à fullone apparatum; nam nomen Græcum ἄγναφος, significat idem, quod recens, impexum, impolitum, illud vero ῥάκος, vertunt pannum. At verò certum esse debet Matthæum, & Marcum p pannum rudē idem significasse, q̄ Lucas significauit per vestimentū nouum, & recens, quo adhuc nemo vsus est; Lucas .n. explicuit illos Euangelistas, & nomen ἱμάτιον, quod significat pallium siue vestimentū, posuit loco ῥάκος, vt idem sit pannus rudis, quod vestimentum nouum, imò nomen ῥάκος, vestem ēt significat, quamuis non qualemcunq; sed laceram; Euangelistæ vero Matthæus, & Marcus, pro veste generaliter acceperūt. ficq; est similitudo accipienda. Nemo ex vno vestimento nouo accipit fragmentum, vt insuatur vestimento veteri, verba sequētia hūc sensum ostendunt, & rei propositæ maximè quadrat: Euangelium enim velut nouum est vestimentum; lex vero, vt vetus, non ergo conuenit, partem Euangelicæ disciplinę miscere cum lege illa Mosaica. In sequentibus hæc nouora fient.

Patrum in hac verba interpretationes varię.

ANNOTATIO LXXIIII.

QVod vero ad sensum pertinet, varia dicunt Doctores, in primis Chrysost. hom.31. in Matth. cui consentit Euthymius, vestimentū vetus interpretantur discipulos, qui adhuc infirmi erant, commissuram vero intelligunt austeritatem præceptorum ieiunij, vt sit sensus, nondum discipuli mei facti sunt firmi, nondum per Spiritum renouati sunt, sed opus adhuc habēt magna condescensione: non cōuenit pondus præceptorum eis nunc imponere. Hæc expositio id difficultatis patitur, quod multum detrahit discipulis Christi, si .n. discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunabant, qua ratione poterat Christus se excusare, qd non faceret ieiunare suos discipulos? ob infirmitatem, & animi debilitatem; non .n. erant illi Ioannis discipuli perfectiores, qui assidue ieiunabant, nec Ioānes Christo maior; ille enim ieiunabat, Christus vero non.

Secundo loco Hieronymus Matth.9. p vetus vestimentum, Scribas, & Pharisæos significari dicit, per assumentum vero vestimenti noui præcepta Euangelica, quæ illi, maiorum traditionibus deprauati, custodire non poterant; oportebat ergo ab illa vetustate separari, veteremq; hominem deponere, vt ieiunij, & cōtinentiæ sustinerēt præcepta. Huic sententiæ illud aduersatur, quod Dns non excusabat Phariseos, aut Scribas, cur non ieiunarent, sed discipulos, immo illis frequenter ieiunantibus hi non ieiunabant, non ergo accōmodari huic potest, quod Hieronymus dicit, nimirum præcepta ieiunij nō dari Scribis, aut Phariseis propter vetustatem eorum.

Tertio loco Hilarius can.9. in Matt. longe dimersum sensum adfert, qui talis est: cū Christus præcedenti sententia mysterium insinuasset, (vt ipse putat) de cibo sancto, nempe corpore suo, à quo non erant ieiunaturi fideles, excusat se hac sequenti sententia, quod non id manifestet illis Phariseis, & Scribis, quia propter vetustatem eorum, & vitia capaces non erant veritatis. quem sensum secutus est Isidorus Pelusiota lib.1. epist.57. Durus tamen est.

Quarto loco Victor Antiochenus Mar.2. per assumentum seu commissuram panni noui, & per vinum nouum discipulos Christi interpretatur, per vestimentum vero vetus, & vtres veteres, legis obseruationes, vt sit sensus: cum mei discipuli sint noui testimenti præcones, sunt vt vinum nouum, & vt pannus nouus; non debēt ergo veterum cerimoniarum, & obseruationum legibus obstringi, quæ sunt, vt vestimentum vetus, & vtres veteres. Huic expositioni illud aduersatur, quia ieiunium, de quo agebatur, non erat de numero obseruationum illarum, & cærimoniarum, quę reijcendæ erāt; si enim tale esset ieiunū, non diceret Christus postea illos ieiunaturos, sed omnino, & absolute negaret ieiunare debere.

Quinto loco Tertull. lib.4. contra Marcionem per vetus vestimentum, & vtres ve-

teres

Universidad de Deusto
Biblioteca

teres legem illam Moysis significatam dicit; per nouum vero vestimentum, & vinum nouum, Euangelium, cuiusque præcepta: voluit ergo Dominus separare vetus à nouo testamento, docens non esse vnū ex altero consuendum. hanc Tertulliani interpretationem possumus accōmodare huic sententiæ, vt discipuli, quādiu sub illa lege erāt, vestimenti veteris similitudinē gerant, quibus præcepta ieunij, quæ ad Ecclesiam, & Euangelium spectabant, non erant danda, donec ab illa vetustate renouarentur lege illa relecta.

Ieiunij duplex.

Sextō loco Augustinus lib. 2. de consensu Euang. cap. 27. & Iustus, & lucidius lib. 2. q. Euang. cap. 18. duplex distinguit ieiunium, vnum, quod ad humiliatem tribulationis pertinet, & ad Dei pro peccatis propitium faciendum ordinatur, alterū, quod in gaudio est, eum tanto minus delectant carnalia, quanto spiritualium maior est sagina, cumq; mens in spiritualia suspensa quodā modo à cibis alienatur corporalibus. De vtroque dicit Augustinus Dominum respondisse, qñ interrogatus est, cur discipuli non ieiunarent. Nam ad illud, quod in tribulatione fit, pertinet, quod dicitur, cum ablatus fuerit sponsus, tunc ieiunabunt, quasi desolati, & mœrentes, et lugentes, donec eis p Spiritum sanctum gaudia consolatoria tribuantur: Quo dono percepto, etiam alterum ieiunij genus, q̄ fit per lætitiam, iam renouati in vitam spiritualem, conuenientissime celebrabunt. Hoc ieiunium tam tribulationis quam gaudij Christi est, & hoc discipulis traditurus erat, sed excusat se, q̄ tunc temporis non tradat: nā si traderet solum ieiunium tribulationis, & corporale, doctrina temperantiæ esset imperfecta, sicut, qui partem à vestimento nouo scinderet, vt veteri insueret, nouum imperfectum remaneret. Sensus ergo secundum Augustinum est: Discipulis non iniungo ieiunium hoc vestrum corporale, quod tribulationis est, & q̄ postea mei discipuli observabunt, qñ ablatus ego ab eis fuero, nō inquam tradō, quia doctrina mea ieiunij imperfecta manebit, sicut qui vestimenti noui partem insuat veteri, quia perfectū ieiunīū meum est coniunctum cum ieiunio gaudij. quod non nunc dico, quia adhuc discipuli sunt infirmi, & similes veteribus. Similitudo igitur de vestimento spectat ad probandum nō debere tradi ieiunium tribulationis, ne doctrina scinderetur. Similitudo secuda deseruit ad probandum, integrum ieiunij doctrinam non esse tradendam propter infirmitatem discipulorū, eo maxime, quia ieiunium gaudij non à cibo rum tñ concupiscentia, sed etiam ab omni lætitia rerum temporalium abstinentiam complectitur. Hæc est sententia Augustini explicata: quæ in hoc probanda est omnino, quod hanc similitudinem primam inductam dicit, vt ostendat Christus partē doctrinæ sue nō esse tradendam illis in lege adhuc viuētibus, ne doctrina scindatur, quod sequēti sententia explicatur. Quod vero totam hanc sententiam de solo ieiunio interpretatur, non admodū probo, sed existimo loqui de Euangelica doctrina, & institutione, cuius pars est doctrina ieiunij, tā tribulationis, quam gaudij, quā non tradit discipulis in lege positis, ne pars sciodatur à tota, videaturq; imperfecta. nec tamen totum tradit Euangelium, quia sunt vtres veteres discipuli, dum sub lege sunt, nōdū per Spiritum sanctum renouati perfecte. Similitudo ergo vestimēti inducitur, vt ostendat se non tradere illis disciplinam ieiuniorum, ne scindat doctrinam suam, quæ plurima alia continet, sitq; similis homini rumpenti nouum vestimentum, vt partem insuat veteri, quo significat Christus se habere nouum, & perfectum, institutum mundo manifestandum.

Ieiunia legis Euangelica multū ab antiquis legis ieiunijs differt.

Dicet quispiam: Ieiunium erat in lege veteri: nam ieiunabant Pharisæi, & Ioannis discipuli, ac ipse Ioānes, & multi alij, vt ex Scriptura constat, cur ad Euangelium dicitur pertinere? Respondeo, legis ieiunia multum à ieiunijs Euangelij differre: illa enim non erant lege præscripta, hæc vero Ecclesiæ præcepto stabilita sunt; illa incerta, nec temporibus determinata, nostra vero distincta per quadragesimas, vigilias, & statuta tempora: in illis ciborum qualitas non discernebatur, in nostris delectus est ciborum: illa ad carnis concupiscentiā frenandam, & corporis maceratiōnem magis spectabant; nostra ad mentis potius elevationem, & à sensibus corporeis, rebusque carnalib. abstractionem. Præterea illud iudicium ieiunium in abstinentia à corporalibus cibis maxime positū erat: at nostrum præter hoc, etiam spirituale est, & positum in abstinentia, quæ est in sermonibus, in genere conuersandi, in familiari congressu, cū ijs, qui vsui esse possunt, ita vt affectatio disciplinæ, quæ fit per abstinentiam à cibis, transeat in spiritualem mentis exercitationem: in hunc enim finem ieiunamus. Hæc sunt Basilij in commentarijs in Isaiam c. 1. propter hęc ieiunium suum quasi Euangelicam noluit Christus eum lege veteri miscere, nec discipulis iniungere, suo tempore reseruans.

Alioquin & nouum rumpit.

COMMENTARIA.

PRosequitur similitudinem, adfertque duo cōueniētia, quæ sequuntur eum, qui tollit de vestimento nouo fragmentum, vt insuat veteri. vnū est, scindere vestimentum nouum, q̄ erat preciosius veteri, quod est imprudentiæ, & stultitiæ; maius enim detrimentum sibi facit, cum destruat melius, vt subueniat deteriori. Hoc inconueniēs esset, si partem disciplinæ Euangelicæ traderet vna cum lege, ad supplēdam veteris instrumēti imperfectionē: nā Euāgelica perfectio occultaretur, & diminuta videretur, cū non tota appareret, & traderetur, sed particula eius.

Expositio in cōmentario tradita confirmatur.

ANNOTATIO LXXV.

EVthymius Matt. 9. multo aliter interpretatur hanc sententiam, nempe q̄ nouum rumpat vetus: fragmentum enim panni insutum veteri, fortitudine sua partes veteris trahit ad se, & maiorē facit scissuram; vnde intelligendum putat nomen (vetus) vt nouum rumpat id, quod vetus est. Hæc interpretatio multorum est, tamen ei non acquiesco, sed contrarium existimo esse sensum: verbum enim illud (rumpit) confirmitur cū eo, qui immittit commissuram de nouo vestimento in vetus; is enim rumpit nouum. Et aperte id verba Lucæ indicant; nihil enim de veteri dicit, sed absolute inquit, (nouum rumpit) verba etiam sequentia hoc ipsum ostendunt: nam cum de fragmento vellet loqui, adiunxit (& non conuenit commissura à nouo veteri) si autem illud (rumpit) ad commissuram referretur, quasi commissura noui rumperet vetus, satis erat dicere, nouum rumpit, & non conuenit veteri: at non sic loquitur, vt significat illud (rumpit) connecti cum eo, qui immittit commissuram. Hunc sensum secutus est Chrysostomus, si verus est interpres eius; nam hom. 31. in Matth. citans hunc locum Lucę, habet (nouū scinditur) & eundem sensum expresse adfert Augustinus lib. 2. quæstionum Euangel. cap. 18. vt supra nouimus. Huic etiam sensui fauent verba Matthæi; habent enim sic: Nemo immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à vestimento, & peior fit scissura. Illud (tollit) coniungitur cum eo, qui immisit: is enim tollit plenitudinem vestimenti. quæ est autem illa plenitudo, nisi vestimenti noui, à quo fragmentum scinditur? nam vetus cui insuitur, plenitudinem non habet, alias non erat opus supplemento, plenitudo igitur est vestimēti noui, cuius pars sciditur vt suppleat vetus, sitq; peior scissura. nam peior est scissura noui quam veteris vestimenti, cum illud sit pretiosius. Atque hic sensus maxime accommodatur, nam in Euangelio peior fit scissura, si particula vna tradatur, & copuletur legi; plenitudo enim, & perfectio Euangelij diminuta, & imperfecta iudicabitur, & apparebit, quod est maius inconueniens, quam erat, si lex ipsa vetus sola maneret, & sine additamento, quamuis imperfecta. Hieronymus autem, qui priorem sensum sequitur, & communem, sic interpretatur. si præcepta Euangelica traderentur ijs, qui in lege erant, fieret peior scissura, & rumperetur vetus vestimentū, quia illi, qui in lege erāt, non valentes custodire simul Euangelium, totum proijcerent, & credulitatem, quam habere videbantur, amitterēt. Mihi tamen, vt dixi, accōmodatior videtur expositio altera, quæ in cōmentario habetur, & magis conuenit cum verbis Euangelistarum.

Et veteri nō cōuenit cōmissura à nouo.

COMMENTARIA.

HOc est alterum inconueniens, q̄ sequitur eum, qui de nouo vestimēto relarcit vetus; deforme enim efficit vestimētum: nam cum nouum forma, & colore sit diuersum à veteri, nō nem habent quod oculis aspicientium deformitatem, & turpitudinem quandam efficit. tale quid accideret, si cum legis obseruantia pars dogmatum, & disciplinæ Euāgelicæ traderetur, & cū illa vetustate, & imperfectione sacrificiorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciorum,& sacramentorum,ac vmbrarum legis particula perfectionis,& veritatis Euangelij procederet. Vnde Dominus in figura loquēs, præcepit Deuteron.22.dicens: Non arabis in boue, & asino simul, neq; indueris vestimento,quod ex lana,linoq; contextum est.

Deuteron. 22.

Reijcitur Marcionis error.

ANNOTATIO LXXVI.

Tertullianus lib.4. contra Marcionem hac sententia vtitur contra eundē, qui alterius Dei verus, alterius nouum testamentum asserebat;contra quem ille argumentatur, nam ex hac sententia cōstat eundē esse Dominum noui & veteris vestimēti;qui.n. fragmentum noui infuit veteri,habere denunciatur nouū, & verus ;vnus igit̄ est Deus, & noui,& veteris testamenti. quod si vnum separauit ab altero,nolutq; vtrumq; simul coniungere, non id fecit, quia vnum est contrarium alteri, sed quia diuersum, & vnum altero, est perfectius; cessat enim ętas imperfecta, cum aduenit matura.

Cur Apostoli obseruantias legis multas cum doctrina Euangelij seruauerint.

Obijcere aūt quispiā posset, q̄ Apostoli circuncisionē,& legis multas obseruantias cū Euangelica doctrina seruabant. Respondeo id factū esse ad breue tēpus,vt Synagoga cū honore sepeliretur, vt ostenderent illam legē à Deo fuisse,nec eā obseruabant, aut obseruari faciebant, tamquam obligatoriam aut vim habentem,sed vt eam,quę prius sancta erat, & iusta, ne fidelibus contemptui esset,quasi prius bona non esset.

Et nemo mittit vinum nouū in vtres veteres.

COMMENTARIA.

Secundū argumētū ab altera sumit similitudine,quo probat, non conuenire,se tonī suū institutū docere discipulos,quādiu sub lege illa erāt;priori quidē similitudine p̄bauit nō expedire partē institui,ad q̄ iciunū principabat,tradi cū legis obseruātia,ne & institutū Euangelij diminutū videretur, & ne indecorū q̄d,& deforme appareret legi dimersæ pars Euāgelij insuta. Nūc autē ostendit non etiā expedire totum Euāgelij institutū vna cū legis obseruātia docere;esset.n. perinde ac si quis vinū nouum in vtres veteres mitteret.

Non est hæc similitudo ea

ANNOTATIO LXXVII.

Communis sententia est, eundem sensum vtrusq; esse similitudinis,& vestimenti,& vini;nihil tamen diuersa vtriusq; significare videtur, vt in commentario expositum est. fateor per vestimentum vetus, & vtres veteres significari aut vetus testamentum,aut(quod idem est) eos,qui sub lege, & veteri testamento erant; vestimento vero nouo,& vino nouo Euangelium:at vero in illa similitudine non accipitur totum vestimētum nouum, sed fragmentum,quo resarcitur vetus; in hac vero non pars vini, sed totum mittitur in vtres veteres, quo significatur non solum non partem Euangelij tradi eū legis illius obseruantia, sed nec totum ipsum; vnde alia inconuenientia ex priori sequuntur, quæ iam explicata sunt, alia ex posteriori proueniunt, quæ sequenti commētario explicabuntur. Sunt autem variæ interpretationes vtrium,sicut & vestimentorum,quę iam recitatę fuerunt in priori similitudinis expositione.

de cum superiori.

Alioquin rūpet vinum nouū vtres, & vinū effundetur,& vtres peribunt.

COMMENTARIA.

De malo sequemur,si quis vinum nouum in vtres veteres miserit;vinum enim nouum præ vigore, & potentia sua rumpet vtres, & sic, vinum effundetur, quod vnum malum est;& vtres peribunt, quod malum alterum est.similia hæc euenissēt, si Euāgelium cum lege illa obseruādum traderetur, qui.n. sub illa lege fuissent,nimio pondere pressi, nec legē obseruassent, nec Euangelium; onus n. efficeretur insupportabile,quod Petrus Act.15.optime intelligens,ijs,qui Euangelij vna cum lege obseruandum prædicabant, sic locutus est: Quid tentatis Deum? imponere iugum super cervices discipulorum,quod neque nos, neque Patres nostri portare potuimus? Nota ver bū(tentatis Deū)q; Euangelīū vna cū lege onus fit supra modū graue,et aspe rū,cū & sola illa lex onus graue esset.

Sed vinū nouum in vtres nouos mittendum est, & vtraque conseruantur.

COMMENTARIA.

Perficit similitudinē,vinū nouū infundi deber in nouos vtres, tuncq; tā vinū q̄ vtres cōseruātur. sic Euangelium

Gala.2.

liū tradendū est hominib. nouis, ab illius legis iugo,et obseruātia liberatis,vt totī se dedāt Euangelio,iuxta illud Galat.2. per legem legi mortuus sum, vt Deo viuā,quasi diceret:p Euangeliū,q̄ lex spiritualis est mortuus sum veteri legi, quia eius obseruantias reliqui, vt Deo viuam, eius Euangelium obseruans. Euangeliū ergo lege veteri abiecta hominem conseruat, & saluat, ea vero non abiecta, sed retenta rumpit, & damnat, Gala.5. Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit.

Iustitia vtribus compatantur.

ANNOTATIO LXXVIII.

Vinus vtri cōparatur; qui sub lege erat, vtri veteri;qui autem sub Euāgelio, vtri nouo. In primis iustus confertur vtri,quia autem ratione id,fiat, docet Ambrosius ser. 11.in Psal. 118 vers.3. vbi sic habet: Vter dicitur iustus,vter nam̄q; de exuuijs sit animantis mortui: agimur & nos moriamur peccato,vt viuamus Deo,atque repleti Spiritus iucunditate, & suauitatæ letitiæ, erimus exuuiæ spirituales,carentes infirmitate corporea, & integro mētis sinu infusam nobis diuinorum mysteriorum gratiam reseruantes. Hæc ille. Similitudo igitur in duobus cōsistit: vinum est,sicut vter ex animantis carne ablata sit; sic iustus licet in carne sit, non secundum carnem viuit, & quasi eorum est à carne separatum, quia corpus habens non viuit secundum corporis passiones. Alterum est,vter loco carnis, vento, seu aereo spiritu repletur: sic iustus Spiritus sancti donis plenus est, & secundum Spiritum viuit. Hæc ex Ambrosio habemus,vbi hunc locum Lucæ allegat. Erant autem iusti in veteri etiam lege, sicut & nunc; at illi erant quasi vtres in pruna,& gelu,qui nimio frigore contracti non capiunt tantam quantitatem,nec aeris,nec liquoris infusi: iusti verò in Euangelio similes sunt vtribus æstiuo tempore,qui calloris copia extenti accipiunt muleum liquorem;abundātior enim copia donorum Spiritus,& gratiæ, & virtutū facta est in Euangelio, quā in lege præterea illi erant vtres veteres;nam lex illa imperfecta erat; nihil enim ad perfectum adduxit lex, & tempore ipso inueterascebat, quia properabat ad finem, quem habitatura erat per Euangelium. At lex Euangelica perpetua,& per

Ps. 118.

fecta cum sit, homines facit vtres nouos. Adde,illi non habebant Sacramentum renouationis Spiritus, quale nos habemus; idcirco per vtres veteres significantur; nos vero per nouos. de qua nouitate illud est Rom.7. Seruiamus in nouitate Spiritus,& non vetustate literæ.

Rom 7.

Et nemo bibens vetus, statim vult nouum;dicit enim: Vetus melius est.

COMMENTARIA.

Tertium argumentum sumitur etiam à similitudine, quæ significat seruantib.legem non debere Euangelium tradi, nisi prius illa cessauerit, quia assuetus illis obseruantijs,& in eis nutritus,dum illa vigent,non habet rectum iudicium,sed præfert vetera nouis etiam melioribus; multum enim in hominibus consuetudo etiam prauæ potest, & difficillimum est assuetis noua quasi meliora ostendere. Hoc significat Dominus similitudine hac; qui vetus,inquit, bibit vinum,nō vult statim nouum bibere,quia præfert vetus nouo: at si deficiat vetus, facilius recipit nouum.sic non est tradendum Euangelium dum lex est, & obseruatur;nam qui legem custodiunt,dicent, melior est lex vetus. Expectanda igitur est temporis opportunitas, quando illa cessabit, tuncque Euangelium manifestabitur. Attēde comparationem, & similitudinem inter Euangelium in eo positam,non quod melius sit vetus vinum nouo, sed quod qui vetus bibit, iudicat illud melius, etiam si non sit, pre consuetudine, quia assuetus est illud bibere,non autē nouū.

ANNOTATIO LXXIX.

Vis argumenti consistit in illo aduerbio (statim;)dum enim vetus bibitur, & illius copia est, vinum nouum reijcitur; veteri vero deficiente,nouum recipitur: sic dum lex illa vetus vigebat, nec completa erat Euangelicum institutum; tradi non debuit, non quod melius, & perfectius non esset, sed quod Iudæis suo illo veteri testamento assuetis postponeretur. Multæ rationes, ob quas aduenięte Euāgelio

Magis cōfirmatur expositio tradita.

Cur aduenięte Euangelio lex nō cessauerit,

cessare

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gala. 3. & 4.

cessare debuit lex illa, quas tradit Paulus in epist. ad Galatas, ex quibus duas nunc producam. Vna est, quæ habetur cap. 3. Lex, inquit, pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificaremur; at vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo. Altera est cap. 4. Quanto, inquit, tempore paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus, & actoribus est vsque ad præfinitam tempus à patre; ita & nos cum essemus paruuli sub elementis mundi eramus seruientes: at vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factū ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Hæc Paulus. Quia igitur lex illa erat pædagogia paruulorum ad introducēdam fidem Christi, per quam est salus, & quia qui sub lege erant, statum seruorum habebant, cum filij essēt per fidem futuri, cessare oportuit aduenīte Euāgelio, quod fidem habet expressam & in filiorū statu iustos collocat, adoptionemq; tribuit filiationis Dei.

Euangelia quo modo legi antiquæ.

Notandum est præterea, Euāgelium & quantum ad efficaciam, & principiū suum consideretur, lege antiquius fuisse; à mundi enim initio post peccatum nemo iustificatus est, nisi per fidem venturi Christi, cuius passio, & mors credita, vt oportebat, etiam antequam fieret, remissionem peccatorum, & gratiam fidelibus pœnitentibus donabat, sicque ante legem, & in lege Euangelium erat; nemo enim etiam in lege per legem, sed per fidem venturi Christi iustificatus est à peccatis, & Deo acceptus factus est, vt enim dicit Paulus Galat. 2. Si per legem esset iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. At si Euangelium consideretur, quantum ad perfectionem, & promissionum complementum, posterius est lege illa, vinoq; nouo comparatur.

Galat. 2.

FINIS CAPITIS QVINTI.

FRANCISCI
CARDINALIS TOLETI
IN SACROSANCTVM
LVCAE EVANGELIVM
COMMENTARII,
CAPVT SEXTVM.

FACTVM est autem in sabbato secundo primo, cum transiret per sata vellebant discipuli eius spicas, et manducabant confricantes manibus. Quidam autem Phariſæorum, dicebant illis: Quid facitis quod non licet in sabbatis? Et respondes Iesus, ad eos dixit: Nec hoc legistis quod fecit Dauid, cū esuiisset ipse, & qui cum illo erant? quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his, qui cum ipso erant, quos non licet manducare, nisi tantum sacerdotibus? & dicebat illis: Quia Dominus est Filius hominis etiam sabbati. Factū est autem & in alio sabbato, vt intraret in Synagogam, & doceret, & erat ibi homo

homo, & manus eius dextra erat arida. Obseruabant aūt Scribæ, & Phariſæi, si in Sabbato curaret: vt inuenirent vnde accusarent eum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum: & ait homini, qui habebat manum aridā: Surge, & sta in medio. Et surgens, stetit. Ait aūt ad eos Iesus: Interrogo vos si licet Sabbatis benefacere au male: animam saluam facere, an perdere? Et circumspectis omnibus dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem, quidnam facerent Iesu. Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominauit,) Simonē, quē cognominauit Petrū, & Andreā fratrē eius, Iacobū, & Ioannē, Philippū, & Bartholomæum, Matthæū, & Thomā, Iacobū Alphæi, & Simonē, q vocatur Zelotes, & Iudā Iacobi, & Iudā Iscariotē, qui fuit proditor. Et descendens cum illis, stetit in loco cāpestri, et turba discipulorū eius, et multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalē, & maritima, & Tyri, & Sidonis, q venerāt, vt audirēt eū & sanarēntur à lāguoribus suis. Et qui vexabātur à spiritib. immūdis, curabātur. Et oīs turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat oēs. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrū est regnū Dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis cū vos oderint homines, & cū separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrū tāq malū pp Filiū hois. Gaudete in illa die, & exultate ecce enim merces vestra multa est in cælo. secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum. Verumtamen vę vobis diuitibus, quia habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis quia esurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc quia lugebitis, & flebitis. Vę cum benedixerint vobis homines: secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum: sed vobis dico, q auditis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, q oderūt vos: benedicite maledicētib. vobis, & orate p calūniantibus vos. Et, q te percutit in maxillā: præbe & alterā. Et ab eo, qui aufert tibi vestimentū, & tunicā noli prohibere. Omni aūt petenti te, tribue: & q aufert, q tua sunt, ne repetas. Et prout vultis vt faciāt vobis homines et vos facite illis similiter. Et si diligitis eos: q vos diligūt, q vobis est gratia? nā & peccatores diligētes se diligūt. Et si benefeceritis his, q vobis benefaciunt, q vobis est gratia? siquidē & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his, à quib. speratis recipere, q gratia est vobis? nā et peccatores peccatoribus fœnantur, vt recipiāt æqualia. Verumtamē diligite inimicos vestros: benefacite, et mutuū date, nihil inde sperātes: et erit merces vestra multa, et eritis filij Altissimi, q ipse benignus est sup ingratos, et malos. Estote ergo misericordes, sicut et Pater vester misericors est. Nolite iudicare, et nō iudicabimini: nolite cōdēnare, et non cōdēnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis: mēsurā bonā, & cōfertā, et coagitatā, et superefluētē dabūt in sinū vestrū. Eadē quippe mensura, qua mēsi fueritis, remetietur vobis. Dicebat aūt illis & similitudinē: Nūquid pōt cæcus cæcū ducere? nonne ambo in fouea cadūt? Nō est discipulus super magistrū: perfectus aūt oīs erit, si sit sicut magister eius. Quid aūt vides festucā in oculo fratris tui, trabē aūt, q in oculo tuo est, nō cōsideras? Aut quō potes dicere fratri tuo: Frater sine eiciā festucā de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem nō vides? Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo: et tunc perspicies vt educas festucā de oculo fratris tui. Nō est n. arbor bona, q facit fructus malos: neq; arbor mala facit fructū bonū. Vnaquæq; n. arbor de fructu suo cognoscitur. Neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim de spinis colligũt ficus: neq; de rubo vindemiãt vuã. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quid autem vocatis me Domine, Domine: & non facitis, quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis, cui similis sit: similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat super firmam petram. Qui autem audit, & non facit, similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento: in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit: & facta est ruina domus illius magna.

CAPVT SEXTVM.

Factum est autem in sabbato secundoprimo.

PRætermissis multis, quæ post ea, quæ in fine capitis narrantur, proximè gesta sunt, quæque Matthæus cap. 9. refert, Euangelista noster quandam aliam calumniam à Pharisæis contra Discipulos Domini factam describit, tẽpusq; notat, vt occasionem calumniæ explicet; erat enim Sabbatum secundoprimum, quando quæ statim dicentur, euenerunt. Quid autem sit Sabbatum secundoprimum, in annotatione sequenti expositum habes.

ANNOTATIO I.

Sabbatũ secũdoprimum quid.

SAbbatum secundoprimum vnicum est nomen ex vtroque compositum, tam Græcè, quàm Latinè. Quod enim Latinè dicimus secundoprimum, Græcè δευτεροπρωτον, vocant. Quid autem id sit, difficile est determinare, cum huius vocis in Scriptura mentio nulla facta sit, solum. n. apud Lucã illud legimus. Quod quidem in causa fuisse existimo, vt Greg. ille Nazianzenus interrogatus Hieronymo, quid illud esset, non responderet, sed potius eluderet, vt ipsemet Hieron. in Epist. ad Nepotianum refert, dicens: Gregorius Nazianzenus rogatus à me, vt exponeret, q̃d sibi vellet in Euã Sabbatum δευτεροπρωτον eleganter lusit: docebo te, inquiens, sup hac re in Ecclesia, in qua mihi omni populo acclamante, cogeris inuitus scire, q̃d nescis, aut certè si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiæ cõdemnabetis. Eadem etiam de causa Ambrosium in Lucam ad sensum allegoricũ confugisse existimo; Sabbatum enim secũdoprimum tempus Euãgelij interpretatur, secundum, quia post legale, primum verò quia dignius est. Quod verò ad sensum literalẽ spectat, proferã in mediũ, quæ Patres antiqui de hac difficultate descripserunt.

Primo igitur loco idem Ambr. in Psal. 47. in principio, Sabbatum secundoprimũ, ipsum Sabbatum intelligit, dictum secundum, quia post Resurrectionem prælatus est ei dies Dominicus; primũ autem, quia olim erat primum. Huic expositioni obstat, quod omne Sabbatum eadem ratione dici potuit secundoprimum: at non legimus alicubi sic dictum, nisi in hoc loco, cũ sæpe Sabbati fiat mentio, igitur aliquid præter commune Sabbatum significat.

Secundo, Epiphan. hæres. 51. Sabbatum secundoprimum illud dictum censet, quod erat vltimus dies in celebritate maxima, q̃ per dies aliquot celebrabatur; festum enim azymorum erat septem dierum, primus, & vltimus erat solemnissimus, vtrumq; Sabbatum dicebatur; nam hoc nomine non solus dies septimus hebdomadæ, sed etiã omnes festinitates vocabantur, erat ergo dies septimus Sabbatum secundoprimũ, primũ enim erat primus dies azymorum, vltimus vero, quia celebris vt primus erat, quasi secundoprimum Sabbatum dicebatur. similiter in festo Tabernaculorum, q̃ per septẽ dies colebatur, & octauus erat celeberrimus, sicut & primus, ideirco appellabatur Sabbatum secundoprimum. Apud Lucam vero Sabbatum secundoprimũ intelligit vltimum azymorũ, tunc enim spicarum colligendarum tempus erat. Hæc est Epiphanij sententia, quæ nonnullis recentioribus pla-

cuit, licet ipsi eam inuenisse sibi videantur, cum tamen antiqua sit. Cui vnum maxime aduersatur: nam si eo die Discipuli Dñi spicas ad comedẽdũ cõtriuissent, non habuissent occasionẽ Pharisæi dicẽdi eos facere, q̃ non liceret Sabbatis imã diebus azymorũ prohibebatur quidẽ omne opus seruile, sed non præparatio ciborũ, vt constat Exod. 12. Hæc enim solo Sabbato, qui est dies vltimus septimanæ, prohibebatur.

Tertio igitur loco Isidorus Pelusiota lib. 3. Epist. 110. quem citat, & sequitur Titus Bostrenus in hoc loco, eamq; sniam recipit Euthymius, primũ ipsum diem azymorum affirmant dictum Sabbatum secũdoprimum: nam est primus dies azymorũ, & secundus Paschæ. Pascha. n. incipiebat decimaquarta die ad vesperã, et decimaquinta erat prima azymorũ, secundũ ergo Sabbatũ est, quia est post primũ Paschæ, & primũ et est, quia est primus dies azymorũ, vtrumq; aũt Sabbatum generali vocabulo appellabatur, quia dies festi erant. Contra hanc tñ sniam idem argumentũ imil tit, q̃ contra secundã: nam die primo azymorum non prohibebatur præparatio ciborũ, vnde non haberẽt Pharisæi de quo accusarẽ: Discipulos, q̃ contererent spicas manibus ad comedendũ, si Sabbatũ proprie non esset, q̃ est vltimus hebdomadæ dies, qñ nec præparare cibos ad comedẽdũ licebat. Propter hoc igitur argumentũ tenendũ est, Sabbatum hoc secundoprimũ fuisse Sabbatũ septimũ diẽ, q̃ proprie appellatur Sabbatum, quo die quieuisse Deus dr ab opere creationis, & quiescẽdũ præcepisse Iudæis; quo die nec cibi præparabantur, sed præparati 5 pridie vescebantur, ideirco dies præcedẽs Parascenes, id est, præparatorius dicebatur: constat et ex Marc. 2. & Matt. 12. qui eandem historiã scribẽtes asserunt, hæc Sabbato gesta fuisse. Sabbatũ aũt absolute positũ illud proprie Sabbatũ significat, quo argumẽto euertitur quorundã recentiorũ opinio, asserentium in magnis festiuitatib. quæ p multos dies celebrabantur, primũ, & vltimum fuisse solemniores, medios vero minus solemnes, primumq; minus solẽnẽ, qui erat post primũ solẽnem dictũ Sabbatũ secundoprimũ; secundũ quidẽ, quia erat post primum solemnem, primũ vero, quia primus erat non solemnium. Hæc tñ opinio argumento eode fortius refutatur, nõ. n. Pharisæis fuisset occasio murmurandi cõtra Discipulos, q̃ Sabbatis spicas euellerẽt, & confricarẽt, alib. n. dieb. id opus non erat prohibitũ, idemq; argumẽtum militat contra quosdã alios recẽtiores, dicẽtes, Sabbatum secundoprimũ esse secundũ diẽ azymorũ, q̃ erat decimus sextus Lunæ Martij, qñ manipulus offerebatur, q̃ et eadẽ de causa stare nõ potest. Sabbatũ ergo secundoprimũ non erat quilibet dies, etiã si festus esset sed septimus hebdomadę. inquirendũ ergo est, quid secũdoprimũ diceretur, si tñ prius aduertamus vnũ, q̃ Anathasius dicit hom. de semente, loquens. n. de hac spicarum euulsione, inquit, esum in Sabbato pro crimine obijciũt, ipsi vero cẽdẽ in Dominũ in Sabbato moliuntur; scriptum enim est de die illa, qua Dominus passus est, erat dies illa magna Sabbati hęc ille in quib. verbis prædandum est vnum, scilicet in Sabbato spicas euulsas, sed non sunt accipiendа duo, nẽpe Christũ in Sabbato crucifixũ, cũ id factũ sit in die Veneris, vt phasimus in cõmentarijs in Ioan. Præterea illud, nẽpe q̃ hi Pharisæi reprẽhenderint esum; nõ. n. esum, sed euulsionẽ, & cõfricationem arguebant.

Quarto loco Theophylactus sic interpretatur, dicit enim qñ Sabbatũ illud, q̃ proprie Sabbatũ est, præcedebat dies solẽnis aliquis, nimirũ in parasceue, tunc tale Sabbatũ sequẽs dicebatur secundoprimũ, quia erat post diẽ aliquẽ festũ, & quasi secundũ post primũ. Quidam hanc sniam eo impugnant argumẽ. o. q̃ Iudæi à tempore captiuitatis Babylonicę sic tẽperarũt annũ, vt caueret, ne festorũ magnorũ vlla festiuitas coniungeretur immediate Sabbato, q̃ est dies septimus hebdomadæ. At vero quã à veritate aberret illa doctrina, ostẽdimus in commentarijs in Ioannem cap. 13. annot. 5. Argumentum igitur contra sententiam Theophylacti nullius est ponderis.

Quinto loco Chrysost. hom. 40. in Matth. Sabbatũ secũdoprimũ illud dici asserit, in quo præter Sabbati cõe festũ aliud simul celebrabatur, & pp duplicẽ solemnitatem secundoprimũ dicebatur. Hæ duæ vltimæ sniæ veræ sunt in eo, quod dicunt hoc Sabbatum esse vnum ex septimis diebus hebdomadæ, q̃ communiter Sabbatum appellamus; cui aliud etiam, quod certum est, adiungi potest, nimirum inter Pascha, & messes erant, vt spicæ colligi possent: q̃ vero additum est, quare s. secundoprimum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicatur, probabile est nihil, tamen certi est, quod affirmari constanter possit, nec ad intelligentiam mysterij, & sensus Scripturæ, id scire necessarium est.

Cum transiret per sata, vellebant Discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus.

COMMENTARIA.

COnsulto Lucas hanc historiã præcedẽti coniunxit, nam trauerat enim Discipulos Christi nõ iciunare; ne quis aũt ex eo opinionem conciperet illos ventri deditos, & escis abundare, adnexuit hanc, quæ sequitur, narrationem; paupertas enim, & fames illos compulerant, vt spicas vellerent ad manducandum, quæ à messoribus pro pauperũ. relinquebantur iuxta Domini præceptum, confricabant autem manibus spicas, quasi triturantes, vt granis à palea separatis vescerentur, quod quidem Sabbato non fecissent, nisi malo inedię nimium vexarentur.

ANNOTATIO II.

Discipuli vellentes spicas immerito arguuntur de legis trãsgressione.

MAtthæus cap. 12. addit: (esurientes cęperunt vellere spicas) Marcus autem cap. 2. Cęperunt, inquit, progredi, id est, iter facientes, seu inter viã, vellere spicas. Quod autem ad sensum spectat, aduerte Leuit. 19. & 23. Deum sic præcepisse: Postquam messuerit is segetem terræ, non secabitis eã vsq; ad solũ, nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus, & peregrinis dimittetis eas. Ego sum Dominus Deus vester. Hæc ibi. Ex his erant spicæ illæ, quas colligebant Apostoli. Vnde recte notauit Ireneus lib. 4. cap. 20. hoc, quod nunc Apostoli fecisse dicuntur, non fuisse lege prohibitũ. Hieron. Matth. 12. asserit præ nimia hominum importunitate aliquando nec vescendi locum Discipulos habuisse, ideoq; quasi homines esuriuisse. Potest etiam non improbabiliter dici, aliquãdo etiam citra importunitatem, ciborum copia caruisse; pauperes enim oẽs erant, & ex ijs quæ ministrabantur, victum comparabant, vt constat Ioann. 12. Ponderat autem Chrysost. hom. 40. in Matth. Discipulorum abstinentiam, sic inquiens; Tu Discipulorum abstinentiam mecum admirare; admirare inquam, quomodo nullam corporis curam, nullum studium habeant; sed sine præmeditatione aliqua, ac præparatione mensã sibi sic constituunt, vt coniuncti esse cogantur inedia præsenti, neque tamen à Christo abscedant. nam nisi malo inedię nimium vexarentur, nunquam certe illudia Sabbato fecissent. Hæc Chrysostomus. In eandẽ sententiã Hieron. Matth. 12. sic scripsit: Quod spicas segetum manibus confricant, & inediam consolantur, vitæ austeritatis indicium est, non præparatas epulas, sed simplices quærentium. Hæc ille. Athanasius hom. de semente, spiritualiter ponderat illud, quod per sata transibat: Transibat inquit, Saluator per segetes granum ipse nimirum frumenti, per segetes, & spirituale illud granũ, quod in certum locum aliquem cadens, cum multiplicibus spicis per orbem terrarum exurgit; ipse n. de se ipso dixit: Nisi granũ frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si aũt mortuũ fuerit, multũ fructum affert. Hæc ille.

Quidam autem Pharisæorum dicebant illis: Quid facitis, quod non licet in Sabbatis?

COMMENTARIA.

NOn accusãt Discipulos, q̃ alienas spicas vellãt, sciebant. n. id illis ex præcepto Domini fieri posse, sed q̃ Sabbato, q̃ illos præparate non licebat, id facerẽt: nõ aũt vehementi, in hoc loco (quãuis cõsequẽtia rerum id petere videbatur, cũ de Sabbati observãtia ageretur,) sed oratione quieta, & simplici criminantur, vt recte perpendit Chrysost. hom. 40. Cum. n. nihil magnũ, & sublime opus fit, quietiores sunt; cũ vero solo verbo sanitatẽ hominib. conferri cõspiciũt, quasi feroces bestiæ perturbati, vehemẽtius in illũ insiliunt; veneno. n. inuidiæ, non religionis zelo agebantur.

Concordia Euangelistarum.

ANNOTATIO III.

MAtthæus, et Marcus calumniã in Christũ esse probatam referunt, dixerunt enim: Ecce Discipuli tui faciunt, quod non licet eis facere Sabbatis, Lucas vero narrat ipsis Discipulis factam; Quid inquiunt, facitis, quod non licet in Sabbatis? Hæc autem non sunt contraria, vtrumq; n. factum est: nã reprehensos prius Discipulos apud Magistrũ detulerũt. quo loco probatur dicm, qñ hęc facta sunt, Sabbatũ fuisse, septimum hebdomadæ diem. tunc enim non licebat cibos præparare, hoc enim opus eo solo die prohibitum erat, non autem in alijs festis, quantũuis solẽnibus, vt supra notauimus, ostendentes Sabbatum secundoprimum fuisse proprie Sabbatum.

Et respondens ad eos Iesus dixit.

COMMENTARIA.

COmmunem calumniam tã contra se, quam contra Discipulos factã solus Christus suscipit refutãdam, non solum quia cura Discipulorũ, sicut & propria sui ipsius illi incumbebat, sed etiam quia calumniatorum inuentio aduersus illum solũ dirigebatur.

Nec hoc legistis, quod fecit Dauid, cum esuriisset ipse, & qui cũ illo erant? quo modo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit eis, qui cum ipso erant; quos non licebat manducare, nisi tantum Sacerdotibus?

COMMENTARIA

TEstimonio Scripturę repellit calumniam, tacite eos arguens negligentię in Scripturis scrutandis, q̃ sępe Christum fecisse supra notauimus: est autem testimonium sumptum ex 1. Reg. 21. Fugiẽs enim Dauid à Saul, venit in Nobe ad Sacerdotẽ Achimelech, & cum esuriret Dauid cum socijs suis, nec haberet Sacerdos, quod ministraret, concessit, vt ille intraret in Tabernaculũ, quod nunc dicitur domus Dei, & panes de mensis propositionis acciperet, & manducaret, quos solis sacerdotibus, vt constat Exo. 29. & Leu. 24 mãducare licebat. Si igitur Dauid, q̃ Spiritu Dei ducebatur, & Prophetа erat Domini, sacerdote ipso consentiente, prohibitis panibus vsus est in cibum, pp famem, quam patiebatur, nec haberet cibum alium, quo vesceretur, nec audebit quispiam hoc factum Dauid reprehendere, quod Scriptura vitio non dederit; cur accusatis meos Discipulos, quia die prohibito cibum præparant, & spicas vellunt, ac confricant, cum non minori fame premantur, q̃ Dauid tunc, & qui cum illo erant? q̃ enim ille fecit in cibo prohibito, hoc mei efficiunt tempore vetito; par enim est vtraque prohibitio. Docet Christus hoc exemplo diuinas hasce prohibitiones positinas non aduersari iuri naturali, quo homo suæ vitę consulere tenetur, nec ita esse obseruandas, vt naturalibus necessitatib. præponantur; nã & Sabbato licebat sanguinẽ emittere, venamq; scindere infirmi necessitate vrgente. Attende quo pacto amplificet factum Dauid: Intrauit, inquit, domũ Dei, panes de mensis sumpsit, manducauit ipse, dedit alijs manducandos, quasi diceret, videte quanta fecit, quæ non licebat ei facere; propter esurien tamen ab his omnibus excusatur. Mei autem parum quid in Sabbato fecerunt, nempe spicas vellere, & manib. confricare. Quod si dicatis maiorem fuisse Dauid meis Discipulis, ad causam nihil id facit: nam diuino præcepto tam maiores, quam minores tenentur; immo quo maior est homo, arctius obsequi diuinis mandatis obligatur, eius enim factum maiori potest scandalo alijs esse.

1. Reg. 21.

ANNOTATIO IIII.

Dauid quo dicatur ab Ireneo Sacerdos.

MArcus cap. 2. addit verbum, quod sensum magis explicat, inquit enim: Nũquam legistis quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit, & esurijt? non satis huisse, scilicet, quia non habuerat cibum alium, quo pasceretur, vt diximus in commentario. Aduerte autem Irenæum lib. 4. capit. 20. Dauid Sacerdotem appellasse, quod huic sententiæ Domini aduersari videretur, & Scripturæ veteri, vbi Sacerdotes ex sola Aaron familia sumptos legimus; sed Irenæus Sacerdotem appellauit, sequens æquiuocationem Hebræi vocabuli כהן quod & Sacerdotem, & Principem significat, sicut etiam ex 2. Reg. 8. constat, vbi etiam filij Dauid Sacerdotes appellantur. Quamuis ad mẽtẽ Irenæi potius dicemus, appellasse Sacerdotem, nõ sacer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dotio visibili, quo nunc vocamus Sacerdotes qui visibile offerunt sacrificium: sed in visibili sacerdotio, quo omnes iusti Sacerdotes sunt, & invisibile bonorum operum sacrificium offerunt; verba enim sequentia Irenæus hoc probant, nam illarum admixit, post Dauid etiam iustos esse Sacerdotes. Chrysostomus vero hom. 40. in Matth. negat Dauid Sacerdotem fuisse, loquitur enim de proprio, & visibili sacerdotio. De præceptorum autem differentia, & eorum obligatione diximus cap. 5. præcedenti. in Annot. 64. vbi illud explicuimus, Misericordiam volo & non sacrificium.

ANNOTATIO X.

Concordia Euangelij cū historia lib. 1. Regum.

MArcus adiecit hoc Dauidis factum contigisse sub Abiathar Principe Sacerdotum, quod nullus difficultatem excitat, tenam 1. Reg. 21. tempore Achimelech euenisse dicitur. Ad quam difficultatem multe fuere responsiones. Theophylactus Mar. 2. & ibidē Victor Antiochenus duos adferunt, vnus est, fuisse hunc nam & Achimelech, & Abiathar, dictos esse: alter est, Achimelech non fuisse summum Sacerdotem, sed simplicem. Abiathar vero summus erat Sacerdos. Marcus ergo summi Sacerdotis meminit. Victor in hunc secundum modum inclinat, & videtur Ambrosius Lucæ 6. eum sequi. Tertius modus est Bedæ, qui Abiathar fuisse filium Achimelech dicit, qui occiso Patre, à Dauid fuit summus sacerdos factus, sicut erat & pater; recessit enim cū Dauid Patre relicto. Marcus ergo meminit filij, quia tunc, quando panes accepit Dauid, aderat, & postea manuit summus sacerdos post patrem occisum, regnante Dauid. Probabilis est multum sententia illorum, qui affirmant fuisse binominem: nam hæc duo Achimelech, & Abiathar, & patri occiso, & filio eius, quorum vterque fuit summus Sacerdos communia facimus 1. Paral. 15. Sadoch, & Abiathar dicuntur fuisse summi Sacerdotes tempore Dauid, & tamen 1. Paral. 18. & 2. Reg. 8. dicitur, in diebus Dauid fuisse Sacerdotes summos Sadoch filium Achitob, & Achimelech filium Abiathar. Necesse ergo est hoc loco Abiathar fuisse cum, qui 1. Reg. 18. dictus est Achimelech, & occisus est à Saul, & Achimelech esse Abiathar filium eius, erant enim nomina vtriq; communia, & vterq; binomius erat, & vterque summus Sacerdos fuit.

ANNOTATIO VI.

Nū Dauid solus, vel cū suis fuerit, quando panes fuerit comedit.

DIfficultas se offert: nam videtur locus hic non concordare cum 1. 3. quæ narrantur 1. Reg. 21. hic enim dicitur Dauid dedisse panem ijs, qui cum ipso erant; at vero in libris Regum dicitur solus Dauid venisse ad Achimelech; hic enim interrogauit Dauid, cur solus veniret: quare, inquit, tu solus, & nullus tecum? Varia dicunt recentiores in hac parte. primo quidam respondent non venisse solum, sed cum pluribus, at solum dicit, nullumque cum eo, non quod nulli essent, sed quod pauci, nec pro more, ac dignitate sua comitatus esset. Quidam alij dicunt solum accessisse ad Achimelech, timens comites. Varijs in locis tellus ille, vt eos iterum congregaret; quod verbo historice significare videatur. Nam dixit Dauid: Pueris meis constituit hunc, illum locum, & ad hoc iter interrogatus, an pueri mundi essent, respondit, communis nos ab heri, & nudiustertius. Tertio loco quidam alij asserunt solum omnino venisse. Quod autem dixit de pueris, quibus indixerat in hunc, & illum locum, fuisse nuntiadum officiosum, vt hoc cultaret sacerdoti in gratiam sui à Saul. Hæc sententia Rabbinorum est quorundam, nihilque est eam placuisse quibusdā recentioribus Catholicis, cum plane verbis Christi sit contraria, qui affirmat Dauid manducasse ex panibus, & dedisse ijs, qui cum illo erant, manducandos. Quod si omnino solus fuit, solusq; manducauit, Christi sermo efficitur falsus, immo detrahitur argumento efficacia: adeo enim meminit eorum, qui cum Dauid erant, ne Iudæi respondere possent. Dauid vt Prophetæ, & Principi id licuisse. quæ responsio licet sufficiens non erat, quia nec illi licebat comedere de illis panibus, nisi vrgente necessitate; tamen esset quædam responsio apparens; quod vero ij, qui cum illo erat, manducassent, calumniantium ora obturauit. Adde Patres antiquos hanc sententiam interpretantes plane affirmasse eos, qui cū Dauid erant, manducasse de panibus, ita Hilarius, Ambro-

Ambrosius, Athanasius, aliique Doctores asseruerunt. Tenenda ergo est prima, aut secunda sententia, ex quibus prima probabilior videtur.

Et dicebat illis, quia Dominus est filius hominis etiam Sabbati.

COMMENTARIA.

POst argumentū præcedens, et alia, quæ Matthæus, & Marcus retetūt, concludit Dominus, se Sabbati etiam Dominum esse, cuius est tueri rem suā; Christus enim mebatur Sabbatum à falsis doctrinis Phariſæorum; nec solum ob id Dominum se Sabbati appellat, sed etiam quia Discipuli, si quid fecissent, quod Sabbato facere alijs nō liceret, dum eum sequuntur, & comitantur, excusati essent à transgressione; sicut etiam Sacerdotes in templo opus facientes in Sabbato excusabantur. illud autem (etiam) indicat se legem habere instituendam, cuius Dominus erat, sicut & veteris, ad quam Sabbatum pertinebat. Sed autem filium hominis vocat, vt moris erat, Deū aūt se esse simul indicat, cum se Dominum dicit. Sumitur ex hac sententia argumentum alterum in defensionem Discipulorum, tale autem est: etiam si ali quid fecissent, quod tamen non fecerunt, quod cōtra Sabbatum esset, non erat, cur accusarentur, quia ego Dominus sum etiam Sabbati, & possum, vt volo, disponere de illo. Hoc verbo sua ostendit diuinitatē, sicut etiam Ioan. 5. fecit; accusatus enim de Sabbati transgressione, respondit: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, particula (quia) causalis est, & in sententia est hyperbaton, nempe verborum deordinatio, ordo enim est, filius, hominis est Dominus etiam Sabbati.

ANNOTATIO VII.

Solui-tur difficultas ex verbis Marci circa superioris sententiæ expositionem.

HAne sententiam non generaliter de omni hoīe, sed de solo Christo intelligendam esse tradunt Doctores, inter quos sunt Tertullianus lib. 4. contra Marcion: Hilarius can. 12. in Matthæum, Chrysostomus hom. 40. in eundem. Augustinus lib. Quæst. in Matth. cap. 10. Victor Antiochenus Mar. 2. Druthmarus in Matth. cap. 12. & Euthymius in Matth. capit. 12. id ipsum probat verbum, filius hominis, quo Christus seipsum ita significat frequenter, vt nemo alius reperiatur à Christo sic appellatus. Hoc quidem confirmat veritas sententiæ; homo enim quinis præter Christum non est Dominus Sabbati, sed lege potius Sabbati obligatus. Difficultatem tamen faciunt verba Mar. 2. qui hanc sententiam connectere videtur cuidam alteri à Luca prætermissæ, sic enim habet: Sabbatum propter hominem factum est, non autem homo propter Sabbatum. itaque Dominus est filius hominis etiam Sabbati: nemo autem dubitat priorem sententiam de homine in generali dictam, eū igit illa particula (itaque) sit causalis, seu illatiua posita loco (quamobrē) aut (ergo) siue (igitur) videtur hæc posterior quasi illata à priori, etiam ad hominem in generali pertinere, quod argumentum induxit Chrysostomum hom. 40. in Matth. vt diceret, secundum Marcum eam sententiam ad hominem generaliter pertinere, quod quidem inconsonum est, cum ipse Chrysostomus de Christo dictam interpretetur. Euthymius ergo Matth. 9. hāc particulā sic interpretatur, & connectit, vt non referatur ad sequentia immediate, sed ad antecedentia, quæ habentur apud Matth. dicitur enim apud Matth. Si scireris quid est misericordiam volo, & non sacrificium, nunquam condemnasseris innocentes; statim sequitur: Filius hominis est Dominus Sabbati, itaque, seu igitur vitale condemnat eos, quia Domino præsente, & tolerante id faciunt. Hæc est Euthymij expositio, quæ quam violenta sit, nemo non videt. Quidam recentiores non minus violente sic interpretantur: Itaque permisi meos Discipulos hoc facere in Sabbato, Dominum esse Sabbati. Hæc aūt interpretatio non solum violenta est, sed sensum meres supplendum asserunt quandam propositionem, ex qua fit deductio nimirum hic Sabbatum est propter hōines, ego autem sum Dominus etiam Sabbati. Quæ etiam interpretatio violenta videtur, idque est po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius componere Scripturas, quàm interpretari: & adhuc deductio non est firma, non enim quia Dominus est hominum, consequitur, vt sit Dominus omnium, quæ sunt propter homines; non enim ipse homo est dominus eorum omnium, quæ propter eum facta sunt. Demum quidam alij recentiores connectunt particulã hanc non quidem sententiæ proximè præcedenti, sed cuidam alteri, cuius meminit Matthæus, licet eam Marcus prætermiserit; Christus enim suam diuinitatem ostendens, inquit: Sacerdotes in Templo Sabbatum violant; hic autem maior est templo. ex hoc dicunt isti Marcum intulisse, itaque filius hominis Dominus est etiam Sabbati. hæc autem interpretatio patitur difficultatem, nam si Matthæus ipse, qui illam sententiam retulit, non est vsus particula (itaque) multo minus Marcus, qui eã omisit, ex ipsa deduxit particulam talem. Præterea, quia inter illam, & hanc aliæ interceſſerunt ſententiæ, vnde durum est ad remotam recurrere. Hæc sunt, quæ expositores in interpretanda particula Marci (itaque) sentiunt, qui omnes in sensu sententiæ conueniunt, nimirum voluisse Christum significare, se Dominum esse Sabbati, ideoque potuisse cum Discipulis dispensare, vt illud opus facerent non obstante lege Sabbati; legislator enim in sua lege dispensat. Hoc tamen non videtur probandum, tum quia non erat opus dispensatione vlla ad faciendum, quod Apostoli nunc fecerunt; quod enim ad tuendam vitam vrgente necessitate fit, non erat Sabbato prohibitum, quod satis declarauit Dominus exemplo Dauid; tum quia Christus id ostendere conabatur, scilicet Iudæos non intelligere obseruantiam Sabbati, cum non omnia opera in eo prohibita essent, hoc autem non faceret, si opus, quod verè contra Sabbatum esset, Discipulis concessisset; tum demum quia Iudæorum accusatio fieret multum apparens, si opus verè contra Sabbatum esset. non igitur opus id ex dispẽsatione Christi factum est, sed quia verè nõ erat cõtra Sabbatum, idq; oĩa argumẽta à Christo in defensionẽ Discipulorum facta, manifestè probant.

Tertulliani interpretatio probatur Auctori.

Multo igitur verius Tertullianus lib. 4. contra Marcion. hæc verba interpretatur, vbi affirmat Christum Dominum Sabbati se appellasse, non quod destruxerit, sed quia tuebatur Sabbatum, declarando eius obseruantiam, & quia etiam si destruxisset, quod verè nõ fecit, nullam inde transgressionem committebat. Ex hac Tertulliani interpretatione nos connexionem particulæ, & sententiæ deduximus; particula enim consecutionem indicat ex omnibus argumentis fictis in defensionem Discipulorum, & obseruantiæ Sabbati declarationem, ex quibus Christus concludit, itaque filius hominis, id est, ego Dominus sum Sabbati: tum quia meum est declarare, & tueri ipsum à transgressionibus, & erroribus, falsisque doctrinis in eius intelligentia: tum quia etiam si Discipuli mei aliquod opus facerent, quod verè esset contra Sabbatum, causa me sequendi nõ essent transgressores, sicut nec transgressores sunt, licet in templo faciant, quod prohibitum est in Sabbato, ob hæc Dominum me Sabbati dico. Illud autem (enim) insinuat Christum aliam habere legem, cuius etiam Dominus erat, sicut & veteris, ad quam Sabbatum spectabat. Hinc facile patet concordia inter Euangelistas. Marcus hanc sententiam retulit cum particula, (itaque) quasi deductam ex omnibus argumentis antecedentibus. Matthæus vero cum particula causali (enim) in eundem sensum, quasi diceret hæc omnia dixi, quia Dominus Sabbati sum. Lucas etiam cum particula (quia) in eodem sensu cum Matthæo, licet quidam recentiores affirmẽt esse declarationem, referunt enim eam ad verbum (dicebat) quasi declaret, quid est, quod dicebat. Hæc omnia sibi inuicem consentiunt.

ANNOTATIO VIII.

Quinque argumẽta reperiuntur, quibus Christus Pharisæorũ calumniã repulit.

QVinque argumentis vsus est Christus ad refutandam Pharisæorum calumniam contra Discipulos suos, nemo quidem Euangelistarum per se omnia retulit, sed omnes simul: quæ enim vnus omisit, alter appposuit. Primum est sumptum ab exemplo Dauid, quod omnes Euangelistæ tres describserunt.

Alterum est, quod solus Matthæus narrat ex Scriptura etiam sumptum, Numer. 11. Sacerdotes, inquit, in templo Sabbatum violant, id est, opera faciunt, quæ Sabbatis prohibita sunt, tamen quia in templi cultum faciunt, non sunt transgressores Sabbati, lucernas enim accendunt, ligna scindunt, & alia huiusmodi faciunt: hic autẽ maior ex templo, id est, hoc in loco sum ego, qui maior sum templo. licebit igitur meis discipulis, vt me sequi sustineant, Sabbatis facere opus prohibitum.

Tertium argumentum etiam Scripturæ testimonium est ex Oseæ 6. Misericordiam volo, & non sacrificium, quasi diceret: Achimelech elegit potius pascere esurientes, quàm seruare legem de panibus, quia misericordia præponitur sacrificio, ita nunc præponitur Sabbato. Huius sententiæ sensum declarauimus cap. 5. Annotat. 64. nam eo testimonio vsus est etiam Dominus in sanatione paralytici. Hoc etiam argumentũ solus Matthæus habet. Sunt autem omnia hæc tria argumenta ex Scriptura sumpta, Dominus frequẽter facit, vt qui legis trãsgressor ab aduersarijs reputabatur, legis testimonijs ostendat & legis obseruatore.

Quartum argumentum est, cuius solus Marcus meminit, nempe Sabbatum est propter hominem, non homo propter Sabbatum, id est, otium Sabbati Deus in vtilitatem hominis instituit, non ergo debet cedere in perniciem hominis, quod esset, si vt otium seruaret, vitæ propriæ noceret, damnumq; graue inferret corpori. hoc cum *Lib. 1. Mach. c. 2.* considerantes Machabæi, vt dicitur lib. 1. cap. 2. decreuerunt pugnare Sabbato contra aduersarios irruentes, ne dum otiarentur, ab illis occiderẽtur. Hoc argũm indicat Apostolos grauiter fame vexatos tunc fuisse.

Quintum argumentum est, quod tres Euangelistæ referunt; scilicet, quia filius hominis Dominus est etiam Sabbati, quod in commentario explicuimus. Notat autem Augustinus lib. quæstion. in Matth. cap. 10. in duobus primis argumẽtis de Dauid, & Sacerdotibus Christum insinuasse se vtramque habere potestatem, Regiam nempe, & Sacerdotalem.

Factum est autem & in alio Sabbato, vt intraret Synagogam, & doceret.

COMMENTARIA.

ALtero Sabbato, nempe præcedẽti proximo, intrauit Iesus, vt moris sui erat, Synagogam, ibique docebat, quando hæc, quæ statim narrantur, gesta sunt; Iudæi enim ægre ferentes se Sabbato priori conuictos, nec habuisse quid responderent Christi argumentis, quibus suis discipulis à Sabbati transgressione patrocinatus est, iterum accedunt, vt de Sabbati obseruatione contendant, quæ Euangelista narrat, vt eorum ignorantia, & malitia innotescat, & doctrinæ veritas de Sabbato, q̃ Christus tradidit, propaletur.

ANNOTATIO IX.

Euãgelistarum cõcordia in subsequentis factionis ratione.

MAtthæus cap. 12. & Marcus cap. 3. etiam huius miraculi mẽtionem fecerunt, connectentes cum præcedenti de spicis: hi autem duo Euangelistæ significant locum, referunt enim Christum Synagogam introisse, vbi quæ narrantur, facta sunt, Marcus vero etiam tempus, sed indistincte significauit; dies, iterum introiit, id est, nõ tunc quando spicas Discipuli confricuerunt, sed alio die. Solus vero Lucas certe indicauit, nempe Sabbatum alterum ab illo, in quo discipuli spicas euulserunt, & confricuerunt manibus: addidit etiã alijs duobus Euangelistis, Christum docendi gratia Synagogam ingressum esse: notanda est autem particula (&) nempe (& in alio Sabbato, id est, etiam in alio Sabbato) quæ non referri debet ad ingressum in Synagogam, quasi quod prius narratum est, in Synagoga euenerit, a quo egressus iterum intrauit; non enim sic facta sunt hæc: nam quo dictum est de spicis, extra Synagogã sunt, dum iter faceret per sata, referendum est ergo ad rem ipsam, & calumniam de Sabbati obseruantia, vt sit sensus, post id, quod de Sabbato calumniati sunt Pharisæi, etiam hoc idem fecerunt altero Sabbato, cum Christus Synagogam ingressus esset. Vnde particula hæc insinuauit Euangelista, Pharisæos quasi punctos præcedentibus argumentis Christi de Sabbati obseruantia, remisse animo iterum de eodem illum accusandi, occasionem enim non defuturam pro certo habebant.

Et erat ibi homo: et manus eius dextera erat arida.

COMMENTARIA.

ADerat in Synagoga homo habẽs manum dexteram aridam. Hoc Lucas præmittit, quia ex eo occasio omnium, quæ narranda sunt, sumpta est;

Mat-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matthæus, & Marcus, hominem habentem manum aridam ibi fuisse retulerunt: Lucas uero manum dexteram expressit, quia enim si opus quantum ad cōsilium idem fuit, nam eiusdem est virtutis manum dexteram, & sinistram sanare; tamen quantum ad beneficium, & misericordiam, maius opus est dexteram sanare, quā sinistrā, quis homo magis indiget dextera, quā sinistra, plusq; detrimenti patitur a dexteræ, quā à sinistræ ariditate; cum aūt calumnia Iudæorū maximè retundenda, & euertenda esset per misericordiæ opus, ideirco Lucas manū dexteram fuisse significauit. Dum autem absolute dicit erat ibi homo) significat, nō tantum ibi adfuisse, sed quasi in propatulo, vt facile à singulis videri posset. inde factum est, vt Iudæi obseruarent, an à Christo sanaretur, videbant enim eum, & nouerant etiam à Christo tuisum fuisse.

Obseruant autem Scribæ, & Pharisæi, si in Sabbato curaret, vt inuenirent vnde accusarent eum.

COMMENTARIA.

VIderāt Pharisæi, & Scribę hominē, & intus se obseruabant, an illum, ut solebat, sanaret in Sabbato; nō quidem, ut uiso tanto miraculo, crederent, sed ut quod in Sabbato factum esset, accusarent. Magna dementia, & iniquitas hæc erat; minus enim poterat apud illos opus diuinum, ut crederent operantis diuinitatem, quā quod Sabbato fieret, ut de transgressione eū accusarent; diligentioresq; erāt ad malum, quam ad bonum inquirendum.

ANNOTATIO X.

PRætermisit Lucas, quod Matthæus narrauit, nempe Scribas, & Pharisæos videntes illum hominem, interrogasse Christum, an liceret Sabbato curare? Hoc autem malo animo, & fallaci intentione interrogarunt: nam & ipsum excitabant ad curandum, & ex altera parte obseruabant, an curaret, vt accusarent illum transgressionis Sabbati. post hanc interrogationem sequitur quod dicit Lucas, nempe Christum nouisse cogitationes eorum, & vt calumniatores confunderet, iussisse hominem in medium stare, ac interrogasse eos, an liceret in Sabbatis benefacere. Hunc ordinem tradidit Aug. lib. 2. de consen. Euang. c. 35.

Ipse vero sciebat cogitationes eorum.

COMMENTARIA.

NOuit Christus Pharisæorum, & Scribarum mentes, sciebatq; illos iniqua intentione interrogasse, an curare liceret Sabbato, nempe ut accusarent eum, expectabant enim illum curaturum hominem illum.

Et ait homini, qui habebat manum aridam, Surge, & sta in medium. Qui consurgens stetit.

COMMENTARIA.

NOn ignarus ergo obseruationis iniquæ Scribarum, & Pharisæorum, sed sciens, & prudens, hominem illum manum habentem aridam in medium stare iubet; in medio autem stare est inter illos omnes esse, ab omnibusq; uideri, ut uerbis, & factis interrogationi stulte, & iniquæ illorum respondeat, eosq; confundat. surrexit ergo ille homo, & in medium stetit, Christi uerbo obsequens; non quidem inique Christum, ut illi obseruans; sed sanitatem ab eo se recepturum speciās; nō enim timebat Sabbato diuina uirtute curari; surgere uero præcepit, quia ille homo prius ad audiendū uerbum Christi solebat, ut moris erat inter Iudæos, quod supra notauimus; Christus enim in Synagogam ingressus erat, ut doceret.

ANNOTATIO XI.

CHrysostomus hom. 41. in Matth. asserit Christū iussisse hominī, vt in medio staret, eo fine, vt Pharisæos, & Scribas illius aspectu ad misericordiam prouocaret, quos calumniari paratos videbat, idque probabile est, quamuis forsan accommodatius dici possit illum in medium uenire iussisse, vt opus, quod facturus erat in eo curando, manifestius fieret, etiamq; vt ē re ipsa præsenti efficacius disputandi contra illos sumeret argumentum: nam aspectus luminis illius offendebat, misericordiæ, & diuinæ uirtutis opus esse, quod erga illum fiebat in restituenda manu eius.

Ait autem ad illos Iesus: si licet Sabbatis benefacere, an male, animam saluam facere, an perdere?

COMMENTARIA.

MIrabile est Saluatoris artificium, illorum enim calumniosæ quæstioni respondit alterā quæstione, quæ illorum priorem comprehendit uocibus mutatis, qua conuincerentur ueritatis, & calumnia eorum omnino euerteretur. Quæstio autem talis est, si licet Sabbatis benefacere, quasi diceret, uos interrogastis me an liceat Sabbatis curare: ego autem interrogo uos, an liceat Sabbatis benefacere, an malefacere, animam saluare an perdere, benefacere appellat miseros, & in necessitate, ac calamitate positos iuuare; malefacere uero, eos in calamitatibus, & miserijs deserere. Saltem aūt animam facere, uocat hominem à morte tueri, perdere uero mori finere; per animam enim tota corporis intelligitur. Hac quæstione conuincebantur calūniatores; quis enim adeo nationis expers diceret, licere in Sabbatis finere homines in calamitatib. potius, quam iuuare, cum possis, & mori eos permittere, quam eripere? latet ergo argumentum efficax, cum curare esset benefacere, & animam saluare, non curare autem, malefacere, & animam proximi perdere, consequenter licere Sabbatis curare.

ANNOTATIO XII.

EFficax est argumentatio, quando aduersarius compellitur ex ijs, quæ concessit dicere aliquid impossibile, aut absurdum. Hic est enim vnus ex elenchis Aristoteleis. Huius generis est argumentatio præsens; qui enim admittebant, se Sabbatis non licere infirmos curare, cogebantur consequenter dicere, non licere in Sabbatis benefacere, nec vitam hominis saluam facere, sed finendos esse homines in miserijs, & in periculo imminentis mortis potius, quam iuuandos, quod est dictu absurdissimum, & contra naturale lumen, & rationis dictamen, ac facere legem Domini irrationabilem.

Et circumspectis omnibus.

COMMENTARIA.

SEntientes Scribæ, & Pharisæi sua responsione se esse conuincendos, elegerunt tacere, & vim argumenti silentio eludere, & veritatem ueluti missis, sed urget eos, vt omnes adstantes intelligerent illos omnino victos, nec habere, quid respōderent, veritasque omnibus manifestaretur. Circumspexit ergo omnes circumcirca, oculos in eos conuertendo, quasi aspectu singulos inuitando, & prouocando, vt respōderent; cumque illi in suo silentio perseuerarēt, prosecutus est argumentum suum, vt Matthæus narrat, & in annotatione explicatur.

ANNOTATIO XIII.

PRætermisit Lucas nonnulla, quæ Marcus narrauit. Marcus enim refert illos ad quæstionem à Christo factam tacuisse; cum autem tacerent, Christus circumspexit eos, vt etiam dicit Lucas, addit autem Marcus, circumspexisse illos cum ira, & contristatum esse super excitate cordis illorum. Nota duos animæ Christi affectus, iram, & tristitiam; iram quidem, & indignationem contra dolum, & malitiam eorum, quod maliciose tacerent, ne voce veritatem fatērentur; tristitiam autem super eorum cecitate, qua adhuc in suo errore, & ignorantione permanerent, putantes non licere Sabbatis curare, ideirco auxit argumentum ab exemplo sumptum efficacissimum, & omnibus manifestum, quod refert Matthæus in hæc verba:

Universidad de Deusto
Biblioteca

verba: Quis erit ex vobis homo, qui habēt ouem vnam, & si ceciderit hæc Sabbatis in foueam, nonne tenebit, & leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue? Itaq; licet Sabbatis benefacere. Hæc Matthæus. Argumētum omnino obturabat ora eorū omnium, ideo concludit dicens: Itaq; licet Sabbatis benefacere, & consequenter curare, hoc.n. est benefacere. Post hæc omnia, cum iam aduersarij non haberēt omnino, cuius eum accusarent, conuersus est ad hominem habētem manum aridam, & dixit, quæ sequuntur, quarū; nō solus Lucas, sed etiam Matthæus, & Marcus referunt. Aderat enim homo ille stās in medio omniū, dum Christus hæc omnia loqueretur. In commentarijs autem in Ioannem diximus multa de Sabbato, & eius obseruātia, ideirco ab hac tractatione abstinemus. Quod vero ad verba præposita spectat, Chrysostomus hom. 41. in Matth. existimat Christum circunspexisse illos, vt aspectu suo ad misericordiam erga hominem illos prouocaret. Euthymius autem dicit circunspexisse, vt eos confunderet, accommodatius in commentario videtur dictum, vt ad respondendum excitaret, ac prouocaret, vt fieri solet.

Dixit homini, extende manum tuam.

COMMENTARIA.

POstquā eos veritatis cōuicit, ostendēs licere Sabbatis curare, diuinitatis suę exercuit virtutē, & verbo manū aridā sanauit. Extēde, inquit, manum tuam, quam ante ptæ ariditate extendere nō poteras. dum extendi manum imperat, ipso imperio manui virtutē tribuit, eam sanans, vt extendi valeat, & simul sanitatē collatam ipsa extensione manifestari iubet; extensa enim manus argumentum erat omnibus videntibus sanitatis receptę.

Et extendit.

COMMENTARIA.

EFfectus virtutis verbi Christi ostendit; ille enim extendit, ipsa extensione declarans, manum esse sanatam; nisi enim ab ariditate liberata esset, extendi non posset. simile factū est cum paralytico, qui surgere, & lectum portare iussus ipso imperio sanatus est; sanitate autē recepta surrexit, & lectum portauit, quæ sanitatis receptę indicia, & argumenta manifesta erāt. In nonnullis exemplaribus etiam Græcis legitur loco (extendit) sic (Ille autem fecit ita) sensus idē est in vtraq; lectione.

Et restituta est manus eius.

COMMENTARIA.

VErbum est Euangelistæ de miraculo testimonium reddentis: manus, inquit, restituta est imperauit Christus. restituta autem manus dicitur, non quod prius manum ille homo non haberet; sed quod in sanitatem reuocata, ac sit effecta sana.

ANNOTATIO XIV.

IN nonnullis Latinis, & Græcis exemplaribus additur verbum, nempe restituta est manus eius sana sicut altera, & ita etiā habetur Græce apud Matthæū, & Marcū; vetus tñ interpres apud Matthæū vertit (restituta est manus sanitati, sicut altera) apud Marcum vero (restituta est ei manus) apud Lucam aūt (restituta est manus eius.) Sensus in omnib. idem est. Euthymius Matth. 12. Spiritualiter interpretās, gestat, inquit, manum dexteram aridam, quisquis dexteram operationem non exercet, dico sane, virtutem. Ambrosius vero pluribus verbis eundē sensum prosequens, ait: Audisti Domini verba dicētis: extende manum tuam, communis illa, generalisq; illa medicina est, & tu qui putas te manū habere sanam, caue ne auaritia, caue ne sacrilegio contrahatur. Extende sæpius eam; extende ad illū pauperem, qui te obsecrat, extende, vt proximum iuues, vt viduæ præsidium feras; eripias iniuriæ, quem vides iniustæ contumeliæ subiacere; extende ad Deum pro peccatis tuis. sic manus extēditur, sic sanatur, sic Hieroboā manum, cum idolis sacrificaret, cōtraxit, & cursos, cum Deum rogaret, extendit. Hæc Ambrosius.

Ipsi autem repleti sunt insipientia.

COMMENTARIA.

TOt ac tam manifestis veritatis argumentis miraculo confirmatis, non solum veritati ipsi non acquieuerunt

tierunt, sed etiam in errore suo persecutantes peiora tentarunt contra Christum, veritatis ipsius Doctorem. ideirco dicuntur repleri insipientia, seu amentia; sine mēte enim esse videntur, qui tam manifestā veritatem non perceperunt, immo cæcitate effecti cæcitati iniquitatem verbi, & operis adiunxerunt, vt sequens sententia continet. insipientia Græce ἄνοια, idest, amentia, seu mentis, & intellectus priuatio.

Et colloquebantur ad inuicem, quid nam facerent Iesu.

COMMENTARIA.

NOn ita solos interiores limites amentia, seu insipientia hęc se continuit, sed exterius etiam se prodidit; conspiraunt enim inter se contra Dominum, colloquentes, & studiose inuicem stigantes, quo modo ei nocerent, & quid mali ipsi inferrent, tanta est inuidię, & odij vis, vt non tantum mentem etiā veritate propositā, obscuret, sed etiam voluntatem in verba, & opera iniqua propellat.

ANNOTATIO XV.

Pharisæorum amētia manifestatur sit.

MAtthæus cap. 3. hanc sententiam magis explicat: sic enim habet: exeuntes Pharisæi consiliū faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum. Marcus autem cap. 3. explicatius inquit: Exeuntes Pharisæi statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderent, id est, consilium occidendi eum inierunt. sic enim interpretatur Athanasius in Apologia de fuga sua. in his idem est sensus, nec vlla dissonantia cum verbis Lucæ. Addit autem Marcus Iesum tunc fecessisse ad mare, & multam turbam cum eo, quæ erat à Galilæa, & Iudæa, & à Hierosolymis, & Idumæa. Matthæus aūt dicit Iesum scientem illorum nequam consilium fecessisse inde, multosq; eum secutos esse, eosq; curasse, & ipsis præcepisse, ne manifestū eum facerent; quo testimonio vtitur Athanasius loco proximè citato, vt probet licere in persecutione fugere, & hostiū furorem vitare. Lucas vero hæc alia prætermittens, vocationē discipulorū ad Apostolatū narrat, vt in sequentib. sententijs explicabitur.

Factum est autem in illis diebus, exijt in montem orare.

COMMENTARIA.

COnsilium horum Christus sciēs, secessit à loco illo, turba multa ex variis locis confluente, de qua multos infirmos curauit, vt refert Matth. c. 12. alios à dæmone obsessos liberauit, vt narrat Marcus cap. 3. Illis ergo tūc diebus factum est, vt semel iā nocte propinquante, relicta turba in montem se reciperet orandi causa. Dieb. enim cū turbis erat prædicans, & miracula faciens, noctibus vero secretiora loca turbis relictis cū discipulis sæpe solus adibat, vt orationi vacaret. Hoc nunc factū est. Vnde rectè Gregorius lib. 28. mor. c. 6. hæc verba exponens, inquit: Cum in vroe miracula faceret, & in monte orando continue pernoctaret, exemplum suis fidelibus præbuit, vt nec contēplationis studio proximorū curam negligat, nec rursus cura proximorum immoderatius obligati contemplationis studia derelinquāt, quatenus nec amorem Dei præpedat amor proximi, nec amorem proximi, quia trāscendit, abijciat amor Dei. Hęc ille.

Et erat pernoctans in oratione Dei.

COMMENTARIA.

NOn obiter Deum orat, sed in oratione Dei pernoctat, id est, tota nocte Deum deprecatur. Electurus. n. mane Apostolos, integra nocte Christus homo Patrem orat pro eis, vt tales efficiantur, quales tāto muneri subeundo debebant, exēplumq; præbeat ijs, q Ecclesiastica munera distribuūt, vt ad Deum prius oratione recurrāt.

ANNOTATIO XVI.

Quibus de causis Christus orauerit.

CYprianus de orat. Dominica, causam huius orationis vnam affert, sic inquiens: Non verbis tātum, sed & factis Dominum

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus orare nos docuit, ipse totam frequenter, & deprecans, quid facere nos oporteret, exempli sui contestatione demonstrat, sicut scriptum est: Exiuit in montem orare, & fuit pernoctans in oratione Dei. Quod si ille orabat, qui sine peccato erat, quanto magis peccatores oportet orare? Et si ille per totam noctem iugiter vigilans continuis precibus orabat, quanto nos magis in frequentanda oratione debemus nocte vigilare? Orabat autem Dominus non pro se; quid enim pro se innocens peccaretur? sed pro delictis nostris. Hæc ille. Ambrosius autem ser. 20. in Psal. 118. vers. 4. hanc & aliam causam huius orationis profert. Verba Ambrosij sunt hæc: Inuenio in Euangelio, quod Dominus Iesus multorum affectus, & officia susceperit, vt doceret, quo modo nos in his conuersari oporteret: officij susceperit personam pastoris, & ait: Pastor bonus animam suam ponit pro ouib, suis. Susceperit aduocati personam, & pernoctabat in oratione pro nobis, vt nos suo informaret exemplo, quemadmodum veniam nostris debeamus exorare peccatis. Nō enim ideo pernoctauit, quasi qui aliter Patrē nobis reconciliare nō posset, sed vt qualis aduocatus esse debeat demonstraret, qualis sacerdos, vt nō solum diebus, sed etiam noctibus pro grege Christi debeat precator assistere. An impetrandi egebat auxilio, qui facere ipse poterat, quod rogabat? Hęc, & alia Ambrosius. Hæ duæ causæ verę sūt, tamen generales; huius autē orationis propria causa est, quam in commentario explicuimus, nempe pro Apostolis paulo post eligendis orasse. Sicut enim discessurus ad Patrem, & illos in mundo relicturus orauit pro eisdem etiam nunc electurus eos, & ad Apostolatū vocaturus pro eis preces fudit, vt Patri essent accepti, & tanto munere digni fierent; maximum enim opus erat Apostolorū electio. Aduerte autem, quamuis Christus non quidē vt Deus, sed vt homo orasset, non tn indiguisse oratione: quippe qui ex vnione hypostatica, quia filius Dei erat, perfectam impetrādi rationem, & meritū habuerit: vsus tamen est oratione, ieiunijs, alijsq; actib. similibus, vt pluribus modis impetraret, quod sibi iure vnitæ diuinitatis debebatur, omnibusq; vijs Patri placeret, nostramq; salutem mereretur, quamuis ergo nunc sciret, qui electi erant à Patre in Apostolatū, & quales futuri, & sola voluntate impetrare eis posset omnē sufficientiā, orare tamen voluit, & oratione ipsa quasi nouo modo impetrare, quod iā antea meruerat incarnatione ipsa; quo facto dedit et nobis exemplum, vt ijs, quæ in Dei obsequium facturi sumus, orationē præmittamus, maxime autē hæc præmitti debet abijs, quibus incumbit ministros Ecclesijs præficere, vt diximus in commentario, idque congruentib. rationibus. Primo quidē, quia cum non in eligentium proprijs, sed in Dei mysterijs ministri eligantur, cōsulendus est Deus ipse, & rogandus, vt suggerat eis, qui eligunt illos, qui sibi grati sunt, & digni iudicantur, ob id namq; dicitur pernoctasse in oratione Dei, vt significaret in electionibus ministrorum Ecclesiæ non attendi debere placere hominibus, sed Deo, cuius ministri futuri sunt. Secundo, quia cum ex ministris graue damnum, aut emolumentum magnum fidelibus proueniat, incertumq; sit & fallax humanum iudicium; orare oportet Deum, cui omnium corda sunt manifesta, & quæ futura, præsentia, vt sua inspiratione animos eligentium illustret ad digniores, & aptiores, vtiliores q; ministros instituendos.

Et cum dies factus esset.

COMMENTARIA.

Dei tempus expectauit ad Apostolos eligendos, significans non legis illius, sed Euangelij ministros futuros; legis.n. tempus nocti, Euangelij vero diei cōparatur, vt Paulus Rom. 13. docet: Nox, inquit, præcessit; dies autē appropinquauit: nam quæ lege cōtinebantur mysteria, vmbræ erant eorum, quæ per Euangelium manifestantur.

ANNOTATIO XVII.

Præter id, quod in commentario notauimus, est etiam alterum, quod Dominus significauit, nempe neminem esse eligendum in prælatum, aut ministrū Ecclesiæ, nisi probatū, & cognitum, sicut in die corpora, quę nocte occultabātur, discernuntur, quod Leo epist. 85. ad Episcopos Africanos, tradit, explicans illud 1. Tim. 5. Nemini cito manus imposueris: Cito, inquit, manus imponere est ante ætatem maturitatis, ante tēpus examinis, ante meritū laboris, ante experientiā disciplinæ sacerdotalē dignitatem conferre nō probatis. Chrysostomus lib. 4. de sacerdotio, verba habet notanda: Neque, inquit, eos, qui elegerint, subleuare quicquam poterit, si dixerint ignorasse se eum, quem elegere; verum vel hoc ipso crimen grauius efficitur, quod quem ignorauere, perduxerint; ac certe quæ illis videtur excusatio, accusationem auget. Nam quomodo id absurdum non sit, eos, qui mancipium aliquod empturi sunt, id tum medicis ostendere, tum emptionis sponsores postulare, tum vicinos interrogare; at ne tunc quidē adhuc considere, quinimmo, & diuturnum aliquod tempus poscere, intra quod probare illud possint; eos vero, qui quempiam ad Episcopale munus huiusmodi coaptaturi sunt, sicut placitum sit, ad aliorum, vel gratiam, vel inuidiam, testimonijs suum accommodare, ita eum tenere, ac vt casus tulerit adlegere, nulla prorsus alia discussione facta? Hæc ille. Sunt multa huiusmodi Patrum testimonia, quæ in re manifesta non est necesse cumulare.

Qui sūt in ministros Ecclesiæ eligendi.

Vocauit Discipulos suos.

COMMENTARIA.

Discipulos vocat, significans nemi nē se ingerere dēre ad huiusmodi plationes, et Ecclesiasticas ministeria, dicente Paulo Hebr. 5. Nec quisquam sibi honorē assumit, nisi qui vocatur à Deo: qui.n. hæc procurant, eo ipso se indignos ostendūt, ac ab eis repelli debent. Recte igitur Bernardus lib. 4. de consideratione dixit; Non volētes, neq; currentes assumito, sed cōstantes, & renuētes. Hos et coge, & cōpelle intrare.

ANNOTATIO XVIII.

Reprehensibiles sunt qui non vocati ad Ecclesiasticas dignitates ingerūt.

Marcus cap. 3. Vocauit, inquit, ad se, quos voluit ipse, quibus verbis significat auctoritatem diuinam, qua Apostolos creauit. Vocauit autem ad montem, vt altitudinem ministerij, ad quod eligebantur, indicaret. Attende autem sacros Canones, & ciuiles leges eos, qui non vocati se propria voluntate in huiusmodi officia, Ecclesiasticasq; dignitates ingerunt, maximè reprehendere, & indignos reputare. extat Canon. d. 61. cap. miratur. ex Leone Epist. 85. vbi sic habetur; Principatus, quem seditio extorsit, aut ambitio occupauit, quamuis moribus, & actibus non offendant, ipsius sui tamen initio est pernicios⁹ exemplo, & difficile est bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Extat etiam cap. Per vestras. de iur. patron. ex Innocentio, vbi instituit, ne Patronus, etiam si Clericus possit se præsentare, quia valde indignum est in huiusmodi officijs instituti non vocatos. Præterea leg. Si quęquam C. de Epis. & Clericis: Quæratur, inquit, quis fiat, profecto, inquit, indignus est Sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus, quod etiā habetur can. Sicut is, 1. q. 6. His illud adiungendum est, non semper vocanti esse acquiescendum, quando vocatus agnoscit se muneri, ad quod vocatur ineptum. Quod optime Chrysost. lib. 4. de Sacerdotio docent, dicens: Docere arbitror, vel si te eo sex centi vocent, atque adeo cogant, non illos spectare verum animi tui dotes prius examinare, vitęq; tuas omnes exactè perscrutari, atque ita demum cogentibus cedere. Nam domū aliquam ædificaturum pollicem se nemo audet, qui idem Architectus nō sit; neque ægrotantia contingere corpora quispiam aggreditur, qui medicinam non didicerit; quinimmo vel pluribus vim afferentibus deprecabitur, neque eum suæ pudebit ignorantiæ. cui autem tā multarum animarum cura credenda est, is non prius seipsum examinabit, quin potius, vel imperitissimus omnium munus ipsum suscipiet, postquam vel ille iubet, vel ille cogit, atq; adeo vt, ne illum offendat? Hæc Chrysostomus. Gregorius etiam prima parte pastor. cap. 11. sic inquit: Solerter ergo se quisque metiatur, ne locum regiminis assumere audeat, si in se adhuc vitium damnabiliter regnat, ne is, quem ei mē deprauæ proprium, intercessor fieri appetat pro culpis aliorū. Hæc ille. Sunt autem ista intelligenda, respectu vocātium hominum; Deo.n. vocanti acquiescēdum est, qui quos vocat et ineptos, aptos pōt facere, quamuis præ humilitate Moyses, & Hieremias Deo vocanti reluctati sunt, donec voluntatem eius absolutam agnouerūt, licet Basil. serm. 2. de baptismo cap. 11. nec Moysem nec Ionam recusantes à culpa excusset. Ego, inquit, scio, quod neq; Moyses sanctus ille, neq; Ionas Prophera ratiocinationibus suis ad recusandam obedientiam vsi inculpabiles manserunt apud Deum.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et elegit duodecim ex ipsis.

COMMENTARIA.

NOn omnes, quos vocauit discipulos, sed ex eis duodecim elegit, & Apostolos creauit. Maior enim erat numerus discipulorũ, qui Christum insequebantur, & doctrinam eius accipiebãt, quam Apostolorum, quos voluit primũ indiuiduos secum habere comites; quibus potestas prædicandi Euangelium, miracula faciendi, dæmones fugandi, & Ecclesiam gubernandi, post electionem data fuit. Duodecim autẽ eliguntur, quia sicut populus Dei etiã ex gentibus colligendi, per duodecim tribus designatus est; ita duodecim electi sunt, qui essent primi auctores congregandi verum Israel, id est, omnes Dei filios qui vbique erant.

ANNOTATIO XIX.

MArcus cap. 3. Fecit, inquit, vt essent duodecim cum illo, id est, quasi comites indiuidui sibi adhærentes continuo. Nonnulla autẽ sunt aduertẽda. Primo quidem Apostoli de discipulorũ numero assumuntur, non enim decebat magistros fieri, qui non erant ante discipuli; nec Christi doctrinam aptus est docere, qui eã prius non didicerit; doctus enim esse debet is, qui in prælatũ est eligendus. Vnde Hiero. Eph. 4. Recte, inquit, in Ecclesijs quamuis sanctus sit, Pastoris sibi nomen assumere nemo debet, nisi possit docere, quos pascit.

Secundo, non omnes discipuli ad Apostolatũ vocantur, vt significetur, nec doctrinam sanctitati coniunctã sufficere, nisi sit prudẽtia, & aptitudo ad alios gubernandũ; nõ enim omnis bonus, & doctus idoneus est ad filiorũ gerendam curam: nec omnes contemplationi dediti, sunt actioni, quæ in Prælato necessaria est, apti. Vnde Paulus 1. Thim. 3. præter virtutes multas, & doctrinam, quibus prædium esse debere Prælatum Ecclesiæ docet, addidit prudentiam, & vt domui sitæ præesse sciret, de qua prudentia ipse Dominus Luc. 12. dicit: Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quẽ constituit Dñs super familiam suam? De eadẽ etiam Chrysost. lib. 6. de Sacerdotio, sic inquit: Nec solũ purum, mundumq; Sacerdotem esse oportet, vt qui tali ministerio dignus habitus sit, sed etiam in primis prudentem, atque adeo multarum rerum experiẽtia instructum, & ornatum, in tantum, vt sæcularia, mundanaque omnia nihilominus noscat, quam norunt ij, qui in media hominum turba versantur, rursus rerum omnium humanarũ securior vitat, quam monachi ij, qui montes ipsos habitandos occuparunt. Nam cum illum necesse sit eorum hominum consuetudine, & congressione vti, qui & vxores habent, & liberos alunt, & seruos possident; quique & diuites admodum sunt, & publica negotiantur, & potentia pollent, certe eum varium esse conuenit. Hæc ille.

Tertio multos simul vocat, & quosdam ex eis eligit, significans non satis esse, si eligãtur in Prælatos, qui digni, & idonei sunt, sed necesse esse, vt ij assumantur, qui inter cæteros digniores, & magis idonei gubernationi sunt. Quod Origenes hom. 6. in Leuiticum, recte verba cap. octaui ponderans notauit, dicens: Licet Dominus de constituendo principe præcepisset, & Dominus elegisset, tamen conuocatur etiam synagoga; requiritur enim in ordinãdo sacerdote, & præsentia populi, vt sciant omnes, & certi sint, quia qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium, & hoc adstante populo, ne qua postmodum retractatio cuiquam, ne quis scrupulus resideret. Hæc Origenes.

Duodenarius Apostolorũ numerus multis figuris veteris testamenti præsignatus est.

Quarto duodenarius Apostolorũ numerus multis figuris veteris testamenti præsignatus est, nempe duodecim filijs Iacob; duodecim principib. Israel; duodecim fontibus inuentis in Helim; duodecim adolescentibus offerentibus hostias pacificas, & holocausta post legem Domini lectam; duodecim lapidibus in rationali Aaron; duodecim panibus propositionis; duodecim exploratoribus missis à Moyse; duodecim lapidibus sublatis à Iordane, ex quibus factum est altare 3. Reg. 18. duodecim bobus, qui sustinebant Mare æneum; duodecim Iudicibus, qui post Iosue iudicarunt populum. In nouo etiam testamento significati sunt duodecim stellæ in corona sponsæ; duodecim fundamentis, & duodecim portis nouæ Hierusalem, quæ in spiritu vidit Ioannes.

Quos,

Quos, & Apostolos nominauit.

COMMENTARIA.

QVos inter discipulos ad peculiare munus elegit, eos etiam nomine distinxit, & ab officio vocabulo sumpto appellauit Apostolos, quasi nuncios missos ab eo per orbem, euangelizaturos, & annunciaturos Euangelium salutis, & redemptionis; vt enim mũdus intelligeret illos non à se, nec propria auctoritate talia, ac tanta prædicare, sed tamquam à Deo missos, cuius testimonium mirandis operibus ferebant, idcirco Apostoli dicti sunt, quasi missi, iuxta illud ad Roman. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?

ANNOTATIO XX.

Apostoli gd.

APostolus, Græcum nomẽ est, idem significans, vt dicit August. tract. 54. in Ioan. quod Latine missus. Non autem omnis nuncius ab aliquo missus dicitur Græcè Apostolus, sed qui ote negocij agit, quod accepit in mandatis, qualem Latini Oratorem, vel legatum uocant. Ex hac autẽ Domini impositione nomen Apostoli factum est nomen dignitatis, officij, & potestatis, sicut nomen Episcopi, q. à speculando accipitur, nomen est dignitatis, unde Apostoli non nuncij solũ erant ueritatis, sed & potestatem dirigendi, & gubernandi habebant.

Simeonem, quẽ cognominauit Petrũ.

COMMENTARIA.

CAtalogũ Apostolorũ refert Euangelista, & à Petro incipit, quia omnium Apostolorum primus erat, non tempore, sed dignitate, quia Christi vicarius, & Ecclesiæ caput, quem Christus non nunc, quando Apostolus effectus est, sed postea Petrũ cognominauit, qñ egressus in partes Cæsareæ interrogauit discipulos, quem dicerẽt homines esse filiũ hominis; respõdẽ aũt Petro; Tu es Christus filius Dei viui, dixit: Tu es Petrus. Nõ ergo Euangelista significat nunc Petrum cognominatum, sed ad tempus, quãdo hęc scribebat, respiciens scripsit, quem cognominauit Petrũ. Rectè autem cognominatũ dicit, quia permansit nomen Simonis, & ei additum est cognomen: nã Simon Petrus vocatus est, vt habetur Ioann. 13.

Et Andreã fratrem eius, Iacobum, & Ioannem; Philippum, & Bartholomæum; Matthæum, & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem, qui vocatur Zelotes; Iudam Iacobi,

COMMENTARIA.

QVamuis Andreas prius Petro venerit ad Christum, simulque cũ fratre ad Christi disciplinam è naui sit vocatus, in enarratione tamen hac Petro postponitur, vt Petri primatus significetur: bini autem computantur media coniunctione, Petrus quidem, & Andreas simul vocati sunt, similiter Iacobus, & Ioannes; cæteri vero, vtidẽ dicendi ordo seruetur.

ANNOTATIO XXI.

Cur in recẽsendis Apostolis Petrus primus semper ab Euãgelistis nominetur, cum alijs variẽtur ordo.

MAtthæus c. 10. & Marcus c. 3. catalogum Apostolorum hunc describũt, & in descriptione quędam varietas, quæ vtitati rei non aduersatur, reperitur. omnes quidem primo loco Petrum nominant, vt eius primatũ ostendant, in cęteris vero narrandis varij sunt, nec eundem seruant ordinem, quod eo factum existimo, vt Petri primatum magis significet; cum enim in alijs narrandis quãdã hos, quidam illos præponãt, solus ab omnib. Petrus præponit, vt inter cęteros nullam fuisse præeminentiã indicent, qui pares in Apostolatu fuerunt: Petrus autẽ inter omnes primatus dignitate eminuit. Matthęus præterea Iacobum Zebedæi, & Ioannem, fratrem eius distinctius scripsit. Marcus adiunxit (& imposuit illis noĩs boanerges) quod est, (filij tonitrui.) Præterea Matthæus scripsit (Matthęũ publicanũ) Thadæum quẽ Lucas appellat Iudã Iacobi. Hieronymus Matth. 10. notat trinomiũ fuisse, vocatumque etiam Lebęum. Rursus Matthæus, & Marcus appellarunt Simonẽ Cananęũ, qui à Cana Galilęæ. Lucas aũt addit, qui vocatur Zelotes, quod nomẽ est Græcum, idẽ significans, q. Hebraice Cananęus, Cana. m. æmulus interpretatur;

Universidad de Deusto
Biblioteca

fient etiam Thomas dictus est Didymus; quod .n. Græce Didymus idē Hebraice significat Thomas, id est gemellū, qui vnà cū altero ex vtero nascitur, vt diximus in cōmentarijs in Ioan. c. 20. Annot. 23. Quidā notant Iacobū Alphei, Simonē Zelotē, & Iudā Iacobi fuisse fratres, quia non computantur bini, sicut cæteri, sed singulis apponitur cōiunctio: Hoc in argumentū efficax non est: nā Græce etiā bini cōputātur, nec habetur coniunctio ante Iudā Iacobi. quod si haberetur, adhuc argumētum non procederet: nam indo sequeretur Iudā Iscariotem fuisse etiam illorum fratrem, quia illis media coniunctione adnumerantur.

Et Iudam Iscariotē, qui fuit proditor.

COMMENTARIA.

Iudas unde Iscariotes dictus.

OMnes tres Euangelistæ vltimo loco Iudam Iscariotē referunt, concordantēq; in Petro, vt illius primatū, & huius scelus, ac casum indicent.

ANNOTATIO XXIII.

Hieronymus Matt. 10. nomen Iscariotis interpretans, sic inquit: Vel à vico, vel ab vrbe, in qua natus est, vel à Tribu Issachar, vocabulū sumpsit, vt quodam vaticinio in cōdemnationē sui sit natus: nā Issachar interpretatur merces, vt significet pretium proditoris. Hæc ille. Matthæus, & Marcus dixerūt: Iudā, qui & tradidit illum. Actorū 1. dī Iudas, qui fuit dux eorū, qui cōprehenderunt Iesum: nā vendidit Christum, & militib. cōprehendere venientibus prodidit, & osculi signo tradidit. Ioan. 6. dī Iudas Simonis Iscariotes. Simonis quidē, quia filius Simonis non qđ vocaretur Simon, sicut Petrus vocatus est, sed Iudas Simonis, quia eius filius. Interrogant quidā, an Iudas hic, quo tēpore electus est cū alijs in Apostolū, bonus, & iustus fuerit? cui interrogationis satisfecimus in cōmētarijs in Ioan. c. 6. Annot. 36. Iterum autē quispiam interrogabit, cur saltem elegit eum, quem proditorem futurum certissime nouerat; cui etiam interrogationi respondimus in eisdem commentarijs cap. 13. Annot. 20.

Cur Iudā Christ⁹ elegerit, quē futurū nouerat ꝓdicrē.

Hunc autem respōsioni adiungimus nūc, quæ Ambrosius in præsenti loco scribit. Eligitur, inquit: & Iudas, non per imprudentiam, sed per prouidentiam. Quanta est veritas, quam nec aduersarius minister infirmat. Quanta moralitas Domini, qui pericilitari magis apud nos iudicium suum, quam affectū maluit. Susceperat enim hominis fragilitatem, & ideo nec has partes recusauit infirmitatis humanæ, voluit deseri, voluit, prodi voluit ab Apostolo suo tradi, vt tu si à socio desertus, si à socio proditus fueris, moderatē feras tuum errasse iudicū, perijsse beneficium. Hec Ambro. Quibus verbis quatuor causas significat. Prima est, vt Christus suæ veritatis, & doctrinæ firmitatem ostenderet, quæ tanta est, vt etiam si vn⁹ ex duodecim Apostolis defecerit, nō propterea minus digna creditu effecta sit. Secunda, vt Charitatis suæ amplitudinem indicaret, quæ talis, ac tanta fuit erga homines, vt quem malum futurum nouerat, elegerit in Apostolum; & quod ex se erat, vt saluus ille fieret, non prætermitteret; & maluit iudicium suum periclitari, quàm effectū, id est, elegit potius ab hominib. stultis reputari se nescisse Iudam futurū malum, quàm se non dilexisse illum, eiusque salute procurasse. Tertia est, vt qui infirmitatem nostram susceperat, ea etiā, quę maxime sunt infirmitatis, non respueret, nempe diseri, prodi, ab ipso sibi coniunctissimo tradi. Quarta est, vt tali nos exemplo ad patientiā instrueret, vt si à socijs traditi fuerimus, patienter feramus tria hæc, nempe, & qđ erraturimus in eligēdis socijs: & quod beneficia, quę in eos contulimus, perdiderimus: & quod tradimur. Hæc ex Ambrosij verbis deduximus. Addimus etiam, quę Augustinus lib. 18. Ciui. c. 49. scripsit: Elegit, inquit, Discipulos, quos & Apostolos nominauit, humiliter natos, inhonoratos, illiteratos: vt quidquid magnū essent, & facerent, ipse in eis esset, & faceret. Habuit ĩter eos vnū, quo malo vtens bene, & suæ passioni dispositum impleret, & Ecclesiæ suæ tolerandorum malorū præberet exemplū. Hęc ille. Quib. in verbis duas habet causas, vna est, vt Christus Iude malitia bene vteretur, implendo, quę passionis pro hominum salute erant à Deo disposita: altera est, vt exēplū præberet Ecclesiæ malos tolerandi in hoc sęculo, à quib. purgari omnino non pōt, dū peregrinatur, donec iudicio vltimo segena ad litt⁹ tracta, separent pisces boni à malis.

Et descendens cum illis, stetit in loco campestri.

COMMENTARIA.

DEscendit Christus post electionē factam de monte, vna cū electis Apostolis, & Discipulis cęteris, ex quibus elegerat duodecim; cumq; descendisset de monte, sterit in loco quodam campestri, id est, in planitie, quæ ad pedem montis erat sita.

ANNOTATIO XXIIII.

Quomodo Matthæus et Lucas in prima sententia conueniant.

AVgustinus lib. 2. de consen. Euang. cap. 19. duob. modis interpretatur locum hūc campestrem, vno modo pro planitie, quæ est ad montis pedem, ad quam Christus mōte relicto descendit: altero modo pro planitie, seu æqualitate quadam in latere montis, ad quam Christus è celsitudine, & cacumine montis descendit, adhuc tamen in ipso monte erat. Hac distinctione vtitur Augustinus, vt cōcordet Matthæū cum Luca, ille enim ait Christum cū suis Discipulis in montem ascendisse, ibique sedisse, & sedentem os aperuisse, & sermonem illum celebrem protulisse. Lucas vero sermonem habuisse refert, postquā de monte descendit cū Discipulis, & turbæ ei stanti accesserunt. Hanc apparentem discordiam Augustinus soluit dupliciter, primo quidem asserendo distinctos fuisse sermones, licet vterque eodem modo concludatur, & in multis vnus alteri sit similis; iuxta quem modum sic gesta est historia. Christus cum Discipulis ascendit in montis cacumen, ibiq; ex illis duodecim elegit Apostolos, & sedens aperuit os suum, & docebat eos, habuitq; sermonē, quem Matthęus scripsit, Lucas vero prætermisit, quo cōpleto admiratas turbas refert Matthęus. vocat. n. turbam, multitudinem Discipulorū, ex quib. electi sunt duodecim, quib. completis descendit è monte ad planitiem, quę est ad pedem, coq; accessit turba cætera eorum, qui venerant, vt audirent eū, & sanarentur. tuncq; habuit sermonem, quē Lucas describit, & quę turbæ hæ etiam mirate sunt. Iuxta hanc historiam locū cāpestrem interpretatur Augustinus planitiem, quæ est ad pedem montis, sicq; nulla discordia est. Secundo modo soluit difficultatem, asserendo vnum, & eundem sermonem fuisse, quem Matthæus, & Lucas describunt, licet Lucas nonnulla prætermisit, tuncque historia sic gesta est, Christus enim primo ascendit in mōtis cacumen, & in oratione pernoctans, die festo elegit duodecim Apostolos, deinde ad planitiem quandam eiusdem montis descendit cum Discipulis, eoq; accesserunt turbæ, tuncque sedit, & aperuit os suum, habuitque sermonem, quem vterq; Euangelista narrat. Matthęus ergo prætermittens Apostolorum electionem, & Christi orationem, narrauit tātum ascendisse in montem, ibiq; sedisse, & docuisse; Lucas vero, quia huius orationis meminit, & electionis factæ in montis cacumine, retulit Christum descendisse in montis partem quandam planam, & cāpestrem, postq; descendit omnino de monte, & venit Capharnaum, factaque sunt alia, quæ Matthæus ēs narrat. Iuxta hanc historiam locum campestrem interpretatur Augustinus non planitiē, quę est ad mōtis pedem, sed quæ est in mōte ipso ad latus eius. Hęc sunt quæ ibi Augustinus tradit, vt Matthęum cum Luca conciliet. Vera autem harum concordia tenenda sit, Augustinus non determinauit, quia altera alteri probabilior ei visa non est. Chrysostomus hom. 15. in Matth. eundē esse sermonē hunc Luæ cum illo, quem Matthæus narrat, sentire videtur, in monteq; esse factum. Basilius vero lib. de Baptismo distinctum esse vtrumq; sermonē, & hunc Lucæ alio tēpore, ac loco post illum fuisse factum censet. Irenæus lib. 3. ca. 14. sensisse videtur, vnum hunc sermonem fuisse cum illo Matthæi: nam asserit illam sententiam de diuitibus (Væ vobis diuitibus &c.) à solo Luca descriptam: censet ergo cætera esse eadem cum ijs, quæ a Matthæo narrantur. Quidam verò recentiores vnum, & eundē sermonem existimant ab vtroq; Euangelista relatū, factumq; esse post descensum Christi à monte, vt Lucas refert, ita vt Christus in monte elegerit Apostolos, posteaque descendit cum eis, cęterisque discipulis; turbis autem ascendentibus integrum habuerit sermonem. At quia hoc Matthæi verbis contradicere videbatur, sic enim habet (ascendit in montem, & cum sedisset, aperuit os suum, & docebat eos); respondent hunc ascensum, & sessionem fuisse ad eligendum Apostolos, Matthęum vero, quia eam omisit electionem narrare, continuauit sermonem, qui factus est post descensum à monte, ad quem prius ascenderat.

Auctoris sentētia de Luca & Matthęi concordia.

In hac parte mihi probabiliora videntur, quę sequuntur, primo quidem, Christum

Universidad de Deusto
Biblioteca

in monte habuisse sermonem, quem Matthæus refert, vlla probabilitate negari non potest. Hoc est contra recentiorum sententiam, qui existimant totum illum sermonem eundem esse cum eo, quem narrat Lucas, & habitum fuisse, postquam Christus à monte descendit ad Discipulos, & turbas simul. Huic sententiæ verba Matthæi aduersantur: ascendit, inquit, in montem, & cum sedisset, aperuit os suum, & docebat eos. Igitur in monte, & sedens sermonem illum habuit. Quod autem recentiores respondent, illud (aperuit os suum & docebat) referendum esse ad id, postquam electis Apostolis descendit de monte, minus est violentum; non enim aliis verbis potuit Euangelista significare ad Discipulos in monte solentem habuisse sermonem, quam illis (ascendit in montem, & cum sedisset, aperuit os suum, & docebat.) tunc ergo cum sedit in monte, aperuit os, & docuit. Accedat communis Patrum consensus. Basilius lib. de Baptismo: Dominus, inquit, cum ascendisset in montem, & doctrinæ suæ per beatitudinum catalogum initium faceret, primam beatitudinem eam esse prædicauit, quæ regnum habet cœlorum, dixit enim: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum. Hæcille. Vides ergo in sublimiori loco, scilicet monte beatitudinum oracula Christum Discipulis tradidisse. Hilarius can. 4. in Matthæum in eadem est sententia: sic enim habet: Congregatis pluribus tribus montem conscendit, & docet, in Paternæ scilicet Maiestatis positus celsitudine cœlestis vitæ præcepta constituit. Hæcille. Vbi non solum in monte habitum sermonem docet, sed etiam quid per montem Christus significaret. Augustinus etiam duos inscripsit libros de sermone Domini in monte, & lib. 2. de consensu Euangelistarum cap. 19. quod in principio allegauimus, ita existimauit sermonem habitum fuisse in monte, vt aut distinctos esse sermones Matthæi, & Lucæ, aut locum campestrem partem montis fuisse consuerit. In eadem sententia sunt Chrysostomus hom. 15. in Matth. & Gregorius lib. 14. Moralium cap. 20. & hom. 12. in Ezechiel: qui in monte sermonem habitum affirmat. Addunt etiam Hilarius, & Chrysostomus non solum sermonem à Matthæo relatum ad Discipulos esse habitum, sed etiam ad turbas, quę cum Christo in montem ascenderunt, & quæ completo sermone miratæ dicuntur doctrinam Christi. firmũ ergo esse debet in monte sermonem Matthæi habitum esse.

Secundo sermonem à Matthæo, & Luca relatum eundem non esse, sed alium, alioque tempore factum probabilius existimo cum Basilio, idque probant, tum sententiæ ipsæ, quarum multæ sunt longe aliter ab ijs, quas refert Matthæus, vt in earum explicatione ostendemus: tum locus, quia ille in monte, hic in loco campestri habitus est. Quæ duo argumenta efficiunt hanc sententiam verisimiliorem, vt pote, quæ accommodatior est contextui. sic igitur rei series, & historia se habet. Primo quidem in montem ascendit, vbi sedens habuit sermonem, quem Matthæus refert: a monte autem descendens leprosum curauit, cuius Lucas cap. 5. meminit; nec statim intrauit in Capharnaum, sed aliquot post dies, in quibus facta sunt, quę Lucas narrat de electione Apostolorum, & de sermone in campestri loco, & tunc intrauit in Capharnaum, vbi Centurionis puerum sanauit. Matthæus autem hæc prætermittens ingressum in Capharnaum retulit post mundatum leprosum. sicque omnia conueniunt, nec est opus fingere duos Centuriones, distinctasque facere historias, vt quidam volunt, de qua re inferius diximus. Hæc Matthæus ipse indicauit, narrato enim miraculo leprosi, non dixit statim ingressum Capharnaum, sed his verbis est visus (cum autem introisset Capharnaum) ad sanandum Centurionis puerum. Nec obstat vtrumq; sermonem turbas esse miratas, nam vt Hilarius, & Chrysostomus affirmant, vtrique sermoni turbæ interfuerunt. De sermone quidem apud Lucam certa res est, de sermone apud Matthęum idipsum probabilissimum est; nam in montem ascendit; turbæque secutę sunt: omnibus autem ibi existentibus Discipuli accesserunt ei, quibus incepit prædicare bonã partem sermonis, de beatitudinibus, & collatione salis, & lucis; reliqua vero turbis communia fuere, nisi dicas turbas, apud Lucam significare turbas communiter, apud Matthæum vero significare multitudinem discipulorum; sic enim appellatam esse in sequenti sententia constabit; hacque ratione conciliari possunt Doctores, *Nõ unum & idem est sermo, qui ab utroque Euangelista recensetur.*

res, qui negant turbas ascendisse in montem, loquuntur enim de ijs, qui Discipuli non erant.

Et turba discipulorum eius.

COMMENTARIA.

QVando in loco campestri stabat Dominus, aderat tunc ibi turba Discipulorum; iam enim Apostoli ab ea turba Discipulorum erant per electionem in Apostolatum segregati. Discipulos autem appellat Euangelista, qui eum sequebantur, & frequẽter doctrinam eius excipiebãt; quorum quia multi erant turba dicitur. Dixit autem turbam Discipulorum, ne solos Apostolos quispiam intelligeret.

Et multitudo copiosa plebis ab omni Iudea, & Hierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant, vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis.

COMMNTARIA.

ADfuit etiam in eodem loco campestri multitudo plebis variis ex locis confluens, nempe à regione Iudeæ, & à ciuitate Hierusalem, & à regione maritima Tyri, & Sidonis, id est, ab ea parte regionis maritimæ, quę est versus Tyrum, & Sidonem, qui omnes conuenerant, tũ vt doctrinam eius audirent, tum vt ab infirmitatibus sanarentur; non quod omnes essent infirmi, sed quod quidam venerint, vt sanitatem acciperent ab eo; quidam vt discerent, & audirent eum.

ANNOTATIO XXIIII.

POsset quispiam interrogare, an hæc turba Discipulorum, & multitudo confluentium descẽderit cum Christo de monte; an vero illi soli cum Apostolis descendenti, & in loco campestri stanti occurrerit? probabiliter existimo dicendum, prius cum Discipulis montem ascendisse, è quibus duodecim elegit Apostolos, reliquam vero multitudinem descendenti occurrisse.

Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur.

COMMENTARIA.

A Dæmonibus vexati liberabantur; turbas enim docturus Christus præmisit miracula plurima, quibus beneficium se illis exhibuit, ac omnipotentem declarauit; vt sic intellectum per fidem, & affectum per dilectionem ad se conuerteret. Non autem dicit (curabat eos, qui vexabantur) sed (curabantur,) vt sic magis exprimeret multitudinem eorum, qui tot erant, vt sine verbo vllo, solo Christi tactu liberarentur, vt statim Euangelista declarat.

ANNOTATIO XXV.

GRæcè habetur particula, (&) nempe (& curabantur) quæ facit, vt prior sententia referatur, & connectatur superioribus, scilicet erant in loco campestri multitudo Discipulorum, & qui venerant ab omni Iudea, Hierusalem, maritima, vt audirent, & sanarentur, atque qui vexabantur à spiritibus, hi omnes erant ibi. illud autem (curabantur) refertur ad omnes illos, qui venerant, vt sanarentur, & ad ipsos vexatos. Vulgatus interpres & Hieronymus non habent eam particulam, sicque in commentario exposuimus. sensus in vtraque lectione idem est.

Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

COMMENTARIA.

TAnta erat infirmantium multitudo, vt non expectarent verbum Christi, sed ipsum quouis modo poterant, tangerent, eoque tactu sanabãtur; virtus enim de illo exibat, & sanabat omnes tangentes. Dicitur virtus exisse à Christo, nõ quod ipso non volente quispiam sanaretur; aut quod aliqua substantia à corpore Christi defluereret, sed per quandam metaphoram ad modum herbæ salutiferæ, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

applicata corporib. ægris morbos depellit sine vlla distinctione tangentiũ: sic Christus omnes se tangentes virtute sua sanabat, tanta erat tangentium multitudo. Commendata est fides infirmorum, qui tactu credebant sanitatem posse recipere, maxime eorum, qui primi accesserunt, nec alios tali tactu sanatos viderant; multo magis tamen commendata est Christi clementia, & misericordia erga tot infirmos, & admiranda eius virtus, ac potentia, cui nulla erat ægritudo incurabilis.

Et ipse eleuatis oculis in Discipulos suos, dicebat.

COMMENTARIA.

DVm multitudo sanabatur, sermonem suum Christus exordiuntur, ad Discipulos conuertens oculos, tum quia maior turbæ pars miraculis intenta tunc erat, tum quia, quæ nunc dicebantur, ad discipulos maximè spectabant; tum quia sensus eorum, nempe qualis esset paupertas, esuries, & fletus, de quibus loquebatur, per illos explicabatur: tum etiam quia his sequentibus benedictionibus significabat viam, qua perueniendum erat ad ea, quæ prius docuerat eos in monte: Beati pauperes Spiritu: Beati qui esuriunt iustitiã, &c. Dicitur autem oculos eleuasse in Discipulos, quia ad turbas, quæ prope eum erant, ipsumque tangebant, prius habebat conuersos.

ANNOTATIO XXVI.

Opinio dicentiũ, Christũ solitum demissis oculis cõcionari, confutatur.

QVidam ex recentioribus, quia dictus est Christus oculos in Discipulos eleuasse, colligit eum solitum habere sermonem oculis demissis. Eius autem & sententia improbabilis, & collectio infirma est: nam Christus communem loquendi modum cæterorum hominum seruauit, sicut & viuendi: nemo autem est, qui concionem habeat ad populum, & oculos habeat demissos in terram, & non potius eos, quibus loquitur, circumspiciat; cum oculorum aspectu sæpe multa explicentur, quæ verbis non significantur. Nec rectè id colligitur: nam qui respicit eos, qui sibi proximi sunt, maximè quando reuerenter, & cũ humiliatione accedunt, oculos solet deprimere; si vero distantes aspicere velit, oculos at tollere necesse est. hoc fecit Christus, q turbis tangentibus circundatus erat, volensq; sermonem ordiri, & Discipulis distantibus loqui, oculos extulit ad eos. Attẽde autem Epiphanium, hære. 42. in Scholijs ex Euangelio apud Marcionem, confut. 5. interpretari Christum nunc oculos sustulisse in cœlum, & causam reddit. verba eius sunt hæc: Quomodo turba tangere poterat eum, qui tactum non habet? aut quales oculos sustulit ad cœlos, qui ex carne non erat compactus? Immo hæc dixit, quod mediator Dei, & hominũ Christus Iesus habens vtraque, ex hominibus quidem carnẽ, ex Deo vero patre inuisibilem essentiam. Hæc ille. Iuxta hanc sententiam interpretari oportet verba proposita sic, scilicet Christum eleuasse oculos in cœlum, versus Discipulos suos se conuertendo: non autem quod aciẽ ad eos direxerit. At vero hæc phrasis (eleuatis oculis in Discipulos) potius significat in eos direxisse. Vnde dicendum est, Epiphanium loco nominis (in Discipulos) legisse (cœlos) quæ lectio, nec Græcè, nec Latinè reperitur.

Beati pauperes, quia vestrum est Regnum Dei.

COMMENTARIA.

COmmendat paupertatẽ exteriorem, nõ qualemcumque, sed qualis erat Discipulorum suorum, nempe voluntariam, qui relictis omnibus secuti eum erant; ea enim de causa oculos in ipsos conuerterat, vti diximus. His promittitur Regnum Dei, vt qui propter Deum diuitias suas, & honores mundi cõtempserunt, ab ipso Deo regnum, in quo veræ, ac perpetuæ diuitiæ, & honores sunt, cõsequãtur, idcirco beati pronunciantur, ob tantam spem, promissionem, ac iustitiam.

Diuersa sunt hæ beatitudines ab illis quas refert Matthæus.

ANNOTATIO XXVII.

MVlti recentiores existimant has beatitudines à Luca descriptas facilè esse cum

eum his, quas refert Matthæus, licèt Lucas nonnullas dimiserit: in qua sententia videtur fuisse Irenæus lib. 3. cap. 14. qui à solo Luca affirmat illam sententiam de diuitibus esse narratam, cætera vero huius sermonis communia esse cum Matthæo. Idẽ censuit Basilius lib. de Baptismo. vbi hanc Lucæ beatitudinem in eodem sensu interpretatur, cum illa Matthæi, dicitque Dominum alio loco, & tempore repetiuisse beatitudines, & quas prius tradiderat, & Matthæus descripsit, immo Lucam citans legit: Beati pauperes spiritu, sicut habetur apud Matthæum.

Mihi tamen accõmodatior verbis Euangelistæ, & veritati magis consentanea visa est sententia, nimirum has tres benedictiones longe esse diuersas ab illis Matthæi, immo hæ viam ostendunt, per quam ad illas peruenire facile possit. est enim mirum artificium Christi, postquam enim in monte docuit Discipulos paupertatem Spiritus, esuriem iustitiæ, & reliqua; nunc viam tradit, qua illa facilius assequi possint. Incipiamus ergo à prima, & eam esse diuersam ab illa Matthæi ostendamus, idemque de reliquis duabus in earũdem expositione probabimus. In primis inter hanc benedictionem, & illam primam Matthæi manifesta est differentia verborum, illic enim beati dicuntur pauperes spiritu; hic vero, beati pauperes.

Præterea secundo, illæ beatitudines generaliter sunt prolatæ, hæc vero ad Apostolos tantum.

Præterea tertio, sensus est lõgè diuersus, nam paupertas prior potest esse cum diuitijs: Pauperes enim spiritu sunt, qui affectũ non habent in his terrenis diuitijs, & in honoribus positum, nihil-que eorum desiderant, Dei voluntatem quærant, ac eam præponunt omnibus, ipsamque sequuntur, quæ paupertas in diuitibus esse potest, si illud *Psal. 61.* Psal. 61. obseruent: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere; hanc autem paupertatem spiritus esse posse cũ diuitijs exterioribus docet Gregorius lib. 26. moral. cap. 20. vbi locum Matthæi, beati pauperes spiritu, explicans, inquit: Quos diuitiæ visibiliter potentes ostendunt, apud semetipsos pauperes sunt, qui in suis conscientijs elati non sunt. Potest etiam deesse pauperibus, & inopibus: nam multi sunt, qui cum pauperrimi sint exterius, diuites tamen sunt affectu, pluris facientes diuitias corporales, quam spirituales, illis inhiãtes, & toto corde illas quærentes. hi tales pauperes sunt, & tamẽ paupertatem spiritus non habent, de qua dictum est: Beati pauperes spiritu; at paupertas de qua Lucas scribit, nõ est dum diuitijs exterioribus, quod facilè probatur ex ijs, quæ sequuntur, nam Christus postea in diuites inuehitur, qui talibus diuitijs affluũt.

Præterea quarto talis paupertas exterior habet peculiarem rationem beatitudinis, & commendationis: nam plus est pauperem esse spiritu, & effectu, nempe non appetere diuitias, & eas propter Deum relinquere, quam paupertas spiritu sola cum diuitijs ipsis exterioribus; propterea enim Dominus cum hæc pronunciaret, ad Discipulos conuertit oculos, vt significaret se non de qualicunque paupertate exteriori loqui, sed de ea, quæ Apostolorum erat, nempe, qui voluntariè dimiserant, quæ habebant, Christum sequentes, quãque ipse nec Christus consuluit illi adolescenti Matth. 19. si vis perfectus esse, vende quæ habes, & veni sequere me, ad quam etiam reducitur illa, quando quispiam nihil habet, idque libenter sustinet propter Christum, nec quærit habere. *Matth. 19.*

Præterea quinto, quia hæc paupertas faciliorem viam facit ad paupertatem Spiritus assequendam, in qua est perfectio. & hæc etiam de causa ad Discipulos conuersus est Christus, dum hæc loqueretur, quasi viam faciliorem docens, per quam perueniret ad id, quod ante docuerat: Beati pauperes spiritu.

Præterea sexto, quia hæc paupertas promptiores efficit homines ad Euangelium suscipiendum, & ad accedendum Christo; vnum ex his, quæ plurimum retardabant animos hominum ad confitendum Christum, & in eũ credendũ diuitiæ erant, timuerant enim diuites persecutionem, quæ infestabatur Christum confitentibus, & timore amissionis bonorum temporalium retinebãtur, ne crederent in eum, quod Ioan. 11. satis apertè indicarunt diuites illi, quando dixerunt: Si dimittimus eum sic, veniẽt Romani, & tollent gẽtem nostram, & locum. & Ioan. 12. Propter metum Iudæorum multi ex principibus non confitebantur, & dilexerunt magis gloriam hominum. Idcirco Matth. 19. dixit Christus: Dues difficile intrabit in Regnũ cælorum. Multũ ergo pau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertas voluntaria exterior facit ad regnum cœleste adipiscendum, nec solum ad suscipiendum Euangelium, sed etiam ad fructificandum in eo. optimo ergo consilio Christus pauperes commendat, & ad eam paupertatem, quæ in suis Discipulis ostendebatur, exhortatur omnes, dicens: Beati pauperes, quia vestrum est Regnum Dei, non tantū quia facilius meū Euangelium suscipietis, sed etiam quia celeste Regnum expeditius, & certius assequimini. Non qđ diuitiæ per se sint malæ, aut paupertas bona, sed quod hęc sit accommodatius instrumentum ad perfectionem assequendam; illæ vero plurima adferant impedimenta. constat igitur non esse hanc sententiam eandem cum illa Matthæi, sed distinctam, vti explicatum est. Ne autem sine Patrum testimonio hanc expositionem introducere videamur, sciendum est, Basilium eam fuisse amplexum: nam in lib. moral. reg. 48. cap. 3. hanc sententiam Lucæ de paupertate exteriori interpretatur, quæ diuitijs corporalibus caret. Ambrosius etiam lib. 2. offic. c. 4. in eundem sensum eam adducit beatitudinem, immo duas etiam sequentes. verba ipsius sunt: Nullum adminiculum præstant diuitiæ ad beatam vitam, quod euidenter Dominus in Euangelio demonstrauit, dicens: Beati pauperes, quoniam vestrum est Regnum Dei. Hæc ille. Cætera inferius referemus. Est autem notādum testimoniū ex Epiphanio hęres. 66. in Catalogo hæresum Manichæi prope finem, opponebat enim ille vetus testamentum cōmendare aurum, & argēntum, id est, diuitias; nouum vero paupertatē spiritus. Beati pauperes spiritu, inde volens inferre diuersa principia. Respondet Epiphanius vetus etiam commendare paupertatem natura, tanquam a Deo proucnientem, & nouum consentire veteri: nam vtrosq; Dominus beatos censet, & pauperes spiritu, quæ paupertas est sine diuitijs. Ex hac igitur responsione clare liquet Epiphanium distinxisse beatitudines has, illam scilicet beati pauperes spiritu, & hanc beati pauperes, quæ Lucæ est, eā de exteriori paupertate intellexisse. His accedit Euthymius in hoc loco, qui hanc beatitudinem diuersam affirmat ab ea, quam refert Matthęus. Commentarius ergo noster Patrum antiquorum sensui conformis est.

Patrum testimonij confirmatur beatitudines has diuersas esse ab illis quę a Matthęo recensentur.

Christus plurimus de causis paupertatē commendat.

Attende autem quanto consilio Dominus præsentibus verbis paupertatem commendauerit, nimirum quia inter illos plurimi pauperes erant, ipse studium, & desiderium, cupiditatemq; diuitiarum acquitendarum dissuadebat: diuitiæ enim si desint, non sunt inquirendæ; præstant enim impedimenta multa ad Euangelicam vitam agendam, & multorum peccatorum occasionem præbent. vnde Timoth. 6. scriptum est: Radix omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes a fide naufragauerunt. Paupertas autem ad plurima bona cōducit. vnde Basil. Isa. 2. in illud (repleta est terra eorum argento, & auro,) inquit: Paupertas pædagogus est ad colēdam pietatem; contra diuitiæ ansam præbent ad contumeliam, & iniuriam irrogandam. & orat. 14. de diuitijs, & paupertate, multa dicit mala, quæ occasione diuitiarum proueniunt. Sunt autem notanda verba Theodoreti serm. 6. de prouidentia; sic enim habet: Diuitias simul, & paupertatem, tanquam materiam quandam, vel instrumenta a rerum opifice nobis proposita, & oblata esse diximus, homines vero, ceu fabros quosdam per hæc, aut virtutis simulacrum effingere, aut malitiæ statuā sculpere; cæterum per diuitias vix aliquis paucula virtutis quædam membra eleganter exsculpet; multi vero paupertate adiuti omnia simul fabricare possunt. Hæc ille. Multa alia ibi eleganter tradit, quibus ostendit paupertatem diuitijs ad perfectionem consequendā esse instrumentum aptius. Merito igitur Christus paupertatem commendat, & eos, qui eā elegerunt, aut ex voluntate amplectuntur, beatos prædicat, quibus aditus ad regnum, & militantis Ecclesiæ, & cęlestis patriæ facilior patet.

Isa. 2.

Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.

COMMENTARIA.

COmmendat secundo loco voluntariam abstinentiam a cibo, & potu, quæ esurire, & sitire facit, promittens perfectam saturitatem. Beati, inquit, qui nunc, id est, in hoc sæculo esuritis, quoniam in futuro saturabimini. Esuriebant tunc discipuli, quia tota nocte, & magna diei parte in mōte a cibo

a cibo Christum sequentes abstinuerant, idcirco ad eos conuersus, beatos prædicat, ac promissione perfectæ saturitatis lætificat, viamq; ostendit, per quam ad esuriem iustitiæ, quā in monte eos docuerat, peruenirent. Paupertatem esuries frequenter comitatur, idcirco post illam meminit huius, & nomine esuriei etiam sitim significat, sicut nomine cibi potus etiam iudicatur. Est autem abstinentia a cibo, et potu ad perfectionem maxime necessaria, sicut saturitas valde nocua: idcirco Patres, virique perfecti iciunijs maxime dediti fuerunt. loquitur autem de esurie voluntaria sicut de paupertate, vt dictum est.

ANNOTATIO XLVI.

Esuries corporalis hoc loco, spiritualisve apud Matthęum commendatur.

NOn esse hanc beatitudinem eandem cum illa Matthæi, verba ipsa declarant: nam apud hunc esuries, & sitis corporalis commendatur, qua homo vehementer, & incessanter bona opera desiderat, eisq; incumbit: Beati, inquit, qui esuriūt, & sitiunt iustitiā: apud Lucā vero ipsa corporalis esuries, quæ in ciborum priuatione consistit, & ad priorē esuriem spiritualē maxime est necessaria, laudatur: Beati, inquit, qui esuritis, id est, qui voluntariam sustinetis inediam, & ciborum abstinentiā æquo animo patimini, quam quidem esuriē Dominus in se pro nobis susceperat. de quo Matth. 4. scriptum est: Cū ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. De hac esurie hunc locum interpretatur Ambrosius lib. 2. offic. cap. 4. vbi sic habet: Paupertatem, famem, dolorem, quæ putantur mala, non solum impedimento non esse ad beatam vitam, sed etiam adiumento euidentissime pronunciatum est. Hæc ille. Quamuis ibi pro sententijs Lucæ posita sint verba Matthæi. in primis duabus benedictionibus. consentit Euthymius huic expositioni. Huius esuriei optimam adfert causam Augustinus serm. 77. de tempore, vbi de ieiunio, & esurie ipsius Christi loquens, habet hæc, quæ nostro proposito accōmodātur: Arbitror, inquit, hanc causam esse ieiunij, vt quia primus Adam in Paradiso constitutus, per intemperantiam gulæ gloriā immortalitatis amiserat, eandem immortalitatem secundus Adam Christus per abstinentiam repararet. Et quia contra mandatum Dei gustans de interdicta arbore peccatum mortis inciderat; nunc secundum mandatum Domini ieiunijs vitæ iustitiam mereretur. Hoc enim egit Saluator, vt eiusdem vestigijs, quibus admissa fuerant delicta, purgentur, hoc est, quia, homo manducando deliquerat, corrigat abstinendo. vel quia epulando mulierem cognouerat, nunc eandē ieiunando despiciat. Adam enim non nisi imperantia prouocante Euam cognouit. Quādiu n. in illis mansit temperata parcitas, mansit impolluta virginitas, & quamdiu ieiunarunt ab interdictis epulis, tamdiu & a pudenda ieiunauerūt peccatis. Fames. n. amica virginitatis est, inimica lasciuiæ: saturitas vero castitatem prodit, nutrit illecebrā. Hæc Augustinus. Ex quibus constat quantū esuries, & abstinentia corporis prosit ad Christianam perfectionem.

Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis.

COMMENTARIA.

FLetum, & lacrymas commendat, promissione risus, & lætitiæ, quæ in resurrectione flentibus, vt oportet, dabitur. lacrymarum nomine non solum lacrymæ, quæ oculis emittuntur, significantur, sed corporum etiam infirmitates, afflictiones, calamitates, cæteraque mala externa, quæ ad hanc beatitudinem multum conferunt, si vt debet, vnusquisque toleret, & sustineat; prosperitates enim huius sæculi minus conducunt ad æternam vitam, quam aduersitates. Conuertit autem hanc etiam sententiam ad discipulos, quia etiam corporum incommoda sustinebant. Vide, quam sit contraria Christi doctrina mundo; hic. n. paupertatē, esurię, & lacrymas abhorret, & inter mala fugiēda adnumerat: at vero Christus cōmendat, & sectandas monet, quib. vitę perfectio, quasi instrumēto accōmodatissimo cōparatur; & quę viā ad eternā beatitudinē faciūt. pp hæc Luc. 6. dictū est; Recepisti

bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona in vita tua, Lazarus vero mala; nunc autem hic cõsolatur, tu vero cruciaris. Fleuit Lazarus in hoc sæculo, ideo in altero ridet. De hoc risu dictũ est Proverb. 31. Ridebit in die nouissimo. & Iob. 8. Donec implent os suum risu, & labia sua iubilo.

Proverb. 31. Iob. 8.

Diuersus est luctus de quo Lucas, ab illo de quo loquitur Matthæus.

ANNOTATIO IIII.

ESse hanc sententiam distinctam ab illa relata à Matthæo (Beati, qui lugẽt, qm̃ ipsi consolabũtur) ipsa verba manifestant; apud Matthæum n. est verbum lugendi à verbo Græco πενθεῖν, q̃ ad animæ luctum magis pertinet, vt illi censeantur beati, qui mœrore, animiq; tristitia secũdum Deum afficiuntur. ob id verbũ respondet (consolabuntur) quod animorũ potius est. At apud Lucam est verbum Græcum κλαίειν. Latine fleo, q̃ significat lacrymas emittere, q̃ ille ethnicus indicat caneus; Fleq̃ meos casus, est quædam fere voluptas, expletur lacrymis, egeritur q̃, dolor. Idcirco verbum ridendi opponitur, quod magis ad corpus spectat. Aduerte aũt duplicẽ luctũ, vnũ qui ex causa spirituali procedit, & ad animam magis spectat, quamuis lacrymarum exteriorum causa sit, vr q̃ quis luget; aut mœret ob propria, aut aliena peccata, quatenus Dei offensa sunt, & de hoc luctu interpretati sunt sententiam Matthæi Basil. in regu. breu. resp. 194. & Leo de festo omn. Sanctor. Verba Basilij sunt hęc: Cuiusmodi est ille luctus, quem suscipere debemus, si beatitudinem illam, quam lugentib. paratam Dominus ait, consequi volumus? respondet: Continetur quæstio ista in ea quæstione, quę est de tristitia illa, quæ est secundum Deum, quando videlicet pp admissa delicta lugemus, aut quod Deus contemnitur, cum per transgressionem legis contumelia afficiatur Deus, vel quod eorum qui peccant, periculum videmus; anima-ti. quæ peccauerit, ipsa morietur, imitantes illud 2. Corin. 12. Et lugeam multos ex ijs, qui ante peccauerunt. Hæc Basilius. Verba autem Leonis sunt hæc: Luctus, cui consolatio æterna promittitur, non est cũ mundi huius affectione communis, nec beatum faciunt quemquam ista lamenta, q̃ totius humani generis deploratione funduntur. Alia ratio est Sanctorum gemituum, alia beatarum causa lacrymarum. religiosa tristitia, aut alienum peccatum luget, aut proprium, nec de hoc dolet, quod diuina iustitia agitur, sed de eo mœret, quod humana iniquitate committitur, vbi magis est plangendus faciens maligna, quam patiẽs, quia inustum malitia sua demergit ad pœnam, iustum autem tolerantia ducit ad gloriam. Hæc Leo. Vbi attende Leonem excludere à iustorũ lacrymis eas, quæ fundũtur super rebus huius sæculi, quando nudæ sunt, nec propter Deum patienter sustinentur, nec vt ab eo inflictæ humiliter recipiuntur, de quibus etiam dicitur 2. Cor. 7. Tristitia huius sæculi mortem operatur. At quando patientia, & humilitate tolerantur, comendandæ sunt, & sic lacrymantibus risus promittitur.

Luctus duplex.

Alter est ex causa temporali, nempe malis hisce sensibilibus, & de hoc procedit pręsens sententia, vt dictum est in commentario: sic interpretatur hanc sententiam Ambrosius lib. 2. offic. c. 4. cuius verba præcedẽti Annotatione retulimus. Quãtum autem ad beatitudinem aduersitates cẽporales profint magis, quam prosperitates, docet Gregorius lib. 5. Moral. c. 1. vbi sic habet: Plus in hoc mundo honor, quam despectio occupat, & magis prosperitatis sublimitas, quã necessitatis aduersitas grauat. Per hanc namque cum homo exterius premitur, ad concupiscenda, quæ intus sunt, liberius relaxatur; per illam vero animus, dum multis parere cogitur, à desiderij sui cursu retinetur. Vnde fit, vt sancti viri magis in hoc mũdo prospera, quam aduersa formident: sciunt namque, quia dum mens blanda occupatione premitur, aliquando libẽs ad exteriora deriuatur. Hæc & alia Gregorius. Sicut igitur apud Matthæum paupertas & esuries iustitiæ, & luctus animi commendantur, ita apud Lucam exterior paupertas, esuries corporum, & lacrymę exteriores approbantur, quasi instrumenta, quibus ad illa facilius, & perfectius perueniturr.

Quare Dominus hoc loco religiosarum beatitudinũ, quas apud Matthæum memorat, non meminerit.

Hinc solui possunt duo, quæ inquisitione digna sunt. vnum est, quare Dominus prætermisit mites, misericordes, pacificos, mundos corde quorum Matthæus meminit. Rñdeo, non agi hic nisi de exterioribus, & quæ corporum sunt operą; illa vero quatuor ad animos potius pertinent. Ambrosius in præsenti aliter respondet, nempe in his quatuor esse illa octo, & in illis octo hęc quatuor. Et quidẽ primum verum est: nã qui exteriorem habet paupertatem voluntariam, facile assequitur paupertatem spiritus, & mitis est, ac pacificus; diuitiæ n. magis mansuetudini, & paci obsistunt; qui etiam flent, facile misericordes sunt; & qui esuriunt, ac ieiunant, ad cordis munditiem facilius perueniunt, sicut ad corporum puritatem magis dispositi sunt. Vnde in his illa quodammodo continentia. secundum etiam eadem ratione verũ est, in illis octo hæc etiam contineri, tamẽ per hoc non efficitur, quin distincta sint hæc ab illis, vt dictum est.

Alterum est, cur tria hæc tantum Christus retulit, scilicet paupertatem, esuriem, & lacrymas. Respondeo, hæc opponi tribus illis, quæ in mũdo sunt, de quibus Ioannes 1. epist. cap. 2. inquit: Quicquid est in mundo, aut est concupiscentia oculorũ, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. Ecce epilogus, & summa peccatorum, quib. aduersantur tria hæc, paupertas n. vitæ superbiæ, esuries, quæ ex penuria rerum est, concupiscentiæ oculorum, lacrymæ concupiscentiæ carnis contrariæ sunt. Voluit enim Christus significare se mundo aduersari, iuxta illud Ioan. 15. Si mundus vos odit, scitote, quoniam me priorem vobis odio habuit. Si de mundo essetis, mundus quod suum est, diligeret. etc. Mundus aũt hęc tria maxime auersatur, ideirco doctrinam suam Christus in his, quæ contraria illis, quæ mundus amat, sunt, exposuit.

Beati eritis, cum vos oderint homines.

COMMENTARIA.

COmmendauit ea, quæ à natura solent præcipue prouenire, nempe, pauperratem, esuriem, & fletum, seu aduersitatem; nunc ad ea mala, quę ab hominib. erant Discipulis inferenda, ea ratione, & causa, quia Discipuli eius erant, se conuertit, Beati, iniquit, eritis, cum vos oderint hoies pp me, nempe quia me sequimini, meam profitemini doctrinam, quasi diceret, erit tempus quando homines multi vos odio prosequentur propter me, nec vos tunc infelices reputetis, sed potius beatos, & felices. Illud (propter filium hominis) connectendum est cum singulis verbis, nempe (oderint) & ijs, quæ sequuntur. Meriro autem coram turba hanc suis discipulis prænunciauit sententiam, vt & propria ipsius, & Discipulorum innocẽtiam turba prænonita, persecutionis tempore agnosceret, nec hinc scandalum pateretur. Atque hoc est, cur sententiam hanc Discipulis solis dictam in monte, nunc repetiuit coram turba; in monte enim, vt eos confortaret, & præmuniret, eam protulit; coram turba vero ob causam dictã. Nomine hominum Iudæos persecutores significat, vt ex sequentibus patet.

Et cum separauerint vos, & exprobrauerint.

COMMENTARIA.

PRosequitur prænunciare, quæ inferenda erant Discipulis ab hoibus: non solum inquit vos odio habebunt, sed etiam separabunt vos, id est, à Synagogis suis ejicient quasi excommunicatos, iuxta illud Ioan. 16. Absque Synagogis facient vos. Adhuc etiam conuitijs, & maledictis, ac contumelijs afficient, & hoc mei causa, beati tunc eritis, cum hæc patienter sufferetis.

Et eiecerint nomen vestrum tamquam malum, propter Filium hominis.

COMMENTARIA.

NOn tantum odio habebunt vos propter me, separabunt, et exprobrabunt, sed nomina etiam vestra ejicient, tãquam mala, idest, de numero populi Dei, expungent, eaque proscribent, tamquam malorum, & pernicio sorum hominum, à quibus oportet ea uere. Hoc significat ejcere nomina tãquam mala, sicut inter nos fieri solet cum hæreticis, quorum nomina proscribuntur non solum in corũ damnationem, & infamiam, sed etiã vt fideles agnoscant, eosq; fugiant tamquam pestiferos, quorum conuersatio inficit quasi lues.

ANNO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO XXX.

TErtullianus lib. 4. cõtra Marciõ. p nomẽ in hoc loco significari dicit Euãgelium, cui expositioni fauet illud Mar. 8. Qui perdiderit animam suam propter me & propter Euangelium, saluam faciet eam, & cap. 10. Qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut agros propter me, & propter Euangelium. At vero accommodatior est expositio Commẽtarij: nam hic est sermo de eiectione ipsorum Apostolorum, non de Euangelio, aut doctrina eorum. Illud (malum) Græce habetur πονηρόν, q̃ de diabolo solet dici, Matth. 6. libera nos à malo, quia non solum in se malus est, sed etiam alijs nocet, eosque inficere conatur, quales sunt hæretici, quorum sermo, vt cancer serpit, quorumq; conuersatio pestis est, quæ velocissime, ac pernicioſe in alios diffunditur. Aduertendum autem est Discipulos à Iudæis, & gentibus passos fuisse, imò graniora à gentib. à quib. plurimi eorũ occisi sunt, vtriusq; persecutionis meminit Dominus Ioan. 16. Absque synagogis, inquit, faciẽt vos; sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Illud à Iudæos, hoc ad gentes pertinet, vt in commentarijs illius loci explicuimus. Nunc autem Dominus vnius persecutionis facit mentionem, quia magis erat proxima, & quia apud Iudæorum turbam loquebantur, verba sequentia hoc probant: nam subiungitur (hæc faciebant Prophetis Patres eorum). illud (eorum) ad homines, de quibus locutus erat, refertur; constat autem hos patres, à quibus prophetæ passi erant, fuisse Iudæos.

Quid hoc loco nomẽ, significet.

Matt. 6.

Ioã. 16.

Gaudete in illa die, & exultate.

COMMENTARIA.

NOn solum beatos prædicat Discipulos, quia ab hominibus prædicta passuri erant, sed eodem tempore, quo ea inferentur, gaudẽdum, & exultandum eis esse monet. gaudium ad animam, exultatio ad corpus pertinet, & ex illo prouenit: nam quando animi gaudium vehemens est intra illius terminos cohiberi non potest, sed ad corpus se diffundit, & illud motibus quibusdam, ac gesticulationibus velut signis excitat. Ad tale igitur, tantumq; gaudiũ Christus exhortatur suos, cum propter eum ab hominibus maledicta, ceteraq; mala sustinebunt.

Ecce enim merces vestra multa est in cælo.

COMMENTARIA.

CVm in illa die gaudẽdũ sit, & exultãdum, exponit, quia, inquit, merces, quã pro patientia in his illatis malis accepturi estis, multa est in cœlo. Tria monuerat difficilia, nempe in illatis malis gaudẽdum, & adhuc, quod magis est, exultandũ, & q̃ maximum est, in illa die, non solum post illata mala, sed tunc, quando inferẽtur, vt etiam præsentibus malis gaudeant, & exultent. His igitur trib. tria opponit quasi diceret, gaudete, quia merces est vobis proposita, exultate, quia magna, & multa est, & in illa eadem die, quia in cœlo est merces hæc magna; quę enim in die fiunt, momentanea sunt, quę vero in cœlo est merces, æterna est; æterna ergo bona cum multo maiora sint malis temporalibus, plus debent valere, etiam si futura sint, ad gaudium excitandum, quam hac mala etiam presentia, ad tristitiam commouendam.

Tribus, quæ in malorũ perpessione sunt, tria quæ in mercede reperiuntur, opponit.

ANNOTATIO XXXI.

PErpendenda sunt singula verba quibus Christus Discipulis iussit gaudere, & exultare eo tempore, quando maledicendi erant, & eijciẽdi ab hominibus. Quia enim rem difficilem præcipiebat, eam verbis efficacissimis facilem reddidit. Sunt autem hęc quatuor. primum est (merces) in cuius declarationem aduerte, beatitudinẽ promissam Euangelium Christi seruantibus, quatuor nominibus in nouo testamẽto appellatam esse, nempe mercedem Matth. 5. merces vestra copiosa est, coronam. 2. Tim. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ; brauium Philip. 3. Ad destinatũ persequor, ad supernæ vocationis brauiũ; hæreditatem, 1. Petr. 1. regenerauit nos in spem vitam in hæreditatem incorruptibilem. hæc quattuor nomina eandem rem significant, diuersis tamen causis, & rationibus.

Beatitudo quare in Euangelio appellata sit merces, brauium, corona, & hæreditas.

Primo

Primo in operibus ex parte iustorum reperiũtur labor, & defatigatio: nam corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, dictum enim est Apocal. 14. vt requiescant à laboribus suis. Ex parte vero Dei promissio, & pactum quoddam de beatitudine reddenda, Matth. 20. quod iustum fuerit, dabo vobis. Ratione horum beatitudo merces dicitur habet 1. Cor. 3. mercedẽ inquit, accipient secundum laborem suum. c. 10. Reddidit iustis mercedem laboris.

Secundo in eisdẽ operibus inuenitur pugna, & certamen; sunt enim inimici, & hostes interni, & externi, qui iustos à bonis operibus, ac laboribus remouere conãtur. Rom. 7. Caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ Ephes. 6. Non est nobis colluctio aduersus carnem, & sanguinẽ, sed aduersus Principes, & potestates, q ergo bene operantur, vincit, & ratione victoriæ beatitudo dicitur corona. 2. Tim. 2. Nõ coronabitur, nisi q legitime certauerit.

Luctas.

Est etiam tertio in eisdem operib. quędam contentio, & emulatio, tum cum alijs, dum iusti mutuo se acuunt, & excitant ad bona opera, nec sinunt se ab alijs vinci, & superari, sed sancto zelo, ac contentione in ijs, quæ ad Dei gloriam spectant, non sustinent esse posteriores. de hoc dictum est

1. Cor. 14

1. Cor. 14. Quoniam æmulatores estis spirituum ad ædificationem Ecclesiæ, quærite, vt abundetis; tum etiam secum, dum se ipsos superare continuo curant, maioresq; in dies progressus facere, nec satis sibi esse ducũt, si hodie sint boni, vt heri, sed perfectiores in dies esse conantur. de qua contentione Phil. 3. dicitur; q̃ retro sunt obliuiscens, ad ea vero, quæ sunt priora extendens meipsum ad destinatum persequor. ratione huius beatitudo dicitur brauiũ 1. Cor. 9. Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium.

Quarto iusti sunt filij Dei, & in hanc dignitatem per gratiam Christi in Euãgelio prouecti, & beatificandi eo ipso, quo Deus beatus in se est, nempe Dei visione, dilectione, & fruitione, idcirco beatitudo eorum dicitur hereditas.

Quare Christus mercedis nomine usus sit.

His sic expositis, perpende, quanto consilio Christus nomine mercedis vsus sit: nã merces nõ solum significat remunerationem, sed certitudinem, & infallibilitatem quandam eius, certissimeq; esse reddẽdam; quasi Deus quodãmodo sua promissione se obligauerit illam exhibere, Tit. 1. Secundum spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur, Deus. Nota verbũ (promisit qui non mentitur) quasi diceret, certissima est vita hæc, & præmium, quia promissum à Deo, qui mentiri non potest. Hæc certitudo retributionis accommodatissima est ad inducendum gaudium in malis præsentibus; cum enim certissima sint mala, quæ tolerantur, debuit opponi, & exprimi certitudo non minor in his bonis, quæ futura sperantur; idcirco nomine mercedis vtitur Christus, quasi diceret, gaudete tunc, quia eiusmodi mala certa sunt, quæ sustinebitis, non minus erunt certa bona, quæ speratis, quia promissa vobis sunt à me, qui Deus sum, & mentiri non possum.

ad Tit.

Alterum verbum est illud (vestra) quod etiam ad gaudium excitandum plurimũ facit. Duo indicat. primo quidem eam dandã propter opera eorundem, quasi diceret, hoc quod vobis dabitur, ob eam patientiam, & tolerantiam dandum est, quam in tolerandis malis vobis illatis exhibebitis, videte quantũ vtilitatis ex vobis reportent. Aduertite opera aliorum neminem beatum facere, prosunt quidem iustorũ opera in hoc ex eulo alijs, ad impetrandam gratiam à Deo, & auxiliũ, quo cõuertantur, & bene operentur: at si nõ id faciant, nemo saluabitur pp aliorũ bene gesta, sed pp propria, nec vllus recipiet mercedem operũ alterius. Rom. 3. Reddet vnicuiq; iuxta opera sua 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, quod Greg. Nazian. orat. in plagam grandinis, comprobat illa parabola Matth. 25. quinque Virginum, quę aliarum quinque oleum petierunt, nec habere potuerunt.

Iustorũ opera quãdo alijs prosint.

Secundo indicat hoc verbum eam mercedem nunquam ab eis auferendam. bona quidem huius sæculi nostra perfecte non sunt, sed commodata potius, aut mutuata, cum auferri debeant, nec nobiscum perseuerent; at merces hæc vera nostra erit, quia semper permanebit in nobis. quod quidem ad gaudium multum facit.

Tertium verbum est (multa) apud Matth. cap. 5. habetur (copiosa) idem tamen est verbum Græcum & hic apud Lucam, & illic apud Matthæum, nempe πολύς. q̃ apud Græcos, & magnitudinem, & multitudinem significat, quod Latine duobus verbis ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis explicatur, nempe magnum, & multum: Vere autem merces illa vtrumque complectitur; magna est enim, & multa: magna quidem ob excellentiam eius, longe enim superat omnia, quæ in hoc sæculo habentur 1. Cor. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus ijs, qui diligũt illum; multa vero, quia omnia desiderabilia complectitur, & quidquid est in homine, perficit, animam scilicet, & corpus cum omnibus potentijs, & partibus. Optime autem respondet malis toleratis, propter quæ promittitur, vt spes tãtę mercedis gaudium excitet in sustinentibus mala.

Vltimũ verbum est (in cęlo) quo non solum perpetuitas mercedis significatur, sed etiam securitas recipientium mercedem; ibi enim nemo aduersarius est, qui timeatur. Matth. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, & furantur. Est etiã in mercede sinceritas, & puritas; in terra enim sunt bona mista doloribus, et miserijs, ac malis pœnæ in cœlo autem purum gaudium, ac bonum, nulla ibi miseria, nihil quod contristet. Vide ergo, quam efficaciter Christus his verbis promissionis moueat suos ad gaudium & exultationem in tribulationibus.

Vnum autem postremo notandum est, Christum Discipulos, vt minus perfectos ad gaudium in persecutionib. excitasse spe mercedis futuræ; at vero postquam Spiritus sanctus super eos venit, tanto dilectionis feruore, & affectu erga Christum repleti sunt, vt in persecutionibus gauderent eo ipso, quia propter eũ patiebãtur: facit enim amor vehemens ea, quæ in se sunt amara, dulcia propter eum, qui diligitur. Legimus enim Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine eius contumeliam pati.

Secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.

COMMENTARIA.

SEntentia hæc causam reddit eius, quod præcedentia verba indicauerant, nimirũ Discipulos propter Christum odio habendos, exprobrandos, & separandos à Synagogis; Sic enim, inquit, patres eorum fecerunt prophetis, quos etiam odio habuerunt, & exprobrarunt, et eiecerunt; cum igitur non sint meliores filij eorum ipsis, eadem facient contra vos. Verbum hoc consolationis est, significat enim Discipulos ea passuros non culpa sua, sed malitia Iudæorum, sicut etiam prophetæ talia passi fuerunt, cum innocentes essent. Matthæus clarius habet Sic enim, inquit, persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. Est enim magnum consolationis argumentum in persecutione sine propria culpa mala illata sustinere. merito autem coram turbis Discipulos prophetis comparat, vt quando eos postea multa pati viderent, de eorum innocentia, & doctrinæ veritate non dubitarent.

Veruntamen vę vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram.

COMMENTARIA.

POstquam beatos prædicauit eos, qui paupertatem consectantur, esuriunt, flent, & pp eius nomen odio habentur, exprobrantur, & ejiciũtur, conuertit nunc sermonẽ, & deplorat eos, qui contrarijs studijs incumbunt, eisque comminatur, ac futuram prædicit damnationem. Vę, inquit, vobis diuitibus, id est, qui diuitijs congerendis inhiatis, in eoque studio præcipue vestrum affectum collocatis, væ inquam vobis, quia iam habetis in hoc sæculo consolationem vestram, nec in futuro vllam aliam recipietis. Antithetum est hoc primæ illius beatitudinis, beati pauperes, quia vestrũ est Regnũ DEI.

ANNOTATIO XXXII.

IN Latinis exemplarib. legitur (qui) sicque legit Ambrosius lib. 2. offic. c. 5. & Gregorius lib. 18. Moral. cap. 24. vbi legit, qui hic habetis consolationẽ vestram; cum tamen Græce habeatur ὅτι, id est (quia) sicut in sequentibus sententijs, væ qui ridetis, quia flebitis, &c. sicque legit Irenæus lib. 3. cap. 14. Væ, inquit, vobis diuites, quoniam percipitis, siue vt in alijs quibusdam exemplaribus habetur, quoniam percepistis consolationem vestram. Tertullianus etiam lib. 4. contra Marcion. sic legit: Væ diuitib. quoniam recepistis aduocationem vestram. similiter Rabanus lib. 7. in Ecclesiasticum cap. 5. forsan ergo est impressoris mendum loco (quia) ponentis (qui) quod si nõ est, interpretari debemus in casuali sensu relatiuum esse positum, quasi ea sit causa comminationis, quem sensum sequentes indicant sententiæ, in quib. redditur causa talis cõminationis, eumque Ambrosius sequitur sic interpretãs: Quoniam, inquit, auaritiæ studia, & desideria congerendi inani quadam voluptate pascuntur, qui consolationem vitæ præsentis habuerunt, remunerationem perpetuam perdiderunt. Hæc ille. In eodem sensu interpretatur Titus Bostrenus. Diuites, inquit, in extremam calamitatem ruituros asserit, vt qui suam hic mercedem, & consolationem receperint. simile illud est Matth. 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, quasi dictum esset, non accipient in altero sæculo mercedem. ita nunc dictum est, habetis consolationẽ vestram. Verbum est præsentis temporis, Græce potius significat (accipitis) nec est alia vobis speranda. Iuxta hanc sententiam Euc. 16. dictum est diuiti epulonι: Recepisti bona in vita tua. Non autem hoc in loco damnantur diuites simpliciter, sed ij, q vt supra diximus, cor in diuitijs apponunt, & qui eis inquirendis præcipuo studio incumbunt, iuxta illud Pauli 1. Timoth. 6. qui volunt, inquit, diuites fieri, incidunt in tentationẽ, & laqueum Diaboli, & in desideria multa inutilia, & nociua, quę mergunt homines in interitum, & perditionem. Hæc Pauli verba sententiam hanc Christi explicant. Docemur etiam hac Christi comminatione, & deploratione, diuitias non quidem malas esse, immo vti eis bene hominem posse, esse tamen instrumentum valde periculosum. Vnde recte Ambrosius hoc in loco: Commendator, inquit, est cõsolatio pauperis, quam diuitiæ liberalitas, tamen eos, qui habẽt diuitias, sed eos, q vti nesciũt, suię cęlestis auctoritate condẽnat. Nã vt ille pauper laudabilior, qui prõpto largitur affectu, nec rapagulis impendentis egestatis inhibetur; inopemque se non putat, qui habet, quod naturæ satis est; ita hic criminosior diues, q vel Deo referre gratiã de eo debuit, quod accepit, nec censum ad communem vsum datum fine vsu abdere, deffossisque terræ incubare thesauris: non census igitur, sed affectus in crimine est. Hæcille. Vnde non videtur satis accommodata interpretatio Hieron. c. 27. in Iob. vbi hunc locũ intelligit de Iudæis, qui diuites dicti sunt pp innumerabilia Dei beneficia, prophetarum quoq; oracula, siue promissiones plurimas, & Dei ipsius frequens alloquium, at re vegentia. Christum hic loqui de diuitijs corporalibus, & de hominibus, qui eas habent non quocunque modo, sed qui confidunt in eis, præcipuumq; suum studium in eis collocant acquirẽdis, augẽdis, & conseruãdis.

1. Tim. 6

Diuitiæ periculosa.

Varia lectio Bionei notãtur.

ANNOTATIO XXXIII.

Particula (væ) quatuor modis in Scriptura sumpta.

PArticula (væ) interiectio quædam est, q̃ in Scripturis quadrupliciter accipitur. Primo quidẽ posita absolute significat malum aliquod pœne graue, & dignum luctu. Ezech. 2. Scripta, inquit, erant in eo lamentationes, & carmen, & vę Apocal. 12. væ secundum abijt, & venit vę tertium. Altero modo accipitur cum regimine per modum deplorantis. Ierem. 4. Væ nobis, quia vastati sumus. Iere. 22. Non plangent eum, væ frater, væ soror. Threnor. 5. Vę nobis, quia peccauimus. Tertio per modum prædicentis malum futurum, & imminens. Isa. 31. Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium. Luc. 22. Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur. Quarto per modum comminantis. Isa. 30. Væ filij desertores dicit Dominus. Ezech. 34. Vę Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Matth. 11. Væ tibi Bethsaida, væ tibi Corezaim. Gregorius hom. 9. in Ezech. de (Væ) loquens sic scribit: Væ in Scriptura sacra sæpius de æterno luctu, quã de præsenti solet intelligi. rectè asit dicit (sæpius) quia non semper, id est, in præsentib. tẽ sententijs verum fit, quod Gregorius dicit: at qua significatione ex prædictis accipiatur in sententia ista, inquirimus. positum autem esse per modum deplorantis assent Chrysostomus hom. 44. ad populum Antiochenum: Deflea-mus, inquit, eos, Christum sequens, dicentem: Væ qui diuites estis, quoniam recepistis mercedem vestram, & consolationem. eodem modo Euthymius in præsenti interpretatur. Postquam, inquit, beatificauit pauperes esurientes, ac flẽtes, & odio habitos,

Quoparticula vę sumatur hoc loco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitor, deplorat deinceps eos, qui contrario modo se habent, vt per beatificationem ad illa exhortetur, per deplorationem vero ab his auertat. Titus autem Bostrenus interpretatur per modum prædictionis, & prænunciantis æternam damnationem. Tertullianus vero libro 4. contra Marcion. per modum admonitionis, & comminationis dictum interpretatur, quæ omnia rectè dicuntur, & consonat. Illud tamen non est silentio prætereundum, quod ibi notat Tertullianus, quosdam nempe Marcionistas affirmasse pronunciatum esse à Christo væ istud per modum maledicentis, non quidem ex sententia propria, sed quod væ hoc sit à Creatore, voluerit-que Christus illis asperitatem Creatoris opponere, qui suam supra in benedictionibus differentiam commendaret. Distinguebant enim hi hæretici duo principia, & vetus testamentum ad vnum, quem Creatorem appellabant, nouum vero ad alterum, quem bonum, à quo Christus erat, referebant: iuxta hoc dicebant Christum protulisse hanc maledictionem, tãquam Creatoris, vt ex collatione huius sententiæ, ad sententias præcedentes, quæ beatitudinem continent, ostenderet Creatoris rigiditatem, ac seueritatem; suam vero bonitatem, ac clementiam. Contra hos Tertullianus dócte respondet, eosque conuincit: in primis dicit vnius & eiusdem esse, & præcedentes beatitudines, & has maledictiones, seu comminationes; idem enim est Deus, qui se bonum exhibet, ac benignum in illis benedictionibus, & iustum, ac iudicem in commination:bus; vtrumq; enim doctrinæ perfectio complectitur, illud ad sectandum, hoc ad præcauendum, quod quidem manifestè ostenditur: nam cum sint hæc contraria, cuius est vnum probare, erit alterum reprobare; qui enim beatificat pauperes, idem comminabitur diuitibus. Docet deinde diuitias non esse malas, nec propter se reprobari, immo instrumenta, & materia sunt virtutum, eleemosinæ, & liberalitatis; tamen reprobantur propter accidentia plurima, quæ inde proueniunt hominum vitio, & abusu, vt supra diximus, eáque de causa multa in Scriptura contra diuites pronunciata sunt, tam in veteri, quàm in nouo testamento. Vide plura ibi apud Tertullianum.

Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis.

COMMENTARIA.

Gastrimargia reprehenditur.

COntraria est hæc sententia illi superiori (Beati, qui esuriunt, quoniã saturabuntur) damnat ciborum vsum immoderatum, commessationes, & ebrietates, gulæque vitium, quod etiã radix est multorum peccatorum, & qui id sequuntur, ventrem pro Deo habere censentur à Paulo ad Philip. 3. hi autem in futuro sæculo famescent in æternum, & non quod grauiores alias pœnas non sint passuri, sed quod particulariter hac vexabuntur, ac torquebuntur, sicut hoc peccati genere maximè in præsenti delectati sunt.

ANNOTATIO XXXIIII.

Quæ saturitas hoc loco damnetur.

BAsilius in reg. fusius disput. cap. 19. hãc Domini sententiam explicans inquit: Immodicè ventrem distendere, & immoderatis se epulis onerare, præterquam q detestabilis, ac execratione digna res est, cum Dominus dixerit: Væ, qui saturati estis nunc: corpus etiam ipsum ineptũ prorsus reddit ad labores, & procliuè in somnũ, & morbis magis expositum facit ac peruiũ. Neque vero suauitate mentiendus, aut spectandus est finis cibi sumendi, sed necessario tantum vsu ad vitæ conseruationem expeti debet, reiecta voluptatis libidine, quãdo voluptatibus seruire, nihil est aliud, quam ventrem suum Deum efficere. Hæc, & alia huiusmodi Basilius. Ex quibus habes Basilium legisse aduerbium (nunc) væ, qui saturati estis nunc, id est, in hoc sæculo, quod etiam legitur in sequenti sententia. idem aduerbium legit Hieronymus Ezech. 18. panis, inquit, credentium, & esurientium dandus non est his, qui manducauerunt, & biberunt, & saturati sunt, & incrassati calcitrauerunt, de quibus dicitur, væ, qui saturati estis nunc, quia esurietis, ne euomant illum, dicente Salomone: Euomet enim, & contaminabit sermones suos bonos, quod aliis verbis Saluator loquitur: Nedetis Sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Hæc ille. Quæ recitans, quia sententiã hanc videtur Hieronymus intellexisse de Iudæis, qui

qui præ famis itate legis, noluerunt Euangelium Christi. hic tamen sensus spiritualis est potius, quam literalis. In Theophylacto & Græco Romæ excuso legitur; in Græcis autem multis exemplaribus non habetur, nec apud Tertullianum lib. 4. contra Marcion. qui sic legit: Væ saturatis, quia esurietis, ridentibus nunc, quia lugebunt. nec etiam apud Irenæum lib. 3. cap. 14. siue ergo legatur, siue non sensus idem est, contra vitiũ gulæ. Gregorius lib. 5. in libros Reg. c. 1. sic scribit: Ex vno gulæ vitio innumera vitiorum agmina ad conflictum animæ producuntur. Et cum idem gulæ vitium recidit ur, alia nobis vitia multa subiungamus. Vnum quidem gulæ vitium est, sed aculei libidinis innumeri sunt, qui præcedentem illum quasi Regem sequuntur: qui læta quidem suggerunt, sed ad æterni fletus lamenta perducunt. Hæc ille. Euthymius hanc esuriem, quam Dñs cõminatur, interpretatur, oĩs cõsolationis priuationem, nec vna, inquit, consolatione fruentur, quod licet verum sit, est tñ oĩs damnato commune; saturex vero, & gulæ dediti, famis ac sitis pœna maxime, & modo peculiari super cæteros torquebuntur, sicut Luc. 16. legimus diuitem illum linguam præcipue, in qua gustus est, refrigerari petijsse.

Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis.

COMMENTARIA.

OPposita est hæc sententia illi superiori (Beati, qui nũc fletis, quia ridebitis.) sensus est, væ ijs, q delitijs, voluptatibus, ac prosperitatibus huius sæculi se dedunt, in ipsisque suam collocant felicitatem, in futuro enim sæculo sine fine lugebunt, et flebunt, id est, animæ, & corporis miserijs replebuntur. lugere ad animæ, flere ad corporũ dolorem spectant. Non damnat Dominus absolute risum, & gaudium, lætitiamque, etiam de huius sæculi bonis, sed tunc, quando de illicitis rebus assumuntur, aut de licitis, ita tamen vt præcipuũ studiũ in illis ponatur; q facit ij, q ea nec, spiritualia præponit, nulla peccati ratione habentes, dum modo suis delitijs, ac voluptatib. perfruantur.

ANNOTATIO XXXV.

Qui ridet à Christo damnetur.

AVgustinus ser. 46. de Sanctis, hunc locum explicans sic habet: Multi sunt, qui peruerso ordine, de voluptate, & delitijs, & luxuria sæculi huius gaudere se credunt, sed q̃ in gaudio videtur ferere, necesse erit illis cum luctu, & lacrymis recipere, quia non meretur ille, qui in Euangelio dixit, væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis, Sic fecit & ille infelix diues, qui purpura induebatur, & bysso: gaudium quidem habuit in mundo, sed flamas meruit inuenire in inferno; Lazarus, q̃ iacebat ad ianuam eius, tristitiam habuit in vita, sed verum gaudium recepit in patria. Hæc Augustinus. Est tñ hoc loco aduertendum, Basilium in regu. breui. respon. 31. videri rimare, sic enim habet: An in vniuersum ridere non liceat? Respondit sic: Cum Dominus eos dãnet qui in hac vita rident, quemadmodũ perspicuũ est nullũ omnino locũ dari fideli, in quo ridere, debeat & in maxime in tam magno numero eorum, qui per transgressionem legis Deum inhonorant, & in peccatis morti se dãt, quorum vicem mœrere, & gemere conuenit. Hæc Basilius. Quæ si in rigore verborum intelligantur, probanda non sunt, cum non omnis risus sit reprobandus, vt in commentario notatum est, ideirco idemmet Basilius rigorem hunc temperans, & se declarans, risum immoderatum reprobatum docuit in regu. fusius disput. interrogat. 17. vbi sic scribit. Illud etiam, quod à plerisque negligitur, non mediocriter caueri ab ijs debet, qui cõlẽdæ pietati studẽt, ne in risum videlicet præter modum effusi sint, quandoquidem non abesse à se intemperantiam significat is, qui profuso nimis, petulantèque risu tenera mit sesque animi sui motus nequaquam sedatos, eiusque mollitiem, ac veluti laxitatem nequaquam ratione seuera habere cõpressam declarat. Verum enim modice risum diducere, eoque modo animi sui diffusionem leuiter significare, non est contra decorum, quatenus illud tantum indicetur, quod scriptum est Prouerb. 15. Cor gaudens exhilarat faciem; illud autem in immanes cachinnos prorumpere, & corpore contra animi voluntatẽ suffultare, nequaq̃ est eius, qui ab sẽpositio sit, aut plane probo, & compote sui ipsius. Porro hoc in esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesiastici 21.

vir sapientissimus Salomon Ecclesiastici 21. confirmat his verbis: Fatuus in risu exaltat vocem suam, vir autem sapiens vix tacite ridebit. Huiusmodi genus risus Ecclesiastes cap. 2. damnans, tanquam rem animi constantiæ, & grauitati maxime contrariam, sic dicit: Risum reputaui errorem. & Ecclesiastici 7. Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. Atque etiam ita esse Dominus ostendit, qui susceptis cæteris, quæ necessario corpus sequuntur, affectionibus, ipsique omnibus, quæcumque virtutis testificationem habent, veluti lassitudinem, & misericordiam aduersus calamitosos, risu, quantum ex Euangeliorum historia cognosci potest, vsus nunquam sit, contraque omnes, quotquot à risu tenerentur, miseros appellauerit. Hæc, & alia huiusmodi Basilius: quod autem notat Christum non legi risisse, etiam aduertit Augustinus ser. 35. de Sanctis, quod argumentum est, risum ad virtutem non esse necessarium, vt dicit Basilius, intellige tamen de risu immoderato: nam risus moderatus, & cum corporis modestia indicat animi gaudium, q̃ de propria, & de proximorum prosperitate etiam temporali licite assumitur, propterea Paulus Rom. 12. monet: Gaudete cum gaudentibus, flete, cum flentibus. & Ecclesiastes 3. Tempus flendi, & tempus ridendi.

Christus risisse nusq̃ legitur in Euangelio.

Væ cum benedixerint vobis omnes homines.

COMMENTARIA.

VLtima hæc sententia illi vltimæ benedictioni superiori respondet, qua Dominus sectatores laudis humanæ incusat, qui non tam Deo, quam hominibus placere cupiunt: maximeque hæc ad Discipulos Domini, & ad eos, qui in verbi prædicatione, & Euãgelij administratione illis succedunt, diriguntur, vt postposito oi humanæ gloriæ appetitu veritati incumbant, scientes damnationem imminere ijs, qui veritate postposita grata prædicant hominibus, vt ab eis pluris fiant, ac magnifi centur. Vnde Paulus recte Galat. 1. si hominibus, inquit, placerem, seruus Christi non essem. Extenditur etiã sententia hæc ad eos, qui magnifica de se audire cupiunt, omnemq; reprehensionem, cum ea digni sint, abhorrent; tam hi, quam illi, etiam si oẽs homines ipsis benedixerint, eorumq; facta probauerint, miseri sunt censendi, et digni væ, & lamentatione: male enim viuere, & ab hominibus commendari summa est miseria: nam hominum reprehensio lux quædam est, manifestans male agentibus, quæ forsan ignorant, ac frenũ eos à vitijs fortiter reprimẽs.

ANNOTATIO XXXVI.

ILlud (omnes) in vetustis nonnullis codicibus non habetur, nec ab Euthymio legitur, nec à Tertull. lib. 4. contra Marcion. habetur tũ ab Irenæo lib. 3. c. 14. significat aũt multitudinẽ, aut generalitatẽ, eo nẽpe sensu, cum benedixerint vobis homines, ét si omnes sint. quod autem ad sensum pertinet, Tertullianus lib. 4. contra Marcion. hanc sententiam interpretatur prolatam contra laudis humanæ sectatores. Titus etiam Bostrenus eandem explicans, sic inquit: similem addit pœnam eos adituros, qui ab hominibus laudari, magniq́ue apud omnes fieri volunt. Hæc ille. Studiũ enim laudis humanæ, auraq́; popularis captandę quando eo peruenit, vt propter humanam laudem mandati, seu præcepti alicuius obseruantia prætermittatur, aut veritatis necessariæ confessio, siue prædicatio negligatur, vel eo præcipue fine lex impleatur, vt humana laus capiatur, aliter non impleda, nisi laus illa prætenderetur, vitium est æternæ damnatione dignum: tales illi erant, de quibus Matth. 24. dictum est: Omnia opera sua faciunt, vt ab hominibus videantur. Similiter & illi, de quibus Ioan. 5. Dominus pronũciauit: Quo potestis credere, qui gloriã ab inuicẽ accipitis, & gloriã, q̃ à solo Deo est, nõ quæritis? illi ét, de quib. Ioã. 12. habetur: Propter metũ Iudæorum non cõfitebãtur, dilexerũt enim magis gloriã hoĩum, q̃ Dei. Fuerunt ét pseudoprophetæ multi, qui aurã populi captantes, falsa, grata illi annunciarunt, de quib. sequenti sua fit sermo. Vt tũ in commentario diximus, hæc præsens sententia licet eos oẽs complectatur, tamen præcipue prolata est pp Discipulos, & verbi prædicatores, vt ab humanæ laudis studio deterrerentur, quæ impedimento maximo est veritati prædicandæ, & annunciandæ, quę in plurimum ijs, qui male viuunt, displicere solet. hunc enim sensum sequens sententia ostendit.

Quę bonorum laus, & benedictio impetretur.

Prædicatores verbi Dei ab humana laude maxime abhorrere dẽt.

Secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.

COMMENTARIA.

CAusam reddit sententię præcedentis: Nam patres, inquit, eorũ, nempe Iudæorum, sic faciebant falsis Prophetis, benedicebant enim eis, laudabant, & magnificabãt illos, qui tamen deplorandi potius erant, cum falsa narrarent, vt populi fauorẽ, & auram sibi conciliarent. Vtriusque igitur tam huius, quam præcedentis sententiæ sensus hic est. væ vobis, cum vobis benedixerint homines, quia similes eritis pseudoprophetis, quibus Iudæorum patres olim benedicebant, in eandemq; damnationem vos incidetis, in quam & illi, cum hominibus placere magis, quã Deo volueritis, quod illi fecerunt, de quibus scriptum est Ierem. 5. Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manib. suis, & populus meus dilexit talia.

Sed vobis dico, qui auditis.

COMMENTARIA.

HActenus oculos in Discipulos attollens locutus est, nunc ad turbas circumstantes sermonem, & oculos conuertit; vt autem, quæ dicturus erat, eis dici significaret, adiunxit (qui auditis) nam prius dixerat (væ vobis diuitibus: væ vobis, qui saturati estis) &c. q̃ absentib. potius cõueniebant: at q̃ se quuntur, illis ét præsentibus prædicabantur, propterea dicit (vobis, qui auditis). Particula (sed) diuersitatem indicat, quasi dictũ esset q̃ deplorãdo dixi, non tam propter vos præsentes, quam propter illos, qui ad me venire volunt, pronunciaui; sed vobis: qui audire me venistis, quæ sequuntur, dico; eos enim, qui me sequũtur, dignum est me ea docere, quæ illos oportet facere.

Diligite inimicos vestros.

COMMENTARIA.

PRæceptum dilectionis proximi, q̃ Deus in monte populo tradiderat, quodque siniſtram à Iudæis interpretationem acceperat, nunc Christus explicat, & iniungit, diligite inimicos vestros; quasi diceret, præcepit vobis Deus olim diligere proximum; ego autẽ dico proximi nomine etiam inimicos intelligi; nec solum dico, & declaro, sed etiã eadem auctoritate præcipio. Non quod velim vos diligere inimicitiam, & malam voluntatem q̃ cõtra vos gerit inimicus vester, sed q̃ pp inimicitiã, & malã illius voluntatẽ non desinatis illi homini, qui proximus est, bene velle, sicut mater diligit filium infirmum, & ægrotum, non quod diligat, et optet morbum, sed quod propter infirmitatem, & ægritudinem non cessat amare filium suum, eique bene velle, sic & vos diligite inimicos vestros.

ANNOTATIO XXXVII.

CVm diligere aliquem non aliud sit, q̃ illi bonũ velle, fit, vt in dilectione duo intercedant, nempe bonum ipsum, quod illi volumus, & optamus; ac causa siue ratio, propter quam illi tale bonum volumus, seu quæ nos inducit, vt bonum ei velimus. Stigatur quispiam interroget, quod est bonum, q̃ã inimicis velle iubemur? Respondeo esse spirituale, & q̃ ad ãæ salutem spectat; velle. n. debem⁹ inimicis, & proximis quibuscunq; felicitatẽ æternã, & ea, quæ in hoc sæculo ad eam assequendam illis necessaria sunt. Nec tantum bonum spirituale volendum, ac optandum illis est, sed ea etiam bona temporalia, quæ instrumento, & adiutorio eis fuerint, ad spiritualia obtinenda. Hæc enim nobis ipsis volumus, & velle debemus, si nos vere diligimus. Si vero quispiam interroget, quæ sit causa, propter quam inimicis hæc bona velle debemus? Respõdeo Deum ipsum esse propter Deum enim diligendi sunt inimici, sunt enim ipsius creaturæ, ad imaginem ipsius creati, & ad ipsummet ordinati, & Deus illos à nobis diligi voluit. Hoc ergo dilectionis inimicorum præceptum est, vt inimicis bona spiritualia, & quæ ad ea necessaria

Quæ bona inimicis optãda, & qua de causa ijdẽ sint diligendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

faria sunt temporalia, velimus, Dei ipsius interitu. Hæc duo in dilectione concludi docet Greg. hom.27. in Euangelia interpretãs illud Ioã.15.(diligatis inuicẽ sicut dilexi vos)de priori enim sic inquit: Sicut dilexi vos, ac si apertè dicat, ad hoc amate, ad quod amaui vos. De posteriori sic habet: Ille veraciter charitatem habet, qui amicum diligit in Deo, & inimicum propter Deum; id etiam probari potest ex illo 1. Ioann. 4. 1.Ioã.4 Qui diligit fratrem, Deus in illo manet; dicitur enim Deus manere in diligente fratrem, quando diligitur frater propter Deũ.

Ex his facile est distinguere hanc dilectionem ab aliis dilectionum generibus, q̃ ad hoc præceptum non pertinẽt; sunt enim quatuor dilectionum genera. quædam est primo loco dilectio vitiosa, & mala, quando unus alterum diligit causa & ratione alicuius inhonestæ, & iniquæ, quæ dilectio præterquam quod reprobanda est, est etiam falsa, & instabilis: falsa quidem, quia qui se ad malum diligunt, potius se odio habere dicendi sunt: nisi enim, qui sic alterum diligit, bonũ aliquod rẽporale velit, tũ ex altera parte malum spirituale, q̃ vere malum est, desiderat. Ps.10. qui diligit iniquitatẽ, odit animã suam: qui ergo in altero diligit iniquitatem, odit animam eius. Ita deduxit Origenes tract.23. in Matth. Instabilis etiam est hæc dilectio, quia cessante illo vitio, q̃ multis de causis cessare contingit, perit dilectio talis, imò aliquando conuertitur in odium, quo se mutuo prosequuntur, qui se prius inuicem bene volebant.

Alterũ dilectionis genus est cõe, qñ diligendi ratio, accidens quoddam est temporale, ut qui se mutuo diligũt, quia eiusdem sunt patriæ, aut nationis, aut quia in studijs socij, aut pp mutuam cõuersationẽ, aut pp beneficium receptum, aut expectatum, aut similib. de causis, quæ dilectio non est vitiosa, nec mala ex se, facile tamẽ solubilis est, quia vel minima æmulatio, aut indignatio, aut propria vtilitas, inter sic se diligentes subortæ solunt dilectionem; non enim resistit multũ ijs, q̃ dilectioni aduersantur.

Tertium dilectionis genus est naturale, quod carnis coniunctione nititur, quando quidam se diligunt, quia affines, cognatiue sunt, ratioque diligendi est coniunctio talis, quæ dilectio bona quidem est, & laudabilis in se, tamen imperfecta est, quia hæc sola diligendi causa non efficit, vt dilectio actus sit virtutis. Vnde Gregorius hom.27. in Euãg. de ea loquẽs, sic inquit: Sunt nonnulli, qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis, & carnis, quibus in hac dilectione sicta eloquia non contradicitur, sed aliud est, q̃ sponte naturæ impenditur, aliud, quod præceptis Dominicis ex charitate debetur obedientiæ. Hi nimirum & proximum diligunt, & tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequuntur, quia amorẽ suũ non spiritualiter, sed carnaliter impendunt. Hæc ille. Angusta etiam est, nam ad paucos extenditur, cum pauci sint hoc vinculo coniuncti; quando enim ad quartum gradum, aut quintum cognatio peruenit, fere iam cessat vinculum hoc, & causa dilectionis; immo debilis etiam est dilectio talis: nam multa solent eam mutare, & in odium conuertere. Vt enim notat Ambrosius lib.de Noe, & arca cap.26. sæpe hæreditatis diuidendæ causa mutuo se odio prosequuntur, plusque potest amor pecuniæ, quam vinculũ hoc naturale. Videmus ẽt, vt dicit Chrys.hom.1.in Epist.ad Colos sen. filios mortem patribus optare, vt hæreditas ad eos perueniat. Est ẽt dilectio hæc periculosa; ob carnem n. & sanguine multa compelluntur homines facere erga sibi coniunctos cõtra rationem, & legem Dei, quod experientia abunde nos docet.

Quartum dilectionis genus est morale, & honestũ, qñ quidã se mutuo diligunt pp virtutẽ aliquã, & dilectio huiusmodi bona est, & perfectior præcedẽtibus; tñ fallax, & mutabilis. fallax quidẽ, q̃ sæpe decipimur, existimãtes quempiam esse iustũ, bonum, temperatum, &c. cum re vera non sit talis: mutabilis vero, quia dilectio huiusmodi cessat, quando qui se ea diligunt, desinunt esse tales, quales erant; ablata enim ratione, & causa diligendi, remouetur etiam dilectio.

Dilectio à Deo præcepta cæteris eminet

Ab his omnibus dilectio, quam Dominus præcipit, differt, eisque superior est, vtpote, quæ maximam omnium diligendi causam habet, scilicet Deum ipsum, atque perfectius bonum vult, nempe spirituale, & æternũ. Vnde hæc dilectio est vera, ac stabilis, ampla, fortis, verax, & perfecta. vera quidem, quia verũ bonum ijs, quos diligimus, cupimus, stabilis, quia causa diligendi immota manet, nempe Deus ipse, propter quem diligimus, quantũcunq; ꝛ. mutẽtur homines quos diligimus, semper tñ perseuerat ratio propter quam diliguntur. Vnde rectè Augustinus lib.4. cõfess.c.9. Ille solus, inquit, nullum perdit amicum, cui oẽs in eo chari sunt, qui non amittitur; ampla, quia ad oẽs extenditur, non solũ homines cuiuscũque nationis, ætatis, sexũs, & conditionis, sed ẽt ad Angelos; omnes n. hi propter Deum diligendi sunt: fortis etiã est, quia rõ amandi, & diligẽdi efficacissima est, ac sufficiens ad superanda omnia, quæ dilectionẽ impediunt: propter Deum enim omnia quæ aduersantur, superari debẽt; siue enim homo inimicus sit, siue onerosus, siue quodcũq; aliud impedimentum habeat, quominus diligi in se debeat, plus debet momenti habere apud nos Deus ipse, propter quẽ diligimus; quod quidem paulo inferius magis dilucidabitur: verax est, quia quamuis falli possimus in hominũ qualitate dignoscenda, in ratione tamen amandi falli nõ possumus; semper n. propter Deum diligẽdus est proximus, siue bonus, siue malus sit: perfectus demũ est, quia per hanc Deo maximè assimilamur, qui omnia diligit, & propter seipsum diligit. ideirco enim dicitur Matth.5. Estote perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est. sermo ibi de dilectione est. Ex his omnibus facile est hanc Dominicam sententiam intelligere.

ANNOTATIO XXVIII.

Præceptum de diligendis inimicis, qũ adimplẽdum.

Adhuc sunt nonnulla considerãda pro maiori eiusdem sententiæ explicatione. Primo quidem ad implendã hanc inimicorũ dilectionem multa spectare. vnum est non habere odio inimicum; qui enim odit eum, dilectioni maximè aduersatur: hoc tamen non sufficit, sed est alterũ etiam necessarium, nempe vt bene velimus ei; hoc est enim diligere, quod Dñs Matth.5. expressit, dicens: Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum; ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, quasi diceret: Non aliter erga inimicos, quam erga amicos vos exhibete, hos non solum non habetis odio, sed bene eis vultis: sic eũ inimicis facite, vt non tantum non odio habeatis illos, sed etiam diligatis. Vnde merito Hieronymus Matthæi 5. reprehendit eos, qui dicebant sufficere, si non odio habeant inimicos, nam diligere impossibile est. Errarunt quidem in duobus: tum quia non satis est non odisse: tum quia diligere impossibile non est; nam præsto est semper auxilium gratiæ Dei, quo possit inimicus diligi, si homo, quod est sui arbitrij, simul Deo iuuanti exhibeat. Nec etiam hæc duo semper satis sunt ad hanc dilectionem præstandam, sed necessariũ est exteriora signa dilectionis dare, vt salutare, resalutare, sicut antequã inimicitiæ intercessissent, fieri solebat inter illos. quod Dñs Matth.5. significauit, dicens: Si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis, nõne & ethnici hoc faciunt? Hæc sunt, quæ ad dilectionẽ hanc exhibendam erga inimicos spectant. Secundo aduertendum est, hanc Dñi sententiã partim esse præcepti, partim consilij; si consideremus quidem primum, nẽpe non habere odio fratre, aut inimicũ, nec ei velle malum, præceptum est, quod probatur illo 1. Ioan.2. Qui odit fratrem suũ, in tenebris est. & 1. Ioan.3. Omnis qui odit fratrẽ suum, homicida est. Nomine autem fratris, inimicos etiam intelligi, res est manifesta. Secundum vero, nempe diligere inimicum, & ei bene velle, non semper præceptum est: nam duob. modis contingit diligere quempiam; priori quidem in genere, seu vniuersãli, qui enim omnes genera liter diligit, beneq; eis vult, non excipiendo quenquam, diligit etiam inimicũ; posteriori vero modo in particulari, quando distinctè huic homini bene volumus. Si igitur dilectio in generali accipiatur, in præcepto est semper; tenemur. n. sic omnes homines diligere, eisq; bene velle, quod si forsan quispiam inimicus noster est inter eos, à generali dilectione nostra non debet excludi. Dilectio verò in particulari perfectior est, non tamen in præcepto, sed in consilio est, nisi quando occasio se offert, in qua inimico ex præcepto benefaciendi est; tunc enim particularis affectus erga inimicũ in præcepto est. Sicut etiam diligere proximum in generali, præceptum est, in particulari vero consilium, nisi occurrat occasio exhibendæ dilectionis in particulari.

Inimicorũ dilectio partim sub præcepto, partim sub cõsilio cadit.

Tertium autẽ, nempe signa dilectionis exhibere, aliqñ præceptum, aliqñ consilium est. Sunt. n. signa duplicia, quædã eorũ quæ nemini negant, vt salutare salutantes, salutera similia, quæ etiã ethnicis inter se præstamus, & hæc in præcepto sunt, nec licet ne gare ea cuipiã eo titulo, quia inimicus est, nisi qñ negantur ad correctionem, aut pu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitionem iustam: sicut pater filium delinquentem non vult admittere, nec salutantē resalutare, vt confundatur, & emendetur, sic Dauid 2. Reg. 14. Absalonem à suo conspectu eiecit. Particularia vero signa, quæ sunt conuersatio, conuictus, & quædam alia peculiaria amicorum signa, exhibere conferunt est, non autem præceptum, nisi quando scandalum graue sequatur, si non exhibeatur, aut inimici saluti spirituali noceat priuatio talium signorum, aut graue damnū temporale adferat; tunc enim præceptum esset exhibere signa particularia. Hæc autē longius prosequi nō est instituti præsentis.

2. Reg. 14.

Præceptum diligendi inimicos partim naturale, partim supernaturale.

Tertio cōsiderandum est, Basilium reg. breuio. respon. 177. affirmasse præceptum diligendi inimicos esse naturale, quod ea ratione probat, quia naturale est benefactores diligere; at inimici benefactores maxime nostri sunt; per eos. n. beatitudinē consequimur, dicente Domino: Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, &c. Hæc ratio Basilij non videtur satis accommodata: nam is non censetur benefacere alteri, qui non habet intētionem bonā conferendi: inimicus autē non eo animo inimicus est, vt prosit, sed vt noceat; idcirco non est benefactor. Præterea, quia vilitas, quam inimicus adfert, est ex parte illius, cui inimicus est, quia ille benevtitur inimicitia eius; hoc autem non facit illum benefactorem, alias, infirmitates, & mors, cęteraq; similia, inter bona computarentur. Ea igitur causa non est probanda. Quod autem dicit, esse præceptum naturale, cum distinctione recipiendum est; quantum. n. ad actum dilectionis, naturale præceptum est; sunt enim inimici diligendi; at vero quantum ad rationem dilectionis, & bona, quę ex charitate velle debemus, hęmo propter Deum ipsum; & bona spiritualia, & ad beatitudinē ordinata, supernaturale est. hæc. n. sola fides manifestat. Dico igitur actū ipsum, nempe amare, & quantum ad bona naturalia, & moralia, diligere inimicos, naturale esse præceptum, & obligās etiam gentes, & infideles; ideoq; philosophi quidam docuerunt; ratio autem est, quia naturale est proximum diligere, quia proximus est. cum autem inimicitia non tollat hāc proximi rationem, diligi debet proximus, qua inuis inimicus, sicut diligendus est pater, licet filio infensus, quia ratio paternitatis semper manet. Dicemus plura, quando de rationabilitate huius præcepti paulo inferius tractabimus.

ANNOTATIO XXXIX.

Appetitus vindicte quę et quādo nō sit cōtra præceptū diligēdi inimicos.

SVnt alia quædam pro perfectiori explicatione eiusdem sententię notanda, primo quidem ex Anselmo lib. de similitudinibus cap. 162. non esse contra præceptum diligendi inimicos, si quis appetitu carnis appetat damnum inimici, quando non est rationis consensus; sentiunt enim quidam quādam turbationem in se, & auersionem inuoluntariam aduersus eos, à quibus læsi sunt; non tamen ratione deliberata appetitui tali adhærent, immo approbant Dominicum hoc præceptum, sed adimplere desiderant, ac procurant benefacere inimico, & bene de illo loqui; cō oportet. Verba Anselmi sunt hæc: Licet appetitus meus carnalis damnum inimici appetat, non tamen hoc ore profiteri debeo, sed potius dānum eius plangere, & contra appetitum carnis meæ illius prosperitati fauere, illius damnum solum verbo, si corde simul nequeo, demonstrare mihi displicere; nam si rationem consideramus, rectius agimus, quando Deo obedimus, quam faciamus, quando carnali voluptati consentimus; præceptum enim Domini est, vt inimicos diligamus. Si ergo eos affectuose diligere nequeo, quomodo carnalitatem meam ad amorem eorum flectere valeo? Tamen velle debeo me posse eos amare, & donec valeam hoc egere, verbum, quod potestati meæ subiacet, bonum, & non malum de illis promulgare; cumq; hoc ago, non mentior quando dico me illos diligere, quoniam velle adiacet mihi, perficere autem non habeo, condelector tamen Dominico præcepto secundum rationem spiritus mei, vt eos diligā, quamuis corruptibilitas carnis meæ repugnet; iam. n. non operor ego illud, sed qđ regnat in me peccatū. aliud. n. est sentire, aliud cōsentire. Hęc Anselmus.

Quomodo liceat inimici male optare.

Secundo notandum est, non esse contra hoc dilectionis præceptum, si cui inimico velimus, & optemus aliquod malum tēporale; non quidem, vt illi male sit, sed vt corrigatur, & emendetur à peccatis, & conuertat se ad spirituale bonum. Hoc docet Augustin. lib. 1. de sermone Domini in monte c. 37. & ratio ipsa confirmat; hoc. n. non est odio habere, sed potius diligere: nam & medicus corpori infert malum cum venam scindit, & cibos prohibet; non tamen odio habet infirmum, sed diligit, quia propter sanitatem ea facit, malumq; temporale ad spirituale bonum assequendum nō mali, sed boni rationem habet. Non est etiam cōtra hanc dilectionem, si quis vni malum velit, & optet propter commune bonum conseruandum: licet enim desiderare pernicioſos quosdam de medio auferri, ne noceant multis. ita docet August. lib. 1. de doctr. Christiana, cap. 25. vt enim rectē inquit, hoc nō est odio illos habere, sed plus diligere bonum commune, quam priuatū, quod ratio ipsa naturalis faciendum monet; totum. n. parti præferendum est: qui ergo malum alteri vult, quia malū illius est, & ob dānum ipsius, ille est, qui huic dilectioni aduersat.

Plus tūt diligēdi amici, q̄ inimici.

Tertio considerandum est hoc dilectionis præceptum, non auferre ordinem charitatis. non. n. præcipit Christus nobis equaliter diligere amicos, & inimicos; plus. n. diligendi illi, quam hi sunt, quod rectē docet Origenes hom. 2. in Cantic. & Hieronym. lib. 1. contra Pelagianos. immo inter inimicos ipsos non est dilectio æqualis, vt idem Origenes hom. 3. in cantica notauit, plus enim diligendus est melior; præcipitur ergo dilectio, sed non æqualitas dilectionis, nec ordo ipsius erga diligendos auferitur. Quod etiam in benefaciendo intelligitur: plus enim indigenti inimico est benefaciendum, quam minus indigenti.

Dilectio inimici, latior, purior, et perfectior est, quā dilectio amici.

Quarto considerandū est, dilectionem amicorum, & inimicorum, si inuicē conferatur, esse latiorem, puriorem, & perfectiorem eam, quæ erga inimicos est. latior quidem est, quia qui diligit inimicū, diligit ēt amicum. nō autem contra, cum multi amicos diligant, non autē inimicos, vnde Ambrosius ser. 12. in Psal. 118. illud (latū mandatum tuum nimis) se dilectionis inimicorum præcepto interpretatur. Purior etiā est, quia qui inimicum diligit, vere ob solum Deum diligit; non enim est alia ratio in inimico, propter quam diligatur: at qui amicum diligit, sæpe non ob Deum tantum, sed etiam ob amicitiam, seu ob ea, quæ ad amicitiam inducunt, diligit. Perfectior vero est, non quidem ex parte obiecti, seu eius, qui diligitur, hæc enim ratione perfectior est amici dilectio: sed ex parte subiecti, id est, eius, qui diligit; nam difficilius est inimicum diligere, maiorq; conatus voluntatis necessarius est ad eum diligendum, quam ad amicum, cum illo diligendo sint multa, quæ impediunt, & auertunt dilectionem. qua de causa perfectio in diligente maior est necessaria ad inimicum diligendum, quod quidē scriptura testatur Matt. 5. ad hanc enim dilectionem Christus exhortans, inquit: Estote ergo perfecti, sicut Pater vester perfectus est, quasi opus perfectionis sit diligere inimicum. Paulus etiam Rom. 5. Commendat, inquit, Deus charitatem suam in nobis, quod cum inimici essemus, Christus secundum tempus pro nobis mortuus est. Idē Doctores sacri tradūt; Augustinus. n. in Enchiridio c. 73. & 74. affirmat diligere amicos esse incipientium, & proficientium; diligere vero inimicos perfectorum, nec homines peruenire ad hunc gradū nisi post multas orationes. Gregor. etiam lib. 9. moral. c. 9. adducens illud Ieremi. 15. (Si Moyses, & Elias steterint coram me, non exaudiam) dicit hos in exemplum fuisse adductos, quia inimicos dilexerant, quasi id sit perfectorum. Bernardus ēt serm. feriæ 4. hebdomadæ sanctæ, interpretans illud Ioan. 15. Maiorem charitatē nemo habet, quam vt animā suam ponat quis pro amicis suis: Maiorē, inquit, tu Domine habuisti, qui pro inimicis tuis animam posuisti. Constat igitur esse perfectiorem dilectionem inimicorum, & consequenter maioris meriti apud Deū, cæteris paribus, quā dilectionem amicorum. Dico autē cæteris paribus, quia potest fieri, vt dilectio amici sit multo vehementior, & à maiori gratia prouenies, quā dilectio inimici, sicq; magis erit memoria: tamen si pares sint in intentione, & ab æquali gratia procedens, tūc dilectio inimici maius habet meritum.

Benefacite his, qui oderunt vos.

COMMENTARIA.

NOn solo affectu dilectio est exhibenda, sed etiam effectu: oportet ergo benefacere etiam ijs, qui oderunt nos; debet. n. plus posse apud nos bonitas, quā apud alios malitia; si qui. n. bis, his non solū velle bona, sed etiam facere oportet, non tantum tēporalia, sed etiā spiritualia, si opus est, vt odientium corporibus, & animabus subueniamus. Hoc enim est opus perfectæ dilectionis, quando nos odientibus ea

Rom. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præstamus, cum indigent, quæ, & diligentibus. Sicut igit ad implendũ Domini præceptum diligendi inimicos, oportet non tantũ non odio habere, sed simul etiam diligere, ita etiã in hoc præcepto, ijs, qui nos oderunt, non solum non male facere, sed etiam benefacere debemus. Est autẽ præceptum vtilissimum, nam qui benefacit odio habenti, odium illius in amorem conuertit. Nam beneficia animos recipientium conuertunt, faciuntque, vt qui odio prius prosequebãtur, postea summo diligant affectu, immo vt eos etiã pœniteat aliquando odisse.

ANNOTATIO XL.

Dilectio non solo affectu, sed ẽt effectu est exhibenda.

BAsilius regul. breuio. respon. 167. hanc Domini sententiam non de bonis temporalib. tantum, sed etiam de spiritualibus intelligendã esse, vtroque. n. modo est benefaciendum ijs, qui nos oderunt. Verba ipsius sunt: Qm̃ homo constat ex animo, & corpore, quod quidẽ ad animum attinet, eos, qui huiusmodi sunt, diligemus castigãdo, admonendo, & omnib. modis ad sanitatem reuocando: Quod vero ad corpus pertinet, beneficijs ipsos subleuãdo, cũ aliqua re egeant earum, quæ sunt ad vitã necessariæ. Hæc ille. Dilectionẽ autẽ non solo affectu, sed ẽt effectu exhibendam exemplo

Ephe. 5. Christi docet, & monet Paulus Ephes. 5. Estote, inquit, imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ, & hostiam Deo, quasi diceret: Christus affectu, & effectu dilexit nos; hoc. n. est benefacere. Quod etiam ipsemet Christus Matt. 5. Dei exẽplo, Diligite, inquit, inimicos vestros, & benefacite ijs, qui oderunt vos, vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est, qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.

An sit maior immicũ diligere q̃ ei benefacere.

Chrysostomus hom. 18. in Matthæum affirmat superiorẽ hunc gradũ esse priori, plusq; esse benefacere inimico, quã ipsum diligere: quæ quidem doctrina intelligẽda est cum limitatione: nam benefacere aliquando ex dilectione procedit, cũ benefacimus ei, quem diligimus, excitatque nos dilectio ad bona præstanda dilectis, sic aũt difficilius est benefacere, q̃ diligere, superiusq; est illud, quã hoc, cũ includat ipsum, & addat. Aliqñ vero non ex charitate procedit, sed ex vana gloria, vt homo ostentet se, magnificeturq; ab alijs quasi perfectus, & liberalis, quippe qui inimicis benefaciat, aliqñ etiã ex timore, ne lædatur ab inimico, aut ne ab alijs reprehendatur. aliqñ ex ambitione, quia prætẽdit aliquid ab eo, cui benefacit, immo aliqñ procedit ex odio, vt si quis benefaciat inimico, vt eũ cõfundat, aut vt eum peiorem faciat apparere; qũo refert Augustinus ser. 178. quosdã existimasse licere benefacere inimico ea intentione, vt si in inimicitia pseueraret, grauioris æternæq; pœnæ reus efficeret, qđ re vera est odio hẽre. Pot ergo beneficiũ exterius, non ex dilectione, sed ẽt ex alijs causis prouenire: tũcque minus est benefacere, q̃ diligere, facilius q; est illud q̃ hoc; immo ẽt si bono animo fiat: facilius. n. inducitur homo ad benefaciendũ inimico, q̃ ad diligendũ, vt patet ex Anselmo in annotatione superiori citato in lib. de similitu. c. 162. Quod ẽt in simili quodam docet Greg. hom. 17. in Ezechielẽ affirmans, facilius est tolerare iniuriã exterius tantũ, q̃ interius. Hac de causa in veteri testamento legimus beneficentiã ergã inimicos expressã fuisse, non aũt dilectionem, quia illa in sẽ facilior erat. Exod. 23. Si videris, inquit, asinum inimici tui iacentẽ, ne prætereas, nisi prius alleues illũ. & Prouer. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, da ei aquam bibere. Dominus igitur in hac sententia benefaciendum ex dilectione docet ijs, qui oderunt nos, ita eoq; sensu vera est Chrysostomi doctrina.

Exod 23.

ANNOTATIO XLI.

ORigenes dialog. 1. de fide, refert Marcionẽ ab hoc fuisse hac sententia, vt suã hæresim confirmaret, asserebat. n. Deũ veteris testamẽti esse aliũ à Deo noui testamenti; & hunc locũ proferebat, quia Deus in nouo testamento benefacere inimicis, & odio nos habentibus præcipit: at Deus in veteri testamẽto occidi iussit Amorrhæos, Hethæos, cæteroſq; habitatores terræ promissionis. Eodem argumento vsus est Adimãtus, vt refert Augus. c. 17. contra eundẽ.

Præcepta diligẽdi inimicos non solũ eos nõ lædere, sed eisdem benefacere ostendũtur.

In elucidationem aũt veritatis, explicanda sunt duo, quæ in hoc Domini præcepto benefaciendi odientib. nos, continentur, nempe nõ facere malũ, nec nocere illis, & rursus bene eis facere. Quod ad prius spectat, ille dẽ malum alteri facere, qui quod malum putat illi facere, vt noceat, sunt ei duo necessaria. vnũ est, vt putet esse malum, qui enim alteri facit malum sed ignorabat esse malum, putabatq; esse bonum, ac ideo illi facit, non dicitur malefacere ei: congruit. n. inquit Augustinus epist. 48. vt qui sibi videtur bene alteri facere, ei noceat. quod etiam docuit Ambros. ser. 4. & 20. in Psal. 118. fit enim, vt pater congregat diuitias filio, arbitrans se illi benefacere, quæ ẽi plurimum ei nocent. Suntq; exempla plurima huius rei, tam in bonis temporalibus, quam spiritualibus, vt re vera nocerent, quæ tamen bona esse putabantur. Is ergo dicitur malefacere alteri, qui quod putat malum, illi facit. nec hoc satis est, sed vt animo nocendi illi faciat: qui enim alteri malum aliquod facit, vt prũt, & maius allatat ei bonũ, non malefacere dicitur, nec agit cõtra hoc præceptum. Vnde Paulus non dicitur fecisse malum illi Corinthio. 1. Cor. 5. quem tradidit Satanæ in interitũ carnis, vt spiritus saluus fieret, similiterq; qui correctionis, aut emẽdationis causa aliquod tẽporale malũ infert ei, quẽ emendare tenetur, nõ agit contra præceptum hoc, sicque Augustinus Epist. 48. & Chrysost. hom. 47. in Matth. tradiderunt. Rursus, qui in aliorum exemplum, & emendationem vni, aut alteri malũ debitum infert, nõ aduersatur huic præcepto, quales sunt iudices, punientes furtes, homicidas, cæteroſq; criminosos: hi nõ transgrediuntur præceptum hoc, quia non vt noceant, sed vt communitatibus, & rebuspublicis prosint, malaq; auertant ea faciunt. Sic excusat Augustinus lib. 22. cõtra Faustum cap. 79. Moysem, qui Exod. 32. plurimos morte affecit. Atq; hoc pacto idẽ Augustinus respondet Adimanto, in loco superius citato; non. n. in nouo testamento prohibetur per hoc Christi præceptũ malos, & scelerates in propriam, aut aliorum correctionẽ, & emendationẽ punire. Rursus, nec aduersatur huic præcepto, qui inuasorem vim vi repellẽdo occidit, non. n. hic malũ infert, vt nocear alteri, sed vt se tueatur, quando aliter id facere non potest. Quamuis in hac parte aliter vi insinuare Augustinus lib. 1. de lib. arbitr. c. 5. & Epist. 154. ad Publicolam, vbi laudat leges impune id facere permittẽtes, tanquam minus malum. At re vera non minus malum, sed bonum est, licetq; inuasores repellere non solum proprios, sed etiam proximorum, & si aliter non possunt repelli, occidere, vt vita propria, aut aliorum ab iniustis aggressor. b. defendatur; quod docte tradit Ambros. lib. 1. offici. c. 36. vbi laudat Moysem occidentem Aegyptium illum in defensionem proximi, ne inique occideretur ab eo. His, & similibus exemplis constat, quid sit malefacere alteri, quisque à ratione malefaciendi excludatur.

Exod 32.

Vim vi repellere licitũ.

Facile etiam est ex eisdem deducere, quid sit benefacere alteri: is enim benefacit, qui quod putat esse bonum, facit, idq; animo, & intentione benefaciendi, saltem non nocendi voluntate: sunt enim duo necessaria. vnum est, vt existimet esse bonũ: contingit enim quempiam alteri bonum facere, at ipse malum putabat: ideoq; faciebat: nam multi arbitrantur se obesse alijs, cum tamẽ prosint, sicut fratres Ioseph, qui existimantes damnum ei inferre, tradentes eum in Aegyptum, causam illi præstiterũt exaltationis, non tamen ob id benefecisse dicuntur, quia hæc non vt bona fecerant illi. Sicut enim male facit, qui alteri facit, quod putat esse malum, etiam si vere bonũ illi sit; ita è contrario benefacit qui qđ bonum credit, alteri exhibet, licet malum sit. Præterea opus est, vt animo benefaciẽdi faciat, aut saltem nõ nocendi. sunt. n. qui bona præstant alijs, non vt benefaciant, sed vt maiora bona illis impediãt, imitantes Dæmonem, de quo Augustinus in Psal. 40. refert, eũ cum non potuisset Christum expugnare vituperãdo, vt fecit per idolatras, tentasse id assequi laudando, quod per hæreticos effecit, qui Christum confitendo eius Euãgelio aduersantur. Sic quidam maiora bona procurant alijs, inuidia aut odio, vt ea sint impedimẽto, quo minus maiora consequãtur, hi non bene, sed male facere dicendi sunt. Postremo notandum est pro rei huius intelligentia, non tantum eum malefacere, qui malum infert alteri, sed etiam qui bonum impedit. Nec etiam tantum benefacere, qui bonum facit alteri, sed etiam qui malum ab eo auertit. liquet ergo quid sit benefacere.

ANNOTATIO XLII.

Qui sit odio habere, & de quadruplici aduersitate diuersitate.

EXplicandum cõsequenter est, qui sint hi, qui dicuntur odio habere aliquem, quibus benefacere præcepit Christus. odio aũtẽ habere, & diligere contraria sunt: sicut igitur diligere aliquem est bonum illi

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi velle, ita odio habere non aliud est, quã malum alteri velle; illi ergo dicuntur odisse, qui maleuoli sunt, malumq; alteri exoptant. Quorum multæ sunt differentiæ, Quidam odio habent alios ex causa; ij autem sunt, qui malum aliquod ab alijs receperunt, quo affecti, & excitati eos odio habent, ipsique mala exoptant; non quod liceat illis odio habere suos malefactores, sed quod hi digni sint odio, quantum est ex parte ipsorum: cõtingit enim vnum iniuste agere altero iuste patiẽte, vt docte notauit Anselmus lib. 1. cur Deus homo c. 7. idque exemplo declarat illius, qui percutit illum, à quo prius percussus fuit; is enim, qui prius percussit, iuste patitur, tamen qui percutit, iniuste agit, quia non licet vindicta se. Quidam alij secundo loco odio habent sine causa, qui non prouocati ab alijs aliquo malo, eos odio habent, hi dicuntur odio habere gratis. Ioan. 15. Odio habuerunt me gratis. vbi Cyrillus lib. 10. cap. 32. eos dicit odio habere aliquem gratis, qui sine causa, cum nihil mali ab illo acceperint, eum odio habent. Quidam alij tertio loco sunt, qui odio habent non solum sine causa, sed etiam contra causam, qui inimicum oderunt illos, à quibus diliguntur, aut bona acceperunt, quod pessimum est, & maximæ ingratitudinis argumentum. de quibus Ioan. 10. dixit Dominus, multa bona opera ostendi vobis à Patre meo, propter quod horum vultis me lapidare? de his etiam Augustinus Psal. 7. interpretatur illud, si reddidi retribuentibus mihi mala. retribuentes intelligit eos, à quibus bona receperat, quibus David negat se mala reddidisse. de his etiã est illud Psal. 37. qui tribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi. Quidã quarto loco sunt, qui oderunt sic alios, vt ex odio nullũ sibi cõmodum quærant, aut incommodũ fugiant, quos Augustinus tract. 91. in Ioan. interpretatur dictos esse gratis odisse, similes dæmonibus, qui homines odio habent, nihil inde vtilitatis reportantes, nec quidquã mali proprij imminuẽtes. Omnibus his benefaciendũ est, nec distinguere debemus, sed quouis modo odio nos habeãt, eos diligere, & bonis prosequi, nullumq; malũ illis inferre tenemur.

Ioã. 15.

Quo differat inimicus, & odio habens.

ANNOTATIO XXIII.

SVnt autem nonnulla dubia, quorum resolutio hanc Dominicam sententiam perfectius elucidat. Primum est, quod sit discrimẽ inter inimicos, quos diligere præcipimur; & odio habentes, quibus benefaciendum est. Scriptura interdum hæc duo distinguit, & copulat, Psal. 105. Dominati, inquit, sunt eorum, qui oderunt eos; & tribulauerunt eos inimici eorum. & Psal. 54. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, & si is, qui oderat me, maligna locutus fuisset aduersus me, abscondissem me ab eo. Luc. 1. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos. Est autem differentia, inimici enim dicuntur, qui non tantum odio habent aliquem, sed exterius profitentur se odio habere; vt enim amicus dicitur, qui non tantum interius bene vult alteri, sed qui etiam signis exterioribus eam bonam voluntatem explicat; ita etiam inimicus. Nomine autem odio habentis is significatur, qui malum alteri exoptat, non tamen exterius profitetur hanc malam erga eum habere voluntatem; vel quia non audet; vel vt magis noceat quãuis signis quibusdam, & effectibus sæpe prodatur. Si vterq; conferatur, peior est qui odio habet inimicum, idque in multis: tum quia non solum nocet, sed etiam decipit, dissimulat enim odium, nec vult agnosci, nocetque vt inimicus, sed non profitetur se velle nocere: tũ quia difficilius est cauere ab ijs, qui odio habent. vt enim inquit Augustinus lib. 19. ciui. cap. 5. prius nocent, quã agnoscantur: tum etiam, quia huiusmodi solent magis odisse, grauiusque nocere, quam inimici; augetur enim odium simulatione, minuitur propalatione, maiusq; infert detrimentum, qui sub specie amici, aut odio occulto nocet, quia alterum impræparatum inuenit. Vterque igitur tã inimicus, quàm qui odio habet, malum alteri vult & exoptat, vterque etiam nocet, quando potest, sed discrimen est, quod ille externus profitetur, quod habet in animo; hic vero non.

Quare Dominus præcipiat inimicos diligere, & odientib. bene facere.

Alterum dubium est, cur Dominus inimicos diligere, odio autem habentibus benefacere præceperit? Respondeo nõ sic esse hæc duo separanda, quasi non sint, qui odio habent, diligendi, aut inimicis non sit benefaciendum, cum vtrumque exhibere debeamus erga inimicos, & odio habentes, omnium eos diligere, ac vtrisque, quando opus est, bene facere; inimicis enim benefaciendum esse docet Paulus Rom. 12. Si inimicus

micus, inquit, tuus esurierit, ciba illum. Dominus autem hæc diuisit, quia inimici, cum exterius profitentur odium suum aduersus alterum, in plurimum nõ acceptant beneficia; immo ægre ferunt in eum statum se deijci, vt opus habeant inimici beneficentia, & quando necessitate nõ coguntur, contemnere inimicorum beneficia solent, eaque recipere dedignantur; propterea Dominus præcipit diligere inimicos; hoc enim ipsi impedire non possunt, nemo enim valet alterius erga se remouere dilectionem, licet renuat accipere; si tamen indiguerit, & sibi benefieri non recusauerit, benefaciendum ei est. vt vero, qui odio habent, facilè acceptant beneficia, eoque magis, vt odium occultent, ideirco ijs benefaciendum dicitur. Adde hos, qui odio habent, facilius beneficentia ad beneuolentiam conuerti, quã eos, qui inimici sunt, cum horum odium sit manifestum, illorum vero occultum, seu nondum professione declaratum.

An bene facere odientib., sit præceptum vel consilium.

Tertium dubium est, an benefacere tam inimicis, quàm ijs, qui odio habent, sit præceptum, an vero consilium? Respondeo nõ nocere, nec inferre damnum eis, nec malũ pro malo reddere, esse præceptum, sicut nec odio habere, bene autem facere, si inimicus, aut qui odio habet, in extrema, aut grauissima necessitate est, etiam esse præceptum, grauiterque peccat, non tantum qui malè eis facit, aut nocumentum infert, sed etiam, qui in grauibus, aut extremis necessitatibus, non succurrit, cum possit, tam in necessitatibus animæ, quàm corporis; extra articulum autem necessitatis huius consilium est benefacere, & beneficia conferre inimicis, & odio habentibus, nisi ratione scandali, aut alicuius circumstantiæ interuenientis id fiat aliquando præceptum. Hęc latius persequi non est instituti præsentis.

Benedicite maledicentibus vobis.

COMMENTARIA.

IIs, qui nos verbo execrantur, seu maledicunt, contraria exhibere debemus, nempe eis benedicere, bene precari, eos laudare, & cõmendare. Hęc se adimpleuisse Paulus testatus est 1. Corinth. 4. Maledicimur, inquit, & benedicimus. Verbo autem maledicendi, non tantum maledictum, aut execratio, sed etiam conuitium, contumelia, cæteraque mala verbo illata significantur, sicut & verbo benedicendi, non solum beneprecari, sed etiam laudare, honorare, ac commendare indicantur. Sunt etiam & hi diligendi, eisque est benefaciendum, sicut & inimicis, & odio habentibus. est etiam benedicendum, sed peculiari quadam ratione benedictio est istis exhibenda, vt Spiritus Euangelij contrarius ostendatur spiritui huius sæculi, & vt verbo benedictionis omnis inimici maledictio auertatur, & superetur.

Maledicere quid significet.

ANNOTATIO XLIV.

QVod ad verba spectat, Tertullianus lib. 4. contra Marcion. hanc sententiam sic legit: (Benedicite ijs, qui oderunt vos) in eoque sensu ipsam confirmat testimonio Isaæ. eandem lectionem sequitur Augustinus lib. aduersus Adimantum, cap. 17. vbi sententiam præcedentem (benefacite ijs, qui oderunt vos) legit, benefacite ijs, qui vos maledicunt. At vero communis lectio, tam Græca, quàm Latina est, quam sumus interpretati. Quod autem ad rem pertinet, duo hæc sententia complectitur, vnum est, ne maledicamus maledicentibus nobis, quod si his non est maledicendum, multo minus ijs, qui non maledicunt nobis. Alterum est, vt ipsis benedicamus, & bona imprecemur. Hæc duo Petrus explicuit 1. epist. cap. 5. Non reddentes, inquit, maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes. Paulus etiam Rom. 12. Benedicite, inquit, & nolite maledicere. Non est autem æqua ratio horum duorũ: nam prius scilicet non maledicere, præceptum est, sicut etiam nõ malefacere. Quod Hieronymus in Apologia aduersus Russinum asserit, & probat illo 1. Corinth. 6. Maledici, & rapaces Regnum Dei nõ possidebunt. Eodem loco vtitur Origenes homil. 14. in Leuit. ad idem probandum, vbi in hoc peccatum inuehitur multum. At vero posterius non præceptum, sed consilium est, nõ semper obseruandum, vnde 1. Pet. 2. de Christo dixit: Qui cum malediceretur, non maledicebat.

Non maledicere cuipiam præceptũ est, benedicere vero maledicentibus, consilium.

1. Petri 3.

1. Cor. 6.

Quid sit maledicere, & quot modis contingat.

Aduerte autem, sicut malefacere alicui est ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

est malum inferre opere, ita maledicere est malum inferre verbo; multis autem modis accipitur. Aliquando impropriè, vt qui detrahunt alicui, aut conuitio, aut cõtumelia cum afficiunt, dicitur maledicere, vnde tales homines vocantur maledici: hoc tamen propriè nõ est maledicere alteri, sed potius mala dicere de altero, proprie autẽ est, cũ mala alicui verbo, siue interiori, siue exteriori imprecamur, sp dupliciter fit, aut sola voluntate, & desiderio, aut petitione, sicut sæpe solent homines inuicem sibi maledicere: huiusque maledictionis Scriptura frequenter meminit. De qua maledictione, quæ fit per imprecationem talem, pulchre Gregorius lib. 22. mor. c. 6. explicans illud Iob: Non dedi ad peccandum guttur meũ, vt expertem maledicent animam eius, sic, inquit: Peccaret quippe, si hoc optaret à Deo fieri, quod ipse faceret, vel omnino nõ posset, vel si posset, minimè decederet: nã qui maledictionibus inimicum impetunt, quid aliud facere in illo Deum volunt, nisi quod ipsi facere aut nequeunt, aut erubescunt? Mortem namque aduersario exoptant, quam etsi possunt inferre, metuunt, ne aut perpetrati homicidij rei, teneantur, aut iniqui appareant, etiam cum fiat. Quid quid est ergo Deo dicere, Occide, quem odi, nisi apertis et vocibus clamare? Hoc fac meo, Hoc fac meo aduersario, quod me in illum facere, nec peccatorem decet. Hæc Gregorius. Fit etiam hæc imprecatio, non voluntate sola, sed etiam potestate, quando malum, quod verbo dicitur, opere infertur. sic Deus maledicere solet, maledixitque terræ, & serpenti Genes. 3. solent etiam homines diuina potestate sic aliquando maledicere, quod Noe Gen. 9. fecit, cũ dixit: Maledictus Chanaan, seruus seruorum eris. & 4. Reg. 1. fecit Elias: Si homo Dei, inquit, sum, ignis descendat de cœlo, & deuoret te, ac quinquaginta, tuos. sicetiã Num. 22. Rex Balac petebat, vt Balaam malediceret populo, quando dixit, Veni, & maledic Iacob.

Iob. 13.

Gen. 3.

Gen. 9.

Nu. 22.

Quando liceat maledicere alteri.

His suppositis notandum est, sicut non semper est prohibitũ maleficere alteri (vti superius diximus: nam licet in vtilitatẽ hominis aliquando malum inferre temporale, vt emendetur, & licet in punitionem eius ad aliorum emendationem malum illi facere, sicut faciunt Iudices punientes sceleratos) ita etiam licet maledicere; imprecari enim malum temporale in correctionem hominis, non est prohibitum, nec etiã in punitionem, quod fit zelo iustitiæ. hac via existimo excusari quosdam in Scriptura maledictione vtentes in alios; legimus enim Act. 23. Paulum dixisse; Percutiet te Deus paries dealbate, cumque dictum esset ei, summum sacerdotem Dei maledicis? Respondit Paulus, nesciebam esse eũ summum Sacerdotẽ. Huic rationi posset quispiam opponere, sciebas ô Paule esse iudicem, & hominem, cui nõ licet maledicere, nec conuicijs afficere etiam si nõ esset summus Sacerdos. hæc oppositio tollitur sic: Paulus enim zelo iustitiæ tamquam Apostolus Christi, & auctoritate sibi data maledicebat illi, vtpote iniquo, & contra legem iudicanti. quod licebat illi facere, at non faceret, contra summum Sacerdotem propter scandalum, idcirco se ignorantia excusauit. Hac etiam via excusatur Petrus Act. 6. quãdo maledixit Simoni, dicens: Pecunia tua tecum sit in perditionem. & Paulus etiam 2. Timoth. 4. quando contra Alexandrum Aerarium dixit: Reddat illi Dominus secũdũ opera eius. & Elias 4. Reg. 1. quando protulit: Ignis descendat de cœlo, & deuoret te, Omnes hæ maledictiones zelo iustitiæ, & potestate iudiciaria in delinquentes factæ sunt, quibus etiam licebat maleficere. Illud ergo maledicere prohibitum est, quod non iudicio iustitiæ, sed vindictæ liuore, aut odio procedit, qua ratione nemini est maledicendum nec etiam ipsissimet, qui nobis odio, & liuore maledicunt. Hæc distinctio, & doctrina pulchre, & docte traditur à Gregorio lib. 4. moral. c. 6. Quando autem prohibetur maledictio, generaliter accipitur, siue proprie, siue improprie, sicque maledicentibus est benedicendum. Vnde hoc verbo, vt in commentario dictum est, non tãtum execratio, sed etiam contumelia, conuitium, detractio, cæteraque similia comprehenduntur in qua significatione dictum est Exo. 28. Principẽ populi non maledices. Illud enim notandum est in Scriptura, quasdam esse sententias, quæ videntur maledictiones, & non sunt, sed prophetiæ malorum, quæ ventura sunt ijs, de quibus est sermo, tales sunt Psal. 68. obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua, similes in Psalmis, & Prophetis leguntur plurimæ.

Act. 23.

Act. 6.

1. Tim. 4.

4. Reg. 1.

Exo. 28.

Psal. 68.

Postre-

In maledictionibus animus & intentio loquentis obseruanda.

Postremo notandum est vnum, quod docet Basilius Reg. breu. resp. 24. in maledictione animum, & intentionem loquentis obseruandum esse: nam contingit, vt malum, quod quis alteri imprecatur, sit bonum; at ipse malum reputat, & vt tale imprecatur, idcirco maledictum reputabitur, sicut etiam è contrario, quod malum est, credi potest bonũ, & tunc benedictio erit, quod etiam in superiori sententia notauimus. Verba Basilij sunt hæc: Omne verbum, quod eo animo profertur, vt ex eo contumelia, aut ignominia alter afficiatur, maledictum est, licet verbum ipsum per se non videatur contumeliosum, atque hoc manifestum est ex Euangelio Ioan. 9. in ijs, quæ de Iudæis loquens ait: Maledixerunt ei, tu ex discipula illius sis.

Et orate pro calumniantibus vos.

COMMNTARIA.

Calumniantur ij, qui alijs falsa crimina imponunt, quod verbis clarioribus Dominus expressit Matth. 5. dicens: Cum dixerint omne malum aduersus vos mentientes, hoc enim est calumniari: impendenda ergo sunt calumniatoribus dilectio, & si opus eis est, etiam beneficia. Dominus tamen peculiare aliquid exhibendũ consuluit, & monet, vt scilicet preces ad Deum pro illis fundamus, vt omnem vindictæ affectum à cordibus remoueamus; calumnia enim maximè ad vindictam contra calumniantem prouocat, quam oratio penitus repellit; qui enim orat pro calumniãtibus, eorum debitum, & illatam iniuriam verè condonat; perfectio etiam Euangelica in his demõstratur; quo enim plus excrescit malum, eo magis charitas Christiana augenda, & exercenda est; inimicitiæ enim multæ sunt, peius est odium, pessima calumnia; è contrario autem bona est dilectio, melior beneficentia dilectioni coniuncta, optima vero oratio, quæ impenditur ijs, qui grauiori malo nos afficiunt, minusque digni dilectione sunt.

ANNOTATIO XXXIX.

Calumniæ grauius malum.

Calumniator quantum ex se, grauius nocet, quam is, qui nocumentum temporale infert. Primo quidem, quia malum culpę imponit, quod est peius malo temporali. Vnde Athanasius in Apologia ad Constantinum Imperatorem affirmauit calumniã grauius ferire, quam lapides. Secũdo, quia scandalum aliorum in illo, quem calumniatur, excitat, ac si re vera crimen commisisset qua de causa, vt docte notauit Gregorius lib. 8. epist. 45. ad Palladium, debet ille, qui calumnia affectus est, se defendere, & veritatem aperire, vt scandalum vitetur, quod & plurimi viri sancti fecerunt; nonnulli etiam Apologias conscripserunt, & Basilius magnus orat. de inuidia, calumnijs resistendum esse docet. Tertio, quia eius, quem calumniatur, maximè, non solum corpus, sed etiam animam, quantum ex se est, perturbat, atque in progressu spirituali valde remorari facit, quod Ambrosius ser. 18. in Psal. 118. affirmat versum illum Dauid interpretans, (redime me à calumnijs hominum, vt custodiam mandata tua.) Verba Ambrosij sunt hæc: Qui opprimitur calumnia, non facile potest custodire mandata diuina; tristitię necesse est, plerũque, aut timori cedat, & affligatur, vel merore calumniæ, vel dolore. Hæc ille. Sunt etiã exempla multorum, qui etiam si sanctitate eminuerint, calumnia tamen conturbati sunt animo, ex quibus vnum proferam Basilium, qui cũ calumniam pateretur impositæ sibi hæresis, animo nimis perculsus est, vt ipse testatur in Epist. 82. cuius inter alia verba sunt hæc: Ad hasce literas animatus, vt par erat, & ad tam inopinam, ac subitam immutationem animo perculsus, nec respondere quidem poteram; palpitabat enim mihi cor, lingua me destituebat, & plane patiebar, quod animo solet patrum forti accidere. Dicendum enim quod verum est, & tamen venia dignum, deinde parum aberat, quin odium erga humanum genus exorbitassem, suspectique mihi fuissent omnes hominũ mores, arbitrans in natura humana non esse charitatis bonum, sed verba quędam plausibilia ad ornatum, & cultum eorum, quibus vti velis conflicta, affectum vero illorum secũdum veritatem non inesse cordi humano. Hæc, & alia Basil. Idipsum confirmat Salomon Eccles.

Psal. 118.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eccles.7. Calumnia, inquit, conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius. Ex quibus manifestum est, quantum malũ sit calumnia. Hanc quidem, & multiplicem, & grauissimam passi sunt Christiani in primitiua Ecclesia, vt cõstat ex Tertulliano in Apolog. cap. 16. & Eusebio lib. 5. histor. cap. 1. lib. 8. c. 6. lib. 9. c. 5. passi etiam sunt, & patiuntur multi viri iusti etiam nunc. Ideo merito Christus qualiter erga calumniatores nostros gerere nos debeamus, docuit dicens: Orate pro calumniantib. vos. Quam rationem prudentissime, ac sapientissime instituit faciendam propter multa præter ea, quæ in commentario dicta sunt.

Orare pro calũniantibus iubemur multis de causis.

Primo quidem in remedium eorũdem, qui calumniam patiuntur, optimum enim, ac efficacissimum est oratio ad Deum, cuius auxilium necessarium est maxime, non solum ad sustinendam patienter calumniã, sed etiam ad superandam, & vt veritas ipsa manifestetur; hac.n. oratione Susanna calũniã senũ euertit; oratio.n. etiamsi fiat pro alijs, multũ tamen efficax est apud Deum pro ipso orante. Quam doctrinam docet Gregorius hunc locum allegans lib. 35. moral. c. 7. vbi sic habet: Pro semetipso penitens tanto citius exaudiri meruit, quanto deuote pro alijs intercessit. Plus enim pro se valere preces suas efficit, qui has & alijs impendit, libentius quippe sacrificiũ orationis accipitur, q̃ in conspectu misericordis Iudicis proximi dilectione conditur. Quod tunc veraciter quisque cumulat, si hoc ẽt pro aduersarijs impẽdat. Hinc enim, quod magistra veritas dicit, orate pro persequentibus, & calumniantib. vos. Hæc ille.

Secundo, quia oratio plus prodest calumniatoribus, quam sola dilectio, quę exhibetur inimicis, quam beneficia temporalia, quę præstantur odio habentibus: nam oratio impetrat à Deo calũniatorum corda conuerti, & eorum penitentiam ad salutem, sæpeque euenit, vt hi diuina tacti virtute testimonium in se ipsos commutent, seq; mendacij, & calumniæ arguant, quod oratio eorum, qui calumniam substinuerunt, obtinuit. Vt.n. apud Iudices huius sæculi multum prodest reo ad consequendam, pœne remissionem, si pars læsa remittat, & oret pro eo, sic & multo magis prodest apud Deum ipsum.

Tertio iungitur oratio, vt insinuetur licere exterius aduersus calumniatores insurgere, non quidem illis malum inferendo, sed se purgando, ac veritatem, & innocentiam propriam tuendo in aliorũ exemplum, vt paulo ante diximus.

Quarto, vt sic doceamus nõ solum non debere nos vindicare, sed nec desiderare à Deo vindicari, aut petere vindictam ab eo contra calumniatores, cum pro eis potius orandus sit Deus.

Nõ licet à Deo vindictã contra calũniantes exorare.

In cuius gratiam aduerte, quamuis vindicta sit relinquenda Deo, vt dicitur Rom. 12. non tamen licere petere eam à Deo, vt probat Augustin. in enarrat. Psalm. 78. immo si forsan Deus infert malum calumniatori, aut ei, qui nos malo affecit, vindictamve sumit de illo, non debemus gaudere, quod eodem loco tradit Augustinus, docens licere quidem gaudere de iustitia Dei, sed nõ de vindicta, & malo proximi, sicque interpretatur illud Psal. 57. Lætabitur iustus, cum viderit vindictam. Gregorius etiam lib. 22. moral. cap. 6. lætandum dicit de Dei iustitia, & de fructu aliorum, non tamen de malo proximi, quatenus illi malum est, nisi qua parte malum temporale proficit ad bonum spirituale consequẽdum. Sic enim est bonum velle illi, vt supra diximus. Nec hæc tantum satis sunt, sed etiam orandus est Deus, vt remittat calumnianti culpam, & cor eius conuertat, sicut fit pro illis, qui non sunt nos calumniati.

An ad orandũ pro calũniatoribus ex ẽptowel consilio teneamur.

Quod si quis interroget, an sit hoc præceptum, an consilium? Respondemus cadẽ quæ de dilectione dicta sunt, in generali esse præceptum; ab oratione enim nostra, qua pro omnibus oramus, non debemus excludere calumniatores, in particulari vero consilium est vtilissimum ob causas expositas.

ANNOTATIO XLVI.

Quid in orationibus pro calumniatoribus fiat petẽdũ.

INterrogabit quispiam, quid sit in oratione pro calumniantibus petendum? Cui respondeo, id esse petendum pro his, quod ex charitatis dilectione desiderandum est illis. quod quidem Augustinus serm. 59. de tempore, & Gregorius lib. 34. mor. c. 16. explicant, dicentes: Quid aliud pro inimicis orandum est, nisi hoc, quod Apostolus ait, vt det illis Deus penitentiam, & resipiscant à Diaboli laqueis, à quo captiui tenentur, ad ipsius voluntatem? Hinc infert Gregorius non esse orandum pro dæmonibus, nec pro hominibus damnatis, quia non possũt ad iustitiæ opera ab iniquitate commutari. Augustinus autem lib. 21. ciu. ca. 24. eandem orationem faciendam pro inimicis docet, infertq; nec pro malis Angelis, nec pro damnatis orandum esse; additngit tamen simili ratione non esse orandum pro ijs, quos constaret in hoc sęculo esse reprobos, & igni æterno destinatos: nam Ecclesia orat nunc pro omnibus, quia nõ potest agnoscere, qui prædestinati, qui vero reprobi existant.

Quo ẽt pro reprobis orandũ dum viuunt.

In hac parte mihi dicenda nonnulla videntur, primo non tãtum illa petenda esse in oratione, sed etiam temporalia, vt necessaria sunt ad spiritualia, quæque nobis ipsis volumus. Secundo, etiam si constaret alicui calumniatores esse de numero eorum, qui reprobi sunt, & æterno igni deputandi, adhuc orandum esset pro eis, dum sunt in hoc sæculo, quod ratio manifesta probat: nam si pœnitere eos potest, & ad gratiam admitti, & sacramenta petentib. ministranda sunt illis. ergo orandum esset, quamuis nõ esset petenda æterna salus pro eis, quia hanc consequi non possunt, supposito, quod reprobi sunt, sicut nec gratiam finalem, absolute tamen gratiam habere possunt, & pœnitentiam, & multa bona facere, & à multis peccatis cauere; sunt enim multi ex damnandis pro tempore iusti, & Deo grati; hæc ergo habere cum possint, orãdum pro eis est, sicut etiam si indigerent temporaliter, subueniendum esset, & sacramenta ministranda. Longe ergo diuersa ratio est horum, & eorum qui iam damnati sunt; hi enim non sunt capaces vllius ex prædictis bonis, hi vero sunt. Augustinus autem intelligendus est de ea oratione, qua vita æterna petitur pro proximis; hæc enim non esset petenda pro ijs, qui reprobi sunt, si constaret eos esse tales, quia de lege ordinaria Dei eã consequi non possunt; hoc enim esset petere, vt ẽt si in peccato morerentur, salutẽ æternã obtinerent, quod quidem peti non debet.

ANNOTATIO XLVII.

Tria ex Scripturis obijciuntur cõtra superiorẽ Domini sententiam.

AVgustinus serm. 59. de tempore, tria obijcit contra hanc Domini sententiam, quam suis responsionibus elucidat, primũ est, in Scriptura multas imprecationes cõtra inimicos inueniri, quale illud est Psal. 68. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & cætera, quæ ibi dicuntur. Huic respondet, Prophetas, quæ futura erant, pronunciare, non voto imprecationis, sed prophetiæ spiritu. Hæc responsio vera est, quibus, vt diximus in præcedenti Annotatione, sancti aliquando per modum correctionis, & reprehensionis in illorum, quos arguunt, aut aliorum vtilitatem vtuntur malorum temporalium imprecatione, sicut & verbis, quæ contumax videntur.

Alterum, quod Augustinus obijcit, illud est quod 1. Ioan. 5. dicitur: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Igitur quando calumniatores peccatum ad mortem peccant, non est orandum pro illis. Respondet Augustinus peccatum dici ad mortem, cum post agnitionem Dei per gratiam Domini nostri Iesu Christi, quisq; oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidentiæ facibus agitatur. Hæc Augustinus. Quæ si clarioribus verbis diceremus, qui quispiam ad Euangelium conuersus est, & per id iustificatus, postea retrocedit, & odio concepto ipsum impugnat, quale peccatum censet Augustinus perpetrasse illum Alexandrum Aerarium, cõtra quẽ Paul. 2. Tim. 4. loquendo ait: Multa mihi mala ostendit, reddet illi Dominus secundũ opera illius. Tũc fatetur Augustinus pro talibus, etiam si calumniatores sint, orandum nõ esse; vtiturq; testimonio Pauli, qui nec pro illo Alexandro orauit. Ad sententiam autem Domini, qua iubemur orare pro persequẽtib. & calumniantibus nos, respondet esse intelligendam, quando non habent peccatum grauius persecutione, & calumnia, quale est illud, quod ad mortem dicitur. Hęc Augustini responsio non videtur probanda; si enim homo potest per Dei gratiam etiam huius peccati pœnitentiam agere, & veniam impetrare, Christusque pro omnibus satisfecit, non video, cur non debeat homo orare pro talibus hominibus; præsertim quia viatores sunt, & tenemur eos diligere. Nec Ioannis testimonium conuincit nos, Augustini sententiæ consentire, non enim dictum est: Dico, vt non roget quis; sic enim oratio prohiberetur pro peccante peccatum ad mortem, sed dicitur (non dico, vt roget quis) id est pro peccante non ad mortem, dixi vobis, vt rogetis cum fiducia, & quasi vos certos faciens de impetranda vita pro eo: at de peccante ad mortem, non sic dico, vt rogetis, quia impetrationem non promitto, nec de

1. Ioã. 5.

Apoc. 6.

ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea vos certos faciò, non tamen propterea non est orandum pro eo, multa de huius loci intelligentia scripsi supra, tum de peccato in Spiritum sanctum egi; quid peccatum ad mortem, & quæ sit huius loci intelligentia diffuse explicui, idcirco nunc à pluribus scribendis abstineo.

Tertium quod Augustinus obijcit, est illud Apocalyp. 6. vbi martyres orare Deũ dicuntur contra suos persecutores, & cælum maiores vindictam: Vindica, inquunt, sanguinem nostrum Domine. huic respondet Augustinus eos, non orare vindictam contra homines, sed contra Regnum peccati, quod in ipsis est, vt scilicet idolatria euertatur, & tollantur scelera. Euertitur autem, & destruitur regnum peccati partim correctione hominum, vt caro spiritui subijciatur, partim depravatione hominum perseuerantium in peccato. vt ita ordinetur, vt iustis regnantibus cum Christo molesti esse non possint. Hoc autem potius est orare pro hominibus. Diximus autem in præcedenti Annotatione nonnulla de hoc.

Et qui te percutit in maxillã vnam, præbe illi & alteram.

COMMENTARIA.

POsita charitatis documenta nemo seruabit, qui humanæ patientiæ virtute non pollet, idcirco eius etiam documenta proponit; quæ tanta esse debet, vt nõ solum illatas iniurias sufferamus, sed ad eas, quæ non inferuntur, sustinendas parati simus: Si quis, inquit, te in maxillam vnam percusserit, alapam dando, non tantum eam patienter feras, sed etiam præbe ei & alteram maxillam, vt aliam alapã incutiat. Non quod semper actu corporis offerri maxillam alteram suos Christus velit, sed vt eo sint animo, quod si eam inferat eis quispiam, patienter illam sustineant, primamque se non inuitos tulisse demonstrent; & si ad percutientis spiritualem salutem actu offerre fuerit necessarium, id faciant. Hoc enim est charitatis perfectæ argumentum, & opus.

ANNOTATIO XLVIII.

Quomodo intelligenda patrum sententiã verba hæc Christi sint intelligenda.

OPponebant Manichæi hanc Domini sententiam, vt probarent in Euangelio non licere bellum, referente Augustino lib. 22. contra Faustum cap. 76. dicebant enim, Dominum dixisse non resistere malo: sed si quis percusserit te in vnã maxillã, præbe et alteram. Augustinus respondet non actu corporis, sed animi præparatione maxillam præbendam Domini præcepisse, cum qua animi preparatione potest homo eum à quo patitur, corrigere, & bellũ et am contra hostes gerere, & c. 79. probat multis rationibus eam sententiam sic intelligendam. Ipse etiam Augustinus lib. de mendacio, ad Consentium cap. 15. eam intelligentiam exemplo Christi, & Pauli confirmat, vbi inter alia multa dicit sic; Exemplum patientiæ nullum, quam ipsius Domini potentius, & excellentius inuenimus, at ipse cum alapa percussus esset, non ait, ecce altera maxillã, sed ait, si maledixi, exprobra de malo; si autem bene, quid me cædis? Vbi ostendit illam præparationem alterius maxillæ in corde faciendam. Quod etiam Apostolus Paulus vtique nouerat: nam & ipse cum esset alapa percussus ante Pontificem, non ait: Percute maxillam alteram, scilt percutiet re, inquit Dominus, paries dealbate, & tu sedes iudicare me secundum legem, & contra legem iubes me percuti? altissima intuens Sacerdotium Iudæorum tale fictum fuisse, vt nomine fortasse extrinsecus niteret, intrinsecus autẽ luteis concupiscentijs sorderet. Quod transiturum esse vindictã Domini videbat in Spiritu, cum illud diceret. Sed tamen cor paratum habebat non solũ ad alias alapas accipiendas, sed etiam quælibet pro veritate patienda cum eorũ dilectione, à quibus illa pateretur. Hæc Augustinus. Ambrosius etiam serm. 10. in Psal. 118. in eo sensu explicat hanc sententiam, cuius verba hæc sunt: In euangelio Dominus Iesus docens virtutem, atque insigne patientiæ ait; qui te prouocauerit in maxillam, præbe ei alteram. Vult enim discipulos suos, & iniuriarum esse patientes, nec referre facile; ne dum potens ferire faceret iniuriam, indecorum humilitatis exhiberent. Patientia enim humilitatis indicium est. Hæc ille. His autem addendum existimo non semper in sola præparatione cordis, & animi, sed

sed etiam in præparatione corporis præbendi esse maxillam alteram, tum quidem, vt non nos defendamus contra percutere volẽtem, seu iniuriam inferentem, quod alijs verbis Rom. 12. Paulus monuit dicens, Rom. 12 Non vos defendentes, sed date locum iræ; tum etiã vt actu offeramus, si id ad proximi salutem, & conuersionem necessarium iudicauerimus. Hæc Christus, & Paulus fecerunt; quamuis enim persecutores suos reprehenderunt, non tamen se subduxerunt, quinimmo si illi adhuc alapas inferre voluissent, paratos animo & corpore eos inuenissent, quod est maximæ perfectionis argumẽtum. Hoc idem Ambrosius in eodem loco explicuit, subiungens enim hæc: Dabit percutienti se maxillã, vt non se subducat iniuriæ, nec declinet cædis dolorem sed percutienti se maxillam offerat. vtrumque intelligi potest, siue ei qui percutere incipiat, siue ei, qui iam percusserit, vt illud Euangelicum impleatur, qui te percusserit, in maxillam, præbe ei alterã. Hæc Ambro. Hoc idem Chrysost. hom. 18. in Matth. tradit, inquit enim: Propterea enim, qui palmis exditur, non modo prohibuit irasci, sed etiã percutienti iram extinguere præcepit, vt ne primam quidem iniuriam sustinuisse videretur inultus. Hæc ille. Nota pulchram rationem, ne videretur primam alapam inuitus sustinuisse, voluit Dominus suos non se subducere exteris. Addit etiam Chrysostomus; Non modo, inquit, percussum quiescere iubet, sed è contrario honorare cædentem, aliamque ibi præbere maxillam. Hæc ille. Hoc idem Hilarius can. 4. in Matth. docet, vbi sic habet: Non solum ab iniquitatibus nos abesse Euangelia præcipiunt, verum etiam, vt ascendæ iniuriæ exigunt, dissimulationem: nam accepta alapa maxillam alteram iubemur offerre. Hæc ille. Nota verbum (dissimulationem) non enim perfecte dissimulat acceptã iniuriam, nisi qui alteram maxillã offert, imò idem Augustinus Epist. 5. ad Marcellinũ hoc idẽ fatetur, vbi explicat sensum huius Dominicæ sententiæ, asserit enim semper debere animo nos esse præparatos ad patienter sufferendam iniuriam quamcunq; illatã, & qui vnam acceperit, quando iudicauerit vtile esse ad coercitionem, & vtilitatem spiritualem percussoris, præbere sinistram, id est se offerre paratum nouam suscipere iniuriam, tunc etiam præbere sinistram. Non igitur semper sinistra est offerenda actu corporis, nisi quando saluti percussoris id expedire videbitur, quia sic confundetur & resipiscet, semper tamen debet esse præparatus animus. Quod ergo animi est, semper est, quod corporis est, non semper, sed quando expedire iudicabitur, & prodesse potest. quod Ambr. orat. de obitu Valentiniani docet, inquit enim sic: Qui te percusserit in maxillam, præbe ei & alteram, eo quod in dolore sit patiens, vt pœniteat verberantem. de hoc etiam sequenti Anno tat one plura dicemus. Recte autem Isidorus Peluſiotes lib. 1. epist. 98. ponderat hãc sententiam: Si verbis, inquit, vulneratus es, & in iracundiam prorupisti, quoniam modo percutienti vnam maxillam porriges alteram? Notat autem Chrysost. hom. 18. in Matth. percussione maxillæ quamcunque iniuriam significari: Verba ipsius sunt: Hoc dicit, non ad hanc vnam tantummodo imperans patientiam, sed in omnibus quoque alijs ad tolerantiam malorum erudiens. Sicut enim cum dicit, qui fratrem suum fatuum vocat, reus erit gehennæ, nõ de solo isto pronunciat dicto, sed de omni maledicto: ita hic quoque non vt tantummodo palmis cæsi fortiter feramus, iubet; sed vt quodcunque nobis fuerit illatum, absq; vlla conturbatione patiamur. Propterea ibi extremam elegit iniuriam, & hic faciei verberationem locauit, quod certè maximè exprobrabile, & præcipuè esse iniuriosum solet. Hæc ille. Notat etiam ibidem Chrysostomus hoc Dominicum documentum non solum ad vtilitatem eius, qui patitur iniuriam, sed etiam eius, qui infert, pertinere. nam qui patitur, nihil graue existimabit sustinere, cui sit paratus adhuc nouam recipere iniuriam, percussus autem pudore suffundetur, nec actum secundum inferet, etiam si omni fera prorsus immanior existat, immo plurimum etiam prioris pœnitebit, nihil enim ita lædentes coercet, vt patientia, modestiaque laborum, nec secundum modo coerceat impetum, sed præcedentis exigit pœnitentiam. Quinimmo, & familiares facit, & ex inimicis amicos, sicut è contrario vltionis exactio deteriores facit, & iram ad maius inflammat incendiũ, malo in vlteriora progrediente. In sequenti autem Annotatione perfectius Domini sententia explicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO XLIX.

Quæ-ve apud Matthæum dextera maxilla mẽtio fit, nõ apud Lucam.

APud Matthæum hanc Dominicã sententiam aliter legimus, nẽpe: Si quis te percusserit in dexteram maxillã tuam, præbe ei & alteram: apud Lucam vero dexteræ non fit mentio. Quamuis Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte c. 35. asserat multa exemplaria Latina se vidisse, in quibus in Matthæo non legebatur (dexteram) fatetur tamen in Græcis, quibus maior fides adhibenda est, legi (dexteram) qui existimant hunc sermonẽ eundem esse cũ illo, quẽ Matheus refert, facile respondere possunt, Lucã omisisse illud (dexterã) quod supplendum est ex Matthæo; sæpe enim vnus Euangelista prætermittit, quæ alius narrat, idque fateor, tamen non censeo, vti supra dixi, hanc sententiam esse eandem cum illa Matthæi, sed Christum protulisse vtranque semel in monte, quod refert Lucas. in priori sermone appositum est nomen (dexterã) in posteriori vero non. Quod quidem qua de causa sit factum, explicabitur, si prius vni dubio satisfactum fuerit, hoc autem tale est: nam videbatur dicendum, qui te percusserit in maxillam sinistram, præbe ei & dexteram: nam qui percutit, manu vtitur dextera tanquam fortiori; dexteræ autẽ manui percutientis respondet maxilla sinistra percussi, vt facile est vnicuiq; intelligere: si enim alapa impingatur dexteræ, necesse est leuiorem esse, quam si sinistra percuteretur, quia in sinistram percussi facilior est, & fortior est ictus ferientis. Origenes lib. 4. de principijs cap. 2. hoc argumento vtens, probat verba hæc Saluatoris non esse iuxta literam intelligenda, quia tunc oportebat dicere: si quis te percusserit in sinistram, præbe ei dexteram. Idem etiam dixit August. epist. 5. ad Marcellinum, vbi quid per dexteram significetur interpretatur. nimirũ, vt is sit sensus: si quis in te meliora fuerit persecutus, & inferiora ei præbe, ne vindictæ potius, quam pœnitentiæ studens contemnas æterna pro temporalibus, tamquam dextera pro sinistris. Hæc ille.

Auctoris sententia.

Mihi tamen non improbabiliter aliter dicendum videtur, nempe minorem iniuriam significari percussione dexteræ, maiorẽ vero sinistræ. Voluit quippe Dominus ita suos ad iniurias suscipiẽdas esse paratos, vt vnamillata, non solum alteram similem, sed etiam maiorem sustinerẽt, idcirco prius meminit dexteræ, quia minor, ac leuior est alapa, quæ infertur dexteræ, vti dictum est; posterior vero sinistræ, quia alapa hæc grauior est, vt sit sensus: Si quis tibi iniuriam intulerit, non solum eam feras, nec solum ad alteram similem recipiendam sis paratus, sed etiam ad maiorem. Hæc etiam est causa, cur non dictum est: si quis te percusserit in dextera semel, præbe eam illi iterum, sed dixit, præbe ei alteram, nempe sinistram; in qua grauior est percussio; nec incœpit à sinistra, dicendo: Si quis percusserit in sinistram, quia sic minus erat, quod suadebat, quam quod ille passus erat: sed incœpit à dextera, quod minus est. Verba subnecta à Matthæo eum indicant sensum; nam dicit: Si quis te angariauerit mille passus, vade & alia duo, nempe duo alia mille, quod maius est quam primum, vt Hilarius, & Hieronymus interpretantur; sic etiam in præsenti sententia, si percussus fueris in dextera, præbe sinistrã, quod grauius est. nam in percutiente dextera fortius agit, in patiente sinistra grauius percutitur. iuxta hanc doctrinam, quam legitimam existimo, dicendum, Christum in priori sententia expressisse dexteram, quia præcipuè Apostolis, ac Discipulis loquebatur, quos ad perfectionis culmẽ instruebat; at vero nunc apud Lucam non meminisse dexteræ, quia turbis loquebatur, quibus satis erat, quod perfectum erat tradere, licet non esset perfectissimũ. Quod si quis contendat etiam apud Lucam supplendum esse illud (dexteram) eadem doctrina accommodanda est etiam huic sententiæ, quæ & illi, quam refert Matthæus.

Sit ne præceptum, an consilium hæc Christi sẽtẽtia, de maxilla præbẽda altera percutienti in vltionem.

Superest autem vnum explicare, an hæc sententia sit præceptum, an consilium. Et quidem quoad illud, quod de illata iniuria nemo vindictam sumat, præceptum est: quoad vero alterum, quod præbeamus nos paratos suscipere nouas iniurias, nec nos defendamus, quando saluti spirituali percutientis, & iniuriam inferentis id necessarium est, etiam est præceptum; quando vero non est necessarium, sed vtile, consilium est, debet tamen quilibet paratus esse iniuriam potius nouam sustinere, quam se de suscepta vindicare; hoc enim præceptum est.

Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.

COMMENTARIA.

NOn tantum ad iniurias sustinendas Euangelica patientia se extendit, si charitatis Christianæ perfectio tenenda est, quod in præcedenti sententia explicatum est, sed etiam ad damna rebus exterioribus illata: Si quis, inquit, tibi vestimentum, seu pallium aufert, non solum non id prohibeas, sed nec si simul tollat etiam tunicam, quæ sub pallio est, eamque iacturam potius feras, quàm contra propriam, aut proximi dilectionem, & charitatem debitam, aliquid committas, aut vindictam sumendo, aut eius spiritualem salutem contemnendo, aut tibi spirituale detrimentum, & nocumentum efficiendo.

ANNOTATIO L.

Diuersa est hæc sẽtẽtia ab illa, quã Matthæus tradit.

APud Matthæum habentur hæc duo verba, vestimentum, quod ibi dicitur pallium, idem tamen est Græcum nomen hic, & illic; atq; tunica. illud vestimentũ externus, hoc interius est; tamen duplex est discrimen, vnum, quod Matthæus prius meminit tunicæ, posterius pallij: Lucas vero prius pallij, posterius tunicæ. Alterum, quod apud Matthæum non est sermo de quacunque ablatione, sed de ea, quæ fit per litem & iudicium, dicitur enim: Si quis voluerit tecum iudicio contendere, & tollere tunicam, relinque & pallium; at Lucas de ablatione, quæ fit per vim, loquitur. Vnde & verba Græca diuersa sunt. Hinc soluitur dubium, quod quidam excitant, quomodo Matthæus meminit prius tunicæ, quam pallij, cum hoc facilius tolli posset. legitima responsio ea est, ibi sermonem esse de ablatione, quæ fit lite, & iudicio, quæ fieri potest, & de tunica, & de pallio æquali facilitate: at Lucas de rapina loquẽs prius refert pallium, quod facilius rapitur. Hinc facilẽ intelliges non esse eandem sententiã hanc, & illam; vti enim diximus, hæc in montis descensu, illa in monte ipso pronunciata fuit, vt rectè notauit Euthymius Matth. 5. in explicatione illius sententiæ.

Superioris sentẽtia sensus magis explicatur.

Quod autem ad sensum huius sententiæ spectat, notandum est, olim gentes præcedẽtem de percussione maxillæ, & hanc sententiã de pallio, & tunica oppositas Christianis contra Euangelium, quasi ea doctrina reipublicæ moribus esset contraria: Nã quis, inquiunt, tolli sibi ab hoste aliquid patiatur, vel Romanę prouincię deprædatoribus non mala velit iure belli reponere? Ita refert Augustinus Epist. 5. ad Marcellinũ, qui multis verbis huic obiectioni satisfacit, ostenditque his Dominicis documentis hoc significari, potius esse maxillam alteram percutienti offerendam, & auferẽti tunicam, & pallium relinquendum, quã vindictam sumere de eis, qui hæc mala inferunt. Præterea, quãdo hæc necessaria sunt, & ad eorum conuersionem, vt boni fiant, & ad concordiam reuocentur, esse etiam præstanda. Adde, quando ipsorum patientium vtilitati spirituali sic consulitur, esse etiam exhibenda. sic interpretatur Gregor. lib. 32. moral. c. 8. de rel nquẽdo enim pallio loquens, ait: Exteriora despicienda, vt valeant interna seruari; melius enim est pati commoda temporalia, quam spiritualia nocumenta, vt ipsemet Augustinus lib. 1. de serm. Domini in monte cap. 31. docet. hæc enim documenta tendunt ad charitatis, & dilectionis, tam proximi, quàm propriæ perfectionem, quando autem hęc non interueniunt, non sunt actu exhibenda, sed animi sola præparatione. Vnde nec bella prohibentur, nec defensio rerum ab hostibus, & prædonibus, qui peiores fierent, quia sic maior copia, & facultas eis fieret prædandi, & nocendi.

Omni autem petenti te tribue.

COMMENTARIA.

POst dilectionem, ac patiẽtiam, misericordię documenta tradit: Omni petenti te tribue, id est, ne disceptes, inimicus, an petens sit amicus, an gratus, an ingratus, an dignus, an indignus, an circumstantias, sed indigentiam illius solam respicito, quam petendo repræsentat. Omni igitur petenti da. Non iubet, vt omnibus, seu singulis petentibus demus, multi enim id præstare non possunt, sed vt petentium, & indigentium

Universidad de Deusto
Biblioteca

qualitates, & conditiones non discernamus, sed quibus possumus, omnibus demus. Non tantum autem eleemosynam, seu pecuniam hæc sententia complectitur, sed etiã quodcumq; officij genus, quo alter indiget, sive sit auxilium, sive favor, sive consilium, petentibus enim ea, quibus opus eis est, tribuere debemus.

ANNOTATIO LI.

Verba hæc: Omnia petẽti te tribue, de omnibus est absolute, an solum de indigentib. intelligenda.

TErtullianus lib. 4. contra Marcion. hanc sententiam etiam ad non indigentes extendit: Omni, inquit, petenti te dato, vtique indigenti, vel tanto magis indigenti, si etiam, & abundanti. Hæc ille. Verius tamen est de petentibus indigentibus, aut opus habentibus intelligendam esse. Vnde Cyprianus lib. 3. ad Quirinum ca. 1. hac sententia eleemosynæ generalitatem commendari dicit, vt nemini petenti eam negemus. Euthymius vero Matth. 5. similem interpretans sententiam, adiungit, iuberi etiam non dubitare dignum ab indigno, eo enim quod petit, indignus est, qualiscumq; sit: nam & Deus omnia ad vitæ sustentationem æqualiter contulit omnib. hominibus, bonis, ac malis, fidelibus, ac infidelibus. Pulchre etiã Gregorius Nazianzenus in oratione funebri in laudẽ patris, que est decima, hanc doctrinam tradit, verbã illa Hæc interpretans: Vinculum, inquit, & electionem tollẽs, hoc est, vt quidem interpretor, tenacitatem, & explorationem eius, qui acceptarus est, sit ne videlicet dignus, nec ne; ac murmuris verbum cum largitione. Quod quidem plerisque accidit, qui tribunt quidem, verum hoc non adijciunt, vt prompte, ac libenter tribuant, quod quidem maius, ac perfectius est, quam præbere; multo enim clarius est ob eos, qui digni sunt, indignis quoque largiri: quam dum metuimus, ne de indignis bene mereamur, dignos etiam beneficio fraudare. Hæc ille. Augustinus autem in Psal. 102. huic sententiæ, Omni petenti te tribue, opponit illud Ecclesiast. 12. Da bono, & noli recipere peccatorem. Videtur enim contrarium. Cui obiectioni respondet, dandum esse hominibus etiam iniquis, non vt iniquis, sed vt hominibus, & indigentibus: illi autem dant, vt iniquis, qui ad iniqua dant opera, vt qui impendunt peccunias histrionibus, & meretricibus, & similibus in mala eorum opera, hoc enim est, quod in Ecclesiastico prohibetur. Eandem oppositionem refert Gregorius part. 3. pastoral. admonit. 21. respondetque his verbis: Panem tuum, & vinum peccatoribus præbet, qui iniquis subsidia pro eo, quod iniqui sunt, impedit. Vnde & nonnulli huius mundi diutes, cum fame crucientur Christi pauperes, effusis largitatibus nutriunt histriones. Qui vero indigenti etiam peccatori panem suum, nõ quia peccator, sed quia homo est, nimirum non peccatorem, sed iustum pauperem nutrit, quia in illo non culpam, sed naturã diligit. Hęc ille.

Marcionis cõtra Euãgelia calumnia explodi-tur.

Tertullianus lib. 4. contra Marcion. refert blasphemiam huius hæretici, arguebat enim Christum, quod omni petenti dari iusserit, ipse vero fidelis petentibus ab eo signum negauerit. Quam autem iste hæreticus errauerit, multipliciter possumus ostendere. primo quidem Christus loquitur de petentibus ob indigentiam, & Iudęi illi non indigebant: nam insignia, & plurima iam miracula acceperant, quibus potuissent, & debuissent credidisse Christo. Secundo nõ ad subleuandam indigentiam petebant, etiam si indigentes eos dicamus, sed adiecredulitatem suam cõfirmandam, tentantes enim petebant: non ergo illis dandum erat. Tertio, Christus non negauit miracula omnino, sed quæ illi male petebant; quæ vero conuenientia erant, promisit dicens: Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Quarto plus dedit Christus, quam illi petebant: nam & illos male petentes correxit, & negauit miracula illa, petita ab eis, quibus efficerentur peiores, quia eorum infidelitas & culpa grauior fieret nouis miraculis, sine eorum vtilitate editis, atque inde damnationem maiorem contraherent. Accommodata est huic proposito doctrina Augustini lib. 1. de serm. Dom. in monte cap. 40. vbi locum hunc explicans, sic inquit: Omni petenti da, non omnia petenti, vt id det, quod dare iuste, & honestè potes. Quid si enim pecuniam petat, quia innocentem eo uult opprimere? quid si postremo stuprũ petat? sed ne multa prosequar, quæ sunt innumerabilia, id profectò dandum est, quod nec tibi, nec alteri nocet, quantũ sciri, aut credi ab homine potest, & cui rectè negaueris quę petit, indicãda est ipsa iustitia,

vt non eum inanem dimittas: ita omni petenti te dabis, quamuis nõ semper id, quod petit, dabis, sed aliquando aliud melius dabis, cum petentem inaniter, correxeris. Hæc Augustinus. Mirum ergo in modum errauit Marcion, tam impie blasphemans.

ANNOTATIO LII.

Nũ superior Christi sententia etiã Ecclesiasticis rerũ œconomus comprehendat.

DVO in hac sententia explicanda adhuc se offerunt. vnum est ex Basilio in Reg. breu. respon. 101. vbi interrogat sic: Cui delatum est munus dispensandi ea, quæ ded cata Domino sunt, numquid necesse habet illud seruare: Omni petenti te tribue? Quasi diceret, qui bonus monasteriorum, aut Ecclesiarum administrandis præfecti sunt, an debeant ex eis omni petenti dare? Respondet Basilius tria, vnum est hanc Domini sententiam locum obtinere, velut tentationis, sicut series eorum, quæ coniuncta sunt, declarat, quasi diceret, hęc nimirum: Si quis percusserit te in vna maxilla, præbe ei alteram, & qui aufert tunicam, relinque & pallium, & omni petenti te tribue, posita sunt à Domino ad explorationem, & probationem quandam patientiæ, & virtutis suorum, non vt omnino fierent, sicut Abrahæ iussit filium immolare, quod non iussit, vt ille faceret, sed vt obedientiam eius manifestaret, ac ipsum tentaret. Alterum est, hanc sententiam, quam Basilius præceptum, id est, Christi ordinationem appellat, propter improbos positam esse, nempe propter eos, qui iniuriarum sunt impatientes, & tenaces, qui vix alicui tribuunt, vt sic ad virtutem reuocaret. Tertium est, non semper id esse obseruandum, sed in casu quopiam, nimirum, quando petens indiget, & qui tribuit habet sua, vnde tribuat. Ex his respondet ad interrogationem, sicut quod ab alijs attributum est, id ad alios transferre iutum non est, nec liberum periculi. sic nec quod Deo dedicatum est, debet omni petenti dari. Hæc Basilius. Obscure quidem, & multis verbis dicta, cum sic dici potuerit, sicut non omni petenti dandum est, nisi indigenti, ita nec temper is, qui petitur, dare debet, nisi ex suis rebus, non ex alienis: quę vero dedicata sunt Deo, non sunt eorum, qui ministrandis illis præsunt, ideo non cuilibet petenti dare ea possunt. Quod autem dicit, tentationis causa hanc esse positam sententiam, sicut & illas alias narratas, non omnino probo, cum sint documenta ad opus ordinata.

Christus egregiè seruatur diuinis illis quæ hoc loco nobis indicit.

Alterum in eadem sententia explicandum illud est, quod Christus videtur post ea, quę maiora sunt, tradidisse minora; magis enim est percutienti præbere maxillam alteram; & auferenti tunicam non prohibere pallium, quam petenti tribuere. Chrysost. hom. 18. in Matthæum hoc ipsum notans respondet, Dominum solitum esse maioribus miscere minora ac leuiora. Hæc autem responsio, non plene satisfacit, cum nec rem, nec causam rei explicet, idcirco nonnulla sunt dicenda. Primo quidem non est leue omni petenti tribuere; auaritia enim impedimentum est fortissimum, & misericordię viscera multum claudit. Secundo, prudentissime Christus post exhortationem ad sufferendas iniurias, & rapinas adiunxit, vt omni petenti tribuamus; sic enim significabat etiam ijs, qui percusserũt maxillam nostram, & tunicam abstulerunt, si petierint, dandam eis esse, nec illis negandam eleemosynam. Tertio, quia per patientiam multum disponitur animus ad largiendum: qui enim patienter tulerit sua auferri, facilè dabit sponte, quæ sua sunt alteri, idcirco post documenta patientiæ datur documentum largitatis. Doctrina hæc est Gregorij 3. p. pastor. admonit. 21. vbi sic habet: Cum dantis mens ferre inopiam nescit, si multa sibi subtrahit, occasionem contra se impatientiæ exquirit. Prius namque præparandus est patientię animus, & tunc, aut multa sunt, aut cuncta largienda, ne dum minus æquanimiter inopia irruens fertur, & præmissæ largitatis merces pereat, & adhuc mentem deterius murmuratio subsequens perdat. Hæc ille. Quarto, si absolute consideres hanc sententiam, omni petenti te tribue, facilior est, quam percutienti maxillam alteram præbere, at si eam spectes, vt præcedentes sequatur, nempe vt illis tribuamus, qui nos percusserunt & tunicam à nobis abstulerunt, difficilior est, quia supponit patientiam, qua illos tolerare debemus, & superaddit beneficentiam, & misericordiam, qua eisdem petentibus tribuere debemus; quod si quis interroget, an sit præceptum hoc, an consilium. Respondendum est, quamuis hoc documẽtum eleemosynam, & quodcumque officij genus, quo proximo opus est, complectatur, partem tamen esse rationem huius, & eleemosynæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ in grauibus,& extremis necessitatibus proximorum erogãda est ex præcepto; extra vero eos casus, consilium est vtilissimũ.

Et qui aufert quę tua sunt,ne repetas.

COMMENTARIA.

COnnexa hæc sententia præcedenti, nimirum petenti tua tribue, auferenti autem tua,nec expectanti,vt tu des ei,ne repetas ablata;genus enim quoddam est tribuendi sua, ab eo, qui abstulit,non repetere,quod intelligendum est, quando qui abstulit, ablatis indiget,sicut etiam petenti, si indiget, tribuendum est. Præcepit Dominus Deuteron.24. vt si quis à fratre paupere pignus ablatum pro debito acceperit, ei redderet ante Solis occasum: at hoc in loco maius, & perfectius præcipitur,vt si frater pauper à nobis abstulit aliquid, ne repetamus. *Isa.1.*

ANNOTATIO LIII.

Triplex proximi sententiæ sensus.

APud Matthæum cap.5.dicitur,qui petit à te da ei, & volenti mutuari à te, ne auerteris. prior pars conuenit cum sententia relata à Luca,posterior distincta est: non est autem vlla dissonantia: nam illa sententia,cuius meminit Matthæus, in monte, hæc vero in loco campestri pronuncia ta est. Potest autem triplicem habere sensum. vnus est, ne repetas vi auferendo, si vi abstulit ille à te, & hoc verum est; non debemus enim vim inferre auctoritate priuata ijs, qui abstulerunt nostra, vt ea recuperemus, nisi esset quodam, quando spes nulla est ea recipiendi nisi de manibus auferentis abstrahamus, idque tum absque damno, & nocumento alio illato facere possumus. Et cum his,qui abstulit,non indiget, fieri potest. Alter sensus est,ne repetas in iudicio, seu coram iudice, qui auferentem compellat reddere ablata. quem sensum secutus est Augustinus in Enchiridio ad Laurentium cap.78. vbi affirmat hac sententia Dominum prohibuisse suos de rebus secularibus cum alijs hominibus habere iudicium: at cum hæc sententia sit connecta præcedenti,in qua nihil de iudicio dictum est,sed vt petẽti indigenti tribuamus, videtur non ad iudicium, sed ad eandem materiam indigentium pertinere, maximè cum iudicium non sit prohibitum, quando non ex odio, & vindicta, aut auaritia, sed ex zelo iustitiæ, & desiderio honesto habendi sua fit. Tertius sensus est,ne repetas, non solum vi,aut in iudicio,sed nec verbo, aut alio quouis modo, & hoc etiam non est prohibitum: nam licet ea,quæ mutuauimus, aut commodauimus,aut quæ ablata à nobis sunt, amicabiliter repetere,sicut & Tobias, quod mutuauerat, repetisse legimus. Hæc igitur sententia omnes tres hos sensus complectitur, sed non respectu cuiuscũque personæ, sed respectu indigentium, & eorum, qui reddere non possunt; connexa enim est illi superiori, nempe omni petenti da,cui additur, & auferẽti tua ne repetas, nempe si indigeret, nec potest ea reddere, quo casu, nec vi, nec iudicio, nec alio quouis modo repetas;si enim in ea necessitate ille petisset, tribuere deberes,profecto si abstulit, nec repetere licebit. Hoc explicuit Dominus illa parabola Matth. 18.vbi paterfamilias damnauit seruum illũ, qui conseruum debentem ei centum, nec habentem,vnde redderet, tenebat,& suffocabat, donec solueret debitum. Hoc etiam est, quod Deus per Prophetam Isa.58. reprehẽdit: Omnes, inquit,debitores vestros repetitis. notãda est generalis illa(omnes) licet enim repetere debitores; qui nostra retinent, sed nõ omnes,nimirum eos,qui indigent, nec habent vnde restituant. *Matt.18.* *Isa.58.*

Et prout vultis vt faciant vobis homines,& vos facite illis similiter.

COMMENTARIA.

NOn solis petentibus,& indigentibus præstare ea debemus, quibus opus illis est,sed generaliter ea hominibus facienda sunt, quæ nobis ab eis fieri volumus: sic enim fiet,omnia, quæ tam ex charitate,quàm ex iustitia proximis tribuere debemus, eis exhibeamus, impleamusque illud Rom.13. Reddite omnibus debita, cui tributũ, tributum; cui vectigal,vectigal, cui timorem,timorem; cui honorem,honorem. Hæc enim omnia ab alijs fieri nobis cupimus.

AN-

ANNOTATIO LIIII.

Christus perfectiss. famã dilectionẽ superiorib. sententijs declarat, & commẽdat.

NOrandus est totus iste contextus ab illis verbis: (Diligite inimicos vestros) Voluit enim Dominus præceptum dilectionis erga proximum, declarare, ac perficere: hoc autem duobus maximè effecit. vnum est remouendo impedimenta præcipua,quæ ab ea dilectione nos auertere possunt; alterum est explicando ea, quę ex dilectione erga proximum fieri debent. Igitur quo ad primum, iussit proximum diligi, etiam si inimicus sit,etiam si odio nos habeat,etiam si maledixerit, siue detrahendo,siue contumelia & conuitio afficiendo, siue mala imprecando, etiam si calumniatus fuerit,etiam si percusserit, & iniuria affecerit,etiam si nostra abstulerit, quę omnia contra honorem, famam, vitam, & res nostras sunt; hæc cuncta postponenda sunt dilectioni,nec eas nos auertere debent ab impendẽda dilectione erga proximum. Posterius est, hos omnes non solum diligere, sed si opus est, etiam eis benefacere debemus, opere, & verbo ipsis benedicere; orare pro eis. ac pro ipsorum salute spirituali,si necesse fuer t, iniurias sustinere, ac iacturam bonorum temporalium facere, petentibus tribuere, & denum eis omnia illa præstare, quæ nos vellemus nobis ab eis fieri. hæc est perfecta charitas, & dilectio, qua efficitur, vt proximũ diligamus, sicut nosmetipsos.

Aduerte autem hoc documentum esse alteram partem,ex qua lex naturalis in ijs, quæ ad proximum spectant,deriuatur; est enim vna pars affirmatiua, altera negatiua, nempe id alteri facias, quod tibi vis ab altero fieri, & quod tibi non vis nec alteri facias. Sub illa autem affirmatiua parte vir eruditus hæc negatiua continentur,vt Tertullianus lib.4. contra Marcion. notauit. Conuenienter autem propria voluntas accipitur, regula operum erga alterum; nemo enim sibi malum vult; non enim dicitur quod tibi alter facit,aut quod alter tibi fieri vult, sed quod tu tibi vis ab altero fieri id facias illi. Ex his lex decalogi derivatur, in ijs maximè,quæ proximorum sunt, similiter & leges omnes morales iustitiæ, beneficentiæ,cęterarumque virtutum erga alios, vt, non furaberis, non mœchaberis, & cætera etiam affirmatiua: talia enim nolumus ab alijs fieri nobis: at eleemosynam tribui in necessitate, diligi ab alijs, patienter nos ferri, & alia huiusmodi fieri nobis vellemus; ea igitur cęteris faciamus. vnde Matth.7. post hoc principium adiecit Christus: Hæc est lex, & Prophetæ, quia summa quædam est præceptorum moralium, quæ lex tradit, & ad quæ Prophetæ exhortati sunt. Hoc autem documentum non est in se præceptum,sed continet multa præcepta, & consilia iuxta ea, quæ fieri debent erga proximum, quorum quædam charactẽ,quędam simul iustitię sunt: quæ enim ex iustitia debentur proximo,ex dilectionis obligatione etiam sunt, quæ vero ex dilectione, non omnia sunt ex iustitia. Maximè autem ad dilectionem spectant, quæ hoc documento affirmatiuo continentur, idcirco eius præcipuè meminit, quia de dilectionis perfectione hoc in loco agebatur.

Et si diligitis eos, qui vos diligunt, Quæ vobis est gratia?

COMMENTARIA.

DIlectionem inimicorum perfectè explicatam confirmat ostensa in perfectione dilectionis, quæ ob solam aliorum dilectionem impenditur: si diligitis, inquit, eos, qui vos diligunt, nec impenditis dilectionem vestram, nisi ijs, à quibus diligimini,eorum dilectionem erga vos intuentes,quæ vobis est gratia? id est, nihil in eo facitis dignum, pro quo vobis gratiæ vllæ habendæ, agendæ, aut referendæ sint, quasi diceret, retributionem à Deo nõ habebitis. Gratiam appellat retributionem, quæ ex gratitudine etiam datur his, qui de Deo bene meruerunt, & propter eum opera fecerunt. Hanc non habet, qui solos diligentes se diligit, quia eos diligit,non ob Deum,sed Particula (&)casualis est; loco(quia) q in Scriptura sæpe fieri alijs in locis notauimus, quasi rationem reddat, cur inimici sint etiam diligendi. est Hebraismus, ideò enim exclusio non exprimi, sed subintelligi,ac si dictum es-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ser, si tantum diligitis eos, qui vos diligunt; aut solos eos diligitis, qui vos diligunt, quod etiam supra notauimus, similéque est illud 1. Cor. 15. Non ego, sed gratia Dei mecum, id est, non solus ego.

1. Cor. 15

ANNOTATIO LVI.

Gratia quid hoc loco significet.

INterrogabit quispiam, quid nomine gratiæ hoc in loco intelligendū sit. Ambrosius interpretatur opus gratuito factū, seu beneficium, vt sit sensus: Si diligitis tantum amicos, non satis in hoc opus gratiū tum, sed repentinæ dilectionem, quia ab illis diligimini; ideireo non est, quod à Deo speretis retributionem. Quidam recentiores intelligunt meritū, vt sit sensus, nullum in hac dilectione meritum habetis apud Deum, nihil laudabile, & meritorū facitis. quæ sententia accommodatior est, quam prima. Mihi tamen accommodatissimum videtur, vt gratia intelligatur retributio, q̄ refertur à Deo pro operibus rectè gestis, q̄ propter ipsum fiunt: sic enim solemnis dicere, referre, agere, seu habere gratiam alteri, quando nempe pro his, quæ ille propter nos gessit, aliquid recompensamus, aut opere, aut verbo, aut corde, quod quia a gratitudine proficiscitur, dicitur gratia. Erit igitur sensus, si diligitis tātum amicos, quæ vobis est gratia? id est, quid retributionis, aut mercedis, aut præmij vobis à Deo propter eam dilectionem debitur? Nihil profecto. Similis phrasis est 1. Pet. 2. vbi bis dicitur. Hæc est gratia, si propter Deum conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniustè, id est, hoc est apud Deum retributione, & recompensatione dignum. & iterum: Si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. & Luc. 17. Numquid gratiam habet seruo illi, quia fecit, quæ ei imperauerat? id est, numquid gratias agit, aut aliquid ei retribuit? eodem modo in præsenti accipitur gratia. Posset quispiā obijcere, qua ratione gratia dici pōt retributio, cū sit ex iustitia mā 2. Tim. 4. dicitur respōsita est mihi corona iustitiæ? Rūdeo primo, gratitudinem quandam habere rationem iustitiæ. Secundo licet iustitia sit quędā ipsius Dei erga nos, radix tñ huius est gratuita Dei voluntas, qua dedit, fecit in nobis, quod iustitiam induceret apud eum: hinc est, vt etiam si retributio sit opus iustitiæ, sit etiam gratitudinis, & gratiæ, quib. Deus iustum, & simul gratum ac liberalem se exhibet in retribuendo mercedem ijs, qui propter ipsum operati sunt, ideireo retributio, non tantum iustitia dicitur. Ex his omnibus sequitur, eundem esse sensum huius sententiæ: Quæ vobis est gratia? & illius apud Matthæum, quam mercedem habebitis? merces enim, & gratia idem sunt.

2. Tim. 4

ANNOTATIO LVII.

Num amicorū dilectio meritoria sit.

GRauior autem est difficultas in eadē sententia: nam ex ea deduci videtur, dilectionem amici, & eorum, qui nos diligunt, non esse meritoriam, cuius contrarium supra affirmauimus, & ipsa ratio comprobat, cum ad dilectionem proximi, quæ meritoria est, spectet dilectio amicorum, nec minus immò magis teneamur, diligere amicos, quam inimicos. Chrysostomus in imperfecto in Matth. hom. 13. dicit dilectionem amicorum, & eorum, qui nos diligunt, non habere mercedem; quia qui diligit amicos, propter seipsum diligit, quia placet dilectio, qua ab eis diligitur; non autē propter Deum; at qui diligit inimicum, eum diligit propter Deum, ideo à Deo mercedem habet. vnde concludit, qui diligit amicum, non facere peccatum, tamen non operari iustitiam, quasi diceret, dilectio amici sola non facit actum virtutis. loquitur autem Chrysost. vt ex ipsius verbis aperte apparet, de dilectione, qua diligitur amicus eo solo titulo, & ratione, quia amicus est, & propter dilectionem, qua nos prosequitur, talis enim dilectio non eo pertinet, vt sit actus virtutis moralis, quæ est propter honestum, & virtutis bonum; nec charitatis, qua diligitur homo propter Deum, ideireo mercedem non habet. Est enim aduertendum, esse tria dilectionis genera. quædam enim est dilectio naturalis, quæ bonum aliquod naturale habet pro ratione, & fundamento dilectionis. hac dilectione amamus parentes, consanguineos, & carne coniunctos, quia tales sunt, similiter benefactores, à quibus bona accepimus, aut speramus, ac eos quorum conuersatione delectamur, aut sodales, & alios similes, ad quā dilectionem reducitur amicitia delectabilis, & vtilis. Altera est dilectio moralis, quæ fundatur in virtute,

Triplex dilectionis genus.

qua

qua diligimus alios propter honestum bonum, quia prudentes, quia castos, quia liberales sunt, aut ob aliud quid simile. Tertia est dilectio caritatis, & diuina, qua diligimus alios propter Deum. prima non est mala, tamen imperfecta, quia non est virtus, nec inter honesta bona computatur. Secunda virtus est moralis. Tertia vero perfecta est, & virtus diuina. Christus Dominus de prima loquitur, quia hæc est, qua in plurimum homines mundi se diligunt, & quæ et infidelibus, & peccatoribus communis est; & hæc nec meritum, nec mercedem habet, vt recte Chrysostomus dicit, quia nec virtus, aut iustitia est, nec propter Deum fit, sed propter dilectionem alterius; vnde non est gratuita, sed mercenaria propter propriam vtilitatem, quia ab ijs, quos amat, diligitur, ideoque apud Deum mercedem nō habet. At qui inimicos diligit, cum non sit ratio in eis talis, ob quam diligantur, cum potius illi odio habeant, & quantum est in se, dilectionem aliorum auertant, necessariò diligit propter Deum; & ideirco talis dilectio meritum habet, & mercedem apud Deum.

Ad difficultatem igitur, respondeo, Christum loqui de dilectione, qua amicos diligimus tantum, quia nos diligunt, hæc enim est, quæ frequentissima est inter homines, & mercede digna non est. At de dilectione charitatis, qua amicus diligitur pp Deu, nō est hic sermo, quia raro in peccatoribus, & hominib. sæculi inuenitur, hæc autem est, quam supra diximus meritoriam. Augustinus autem sermo 59. de tempore, hanc dilectionem amici interpretari videtur de ea, quæ est propter Deum, quam fatetur posse etiam esse in eo, qui odio habet inimicum, & affirmat esse quendam gradum iustitiæ, cum sint nonnulli, qui nec amicos diligāt, sed odio habent; qui enim odit cor rectorem, amicum odit; dicit tamē esse tam paruum gradum iustitiæ, vt in peccatoribus esse possit: Christus autem perfecit dilectionem, & extendit etiam ad inimicos; sicque est perfectus gradus iustitiæ. At quantum ex contextu apparet, Christus non loquitur de hac dilectione, qua amicus propter Deum diligitur; hæc enim virtutis actus est, & ex se mercedem habet, quia propter Deum fit; licet non sit tantus iustitiæ gradus, quantus est inimicorum dilectio. Dixi (ex se) q̄ ex parte subiecti fieri pōt, vt mercede careat, quando qui diligit, est in peccato mortali; tunc enim etiam dilectio inimici, & alia opera ex se bona, & meritoria, nec meritum, nec mercedem habent. hoc autem in loco agi de dilectione amici, non propter Deum, ipsa verba Christi probant: nam dicitur: Si diligitis eos, qui vos diligūt, quasi ea sit ratio diligendi, eorum nempe dilectio, & quod sequitur id confirmat: si mutuum dederitis ijs, à quibus speratis recipere, quasi ea sit ratio mutuandi, vt recipiatis ex mutuo. Hoc ipsum etiam in sequenti annotatione magis elucescet.

Nam et peccatores diligentes se diligunt.

COMMENTARIA.

REddit causam, cur nulla sit gratia, nec merces ijs, qui diligunt tantum eos, à quibus ipsi diliguntur, quia peccatores, inquit, id est, qui suis vitijs indulgent, nec Dei, nec honesti rationem habent, nec suorum operum mercedem expectant à Deo, diligentes se diligunt; igitur dilectionis huius nulla est gratia, nec retributio apud Deum

ANNOTATIO LVI.

Qui per peccatores hoc loco significetur. & quo difficultas huius sententiæ dissoluā da.

BAsilius regu. breuior. respon. 163. per peccatores hoc loco gentiles interpretatur; at accommodatius interpretabimur peccatores generaliter, siue gentiles, siue infideles; omnes enim diligentes se diliguunt: & Matth. 5. legimus (publicani hoc faciunt.) constat autem multos publicanos fuisse Iudæos, sicque Beda interpretatur. Non paruam autem difficultatem hæc ratio à Domino assignata nobis ingerit: nā si ea de causa dilectio amicorum, qui nos diligunt, non habet gratiam, nec mercedem apud Deum, quia etiam peccatores diligunt diligentes se, consequitur nec eleemosynam habere meritum nec retributionem, quia etiam peccatores eleemosynas faciunt; si enim peccatores non facerent eleemosynas, non consuluisset Daniel Regi Nabuchodonosor, qui peccator erat, vt eas faceret; nec dixisset ei: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: Forsan, inquit, ignosect

Universidad de Deusto
Biblioteca

scet Deus delictis tuis, vt habetur c. 4. Præterea, nec oratio ad Deũ haberet meritum, nec mercedem, quia hæc etiam peccatoribus est cõmunis, quod publicanus ille Luc. 19. manifestauit; orabat enim, Deus propitius esto mihi peccatori; similiter nec fides haberet mercedem, quia etiam peccatores credunt, & quod ad rẽ magis facit, nec dilectio inimici mercedem haberet: nam & hęc potest esse in peccatore: vt enim homo in peccato potest diligere amicum propter Deum, ita etiam diligere inimicum, quamuis hic actus difficilior sit illo: at non est necessaria gratia infusa, qua remittitur peccatum, ad diligendum inimicum propter Deum, sufficit auxilium Dei speciale, quod peccatoribus non negatur. Vnde doctrina illa Augustini serm. 19. de tempore allegata in annotatione præcedenti, nempe dilectionem amicorum esse actum quidem iustitię, sed parvum, qui communis est peccatoribus, ideoq; perductam esse vsque ad inimicorum dilectionem; si velit dicere parvum esse actum iustitiæ, quia in peccatoribus inueniri potest, difficile defendi potest, quia & dilectio inimici potest esse in eo, qui est in peccato: qua igitur ratione nũc Christus dicit, dilectionem amicorum non habere gratiam, nec mercedem, quia peccatores diligunt diligentes se.

Respondeo per peccatores non intelligi omnes, qui in peccato sunt; sunt enim multi, qui licet in peccato sint, tamen bona opera aliqua faciunt, quę si illi in gratia essent, talia fuissent meritoria, & mercede digna: nam & eleemosynas faciunt, & amicos diligunt propter Deum, & auxilio diuino etiam inimicos dilligere possunt, antequam remissionem peccatorum obtineant: eos igitur peccatores appellat, qui peccatis incumbunt, & operibus malis student, nec Dei, nec honesti rationem habent, hi rarissimè opus faciunt, quod virtutis sit, sed omnia ob vtilitatem, ac delectationem, & si quando eleemosynam faciunt, non propter Deum, sed ex quadam naturali compassione sola faciũt: hi tales apud quos nec meritum apud Deum, nec virtutis actus inuenitur, amicos suos passim diligunt, non ergo argumentum accipit Christus simpliciter ab eo, quod aliqui peccatores aliquando id faciant, sed quod commune sit fere omnibus, idque in plurimum fiat, quod argumento est non esse opus, quod gratiam habeat apud Deum, nec mercede dignum. Hic videtur sensus huius Dominicæ istiæ.

Et si benefeceritis his, qui vobis bene faciunt, quæ vobis est gratia? si quidem & peccatores id faciunt.

COMMENTARIA.

PRosequitur alteram partem confirmare, nempe (bene facite ijs, qui oderunt vos.) nam si tantum bene facitis ijs; qui vobis benefaciunt, à quibus recepistis, aut speratis bona, nulla vobis est apud Deum gratia, nec meritum; peccatores enim hoc faciunt. Similis est hæc sententia præcedenti; loquitur enim de ijs, qui alijs benefaciũt ea de causa, quia bona ab eis receperũt, aut se recepturos sperãt; hoc enim, etsi malum non sit, tamen virtutis rationem non habet, immo bonũ quod ijs ea ratione confertur, non censetur beneficium proprie, quia non gratis confertur, sed quasi pretio, eo nimirũ, quod acceptum est, aut accipiendum speratur. propria vero, ac perfecta beneficentia ea est, quæ ex dilectione vera procedit, qua benefacimus alijs; nulla ratione habita ad bona, quæ ergo nos fiunt, aut facta sunt; quæ vero ob ea fit, non solum perfecta non est, sed nec durabilis; cessante enim ratione tali benefaciendi, non erit beneficentia, sicut nec dilectio, qua diligimus eos, qui nos diligunt.

Beneficentia propria, & perfecta quæ sit.

Et si mutuũ dederitis his, à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia.

COMMENTARIA.

TErtiam partem, nempe somni petenti te da) confirmat; si enim, inquit, mutuũ datis ijs solum, à quib. speratis, vt iterum ipsi vobis mutuũ dent, nulla gratia, nec retributio vobis à deo est, cum peccatores etiam id faciãt. Similis est sententia præcedentibus. benedictionis nõ meminit, dixerat enim: Benedicite maledicentibus vobis. non autem dicit: Si benedixeritis *ijs*, qui vobis benedicũt, quæ vobis est gratia? tum quia forsan dixit Christus; Euangelista autem non narrauit; non enim ofa scripserunt Euangelistæ, quę Christus dixit, & fecit: tum quia forsan sub sententia benefaciendi concluſit. Nec etiam orationis, quam fieri pro calumniantibus iussit, quia nec peccatores, nec pro non calumniantibus eam faciunt. De mutuo autem locutus est, quia frequentissimæ erant vsuræ apud Iud. eos: est autẽ vsura mutuare ea cõditione, vt is, cui mutuum fit, si opus fuerit sibi mutuanti, etiam mutuet.

ANNOTATIO LVII.

Vxilla, æqualia, quid hoc loco significet.

QVidam recentiores illud (æqualia) interpretantur, referuntur ad damnũ, quod patiuntur, qui mutuant: seu ad lucrum, quod cessat eis, vt qui pecunias suas dare ad lucrum potuit, si mutuat alteri, recipere possit æquale pretium illi, quod lucraturus erat, aut damno, quod patitur, vt fit sensus; peccatores mutuant, recipientes ex mutuo tantumdem, quantum lucraturi erant pecunia illa, si non mutuassent; aut quantum damnũ patiuntur, quia eam mutuarunt, sed quam sit violenta expositio hæc, nemo non videt. Quidam alij referũt ad ipsam summam, quæ mutuatur, videlicet qui mutuant animo, vt tantundem sibi postea restituatur, vt si mutuarunt cẽtum, recipiant post aliquod tempus centum: voluntq; mutuari debere animo subueniendi proximo, non autem recipiendi, quod mutuarunt; sed hęc expositio, nec accõmodata est, nec veram continet doctrinam: nã qui dat pecunias animo nõ recipiendi eas post tempus, is vere non mutuat. Vera, & legitima expositio est, vt illud (æqualia) referatur ad similiũ actionẽ mutuãdi, vt qui mutuat alteri eo pacto, & intẽtione, vt & ipso alio tempore sibi et mutuet, quod illiberale est, debet enim esse mutuum gratiosum sine intentione recipiendi simile mutuum ab eo, cui fit. quod si non debet fieri mutuũ ob paria, siue æqualia, id est, vt iterum mutuum fiat mutuanti, multo minus ob lucrũ vltra sortem, quod est peior vsura, quam

prior. Illud ergo (recipere) refertur ad mutuum, nempe sic, si mutuum dederitis ijs, à quibus vos speratis mutuum etiam recipere. Verbum autem fœnerari hoc in loco accipitur pro eo, quod est mutuare, sic accipitur in Scriptura Eccles. 29. qui facit misericordiam fœneratur proximo suo. & ibidem, fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis, in his locis positum est pro simplici mutuo. *Eccl. 29.*

Veruntamen diligite inimicos vestros.

COMMENTARIA.

COntraria his, quæ dissuaserat, mo net, vt sit sensus, si tãtum amicos, & ea ratione, quod diligunt vos, diligitis, nonne vobis gratia, & merces apud Deum, veruntamen, si diligitis etiam inimicos, qui vos nõ diligunt, & benefacitis illis, ac mutuum datis, nihil inde sperantes, erit vobis merces magna, vt in sequentib. sententijs dicitur.

ANNOTATIO LVIII.

OFferunt se hoc in loco duo consideratione digna. Vnum est, quod Dominus à dilectione amicorum sola, quę fit ob dilectionem ab eis præstitam, & naturalis est, induxit ad diligendos inimicos, quia illa dilectio mercedem non habet, & peccatoribus est communis, debuisset potius exhortari ad diligendos amicos pp Deum, cum hæc dilectio etiam si amicorum sit, gratiam, & mercedem habeat apud Deum, & peccatores communiter. non sic se diligunt: ac si diceret; si diligitis eos, qui vos diligunt, eo quod vos diligant, quę gratia est vobis? nam peccatores diligunt diligentes se, veruntamen diligite amicos pp Deum, sic enim gratia erit vobis, nec peccatores sic diligũt suos amicos. At non sic Christus locutus est, sed, diligite (inquit) inimicos vestros. Respondeo, licet ea amicorum dilectio, quæ propter Deum est, grata sit Deo, multumq; sit distincta ab ea, quæ impenditur amicis propter dilectionẽ eorum, nisi ad inimicos etiam extendatur, imperfecta est, & si cum odio inimicorũ sit coniuncta, nec mercedem habet: vt enim sit Deo grata, & retributione digna, non debet inimicus excludi; idcirco recte Dominus non intulit, diligite amicos propter Deum; sed diligere. *Quare Dominus ex tradit rationib. non amicorũ sed inimicorũ cõmẽdet dilectionem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

diligite inimicos, quia nisi hæc fiat, nec illa mercedem habet apud Deum, & vt eam obtineat, coniungi debet cum hac. Qui autem diligit inimicos, absque dubio amicos diligit, idcirco Christus, quod perfectum est, expressit.

Dilectio inimici proxime repetita superadditam iam traditæ in initio capitis.

Alterum, quod hoc in loco considerandum se offert, illud est, Dominum repetisse hanc sententiam, non quidem in eodem prorsus sensu, in quo prius tradita fuit, sed superaddendo aliquid: quod deducitur ex præcedentibus, licet eadem sint verba, nimirum diligite inimicos, non respiciens ad eorum dilectionem: posset enim quispiam eos diligere, quia sperat se ab eis dilectum iri, etiam si de præsenti non diligatur, quod Dominus remouet, qui vult diligi inimicos, vti prius dixit, & adhuc sine vlla spe eorum futuræ dilectionis, sed etiam si perpetui futuri sint inimici, & hoc est, quod nunc dicit.

ANNOTATIO LIX.

Quã sit rationi consonũ, quamq; facile et vtile, inimicos diligere.

SVperius diximus diligere inimicos, partim præceptum, partim consilium esse, modo quam rationabile, vtile, & facile sit, explicandum est. Rationabilitas ex multis apparet. primo quidem, in inimico est natura, sunt bona multa tum naturalia, tum acquisita, & sæpe supernaturalia, quæ amabilia sunt: est etiam inimicitia, quam erga nos gerit. maiora profecto, & plura sunt illa bona, quam hoc malum, illáque fecit Deus, hanc autem homo. Æquum igitur est, & rationabile, vt propter minus, non habeamus odio quod maius est, sed vincat, quod est amoris, & dilectionis potius, quam quod est odij causa, vt enim infirmitas corporis non efficit, vt mater desinat amare filium, ita nec debet vincere inimicitia, vt propter eam odio habeamus proximũ, & sæpe Christianum, & qui aliquãdo nos forsan dilexit, & beneficio persecutus est, aut fieri aliquando potest, vt talia erga nos faciat. Secundo plus posse debet apud nos Deus, cuius voluntas, vt diligamus inimicum, & amicum eum nobis faciamus, quam quæcunque alia causa inferior: sed sæpe inimicos facimus amicos, & diligimus, propter aliquod beneficiũ, quo nos sunt prosecuti, aut propter matrimonij vinculum superueniens, aut, quia veniam petit, aut propter preces alicuius amici. Si igitur hæc inferiora tantum possunt apud nos, æquissimum est, vt plus efficiat Deus propter quem inimici diligendi sunt. Tertio, Deus dilexit inimicos suos, a quib. grauiores, & plures recepit iniurias, & qui plures multo sunt, & qui creaturæ sunt ipsius, & qui à Deo innumera bona receperunt; si igitur hos diligit Deus, ergo rationabilissimum est, vt homo diligat inimicũ suum, à quo non est iniuria tanta affectus, nec ipse ei tanta cõtulit beneficia, & vnus, aut alter est. Quarto, quia, si vnusquisque interrogaretur, an vellet Deum odio habere inimicos suos, an potius diligere, vnique responderet, omnino, vt diligeret: væ enim nobis, si Deus odio prosequeretur inimicos. Si igitur homo vult Deum diligere suos inimicos, omnis ratio postulat, vt ipse velit etiam diligere suos. Hoc igitur præceptum, & cõsilium rationabilissimum est.

De vtilitate dilectionis inimicorum.

Vtilitas autem eius ex multis constat. in primis dilectio inimici facilem exhibet legis diuinæ obedientiam; vt enim inquit Paulus Rom. 13. Qui diligit proximum, legem implet; magna fit enim transgressio ex odio inimicorum; si vero diligãtur, tunc nec homicidia, nec rixæ, nec furta, nec detractiones, nec alia similia fiunt, quæ homo non perpetrat erga eos, quos diligit. 1. Cor. 13. Charitas benigna est, patiens est, non agit perperam, &c. Rursus, quia liberat hominem a magnis perturbationibus, & molestijs, quæ secũ fert odium: nam si in vindictam irrumpit, quis non videt, quanta pericula, quanta nocumenta subeat, qui vindictã quærit, si vero refreneat, & reprimatur in animo, est perpetuo vexat. Vnde Chrysost. in imperfecto opere in Matt. hom. 15. inquit sic: Puto quod non tantum pro inimicis nostris Christus illud mandauit, quantũ pro nobis, non quia illi digni sint, vt diligantur ab aliquo, sed quia nos nõ sumus digni, vt aliquẽ odio habeamus; odium .n. spiritus est tenebrarum, & vbicumq; insederit, sordidat pulchritudinem sanctitatis. Hæc ille. Præterea, quia dilectio amicorum deperditur, si inimicos non diligamus, quod ibidem Chrysostomus affirmans inquit; cum sit mũdus iste scandalis plenus, si amicos tantum voluerimus diligere, non poterimus inuenire, quos diligamus. Hodie enim iste illũ offendit in re tali, cras iste illum offendit in re altera, & ita fit, vt si decreuerit homo inimicos suos odire, necesse sit, vt odiat omnes, & odiatur ab omnibus. Sicut ergo homicidium exit a rascitur, & ex concupiscentia adulterium, sic ex odio inimicorum præciditur eã dilectio amicorum. Hæc ille. Rursus dilectio inimicorum efficacius vincit, & superat inimicitias, quam odium, & quam vindicta, quib potius augentur, & peiores fiunt, vnde ibidẽ Chrysostomus: Si ad tempus, inquit, sustines inimicum, post modum tua beneuolentia victum amabis, quasi amicum. Adde et, quia dilectio inimicorum maximam habet mercedem apud Deum, vt paulo inferius Christus testatur, odium vero nocumenta infert grauissima; quia qui odio habet inimicũ, incidit in odiũ Dei, plusq; sibi ipsi nocet, quam ei inimicus noceat, & dum inimicum hominem habere volumus, Deum nobis inimicum facimus. accumulamusq; inimicos, & augemus inimicitias. Postremo quia ita iubemur diligere inimicos nostros, vt omnes etiam inimici nostri iubeantur diligere nos; hoc autem vt liquidissimum est vnicuique. his igitur sex de causis vtilitas huius præcepti manifesta est.

Facile est inimicos diligere.

Facilitas autem perspicitur ex nonnullis, tum ex Dei auxilio; ipse enim est, qui nos adiuuat, vt diligamus inimicos, plusq; ipse virtutis tribuit, quam nos ipsi ex nobis ipsis afferamus; tum etiam quia non iubemur diligere inimicos propter ipsos, sed propter Deum ipsum: & si propter sanitatẽ amarissimum potio, & remedia ingratissima sensibus, diligũtur, & prompte assumuntur, cur non pp Deum diligetur inimicus ẽt prompte, & facilẽ? cum quia inimicus nobis non est, nisi ex Dei permissione, qui in vtilitatẽ nostram eum permittit; si igitur non in se considerandus est, sed vt à Deo permissus in bonum nostrum, non debet esse difficile diligere. 2. Reg. 16. Cum Dauid malediceretur a Semei: Sinite, inquit, illum, Dominus .n. præcepit illi, vt malediceret Dauid. Nos in hac parte cõsiderationem detorqueamus, similes, vt dicit Basilius hom. de ira, canibus, qui commertunt se ad mordendum lapides, qui in illos à viatoribus proijciũtur. At si conuerteremus nos ad Deum corrigentem, & nostrã salutem per inimicos procurantem, & aliquando per eos castigãtem, non ita difficile eos diligeremus. præterea, quia sæpe inimicos nostra culpa nos ipsi facimus nobis. Adde quod Basil. reg. breuio. respon. 176. dicit nẽpe ab amico non proficisci tantum beneficium, quantũ ab inimico. Si igitur homo vult Deum diligere suos inimicos, omnis ratio postulat, vt ipse velit etiam diligere suos. Hoc igitur præceptum, & cõsilium rationabilissimum est.

2. Reg. 16.

Vtilitas autem eius ex multis constat. in primis dilectio inimici facilem exhibet legis diuinæ obedientiam; vt enim inquit Paulus Rom. 13. Qui diligit proximum, legem implet; magna fit enim transgressio ex odio inimicorum; si vero diligãtur, tunc nec homicidia, nec rixæ, nec furta, nec detractiones, nec alia similia fiunt, quæ homo non perpetrat erga eos, quos diligit. 1. Cor. 13. Charitas benigna est, patiens est, non agit perperam, &c. Rursus, quia liberat hominem a magnis perturbationibus, & molestijs, quæ secũ fert odium: nam si in vindictam irrumpit, quis non videt, quanta pericula, quanta nocumenta subeat, qui vindictã quærit, si vero refreneat, & reprimatur in animo, est perpetuo vexat. Vnde Chrysost. in imperfecto opere in Matt. hom. 15. inquit sic: Puto quod non tantum pro inimicis nostris Christus illud mandauit, quantũ pro nobis, non quia illi digni sint, vt diligantur ab aliquo, sed quia nos nõ sumus digni, vt aliquẽ odio habeamus; odium .n. spiritus est tenebrarum, & vbicumq; insederit, sordidat pulchritudinem sanctitatis. Hæc ille. Præterea, quia dilectio amicorum deperditur, si inimicos non diligamus, quod ibidem Chrysostomus affirmans inquit; cum sit mũdus iste scandalis plenus, si amicos tantum voluerimus diligere, non poterimus inuenire, quos diligamus. Hodie enim iste illũ offendit in re tali, cras iste illum offendit in re altera, & ita fit, vt si decreuerit homo inimicos suos odire, necesse sit, vt odiat omnes, & odiatur ab omnibus. Sicut ergo homicidium exit a rascitur, & ex concupiscentia adulterium, sic ex odio inimicorum præciditur eã dilectio amicorum. Hæc ille. Rursus dilectio inimicorum efficacius vincit, & superat inimicitias, quam odium, & quam vindicta, quib potius augentur, & peiores fiunt, vnde ibidẽ Chrysostomus: Si ad tempus, inquit, sustines inimicum, post modum tua beneuolentia victum amabis, quasi amicum. Adde et, quia dilectio inimicorum maximam habet mercedem apud Deum, vt paulo inferius Christus testatur, odium vero nocumenta infert grauissima; quia qui odio habet inimicũ, incidit in odiũ Dei, plusq; sibi ipsi nocet, quam ei inimicus noceat, & dum inimicum hominem habere volumus, Deum nobis inimicum facimus. accumulamusq; inimicos, & augemus inimicitias. Postremo quia ita iubemur diligere inimicos nostros, vt omnes etiam inimici nostri iubeantur diligere nos; hoc autem vt liquidissimum est vnicuique. his igitur sex de causis vtilitas huius præcepti manifesta est.

Facilitas autem perspicitur ex nonnullis, tum ex Dei auxilio; ipse enim est, qui nos adiuuat, vt diligamus inimicos, plusq; ipse virtutis tribuit, quam nos ipsi ex nobis ipsis afferamus; tum etiam quia non iubemur diligere inimicos propter ipsos, sed propter Deum ipsum: & si propter sanitatẽ amarissimum potio, & remedia ingratissima sensibus, diligũtur, & prompte assumuntur, cur non pp Deum diligetur inimicus ẽt prompte, & facilẽ? cum quia inimicus nobis non est, nisi ex Dei permissione, qui in vtilitatẽ nostram eum permittit; si igitur non in se considerandus est, sed vt à Deo permissus in bonum nostrum, non debet esse difficile diligere. 2. Reg. 16. Cum Dauid malediceretur a Semei: Sinite, inquit, illum, Dominus .n. præcepit illi, vt malediceret Dauid. Nos in hac parte cõsiderationem detorqueamus, similes, vt dicit Basilius hom. de ira, canibus, qui commertunt se ad mordendum lapides, qui in illos à viatoribus proijciũtur. At si conuerteremus nos ad Deum corrigentem, & nostrã salutem per inimicos procurantem, & aliquando per eos castigãtem, non ita difficile eos diligeremus. præterea, quia sæpe inimicos nostra culpa nos ipsi facimus nobis. Adde quod Basil. reg. breuio. respon. 176. dicit nẽpe ab amico non proficisci tantum beneficium, quantũ ab inimico. Si igitur homo vult Deum diligere suos inimicos, omnis ratio postulat, vt ipse velit etiam diligere suos. Hoc igitur præceptum, & cõsilium rationabilissimum est.

eo, cum hic beatitudinis occasionem magnam nobis præbeat. Multam etiam aliam virtutum materiam subministrat; quorum consideratio facilem efficit dilectionem erga illos. idem dicit in respon. 176. Denum est illud, quod Leo serm. de Martyribus, dicit, quod etiam est Augustini ser. 59. de tempore. De diligẽdis, inquit, inimicis, nullus vnquã in veritate se poterit excusare. Potest enim aliquis mihi dicere, non possum iciunare, non possum vigilare, nunquid potest dicere, non possum diligere? potest dicere non possum res meas totas pauperib. erogare, & in monasterio Deo seruire, nũquid potest dicere, non credimus tibi; si autem dixeris, quod non possis peccare possum diligere? Si dixeris, non possum à vino & carnibus abstinere, cantibus in to in dulgere, omnino non credimus. Hæc Leo.

Benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes.

COMMENTARIA.

PRosequitur eandẽ sententiã, diligite inimicos, non vt vos diligant, & benefacite, ac mutuũ date, nõ sperãtes pro beneficio, aut pro mutuo aliquã recompensationem; sed benefacite ẽt ijs, à quibus nulla referenda gratia expectatur, & mutuum date ẽt illis, qui vobis mutuare non poterunt, sitq; vestra in benefaciendo, & mutuando liberalis beneficẽtia, sicut & dilectio. Illud nihil inde sperãtes, ad duo verba refert, nimirũ benefacite, et mutuũ date, vt sicut dilectio impẽdẽda est, nõ vt diligamur, sic beneficia, nõ vt recõpẽsent.

ANNOTATIO LX.

Non benefaciendum, vt nobis beneficiãt.

HAec sententia explicat, præcedentis eum esse sensum, quẽ diximus nempe, diligite inimicos, non vt vos diligãt, sicut benefacite hominibus, ac mutuo date, non vt similib. vos beneficijs prosequantur; beneficium .n. quod intuitu beneficij fit, non est beneficium, sed officium, quod pro accepto beneficio exhibetur, aut pretium, quod pro recipiendo præstatur. mutuum autem, quod alteri datur, spe lucri, aut similis mutui ab eo, cui mutuatur fiat, illiberale est, nec beneficium cẽsendum.

An spes aliquid recipiendi in mutuo sit vsura.

Aduerte solam spẽ aliquid recipiendi in mutuo nõ inducere vsurã, sicut nec in reb. spiritua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritualibus conferendis, simoniam; sed necessaria est intentio accipiendi aliquid pro mutuo, tunc vsura est, sicut esset simonia, si quis intenderet aliquid accipere pro re spirituali, quã alteri cõtulit; at q mutuaret nõ ex intentione, vt pro mutuo aliquid acciperet, sed cum spe eum, cui mutuat, futurum sibi gratum, & si quando opus sibi aliquo esset, illum similiter sibi mutuaturum, non esset vsurarius, tamen mutuum non esset perfectæ liberalitatis, ideireo Dominus non solum intentionem remouet accipiendi aliquid pro benefic o, aut pro mutuo, sed etiã q minus est, nempe spem; sic enim opus perfectum est, & tanto magis dignum mercede apud Deum, quanto minus merces speratur ab hominibus, quib. beneficium, & mutuum præstantur. Quidam recentiores interpretantur, referentes ad mutuum solum, sic: mutuum date non sperantes capitalis, seu sortis mutuatæ restitutionem; mutuãdum enim putant etiam si nulla sit spes sortis recuperãdæ; hãc tamẽ expositionem supra annot. 57. reiecimus. hoc enim donare est, non mutuare.

Et erit merces vestra multa.

COMMENTARIA.

SI sic diligitis, benefacitis, & mutuũ datis, nihil inde sperantes, tunc nõ tantum mercedem habebitis, sed multam quidem, & copiosam à Deo. Opponitur hoc ei, quod superius dictum est: Si diligitis eos, qui vos diligunt, quę vobis gratia? Si benefacitis ijs, qui benefaciunt vobis, quæ vobis gratia? Si mutuũ dederitis, vt recipiatis tãtalia, quæ vobis gratia? At si feceritis hæc, nihil inde sperantes, sed liberali animo, ac gratis, tunc gratia, & merces, & quidẽ non modica, sed magna vobis erit. Argumento sumpto à magno præmio commẽdat dilectionem inimicorum, & beneficentiam, ac mutuum gratiosum. Merito autem promittitur merces magna, q̃a diligit inimicos, à quib. non diligitur & benefacit ijs, à quibus beneficia non sperat, gratisque hominibus inseruit propter Deum, is profecto ab ipso recompensationem, ac mercedem consequitur.

Et eritis filij Altissimi.

COMMENTARIA.

ALtero argumẽto inducit ad eadẽ præstãda, nimirum, q̃a sic eritis filij altissimi Dei. Magnũ profecto emolumentum affert gratiosa inimicorum dilectio, ac beneficentia, quæ efficit homines Dei filios: habet autem energiã illud (Altissimi) quasi diligeret, cum latis vos sensu, et terreni, ad eã dignitatẽ euehimini, vt altissimi Dei filij efficiamini. Magna ergo merces, & dignitas filiorũ Dei debet hoĩes mouere, & prouocare ad inimicorum perfectam dilectionem, per quam ea assequuntur.

ANNOTATIO LXI.

Dilectio inimicorum quo modo est sub præcepto.

LEO serm. de martyribus, hanc sententiam ponderans, sic inquit: Qui dilexerit inimicos suos, illud in eo impletur, q̃d dixit Dominus, videlicet: Vt sitis filij Patris vestri, q̃ in cœlis est. Elige modo, quod tibi placuerit, si inimicos dilexeris, non solum amicus, sed etiam filius Dei esse mereberis: si vero inimicos amare nolueris, propitium Deũ habere nõ poteris. Hęc ille. Ex hoc loco deducitur, dilectionem inimicorum esse in præcepto: nam si qui diligit eos, filius efficitur Dei; ergo qui non diligit, filius Dei nõ est. vnde nec hęres vitæ ęternę. obligamur igitur ex præcepto, & sub pœna peccati mortalis, (quod vocant) diligere inimicos, & modo, quo supra diximus, idque Leo loco allegato probat, alijs etiam locis Scripturæ productis.

Quia ipse benignus est super ingratos, & malos.

COMMENTARIA.

CAusam adnectit, cur qui diligunt inimicos, & benefaciunt sine spe retributionis ab illis, quibus hæc præstant, Altissimi filij sint, quia nimirum talis est ipse Altissimus: nã benignus est, diligens, & benefaciens malis, qui eius inimici sunt; & ingratis, qui acceptorum ab eo beneficiorum nullam recompẽsationem, nec recognitionem collatori suo Deo rependunt. Recte autem filij sunt, qui similes sunt, ipsumq; Deum imitantur; hoc enim filiorum est,

est, argumentum etiam hoc efficax est; si enim Deus sic amat, & benefacit ingratis, & inimicis suis, cur & nos nostris similia non præstabimus?

Benignitas in quo consistat, et quis intelligantur ingrati.

ANNOTATIO LXII.

COnuenienter duo vocabula posita sũt, nempe (ingratos, & malos) vt per malos ad inimicos diligendum, eisque beneficiendum nos excitet: per ingratos autem ad sic diligendum, & benefaciendum, vt nihil ab eis sperenius. Est autem considerandum illud nomen (benignus) quod maxime Deo conuenit, Græce χρηστός. vnde benignitas deriuatur Græce χρηστότης: illud autem nomen aliquando rebus, aliquando personis accommodatur. Rebus accommodatum, duas habet significationes, vna est, vt idem significet, ac facile, & quo minima molestia vti possumus. sic habetur Matt. 11. Onus meum suaue est, vbi Græce legitur χρηστός. Altera est, vt idem significet, quod vtile, & salubre. sic Luc. 5. dicitur vetus vinum melius, Græce χρηστότερον. Personis vero accommodatum non eodem modo à sacris Doctoribus explicatur. nam Hieronymus ad Galatas 5. distinguit benignitatem à bonitate, eamque benignitatem secundum Stoicos dici interpretatur, qua quis sponte, nõ rugosa, sed suaui facie alijs benefacit, ad suique conuersationem cæteros multum attrahit. At vero Basil. in regu. breu. respon. 214. aliter explicat, nempe eam dici benignitatem, qua quis alijs benefacit, quacunque ratione eo indigeant, nec titulum aut rationem, aũt meritũ considerat vllum in ijs, quibus benefacit, sed id solum, quod ipso opus habent; & hæc videtur propria significatio, quæq; maxime Deo congruit; ipse enim est, qui benefacit omnib. nec considerat demerita eorum, nec ingratitudinem, sed pro sua bonitate bona præstat ijs, qui indigẽt, respicit enim bonum, quod facit, nec retrahitur ob indignitatem recipientium. Hanc significationem secutus Gregorius hom. 5. in Ezechielem, Samuelem benignum interpretatur, qui repulsus à principatu, rogatusq; Iudæis repelentibus, vt oraret Deum pro eis, respondit: Absit peccatum hoc à me, vt cessem orare pro vobis. Idem habet lib. 27. moral. cap. 5. Illud autem (ingratos) latam habet significationem, qui nempe pro beneficijs acceptis gratiam non solum non referunt, sed nec agunt, nec habent. Tales enim multi se exhibent Deo, & extremum extremo opponitur; Deus enim ex vna parte benignus est, qui liberalissime beneficia cõfert; at homines ex altera parte beneficia, nec opere nec verbo, nec animo recognoscũt.

Estote ergo misericordes, sicut Pater vester misericors est.

COMMENTARIA.

INfert ex præcedẽti si talis est Deus, qui Pater vester est; vos igitur si filij eius esse cupitis, debetis esse tales; Deus autem misericors est, ac beneficus in omnes etiam peccatores, & ingratos, nec recompensationem vllam sibi expetit, sed nostræ vtilitati consulit, in benefaciendo benignus: sic & nos imitari oportet, iuxta illud Ephes. 5. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit vos. hoc in loco misericordia dilectionem, ac beneficẽtiam complectitur.

ANNOTATIO LXIII.

Litera beneficiorũ collatio nos ad Dei similitudinem extollit.

CYprianus Epist. 52. ad Antonianum legit, (sicut Pater vester misertus est vestri) potius tamen secutus est sensum, q̃ verba; legendum .n. est, sicut Pater vester misericors est. Chrys. hom. 36. in Matt. Hunc locũ perpẽdens ait: Cum pleraq; alia dixit, de nullo id præterquam de misericordia dicit, Estote misericordes, sicut & pater vester. Nihil enim certe nos vsque ad similitudinem Dei sic effert, atque extollit, quemadmodum libera, & beneficã, & copiosã collatio. Hæc ille. Particula (sicut) nõ æqualitatis, sed similitudinis est, vt Athanas. ser. 4. contra Arianos, & Ambros. lib. de incarnationis Dominicæ sacramento c. 10. notarunt super illam sententiam Matthæi 5. Estote perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est, quam Dominus in mõte protestatus est æqualis esse misericordiæ diuinæ, sicut nec homo Deo, quædam tamen similitudo esse potest, vt si homo inimicos, & omnibus liberali, & sine spe retributionis ab eis recipiẽdę, diximus supra plura de misericordia.

Iustice

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nolite iudicare

COMMENTARIA.

COnnexa est hæc sententia cum præcedenti; cum enim intulisset debere nos, q filij sumus, imitari Deũ Patrem, qui misericors est, exponit ea, quæ Deus ex misericordia fecerit; hic enim mundum non iudicauit, si enim iudicasset, statim, ac peccauit, omnes perijssemus; non ergo nos iudicemus proximos. Vitra connexionem autem, mẽtem suum prosequitur, cum enim hactenus optimis documentis remouerit duo impedimenta, quæ dilectioni erga fratres, & maxime inimicos, aduersabantur, nempe impatiẽtiã, & auaritiam; nunc tertiũ remouet, quod non minus nocet, quam illa duo, nempe iudicium temerarium aduersus proximum. Hoc enim sæpe causa est, vt inimicos multos nobis faciamus, qui vere non sunt, dum dubia eorum verba, & facta, quæ in bonam, & in malam partem accipi possunt, finestre interpretamur, sæpeque decepti opinamur tales esse homines, quales nõ sunt, sitque vt benefactores nostros, qui nobis nõ nocuerũt, aduersarios reputemus. multarum etiam perturbationũ, & in ijs, q iudicant, & in ijs, qui iudicantur huiusmodi iudicia sunt causa, vt tradit Chrysost. hom. 11. in 1. Epist. Corinth. ob id Dominus hoc dilectionis venenum, quod amicitias interimit, & inimicitias multiplicat, fouet, & auget, de medio tollit, dicens: Nolite iudicare, quasi diceret aliorum facta, actiones, verba, personarum qualitates, quę dubia sunt, nec vobis constant, nolite temere inuestigare, & iudicium de obscuris proferre, in malam partem interpretantes.

ANNOTATIO LXIIII.

NOtanda est connexio harum sententiarum cum enim deduxisset eos, qui filij Dei sunt, debere misericordes esse, subiecit ille est, explicat ea, quæ Deus ex misericordia fecit, quæque ñ nos facimus, dilectionem perfectam erga proximos habebimus, & impedimenta præcipua de medio tollemus. Deus autem hominem peccantem non statim iudicauit, nec vsus est sua iustitia aduersus eum, sicut fecerat contra Angelos peccantes, quos statim iudicauit, & damnauit: at vero hominum misertus est, & ad pœnitentiam expectauit, & remedia salutis obtulit; filium & suũ in mũdũ, non ad iudicãdum, nec ad dãnandum, sed ad saluandum misit. Ioan. 3. Nõ enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per eum. Non solum autem non iudicauit, nec damnauit, sed dimisit peccata, veniamque obtulit pœnitentibus, & beneficijs innumeris cumulauit. Hæc quatuor, nempe nolle iudicare, nec damnare, sed dimittere, & donare, ex summa misericordia, ac beneficentia Dei prouenerunt, argumenta profecto immẽsi amoris eius erga nos. Ex hac igitur Patris imitatione, cum filij eius simus, miro artificio connectit sententias sequentes, quibus ad diligendum proximos, etiam inimicos nos exhortatur, & impedimenta diligendi radicitus tollit; Nolite, inquit, iudicare, nolite condemnare, dimittite, & date. Vt autem magis ad hæc præstanda nos excitet, vltra imitationem, & similitudinem, quas filij Dei eum simus, debemus Patri referre, peculiarib. promissionibus, & comminationibus vtitur; Nolite, inqt, iudicare & nõ iudicabimini, nolite cõdemnare, & non condemnabimini; dignus enim est iudicari à Deo, & damnari, qui cũ ipse nõ esset prius iudicatus, nec dãnatus, cũ iudicari, & damnari posset, vult iudicare, & damnare fratres suos; similiter dimittite, inquit, & dimittetur vobis; date, & dabitur vobis: hic est contextus harum sententiarum, quas in commentarijs sigillatim explanabimus.

Ex eo quæ misericors Deus nobis præstat, decernunt eandem proximis nostris præstare. Ioan. 3.

ANNOTATIO LXV.

SImilis sententia habetur Matth. 7. cuius apud doctores multiplex est interpretatio. Primò quidem Irenæus lib. 4. capit. 49. hac sententia dicit prohiberi iudicium, non quodcumq; , sed iniustum, nec de quacumque materia, sed de diuinis dispositionibus: nolite inquit iudicare, non vtique vt peccantes non corripiamus; nec vt ijs, q̃ male fiũt cõsentiamus; sed vt Dei dispositiones non

His verbis Christi, Nolite iudicare, quid prohibeatur.

non iudicemus iniuste, cum ille iuste omnia profutura prouiderit. Hæc ille.

Secundo Hilarius can. 5. in Matth. iudicium illud hac sententia prohiberi asserit, quod sit de diuinis promissionibus, ex quadam incredulitate procedens.

Tertio Ambrosius in præfeoti. & serm. 20. in Psal. 118. generalius loquitur, affirmatq; hac sententia iudicium temerarium prohiberi; quod autẽ hoc sit, explicat, nempe quando qui peccat proprij conscius est, iudicat de alterius peccato.

Quarto loco Basilius regu. breuio. resp. 164. prohiberi dicit id, quod ex Ambrosio retulimus, nempe quando is, qui iudicat, eiusdem tenetur criminibus, quib. is, quem iudicat. Addit autem non hoc tantum vetari iudicium, sed etiam id, quod sit de rebus, quæ male, & bene fieri possunt. quo casu non debemus iudicare tanquam malum, q̃ bene fieri potuit. Illud etiam vetatur, quando etiam si sint ea, quæ non nisi male fieri possunt, tamen incertum est, an is, qui iudicatur, commiserit ea.

Quinto loco Hieronymus Matth. 7. docet hac Dominica sententia non prohiberi iudicium, sed modum doceri, quo fieri debeat, q̃ modus est, vt is, qui in crimine est, non iudicet alĩũ, nisi prius se à proprio purget, iudicetque se ipsum, quæ expositio eadem videtur cum illa Ambrosij.

Sexto loco Chrys. hom. 14. in Matt. iij. cit iudicium non prohiberi hac sententia, sed modum, quis autem sit modus hic, qui vetatur, explicat, nempe, vt is, qui pluribus flagitijs detinetur, non iudicet acriter, & amare, ac tanquam hostis alterum, & præcipue de leuioribus; neq; id faciat nisi prius se ipsum purget, & emendet.

Auctor exponit quo Superior sẽtia intelligenda sit.

Augustinus vero multa dicit, quę in huius difficultatis elucidatione referam. Pro qua illud, in quo omnes conueniunt, suppo nendum est, scilicet non hic agi de iudicio factorum, aut sermonum, prout in se ipsis considerantur, quod ad scientiam potius pertinet, sed sermo est de iudicio dictorum, aut factorum in ordine ad personas, prout hæ ex illis dictis, aut factis bonæ, aut malæ iudicantur. Præterea iudicium in præsenti in malam accipitur partem, bene enim sentire de proximo, & in bonam partem dubia facta, aut dicta eius interpretari non vetatur, sed agitur de iudicio in malam partem.

Quib. suppositis nõnullis dictis suis hęc Dominica explicatur. Primo cũ duplex iudicij sit, vnũ publici, alterũ priuatũ, illudque in ijs, qui præsunt, & qui prãtem habẽt in alios, reddet, hoc autẽ in singulis; Christus non loquitur hoc in loco de publico, sed de priuato, vt recte notauit Euthymius Matt. 7. similẽ interpretans solam, publicũ enim iudicium Paulus exercuit 1. Cor. 5. cum dixit: Ego quidem absens corpore, præsens autẽ spiritu iã iudicaui vt præsens eũ, qui sic operatus est, in nomine Dñi nostri IESV CHRISTI tradere huiusmodi hominẽ Satanæ, hoc etiam iudicio vsus est Petrus act. 5. in Ananiam, & vxorem eius; ac idem iudicium exercent terrenæ potestates, tam Ecclesiasticæ, quam sæculares, sine quo omnia essent perturbata, & confusa.

Secundò, non tollitur omne iudicium priuatũ: nam quod homo in seipsum exercet, laudabile est, de quo scribit Paulus 1. Cor. 11. Si nos ipsos iudicaremus, nõ vtiq; iudicaremur; cum enim vnusquisq; habeat in se conscientiã testẽ non tantũ factorum, & verborũ, sed & cogitationũ, & intentionũ, iudicium sui ipsius verum proferre potest. *1. Cor. 11.*

Tertiò non etiã prohibetur omne iudicium priuatum de alijs, licet enim iudicare quando signa & opera non dubia, sed manifesta sunt, ita Augustinus lib. 2. de ser. Dom. in mõte c. 18. docet, probatq; illo Matt. 7. A fructib. eorum cognoscetis eos, quod, inquit, scriptum est, ex fructib. eorũ cognoscetis eos. de manifestis dictum est, quę non possunt bono animo fieri, sicut sunt stupra, blasphemiæ, vel furta, vel ebrietates, & si qua sunt alia, de quib. iudicare permittit. Hęc ille. Ad hoc pertinet fraterna correctio, atq; reprehẽsio, qua iudicat de proximi facto, vel dicto in vtilitatẽ ipsius. Vnde Irenæus lib. 4. c. 49. recte dixit hac sua nõ prohiberi correctionẽ proximi, quæ non põt esse sine iudicio.

Quarto iudicium priuatũ quod hic prohibetur, de his est rebus, quæ in nostra potestate sunt, possuntq; bene, vel male fieri, per hæc non debemus iudicare proximum, præsertim in malã partem interpretãtes. ita Basil. reg. breui. respon. 164. notauit, hunc locum explicans, & Augustinus loco allegato, vbi sic inquit: Sunt quædam facta mẽdi, quæ ignoramus, quo animo fiant, quia & bono, & malo fieri possunt, de quib. temerarium est iudicare, maxime, vt condemnemus. adfert exemplum: Si quispiam, inquit, conquestus de stomacho, ieiunare no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

huit,& tu id non credens edacitatis vitio tribueris, temere iudicabis. de talibus est illud Rom. 14. qui non manducat, manducantem non iudicet.prohibetur etiam iudicium in manifestis, quando ita iudicamus proximum, quasi eum amplius non peccaturum, & inemendabilem reputamus: hoc.n. temere iudicatur,quod Augustinus loco citato docet,ita scribens: Si manifestam,inquit edacitatem, ebriositatemque cognoueris,& ita reprehenderis, quasi illa nunquam possit mutari,temere iudicabis. Ad hoc etiam pertinet iudicium priuatum,quo proximum, quia aliquando peccata manifesta commisit, in eodem animo permanere reputamus, & emendatum non esse iudicamus. Tum demum prohibetur iudicium in manifestis, quando etiamsi certum sit opera esse mala, incertum tamen est, quis ea perpetrauit; eo.n.casu temerarie iudicet persona,ita Basilius docet. Dubia igitur sint in actionibus,sine in verbis,siue in personis iudicanda non sunt, & de ijs omnib. est illud 1. Cor.4. Nolite ante tempus iudicare, quoadusq; veniat dies Domini: & hoc est,quod Dominus nisc prohabet omnibus, nolite, inquit, iudicare. 1. Cor. 4.

Postremo notandum est, non prohiberi iudicia, quę per prudentiam fiunt de alijs ad sibimet cauendum, aut ad aliorum vtilitati consulendum, etiam si nõ sint signa, & argumenta manifesta,illius enim iudicij hoc loco prohibetur, quod ex curiositate, aut inuidia, aut odio,aut inutiliter fit contra proximum in dubijs rebus.

Et non iudicabimini.

COMMENTARIA.

NOn sola imitatione Patris Dei, iudicium aduersus fratres dissuadet,sed etiã vtitur promissione,& cõminatione simul, vt spe,ac timore ab hoc iudicio nos amoueat: Si,inquit,nõ iudicaueritis fratres,nec vos a Deo iudicabimini; contra vero,qui eos iudicauerit,& ipse à Deo iudicabitur. Hoc nõ significat eos, qui nõ iudicauerint, nullo modo esse à Deo iudicandos,cũ sit certũ omnes ante tribunal Christi manifestari oportere, & prout in corpore vnusquisq; gessit,rõnem reddituros: sed quod nũc dr,illud est,qui aliena facta,aut dicta iudicat, ppria sua, si similia faciat,aut dicat, eo ipso iudicatã Deoq; suo proprio iudicio iudicabitur. quod Paulus Rom.2 alijs verbis expressit:In quo,inquit,alium iudicas,te ipsum condemnas;eadem enim agis, quæ iudicas: inexcusabile ergo se reddit, qui alium iudicat, cum contra seipsum sententiam ipsemet ferat.Nec hoc tantũ euenit, sed etiã, qui iudicat alium, & id ipsum quod ipse similiter committit,habet quandam additionẽ, & grauitatis maioris circumstantiam, quã non haberet,si nõ iudicaret; sicut enim, qui alios docet, & instruit,si ipsemet perpetret,quę ipse docendo dissuadet, grauius in ijs delinquit,quã is, qui docetur, ita sit in eo, qui alios iudicat, & aliorum censorem se constituit. vnde grauius, ac seuerius à Deo de talibus iudicatur. Rom. 2.

ANNOTATIO LXVI.

Dimittite.

PRimo loco quidam recentiores hanc sententiam de iudicio hominum interpretantur, vt sit sensus,qui cæteros non iudicat,nec ab alijs hominibus ipse iudicabitur. Etenim enim, vt qui aliorum facta, vel dicta diligenter scrutantur, & curiose inquirit, ac seuere iudicat, eius & facta, & dicta ab alijs inquirantur, & seuerius iudicẽtur. Hæc expositio,quamuis verũ sit id euenire frequenter, tñ non vt satis accommodata, tum quia verã doctrinã non continet; sæpe.n.fit, vt qui non iudicat alios, is à multis iudicetur, contra vero,qui iudicat,non iudicetur: tum, quia talis promissio lenis est, dicente Paulo 1. Cor.4. Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Greg.etiã lib.8.Epist.45.ad Palladiũ, quã pssũ faciendũ sit humanũ iudicium, siue in bonũ, siue in malũ,recte docet, sic scribẽs: Inter verba laudantiũ, & vituperantiũ ad mentẽ recurrendũ semper est, & si in ea nõ inuenitur bonũ, quod de nobis dicitur, magna tristitia generari debet; & rursum si in ea non inuenitur malũ, quod de nobis homines loquuntur,in magnam debemus lętitiam prosilere.Quid.n.si homines laudãt, & conscientia accusat? Aut quæ debet esse tristitia, *Dimittemode sententia hæc à Doctoribus explicatur.* 1. Cor. 4.

si homines accusent, & sola cõscientia nos liberos demonstret? Hæc ille.

Secundo loco Augustinus lib.2. de sermone Domini in Monte c.19. de iudicio Dei explicat, nempe cum,qui temere iudicat iudicandum esse à Deo, de illo nempe iudicio temerario, quod aduersus fratrem protulit,quod iudicium vitat,qui alium temere non iudicat. Hæc expositio non videtur adhuc satisfacere, cum hoc sit commune iudicio temerario cum cęteris peccatis; de omnibus enim iudicandi sumus, & qui à peccato abstinet, de eo non iudicabitur; oportet ergo aliquid peculiare assignare, cur qui non iudicat, dicatur non iudicandus:non autem hoc dr de eo,qui non furatur,nõ occidit,ab alijs; se cõnet peccatis.

Tertio loco Chrysost. hom.24.in Matt. de iudicio quidem dnino, sicut & Augustinus interpretatur,tamen aliter,nempe non solum,qui iudicat alium,eum esse iudicandum,sed aeriur iudicãdum; iuxta regulam, qua ipse acriter alios iudicauit. hanc sententiã dilucidius idem Chrysostomus expressit hom.3.ad Populum Antiochenum, cuius hæc sunt verba: Nolite iudicare, ne iudicemini; non enim quale fuit peccatum, tale illic in futurum apparebit,sed quãdam magnam,& ineuitabilem additionem à iudicio in conseruũ facto accipiet; sicut enim humanus,& clemens,ac miris maiorũ peccatorum grauitatem, ita acerbus, & crudelis,& implacabilis magnum proprijs pondus peccatis apponit. Hęc ille. Cuius sententiam sicut sumus in commentario, paruum aliquid ex loco Pauli addentes in explicationem,& confirmationem.

Nolite condemnare,& non condemnabimini.

COMMENTARIA.

HOc etiam est, quod ad imitationem misericordiæ Dei Patris spectat, quodque ad dilectionem proximi necessarium est.Nolite,inquit,non solum culpæ adscribere aliena facta, aut dicta iudicando; sed nec etiam pœna digna censere, quod est condemnare; ne eadem pœna vos ipsos propter eadem dignos esse faciatis;qui enim alterius facti digna morte cẽset,sua profecto eadem damnat pœna, & apud Deum sic damnabitur, immo aliquando se grauioris pœnæ reum facit;si.n. minora proximi graui pœna puniẽda iudicat, quanto grauiori ipse damnabitur,si peiora committat? Nolite ergo iudicare proximos quãtum ad culpam, nec damnare, quantum ad pœnam,ne vestro iudicio apud Deum iudicemini,& damnemini.

ANNOTATIO LXVII.

Proximum hæc sententia non est superioris declaratio, sed ab illa diuersa.

EVthymius Matth.7. hanc sententiam præcedentis explicationem esse existimat,quasi idem sit iudicare,quod & damnare,id;; nonnullis recentioribus placet. Quidquidem non probo; cum enim distinctum sensum accõmodatum verbis inuenimus, non est admittenda in Scriptura multiplicatio sententiarum idem significantium. fateor quidem aliquando verbum iudicandi posse esse pro verbo condemnandi, qua le illud est Rom.2.in quo alium iudicas,te ipsum condemnas: at vero in hoc loco,vbi vtrumque reperitur coniunctum, diuersa significat;iudicare enim ad culpam,damnare ad pœnam spectat.sicut in iudicijs publicis fit; iudex enim prius iudicat aliquem esse homicidã,postea morti adiudicat, quod est damnare: & Christus in vltimo die iudicabit malos culpæ, conuincendo, & postea damnabit pœnis,disputando;ita in priuatis iudicijs temerarijs fit;nã iudicamus alios,et culpam notantes, & pœna dignos censentes, quorum vtrumq; Dominus prohibet, quasi dilectioni proximi multum contrarium, & dilectionis inimicorum graue impedimentum,immo odiorum,& inimicitiarum efficax fomentum.

Dimittite.

COMMENTARIA.

HOc est tertium,quod ad imitationem misericordiæ Patris Dei pertiner, non solum enim Deus non iudicauit,nec condemnauit mundum peccantem; sed etiam dimisit peccatum, veniamq; præbuit,mittens suũ filium ad saluandum, debemus ergo & nos dimittere. Simul etiam hoc verbo dilectionis impedimentum, & quidẽ non paruũ,tollit, nẽpe querelas,quas inui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cē inter se homines habent; sunt enim extorsiones, vexationes, molestiæ, detractiones, murmurationes, iniurię, praua officia, iniquæ persecutiones, aliaq; huiusmodi, quibus mutuo se homines lędunt, vixq; vnius conuersatio sine offensa aliqua aliorum transigitur. vnde plurimæ oriūtur querelæ vnius aduersus alterum, quæ non solū dilectionem impediunt, sed etiā odia, & inimicitias multiplicant. iubet ergo Dominus has querelas ex mutuis offensis ortas deponere, & dimittere proximis, si quid in nos deliquerunt, iuxta illud Coloss. 3. Supportantes inuicem, & condonantes vobismetipsis, si quis aduersus alterum habet querelam, sicut Dominus donauit vobis, ita & vos.

ANNOTATIO LXVIII.

GRegorius lib. 22. Moral. c. 8. in eundem sensum, quem in commentario explicuimus, hoc verbū interpretatur, paulo tamen differentius, inquit enim sic: Dimittite, & dimittetur vobis. dare ad res pertinet, quas exterius habemus; dimittere autem ad relaxandum dolorem, quem interius ex aliena culpa contrahimus. Hæc ille. vbi verbum dimittendi refert ad dolorem, quem animo concipimus ex culpa proximorum contra nos factis, vt idem sit dimittere, ac deponere dolorem animi, qui excitare solet ad odium, & vindictam aduersus eos, qui in nos deliquerunt; quod quidem verum est; nemo enim dimittere dicitur, nisi hunc dolorem, & animi amaritudinem remoueat. At non ad hanc refertur verbum dimittendi, sed ad debitum, quod proximus peccans in nos, contraxit; qui enim in alterum peccauit detractione, vexatione, praue que alio officio, quasi debitor remanet illius recompensare obligatus damna, quæ intulit, dimittere ergo est cōdonare huiusmodi debita, non solum non repetendo ali quid ex proximis, sed nec reddendo malum pro malo deponendoq; animi perturbationem voluntariam aduersus eum. hunc sensum nobis indicant verba Saluatoris similia Matth. 6. Dimitte nobis debita nostra, sicut nos dimittimus debitoribus nostris. & Matt. 18. Si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

Non immerito autem quis iam dubitabit, cum tot documenta patientiæ, & tolerantiæ sint tradita, vt etiam percutientibus, vnam maxillam, alteram præbere debeamus, quid est, quod nunc moueamur, vt dimittamus. Hunc dubitationi satisfacere possumus, si ea, q̄ Gregorius docuit, proponamus. lib. n. 3. p. pastor. c. 20. sic inquit: Euenire plerumque patientibus solet, vt eo quidem tempore, quo vel aduersa patiuntur, vel contumelias audiunt, nullo dolore pulsentur, & sic patientiam exhibeant, aut custodite etiam cordis innocentiam nō omittant, sed cum post paululum hæc ipsa, quæ pertulerunt, ad memoriam reuocant, igne se doloris inflammant, & argumenta vltionis inquirunt, & mansuetudinem, quam tolerantes habuerunt, retractantes in malitiā vertunt. Hęc ille. Non ergo post illa documenta inutiliter adiecit Dominus, vt dimittamus. Quid autem sit, quod dimittere debeamus, explicat Gregorius Nazianzenus orat. 4. quæ est secunda contra Iulianum. Verba eius sunt hæc: Eos, à quibus tyranni de oppressi sumus, mānsuetudine vincamus, ac maxime quidem nos benignitas ad ignoscendum adducat, vsq; mandati diuini eandem beniguitatem nobis in ijs rebus, in quibus ea opus habemus, remetiens. Qua enim mensura metimur, eadem quoque nobis remensum iri perspectum habemus. Quod si quis animo admodum acerbo, atque importuno est, Deo, ac futuro tribunali eos, qui nos læserunt, relinquamus. Nihil de futura pœna per nostrā manū detrahamus, neq; bonorum proscriptionem cogitemus, nec ad iudicū subsellia trahamus, nec patrijs sedibus pellamus, nec flagris cruciemus, nec denique, vt breui complectar, quicquam eorum, quę perpessi sumus, faciamus: eosquoque si modo id possint, exemplo nostro faciliores, ac benigniores reddamus. Si cui filius passus est, si cui Pater, si cui vxor, aut cognatus, aut amicus, aut alius quispiā nobis charus, demus operam, vt cuique eorum mercedem cruciatus afferat, ipsis nimirum persuadentes, forti animo ferant, quæ passi sunt. Hoc beneficio nullum maius ipsis dare possumus. Hæc ille.

Quid cō donāda, & quid à debitoribus sit repetendum.

In cuius rei declarationē aduertendum est, eorū, quæ aduersus proximū cōmittuntur, quæda esse cōtra charitatē, ei debitam, vt quando nō subuenitur illi in necessitate ciui

ciuis, quod multipliciter fit secundum modum multiplicem, quo vnus altero indiget. Vnde q̄ sic deliquit, debitū cōtraxit, quasi nōn præstitæ operæ, quam debebat; iuxta illud Rom. 13. nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicē diligatis. talia debita, si qua Rom. 13. proximus cōtraxit, debemus remittere, & condonare, non par pari referēdo, nec odio habēdo, nec à dilectione cessando, & omnem querelam, & amaritudinem aduersus eum ex animo deponēdo: Quędā alia aduersum proximum committuntur, quæ non solum contra solitam charitatem, sed etiam contra iustitiam fiunt, qualia sunt iniuriæ, extorsiones iniquę, vexationes, detractiones, nocumenta, & alia huiusmodi, quibus auferimus ea, quæ proximi sunt, nocentes famæ, honori, rebus, fimitati, & vitæ eius, in quibus duo sunt considerandā, nēpe damnum proximi, quod ille patitur, nempe priuatio eorum bonorum, quę numeramus, & contemptus, ac iniuria, quibus afficitur proximus; præter damnum enim, quod infert raptor, fur, detractor, percussor, & quiuis alius, est etiam iniuria, & contemptus; qui enim proximum offendit, eo ipso parui facit eum. Sunt ergo duo debita, & illati damni, & iniuriæ irrogatæ. debitum iniurię condonandum est, & dimittendum, quod solent homines mundi vindicta exigere, at nos omnino condonare debemus, nullam vindictam inferendo, re, & animo; debitum vero damni illati non semper est dimittendum; si enim quispiam nobis nocuit famam obscurando, honorem minuendo, res nostras auferendo, non obligamur semper remittere, sed licite exigere possumus, vt reddat res ablatas, refarciat famam, & honorem, & ad hæc compellere possumus coram iudice animo solo nostra recuperandi. At vero si soluendi facultas, & spes non est, etiam hæc remittenda sunt debita, iuxta præceptum Domini in parabola Matth. 18. de seruo nō habent, vnde redderet debitum. Ea igitur, quę reparabilia non sunt, vt si occisus est filius, ablatū est membrum, percussa maxilla, & alia similia, quæ reparari non possunt, & vt dicit August. lib. 1. de serm. Dom. in monte c. 37. & 39. apud homines mundi vindicta refarciuntur, hæc cōdonanda sunt sic, vt nulla priuata vindicta reparentur. Quod si quis apud iudices flagitet vindictam publicam contra hos, si odio id fiat, malum est; si vero solo zelo iustitię, omni odio deposito prohibitum non est; id tamē difficillime efficitur. ob id Gregorius Nazian. loco citato monet, ne trahamus ad iudicum subsellia huiusmodi debitores, quod securius, & perfectius est. Ex his liquet, quid sit dimittendum, & quomodo, ac quando. Hoc autem in loco precipue agitur de dimissione peccati, & offensæ, non de damno, vt recte, inquit Augustinus lib. 2. de sermone Domini in monte c. 13. explicās illud (sicut et nos dimittimus*.

Et dimittemini.

COMMENTARIA.

DImittentibus debita proximis, vltra imitationē, & similitudinem Dei Patris promittitur dimissio priorum peccatorum à Deo; cōtra veto non dimittentibus, nec Deus dimittet, iuxta illud Matth. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet vobis Pater vester cęlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. prædicta est sententia hæc à Salomone Eccles. 28: Relinque inquit proximo nocenti te; & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Hoc non significat, peccatores, qui dimittunt proximis debita, ob eam solam dimissionem, suorum eos peccatorum veniam obtinere, sed si eos pœnitet, facile veniam impetrare; & vt ad pœnitentiam conuertantur, auxilium à Deo ipso facilius obtinere.

Eccles. 28.

ANNOTATIO LXX.

CHrysostomus hom. 33. in Ioānē, hāc promissionem sic explicat: Si dimittis, inquit, dimittetur vobis, & sicut in Baptismate absoluta peccata non amplius apparent, ita, & dimittendo abluuntur, si pœnitere voluerimus. Ea demum est pœnitentia, ne amplius peccemus. Hęc ille. Sunt autem ista duo Chrysostomi dicta limitanda, & declaranda. Primum quidem, non debet sic intelligi, quasi dimissio remittat peccata, tanquam quoddam Sacramētum ex opere operato, sicut remittit Baptismus, nec etiā quod sine contritione, sed cum sola attritione remittat mortalia, sicut fit p Baptismū. in his enim multū est discriminis inter Baptismum,

Patres diuersimode sua peiora verba interpretantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptismũ, & hanc dimissionẽ; sed collatio sic est intelligenda, quomodo etiam dicimus eleemosynam esse quendam Baptismum, & per eam remitti peccata, nimirũ, q̃ eleemosyna pœnitẽt b. impetrat à Deo facile remissionẽ, et disponit ad ea obtinenda, q̃ necessaria sunt ad peccati veniam, & ad gratiam cõsequendã. Alterũ dictum Chrysostomi non sic debet intelligi, vt velit dicere pœnitentiam non esse aliud, quam cessare à peccatis, cum sit etiam dolor de commissis; nemínem enim pœnitet peccasse, nisi doleat, eiq̃ displiceat peccasse, non tũ est perfecta pœnitẽtia, nisi adsit propositum nõ amplius peccandi, & hoc dicit Chrysostomus.

Augustinus autẽ aliter loquitur de hac dimissione. Primo quidem promissionem dimittendi peccata ei, qui peccata suo proximo dimittit, intelligendam affirmat de venialibus peccatis; hæc enim remittuntur hominibus, si dimittant proximis peccata, & debita. hoc docet lib. 2. contra Epist. Parmen. c. 10. & l. b. 2. de peccat. merit. & remiss. c. 4. & lib. 2. contra Cresconium grammat. cap. 28. alijsq̃ plurimis in locis. Secundo affirmat per hanc dimissionem remitti hæc peccata, sicut per eleemosynam: nam dimittere peccata proximis, etiam eleemosyna quædam est. hoc tradit in Enchirid. ad Laurentium cap. 72. multa, inquit, sunt genera eleemosynarum, quæ cum facimus, adiuuamur, vt dimittãtur nobis nostra peccata; sed ea nihil est maius, quã ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccauit. Hæc Augustinus. Tertio dicit hãc promissionem remissionis peccatorum factam esse dimittenti peccata proximo roganti, & petenti veniam. Hoc affirmat in Enchirid. cap. 73. Hæc sunt quæ Augustinus docet de hac dimissione. cum autem inferius, qũ oratio Dominica explicabitur, hæc sint latius tractanda, id nunc tantum dicam, generalem esse promissionem, sicut enim generaliter omnia peccata proximis dimittere debemus, quæcunque in nos commiserint, ita & generalem promittit Deus dimissionem quorumcunque peccatorum, vt recte tradunt Leo serm. de Martyribus prope finem, & Chrysost. hom. 20. in Matth. & Irenæus lib. 5. cap. 17. Nec solis potentibus dimittere debemus, sed etiam omnibus, dictum enim est: quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei. Absolute dictum est (peccabit in me) & non restringitur (si petierit veniã). Siue ergo petat siue non, dimittendum est ei; dimissio autem hæc remissionem peccatorum à Deo habet, non quod sola sufficiat, sed quod à Deo impetrat, quæ necessaria sunt ad peccatorum remissionem obtinendã, nisi homo ipse suo arbitrio resistat, & obstaculum præbeat cooperanti Deo.

ANNOTATIO LXX.

MVlta sunt quæ præceptum dimittendi proximos, rationabilissimum, & æquissimum esse demõstrant, eaq̃ tum ex parte Dei, tum ex parte præcepti ipsius, tũ ex parte proximi peccantis, tũ ex parte ipsius, cõtra quem peccatur, desumuntur. Ex parte quidem Dei tria sunt. primo quidem quia plura, & graviora remittit nobis Deus. si igitur volumus nobis hęc dimitti à Deo, quis non videt quam æquum sit, vt nos minima remittamus proximis. Gregorius Nazianzenus in suis sententijs tetrarchis sen. 40. hac vtitur ratione: Si tu, inquit, non affecisti iniuria Deum, nec tu remittas proximo: at quis est iste, qui nõ afficeret Deum iniuria, velitque remitti sibi? Chrysostomus hom. 62. in Matth. eadem ratione vtitur, explicans illam parabolam debentis decem millia talenta, cui totum debitum remissum est a Domino, ille vero postea noluit conseruo dimittere censum, vbi recte ponderat, quantum decem millia talenta superant centum, tantum, quod debemus nos Deo, petimusq̃: dimitti, excedit, quod proximus in nos peccauit. Leo etiam ser. de Martyrib. in fine eadem ratione vtens inquit sic: Sed dicit aliquis: Tanta mala me inimicus meus compulit sustinere, vt eum nulla ratione possim diligere; attende quid tibi fecerit homo, & tu non attendis, quid Deo? Si conscientiam tuam diligenter discutis, & inquiris, sine vlla compensatione maiora tu commisisti in Deum peccata, quam in te commiserit homo: & qua fronte vis, vt tibi Deus dignetur dimittere multum, cum tu non acquiescis dimittere parum? Hæcille. Ante autem omnes hos Salomon Eccles. 28. hac vsus ratione inquit: homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam; & de peccatis deprecatur? Ipse, dum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit à Deo?

Tria ex parte Dei sunt quib. ad dimittendum mouemur.

Eccles. 28.

Deo? Quis exorabit pro delictis illius? memorare nouissimorum, & desine inimicari. Hæc ille.

Secundo quãdo frater peccat in nos, maiori iniuria afficit Deum, quã nos ipsos, legem enim illius trãsgreditur, & ipsius creaturã lædit. si igitur Deus illi dimittit, quod maius est, & grauiorem iniuriam condonat ei, ergo & tu debes dimittere, quod tuum est, & multo minus, ac lemus. Quod si obijcias, Deus remittit petenti veniam, ac pœnitenti; at inimicus meus non petit à me veniam illatæ mihi iniuriæ; hæc excusatio nullius est momenti, immo auget vim argumenti: nam si ille non petit, rogat Deus ipse pro eo, præcipit etiam Christus: pluris igitur faciẽda est petitio, & præceptum Dei pro illo, quam ipsius preces, ac petitio veniæ.

Tertio, est Christi exẽplum, qui graviora, & acerbiora passus est ab inimicis, quam quilibet homo pati potuit ab homine, & tamen dimisit, & preces pro eis fudit, & quod maximum est, dum ea pateretur in cruce enim dimittebat, & orabat. Hoc argumento vsus est idem Gregorius Nazianzenus in sententijs tetrarchis, sen. 40. & sumptum est à Petro 1. epist. capitulo 2. Christus, inquit, passus est pro nobis, vobis relinquẽs exemplum, vt sequamini vestigia eius. Hæc sunt ea, quæ ex parte Dei præceptum hoc dimittendi proximis ostendunt esse æquissimum.

Quatuor alia proponũtur ex parte ipsius præcepti, q̃ illius æquitatẽ commendant.

Sunt alia ex parte ipsius præcepti, primo quidem, quia generale est. Non enim tibi soli præcepit dimittere, sed omnibus etiam, in quos tu peccasti, præceptum est, vt tibi dimittãt. Si igitur cõsideretur præceptum hoc, qua parte omnes complectitur, vt singulis remittant, profecto æquissimum, & suaue videbitur. quis enim non demittat vni, aut alteri, cum omnes, quos ipse offenderit, dimittere debeant ei? hanc rationem notauit Gregorius lib. 22. moral. cap. 7. quæ contra nos, inquit, illata sunt, eatenus dimittimus, si nos circa proximos errata cognoscimus.

Secundo, quia non iubemur dimittere proximo propter ipsummet, qui nos offendit, sed propter Deum. Quis est ita rationis, & sensus expers, cui si Deus visibiliter diceret, remitte huic propter me, & mei gratia, non remitteret? cum sæpe hominũ precibus amicorum, aut Principum id fiat: at Deus id dicit, exhortatur, & præcipit p suas Scripturas. Chrysost. hom. 78. in Ioan. exẽplo eorum hoc ponderat, qui mulierũ amore capti multas iniurias ab eis patiuntur, quas remittunt, & condonant; cur igitur amor Dei hoc non efficit?

Tertio, quia præmium magnum promissum est remittentibus, remissio nempe peccatorũ, et vita æterna, maius est multo quod datur, quam quod exigitur,

Quarto, quia sic Deus voluit, cuius voluntas ipsa est æquitas, imõ cum ipse nos vehementissime amet, quidquid præcipit, certissime in nostram vtilitatem maxime ceditque sufficere aũ deberet homini scire præceptum Dei esse, q̃ Dauid recte agnoscens 2. Reg. 16. cũ malediceretur à Semei, dixit: Sinite eum, Dñs. n. præcepit ei, vt malediceret Dauid, quis scit si pro hac maledictione dabit benedictionẽ? Et tũ illud non erat præceptũ, sed voluntas Dei permittẽs, & patiens, at proximũ remittere, præceptũ Dñi est. Hoc ipsum Salomon Eccl. 28. docuit, dicens memorare testamenti Altissimi, & despice ignorantiam proximi. Hæc ille. Et nota verbum (ignorãtiam proximi) quia, qui lædit proximum, cæcus est, & ignorat quid faciat, ideirco facilius dimittendum illi est. Hæc sunt ex parte ipsius præcepti.

2. Reg. 16.

Eccl. 28.

Sunt alia ex parte afficientis iniuria seu peccatis. Primo quidẽ, quia q̃ peccat in proximum, magis sibi nocet, q̃ proximo, miserabilior q̃ est, lædit. n. aliam suã, vt proximi lædat corpus, ita affirmat Augustinus serm. 10. de sanctis. Leo et serm. oĩum sanctorũ: Magis, inquit, plangendus est faciens mali gna, q̃ patiens, quia iniustũ culpa sua demergit ad penã, iustũ tolerãtia sua ducit ad gloriam. Hæcille. Vnde recte Boetius lib. 4. prosa. 4. tradit sapientem non debere vllum odio habere: Si. n. is bonus est, amandus est; si vero malus, illi est compatiendum.

Tria alia ex parte proximi ad dimittẽdũ suadent.

Secundo ex Augustino in Psal. 54. quia ignoramus, an is, qui nos peccauit, futurus sit consors in gloria, & nobiscũ conregnaturus: non igitur æquum est exponere se periculo, vt nolimus dimittere ei, quem filium, & æternæ charitate diligemus in cælo, & in terra adhuc existens frater noster est. hoc idem Hieron. Isa. 66. notat, & Chrysostomus etiam hom. 78. in Ioan.

Tertio, qa si qs nos offendit, sæpe nocere intendat, tũ reuera offensa ipsa in nostrã vtilitatẽ spũalem cedit, si volumus; nõ ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

difficile videri debet remittere illud, quod vtile est nobis ipsis. Vnde Greg. hom. 14. in Euãgelia. Ferrum, inquit, animæ nostræ nequaquam ad acumen subtilitatis perducitur, si hoc non eraserit alienæ limatura prauitatis. Hæc sunt ex parte proximi peccãtis.

Quatuor ex parte nostra adducũtur quæ ad dimittẽdũ proximis non inducũt.

Alia demum sunt ex parte eius, in quem peccatur. Primo quidem ex Chrys. hom. 78. in Ioan. quia qui non remittit, non põt vindictã sumere de eo, qui in ipsum peccauit, nisi sibi grauius noceat, maiusq; inferat malum, q̃ intulit inimicus; peccatum enim malum est peius, quam dãmnum corporale. qui ergo nõ remittit, potius iuuat eum, qui in ipsum peccauit; hic enim minus, ille vero maius sibi dãmnum infert, quod est vinci à malo, vt dicitur Rom. 12.

Secundo, é contrario, si remittimus vincimus inimicum, seu eum, qui nos offendit, tũ quia nobis ipsis beneficimus, tum quia confundimus eum, qui in nos peccauit, dum ei beneficimus, condonãtes offensam. Rom. 12. Vince in bono malum, hoc n. faciẽs, carbones cõgeres sup caput eius.

Tertio, quia, vt dicit idẽ Chrysostomus hom. 61. in Matthæum, qui remittit, à maximis afflictionibus, auxietatibus, & periculis se liberat, quibus torquentur, & in quib. versantur ij, qui alios odio habent, vindicareq; se de illis procurant.

Quarto ex Gregorio lib. 22. mora. ca. 7. quia sæpe nos in alios etiam peccamus, digniq; sumus, vt alij etiam in nos peccent. Verba Gregorij sunt hæc: Dum pensamus, quales erga alios fuimus, esse circa nos tales alios minus dolemus: quia aliena iniustitia in nobis vindicat, quod in se iuste nostra conscientia accusat. Hæc ille. Hæc igitur omnia, & alia multa ostendunt, æquissimum esse præceptum Domini de dimittendo proximis.

Date.

COMMENTARIA.

Hoc est quartum, quod ad imitationem, & similitudinẽ Dei Patris spectat, qui nõ solũ non iudicauit, nec dãnauit mundum peccantẽ, sed dimisit per misericordiã, & adhuc beneficentia inexhausta bona ei contulit, immẽsa q; largitate subuenit. vos ergo vtimini hac beneficentia, & misericordia erga proximos, quę dilectionẽ multum promouet. date, inquit, id est, non solum proximorũ offensas dimittite, sed ẽt ex vestris reb. date illis, & omne officij genus, quãtũ in vobis fuerit, exhibete. Hoc non ad eleemosynas solas, nec ad illos, qui petũt, spectat, de quib. superius dictũ est, sed omne officium dilectionis, & misericordię cõplectit, exhibendum etiam nõ petentib. iuxta illud Domini verbum Act. 20. Beatius est dare, magis quã accipere. Verbum autem hoc (date) absolute positum significat copiosè, & liberaliter dãdum, quantum homo poterit.

ANNOTATIO LXXI.

Partim restringũt ad cõsimilia.

PRimo loco quidã recentiores verbum hoc restringunt, & ad præcedentẽ sententiam referunt, vt sit sensus, dimittite proximis iniurias, & offensas ab eis acceptas, eas date, id est, condonate eas absq; iudicio, & exposcita eõdemnatione, & absq; exactione ẽmẽdę. Hæc tamen interpretatio non videtur probabilis: nam verbum (dimittite) ea omnia complectitur, non enim dimittit, nisi qui gratis condonat iniuriam acceptam.

Partim extendũt ad alia.

Secundo loco Gregorius lib. 22. mora. c. 8. ad res ipsas refert, limitat autem ad misericordiæ opus, notatq; maius esse misericordiæ opus, dimittere, quam dare. Verba ipsius sũt hæc: dimittite, & dimittemini, date, & dabitur vobis, date namq; ad res pertinet, quas exterius habemus; dimittere autem ad relaxandum dolorem, quem intetius ex aliena culpa contrahimus. Sed sciendum, quia qui omnino dimittit, & non dat, etsi non plene operatus est, meliorem tamen partem misericordiæ tenuit. Qui autẽ dat, & non dimittit, omnino nullam misericordiam facit, quia ab omnipotente Deo munus ex manu non accipitur, quod corde obligato in malitia profertur. Mundari ergo prius debet animus, qui eleemosynã præbet, quia omne quod datur Deo, ex dantis mente pensatur. Hæc ille. In eadem sententia est August. ser. 15. de verb. Dom. vbi sic scripsit: Duo sunt opera misericordię, quæ nos liberant, quę breuiter posuit Dominus in Euãgelio: Dimittite, & dimittemini, date, & dabitur vobis. Dimittite, ad ignoscendum pertinet; date, ad præstandum beneficium. Et lib. 2. de pecc. meri. & remis. c. 3. sic inquit: Quædam salubria remedia contra

reatum, & vincula peccatorum etiam post baptismum date, & valete dignatus est, opera scilicet misericordiæ, cum ait: Dimittite, & dimittemini, date, & dabitur vobis, & lib. 1. contra epist. Parmen. cap. 10. Dimittere proximo peccata, appellat magnũ misericordiæ opus. Hunc sententiæ nos adhæsimus in commentario, tanquam probabiliori, & quæ illi generali magis accommodatur: Estote misericordes.

Et dabitur vobis.

COMMENTARIA.

PRomissio fit dantibus; qui enim misericordes, & benefici erga alios sunt propter Deũ, (hęc est n. misericordia, & beneficentia perfecta, quæq; similes facit Patri Deo) his Deus misericordem, ac beneficium se exhibet. Sic enim Deus homines diligit, ac mutuo seipsos diligere cupit, vt omnibus, qui alijs ipsius gratia beneficia impẽdunt, ipse rependat, tantaq; promissione ad dandum inuicem excitet, & allicat.

Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superefluentem dabunt in sinum vestrum.

COMMENTARIA.

QVatuor promissiones factas, nempe nõ iudicabimini, nõ condẽnabimini, dimittetur vobis, dabitur vobis; certas ac pfectas fere promittit, ne quis forte dubitaret aut implendas non esse, aut magnum aliquid non continere. Vtitur autem metaphora sumpta ab illis, qui res aridas, frumentum, & legumina, vel alia huiusmodi metiuntur, & pro accepto pretio perfectam reddunt mensuram, quę quidem perfectio quatuor qualitatibus mensuræ, seu modij explicatur; solent enim, qui perfectã mensuram exhibent, vti modio, seu põdere bono, id est, veraci non diminuto, & minus capaci, quàm lex postulat, iuxta illud Deut. 25. pondus habebis iustũ, & verũ, & modius æqualis, & verus erit tibi. rursus implẽt modiũ, manibusq; comprimunt immissum frumentũ, vt plus capiat, quæ dẽ mensura cõferta; insuper cõcutiunt modiũ, vt adhuc abundantius impleat ipsa coagitatione, & concussione frumenti partib. ad ima descendentibus. Postremò supaddũt modio pleno ita, vt cumulo latera modij excedente frumentũ superessundatur. Hæc mẽsura plena & perfecta est, talẽ Deus certissime reddet, nam perfectissima mercede cumulabit non iudicantes, non condẽnantes, dimittentes, & dantes. tacite aũt ab ea accipiẽda excludunt iudicantes, condemnantes, nõ dimittentes, ac non donantes. Illud autẽ (dabunt) absolute positum est pro (dabitur) ac si dictum esset, mensura bona, conferta, & coagitata dabitur. Illud autẽ (in sinũ vestrum) phrasis est Hebræa, quasi dictũ esset, dabitur vobis met ipsis, non alijs pro vobis, idq; in recõpensationem vestrorum operũ. Hæc n. duo ea locutio significat, iuxta illud Ps. 79. Redde inimicis nostris septuplũ in sinu eorum.

ANNOTATIO LXXII.

Traduntur aliæ expositiones proximę sententiæ.

HAec sententia varie exponitur. Primo quidem Augustinus lib. 2. q. Euang. cap. 8. & Euthymius in præsenti, ad præcedentem referunt, nempe (dabitur vobis) vt sit sensus, dantibus dabitur mensura bona, cõferta, & coagitata, & superfluens; id est, ijs, qui beneficia alijs conferunt, copiosum Deus reddet mercedem. Est autem discrimẽ inter Augustinum, & Euthymium in explicatione illius verbi, (dabunt;) Augustinus enim refert ad eos, qui beneficia acceperunt, qui dicti sunt dari, mensurã, & mercedem, sicut Luc. 16. dictum est de pauperibus, recipient vos in æterna tabernacula, nimirum, quia propter merita eorum illi, qui eis beneficia contulerunt, saluantur; impetrant enim pauperes, & beneficijs affecti suis benefactoribus ea bona, quibus digni fiunt, mensura, & mercede tali. Euthymius vero illud (dabunt) ceperunt, sed alia de causa; dicuntur enim dare mensuram bonam suis benefactoribus, quia Deus pro ipsis rependit: quod aũt pro ipsis Deus dat, ipsi date dicuntur: conuenit autem cum Augustino Euthymius hanc sniam ad illam referri, dabitur vobis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et verbum (dabunt) ad eos, qui beneficijs affecti sunt; ij enim daturi dicuntur, quamuis discrepet ab Augustino, in causa, & ratione, cur daturi dicantur.

Secundo loco quidā recentiores ad omnes sententias quatuor præcedentes hanc referunt sententiam, ita tamen vt mensura hæc, & in bonam, & in malam accipiatur partem in hūc sensum, mensura bona, conferta, & coagitata, & superfluens dabitur in dicentibus, & non iudicentibus, condemnantibus, & non condemnantibus, dimittentibus, & non dimittentibus, dantibus, & non dantibus: his quidem præmium, & merces; illis vero pœna, & punitio; vtraque tamen mensura integra, & perfecta. Illud autem verbum (dabunt) hi recentiores referunt ad ipsa opera & merita, vel demerita, vt sit sensus: Ipsa vestra opera iudicandi, aut non iudicandi, dimittendi, aut non dimittendi, dandi, aut non dandi, dabunt vobis perfectam mercedem, aut pœnam.

Inter has expositiones duas mediam elegi, existimaui enim ad omnes sententias quatuor referendam esse hanc, eo motus argumento, quia quæ sequitur, & huic est connexa, refertur etiam ad illas quatuor, vt in eius interpretatione ostendetur. Atque etiam, quia si ad illam tantum (dabitur vobis) referretur, potius dicendum erat, date, & dabitur vobis mensura bona, & conferta &c. cum autem fiat diuisio, & noua addatur sententia, videtur referenda, nō ad illam solam, sed simul ad aliat. Non autem consentio recentioribus in eo, quod in malam partem interpretantur, referentes ad demerita: nam pœna damnatorum non dicitur mensura bona; potius igitur promissionibus conuenit, quæ complebuntur optima, & copiosa mercede. Verbum autem (dabunt) non videtur referendum nec ad beneficijs affectos, nec ad opera ipsa, sed positum est absolutè pro (dabitur) aut etiam pro (dabit) nempe Deus, frequens enim est in Scriptura numerum pro numero poni. Quod autem quidam recentiores hanc mensuram referunt ad beneficia, quibus solent suis benefactores recompensare ij, quibus datum est, parum accommodatum est: tum quia parum est, quod ab hominibus confertur tum quia agitur de misericordiæ operibus, quæ ab hominibus non habent recompensationem, sed à Deo.

Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.

COMMENTARIA.

CAusam reddit præcedentium, ac si diceret, ideo mensura bona, & perfecta dabitur, non iudicantibus, non condemnantibus, dimittentibus, & dantibus, quia qua mensura quisque vsus fuerit erga alios, eadem Deus vtetur erga eum. qui igitur non iudicabit, nec condemnabit alios, nec ipse iudicabitur nec condemnabitur, qui dimittet ei dimittet, qui dabit dabitur ei; contra vero, iudicans iudicabitur, & damnans damnabitur, & ei, qui non dimittit, nec dimittetur, & non danti, nec dabitur. Talem ergo se exhibebit Deus in retribuendo malum aut bonum, qualem homo homini se exhibuerit. Illud (eadem) similitudinem indicat, non qualitatem, maiora enim Deus homini, aut bona, aut mala confert, cum punit, aut remunerat, quam homo homini. refertur autē hæc sententia generaliter ad omnes sententias tum in bonam, quàm in malā partem.

ANNOTATIO LXXIII.

cōfirmatur interpretatio proxima, & præcedentis etiam sententiæ.

HÆc sententia mihi persuasit præcedentem referendam esse ad illas quatuor promissiones, cum enim sint istę duæ connexæ, hæc autem ad omnes quatuor referatur, consequitur etiam præcedentem referri similiter debere. hanc autem ad illas referri, & non tantum ad eam (date & dabitur vobis) constat ex Matthæo cap. 7. vbi de ijs, qui iudicant, & condemnant, aut ab his abstinent, dictum est, in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quod si ad præcedentem referatur, nempe (date, & dabitur vobis) tunc sensus esset iuxta illud Pauli 2. Cor. 9. Qui parce seminat, parce & metet; & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet, id est, qui parum dat, parum accipiet; qui vero multum tribuit, multum etiam tribuetur ei. prior tamen expositio accommodatior mihi visa est. Hanc sententiam sic intellectam opponebant pagani, quasi contrariam sententiæ alteri

alteri Euangelicæ, per quam non credentibus supplicia æterna Christus comminatur. dicebant ergo, si æterna est, quomodo mensurari potest? Refert hæc Augustinus Epist. 49. ad Deogratias, quæst. 4. multaq; dicit. responsio autem brevis est, licet quantum ad durationem æterna sit nec mensuram habeat, tamen quantum ad intentionem finita est, vnaquæque est acrior, aut mitior altera, & hac ratione mensurari potest, & pro demeritorum quantitate maior, aut minor infligi; idem de præmio, seu gloria dicendum est, licet enim omnis sit æterna, non tamen in gradu æqualis, nec infinita.

Dicebat autem illis & similitudinem.

COMMENTARIA.

MVltā hactenus Christus docuit ad sinceram rectè, perfectèq; viuendi formam, & ad legis legitimam intelligentiam pertinentia, quæ Scribarum, & Pharisæorum doctrinis nō erant consona; idcirco nunc ostendit eam formam non ab eis, vtpote nec legitimam scientiam, nec vitæ debitos mores habentibus, esse petendam; sed ab ipso Christo, quasi tacitæ audientiū obiectioni respondens: discere enim poterant. Multa doces, quæ nemo Pharisæorum, aut Scribarum tradidit, nunquam talia à quocunque audiuimus, nescimus an illis potius, an tibi sit adhibēda fides. Huic tacitę obiectioni sermone peracto respōdet. quo vero magis & rem explicet, & audientium animis eam infigat, similitudinibus è vulgo petitis vtitur. Illud autem verbum imperfecti temporis (dicebat) insinuat Christum multa alia prædicasse, quæ Euangelistæ prætermisit, nec eum omnia, quæ Christus dixit, scripta sunt, & multa velut in summa quadam narrantur.

ANNOTATIO LXXIIII.

ILlud (&) non habetur in exemplaribus Græcis, si tamen legatur, sensum accommodatum facit, nimirū præter multa alia, quæ Christus dixerat, has etiā, quę sequuntur, similitudines protulisse. Est autem numerus pro numero positus, non enim vnica similitudo, sed plures sunt, similitudinū enim appellat prouerbia, seu adagia, quibus vulgus solet vti frequenter. Hęc enim vim habent rem explicandi, confirmandi, ac memoriæ audientium infigendi. de connexione autem harum sententiarum cum præcedentibus paulo infernus dicemus.

Numquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadunt?

COMMENTARIA.

HÆc est prima ratio, sumpta ex prima similitudine, qua probat ab illis Scribis, & Pharisæis formam perfectè viuendi non esse petendam, quia illi erroribus multis excæcatum habent intellectum. Est autem similitudo, seu prouerbium, si cæcus cæcum ducat, ambo cadent in foueam; cæcus enim cæcum non potest ducere, quod si ducat, in foueā vterque cadet. Erant illi Scribę, & Pharisæi cæci mente, errantes in mandatorum Dei intelligentia, & contraria potius ipsis mandatis sentientes; non ergo poterant docere, nec instruere verè populum cęcum, & ignorantem, quin in errores eum detruderent, quibus se & illū perderent, illum quidem propter errorem, se vero quia causa erant, vt illi errarent.

ANNOTATIO LXXV.

cōfirmatur expositio nostra commentaria dicta, & proximę sententiæ cum præcedentibus cōnexio declaratur.

HAec sententia elucidatur ex ijs, quæ Matth. 15. narrantur; arguebāt enim Pharisæi, & Scribæ, Doctoresque Iudæorum, Discipulos Domini, quod non lotis manibus manducarent, quasi immundities corporis animam cōquinarent, in quo maximè errabant, ideo arguuntur à Domino, quod diuinum mandatum de patre, & matre honorandis peruerse intelligerēt, ac docerent, in quo etiam maximè errabant, ob quę Christus eadem similitudine in eos inuectus dixit: Cæci sunt, & duces cæcorum, & rursus: omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur, quomodo ergo forma rectè, & secundum Deum viuen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uendi à cæteis peti potuit? Errabant etiã in præcepto de proximo diligendo, excludentes inimicum; & in præcepto, oculum pro oculo, dentem pro dente, probantes vindicandi voluntatem licitam esse. Similiter in alijs etiam multis, propter quæ Dominus eos cæcos appellat, & ineptos ad populum cœcum, & ignorantem instruendum. Hæc autem cæcitas multo magis declaratur Matt. 23. vbi Dominus hos Scribas, & Pharisæos sæpius cæcos appellat, & multiplicem eorum cæcitatem explicat, ac ineptos ad alios ducendos comprobat, & hoc est, quod nunc prima similitudine Christus ostendit. quãuis enim expresse eos non nominauit, eos tamen significare voluit, idque audientes satis intelligebant. Hæc mihi visa est recta, & accommodata connexio huius, & sequentium sententiarum cum præcedentibus.

Matth. 23.

Quidam vero recentiores aliter connectunt, nimirum cum supra dixisset: Nolite iudicare, declarat nunc qualiter sit iudicandum, nempe non prius, quãm qui iudicat, emundet se ab ijs vitijs, quæ in alio iudicat; cæcus enim cæcum non ducit. Hæc connexio non videtur accommodata, tum quia præcedens illa sententia iudicium non omne, sed temerarium prohibitum est; hoc autem nec ijs, qui vitia alia habent, nec ijs, qui carent vitijs, licitum est: non ergo erat, cur talis sententia limitaretur; tum etiam quia illa sententia remota est, multæque aliæ sunt interpositæ, ad quam non videtur hæc referenda.

Euthymius hanc sententiam de omnibus ijs dictam censet, qui obscuratos habent animæ oculos, & allos docere conantur, in hosque asserit differre ab illa, quæ Matth. 15. prolata est, quæ ad solos Pharisæos refertur, non tamen explicat Euthymius rationem connexionis. Mihi visum est, quamuis hæc sententia ad eos referatur, qui cum obscuratam habeant mentem, alios docent; tamen solos illos Pharisæos, & Scribas taxatos esse, quod factum est, vt tacitæ audientium obiectioni Christus responderet, ne quis nouæ, & inauditæ fuę doctrinæ, ac sermoni opponeret, Pharisæos & Scribas aliter docentes, & prædicantes, eaque est ratio connexionis, vt in commentario dictum est.

Nõ est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius.

COMMENTARIA.

ALtera similitudine, seu prouerbio cõfirmat, quod dixerat, ostendens, quia tales habent præceptores, non posse rectius, ac verius sentire, quam illos. Si igitur errant Doctores, ac falso sentiunt, necesse est etiam errare discipulos; nam discipulus scientiã haurit à magistro, tunc que perfectus censetur, cum magistrum fuerit assecutus, & ad absolutam magistri sui sapientiã accesserit. Hac sententia Christus docet, auditores non posse veram viuendi normam, ac doctrinam assequi à Pharisæis, & Scribis errantibus, & præ cæcitate mentis veram, ac perfectã legis intelligẽtiam nõ habentibus.

ANNOTATIO LXXVI.

VSus est Dominus hoc eodem prouerbio Matth. 10. sed longè diuerso sensu; exhortãs enim Christus discipulos suos ad tolerandas æquanimiter persecutiones, & odia hominum, & ne propterea à veritate prædicanda desisterent, seipsum imitandum proposuit, suique imitatione, ac exemplo excitauit dicens: Non est Discipulus super magistrum, nec seruus super dominũ suum. sufficit Discipulo si sit sicut magister eius, & seruo, sicut dominus eius. Si patrẽfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Veritas huius prouerbij ea est, non quod discipulus non possit doctor magistro suo effici, si aliunde etiã doctrinam habeat, nempe studio proprio, & inuentione, sed in ea scientia, quam à magistro solo recipit, eo doctior esse non potest. Hæc similitudo confirmat Christum loqui de Pharisæis, & scribis, qui se magistros, & doctores aliorum profitebantur. Euthymius asserit hanc similitudinem de Discipulis Christum dixisse, quos præceptores constituit, ea de causa, vt nullus super eos offerretur, putans si pergendi virtutem illorum. Hæc autem interpretatio non videtur accommodata, cum similitudo ista priori sit connexa; quæ Discipulis Christi aptari non potest.

Matthæi c. 10. alio sensu hoc prouerbium vsus est Christus.

Quid

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui; trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras?

COMMENTARIA.

DVabus similitudinibus ineptum magisterium Scribarum, & Pharisæorum, ad docendum ostensum est ob ignorantiam, & eorum cæcitatem. hac nunc tertia similitudine demonstrat, ad aliorum mores componendos ineptos etiam esse ob prauitatem, & vitia eorum; erãt enim multo peiores cæteris, vnde nec doctrinæ, nec morum forma ab illis petẽda erat. Loquitur autem de aliorum vitijs comprimendis, quod ad morum instructionem maximè est necessarium, docetq; illos in hoc officio potius indigere instructore. Est autem quædam expostulatio: quid autem, inquit, id est, quare tu leuia vitia proximi perspicis, cum tua grauissima scelera non animaduertas, similisque es ei, qui trabem in oculo proprio cum habeat, & non eam considerat, & festucam in oculo alterius intuetur? quod profecto reprehensibile est. Verba Græca magis sermonis energiam explicant quàm Latina. Illud (vides) Græce βλέπεις, id est, intueris, quasi diceret, oculis lynceis inspicis leuissima delicta proximi, & tua non consideras. Græce verbum est κατανοεῖς, id est, animaduerto, quod minus est, quàm intueri, quasi diceret, non intueris, sed nec animaduertis. Est enim aduertendum hanc expostulationem (quid autem) non tantum reprehensionẽ significare eorum, qui vident festucam in alio, in se autem nõ animaduertunt trabem, sed etiã inutilitatem indicare, quasi diceret, absq; vllo fructu, & vtilitate vides festucam proximi, cum trabem tuam non animaduertas; parum enim prodest proximo, qui sibi non consulit; quod paulo inferius explicatur, particula (&) Græca τε significat etiam idem, quod Latinè quorsum.

ANNOTATIO LXXVII.

AVgustinus serm. 16. de verb. Domini quid sit festuca explicans, inquit: Festuca rotundi arboris est, nam trabes, quando nascitur, festuca est, rigando festucam perducis ad trabem. Hæc ille. At vero vocabulum Græcum κάρφος potius significat ligni particulam breuissimam, seu minimã, sicque respondet optimè trabi, vt qui videt particulam trabis in alieno oculo, nõ videat totam trabẽ in suo existentem. Particula antẽ illa (quid) Græce (τί) eadem est cum ea, quę paulo inferius posita est. Quid autem vocatis me Domine? Hoc tamen in loco idem significat, quod Latinè, quare, seu quorsum, vt dictum est. Quæ interrogatio non tantum est reprehendentis factum hoc, vt qui videt festucam, trabem non videat, quasi digni sint maximè reprehensione, qui in alienis culpis etiam minimis oculos lynceos habeant, in proprijs autem, & quidem grauibus cæci omnino sint; sed etiam indicantes inutilitatem, quasi diceret, sine vllo fructu id facitis, operam perditis. In priori sensu interpretãtur Doctores hãc sententiam, quæ et habetur Matth. 7. Hilarius nẽpe can. 7. & Hieronymus Matth. 7. Augustinus sermone 16. de verb. Domini: Chrysost. hom. 24. in Matth. & Gregorius p. 3. Pastor. c. 10. at re vera non tantum reprehendit illos, quasi male agant, sed etiam sine fructu vllo id fieri significat, & arguit. Hanc autem sententiam ad Doctores, Scribas nẽpe, & Pharisæos, præcipuè referri in commentario diximus; illi enim non tantum omnium erant censores seueri, cũ grauiora ipsi cõmitterent, nec sui emendationem procurarent, sed etiam inutiles, quia nullam populo vtilitatem afferebãt, quod insinuat Hilarius loco allegato sic scribẽs: Ex natura rerum est non prius aliquem purgandæ de oculo fratris idoneum effici posse doctorẽ, quam de menbris suæ lumine crimẽ grauantis perfidiæ eiecerit. Hæc ille.

Declarãtur nonnulle ex ximesentẽtię particula.

Aut quomodo potes dicere fratri tuo; frater sine, eiciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabẽ non videns?

COMMENTARIA.

ILlam visionẽ festucæ in oculo proximi inutilem, & sine vllo fructu esse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse, ostendit; poterant enim illi dicere, videmus festucam, vt eam de oculo proximi eijciamus; hoc repellens Dominus, inquit: Quomodo potes dicere, sine eijciam festucam? quasi diceret, tantum abest, vt eijcias, quod nec poteritis dicere, sine eijciam festucam; qui enim trabem suam non considerat, difficillimè curabit alterius festucam eijcere. Simile est illud Matth. 12. Quomodo potestis loqui bona, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur, non quod non absolutè non possit fieri, sed quod difficillimum est, vt fiat, nempe rectè, & bona intentione.

Matt. 12.

ANNOTATIO LXXVIII.

Cõprobatur magis praxima sententię interpretatio.

QVidam recentiores hanc sententiam sic interpretantur, quo modo potes dicere? id est, qua fronte potes dicere; non enim sine rubore dices fratri, sine festucam eijciam, cum tu trabem habeas, accommodatior tamen est expositio, quam in commentario explicuimus, vt sit sensus, quomodo potes? ideſt, non potes, seu non poteris, quod non absolutè nequeat id fieri, sed quod difficillimum sit id dicere bene, & animo corrigendi fratrem, quem sensum probant verba Matthæi allegata: Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Hęc enim dicta sunt cõtra eos, qui blasphemias in Christum iactauerant, quibus respõdet, quales intus erant, talia loqui; bona enim loqui non poterãt, cum essent mali, & qui spiritum blasphemiæ habebant, verba blasphemiæ proferebant. Huic etiam sensui fauet, quod postea sequitur, ex abundantia cordis os loquitur. His igitur duabus sententijs de non vidente trabem in proprio oculo existentem significat Christus eos, qui graulbus criminibus, ac peccatis tenentur, dignos esse reprehensione, quod aliena etiam minima considerẽt, & scrutentur, propriis suis nõ animaduersis, nec etiã idoneos esse ad alios reprehendendos, aut iuuandos, cum nullius sint fidei, & auctoritatis apud eos, quos à peccatis liberare tentant. Vtrumque etiam absque fructu, & vtilitate proximi frequẽtissimè fieri, quod enim verbo ædificant, vitæ exemplo pernicioso destruunt, & vita mala plurimum detrahit verbis etiam bonis, & ex se frugiferis. His conuicit, & demonstrauit Dominus ad mores aliorum non esse idoneos ministros Scribas illos, & Phariseos, non minus quam ad doctrinã propter errores, & peruersam legis intelligentiam.

Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo: & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

COMMENTARIA.

MOdum reprehendendi, ac corrigendi laudabilem, & vtilem docet. Eijce, inquit, trabem de tuo oculo prius, & tunc perspicies, vt educas, nõ dicit tantum perspicies, quia hoc iam illi cum trabe faciebant, sed eiecta trabe perspicies, vt educas, non vt dicas tantum, sed vt cum effectu educas festucam, id est, tunc erit vtilissimum, & fructiferum perspicere festucam, & dicere fratri, vt eijciat festucam; plus enim fit exemplo, quam verbo, & verbum vires habet ab exemplo. Hæc illi Scribæ, & Phariſæi non faciebant, idcirco hypocritas appellat, qui iustos se simulabant, alios arguendo, cum re vera iustitiam in se non haberent, atque hoc est secundum, quod probat non esse idoneos ad instruendum populum, cum ignoratione enim, seu errore pessimos mores coniungebant. Aduerte quamuis ergo Doctor, ac Prælatus non debeat subditorum peccata reprehendere, cum ipse peiora, aut similia committat, non propterea excusatur à graui culpa, si alios non arguat, quia debet se ipsum prius purgare, & corrigere, vt aliorum peccata corrigat, & emendet, idoneumq; ad id munus peragẽdũ se facere, licet prius nõ esset.

ANNOTATIO LXXIX.

Hypocrita quid significet.

HYpocrita nomen Græcum est, Latinè simulator, trahitur à verbo Græco ὑποκρίνω, id est, simulo, inde derivatur hypocritis, id est simulatio, & hypocrita simulator.

mulator. Vnde mimi, & histriones in comœdijs, qui aliorum personas repræsentãt, dicunt hypocritæ, à qua similitudine, qui sanctitatem simulant, quam non habent, dicuntur hypocritæ, vt notat Ambrosius, lib. de Elia, & ieiunio c. 10. & Augustinus ser. 19. de tempore, & lib. 2. de serm. Dom. in monte cap. 30. quam etiam etymologiam probat Basil. hom. de laudibus ieiunij. Accipitur enim in Scriptura in malam partem. Augustinus etymologiam huius nominis duplicem assignat, vnam nempe ἀπὸ χρυσὸς, id est, auro, vnde hypocrita dicitur, quasi deauratus; vt enim ligneæ figuræ deauratæ apparent exterius aurum, cum lignum sint, sic hypocrita apparet iustus foris, cum intus sit iniquus. hæc tamen etymologia non est probanda: nam nomen hypocritæ scribitur Græce cum cappa, & iota, nomẽ vero χρυσὸς cum chi, & ypsilon. Alteram ponit idem Augustinus ser. 59. de tempore, ab ὑπὸ, quod est falsum, & κρίσις, quod est iudicium, quasi falsum iudicium, quia hypocrita homines decipit, ac falso de se iudicare facit, existimatur enim bonus cum sit malus. At vero etymologia legitima, & accommodata est à verbo, vti diximus, ὑποκρίνω, seu ὑπόκρισμαι, quod idem est, ac simulo. inde hypocrita id est simulator.

Patrum dicta de hypocrisi.

Quod autem ad rem attinet, aduertendũ est, eum, qui, cum vitiosus sit, alios reprehendit, non dici nec esse hypocritã ex sola causa, quia cũ sit peccator, corrigat alium; si enim id esset, tunc omnis, qui est in peccato, cum facit opus bonũ exterius hypocrita esset: nam eo opere ostẽdit se iustum, cũ non sit, sed is dicitur hypocrita proprie, qui cum malus sit, alium corrigit, aut opus bonum facit, vt iustus videatur, & appareat, quales erant illi Scribæ, & Phariſæi, de quibus dictum est Matth. 23. omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, qui etiam alios acriter de minimis reprehendebant, vt se iustos ostenderent, cũ non essent. ita hunc locum interpretatur Augustinus ser. 59. allegato, vbi sic habet: Quicunque vult se videri, quod nõ est, hypocrita est, & post multa exempla subdit. Ex quibus omnibus intelligitur hypocritas esse, qui faciant, quodlibet, vt ab omnibus glorificentur. Mihi videtur, & ille hypocrita esse, qui dicit fratri suo, dimitte, vt tollam festucam de oculo tuo, propter gloriam hoc faciens, vt ipse esse iustus videatur. Vnde ei à Domino dicitur: Hypocrita, eijce prius trabem de oculo tuo, nõ itaque virtus, sed causa virtutis mercedem apud Deum habet. Hæc ille. & lib. 2. de serm. Dom. in monte cap. 30. hunc etiam locum explicans, inquit: Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & bene ait de hypocrita, accusare enim vitia officium est bonorum virorum, & benetolorum, qđ cum malefici agunt, alienas partes agunt, sicut hypocritę, qui tegunt sub persona, quod sunt, & ostendunt in persona, qꝰ non sunt. Hypocritarum ergo nomine simulatores acceperis, & est vere multum cauendum, & molestum simulatorum genus, qui cum omnium vitiorum accusationes odio, & liuore suscipiant, consultores videri se volũt. Hæc ille. Si quis ergo ob humanam laudem bonum opus facit, ambitiosus est; si vero vt iustus appareat, & occultet, quod vere est, hypocrita censetur.

Matth. 23.

De hoc vitio multi Patres dixere: in primis Basilius Isa. 1. in illa verba ferunt vt te rebinthus decidentibus foliis, comparat hypocritam quercui, quæ ramos habet tortos, & corticem rugosum, & turpem; folia vero cooperientia pulchra. Gregorius autem Nazianz. orat. de funere patris confert muliercules, quæ cum naturali pulchritudine careant, fucis se colorant, & ornant. Dominus autem Matth. 23. assimilat sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa; intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.

Secundo hypocrita, vt Gregorius lib. 8. moral. cap. 9. dicit bona opera, quæ facit, se perdere existimat, quando nemo ea videt; ob humanam enim gloriam, ac opinionem ea facit.

Hinc consequitur tertio, quod res pretiosas vilissimo vendit pretio; nam opera virtutum, & bona vera commutat, vana, & caduca gloria humana, idcirco Gregorius loco citato hypocritas similes esse asserit viribus fructiferis à terra non elevatis, nec cultis, quarum fructus à bestijs, & vermiculis terræ vastantur.

Quarto, vt dicit idem Gregorius lib. 5. moral. c. 24. Hypocrita, quando non sperat laudem humanam cessat à bene operando, vnde Gregorius Nazianzen. orat. de funere patris, hypocritam in bono opere durare non posse dicit.

Quin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quinto hypocrita ægerrime fert ab alijs corrigi, vt notat Gregor. lib.8.moral. c.24.affirmans illum paratiorem esse mori, quam corrigi, optatque reprehensorem suum existimari iniquum, vt minus ei credatur, causs autem est, quia hypocrisis est ex superbia, vt dicit Augustinus Epist.64. cui humilitas cum est patienter ferre correctionem, aduersatur.

Sexto, vt loco eodem dicit Gregorius, odio habet eos omnes, quos de se non bene sentire putat.

Septimo fur est laudis, quæ debetur vere bonis, & iustis. Vnde Gregorius lib.5.moral. cap.16. hypocrisim appellat prædam. Multa alia de huiusmodi vitio Sacri Doctores docent, & in medium proferri possunt: instituto autem nostro sufficere videntur, quæ dicta sunt.

ANNOTATIO LVI.

Nũ qui in peccato est debeat peccantem corrigere.

Difficultas se offert, an is, qui in peccato est, aut grauiori, aut æquali debeat corrigere, & reprehendere alterum, quãdo occurrit necessitas correctionis, aut ex officio, aut ex vtilitate corrigẽdi, Augustinus lib.de serm. Dom. in monte cap.30. hanc sententiam connectens cum illa: Nolite iudicare: in ea est sententia, vt talis eo casu non reprehensionem, aut obiurget alterũ, sed congemiscat cum eo, & non ad sibi obtemperandum, sed ad simul cauendum inuitet. Verba Augustini sunt hæc; Pie cauteque vigilandum est, vt cum aliquem reprehendere, vel obiurgare nos necessitas coegerit, primum cogitemus, vtrũ tale sit vitium, quod nunquam habuimus, vel quo iam caruimus, & si numquam habuimus, cogitemus & nos homines esse, & habere potuisse. Si vero habuimus, & nõ habemus, tangat memoriam communis fragilitatis, vt illam reprehensionem, aut obiurgationem nõ odium, sed misericordia præcedat, vt sine ad correctionem eius propter quem id facimus, siue ad peruersionem valuerit; nam incertus est exitus; nos tamen de simplicitate oculi nostri securi simus. Si autem cognitantes nosmet ipsis inuenerimus in eo esse vitio, in quo est ille quem reprehendere parabamus, non reprehendamus, neque obiurgemus, sed tamen congemiscamus, & non illum ad temperandum nobis, sed ad pariter cauendum inuitemus. Hæc ille.

Chrysostomus autem hom.24.in Matt. aliter sentire videtur; habet enim hæc verba: Eijce primũ trabẽ de oculo tuo, vides quã nõ vetuerit iudicare, sed iusserit eijcere primũ trabem de oculo proprio, & tunc aliorũ errata corrigere: nam & sua vnusquisq; melius cognoscit, quam cæterorũ, & maiora citius prospicit, & se ipsum magis amat, quã proximum: itaq; si alterius curã agens id facis, temetipsum ante curato, in quo & manifestius inuenitur peccatum, & grandius. Sin autem temetipsum contemnis, & despicis, liquet omnino, quia fratrem tuum ipse odio iudices, non studio disciplinæ, nec emendare illũ cupias, sed notare. Quod etsi oporteat illum iudicari, nõ tamen hoc à te fieri debet, verum ab eo, qui nihil tale commisit. Hæc ille. Videntur autem primis verbis vltima dissonare; in illis enim dicit Christum non vetuisse iudicare, sed eijcere primum trabẽ de oculo proprio, eaq; eiecta corrigere habentem festucam; in his vero dicit eum, qui peccat, non debere iudicari ab illo, qui est in eodem crimine. At re vera non sunt dissona, sed valde consona, inquit enim non debere, qui est in simili peccato, iudicare alterum, dum est in eo peccato, tamen is debet se emendare, & tunc corrigere. paulo inferius idẽ Chrysostomus addit nõ prohiberi correctionem absolute hisce verbis, sed ne qui maioribus inueniatur obnoxius vitijs, acrius reprehendat alium, præcipue si minoribus criminib. grauetur, hoc igitur casu eijcienda est trabes prius de oculo proprio. Basilius etiam consentire videtur: nã Reg.brev. respon.164. casum excipit, in quo vnus alium corrigere, aut iudicare non debet, nimirum, quando qui corrigendus, aut iudicandus est, simili crimine detinetur, meminimus huius in Annotatione superiori explicantes illã sententiam: Nolite iudicare.

Aliter Chrysost. exponitur.

Quid autem in hac difficultate sentiam, paucis aperiam. Primo quidem, fieri potest, vt qui est in peccato etiam grauiori, bono animo, & intentione corrigat alterũ. Hoc manifesto argumento probatur: Si enim qui est in peccato, potest bono animo facere eleemosynam pauperi, aut ieiunare, aut opus aliquod bonum facere, nempe, vt impleat præceptum, vt beneficiat alteri, aut alia causa honesta, poterit igitur eadem ratione corrigere, & admonere alterum de peccato: fit enim, vt qui in vno est peccato,

nolit alterum peccatum committere, isque bono animo, quamuis, vt supra diximus, rarum, & difficile id fit, quod forsan Chrysostomus dicere voluit. Hinc consequitur, vt qui alterum corrigit, etiam si in eodem sit crimine, non propterea ex odio corrigat, vt Chrysostomus affirmat, nisi velit forsan dicere, præsumi ab alijs, eum ex odio corrigere.

Secundo, qui est in crimine noto, & manifesto, & alterum corrigit, peccat etiam si bono animo faciat, non quidem propter actum corrigendi, qui bonus ex se est, sed ex circumstantia, quia actum correctionis inutilem, & contemptibilem facit; correctio enim quæ fit ab eo, qui eodem aut grauiori peccato noscitur detineri, sine fructu est, & despicitur.

Tertio etiamsi vtiliter heret talis correctio, nimirum, aut quia peccatum corrigentis est occultum, aut non ob id à correcto despicitur correctio, etiã si noscat corrigentis crimen; tamen qui corrigit alterum sui peccati conscius, peccat non quidem in eo, quod corrigit alterum, sed in eo quod omittat se emendare, quãdo debet: nam qui infirmo medetur, sui negligens curam, cum etiam infirmus sit, grauius peccat, non quia infirmo medetur, sed quia magis tunc curam sui negligat. contingit enim vnum bonum opus alteram culpam grauiorem facere, bonum enim est credere, ac si credens quispiam peccat, quia eum credat, peccat.

Quarto, si quando correctio ab huiusmodi fit, humiliter fiat, seque simul corrigat, & pœnitentiam erati proprij agnoscens, & congemiscens accedat, nullum est peccatum, quia iam trabem de proprio oculo abijcit.

Quinto, Dominus his sententijs arguit eos qui cum se noscant eodem crimine, aut grauiori laborare, alios corrigunt. Eos etiam, qui etsi tales se non agnoscant, corrigunt, siue bono animo, siue malo, nempe ex odio, inuidia, aut vt isti appareant, quos hypocritas appellat; hosque omnes iubet primum se emẽdare, & postea ad corrigendum accedere, nec excusantur à peccato, quando necessitas corrigendi vrget, si non corrigant, nam tenetur deponere animum iustitiam simulãdi, & eijcere crimen, quo efficit eorum correctionem inutilem, & contemptibilem, aliaque propria peccata, quibus potius debebant mederi, quam alienis; præcipue autem, quando propria grauiora sunt: id enim significauit Dominus per trabem, quæ maior est, quàm festuca.

Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos: nec arbor mala faciens fructum bonum.

COMMENTARIA.

Particula (enim) indicat hanc sententiam causam præcedentis exprimere, nempe cur sit primus trabes de proprio oculo eijcienda, quam festuca de oculo proximi educatur, quia nimirum sicut bona arbor non facit malos, nec mala bonos fructus; cum ergo educere festucam de proximi oculo bonus fructus sit, vtique non fiet ab habente trabem in oculo proprio, qui enim eam habet, malæ arbori similis est, sensus igitur est, Depone malitiam, & esto primus bonus, si vis bonum opus facere, nempe proximum emendare, & à peccato retrahere. Hic est sensus per hanc similitudinem significatus.

ANNOTATIO LXXXI.

Christus in Euangelio vsus est hac similitudine.

Ter Dominum hac similitudine, ac prouerbio vsum esse historia Euangelica docet. primo quidem in priore sermone habito ad discipulos in monte, quem refert Matthæus cap.7. Secundo in hoc sermone facto ad turbas, quem Lucas noster describit: non autem esse eundem hunc, & illum, recte Euthymius dicit supra, ostendimus distinctos hos esse sermones, diuersis locis, temporibus, & auditoribus factos; quamuis in vtroque sermone multæ sententiæ sint eædem; quod quidem, vel hoc vnũ confirmat, nam hanc sententiam connecti præcedenti, in qua contra hypocritas dictum est, vt eiecta primum trabe de oculo proprio, festucam de oculo proximi educant, manifesto probat particula causalis (enim.) Apud Matthæum autem longe diuersæ sententiæ, & proposito connectitur, nimirum, vt falsos prophetas, & seductores ex eorum operibus, & fructibus discernamus. Tertio eadem similitudo reperta est Matth.12. contra illos, qui peccatum contra Spiritum sanctum, Christi miracula vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtuti dæmonis adscribebant. In his tribus igitur locis eadē similitudo habetur, non tamē eidem proposito accōmodatur. In primo enim loco ea similitudo proponitur, tamquam regula discernendi, & agnoscendi pseudoprophetas, & seductores; ea autem est à fructibus, & operibus eorum, arbor enim mala fructus malos facit, sic seductorum, & pseudoprophetarū mala sunt opera, non quod non possint aliquod bonum opus facere, sed quod in plurimū opera eorū vitiosa sunt, quibus licebit eorum agnoscere malitiam, contra vero, bona arbor bonos facit fructus, non ꝙ vir bonus, & verus Propheta non possit aliquod malum opus saltem leue facere, eō non sit homo, qui non peccet, sed quod opera in plurimū eius bona sunt, & laudabilia. In hoc autem loco Lucæ, eadem similitudo assumitur contra hypocritas, & grauib. oneratos peccatis, qui proximos emēdare tenēt, quod non efficiunt, quia non prius seipsos cōponunt, suosq; prauos mores deserunt. vnde arbores malæ cū sint, non producunt bonū fructum emēdationis proximi. Tertio autē loco apud Matthæum eadē similitudo accōmodatur Christo, impij enim illi Iudæi miracula Christi dæmonis virtuti tribuebant, quasi Christus pactum haberet cum dæmone, contra quos Christus vtitur argumento; si opera ipsi mea bona sunt, & diuina, quomodo possunt dæmoni adscribi? si enim opera bona sunt, ergo qui ea operatur bonus est; non enim arbor mala bonos producit fructus. Malam autem arborem, & malos fructus appellat, non quod mala sint natura; omnis n. creatura bona est, sed quod vsibus hominē nō sint accōmodata. sic enim vulgus solet malos appellare fructus, & malas arbores. Huius autem similitudinis perfectiorem declarationem in sequenti Annotatione require.

ANNOTATIO LXXXII.

Manichæi hac abutebant similitudine, affirmātes esse quasdam alias natura malas a malo principio factas, quæ nō possunt esse bonæ, alias esse natura bonas a bono factas principio, q̄ duo principia significata dicunt per arborem malā, & bonam. Referunt hæc Hieron. Ita. 56. & August. Eb. 2. de serm. Dom. in monte c. 36. & alijs multis in locis, & Epiphanius hæres. 66. in catalogo dogmatum Manichæi.

Primo quidē hic non de principijs, sed de hominib. esse sermonem, verba sequentia ostendunt: de thesauro, inquit bono, homo bonus profert bonum, & homo malus de suo malo profert malum. Præterea non dicitur arbor mala nō potest fieri bona; sed non potest facere bonos fructus; nec dictū est, arbor bona non potest fieri mala, sed nō potest facere malos fructus, vt significetur, hominē, dum vitio incumbit, mala opera efficere, dum autem virtuti intendit, bene operari, quia ille mala arbor, hic bona est, at si commutet, studia, & abiecto vitio, virtutē amplectatur, tunc bonos producit fructus, qui iam ex arbore mala factus est bona. Nec similitudo accipiēda est in natura, quod vna arbor nō transit in aliam, sed in hoc, quod mala malos, bona bonos profert fructus. hoc ipsum, quod August. contra illos notauit, etiam Isidorus Peluſiota lib. 2. epist. 72. in Matth. Hieronymus etiā objecit illud Act. 9. ꝙ Paulus ex persecutore factus est Doctor orbis, etiā illud Matthæi 21. ꝙ meretrices præcedunt Pharisæos in Regno Dei, & latro de cruce transit in paradisum. multa alia exempla Epiphanius adfert, non igitur ad naturam, sed ad arbitrium hæc distinctio hominum spectat.

Quid hoc loco per fructus intelligendum sit.

Sunt autē duę difficultates. vna est quid per fructus intelligere debeamus? Sunt. n. varij in hac parte Doctores. Quidam enim opera bona, aut mala interpretantur; illa bonos, hæc malos fructus. In hac sententia sunt Chrysost. hom. 24. in Matth. Hieronymus Matth. 7. & Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte cap. 36. Quidam alij bona opera interpretantur bonos fructus, vt tamen opus à verbo distinguitur; qui enim dicunt bona, & non faciunt, inter arbores malos fructus facientes cōputantur, quales erant Pharisæi, & Scribæ, de quibus dictum est: Quæcumque dixerint, facite, secundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt. hanc interpretationē sequitur Euthymius, qui bona verba inter folia numerat, & videt Hilarius hanc amplexus intelligentiam in Matth. can. 6. at vero iuxta priorē sententiam bonus sermo, seu rectē loquti; etiā si non faciat homo, quæ prædicat, inter bona opera censetur, vt re vera censeri debet. Quidam alij fructum nō opus, aut verbum, sed id, quod resultat, interpretantur, vnde quando quispiam suo opere, aut sermone alios ad bene viuendum conuertit, bonum fructum facere dicitur. sic exponit Ambros. lib. 2. de pœnitentia, cap. 4. bonam enim arborem dicit esse congregationem bonam, quę Ecclesia est, fructus autem, Ecclesiæ filios. Inter has sententias prima huic loco est accommodatissima, quam verba sequentia, quæ similitudinē hanc explicant, verā esse ostendunt; Bonus, inquit, homo de bono suo thesauro profert bonum, & malus de malo thesauro malum; ex abundantia. n. cordis os loquitur. quæ verba non solum bona opera, vel mala fructus esse arboris declarant, sed etiā verba, & sermonē ipsum inter fructus cōputari debere demōstrant.

Quo sensum sit nec arborem bonā malos fructus, nec malā bonos facere.

Maior est antē altera difficultas in sensu, quomodo homo malus non possit bonos fructus facere, & bonus non possit facere malos, cum homo malus possit orare, ieiunare, facere eleemosynam, & alia bona operari, etiam si in peccato existat: contra vero bonus homo etiam si bonus sit, mala operatur; non enim est iustus qui non peccet. Respondet August. ad hæc lib. 2. de ser. Dom. cap. 38. hæc bona opera, cum bono animo fiunt, esse fructus bonorum hominū; cum vero malo, & ex vana gloria, esse pravorum. tamen hæc responsio non satisfacit, nam bono animo, & intentione potest peccator etiam peccato nondum ablato aliqua bona facere, atque homo bonus aliqua bona est vana gloria operari. Aliter igitur respondet lib. 1. de gratia Christi contra Cęlestium, c. 18. & 19. aliisq; in locis, ni mirum malam arborem esse voluntatem malam, seu cupiditatem, quidquid autem ex cupiditate procedit, malus fructus est, bonam autem arborem esse bonam voluntatem, à qua nihil nisi bonū procedit. quādo ergo peccator aliqua bona facit, ex non ex radice mala, nempe cupiditate, malave voluntate facit, sed ex bona: similiter homo bonus, cum aliquā mala facit, ex non ex bona voluntate procedunt, sed ex radice cupiditatis, quæ non est omnino extincta, nec semper bonus homo bonam exercet voluntatē, sed mutat; quādiu. n. in bonitatis studio perseuerat, bona operatur, malus autem contra, quamdiu in sua mala voluntate, & peccandi studio, mala facit. Hæc doctrina vera est, tū difficile accōmodari pōt: nam Dominus loquitur absolute de homine bono, & malo, illumq; bonos fructus, hunc malos producere docet,

fieq; Hierony. Matth. 7. & Chrysost. hom. 24. in Matth. interpretantur, dicentes, malum hominē quamdiu in malitia, & in impœnitentia perseueret, non facere bonos fructus. Ideirco accōmodatius dicemus Christum non quoscunque peccatores, aut illos arboribus his comparasse, sed eos, qui vitijs, & peccatis dediti sunt, ac eos, qui virtutis studio incūbunt, rursus nō vnum, aut alterum opus considerasse, sed quod frequentius, & principalius sit, nec similitudo rum est in talibus malis hominibus, etiam rum opera in plurimum talia sunt, quales ipsi: contra vero in bonis, etiāsi vnum, aut alterum male operentur, eorū tamen opera in plurimum laudabilia sunt, & bona; sequitur enim homo frequentius appetitum in eo dominantem. Hoc etiam in sequentibus magis elucidabitur.

Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur.

COMMENTARIA.

Similitudinem arboris bonæ, & malę producētis fructus iuxta earum naturam probat ab effectu. Vnaquæque, inquit, ex suo fructu cognoscitur, quod esse nō potest, nisi bona bonos, mala malos produceret; aliter enim error fieret in iudicio earum: nam bona pro mala, & mala pro bona reciperetur, quibus verbis significat Dominus viam, & modum discernendi hos hypocritas, ac malos Doctores esse ex operibus, quibus, frequentius incumbunt, iuxta illud Matth. 7. A fructibus eorum cognoscetis eos.

ANNOTATIO LXXXIII.

Enim, particula quo ac cipiatur in hoc loco.

Particula (enim) nō causam rei indicat, nam cognosci arborem ex fructu suo, consequitur ex eo, quod vnaquæque iuxta naturam suam facit fructus, seu significat est ignis; fumus. n. videtur, & apparet; vbi particula (enim) nō causam rei indicat, cum ignis sit potius causa fumi, sed causam consequentiæ, seu notitiæ, vel cognitionis; effectus. n. rei solet causa esse cognitionis;

Universidad de Deusto
Biblioteca

seu probationis: sæpe namque damus causam non rei, sed dicti, & sententiæ, qua aliquid affirmauimus, aut negauimus.

Neque de spinis colligunt ficus, nec de rubo vindemiant vuam.

COMMENTARIA.

PErseuerat in eodem prouerbio, & probatio est præcedentis sententiæ; non enim homines colligunt de spinis ficus, neque de rubo vuam, nam nosc unt illas arbores esse malas, nec tales fructus facere posse, idcirco non quærunt eos ab illis. Significat à fructibus, & operibus discerni posse Pharisæos, & Scribas, nec eos esse tales, vt fructus bonorum operum ab ipsis colligantur. rectè autem spinis, & rubis comparat, quibus eorum conuersatio nocet ob exemplum, & vitam eorum pranam, sicut spinæ, & rubi contrectantes pungunt. Vnde Matth. 23. dictum est: Secundum opera eorum nolite facere.

ANNOTATIO LXXXIV.

Proximæ similitudo declaratur.

REctè per rubum, & spinã peccatis deditos significauit; hæc enim arbusta à maledicta propter peccatum terra orta sunt Gen. 3. Maledicta in opere tuo, tribulos, & spinas germinabit tibi. Per ficum autem, & vuam egregia opera significantur, sunt enim fructus dulcissimi, & in Scriptura celebrati ficus, & vua, quorum vnus fingeram doctrinam, alter recta, & iusta opera repræsentat, quæ non colliguntur perfectè, nisi ex pijs, & doctis viris. Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte cap. 37. illud (colligunt) refert non ad ipsos malos homines, sed ad illos, qui eos audiunt, quique cum eis conuersantur, quasi dictum esset, à malis hominibus nemo fructum accipit bonum; sunt enim inutiles; addit autem si quando vtilitatem adferunt, mirum, quia suæ prædicatione profunt alijs, id inquit, non illis imputandum est, sed diuinæ prouidentiæ, quæ sic disposuit, vt à vite scilicet per spinas, vua colligeretur, sicut, qui mitteret manum per spinas, & à vite colligeret vuas, vitis autem est verbum Dei, quod ab illis prædicatur.

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malum.

COMMENTARIA.

APplicat nunc similitudines bonæ, & malæ. arbor bona, bonus homo est, mala vero malus homo est, sicut illa bonos fructus facit, sic homo bonus de bonitate cordis sui opera bona producit, malus vero de malitia sua interiori mala; iuxta cordis enim qualitatem vnusquisque opera exteriora profert. Nota verbum thesauri, quo duo significantur, vnum est abscondita, & latens cordis bonitas, aut malitia; thesaurus enim diuitiæ sunt latentes, & absconditæ, sic in cordium abditis sunt bonitas iusti, & malitia iniqui. Alterum est bonitatis, aut malitiæ abundantia; thesaurus enim copiam significat, quod indicat, non de quouis vito bono, aut malo hanc sententiam, & similitudinem procedere, sed de his, qui præcipuum studium in bono, aut malo collocant, & qui rebus huius sæculi, aut alterius totos se dedunt; hi enim thesaurum bonum, aut malum habere dicuntur in cordibus, à quibus opera proceduntiuxta thesauri sui qualitatem; tales enim erant illi Pharisæi, & Scribæ, diuitijs huius sæculi, & gloriæ hominum toti incumbentes, de quibus dictum est Ioan. 5. Qui gloriam ab inuicem accipitis; & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis; quorum vitia malumque thesaurum ipse Dominus Matth. 23. magna ex parte manifestauit, inter multa alia dicens: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia; sic & vos à foris quidem parets hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate.

Thesauri verbo duo significantur.

Matth. 23.

AN-

ANNOTATIO LXXXV.

Quid hoc loco thesauri nomine intelligatur à Basilio.

BAsilius Regu. breu. respon. 239. hos thesauros sic interpretatur. Prudentia, inquit, omnis, quæ est in Christo virtutis ad gloriam Dei, thesaurus bonus est, contraque prudentia malitiæ eorum, quę interdicta sunt à Domino, thesaurus est malus. Ex quibus, vt Dominus ait, in suis vtriusque factis, dictisve, vel mala proferunt, vel bona. Hæc ille.

Ex abundantia enim cordis os loquitur.

COMMENTARIA.

PRouerbio quodam cõprobat præcedentem sententiam, ex abundantia cordis os loquitur, abundantia cordis thesaurus est bonus, vel malus, & sicut verba proferuntur iuxta id, quod dominatur in corde, ita iuxta thesaurum bonitatis, vel malitiæ opera exteriora procedunt. hæc omnia eo tendunt, nõ quod bonus homo non proferat aliquando aliquid mali, aut malus boni: nam aliquando passioni in corde dominanti non respondet verbum, aut factum; sed quo raro id fiat, frequentissimum enim est, vt qualis thesaurus sit intus, talia foris sint opera, & verba, tã in bonum, quàm in malum. in hunc sensum dictũ est à Domino Matth. 12. Quomodo potestis loqui bona, cum sitis mali? id est, ratissimum, & difficillimum est cum bona loqui, cuius cor plenum est malitia.

Quid autem vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quæ dico?

COMMENTARIA.

REprobatis Scribis, & Pharisæis per similitudines præcedentes, seipsum, suamq; doctrinam cõmendat, ipsorummet audientium testimonio, eosque arguit, quasi sibi contrarios; vtrumque autem eadem similitudine efficit, sicque hęc sententia cõnectitur præcedentibus, quasi diceret, cum arbor bona bonos ferat fructus, nec possit malos facere, & cum bonus homo de thesauro bono proferat bonũ, quare vos vocatis me Domine Domine, id est, confitemini me arborem bonam, & fructus meos non comeditis, id est, non facitis, quę dico? quia si arbor bona sum, igitur mea doctrina bona est, non enim arbor bona malum facit fructum, nec bonus homo de bono thesauro profert malum; quid igitur est, q̃ non obeditis mandatis meis? proprio vestro iudicio, & confessione vos ipsos reprehensione dignos iudicatis. Geminatio illa (Domine Domine) significat frequentem commendationem, quasi sæpe eum Dominum confessi fuerint. Potest etiam Hebraismus esse; solent enim Hebręi geminatione verbi augmentum, multitudinem, aut vehementiam indicare, Psal. 8. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum, id est, maxime, & supreme Domine. Psal. 86. Homo, & homo natus est in ea, id est plurimi homines nati sunt in Sion.

Psal. 8.

ANNOTATIO LXXXVI.

Ex similibus apud Matt. ẽtentia declaratur hæc quę à Luca traditur.

AD explicationem, quam in commentario exposuimus, facit illa Domini sententia Matth. 12. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum aut facite arborem malam, & fructum eius malum; siquidem ex fructu arbor agnoscitur. Illi enim Pharisæi, & Scribæ videbant opera Christi bona, & talia confitebantur, liberare enim obsessos à dæmone bonum esse negare nemo poterat, & tamen opus bonum dæmonis virtuti tribuebant, sibiq; ipsis aduersabantur, ideirco reprehenduntur à Domino, quasi inexcusabiles; & sensus est, aut fatemini me bonum, si opera bona esse cognoscitis; aut si me nõ bonũ, iudicatis, opera etiã ipsa mala dicite: nam hoc, q̃ vos blasphematis, cum opera bona sint, dæmonis esse, peccatum est contra Spiritum sanctũ, & pessimos vos esse demonstrat, cũ ex operibus bonis debuissetis colligere, me esse bonum: nam ex fructu arbor dignoscitur. Hic est sensus illius sententiæ. At præsens sententia conuerso modo procedit. illi agnoscentes fructum bonum, nõ confitebantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

arborem bonam, at hi confitentes arborem bonã, nempe Christum, & clamantes Domine Domine, nõ probabant fructum doctrinæ, obedientes mandatis eius. Non est autem hæc sententia eadem cum illa, quæ habetur Matth. 7. (non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cælorum) nam prior illa, quæ habetur apud Lucam quædam est expostulatio, & reprehensio, quod agnoscentes Christum, & confitentes bonum, doctrinam eius non amplecterentur, quasi qui arborem diceret bonam, & fructum eius malum: At posterior sententia, quæ habetur à Matthæo, comminatio quædam est, & institutio, nempe non sufficere ad salutem assequendam confiteri Christum, & in ipsum credere, nisi accedat mandatorum eius obedientia.

Omnis, qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis, cui similis sit.

COMMENTARIA.

DVabus similitudinibus declarat, quantum emolumenti proueniturum esset ijs, qui audiebant, & confitebantur Christum, dictisque eius parebant: quantumque è contrario detrimenti ijs, qui audiebant quidem tantum exterius, & dicebant: Domine Domine, quę vero docebat, non faciebãt. A priori igitur similitudine exorsus, ostendam, inquit, cui sit similis is, qui venit ad me, auditque sermones meos, fidem eis præstando; & simul facit, eis obediendo.

Similis est homini ædificantī domum.

COMMENTARIA.

AB ædificio domus similitudo trahitur, rectè autem operatio secundum virtutem & diuinorum mandatorum obedientiam ædificio comparatur: tum propter laborem, non enim sine sudore ad perfectionem virtutis peruenitur; tum propter incrementum, vt enim qui ædificat domum, ad fastigium semper studet perducere opus, ita continuis virtutum augumentis incumbendum est, tum etiam propter varietatem, domus enim multiplicibus constat partibus, sic & virtutum multiplici generi studendum est; tum præterea propter ordinem, innituntur enim omnes ædificij partes fundamento: sic etiam omnia opera bona in Christo Deo fundari debent; tum demum, quia sicut prius ædificatur domus, & postea habitatur, sic post operum complementum retributio accipitur, qua homo in æternum fruetur. sunt multæ aliæ similitudines, hæ tamen ad rei intelligentiam sufficere videntur.

ANNOT. LXXXVII.

QVidam recentiores hunc hominem, qui domum ædificans dicitur, Christum interpretantur, quam autem sit violenta, & parum accommodata expositio, facile est vnicuique cernere; verba enim quæ sequuntur, cuilibet sapienter ædificanti communia sunt, & ab hoc similitudo sumpta est. Matthæus capite 7. eandem similitudinem refert, addit autem, (sapienti) bene enim ædificare, sapientis, ac prudentis hominis est, qui ijs, quæ futura sunt, conuenienter consulit, studium autem bonorum operum ædificio Paulus etiam confert 1. Corinthior. 3. Si quis, inquit, superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos.

Qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram.

COMMENTARIA.

HÆc duo ad firmitatem ædificij necessaria sunt, vt scilicet fundamentum profundum faciatur, & vt supra petram ponatur fundamẽtum. Qui firmam, ac stabilem ædificare vult domum, hæc duo prudenter obseruat. Non refert Dominus multa alia, quæ ad domus perfectionem, pulchri-

chritudinem, ac amplitudinem spectant, ad quæ assequenda illa duo satis non sunt. Quia vero intendebat stabilitatem, ac constantiam eorum, qui fidem eius, ac mandata amplectuntur, explicare idcirco hæc duo tantum retulit, quibus præcipuè domus firma conficitur.

Inundatione autem facta illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere; fundata enim erat supra petram.

COMMENTARIA.

PRosequitur similitudinem, ædificio, inquit, tali completo, inundauit flumen, & impeti magno partes domus illisit, nec tamen eam diruere potuit, quia profunde supra petram posita erat, seu quia fundamentum in petra habebat. talis est homo qui fidei Christi, & mandatorum eius obedientiæ inhæret, ac alte in eis fundatus est; inundatione enim facta tentationum, persecutionum, calamitatum, calumniarum, ingruentium periculorum, cæterorumque aduersantium, fortis, & inuictus permanet, iunctisque omnibus superior persistit, ac inter tumentes sæculi fluctus, plurima tranquillitate perfruitur, quod intelligere vnusquisque potest, si consideret virtutem mirabilem præcedentium Christi mandatorum de dilectione inimicorum, de maxilla præbenda percutienti, alijsque supra iam explicatis.

ANNOT. LXXXVIII.

MAtthæus cap. 7. hunc inundationis vim magis expressit: Descendit, inquit, pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Causa autem est, quia fundatus est homo supra petram, nimirum, vt rectè explicat Chrysost. hom. 25. in Matth. supra firmitatem, & certitudinem doctrinę, & præceptorum eius: quicumque enim hæc custodit, non modo hominibus nocere cupientibus, verum etiam ipsis dæmonibus insidiari cupientibus superior eminebit; illud enim fide, hoc charitate efficitur, aut etiam, vt dicit Hieronymus supra petram, id est, Christum, cuius virtute ita roboratur iustus, & qui mandata eius exequitur, vt inuictus contra omnia aduersantia permanere valeat. Significat Christus hac similitudine eos, qui ipsum sequebantur, ac confitebantur, passuros esse multas persecutiones, quibus nisi bene in eius fide, ac mandatorum obseruantia fundati essent, deturbandi, ac remouendi erant ab eo: quod rei euentus comprobauit, & adhuc comprobat.

Qui autem audit, & non facit, similis est homini ædificanti domum suam supra terram sine fundamento.

COMMENTARIA.

ALtera similitudine explicat, qualis sit is, qui audit sermones eius, fidemque eis adhibet: tamen non facit, nec obedientem se præber, similis, inquit est illi, qui domum ædificat suam, sed super terram sine fundamento, quæ stabilitate caret, nec firma est, vt valeat irruentibus vndis, ac ventis obsistere.

ANNOT. LXXXIX.

Ædificator bonus quo modo differat à malo.

MAtthæus cap. 17. addit (similis est, inquit, viro stulto;) opponit enim stultum sapienti, de quo supra dixerat (assimilatur viro sapienti;) imprudentia enim magna est sic ædificare domum. Aduerte, tam bonus quàm malus ædificant domum, & quidem supra petram, nempe Christum, vterque enim audit sermones eius, & fide credit; tamen bonum fundamẽtum habet, quod est obedientia mandatorum Christi, ac virtutum opera: malus vero fundamento caret, quia fidei non superaddit opera, nec obedientiam mandatorum; idcirco facile tentationibus cedit, & ab ipsa etiam fide aliquando deturbatur.

In quam illisus est fluuius, & continuo cecidit.

COMMENTARIA.

QVi non supra Christi fidem, aut supra eam solam, non autẽ super

Universidad de Deusto
Biblioteca

obedientiam mandatorum eius fundatus,ac ædificatus est,supervenientibus tentationibus cedit,ac succumbit, facileque persecutione superveniente ab ipsa fide removetur.Iacobus in sua Epist.cap.1. quadam alia similitudine auditores verbi,& non factores explicuit; sic enim inquit: Si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suę in speculo; considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est, qualis sit.

Et facta est ruina domus illius magna.

COMMENTARIA.

CAdentis domus magna fit ruina; tota enim dissoluitur: pereunte n.fide totum ędificium corruit,et qui fidem habet, si tentationi succumbat, etiãsi in fide perseueret,domus eius spiritualis maxime dissoluitur, dũ gratia deperditur, & charitas,sine quib.nullum opus,vitę ęternę meritum habet; multum ergo refert audire sermones Christi, & eos facere, ac fidem obedientia mandatorum eius perficere.

FINIS CAPITIS SEXTI.

FRANCISCI
CARDINALIS TOLETI
IN SACROSANCTVM
LVCAE EVANGELIVM
COMMENTARII.

CAPVT SEPTIMVM.

VM autem implesset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum.Centurionis autem cuiusdam seruus male habens,erat moriturus: qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, & saluaret seruum eius. At illi cum venissent ad Iesum,rogabant eum solicite,dicentes ei: Quia dignus est vt hoc illi præstes.diligit enim gentem nostram: & synagogam ipse ędificauit nobis,Iesus autẽ ibat cum illis. Et cum iam non longe esset à domo, misit ad eum centurio amicos, dicens: Domine noli vexari: Non enim sum dignus vt sub tectum meum intres. propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus vt venirem ad te. sed dic verbo, & sanabitur puer meus. nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic vade, & vadit, & alij, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Quo audito Iesus miratus est: & conuersus sequentibus se turbis, dixit: Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni. & reuersi,qui missi fuerant domum,inuenerunt seruum, qui languerat sanum.

Et

Et factum est: deinceps ibat in ciuitatem,quæ vocatur Naim:& ibant cum eo Discipuli eius,& turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis,ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cũ vidisset Dominus misericordia motus super eam,dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. (Hi autem, qui portabant steterunt.) Et ait, Adolescens,tibi dico, surge. Et resedit,qui erat mortuus,& cępit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam, & exijt hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem. Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his.Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes,& misit ad Iesum,dicẽs: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Cum autem venissent ad eum viri,dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te,dicens: Tu es,qui venturus es, an aliũ expectamus? (in ipsa autem hora multos curauit, à languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cęcis multis donauit visum.) Et respondens dixit illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis. Quia cęci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes Euangelizantur: Et beatus est quicunque non fuerit scandalizatus in me. Et cum descendissent nuntij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt,& delicijs,in domib.regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam? Vtiq; dico vobis,& plus quam Prophetam.hic est,de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuam,qui præparabit viam tuam ante te. Dico n. vobis: Maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptista nemo est: qui autem minor est in regno Dei,maior est illo. Et omnis populus audiens,& publicani iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem,& legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo. Ait autem Dominus: Cui ergo similes dicam homines generationis huius? & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro,& loquentibus ad inuicem,& dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Venit enim Ioannes Baptistas,neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis: dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum,& peccatorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. Rogabat autem illum quidam de Pharisæis,vt manducaret cum illo,& ingressus domum Pharisæi discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit,q; accubuisset in domo Pharisæi,attulit alabastrum vnguenti,& stans retro secus pedes eius,lacrymis cœpit rigare pedes eius,& capillis capitis sui tergebat,& osculabatur pedes eius,et vnguento vngebat. Videns autẽ Pharisęus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique,quę, & qualis est mulier,quę tangit eum:quia peccatrix est. & respondens Iesus,dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister,dic. Duos debitores erant cuidam fœneratori,vnus debebat denarios quingentos,et alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: Aestimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei:Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem,dixit Simoni: Vides hanc mulierem? intraui in domum tuam, aquam pedibus meis

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos, Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit: Dixit autem ad illam, remittuntur tibi peccata. Et cœperunt, qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

ne, an Gentilis fuerit.

CAPVT SEPTIMVM.

Cum aũt implesset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum.

COMMENTARIA.

IVM implesset omnia verba sua in aures plebis, id est, absolutis omnibus, quæ plebi tunc temporis prædicare dispossuit, intrauit ciuitatẽ Capharnaum; iam enim de monte descenderat, vbi Apostolos elegerat, & post descensum in planitie sermonem habuerat, quo peracto ingreditur vrbem, ibique, quæ verbo docuit, confirmauit miraculo. Puero enim Centurionis morti proximo sanitatem restituit.

Centurionis autem cuiusdam seruus male habens erat moriturus.

COMMENTARIA.

DEscribitur persona, quæ mirabiliter sanata est, & status in quo se habebat: Erat, inquit, Centurionis cuiusdam seruus. Multi quidem erant Cẽturiones; ideo cuiusdam dicitur, hic male habẽs moriturus erat, id est, cum infirmus esset, eo iam pernenerat infirmitas, vt in vltimis esset, seu animam ageret, ab omni medicorum, auxilio, ac naturę remedio destitutus. Infirmitatis huius speciem explicat Matthæus cap. 8. Iacet, inquit, paralyticus, & male torquetur.

ANNOTATIO I.

Cẽturio Iudæi

CEnturio nomen est militiæ; qui enim præficiebantur centum militibus, dicebantur Centuriones, sicut Decani, qui præerant decem, & quinquagenarij, qui quinquaginta, de quibus fit mentio Exod. 18. & 2. Regum 18. Hilarius can. 8. Matthæi loco Centurionis legit Tribunum, scriptoris vitio, vt credo. prætermittendum est autem Gnosticorum delirium, qui Centurionem hunc affirmarunt esse Christum, vt referunt Irenæus lib. 1. & Epiphanius hæresi 31. distinguebant enim hi Christum a Saluatore. Tam manifestam autem hæresim, & insaniam impugnare superfluũ est. Dubitatio vero inter Catholicos versatur, quisnam hic Centurio fuerit, Gentilis, an Iudæus: In qua non sunt concordes Doctores: nam Hilarius can. 7. in Matth. Iudæum fuisse existimauit. communis tamen sententia est eum fuisse Gentilem; erant enim Iudæi tunc temporis sub Romanorum Imperio, & custodia. Talem hunc esse affirmant Hieron. Matth. 7. Ambrosius in presenti, Augustin. ser. 6. de verb. Dom. & Chrysostomus hom. 27. in Matth. idq; verba Euangelistæ indicant, dicitur enim de illo: Diligit gentem nostram, & ipse Synagogam ædificauit nobis: &: Non inueni tantam fidem in Israel. quæ omnia ostendunt non fuisse nationc Israelitam, aut Iudæum.

Altera autem occurrit dubitatio, an iste Centurio, cuius meminit Lucas, sit ille idẽ, quem refert Matth. c. 8. Chrysost. hom. 27. in Matthæum, refert quosdam sensisse diuersos fuisse Centuriones, distinctamq; historiam. quam sententiam receperunt quidam ex recentioribus, quorum in capite præcedenti meminimus, hi eo argumento inducti sunt, quia multa sunt, q̃ hos Centuriones distinctos esse significare videntur. nam illius, qui est apud Matthæum filius infirmabatur; huius vero seruus: ille venit ad IESVM, hic misit seniores, deinde amicos. Præterea iste non solum non vocauit in domũ suam Christum, sed etiam volentem venire prohibuit: ille autẽ primum per seniores vocauit, postea per amicos prohibuit. At vero Patrum opinio communis est, eandem esse historiam, vnumq; Euangelistam supplere, quę alter prætermisit, vt fieri solet. Matthæus enim succincte rem narrauit. ita tenent Augustinus lib. 2. de cõsen. Euang. c. 20. & lib. 33. contra Faustum c. 7. et 8. etiã Chrysost. hom. 27. in Matth. Tirus Bostrenus in hoc loco, qui ẽt allegat Chrysostomũ, cõtextusq; historię idipsum cõfirmat, q idẽ est in plurimis. Ambo. n. sunt Centuriones, & Capharnaũ cõmorantes pro paralytico rogantes, eandẽ fidẽ de monstrantes, & eadem laude affecti. quod si quædam videntur discordia, re vera non sunt, & ab Augustino locis citatis conciliantur, de quib. suis in locis tractabimus. Vnum autem horum in præsenti se offert: nam Matth. 8. dẽ puer Centurionis Græce παῖς, hoc vero in loco seruus, Græce δοῦλος. hæc autem facile concordantur: nam nomen pueri tam filijs, quam seruis, & famulis communis est 2. Reg. 1. vocauit Dauid vnum de pueris suis. Matth. 14. Et ait Herodes pueris suis: quibus in locis hoc pro seruis, & famulis positũ est: at vero 1. Reg. 2. Veniebat puer sacerdotis, & 2. Reg. 12. mortuo puero surrexisti. Luc. 9. sanauit puerum, & reddidit matri suæ pro filio accipitur. nõ igitur vlla est discordia. Vnde Chrysostomus hom. 27. in Matth. & Gregor. hom. 28. in Euang. puerum, de quo Matthæus loquitur, seruum interpretatur. Illud autem (moriturus erat) sic exponit Ambrosius, nempe illum moriturum fore ex illa infirmitate, nisi à Domino sanatus fuisset.

distinguit à libero, nec famulum à Domino, cum in Christo non sit distinctio, dicente Paulo Galat. 3. Non est Iudæus, neque Græcus; non est seruus, neque liber; non est masculus, neque femina; omnes enim vos vnum estis in Christo IESV.

ANNOTATIO II.

Puer hic nõnullis de causis charus erat Centurioni.

PRetiosus Græce, ἔντιμος, id est, in pretio habitus, quod quidam vertendum censent charum, seu dilectum, quia pretiosus potius rebus, quam personis accommodatur. At vero nec interpretatio, nec interpretationis ratio mihi probandæ videntur. non quidem interpretatio, quia Græca vox non significat dilectionem, sed æstimationem & pretium; consequitur enim, vt quod dilgitur, habeatur in pretio, non tamen id significatur. ratio vero parum efficax est: nam & famuli, ac serui inter res Domini computantur, vnde dici possunt pretiosa. Quod autem ad rem attinet, puer hic multis de causis potuit plurimi fieri à Cẽturione, scilicet, aut quia magno pretio emptus erat, seu vendi poterat; aut quia diligenter, & fideliter inseruiebat, resque Domini curabat, quæ duo ad vtilitatem spectabant Centurionis; aut etiam ex charitate ipsa, qua non propter vtilitatem propriam, sed propter bonum ipsius pueri Centurio eum diligebat, plurimiq; faciebat. Hoc vltimo modo pretiosum fuisse puerum Centurioni docet Chrysostom. hom. 22. in Matth. in imperfecto. commendans bonitatem Centurionis, quia pro salute serui sic solicite festinabat, quasi nõ damnum pecuniæ, sed salutis passurus in morte illius: inter seruum enim, & dominum nullam differentiam existimabat, sciens, quoniam etsi dignitas in hoc sæculo diuersa est inter illos, vna est tamen natura illis, ideo magis Dei imaginem honorabat in homine, quam opus captiuitatis contemnebat in seruo. Hæc ille.

Qui illi erat pretiosus.

COMMNTARIA.

PRetiosus erat puer Centurioni, id est, plurimi illum faciebat, non quidem ex anaritia, sed ex dilectione, & charitate. quod ideo dictũ est, vt ostenderet Euangelista, quid Centurionem tam solicitum effecerit in illius quærenda salute. hoc enim fuit Centurionis charitas, quæ effecerat, vt seruum in pretio haberet; qui autem ea præditus est, aliorum saluti non minus, quam propriæ inuigilat; nec in hoc seruum

Et cum audisset de IESV, misit ad eum Seniores Iudæorum rogans eum.

COMMENTARIA.

CEnturio igitur audiens Christum venisse Capharnaum, necesse dignum

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnum arbitratus, cũ natione Gentilis esset, qui veniret ad eum, precesque per se ipsum funderet; misit Seniores quosdam Iudæorum, tanquam se dignniores, qui pro ipso rogarent Christum; quod quidem Centurionis humilitatem maxime indicat, & cõmendat.

ANNOTATIO III.

Quomodo Matthæus, et Lucas in superiori sententia conueniat.

HAec sententia videtur non consonare iis, quæ refert Matthæus, hic enim ait Centurionem accessisse, & rogasse Christũ, Lucas autem narrat eum misisse, qui rogarent. Hæc apparens dissonãtia coegit quosdam, vt supra diximus, affirmare diuersam historiam esse huius, & illius Centurionis. Augustinus vero lib. 2. de consen. Euang. cap. 20. conciliat vtrumq; sic, vt Centurio accessisse fit dictus, non quidem per se, sed per alios; communi enim loquendi modo, quod per alios facimus, nos ipsi facere dicimur. Non igitur discordes sunt Euangelistæ, sed quod Matthæus non ita explicate dixit, hoc Lucas distinctæ narrauit. Addit autem Augustinus non absque mysterio Matthæum affirmasse de Centurione, quod accesserit, id enim fecit, vt fidem eius indicaret, qui etsi non corpore, animo tamen accessit, hic enim est verus accessus ad Christum, in eum scilicet credere, Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Hoc autem ad secundam solutionem spectat, quam sequitur Beda, vt Matthæus loquatur de accessu per fidem. Prima tamen est accommodatior, nempe de accessu exteriori, qui per alios factus est, sicque Chrysostomus hom. 27. in Matth. concordat Euangelistas in hac parte, vbi adiungit aliam, quæ tertia est, concordandi rationem, nempe si dicamus vtrumque esse factum, vt prius miserit quosdam, postea vero per seipsum accesserit, & eadem dixerit, hanc sequitur Euthymius Matth. 8. quæ quidem, etsi probabiliter possit sustineri, tamen multo accommodatior est prima cõcordia, vt ex sequentibus apparebit. Vnum autem Chrysostomus affirmat, quod mihi difficile credita videtur, nimirum Centurionem voluisse venire ad Christum, seniores tamen Iudæorum eum detinuisse, illi enim assentantes, & adulantes dixerunt: Nos ibimus, & adducemus eum tibi. Hoc inquam difficile est creditu, cum videatur contrarium ijs, quæ ipsemet Centurio, mittens alios ad Christum, dixit: cum enim vellet Christus venire ad eum, sic inquit; Noli vexari, nõ enim sum dignus, vt sub tectum meum intres. Propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, vt venirem ad te. Hæc ille. Si igit qua a nõ est arbitratus se dignũ, q accederet p se Christo, ideo nõ venit, consequitur, vt nec prius venire voluerit, neq; id facere omiserit, qa detent* fuit à Iudeis. Ad de q; si illi Iudæi detinuissent illũ, seq; ipsos sponte obtulissent ad Christum venire, non posset sane Centurio dici misisse Seniores ad Christum dicendum n. erat, Seniores venisse ad Christum rogantes, vt ad illum proficisceretur. Ex hoc fit consequẽs, vt illud etiam alterum, quod Chrysostomus adiungit, non sit probandum, nempe hos Seniores, præ inuidia non retulisse Christo, Centurionem venire voluisse, ab eis tamen detentum esse, id enim factum affirmat Chrysostomus, vt fidem Centurionis magnam occultarent, ne Christi celsitudo Centurionis testimonio cõprobaretur. Hæc accõmodari contextui non possunt, non solum, quia vti diximus, Iudæi non detinuerunt venire volentem; sed etiam sic magis fidem illius commendabant, qui credidit per alios impetrare posse, quæ desiderabat. Præterea, si Christi celsitudinem tegere voluissent, potius fuissent, vt à Christo talia non expectaret.

Vt veniret, & sanaret seruum eius.

COMMENTARIA.

HOc est quod Seniores Iudæorum rogant, vt veniat in domum Centurionis, & salutem conferat puero illius, & eum saluet, id est, ab imminentis mortis periculo eripiat.

ANNOTATIO IIII.

Quare Centurio Christum venire, aut Christum vt veniat, si ita venientem precatur vt nõ accedat.

NOn modicam difficultatem sententia hæc mihi videtur adferre, si ijs, q̃ sequuntur, eam conferamus. cum enim Centurio audiret Christum in domũ eius venire, aduentum recusans, dicens: noli vexari, non sum dignus, vt intres sub tectum meum, dic tãtum verbo, & sanabitur puer, non sum arbitratus me dignum, vt venire ad te: quo modo igit nisi rogare Christum dicitur, vt veniat. Albertus Magnus dicit Centurionẽ prius rogasse, vt veniret Christus, quia nondum in fide profecerat, sed eius

eius fides imperfecta fuit à principio, postea vero profecit, & aduentum recusauit. Hæc autem non videntur stare posse: nam inquit: Non sum me dignum arbitratus, vt venirem ad te, si ergo à principio, quando misit Seniores: indignum se iudicauit, qui ad Christũ veniret, multo magis, vt Christus ipse ad eũ proficisceretur; nec n. fuit minor fides illa, quam ista. Præterea, quia modicum spatium fuit temporis, nec vlla causa noua occurrit, propter quam fides eius augeretur, imino potius dubitandi causa videbatur, audiuit. n. Christum venire, poterat̃que dicere, forsan venit, quia aliter sanare non valet, non igitur dici potest à principio imperfecte credidisse, & ideo rogasse, vt veniret. Respondendũ igitur censeo, Seniores missos fuisse à Centurione tantũ, vt à Christo impetrarent pueri salutem; hos vero addidisse ex suo nonnulla, nempe, vt veniret, quia existimabant aliter eũ non posse sanitatem conferre. Similiter causas impetrandi apposuerunt, dignus, inquiunt, est, vt hoc ei præstes, dilexit. n. gentem nostram, & Synagogã ædificauit nobis. Quia igitur Centurio misit illos vt rogarẽt, q̃d quid hi petierunt, Centurioni tribuitur, quãuis ille modum non præscripserit, sed solam sanitatem rogauerit. Chrysostomus vt in Annotatione præcedenti diximus affirmat, hos Seniores adulantes Centurioni obstitisse se curaturos, vt Christus veniret, id tamen non videtur probabile; si enim audisset Centurio offerentes aduentũ, vtique prohibuisset: nam audiens Christum venire, misit alios, qui recusarent, potius dicendum est, Centurionem misisse, vt rogarent pro pueri sanitate, missos vero modũ expressisse, & causas impetrandi apposuisse, idq; ex fidei imperfectione, meritoque Euangelista refert hos rogasse, vt veniret, vt cum postea Centurionem aduentum recusare narraret, quanto perfectior Centurionis fides Seniorum fide esset, ostenderet, sicque sententiæ Christi veritas manifestaretur, quam protulit dicens: Non inueni tantam fidem in Israel.

At illi cum venissent, rogabant eum solicite, dicentes ei.

COMMENTARIA.

MIssi seniores Christum rogant solicite, id est, studiose, et ex magno animi affectu, ac conatu, desiderãt enim maxime Centurionis votis satisfieri, in quo officio præstando fideles se exhibuerunt, ad fidelitatem. n. spectat, opus, q̃ quispiã pro alio suscipit agendũ, diligenter, ac studiose plicere.

ANNOTATIO V.

Partem la, solicite, explicatur.

ADuerbium, solicite, Græce est σπουδαίως à σπουδὴ, q̃ Latine dr studiũ; studiũ autẽ est vehemens animi applicatio ad aliquid agendũ. indicat hoc aduerbium Centurionem de pueri sui salute persequirenda maxime anxium, ac solicitum fuisse, ipsosq; Seniores enixe rogasse, vt Christe rogarunt dicentes, quæ sequuntur.

Quia dignus est, vt hoc ei præstes.

COMMENTARIA.

HVmano more Seniores Christũ rogant, nondum fidem Christi diuinitatis habentes, merita igitur Centurionis proponũt, dignus, inquiunt, est, vt hoc, quod petit, & rogat, cõcedas, puerumq; eius sanes: fatentur ergo Iudæi diuinam Christi virtutẽ ad miracula facienda, inducti fide Gentilis Centurionis; non enim sustinuerunt negare, quod ille confitebatur. Particula (quia) causalis est; reddunt. n. causam, cur quod rogabant, Christus facere deberet: rogabant enim, vt veniret, & sanaret puerũ, quia, inquiũt, Centurio dignus videbatur, qui hoc beneficium ab illo reciperet.

ANNOTATIO VI.

Particula, quia, causalis est.

PArticulam (quia) quidã declaratiuam interpretatur, vt hoc sit, quod Seniores dixerunt, nempe dignum esse Centurionem, cui Christus tale beneficium præstaret. mihi tamen accommodatior interpretatio visa est, vt sensum causalem faciat: quã Euangelista supplenda reliquit verba, quibus Seniores explicarunt, quod rogabant, nempe id, quod iam dictum est, vt veniret, & sanaret puerum Centurionis; ad hoc enim refertur illud relatiuum (hoc) q̃ dicitur (vt hoc ei præstes) nimirum venire, & sanare puerum eius. Phrasis. n. Hebræa est, q̃ narratur quispiã missus ad aliquid

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid dicendum, si id significatum est, quando missio scribitur, non repeti postea, sed suppleri debet: suppledū ergo est in illo relatiuo (hoc) id, ad quod seniores missi dicti sunt, nimirum rogare, vt veniret, & sanaret puerum; huius ergo causam impulsiuam adiungunt, quia scilicet dignus est tali beneficio.

Diligit enim gentem nostram.

COMMENTARIA.

DVas causas, cur dignus sit, vt Christus ei tal: beneficium præstet, adnectunt, vna est, quia diligit, inquiunt, gentem nostram, id est, bene affectus est erga nationem Iudaicam, Iudæosque dilectionis signis, & operib. prosequitur: nam id verbum, diligit, significat, nempe, non solū animi internam propensionem, sed etiam exteriora signa, & effectus, non enim aliter Senioris testimonium dilectionis reddere potuissent, nisi esset ex rebus externis agnita. Hoc verbum (gētem nostram) & Centurionem Gentilem, ac Christum secūdum carnem Iudæum fuisse significat.

ANNOTATIO VII.

Seniorū ratio ex pēditur.

HOc argumētum à Seniorib. factum, non solum probat dignum esse Centurionem, cui Christus, quod rogabat ille, præstaret; sed etiam cur Seniores ipsi tam studiose pro eo preces funderent, causam iustam continet, quasi dicerent, dignus est, vt tu puerum eius sanes, & nos negotium hoc libenter, & solicite apud te tractandum suscepimus; diligit enim nostrā nationē, & Iudæorum est amicus, quod in Gentili, & Romano plurimi faciendū est. Est autem efficax argumentum, ad inducēdū quempiam ad dilectionem, si alter etiam diligat, vt enim inquit Augustinus lib. de catechizandis rudibus cap. 4. nimis est rudis animus, qui dilectionem, quam nolit impendere nolit rependere.

Et Synagogam ipse ædificauit nobis.

COMMENTARIA.

ALtera causa, cur dignus sit Centurio tali beneficio, hæc est, quia nobis, inquiunt, Synagogam ædificauit, quo opere non solum dilectionem erga Iudæos indicauit, sed religionem erga verum Deū Israel ostendit: cum igitur diligat nos, & sit religiosus erga Deum nostrum, nostrēque religionis amator dignus est, vt tu ei hoc beneficium præstes. verbum (ipse ædificauit) non significat proprijs manibus ædificasse, sed suis sumptibus ædificari fecisse.

ANNOTATIO VIII.

Ex Ambrosij de Centurione scribit sanctum intelligēdū est.

AMbrosius ser. 89. de ædificatione ecclesiæ cuiusdam, & de Centurionis commendatione à Senioribus facta, sic inquit: Si commendatur Domino, qui ædificauit Synagogā, quanto est cōmendatior, qui ædificauit Ecclesiam? Et si is meretur gratiam, qui impietatis receptaculum præstitit, quanto maiorem meretur gratiam, qui Religionis domicilium præparauit? & si ille celesti misericordia visitatur, qui construxit locum, vbi Christus semper negatur, quanto magis visitandus est, qui fabricari fecit tabernaculum, vbi Christus quotidie prædicatur? In Centurione enim Dominus, nō quid operis fecerit, sed qua mente operatus sit, comprobauit: nam qui tempore, quo nondum Christiani erant solicite synagogam fecit; si fuissent vtique Christiani, intelligitur, quod multo solicitius fecisset Ecclesiam. Hæc, & alia Ambrosius, quæ temperanda sunt; illo enim tempore nondum Euāgelio publicato, nec lege adhuc illa solura Synagoga nō erat receptaculum impietatis, sed domus Deo dicata, in qua & Deo preces fundebantur, & legis doctrina, ac prophetarum miracula manifestabantur, dicirco Synagogas Christus requentabat; tunc ergo tempora Centurio Synagogam ædificauit, vnde non solum qua mente, sed etiam quid operis Centurio fecerit, Dominus comprobauit. Hæc, quæ Ambrosius dicit, intelligenda sunt, quod ædificauit Synagogam; quæ postea facta est receptaculum impietatis, quando Euangelio prædicato Iudæi in sua perfidia perseuerantes Synagogas frequentabant, sicut à principio fecerant, in quibus postea multa contra Christum agebantur; hoc vero ad aliud tempus spectat, sicut Circumcisionis,

sionis, & legis, obseruatio, quæ prius bona erat, iam vero impietas est.

Aduertēdum est autem, argumenta hęc duo Seniorum robur habere ex gratitudine, cuius est amantem redamare, & eum, à quo beneficio affecti sumus, eodē vicissim prosequi, & gratiam gratiæ referre. Seniores enim hi agunt cum Christo more humano, quasi homo purus esset vnus ex illis, idcirco argumentis huiusmodi vruntur, cum potuissent, & debuissent alia argumenta sublimiora proponere, nempe fidem eximiam Centurionis in Christum, qua credidit morientem seruum à Christo etiam absente posse sanari; misericordiam etiam Christi, ipsiusque benignitatem, qua & corporibus hominum, & animabus sanandis studiosissime incumbebat. Recte Chrysostomus hom. 27. in Matth. de his, sic inquit: Vides singularem Iudæorum dementiam: dicūt enim dignum esse, cui gratiam tribuat: nam cum magis ad humilitatem, facilitatemque Iesu confugere deberent; dignitatem Centurionis proferunt, nec ipsa tamen, vnde obtendenda esset, scientes; dignum esse dicentes, nec quare dignus esset, prospicientes. Hæc ille. Nec mirū, cum enim isti Seniores modicæ fidei essent, & humana sapientes; ad argumenta inferiora se conuertūt. Quātus aut Christi diuinitatē non sint confessi, tū compulsi sunt, vt Centurionis petitioni, satisfacerent, confiteri diuina virtute ad miracula facienda pollere.

Iesus autem ibat cum illis.

COMMENTARIA.

CHristus non tam argumentis, ac precibus Seniorum motus, quam fidem admirandam Centurionis respiciens annuit petitioni, profectusq; est cum illis in domum Centurionis, & vt puerum morientem sanaret, & vt Centurioni occasionem fidei suę magnitudinem exercendi, & manifestandi in Iudæorum confusionem, & reprehensionem daret.

ANNOTATIO IX.

PRætermisit Lucas verbum, quod Matthęus refert, audita enim petitione Centurionis, quam Lucas per medios Seniores factam docet, Christus, respōdit ego veniā, & curabo eum, faciam quod petitis: petistis enim, vt venirem, & saluarem puerū Centurionis, vtrumque præstabo, veniam, & curabo, & cū hoc diceret, profectus est cum illis, vt narrat Lucas; sic enim ista connectenda sunt iuxta communem sententiam Augustini, qui tenet vnam esse vtramque historiam, Centurionemque Christo non accessisse per se ipsum, sed per seniores, aut amicos.

Et cum iam non longe esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens.

COMMENTARIA.

PRætermisit Euāgelista narrare, eum te Christo in Centurionis domum siue missos à Senioribus, aliquos præcurrisse, sis motos vt rem gratissimam Centurioni prænunciarent, siue ab ipso Centurione cōstitutos, vt ciuilissime de Christi responso intelligeret. hi ergo de aduentu Christi Centurionē ipsum certiorem fecerunt; quo audito, cū Christus iam non esset longe à domo, Centurio misit amicos, & familiares, qui illius aduentū prohiberent, imponens eis, vt verba sequentia eius nomine, dicerent: amicos autem hos ex Iudaris esse, sicut & Seniores credendum est: nam ipse non accedebat eo maxime, quia Gentilis erat.

Domine, Noli vexari.

COMMENTARIA.

NOli defatigari, noli hunc ad me veniendi laborem suscipere. illud (Domine) nomen est reuerentiæ, & honoris, quibus Centurio Christum prosequitur; ac fidei, qua Dominum omnium cōfitebatur; credebat enim eum esse Deum, vt paulo inferius dicetur, & eum, quem Deum verum esse non dubitabat mortalē, ac passibilem, & defatigabilem secundum carnem non ignorabat. Eximia profecto fides; nec enim passibilitas, & defatigatio illum à diuinitate credenda retrahebat, nec diuinitas credita à passibilitate agnoscenda remouebat.

ANNO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO X.

AMbrosius lib. 1. de fide cap. 1. vocem hanc (Dominus) aliquando potestatis, aliquādo magnificentiæ, & honoris esse dicit, qui enim super alios potestatem habet, dominū appellamus, quem etiam honorare volumus, dominū vocamus. in Deo hæc duo coniuncta sunt, Dominum enim, & propter potestatem, & propter honorem dicimus; at in hominibus hæc sæpe separata sunt, multos enim honoris causa solā dominos nuncupamus, quod Theodoretus orat. 10. in Daniel. probat Scriptura; nam Gen. 14. Rebecca seruum Abrahæ vocauit dominū. Bibe, inquit, domine. id etiam Ioā. 20. habetur, hortulano enim dictū est: Domine si tu sustulisti eum. Vt igitur proposito accommodemus hæc, aduertendum est, in Euangelio quosdam Christum Dominū appellasse, solius honoris causa, eos scilicet, qui diuinitatē eius non agnoscebāt, talis fuit Regulus ille Ioan. 4. Domine descende, inquit, priusquam moriatur filius meus. Ioan. 5. Paralyticus dixit: Domine hominem non habeo; quidam alij diuinitatem confitentes Dominum etiam potestate appellarunt. Ioan. 20. Dominus meus, & Deus meus. talis est hæc confessio. hic enim, vt paulo inferius dicemus, diuinitatē Christi agnouit, & confessus est.

ANNOTATIO XI.

Vexare quid significet.

VErbum Græcū σκύλλω, significat multa, nempe vexo, molesto, distraho, negotium facesso, & fatigo, seu defatigo, in qua significatione vsurpatum in præsenti existimo. Vulgatusque interpres vsus est verbo vexandi loco fatigandi. est autem Græce imperatiuus passiuæ vocis, ne vexeris, seu defatigeris. Habetur hoc idem verbum Græcum inferius Lucæ 8. Noli vexare illum, quod in eadem etiam potest intelligi significatione, nimirum, noli imponere illi hunc laborem, veniendi domum, vt sanet filiam tuam, quia mortua iam est, potest etiā aliter exponi, vt in eius interpretatione dicetur. In præsenti autem loco, de quo agimus, vsurpatum existimo pro verbo defatigandi. Christum autem itineribus fatigatum refert Ioan. cap. 4. Iesus, inquit, fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Vtrum est hoc loco adnotandum, licet idem sit verbum hoc cum illo Lucæ 8. Noli vexare illum; tamen non ex eodem principio procedit: illi enim ex incredulitate, quia non Christū posse puellam mortuam suscitare, dixerunt, noli vexare illum: Centurio vero ex fide perfecta, qua credidit Christum absentem etiam sanare posse dixit: Noli vexari, nec in domum meam venire, cum possis solo verbo, absque corporali aduentu, quod peto efficere.

Nō enim sum dignus, vt sub tectum meum intres.

COMMENTARIA.

CAusam, cur Christum in domum suā venire renueret Centurio, per amicos suos significauit: Non enim dignus sum, inquit, verbum hoc fidei, & humilitatis est. fidei quidem, quia latētem diuinitatis maiestatem in Christo agnoscebat; ideo enim Dominū appellauit, humilitatē, quia tantæ maiestati se ita submisit, vt præsentia eius indignum iudicaret, quasi diceret, cum sis Dominus verus omniū, non sum ego seruus tuus dignus te in domum recipere. Dumq; cum tanta fide, & humilitate præditus esset, se indignū censet, vt Christum domi recipiat, eo magis recipit mente, & ad sanitatem, quam efflagitabat obtinendam, se efficit digniorē; immo & citius obtinet, quam si corporalem præsentiam ipsam Christi requireret. nam statim puer eius sanatus est, celeriusque virtus peruolat, quam corporis presentia peruenisset, commendandæ etiā sunt fides, & humilitas in hoc, quod non serui indigni tatem opposuit, dicendo, seruus meus non est dignus, sed propriam, quia verè vtraq; maior erat is, qui venire prohibebatur, seque ac seruo eum superiorem confitebatur.

ANNOTATIO XII.

Centurionis verba à sanctis Patribus commendata.

QVæ in cōmentario diximus, Patrum sententiæ confirmant. Gregorius. n. Nazianz. in Apologetico, ad patrē suum, fidem, & humilitatem Centurionis hisce verbis commendat. Ita Euangelio Centurionem audio, Christi quidem potentiam requirētem, presentiam aūt de precantem, vtpote,

vtpote, cuius rectum angustius esset, quam vt diuinam magnitudinem ac dignitatem capere posset. Hæc ille. Hieronymus autem Matth. 8. vltra duas virtutes dictas, prudentiam etiam extollit, qua corporali præsentia, quę etiā incredulis communis erat, præstulit, quod intus latebat in Christo, hocque sibi plus profuturum, quam illud, agnouit. Verba Hieronymi sunt: Vidit Centurionis fidem, & humilitatem, & prudentiam. fidem in eo, quod credidit ex gentibus, paralyticum à Saluatore posse sanari; humilitatem, quod se iudicauit indignum, cuius rectum Dominus intraret: Prudentiam, quod intra corporis tegmen diuinitatem latentem videret: sciens nō id sibi profuturum, quod etiam ab incredulis videbatur, sed id, quod latebat intrinsecus. Hæc ille. Quod autem diximus in commentario, nempe dum se Centurio iudicat indignum corporali præsentia Christi, digniorem se fecisse ad obtinendam sanitatem, vt docet Ambros. serm. 89. vbi sic, inquit: Ait Centurio: Non sum dignus, vt intres sub tectum meum, ò fides Christiana, quę cum humilitate totum impetrare consueuisti? ecce religiosus Centurio ad accipiendam salutem fit dignior, dum se profitetur indignum, & dum ædes suas iniuriosas putat, magis eas honorificas fecit & gratas. Magnæ enim, & perfectæ fidei vir, qui intelligeret Christum cęlorum esse, dum verebatur, ne hospitij sui eum angusta non caperent, ergo contradicente Centurione non pergit ad domū. Dominus, nō pergit Dñs, sed pergit Domini medicina, non visitat ægrum Saluator, sed visitat sanitas Saluatoris. Hæc Ambrosius. Quod aūt diximus de receptione Christi in mente, tradit Aug. ser. 6. de verbo Domini sic scribens: Dicendo se indignum præstitit dignum, non in cuius parietes, sed in cuius cor Christus intraret. neq; hoc diceret, cū tanta fide, & humilitate, nisi iam illum, quem timebat intrare domum suam, corde gestaret: nam non erat magna felicitas, si Dominus intraret in parietes eius, & nō esset in pectore eius. Hæc & alia Augustinus. Notādum autem est hic, quam contrariam de se opinionem Centurio habuerit, ab ea quam Seniores prædicauerant; hi enim dignum beneficio affirmarunt, ille vero se cōfitetur indignū, maiorem enim de Christo fidem habebat Centurio, quam Iudæi. Præterea, quia de alijs præclaram aliquando opinionem habere, de se vero depresse sentire humilitas postulat, humilis. n. ea cōsiderat in se, quæ imperfectionis sunt, ceteri vero ea in illo cōtemplantur, quę eminēt, & laudabilia sunt.

Quare Zachęus gaudens recepit, Cēturio vero Xpi ingressū recusat.

Posset quispiam interrogare, qua ratione Zachęus Christum gaudens recepit, Centurio vero recusauit? Respondeo Christū ministerio Zachæi vti voluisse, nempe apud eum diuertere ad manducandū, idcirco Zachæus gaudens excepit, ne hospitem recusare videretur; at vero Centurioni obtulit aduentum suum, non vt sibi ministraret, sed eius gratia, vt puerū sanaret: propterea Centurio prohibuit, ne minus fidelis reputaretur, quasi non crederet aliter sanare Christū posse, nisi corporali presentia. commendatur igitur charitas in Zachæo Christum excipiente, qui Christi humanitati cibum ministrauit: & fides in Centurione contradicente, quia diuinitatis Christi potentiam confessus est.

ANNOTATIO XIII.

Qua ratione Ecclesia superiorem sententiā in Eucharistię distributione vsurpat.

DVbitatio occurrit: nam hisce verbis, probante Ecclesia, Sacerdotes in Missa, & fideles in Eucharistiæ Sacramento vtuntur, ante cōmunionem. n. dicunt: Domine non sum dignus, vt intres sub tectū meū. Posset aūt quispiā duo opponere. Vnū est, quia non videtur accōmodate dictum: nam Centurio hæc dicens Christū non recepit, at nos accipimus. Alterum est, quia nos dignos non esse fatemur, quomodo ergo eum recipimus? cum Paulus 1. Cor. 11. dixit: Qui manducauerit panē hunc, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini. & iterum: Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ad primum respōdeo, Ecclesiam his verbis vti in Sacramenti sumptione propter fidei confessionem, & humilitatis exhibitionem; fidei quidem, qua illum quem recipimus, eundem esse Christum Deum, & hominem confitemur, quem Centurio similib. verbis visibiliter veneratus est; humilitatis vero, quia quātum in nobis, & ex nobis est, tanto hospite dignos nō esse protestamur, gratia ipsius est, quod velit nobis accedere; & in his duobus Centurioni assimilamur. non est autem similitudo quereuda in causa, propter quam hæc dicta sunt. Centurio. n. ea de causa protulit, vt aduen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cū Christi in domum eius recusaret, cuius aduentus causa salus spiritualis ipsius non expectabatur: at vero nos proferimus, vt ad eum recipiendum disponamur, in cuius receptione salus spiritualis, animarū nostrarum posita est, panis enim est vitæ accipientibus eum, vt par est.

Duplex dignitas cōsiderari potest in suscipiēte Eucharistiam.

Ad secundum respondeo dignitatem esse dupliceм, vna est dignitas rei, altera est dignitas præparationis. dignitate rei nemo potest digne suscipere Christum, cum inferior sit quicumque homo etiam Sanctissimus ipso Christo, nos enim creatura, ipse creator est, dignitate vero præparationis potest homo digne eum suscipere, si ea faciat, quæ fieri ipsemet, qui suscipi voluit, mandauit, quod si quis ea non exhibet, indigne suscipit, & hoc est quod docet Paulus. non ergo qui non suscipit digne dignitate rei, indigne suscipit: sed is, qui præparatione, ac dispositione debita caret.

Propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus vt venirem ad te.

COMMENTARIA.

Eandē causam, exhibet excusans se, cur ipse non venerit, sed p alios roganerit. sensus est, quia ratione, et causa dignus non sum vt intres sub tectū meum, nēpe quia tu Dominus verus, & perfectus es, eadem etiam de causa me iudicaui indignum per memet ipsum venire ad te, nō quod derlignarer, quasi me plurimi facerem, sed quod tuam maiestatem sic veritus sim, vt te cum loqui, tuáque fruī præsentia me dignum non esse iudicarem.

ANNOTATIO XIIII.

Superiora verba magis declarantur.

PArticula (propter quod) Græce διὸ non potest referri ad precedentem, sic enim dicendum erat, propter quod etiam non veni ad te, quia non sum me dignum arbitratus, sed necessario referenda est ad illud idem, propter q̄ indignum se dixerat, vt sub eius tectum intraret. Hoc aūt est illud, quod illa voce expresserat, nempe (Domine noli vexari) nomine enim Domini diuinam maiestatem Christi indicauit, propter quam se confessus est indignum, vt Christus domum eius ingrederetur, & propter eandem etiam arbitratus est se indignum venire, et Christo p semetipsum accedere. Particula autem (&) loco (etiam) posita est, nempe non solum, vt Christus intraret domum eius, sed etiam vt ipse accederet Christo, indignum se iudicauit, verebatur enim Centurio, cū Gentilis esset, Christo accedere, quē ētii Deū credebat, carnem tū ex Iudæis assumpsisse, Iudæorumq; legem obseruasse, & cum illis cōuersatum esse nouerat: idcirco p Seniores, & per amicos ex Iudæis cum Christo egit. Notandus est in his sententijs Hebraismus; cum enim hæc omnia non p se ipsum, sed per alios locutus sit, nō verbo infinito vtūtur personæ missæ, sed eodem, quo Centurio locutus erat: non enim dicunt, non est Centurio arbitratus se dignū esse, vt sub eius tectum intres, nec etiam vt per se ipsum accederet: nam et homo est, & sub potestate constitutus, & dicit huic, vade &c. sed eodem modo, & in eadem persona loquuntur, sicut & ipse Centurio, cum tamen hæc omnia per amicos dicta esse certo sciamus; hoc effecit, vt apud Matthæum, qui nihil refert de ijs, qui missi sunt, sed verba sola Centurionis describit, appareat Centurionem per se ipsum hæc omnia locutum fuisse, quod re vera nō sic factū est Lucas explicuit, dum eadem omnino verba ab amicis dicta recenset.

Sed dic verbo, & sanabitur puer meus.

COMMENTARIA.

OPposita est hæc sententia illi (Noli vexari) reddita. n. à Cēturione causa cur aduentū Christi in domum recusaret, quia dignus non erat, prosequitur, q̄ petit. sensus est, noli, inquit, vexari, & fatigari aduentu in domum meam, quo dignus nō sum, sed dic verbo, & sanabitur puer meus. nō est tibi opus venire ad me, ideo recuso aduentū, quod dignus non sum, nō enim est necessarius, cū satis sit, si solo verbo iubeas: si quidē aliter sanare non posses, nisi venires, nō recusassē aduētū, necessitas. n. meā indignitatē excusasset; at eū sine aduentu, sed solo verbo id possis efficere, non est, cur te defatiges, vt in domum indigni hominis intres. Non, inquit, ora, depcare, supplica, sed dic, id est, iube, impera, quod Dei solius est; fidei singularis hoc est argumēntum. verbum,

bum, dic, deprecantis est, quasi diceret, deprecor, vt dicas, & iubeas.

ANNOTATIO XV.

Quo sensu Centurio dixerit, Christū solo verbo sanare posse.

BIfariam potuit Cēturio verbum Christi ad sanādum puerum requirere, vno modo quasi necessarium, sine quo sanare non posset. Hic autem modus fidei Centurionem non accommodatur, qui enim credebat Christum Deum esse, vt paulo inferius ostēdemus, vtiq; nouerat, nec aduētu, nec verbo indigere, sed sola voluntate sanare posse, non ergo verbum requisiuit, qua si sine aduentu, non tū sine exteriori verbo, puero sanitatem non valeret conferre. Altero modo potuit requirere verbum, nō quidem, vt necessarium, sed ad exprimendā facilitatem, qua poterat Christus sanare, ostenderetque non esse illi necessarium, vt in domū eius veniret, sed vim verbi eius solius esse tantā, vt eo solo sanaret absentes. Hic aūt modus verus est, & qui Centurionis fidei respondet. Cuiusmodi sunt exempla etiam in Scriptura Tob. 10. Dixit Raguel Tobiæ, Angelus Domini Sanctus sit in itinere vestro, perducatque vos incolumes, & 2. Machab. 11. Machabæus, & qui cū ipso erāt, rogabāt Deū, vt bonū Angelū mitteret ad salutē Israel. sic ēt in Ecclesia rogamus Deū, vt Angelos mittat in nostrū adiutoriū. Hæc oīa non sic peruntur, quasi Deus sine Angelis, nequeat saluare, sed vt explicemus modū vnū, quo Deus saluare potest. sic Cēturio verbū Christi requisiuit, quia potuit etiam verbo Christus saluare.

Cēturionis prudētia & modestia.

Commendanda est autem Centurionis prudentia, ac modestia: quamuis enim puerum suum ardentissime diligebat, & infirmitatis eius dolore valde premebatur, nihil ēn admisit, qd inhonestū, aut indecens iudicauit, idcirco nec Christo accessit p se ipsum, nec venientem ad se acceptauit, veritus, ne tanto munere esset indignus. Quod Chrysost. hom. 27. in Matth. recte notauit, sic scribens, Nec doloris magnitudo adeo animum eius confudit, vt tanta calamitate pressus non philosopharetur. Non enim salutem solum pueri respiciebat: sed etiam nequid ipse impie faceret, aut diceret, animaduertebat; & quamuis non ipse petierit, vt iret, sed Christus se obtulerit iturum, veritus tamen sic fuerat, ne videretur maiora, quam dignitas sua pateretur, accipere, ac rem grandem prorsus, ac suis viribus imparem subire. Hæc ille.

Cēturio credidit Christū Deū esse.

ANNOTATIO XVI.

INterrogabit quispiam, an hec sententia (dic verbo, & sanabitur puer meus) ostēdat Centurionem credidisse Christi diuinitatem. In primis hoc est in confesso apud omnes Patres antiquos, nēpe Cēturionem credidisse Christum; nō solum hominem, sed simul etiam Deum esse verum. ita affirmarunt Gregorius Nazianzenus in Apologet. ad patrem suum; Chrysost. hom. 7. in Matth. Hieronym. Matt. 8. & Augustinus ser. 6. de verbo Dom. idq; verba præsertim sequentia ipsius Centurionis, & verba etiā Christi fidem illius commēdantis comprobant, vt in eorum expositione declarabimus. Quod aūt ad dubitationem attinet, Chrysostomus loco citato ex his verbis Centurionem diuinam Christi maiestatem credidisse asserit, eo quod non dixerit, roga, supplica, aut pete, sed impera, & iube, quod solius est Dei. Hæc autem Chrysostomi sentētia vera est, declaratione tamen indiget. Aduertendum igitur est absolute loquendo non ex eo solo, quod quispiam verbo, & imperando miraculum faciat, inde consequi eum esse Deum: nā homo purus potestate à Deo tradita id facere potest, quia imperare non solius est Domini, sed etiam eius, qui à Domino habet potestatem. hoc satis aperte demonstratur Luc. 17. Si habueritis, inquit, fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis. At vero verbo imperandi tamquam Dominum & ex potestate propria miraculū facere, id argumentum est, eum, qui sic facit, esse Deum. talem autem Centurio confessus est Christū: petijt. n., vt cum Dñs esset, ex propria sua potestate imperio vteretur ad sanandum puerum. Hoc tribus signis præcipue indicauit. Primo verbo illo (Domine noli vexari) loquebatur enim ei, vt Domino, ideoq; se indignum iudicauit, vt eum in domum reciperet, aut vt ad illum per seipsum veniret, præ reuerētia illa, quæ nō exhibetur, nisi soli Deo. Secundo, quod maxime ad rem facit, quia quamuis possit purus homo potestate accepta verbo imperandi miraculum facere, non tamen à puro homine licet petere indifferenter, vt sic miraculum faciat, neque de eo affirmare, quod si iusserit, illud fiet: quia quamuis potestate accepta hoīes miracula effecerint,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non tamen situm erat in eorum voluntate, vt quoties voluissent, ea efficerent; hoc .n. Dei est solius. qui autem petit, & rogat alterum, vt imperet, & iubeat aliquod miraculum fieri, certusque est, si ille imperet, id futurum, confitetur habere potestatem pro voluntate sua, & consequenter eum esse Deum. Tertio, verba sequentia hoc ipsum probant: nam potestatem supremam in Christo confessus est, quod solius Dei est, vt in sequenti commentario explanabitur. vere igitur hæc sententia Centurionem diuinam Christi maiestatem credidisse indicat.

Nam & ego sum sub potestate constitutus, habens sub me milites; & dico huic, vade, & vadit; & alij, veni, & venit; & seruo meo, fac hoc, & facit.

COMMENTARIA.

PRobat Centurio, si solo verbo Christus iusserit, puerum suum sanitatem recepturum, esseque argumentum à minori, vt logici vocant, affirmatiue. sensus est: nam ego, qui homo sum, & sub potestate alterius constitutus, nempe Cæsaris, aut Tribuni, habeoque milites, verbo, & iussu solo apud subditos meos efficio, vt vnus abeat, alter veniat, & seruus hoc aut illud faciat, mihique obedientia præstatur ab ijs, qui sub me sunt. Multo profecto magis ac perfectius tu, qui Deus es, & nullius subiaces potestati, poteris iussu tuo in cunctis rebus, quod volueris, efficere. Si ergo dixeris puero meo, Surge, sanus esto, sanabitur; quia tuo subiacet dominio, & imperio, qui omnium es Dominus. Nam si milites meo verbo obediunt, quos nec feci, nec in eos plenam habeo potestatem, sed subalternatam, quanto plus tu quodcumque volueris præstabis, ac tibi obedient creaturæ tuæ, quas tu fecisti? particula (Nam et) posita est loco vnius, scilicet (etenim).

ANNOTATIO XVII.

Confirmatur AVctor imperfecti in Matth. hom. 22. sic interpretatur hãc sententiam, vt illa particula (&) posita sit loco (etiam) in hunc sensum: ego etiam sum sub potestate alterius, sicut tu, qui homo subditus es Patri, & tñ dico huic vade, & vadit, sic etiam tu verbo, & iussu tuo potes facere, quæ volueris. Verior tñ, & accommodatior sensus est, quẽ Chrysostomus hom. 27. in Matthæum, & quidem Theophylactus sequuntur, nimirum. si ego, qui sum sub potestate alterius, possum meo iussu, & verbo hæc facere ego meos subditos, tu qui sub nullius es potestate, cum Deus sis, multo plus efficies omnia iussu, & verbo tuo. Verba Chrysostomi sunt hæc: Ego homo sum sub potestate, hoc est, tu Deus; ego sub imperio, & ditione, tu sub nulli' potestate, si ergo ego, q̃ homo, & sub potestate aliena sum, tanta facile possim efficere, quid est, q̃ facere ipse non possis, qui Deus es, & sub aliena potestate non es? ipsa enim excellentia conatur ei persuadere: non enim exemplũ tamquam simile hoc dicit, sed multo excellentius. Quod si ego, qui similis sum quibus impero, & sub alterius potestate, tamen propter parvam excellentiam præfecturæ tantum possum nemine repugnante, sed quæ impero fiunt, etiam si diuersa sint iussa; quanto magis ipse ad finem perducere poteris, quæ misseris? Hæc ille. Quem sensum verba Græca facile indicant: nam particulæ illæ (Nam &) Vnius virtutem habent, dicitur .n. γὰρ, Latine (etenim) quod si est Vulgato interpretedicas, tũc particula (&) nõ facit similitudinem in eo, quod sub alterius est potestate, sed in hoc, quod verbo suo efficiat multa, vt sit sensus: nam etiam ego, qui sub potestate alterius sum, iussu meo quæ volo apud milites subditos facio: tu igitur qui sub nullius es potestate, poteris etiam verbo, & iussu, quæ volueris in cunctis rebus facere.

interpretatio commentaria tradita.

ANNOTATIO XVIII.

DVo examinanda in præcedenti sententia se offerũt. Vnum est, quæ sint ista, quibus Christus imperare poterat, quæque Centurio militibus sibi subiectis comparauit. ad quod Origenes hom. 5. in diuersos, & Hieronymus Matth. 8. respondent esse Angelos, per quos poterat Christus sanare, quique velut milites eius sunt, ipsius verbo, & imperio obedientes. quæ doctrina vera est, parum tamen accommodata; non enim

Quæ ea fuerint intelligenda de Centurionis imperatis, & quare ea fit vsus.

enim Christus in operibus mirandis quæ faciebat, Angelorũ ministerio vsus est, sed p̃ seipsum operabatur: nã diuinitas humanitati vnita per ipsam humanitatem, siue tactu, siue verbo, siue sola voluntate miracula edebat absque Angelorũ interuentu, vt ille homo, q̃ operabatur, Deus agnosceretur, Ioan. 10. Operibus credite, vt agnoscatis, & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre. Chrysostomus hom. 27. in Matthæum, accommodatius, & verius respondet, milites, ac ministros Christi esse mortem, vitam, sanitatem, infirmitatem, & cetera huiusmodi, quasi Centurio diceret, imperat morbo, ac paralysi pueri mei, & recedet, quia omnia hæc tibi subdita sunt. Panet huic sensui illud Lucæ 4. Imperauit febri, & dimisit eam. Nos in commentario generalius sententiam interpretati sumus, vt cuncta creata sint Christo subdita; quibus imperat, quæ vult, & fiunt iuxta illud Matthæi 8. qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei? Sic Lazaro mortuo iussit, vt surgeret, & surrexit; sic Paralytico, vt tolleret grabatum, & tulit: sic habenti manum aridam, vt eam extenderet, & extendit, sic surdo, vt aperiret aures, & apertæ sunt, sic igitur potuit iubere, vt puer sanaretur, & sanatus est, quia morbi, vita, mors, & cuncta eius obediunt verbo, immo quod plus est, quæ non sunt, sub eius sunt potestate, ipse enim dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt, & vocat ea, quæ non sunt tãquam ea, quæ sunt. Alterum quod examinandum occurrit, illud est, nempe cur Centurio tam multiplici vsus sit exemplo, nempe huic vade, & vadit, & alij veni, & venit; seruo fac hoc, & facit? Respondeo, Duab. de causis id factum, vna est, vt significaret Christi prouidentiã, ac prudentem dispensationem, qui varijs vtitur causis ad effectus diuersos, nec vnr omnia, sed singulis pro ipsorum ratione singula imponit. Altera est, vt per hæc magis exprimeret potestatis amplitudinem, & voluntatis propriæ libertatem: quæ enim volebat, prout volebat, verbo efficiebat, sicq; confitebatur Christi diuinam gubernationem, & amplissimam potestatem, & liberrimam voluntatem, vt in cunctis faceret rationabiliter, prout vellet, quæ omnia Deo spi conueniunt.

Quo audito IESVS miratus est.

COMMENTARIA.

AVditis Centurionis verbis, fidei eius magnitudinem testantibus, Christus miratus est Gẽtilis fidem, vtpote raram & insignẽ, qualem, ac quantam in Israel, id est, inter Iudæos non erat expertus. Miratus autem dicitur, vt homo, quamuis autem scientia infusa, & beata, iam antequam loqueretur Centurio, fidem eius in corde latentem inspexerat, tamen eius fidei manifestationem nondum expertus erat, donec ipsius verba per amicos prolata auribus corporeis percepit. Cætera in Annotatione require.

ANNOTATIO XIX.

CVm admiratio ex raris, ac inopinatis, quorum causas ignoramus, procedat, dubium est, qua ratione Christus, qui non solum fidem Centurionis prius nouerat, sed etiã in eo effecerat, admirari dictus sit. Augustinus Epist. 101. ad Enodium, admirationem dupliciter effici affirmat, aliquãdo quidem cum ratio, & causa rei latet, ac ignoratur; aliquando vero, quando res visata non est, qd̃ singularis, aut rara sit, respondet ergo Christum admiratum fuisse Centurionis fidem, non quod causa, & ratio ipsum latuisset, sed q̃a in populo Israel par fides non apparuisset. Ex quibus concludit, hanc admirationem Christi laudem quandam fuisse, qua Centurionis fidem commendauit. At vero idem August. lib. contra Aduersarium legis c. 7. hanc admirationem à laude distinguit, inquit enim sic: IESVS, qui omnia præsciebat, quod mirandum alijs commendabat, mirando laudabat. Hæc ille. Si igitur mirando laudabat, admiratio nõ erat laus, sed laudi cõiuncta. Idem etiam Augustinus lib. de Genesi contra Manichæos, cap. 8. Christũ motum admirationis habuisse dicit sine animi perturbatione, eumque, vt mirandam esse Centurionis fidem significaret. Verba eius ster, nobis mirandum esse significat, quibus opus est adhuc sic moueri: omnes ergo tales motus eius non perturbati animi sunt signa, sed docentis Magistri. Hæc ille. Distinguit igit admirationẽ à laude. Huic

Quare ne Ipse fuerit admiratus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

posteriori sententiæ adhærendum existimo, Christum nempe miratum esse fidem Centurionis, non quod eum ante latuerit, nec tantum quod rara, & insignis esset, sed etiam, quod talem non erat expertus. quàuis enim Christus vt homo scientia infusa, & beata nouerit omnia, nec in eis scientijs profecerit, augmentumve receperit, habuit tamen experimentalem scientiam, qua quę prius sciebat, de nouo experiebatur, & in hac, vt diximus, cap. 2. proficiebat, & ex hac admiratio processit, vt docte notauit S. Thomas 3. p. q. 15. idque in Commentario secuti sumus, consonatq; verbis Euangelistæ dicentis (quo autem mirabilis est) quasi ex cognitione, quæ à sentibus proficiscebatur, admiratio hæc prouenerit. Diximus plura de admiratione supra in c. 2. Annot. 50.

Et conuersus, sequentibus se turbis dixit.

COMMENTARIA.

CHristus sequentibus turbis, miraculum videre cupientibus, domum Centurionis proficiscebatur, quando amici Centurionis ab eo missi ante faciem ei occurrerunt, ac illius nomine nuntiarunt ea, quæ supra interpretati sumus; idcirco eorum auditis verbis, Centurionis fidem testantibus conuersus dicitur ad turbas, vt ipsis loqueretur. Vultum enim corporis, quem versus Centurionis amicos sibi obuiantes habebat, ad turbas, quæ post se erant, vt eas alloqueretur, conuertit. Nõ enim prætermittebat occasionem vllam, qua eas ad fidem, eiusque agnitionem, in qua illarũ salus spiritualis posita erat, attraheret.

Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni.

COMMENTARIA.

NOn inter gentes solum, ad quas nec inter Iudæos ipsos tantam erga se fidẽ inuenisse Christus testatur, quantam in Centurione experiebatur. Quę verba, & Centurionis insigne encomium, & Iudæorum non credentium acris reprehensio, ac exprobratio, turbarum autem sequẽtium ad eandem fidem vehemens exhortatio, sunt. Assertionem autem hanc, vtpote arduam et creditu difficilẽ asseuerans, ait: Amen dico vobis. Cum vero tam magnam fidem se non inuenisse in Israel dicit, non de Patriarchis, ac præcedentibus Patribus loquitur, sed de præsentibus Iudæis, & quidem non de omnibus, sed de ijs, quos prædicatione, ac miraculis ad fidem sibi præstandam alliciebat, in quibus tantam fidem non inuenit, qui ei credere magis, quam Gentilis Centuria tenebantur.

ANNOTATIO XX.

QVod ad literam spectat, Ambrosius duas affert lectiones, vna est, in nullo tantam inueni fidem in Israel, & huius simplicem, & facilem intellectum esse asserit. Altera est, nec in Israel tantam inueni fidem, hancq; Eũ Græcos esse dicit, iuxta illud affirmat Centuriones fidem præponi electionibus, & videntib. Deũ, id est, fidelibus antelegi. Habet autem hæc lectio aliud, nempe dum dicitur, nec in Israel inuenisse, significat etiam in gentibus non fuisse inuentam, quasi diceret, non inueni tantam fidem, non solũ in gentibus, sed nec etiam, quod magis est, in ipso Israel, populo fideli, & Dei religionem profitenti, & ad quem missus est Christus prædicare, & Euangelizare. Hãc sententiã insequentib. nrib. Annotationibus expositam inuenies. In ea autem illud est notandum, quod recte aduertit Chrysost. hom. 27. in Matth. scilicet, Christum se Deum esse significasse, eo ipso, quo confessionẽ Centurionis, qua eius diuinitatẽ professus est, non solum refutauit, sed acceptauit, ac magnificauit.

Diuersa lectionis huius species Ambrosio notata.

ANNOTATIO XXI.

NOnnulla, p̃ sẽtẽę huius intelligẽtia, examinare, & explicare oportet, quonam primum est, quanti fuerit Centurionis fides, vt enim Augustin. serm. 74. de tempore interpretatur, idem est dicere, Non inueni tantam fidem, ac non inueni eam magnam fidem. Aduertendum igitur est, fidem magnam, aut paruam quatuor modis dici posse. primo quidem ex parte eorum, quæ credũtur, qui enim plura credit, quam alter, maiorem fidem, quam ille habere dicitur,

Quæ ratione dicatur magna fuisse fides Centurionis.

etur, 2. Cor. 8. Abundatis fide, sermone, & scientia 2. Thessalo. 1. Supercrescit fides vestra, & abundat charitas vnius cuiusque vestrum inuicem.

Altero modo ex parte difficultatis eorũ, quæ creduntur, qui enim difficiliora credita, ac quæ magis rationem, humanumq; caput superant, credit, is magiorem fidem habet. exempla multa huius rei in Scriptura sunt. Matth. 8. Discipuli suscitarũt Christum, dicentes: salua nos perimus. quibus dictum est: quid timidi estis modicæ fidei? Modica fides dicitur, quia crediderunt vigilantem potuisse saluare eos: maior autem esset fides si crederent, etiam dormientem, quod difficilius creditu erat. Præterea Luc. 8. Serui Archisynagogi dixerunt: Noli vexare magistrum, mortua est puella, hi crediderũt Christũ posse sanare infirmam, sed nõ suscitare mortuam, quod difficilius erat, quod etiam accidit Regulo Ioan. 4. Descende priusquam moriatur filius meus. Qui ergo faciliora credit minoris fidei; qui vero difficiliora, maioris est.

Tertio modo ex parte signorum, & argumentorum credendi, fides enim contrario se habet modo ac scientia; hæc. n. quanto fortioribus, ac pluribus demonstrationibus nititur, maior ac perfectior est, at vero fides aliter se habet, quanto enim minus argumentis, ac signis nititur, minusque probationibus vtitur, ac magis auctoritate dicentis fundatur, tanto maior est; sunt enim signa, argumenta, & probationes, velut pignus in mutuo, quanto enim qui mutuat, plura pignora petit tanto minorem fidem habet mutuatario, exempla huius rei sunt Ioan. 4. Nisi signa, & prodigia videritis, nõ creditis, arguebat enim Christus modicam fidem Iudæam, quæ postulabat signa, & prodigia, nec aliter illi credere volebant, & Ioan. 10. Si mihi non creditis, operibus credite, ac si diceret, si non adhibetis fidem dictis meis propter meam auctoritatem, q̃ magnæ fidei est, adhibete propter opera, quod minoris est fidei.

Quarto, ex parte firmitatis, ac constantiæ in credẽdo, qui enim tentatus persecutione, contradictione, aliisque modis, vt à credendo se auertat, adhuc in fide perseuerat, magnæ fidei dicitur, sic Matth. 15. dictum est: O mulier magna est fides tua repulsam. n. toties passa, vnde potuisset occasionẽ accipere nõ credendi, cõstãs in fide permãsit, qui verò credit, & tentatione accedente recedit, modicam habuisse fidem conuincitur. tales erant illi, de quibus dicitur Luc. 8. ad tempus credunt, & tempore tentationis recedunt. Hos appellat Paulus Rom. 14. infirmos in fide.

Si igitur hæc omnia Centurioni accommodamus, profecto fidem eius omnib. hisce modis magnam fuisse comperiemus. In primis multa credidit, quę ex Iudeis multi non crediderãt, credidit namq. Christum sanare potuisse puerum paralyticum, animã agentem, non vt alle Mar. 9. qui de filio à dæmone vexato, dubius dixit: Si quid potes, adiuua nos. Credidit rursus Christum verbo solo sanare posse, non vt ille Archisynagogus Matth. 9. qui dixit: Impone manum super illam. Credidit præterea absentem sanare posse, non vt alle Ioan. 4. qui rogant Christum, vt descenderet, priusquã moreretur filius eius, & Ioan. 11. Domine, si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. Postremo credidit Christum non solum hominem, sed Deum, sub cuius imperio, & potestate cuncta erant posita, qui vitæ, & morti imperare posset; non vt illi, qui Ioan. 5. dixerant Christo: Homo cum tu sis, facis te ipsum Deũ. Constat igitur magnam fuisse Centurionis fidem, quia multa credidit de Christo. Notat autem Hieronymus lib. aduersus Luciferianos, Centurionem Trinitatis nondum tunc fidem habuisse, quod probabile est: diuinitatẽ tamen veram Christi credidisse, nõ dubium est, vt ex sacris doctoribus, & ex ipsius Euangelij verbis paulo ante ostendimus. Fuit etiam Centurionis fides magna ex parte credendorum difficultatis, quod ex ijs, q̃ iam dicta sunt, satis est manifestum, difficile enim creditu erat verbo sanare posse, & quidem absentem, at multo difficilius fuit illum, quem foris hominem similẽ cęteris agnouerat, in passibili, ac mortali carne existentem esse verum Deum, omnipotentem, ac omnium Dominum. Hoc certe maximum fuit. Fuit etiam eadem fides magna, quia minus signis, ac probationibus nitebatur; nec. n. lectioni Scripturarum, nec legis, ac Prophetarum studio, vtpote gentilis, & miles, incubuerat, nec Christum nisi ex fama nouerat, nec multa illius miracula audierat: Christus enim tũc temporis, vt notauit Chrysostomus in imperfecto

Universidad de Deusto
Biblioteca

hom.22. nondũ multa ediderat, & tamen admirãda de Christo credidit, vt re vera in hoc fides eius magna, & insignis sit ostenda. Demum fides Centurionis magna fuit constantia, & firmitate, vt enim docte advertit Orig. hom.5. in diuersos locos, Christus tentauit Centurionis fidẽi nam obtulit se venire in domũ eius, vt sanaret puerũ, quasi absente sanare nõ posset. at Centurio firmus in fide permanẽs non dubitauit eũ, & absenti sanitatem posse conferre, qd factũ est, vt Centurionis fidem exerceret, & eam alijs in Iudæorum opprobrium manifestaret. sic Abrahæ fidẽ tentauit Deus, cum ei filiũ, in quo promissa erat hæreditas, occidere iussit, at ille in fide confortatus est, vt dicitur Rom.4. Sic etiã Matt.15. tentauit Cananæam remouendo filiam eius sanare, sic Luc.18. tentauit cęcum differendo eum audire. Nouerat enim cordium scrutator, quorum fides tentatione exercenda, & promouenda erat, ac in aliorum exemplum manifestanda. Hinc est, vt supra dixi mus, quod Regulo petenti, vt in domum eius veniret, negauit aduentum, non enim ille credebat potuisse Christum absentem sanare, vnde fidem illius negato aduentu promouit. sic enim credidit aduentum non esse Christo necessarium, ad sanandos absentes. Ecce quibus modis Centurionis fides magna fides fierit. Accesserunt autem fidei denario, humilitas, charitas in seruũ, prudentia, multæque alię virtutes, quæ fidem magnã ornarunt, ac Deo gratissimã effecerunt, vt & Deo placeret, & à Christo sanitatem puero suo impetraret.

ANNOTATIO XXII.

Quarũne fides Cẽturionis cæterorũ Israelitarũ fidei prælata sit.

Secundo loco in eadẽ sententia occurrit aliud etiam expẽdendum, nempe quomodo verum sit, Christum non inuenisse tantam fidem in Israel; si enim hoc esset, profectò videretur Cẽturio Apostolis, Discipulisq; Domini in fide præferendus. In primis notandum est, quod Tertull. lib.4. contra Marcion. docte contra illum hæreticum ponderauit, nempe non est dictum, tantam fidem non fuisse, sed se non inuenisse in Israel, quod verbũ indicat ac profitetur fidẽ etiam Israel ad Christũ pertinuisse, eumq; & Euangelij, & legis auctorẽ extitisse, ideo enim non inuenisse dr, quasi eius esset inquirere, ac postulare fidẽ à Iudæis, quasi à suis, ipse Deus erat, & ei prius legem, ac Prophetas dederat, eorum fidem postea aduentu requisiturus. Ex eodẽ verbo constat, q; Origen. hom.5. in diuersos, & Hieron. Matth.8. adnotarunt. nẽpe non cõferri Centuriõne Patriarchis illis, aduentum Christi præcedentibus, addit Origenes, nec illis, qui ex Iudæis postea erãt credituri, sed ijs, quibus Christus aduenies prædicauit. hoc, inquã, verbũ illud (inueni) significat, Christus.n. aduenies Iudæos ad fidem sibi præstandã excitauit, ac exhortatus est, quasi quærens eorũ fidem. Idem etiam verbũ ostendit de Israel præsente loqui, quem prædicatione, & miraculis ad fidẽ alliciebat; vnde in hac collatione sermo non est de beata Virgine, quæ prius credidit, non tñ qñ ille prædicauit, sed etiam antequã conceperit eum in ventre, licet postea in fide profecerit: nec etiã de Ioanne Baptista, qui fidem non ex Christi prædicatione habuit.

His suppositis, difficultas est, qua ratione Centurionis fides præferatur cæteris fidelibus, qui verbo, aut miraculis Christi ad eius fidẽ peruenerãt. in hac parte Doctores varia dicunt. Primo loco Hilarius in Matt. can.9. & Hieronymus Matth.8. cõparationem figuralẽ interpretantur, nimirũ vt in Centurione fides futura tunc Gentil figuretur, quã constat multo maiorem esse, quam Iudæorum, quorũ maxima pars incredulã perseuerat. Hæc tamen interpretatio non videtur satis accõmodata: nã illam fidem dicit se nõ inuenisse in Israel; quam prius admiratus erat: constat aũt Christum admirari esse fidem Centurionis particulare, quo, inquit, audito, id est, auditis verbis Centurionis singulare fidem testantibus, miratus est, & dixit: Non inueni tantã fidem in Israel. Præterea, quia in Iudæorum opprobrium, & confusionem, vt cõfusi resipiscerent, hæc verba protulit Christus, qd fieri non poterat, niti de præsenti fide Centurionis intelligerer. hæc enim turbis, quibuscum loquebatur, erat manifesta.

Secundo igitur loco Origenes hom.5. in diuersos, fidẽ Centurionis ꝓponi affirmat fidei Israel, illamq; maiorẽ esse dicit, quia credidit Christum Dñm, & omnipotẽtem Deum, qualem, ac quãtum Iudæorum populus non est confessus. Verba Origenes sunt hæc: Nec in Israel tantam fidem inueni, sicut in gentibus barbaris, atque alienigenis. Genres filium Dei me inuocãt omnipotẽtem, vnigenitum confitentur, Dñm asserunt, diligunt, & sicut bene omnia dispensantem adorant, & Israel me non cognouit, & Populus hic me non intellexit, ideoq; me Beelzebub, & Samaritanum appellant, & peccatorem existimant. Iairus in Israel Princeps pro filia sua me petens, non dicit, die verbo, sed: Veni velocitet antequam moriatur filia mea: Nicodemus Doctor in Israel de fidei Sacramento audiens, ait: quomodo potest hoc fieri? Maria, & Martha me nimiã diligentes dicunt, Domine, si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus, tamquã dubitantes, quod vbique velox nõ posset esse mei potentia, propterea non inueni tantam fidem in Israel, sicut in isto alienigena. Hæc Origen.

Tertio loco Chrysostomus hom.27. in Matt. hunc fidei excessum non ex parte eorum, quæ creduntur, quasi melius, ac maius de Christo senserit Centurio, quam omnes ex Israel, sed proportionaliter, & respectu personę, interpretatur: nã leprosum censet maius de Christo sensisse, quam Centurionem, cum ille (si vis) hic (die verbo) pronunciauerit, at maius fuit Gentili hoc credere, quã illud Iudæo, possumus exemplo Scripturæ hoc explicare, ac comprobare Mar.12. vbi vidua illa duo minuta offerẽs dicta est plus ofb. obtulisse, cũ cæteri maiorẽ obtulerint summã: quia, inquit, oẽs miserunt in gazophylacium ex eo, qd abundabat illis: hęc vero ex penuria sua ofa, quę habuit, misit: sic Centurionis fides ꝓponitur, non quod plura, ac maiora crediderit de Christo, q̃ omnes de Israel, sed q̃ plus fuit illi Gentili, & in Scripturis sacris, & in vera religione nõ educato credere, quæ credidit, quã Iudæis omnibus, etiam si melius quidam de Christo senserint, ac crediderint.

Quarto loco Auctor imperfecti in Matt. fuit idem Chrysostomus, vt quidam existimant, hom.22. recitatæ præcedenti expositioni alterã adhibet, nempe maiorẽ fidem Centurionis fuisse, quã fuit tunc etiã Apostolorũ, ac Discipulorum fides, non qd maiora, ac plura crediderit, sed quod maioribus argumentis, ac motiuis, quam illi, quod, vt diximus Annotatione prędicẽti, causa vna est inter alias, vt fides magna, vel maior dicatur. Verba eius sunt: Credidit Andreas, sed præsignante sibi Ioanne, ac dicente: Ecce Agnus Dei, ecce q̃ tollit peccata mundi; credidit autem & Petrus, sed Euangelizante sibi de illo Andrea: Inuenimus Messiã,

credidit & Philippus, sed legendo Scripturas, sicut ipse ad Nathanael dixit: quẽ scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, inuenimus Iesvm à Nazareth. Ipse quoq; Nathanael, nisi audisset à Christo, cum esset sub arbore fici, vidi te, nũquam respondisset: Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Israel: prius signum diuinitatis accepit, & sic confessionẽ fidei obtulit: aut si nõ sumus aussi fideliorem illũ putare, quã Apostolos, ita te vnumquodq; bonum hominẽ secundũ quãlitate personæ illius laudatur: puta si rusticus aliquod verbũ sapiẽter loquatur, Philosophus multo amplius sapiẽter, in modico sermone sapientiæ rusticus plus laudatur, q̃ in magno Philosophus. Hęc, & alia dicit.

Quinto loco August. ser.74. de tempore ad humilitatem refert hanc comparationem, sic.n. interpretatur: non inueni tantã fidem, id est, tãtam cum fide humilitatem. Rursus non inueni, inquit, tantum, tantam, quid est tam magnam. Vnde magnam de minimo, id est, de humilitate grandẽ. Hæc ille. Hoc tamẽ non facile accommodatur; collatio enim non in humilitate, sed in fide facta est: quod etiam Augustinus in alijs locis docuit. Hæc sunt, quæ Doctores sentiunt in explicanda præcedenti sententia.

Sententia Auctoris.

Mihi autem dicendũ videtur Centurionem ꝓponi omnib. qui erant ex Israel, ad quos Christus est missus prædicare, eosq; sua prædicatione, ac operibus ad fidem sui attrahere, etiã Apostolis ac Discipulis. sicq; generaliter interpretantur sententiam hãc Ambros. in præsenti, & August. serm.6. de verbo Dom. non tamen eodem modo excessus hic accipiendus est. quosdam enim superauit Centurio ex parte eorũ, quæ credidit, maiora enim, ac excellentiora sensit de Christo, quam plurimi Iudæorum, vt ex exemplis positis constat: quosdam vero ex parte argumentorum, & motiuorum ad credẽdum: etiamsi enim quidam eadem de Christo crediderãt, tamen maioribus attracti probationibus. Demum etiam omnes eos excelluit proportione, quia cũ Gentilis esset, tam mira credidit de Christo: nõ igitur mirum est, si Apostolis præfatus est, tam nam eo tempore non omnes forsan diuinitatem Christi nouerant, sicut Centurio, quod si nouerunt, adhuc laudabilior est Centurionis fides in hoc, qd Gentilis erat, & minora argumenta habuerat credendi.

ANNO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO XXIII.

Nũ Centurio fide superuenerit leprosũ, de quo Cap. 5. actũ est.

TErtio in eadem sententia vnum aliud inquirendum est, an maior fuerit fides Centurionis ex parte credendorum, quam leprosi illius, de quo supra diximus c.5. & habetur Matt.8. dico ex parte credendorum, nam ex parte subiecti superatus est à Centurione, ille enim Iudæus erat, hic vero Gentilis, ideirco etiam si minus iste crederet, laudabilior esset illo. Hoc proponimus propter Chrys. qui hom.27. in Matt. vt in Annotatione præcedẽti meminimus, asserit leprosum maius quid de Christo sensisse, quam Centurionem; ille enim dixit: Si vis, potes me mundare; hic vero, dic verbo: maioris est autem potentiæ sola voluntate sanare, quam etiam verbo adiuncto. At vero non videtur hoc probandum: nã Centurio non sic putat Christum verbo sanare, quasi nõ posset etiam sola voluntate, vt supra nos animus, sed vt exprimeret, imperiũ Christi super omnia, quibus quæcũq; vellet imperare posse: & imperio cuncta effiecere. Vnde sicut non dicimus Christum non ostendisse se Deum, quando verbo suscitauit Lazarum, ac filiam Archisynagogi, aliaq; miracula multa fecit, quia verbo non vtebatur, quasi necessario instrumento, sed ad exprimendam virtutem, & potestatem suam; ita nec debemus existimare Centurionem minus de Christo sensisse, quia petijt, vt verbo sanaret seruum. Adde leprosum non sic petisse voluntate Christi sanari, quasi ea sola sanitatem sibi conferri voluisset, sed hoc tantum confessus est, in voluntate Christi positum id esse, siue verbo, siue tactu, siue quouis modo sanaret: vnde quando verbo illo (mundare) sanatus est, non ideo minus de Christo credidit, quia Christus verbo vsus est: ita nunc de Centurione dicimus, quod facile indicant verba. Confessionis eius admirandæ, quibus confessus est Christum sub nullius potestate esse, omniumque Dominum, ac dispensare posse omnia pro arbitrio; non ergo minus de Christo sensit Centurio, quam leprosus; immo in hoc superior, ac laudabilior, vt idem Chrysostomus asserit, quod gentilis erat, & in religione, ac fide Dei non educatus, & tamen de Christo non minus, quam ille confessus est.

Et reuersi, qui missi fuerant domum, inuenerunt seruum, qui languerat, sanum.

COMMENTARIA.

FIde Centurionis commendata puerum eius statim, verbo, vti ille petierat, sanauit: Vade, inquit, & sicut credidisti, fiat tibi. quo significauit Centurionis fidem suo puero impetrasse à Christo sanitatem; vt enim docte notat Ambrosius, potest meritum domini ẽt famulis suffragari, non solum fidei merito, sed etiam studio disciplinę.

ANNOTATIO XIIII.

Matthæus nonnulla in hac Centurionis historia refert & Lucas prætermisit

MAtthæus nõnulla narrat, quæ Lucas prætermisit, Dominus enim post commendationem illam (Nec in Israel tantam fidem inueni) adiecit prophetiam vocationis, & electionis gentium, ac populi Iudaici reprobationem: Multi, inquit, venient ab Oriente, & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum; filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Post hæc dixit Centurioni: Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Ꝙ verbum significare videtur, Centurionem etiam per se ad Christum venisse, vt supra ex quorundam sententia retulimus. At vero ex Luca discimus, verbum hoc non ipsimet Centurioni, sed per amicos dictum esse, nam per eosdem dictum legimus: Non sum dignus, vt intres sub tectum meum, propter quod non sum meipsum dignum arbitratus, vt venirem ad te, quæ verba videntur ab ipso Centurione per se dicta, & tamẽ per amicos pronunciata Lucas refert; est enim phrasis Hebræa, illa eadem verba referri à nunciis, quæ pronunciatur ab eo, qui misit, sic etiam nunc dictum est: Vade, & sicut credidisti fiat tibi; hæc enim Christus dixit per eosdẽ amicos, qui missi erant, quasi dictum esset, referte Centurioni, me dicere illi, vade, & sicut credidisti fiat tibi. Obijciet quispiã, cur dicit (vade) quo enim iturus erat Centurio? Respondeo illum à domo egressum fuisse, vt amicos conuocaret, & ad Christum mitteret, quos destinato quodam loco expectasse existimandum est, ideirco Christus dicit, vade, id est, reuertere in domũ, & sanum inuenies puerum.

Sicut

sicut credidisti. Nec Christus distulit sanitatem, nam hoc prolato sanum effectum fuisse puerum Matthæus ostendit; cũ enim retulisse verba Christi, sicut credidisti fiat tibi, adiunxit, & sanatus est puer ex illa hora. reuersi igitur Centurio à via, & amici ab ipso Christo, & domum proficientes inuenerunt puerum tam sanum, atque hęc est connexio historiæ huius Lucę cũ Matthęo.

Et factum est deinceps, ibat IESVS in ciuitatem, quæ vocatur Naim.

COMMENTARIA.

POst miraculum pueri Cẽturionis, in Capharnaum facti, proficiscitur Dominus in ciuitatem non longe distantem, quæ Naim appellabatur, non casu, sed consilio, vt ibi mortuum adolescentem suscitet, sicq; incredulorum ora obturet, qui negare possent Centurionis puerum animam agere, moriturumque esse, nisi à Christo sanaretur, vt cum mortuum ad vitam reuocatum viderent, facile crederẽt etiam puerum animam agentem sanari potuisse, quo facto credentium fides confirmabatur. Circuibat enim Dominus ciuitates, & loca, vt prædicaret, mentesq; hominum sermone, & operibus miris ad sui fidem, in qua salus posita erat, attraheret, ideirco ab vno in alterum locum progrediebatur. Notat autem Euangelista ciuitatem, vt historiæ fidem faciat.

ANNOTATIO XXV.

MIraculum hoc factum esse post sanitatem collatam puero Centurionis, indicat aduerbium illud (deinceps) & in quibusdam Græcis exemplaribus legitur ἑξῆς, id est, in sequenti subintelligitur ἡμέρᾳ, hoc est die. At vulgatus legit ἐν τῷ καθεξῆς, id est, sequenti tempore, vel postea, vel deinceps. Solus Lucas miraculi huius meminit. Est autem Naim ciuitas Galilææ non longè à Capharnaum, refertque Hieronymus lib. de locis Hebraicis in Epitaphio Paulæ ad Eustochium, duobus milliaribus à monte Thabor distasse contra Meridiem, ad radicem montis Hermon, suoq; sæculo adhuc perstitisse. Quę autem in commentario diximus, sumpta partim sunt ex Tito Bostreno, qui verba proposita interpretans sic ait: Factum est hoc non casu, sed summo iudicio, summaq; sapientia, ne videlicet nonnulli quandoque in medium prodirent, qui dicerent Centurionis seruũ omnino moriturum non fuisse, & quamuis Euangelista oppositum scribat, dicere tamen poterant, magis illum spectasse ad gratiam, quam ad veri narrationem. Christus itaque infrænem, petulantemque illorum linguam compescere instituens, defuncto, qui iam esse putabatur, obuiã prodijt, adolescentemque excitauit. Hæc ille.

Et ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa.

COMMENTARIA.

COmitabãtur Discipuli, qui illi continuo adhęrebant; multa etiam sequebatur turba, quæ partim, vt doctrinam eius audiret, partim, vt mira opera, quę per eum frequentissime efficiebantur, videret, post eum ibat. Lucæ 18. Cum audiret turbam prætereuntem Luc. 19. Non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.

ANNOTATIO XXVI.

GRæcè discipuli multi ἱκανοί, id est, sufficientes, seu multi, quo significat Euangelista non solos Apostolos, sed ex discipulis cæteris multos tunc adfuisse; tanti.n. miraculi multos oportebat testes esse: eaq; de causa id etiam Euangelista notauit.

Cum autem appropinquaret portę ciuitatis.

COMMENTARIA.

CHristus eorũ, quæ facturus erat, quæque futura erant, præscius, opportune accessit loco, in quo miraculum operari decreuerat; erat enim prope Ciuitatis portam; nondum tamen ingressus erat, quando mortuus factus est ei obuius; apud Iudæos enim mortui non in ciuitatibus, sed in agris, aut montibus sepeliebantur, vt ex multis scripturæ testimonijs constat.

Ecce

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecce defunctus efferebatur.

COMMENTARIA.

INdicium manifestum mortis erat, quod ad sepeliendum efferebatur, hoc enim expectauit Christus, vt cum vnus appareret, miraculi veritatem, ac magnitudinẽ nemo negare posset. particula (Ecce) temporis vnitatem, ac loci propinquitatem signat, quasi dictum esset, Christo ad portam appropinquante, vt ingrederetur, tunc defunctus prope eadem porta aderat, vt è ciuitate expoꝛtaretur.

ANNOTATIO XXVII.

Quid tres mortui à Christo fuscitati mysticè significent.

AVgustinus serm. 44. de verb. Dom. ait, quamuis Christus multos fuscitauerit mortuos, trium tamen in Euangelio mentionem esse factam, nempe filiæ Archisynagogi, Matth. 8. adolescentis cuius nunc historia narratur, & Lazari Ioan. 11. Primus domi, secundus extra domum, tertius in sepulchro, ad vitam reuocantur, qd quidem significat tria mortuorum spiritualiter genera, qui suscitantur à Christo; quidam enim solo consensu cordis peccant & spiritualiter moriuntur; quidam etiam opere; quidam demũ malis operis repetita consuetudine, quorum nemini salutis aditus negatur, sed per pœnitentiam Christi virtute, & gratia resurgunt. Hocidem lib. 1. serm. Dom. in monte cap. 23. confirmat, vbi sic scribit; Sicut tribus gradibus ad peccatum peruenitur, Suggestione, delectatione, consensione; ita ipsius peccati tres sunt differentiæ, in corde, in facto, & consuetudine, tanquam tres mortes, vna quasi in domo, id est, cum in corde consentitur libidini; altera iam prolata, quasi extra portã, cum in factũ procedit assensio; tertia cum vi consuetudinis malæ, tamquam mole terrena premitur animus, quasi in sepulchro iam putens. Quæ tria genera mortuorum Dominum resuscitasse, quisquis euangelium legit, agnoscit. Hæc ille.

Filius vnicus matris suæ.

COMMENTARIA.

CIrcumstantias defuncti Euangelista describit, vt causas ob quas Dominus misericordia commotus dicatur, explicet: filius erat vnicus matris suæ. tria hic notantur, primo, quod filius erat, non filia; solent enim filij chariores esse, quam fœminæ, vnde eorum mors parentibus est acerbior. secundo, quod vnicus erat, non solum, quia alios non habebat mater, sed etiã quod alium neminem pepererat; vnde vnicus, id est, vnigenitus dicitur, vt Græcum significat vocabulum, quod sicut dilectionem auget, ita amissionem efficit miserabilem. Tertio, quod mater erat, quæ eum amiserat; maiori enim, ac vehementiori dolore afficiuntur matres, quam patres, filiorum amissione. Huic etiam addendum est, quod paullo inferius dicitur, nempe adolescentem fuisse, non qui computaretur in paruulis, sed qui ex puerilia in iuuentutem profecerat, florentique ætate à vita abscissus est, quando nuptiarum tempus appropinquabat, stirpsq; generis videbatur; quod matrem facit omni commiseratione dignam.

ANNOTATIO XXVIII.

Quo differãt vnicus & vnigenitus.

VNicus Græce μονογενὴς, quod idem significat, ac vnigenitus: non autẽ idem esse vnicum, & vnigenitum, nemo ignorat. potest enim esse vnicus filius, qui plures habuit fratres, quorum ipse solus sit superstes; at vnigenitus, non solum vnicum significat, sed etiam quod nullos habuit fratres, aut alios, qui de eodem sint progeniti ventre: omnis quidem vnigenitus vnicus est, non tamen contra, omnis vnicus, est vnigenitus, & hanc significationem secuti sunt Athanasius lib. de Synodis Arimini celebratis, & Gregorius Nyssenus lib. de creatione cap. 26. vbi hunc locum interpretans: Petrus, inquit, exuterat viduæ singularis, solum hunc in doloribus nouerat, solum suis lactauerat vberibus. Hæc ille. Vbi etiam ponderat, quod non paruulus erat, sed iuuenis, vt in commentario notauimus, horum enim mors parentibus est acerbissima.

Et

Et hæc vidua erat.

COMMENTARIA.

AVgetur causæ commiserationis: Vidua, inquit, erat, quod multa comprehendit. Primo, quia non erat ei spes filios recreandi, tantæq; leuamen orbitatis assumẽdi, vt Gregorius Nyssenus loco citato notat: secundo, vnigenito mortuo nomen viro non supererat super terrã: tertio, hæreditas ab eius stirpe transibat; quarto, reliquiæ carnis eius peribant. Quæ tria vidua illa expõsuit Dauidi, vt eum ad commiserendum excitaret 2. Reg. 14. Deleamus, inquit, hæredem, & quærunt scintillam meam, quæ relicta est, vt non supersit viro meo nomen, & reliquiæ super terram.

Et turba Ciuitatis multa cum illa.

COMMENTARIA.

HOc etiam commiserationis præbet argumentum, indicat enim nobilem, ac diuitem fuisse, quam copiosa ciuitatis turba comitabatur, vnde hereditas pinguis ad alienos deuolebatur vnico hærede defuncto. His miraculum comprobatur, & clarescit, dum in persona celebri fit, Discipulis omnibus præsentibus, ac concurrente turba, quæ venerat cum Christo; & ea etiam, quæ viduam comitabatur.

ANNOTATIO XXIX.

Plures reperiebãtur in hac vidua, & eius filio, quæ Christũ ad miserendum inuitarunt.

GRegorius Nyssenus lib. de creatione c. 26. has commiserationis causas elegãter explicat sic scribẽs: Ciuitatẽ Naim nomine in Iudæa esse Sacra Scriptura cõmemorat: in hac fuit viduæ cuiusdam vnicus filius puer, non puer talis, qui computaretur in paruulis, sed ex puerilia in iuuentutem iam iamq; profecerat, vnde & iuuenem illum fermo cœlestis appellat, plura paucis insinuans, lamentatio magna est ipsa relatio: Erat, inquit, mater defuncti: perspicis pondus calamitatis, quo passionem breuiter extulit? Quid enim est, quod dicitur? Quia non erat ei spes vlla, qua posset filios recreare, tantæque leuamen orbitatis assumere. Vidua quippe erat, nec habebat alterum, quem pro defuncto conspiceret; nã partus ei extiterat singularis. Quantum vero hoc malum sit, facile omnes intelligunt, qui naturæ iura cognoscunt. Solum hunc in dolore nouerat, solum suis lactauerat vberibus, solus illustrabat eius cõfugium, totiusq; doloris solus erat causa lætitiæ, cũ ludere, aut aliquid agere; cũ instituere, aut ornare cũ cœteris in processionibus, in palæstris, in conuentib. iungeretur; omne quidquid matris oculis dulce, pretiosumq; fuberat, solus vnicus efferebat, iãq; nuptiale tẽpus aduenerat, stirps videbatur generis, ramusculus successionis, baculus senectutis, & ætatis incrementum. Erat & altera lamentationis occasio; qui enim iuuenem retulit, florem simul, qui marcuerat, indicauit, cuius adhuc vultus lanugine vestiretur, & generum decor grato fulgore niteſceret. Quid igitur super eius obitu maret pertulit? Quanto viscera eius igne perusta sunt? Quam copiosissimas, & amarissimas super eum lacrymas fudit? Tabescens quodammodo, & cadauer eius amplectens, ne properetur sepultura eius, tantoq; casu satiari desiderans, diu longas in fletu voces emittere cupiebat, ita vt omnes audientes mouerer ad luctum. Hæc ille.

Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam.

COMMENTARIA.

COmpassus est Christus ratione humanæ naturę, viduæ lacrymis, ac calamitati, non filij, qui ab huius sęculi calamitatib. ereptus erat, sed ipsius matris, quæ eis premebatur, Christus misertus est. Illud (Quam) non solam refert personam, sed etiam personæ qualitatem, s. viduam lacrymantem, cæterisque miserijs afflictam. Hęc. n. ad compatiendum mouerunt Christum. Dicitur autem motus misericordia, quia in misericordia duo sunt, nempe & voluntas subueniendi calamitati alterius, quæ ad partem animę superiorem spectat; & dolor, quo de ea afficimur, qui residet in parte sensitiua, quique nos inducit, & impellit vt subue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

subuenire uelimus. Hunc Christus sicut & reliquos affectus pro sua uoluntate assumebat, quod nobis commune non est, quibus affectus frequenter in nostra potestate aut voluntate non sunt. Dicitur igitur misericordia commotus, quia non solum voluit subuenire, sed etiam dolorem, ac compassionem in se excitauit de viduæ passione, ac miseria. lacrymæ ergo matris filio impetrarũt vitã, vt inquit Ambrosius.

Dixit illi: Noli flere.

COMMENTARIA.

NOn solum interioris animi compassione affectus est Christus, sed etiam verbis est consolatorijs vsus, quod ad misericordiam etiã spectat. Qui autem fletũ prohibebat, causam lætitiæ adesse significabat. Non enim vetuit lacrymas viduæ, quasi malum esset filij sui morte deflere. Hoc namque non sic est: nam licet contristari, & lacrymas in morte filiorum, ac eorum, qui nobis chari sunt, moderate tamen effundere. Eccles. 22. Super mortuum plora; defecit enim lux eius. & 38. In mortuum prodnc lacrymas, sed q̃ causa flendi iamiã cessaret, suscitandus enim illico erat à Christo; Flere, inquit, Ambrosius, prohibetur eũ, cui resurrectio debebatur: non ergo sic Christus dixit, Noli flere, sicut nos dicere solemus, quibusdam rationib. consolatorijs vtentes, quæ causam doloris nõ auferũt; Christus vero oĩno ipsum causam abstulit, filiũ restituẽdo uitũ.

Et accessit, & tetigit loculum.

COMMENTARIA.

NOn solo uerbo, sed facto etiam, ac opere viduam consolatur; hæc enim est misericordia perfecta, quæ non tantum cordis compassione, nec solis verbis continetur, sed effectu simul, ac opere auxiliatur. Christus autem hæc tria voluit exhibere, vt nemo imitatione careret; qui enim nec verbo, nec opere misereri potest, habet, quod imitetur in Christo, vt solo corde compatiatur, & qui potest etiã uerbo, id si faciat, Christo similior erit; limillimus tamen si etiam effectu accessit ergo defuncto, & feretrum, in quo portabatur, tetigit, tactu ipso portitoribus ut sisterent, significans. Magna profecto clementia hæc est, quæ afflictis, & oppressis non expectatis eorum precibus auxilium confert.

ANNOTATIO XXX.

Tribus de causis Dominus tetigit loculum.

TRes adducuntur causæ, ob quas Dominus feretrum tetigit. vna est, quam tradit sanctus Bonauentura, nempe, vt significaret se velle illud detinere, ne portitores procederent vltra, defunctum in sepulturæ locum portantes; quam causam in cõmentario exposuimus. Nec tactus huiusmodi erat ex ijs, qui tangentem reddebant immundum; hic enim erat, quando mortuus ipse tangebatur. Non autem, qui loculũ tangit, defunctum, seu mortuum dicitur tangere; quãuis si Christus tetigisset, nõ tamen propterea legis immunditiẽ contraxisset, vt supra diximus. Altera causa, cur loculum tetigit, est aliorum, nẽpe, vt ostenderet Christus carnem suam esse vitificam; vnicõ enim verbo virtutẽ habebat viuificandi mortuos. hæc causa est Titi Bostreni, & Euthymij, uerba illius sunt hæc: Ob id loculum tetigit, quia voluit vt hinc disceremus corpus Christi Dei nostri corpus esse vitæ, eiusdemq̃; carnem esse vnigeniti filij Dei Verbi: cuncta potẽtis carnem; nam cũ caro eius illi effecta sit propria, qui viuificat omnia, fit vt ipsa quoq; sit viuifica, mortemq̃ue, & corruptionem interimere idonea. Hæc ille. Huiusmodi autem causa non videtur accommodata: nã Christus verbo, non autem tactu hunc mortuũ suscitauit. Tertia causa est, quam Ambrosius in præsenti adducit, nẽpe vt significaretur lignũ, quod prius erat ad mortẽ, per Christum futurũ ad vitã, vtq; unde mors oriebat, inde uita resurgeret. verba Ambrosij sunt: Mortuus, inquit, in loculo materialibus quatuor ad sepulchrum ferebatur elemẽtis, sed spem resurrectionis habebat, quia ferebatur in ligno. Qd etsi nobis ante

ante non proderat, tamen posteaquam Iesus tetigit, proficere cepit ad vitam, vt esset indicio salutem populo per crucis patibulum refundendam. Hæc ille. Hæc autem causa potius est spiritualis, quam literalis.

Hi autem, qui portabant steterunt.

COMMENTARIA.

AVdito verbo Christi, quo viduam consolatus est, Noli flere, & viso tactus signo, portitores steterunt; iam enim Christus multa ediderat miracula, eiusque fama per Galilæam percrebuerat, quapropter miraculũ aliquod sperantes ij, qui portabant, gressum suum continuerunt.

Et ait, Adolescens, tibi dico, surge.

COMMENTARIA.

DIuinam potestatem, qua mortuũ suscitabat, verbi, ac vocis imperio explicuit; mortuis enim imperare ac vocis imperio ad vitam reuocare, solius est Dei. Ioan. 5. Veniet hora, in qua mortui audient vocem filij, & qui audierint viuent: vt igitur tactu virtutem carnis suæ, ita imperio diuinitatem, cui caro ipsa vnita erat, Christus significauit; vox autem diuinitatis latentis, & per illam operantis indicium erat. Ideirco autem non tantum (surge) sed etiam (tibi dico, id est, præcipio) pronuncianit, vt imperiũ eius in mortuos manifestius ostenderet.

Et resedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui.

COMMNTARIA.

ILlico ad Christi imperium mortuus in vitam reuocatus est: resedit autem, & cœpit loqui, ne cui secundum externam tantum faciem, & non verè resuscitatus videretur. Siquidem sedere, & loqui exsuscitationis argumenta sunt. Corpus enim exanime neque sedere, neque loqui potest.

Et dedit illum matri suæ.

COMMENTARIA.

HOc etiam veræ exsuscitationis argumentum est; tradidit enim matri suæ, tamquam verè viuum; vereque exsuscitatum, viuebat enim sicut prius quam mortuus esset, quo quidem facto mater perfectam consolationem est consecuta, & quod filius eius viueret, & quod ei sit restitutus, vt ante; eius enim intuitu illum ad vitam reuocauerat. Multa ad allegoriam pertinentia de huius miraculi historia, Ambrosius in præsenti, & Augustinus serm. 44. de verb. Domini, & Theophilus Alexandrinus lib. 3. de allegorijs dicunt.

Accepit autem omnes timor.

COMMENTARIA.

TAm insigne, & inexpectatum miraculũ tria effecit. primo quidem hominum adstantium corda ad reuerentiam quandam erga Deum, à quo illud proficiscebatur, impulit, quæ reuerentia timor sæpe dici in Scriptura solet. Isa. 59. Timebunt, qui ab Occidente, nomen Domini, & qui ab ortu Solis, gloriam eius. Ecclesiast. 6. Deum time, & mandata eius custodi. Solent enim homines, quando euenit insolitum, quod ad solam Dei potentiam referri potest, excitari ad quandam reuerentiam erga Deum ipsum, qua eius maiestatem supra se ipsos recognoscentes, ei se subdunt, ac submittunt. Et attende illud (omnes) nemo enim ex tanta multitudine circũstante ausus est vel corde ipso cõtradicere, aut negare opus illud esse diuinum.

Et magnificabant Deum, dicentes.

COMMENTARIA.

HOc est, quod secundo consecutũ est ex miraculo, quod quidem ex primo

Universidad de Deusto
Biblioteca

primo emanauit: nam ex reuerentia cordis prouenit laus oris, & quidem nō qualiscumque, sed præclara. Deum enim magnificabant, Græcè glorificabant, id est, opera Dei magna, & præclara prædicabant; glorificare enim est de magnis, ac præclaris virtutibus, ac gestis, aliquem laudare; quibus autem verbis magnificabant, sequentibus sententijs explicat Euangelista.

Quia Propheta magnus surrexit in nobis.

COMMENTARIA.

HOc est vnum quo Deum magnificabant, scilicet confitentes Deū ad eos misisse magnum Prophetam. Hoc enim illi omnes tamquam præclarè Dei opus pronunciabant, sicut re vera erat, idcirco id confitentes dicuntur Deum glorificasse, seu magnificasse. particula (quia) declaratiua est non causalis, declarat enim Euangelista, quibus verbis illi Deum magnificabant. Quis autem sit hic magnus Propheta, in annotatione require.

ANNOTATIO XXXI.

Quis fuerit iste magnus Propheta.

HVnc locum ea, quæ in Commentarijs in Ioan. c. 1. annot. 60. diximus, illustrant. decepti enim erant Iudæi, existimantes per illa verba Deuteronomij 18. (Propheta suscitabit vobis Dominus Deus vester) venturum quendam insignem Prophetam ante Christum ipsum, non intelligentes hunc promissum Prophetam esse eundem Christum. hac de causa Ioan. 1. cum Ioannes interrogatus negasset, se esse Messiam, dixerunt, Propheta es tu? nempe ille, quem promissum Christo adueniente expectamus? & Ioann. 6. clamarunt turbæ: Hic est Propheta, qui venturus est in mundum. & Ioan. 7. Hic est verè Propheta. vbi articulus emphaticus positus est: Hic est verè ille Propheta. Iuxta hunc sensum nunc etiam, viso tanto miraculo, confessi sunt Christum esse magnum Prophetam, nempe illum, qui in aduentu Christi suscitandus erat; nec obstat non haberi articulum Græcè, nempe hic est ille Propheta magnus: nam illo epitheto (magnum) significatum est idem, quod per articulum emphaticum. Hesychius hom. 1. de laudibus Beatæ Virginis, sentire videtur hisce verbis significatū esse, quasi isti cōfiterentur Christum Messiam esse, hoc tamen non videtur satis accommodate dici posse, tum propter ea, quæ dicta sunt; distinguebant enim Iudæi errantes Prophetam illum à Messia: tum etiam, quia si id sensissent, dixissent vtique, Messiam aduenisse; hoc enim nomine eum significare erant soliti. Quidam recentiores simpliciter de quouis Propheta magno interpretantur, quasi confiterentur Christum esse aliquem virum, sicut fuit Isaias, aut Ieremias, aut alius similis. Nec hoc etiam videtur accommodate dictum, propter allegata loca, ideo mihi visa est, probabilior sententia prima, per quam soluitur vnum, quod obijcere quispiam posset, nempe cum Propheta sit, qui futura prædicit, aut occulta nouit, cur Propheta hic dicitur, qua mortuum suscitauit; hoc enim non est Prophetæ. Respondeo ex hoc opere insigni collegisse Christum eum esse, quem Moyses Prophetam venturum promisit, eo maxime, quia iam tempus Christi aduentus imminere non dubitabant.

Et quia Deus visitauit plebē suam,

COMMENTARIA.

HOc est alterum, quo Deum magnificabant, & laudib. efferebāt, nempe Deum visitasse plebem suam; illa enim particula (quia) declaratiua etiam est. Dicitur autem Deus visitasse in bonam partē, nempe populum beneficio affecisse, tāto Propheta misso: ex miraculi enim qualitate nouerunt Prophetam hunc magnum in salutem populi à Deo excitatum esse.

ANNOTATIO XXXII.

Quomodo visitauerit Deus plebē suā.

BEda hanc visitationem interpretatur, verbi incarnationem in salutem hominum factam: de qua visitatione dixit Zacharias: Visitauit nos oriens ex alto: sed non videtur probabile plebem tunc diuinitatem Christi agnouisse: nam etiam si credidissent esse Messiam, non propterea continuo

sequebantur eos nouisse illum esse Deum. Quidam visitationem hanc intellexerunt aduentum Christi, quem Messiam confitebantur, de qua visitatione etiam supradictum est, visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ: sed nec visitationem, vti diximus, illi tunc nouerat. Idcirco probabilius est visitationem hanc illos intellexisse insigne Dei beneficium, Prophetā illo magno, quem Christo adueniente ventarum credebant & expectabant, cuius aduentum populo salutiferum esse experiebantur mortuo suscitato.

Et exijt hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem.

COMMENTARIA.

HOc est tertium, quod ex miraculo consecutum fuit, nimirum rumor, seu fama tanti miraculi, & quod Propheta magnus surrexisset, quæ fama peruagata est nō solam Galilæam, in qua gestum fuit miraculum, sed etiam totam Iudæam, immo & regiones, quæ circumcirca sitę erant, quasque habitabant populi gentium scilicet, Sidoniorum, aliarumque proximarum nationum, ad quas etiam fama hæc peruolauit. His omnibus veritatē miraculi Euangelista confirmat, vt negari nequeat, quod testimonijs confirmatur.

ANNOTATIO XXXIII.

Iudæa generatim an specialiter hoc loco capiatur.

QVidam hoc in loco Iudæam generaliter interpretantur, nempe totam terram promissionis, quæ etiam complectitur Galilæam, & Iudæam propriè dictā, idque probabiliter dicitur. Mihi tamen id probabilius videtur, si dicamus Iudæam hic accipi particulariter pro parte illa, quæ à Galilæa distinguitur, duarumq; Tribuum Iudæ, & Beniamin habitaculum erat; cum enim iam dictum sit in Galilæa gestum fuisse miraculum, addidit Euangelista non in ea regione sola, vbi hoc euenit, sed etiā vsque ad Iudæam vniuersam famam fuisse dilatatam, & in regiones etiam gentium proximas Iudeæ, & Galilææ.

Et nunciarunt Ioanni discipuli eius de omnibus his.

COMMENTARIA.

ERat tunc Ioannes in carcere, quando hæc gesta sunt, vnde Discipuli eius audientes sermonem, & famam, quę circumferebatur vndiquaque, Magistro nūciarunt omnia, nēpe & miraculum, & vulgi opinionem, ac vocem aductus magni Prophetæ. Narrat hoc de Ioanne Matthæus cap. 11. sed non seruato ordine, multa enim narrauit prius, quæ postea gesta sunt; Lucas vero ordinem historiæ secutus est.

Et cōuocauit duos de discipulis suis, & misit ad Iesum dicens.

COMMENTARIA.

CVm ea omnia audisset Ioannes ex multis suis discipulis duos conuocauit, eosque ad Christum misit; qui eius nomine nuncium deferrent; non quidem ille venit, quia carcere detinebatur, erat enim in castello dicto Machærus de ditione Herodis, vt refert Iosephus lib. 18. Antiquita. c. 10. Quale autem nuncium fuerit, sequentia verba indicant.

Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?

COMMENTARIA.

HOc est, quod Ioannes mittit nuntium; interrogare nempe Christum, an ipse sit Messias, qui venturus est, an non, sed alius expectetur adhuc, qui sit Messias, non autem dicit, Tu es, an non, sed tu es, nempe Christus, & Messias, an alium à te expectamus? quasi diceret, adest tum tempus Messiæ, idq; populi omnes clamant, & iam iam expectant, es ne ergo tu an alius à te expectandus est? Hoc non interrogat Ioannes pro se, qui nouerat illum esse Messiam, sed pro populo, & pro suis etiam Discipulis, vt ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

occasione Christus ipse magis omnibus innotesceret. Est autem articulus Græce: Es tu venturus ille, per emphasim aduentus Messiæ significatur. huius explicationem perfectiorem in Annotatione require.

ANNOTATIO XXXIV.

Quæritur Baptista quasi dubitarit de Christo.

NOn parum difficultatis est in sententia hac explicanda, cum enim Ioannes iam nouerit Christum esse Messiam venturum, quid est quod interrogat per discipulos, an ipse sit qui venturus erat, quasi dubitaret, an ille esset. Ioannem autem tunc temporis nouisse Christum absque controuersia est, iam enim reddiderat testimoniū de eo, tam videlicet signum datum sibi à Deo agnoscendi Christum, Ioannis 1. Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto; iam audierat patris testimoniū in Iordane; cum igitur hæc ita sint, quare nunc mittit discipulos dicentes: Es tu qui venturus es? Opponebant hoc Christianis Gentiles in Ecclesiæ exordio, vt refert Iustinus Martyr. in quæstionib. Gentium, resp. 38. ad quam difficultatem varia respondent sacri Doctores.

Primo ipse Iustinus loco citato, vbi dicit Ioannem nouisse quidem Christum esse Messiam, ignorasse tamen, an ille, qui referebatur miracula fecisse, esset ille idem, quem ipse signauerat, & de quo testimonium perhibuerat: enim in carcere esset, id assequi non poterat, ideo misit Discipulos. Hæc responsio non videtur accommodata, nam ex Discipulorum relatione nouerat illum eundem miracula facere, mortuumq; suscitasse, quem ipse baptizauerat, & de quo ipse testimoniū perhibuerat. Præterea, quia non erat dicendum, an aliū expectamus, non enim expectabat, quem venisse nouerat, sed potius dicendum erat, Es tu Christus, de quo ego testimonium perhibui? præterea, quia non videtur digna Ioanne, posset enim id à discipulis intelligere. Demum quia nec id Ioannes ignorabat, cui notū erat neminem alium adesse tunc, qui talia faceret, nisi Christum, cuius ipse præcursor erat.

Secundo loco Tertullianus lib. 4. contra Marcion. & lib. de Baptismo aliter respondet, nempe Ioannē, quamdiu officiū exercuit, habuisse lumen prophetiæ, quo agnouit Christum, & indicauit, cessante verò officio lumen illud extinctum fuisse, & dubitasse, sicut cæteros Iudæos. Hæc responsio non est digna homine docto, nec verbis Euangelij aptatur, imò contradicit, nam recedentibus Discipulis Ioannis, Christus ipsum Ioannem appellauit Prophetam, & plusquam Prophetam, negauitq; esse arundinem vento agitatam, significans constantem esse in suo testimonio, quod profectò non esset, si quod prius affirmauerat asseuerāter, postea in dubium reuocasset. Sunt multa contra hanc sententiam, quæ facilè vnusquisque videre potest.

Tertio loco Hieronymus in Epist. ad Algasiam q. 1. & Gregorius hom. 1. in Ezechielem, asserunt Ioannem nouisse Christum esse Messiam in lege promissum qui in humani generis redemptionem venturus erat, ignorasse tamen, an ipse per se ipsum venturus esset, post mortem in limbū liberaturus patres, ac iustos ibi detentos, an alius venturus esset ad hoc exhibendum, hocq; esse, quod interrogat: Es tu, qui venturus es nempe in limbū, dicunt autē causam interrogationis eam fuisse, quia scire volebat, an ipse qui morti proximus erat, esset prænunciaturus illum in limbo, sicut prænunciauerat in hoc sæculo. Sic etiam interpretatus est Cyprianus in expositione symboli in articulo (Descēdit ad inferos.) Huic expositioni aduersantur duo. Vnum est ipsa responsio Christi, per quam, vt statim declarabitur, ostendit se esse verū Messiam, nec ad sensum illum facit, quidquid Christus respondet. Alterum est, quia testimonio Scripturæ iam id prædictum fuerat. Ose. 13. Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu. & Psal. 15. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, nec est credibile id non esse reuelatum plusquam Prophetæ, quod Prophetis manifestum est.

Osee 13 Psal. 15.

Dicūt nonnulli Patres q. affirmauit Ioānē etiam in limbo fuisse mūnere præcursoris.

Est autem hoc loco aduertendum, multos Patres sensisse Ioannem præcurrisse Christum in limbo, vbi prænunciauit eum cito venturum, & liberaturum omnes, qui ibi expectabant, & præter allegatos Hieronymum, & Gregorium, id etiam sensere Origenes tom. 5. in Ioannis Euangelium, & Gregorius Nazianz. orat. ad sancta lumina, & orat. in laudem Basilij, vbi tradit

tradit reuelatum fuisse Ioanni se per Herodem occidēdum esse, Christum postea per Pilatum, seq; iturum ad limbum Patrum, ibique prænunciaturum Christi aduentum imminentem. Quæ doctrina sic est intelligenda, non quod Ioannes præiret, vt disponeret animas iustorum ad credendum Christo venienti, sicut fecerat in hoc mundo cum Iudeis: nam qui ibi erant, viderunt distincte Christum, quando venit illuc, & diuinitatem eius, nec opus fuit illis tunc fide, sed id prænunciauit in gaudium, & exultationem illorum iustorum, & in fidei ac spei illorum confirmationem, vt nempe crederent, & sperarent citissime venturum liberatorem Christum. Quamuis autē hoc ita sit, non tamen propterea consequitur, nunc Ioannem huiusmodi interrogatione id voluisse intelligere à Christo, cum iam ei reuelatum esset, vti diximus.

Quarto loco Chrysostomus hom. 37. in Matthæum, refert quorundam sententiam, dicentium Ioannem nouisse Christum esse Messiam, ignorasse tamen, an per mortem suam liberaturus esset genus humanū, ideirco id nunc interrogauit, in qua sententia videtur fuisse Hieronymus Matth. 11. & Gregorius hom. 6. in Euangelia, vbi asserunt Ioannem interrogasse duo, nimirum an Christus mortem subiturus esset, & an descensurus in limbum. Hæc tamen responsio non videtur accommodata: nam vt rectè Chrysostomus dicit, prius id nouerat Ioannes: ea enim de causa agnum appellauit tollentem peccatum mundi, quia futurus erat sacrificium, & holocaustum pro mundi redemptione, & salute: quod quidem Ioanni manifestum fuisse asserait etiam Gregorius Nazian. proxime citatus, nec etiam is sensus verbis conuenit. Es tu qui venturus es, an alium expectamus? Nihil enim de morte hic dicitur.

Quinto loco Ambrosius in presenti, aduertit, simpliciem verborum intellectū indicare, Ioannem dubitasse an esset Christus, idq; pugnare cū veritate præcedentiū, nempe Ioannem testimonium sæpe perhibuisse de Christo. Ideo censet relinquendū hunc sensum verborū, & recurrendum ad spiritualem, in quo interrogationem hanc interpretandam affirmat, is autem sensus est, vt per Ioannem legē ipsam intelligamus, quæ in cordib. perfidorū velut in carcere detinebatur. Hęc quidem nouit Christum, quia ipsum in multis præfiguravit, tamē non aperte indicauit alijs: nec noscūtur mysteria ibi conclusa, nisi aduenīente Euangelij reuelatione, vnde legis testimonium de Christo perficitur Euangelio, id nunc Ioannes significauit, mittens duos discipulos, quibus duo populi significabātur Iudæorum, & gentium, vt à Christo, per quem Euangelij ostenditur, instruantur. Hæc Ambrosius. difficile autem est literalem omnino excludere sensum, & solum exhiberi satis accommodatus possit.

Vetat sua, & dubitationis posita sententia.

Sexto igitur loco Hilarius can. 11. in Matth. Augustin. lib. quæst. ex vtroque mista rum 2. p. c. 10. vbi etiam probat Ioannem nō dubitasse de Christo; similiter etiā Gregor. lib. 4. in lib. Reg. cap. 4. interpretantur Ioannem misisse discipulos ad Christum, vt interrogarent, an ipse esset Messias, qui ab omnibus venturus credebatur, an non, sed alius ab eo esset adhuc expectandus, hoc autē non interrogauit pro se, qui eum nouerat, sed pro discipulis ipsius, vt ipsa Christi responsione confirmarentur in fide eius; nō enim credebāt omnes discipuli Ioannis in Christum, sed contentione potius quadā, & inuidia premebantur, vt constat Ioan. 3. ideirco Ioānes ipse morti proximus, eis consulens ad Christum remittit, vt ab eo viso, & audito, ea occasione in eius fidem, & verā notitiam traherentur. Non igitur dubitauit Ioannes, sed dubitātes discipulos, vt à Christo instruerētur, leganit. Hæc sententia est etiā inter Græcos Doctores, Chrysost. hom. 37. in Matth. & Cyrilli lib. 2. thesauri cap. 4. immo ante eos Orig. in præfatione cōmentariorum in Ioā. qui hoc solo differt, q; affirmat nomine totius populi Ioannem hanc misisse legationem, & non tantū pro discipulis. Et quidē id valde probabile est: populo enim fama tanti miraculi cōmoto, & existimante Messiæ aduentū adesse, misso magno Propheta, optigatos ad Christum, vt legatio occasionem daret Christo veritatē lucidius manifestandi, huic sententiæ vltimę responsio Christi, & ea omnia, quę sequuntur valde accōmodantur, ac faciunt: Christus enim se verum Messiam ostendit, Ioannisq; constantiam tuetur, ne à testimonio mutatus videretur, vt in eorum interpretatione declarabitur. Hæc igitur sententia legitima est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt. Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?

COMMENTARIA.

PRofecti discipuli Ioannis ad Christum, qui à loco, in quo Ioannes erat, procul distabat, venerunt, legatio nemque suam fideliter exposuerunt, verbis magistri nihil detrahentes, aut adijcientes.

In ipsa autem hora multos curauit à lãguoribus suis, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum.

COMMENTARIA.

AVdita Ioannis legatione Christus, antequam quicquam verbo responderet, legatis præsentibus, & videntibus, multa, ac varia miracula fecit erga turbas, nam infirmos curauit, & leprosorum, aliorumq; apostematibus diuersis laborantium plagas sanauit, ac vexatos à dæmonibus liberauit, atque cæcis multis, id est, varijs, ac multiplicibus modis visu priuatis visum restituit.

Et respondens dixit illis.

COMMENTARIA.

POst miracula edita, & à legatis Ioannis perspecta respondit eis Christus; apud illos enim maiorem fidem opera quã sola verba faciebant; et præsertim opera, quæ tamq; signa, quibus Christus veniẽs agnosceretur, Prophetę prędixerant, vt paulo inferius dicet.

Euntes renunciate Ioanni, quæ audistis, & vidistis.

COMMENTARIA.

NOn dixit, renunciate Ioanni, me esse eum, qui venturus sperabatur, sed renũciare miracula, quæ audistis, & vidistis à me facta. Quod ea cau sa factũ est, ne turbis præsentibus palam enunciaret se Christum esse, occasioq; daretur Iudæis persecutionis immaturæ, & ante tempus. Atque etiam vt Ioannes suo officio fungeretur, nempe testimonium redderet de Christo: nam miraculis à discipulis relatis, vt poterat tamquam validissimo, & irrefragabili argumẽto, quo probaret Christum verum esse, qui talia edebat. Illud (audistis) refertur ad miraculum de filio viduæ suscitato, quod discipuli Ioannis audierant factum, sed non viderant; similiter ad alia, quę Christus gesserat absentibus illis, sed facta esse illi non ignorabant.

ANNOTATIO XXXV.

Verbillius, audistis, & vidistis, sic interpretatur.

CYrillus lib. 2. thesauri cap. 4. verba illa (audistis, & vidistis) sic interpretatur: audistis hæc miracula à Prophetis, & modo videtis cõsummata per me, quasi diceret, renũciate Ioãni vos vidisse me ea fecisse, quæ Prophetas me facturum prænunciasse vos audistis. Obstat huic expositioni, quod discipuli Ioannis non viderant omnia, quę Christus narrat in sequenti sententia se fecisse, nec Christus illis præsentibus omnia ea fecit; non enim tunc mortuos suscitauit, nec claudos ambulare fecit, sed aliqua iam fecerat, quorum discipuli illi notitiam habuerunt, vti dictum est de filio viduæ suscitato. Præterea, quia illud (audistis) dure refertur ad Prophetas, nec enim discipuli Ioannis audierunt ab illis, cum multo tempore ante mortui essent. Quod si quis dixerit, audisse dic., quia eorum scripta legerant, adhuc non tollitur durities locutionis; dictum enim esset, audistis à Prophetis. Accommodatius ergo illud (Audistis) refertur ad illa miracula, quæ Christus fecerat absentibus illis legatis, quorum ex auditu illi notitiam habuerant, vti in commentario dictum est.

Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt.

COMMENTARIA.

ENumerat Christus opera, quorum partem discipuli illi Ioannis factã nunc viderant, partem autem factam audierant, quæ omnia Christus legatis

insungit Ioanni referenda, vt ille his auditis eosdem discipulos conuincat, Christum esse eum, qui venturus expectabatur, quod facilè poterat efficere testimonio adiuncto Prophetarum: nam Prophetæ talia miracula Christum facturum prænunciarunt, & per ea illum dignoscendum esse docuerunt. Particula (Quia) non causam, sed declarationem significat.

ANNOTATIO XXXVI.

Locus Isa. 53.

SApienter Dominus respondet per ea miracula, quæ Deus per Prophetas à Messia faciendа reuelauerat, & tamquam signa Messiam agnoscendi prædixerat. nã Isa. 35. scriptum est: Ecce Dominus veniet, & saluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet claudus, sicut cervus, & aperta erit lingua mutorum. Hæc enim de causa Christum respondisse testatur Ambrosius serm. 17. in Psal. 118. vers. 2. Respondit, inquit, Iesus cęcos videre, claudos ambulare, audire surdos, hoc enim aduentus sui testimonium fore per Esaiam Prophetam signi ficauerat. Hæc ille. Quo Esaiæ loco Iustinus in Dialogo cum Tryphone vtitur ad probandum Christi aduentum contra Iudęos, quasi ea fecerit, quę eum effecturum Prophetæ prænunciauerant. Dominus ergo referri Ioanni iubet miracula hæc, vt Ioannes discipulos suos instruat, & doceat illum esse verum Christum ostẽdendo per eum facta signa, & miracula, quæ Prophetæ in eius aduentu futura prædixerunt: eaque ratione iussit Christus discipulis, vt magistro suo referrent non propter magistrum, sed propter ipsosmet discipulos, vt Ioannes adiungens prophetico testimonium ijs, quę se audisse, & vidisse de Christo narrabant, eos omnino conuinceret, de veritate ipsius Christi. Dicet quispiam, Esaiã prædixisse mutos locuturos, at Christus non hoc narrauit. Respondeo Euangelistas non semper omnia verba Christi retulisse, aut si Christus id non retulit, tacitè tamen significauit quando dixit: Dicite, quæ vidistis; credendum enim est tũc temporis etiam aliquod mutos loquelam recepisse, idque indicauit Euangelista illis verbis (eauauit multos à spiritibus immundis) solent autem aliquando dæmones mutos efficere, quos vexant, iuxta illud Luc. 11. Cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus.

Mortui resurgunt.

COMMENTARIA.

HOc etiam est, quod per Prophetas prænunciatum erat, vt ex hoc etiam signo Christus adueniens agnosci posset. Cum autem Christus hoc pronunciauit, iam filium viduę à mortuis suscitauerat, idque Ioannis discipuli ex publica fama nouerant.

ANNOTATIO XXXVII.

Mortuorum suscitatio, quã signũ fuerit aduẽtus Messiæ.

ADuerte mortuorum excitationem solam non fuisse signum Christi: nam & Prophetę etiam id fecerunt, quamuis nõ in testimonium, quod ipsi essent Christus, nec propria auctoritate, ac imperio, vt fecit Christus, sicut in Ioannis cõmentario explicatum est: mortuorum tamen excitatio sola non fuit data in signum, sed simul cũ alijs; quamuis enim Prophetę mortuos excitauerint, at nemo eorum hæc omnia fecit, cęcis nempe visum, surdis auditũ, claudis gressum præstare; hęc enim omnia solus Christus fecit, eaq; futuri Christi signa prenotata fuerunt, ipsa etiã mortuorum suscitatio in se quodãmodo notio, & signũ Christi non fuit; nõ enim de vno mortuo, & Prophetæ quidã fecerũt, fermo est, sed de multis, & solus Christus effecit, qui multos reuocauit ad vitam; vnde dictum est: Mortui resurgunt, quod pluraliter dicitur, quasi dictũ esset, iam incipiunt resurgere mortui; nõ enim in solo viduæ filio terminabitur hoc opus, sed adhuc alij suscitabantur, licet probabilitate non careat alios etiam tunc temporis fuisse suscitatos à Christo; non n. Euãgelistæ omnia Christi miracula retulerunt. Hoc autẽ in loco interrogabit quispiã, vbi in Prophetis legatur hoc signũ, nempe Christum in suo aduẽtu priori mortuos suscitaturum? Iustinus in dialogo cum Tryphone, affirmat hoc signum, & notionem agnoscendi Christum prænunciatũ per Prophetas, non tamen allegat aliquod testimonium, nisi illud Isaiæ 35. cuius in Anno tatione præcedenti meminimus, vbi nihil dictum est de mortuis suscitãdis. Existimo igitur alio loco Isaiæ id esse prænunciatũ, nimirum cap. 26. Viuent, inquit, mortui tui, & interfecti mei resurgent, quæ verba *Isa. 26.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Septuaginta sic legunt: Resurgent mortui tui, & resurgent de sepulchris. Quæ prophetia de priori aduentu pronũciata est, quamuis Augustinus lib. 20. Ciu. cap. 21. & alij antiqui Doctores de generali resurrectione interpretati eam fuerint. Si tamen verba Hebraica considerantur, ad priorem aduentum magis pertinere videbuntur: sic enim ad verbum transferri possunt: Resurgent mortui tui, & cadauere meo, id est, cũ cadauere meo resurgent. Illi autem prædicunt cum cadauere Dei surrecturi, qui Christo secundum carnem mortuo, resurgente de sepulchris surrexerunt, quos Vulgatus Interpres significauit vertens: Interfecti mei resurgent, nempe multi ex Prophetis, aut pro veritate occisi fuerunt, sicut & Christus, nunc cum eo surgent, hos enim præcipuè tunc resurrexisse dictos esse puto. Prius autem verbum: Mortui tui viuent propter eos, qui à Christo adueniente suscitati sunt, dictum est, ad quod Christus nunc alludens, inquit: Mortui resurgunt: quasi diceret: Ego sum ille, cuius aduentu, & virtute prædictum est futurum, vt multi ex mortuis resurgant, & viuant. Nec est facile inuenire locum aliũde præter hunc Isaiæ, quo prænunciatum sit hoc signum aduenientis Christi, nempe mortuorum suscitatio.

Pauperes euangelizantur.

COMMENTARIA.

SIgnum etiam hoc est Christi aduentus à Prophetis prænunciatii, nempe pauperes susceptiros, & complexuros prædicationem, & fidem eius; hoc enim dicitur Euãgelium, quo aduentus, & doctrina eius annunciatur.

ANNOTATIO XXXVIII.

Trino personarũ genere in Scriptura commendãtur, pauperes, mites, & humiles corde.

PRænunciatum hoc est Isa. 61. ad annunciandum, inquit mansuetis, misit me, iuxta Septuaginta dicitur: Euangelizare pauperibus misit me, sicq; habetur Luc. 4. vbi hanc prophetiam Christus ipse de se ipso interpretatur. Quia vero ibidem Annotat. 32. explicauimus, qui sint hi pauperes, quidque sit, pauperes Euangelizatos esse; nihil aliud de hac re nunc dicendum existimauimus. His tamen quædam alia adiungemus, quę illic prætermisimus. Aduerte igitur in Scriptura tam noua, quàm veteri, tria maximè personarum genera commendari, tamquam Deo grata, & Euangelicæ veritati recipiendæ apta. Primum est pauperum. Luc. 6. Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei. Matth. 11. pauperes Euangelizantur. Isai. 61. Euangelizare pauperibus misit me. Secundum genus est mansuetorum. Matth. 5. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Psal. 26. diriget mansuetos in iudicio, & docebit mites vias suas. Iacobi 1. Suscipite verbum in mansuetudine. Tertium est humilium corde, seu spiritu. Matthæi 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Psal. 17. Populum humilem saluum facies. Isa. 17. Viuificas spiritum humilium. Sunt enim tria in Euangelio, quæ audientibus difficultatem non paruam ingerere possunt, quam quidem difficultatem maximè diminuunt paupertas, mansuetudo, & humilitas; sicq; ad suscipiendum Euangelium animos audientium disponunt.

Primo quidem Euangelica prædicatio, ac doctrina tradit, præponendum esse mandatum Domini, & veritatem Euangelicam omnibus diuitijs, honoribus, ac dignitatibus, adeo, vt si opus fuerit Euangelium, aut hæc omnia dimittere, potius ea postponantur, & abijciantur: quod difficile videtur. hæc tamen difficultas multo minor est in paupere, quam in diuite; quia facilius est contemnere, quæ non habentur, quam quæ habentur, ac possidentur, & paupertati spiritus vicinior est pauper effectu, quam diues, de qua re diximus supra Luc. 6. in illius expositione sententiæ, Beati pauperes, scriptum est enim, quam difficile, qui pecunias habent, regnum Dei possidebunt.

Secundo Euangelica prædicatio manifestat peccata omnia, quorum multa ignorabantur prius; reprehendit, arguit, ac peccatoribus grauissimas comminatur pœnas, vnde in audientibus maximè necessaria est mansuetudo, quę iram temperat, correctus enim, & reprehensus, ad iram excitari solet; est enim verbum Dei sal, qui vulneratis dolorem incutit, & ad iracundiam commouet. Hinc factum est, vt Euãgelica prædicatione multi furore perciti in prædicatores, ac contra prædicationem Christi exarserint. Mansuetudine igitur maximè disponitur homo ad Euangelium suscipiendum.

Tertio

Tertio prædicatio Euãgelica humanum captum excedit, ac naturalem rationem, & captum superat, quod etiam difficile ipsum facit. vnde humilitas necessaria est in auditore, qua se veritati submittat, in captiuitatem proprium redigens intellectum. Cum autem hæc ita se habeant, paupertas in Euangelio recipiendo plurimùm commendatur, quam in plurimum reliqua duo consequuntur. pauperes enim mansuetj, ac humiles facilius inueniuntur, quam diuites; ac diuitiæ frequenter à mansuetudine, & humilitate homines auertunt, inde est, quod pauperes magis Euangelio suscipiendo dispositi sunt.

Et beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me.

COMMENTARIA.

SIcut opera mira, quæ narrata sunt, Christum verum esse Messiam demonstrabant, ac eius latentem in carne diuinitatem indicabant, ita ex altera parte, quæ carnis erant propria, ac cum cæteris hominibus communia, maximeque passio, & mors eius tunc futura, impedimento erant, ne talis esse crederetur, cui quidem impedimento obuians Dominus, & Ioannis discipulos, cæterosque periculi eius admonens post miracula relata adiũgit: Beatus est, qui sic est cautus, ac prudens, vt propter ea, quæ in me communia hominis, & quę passurus sum, viderit, non retrahetur à credendo id, quod vere sum, nempe Messias, ac Dei filius, sed in fide constans permanserit; hoc enim est non scandalizari in Christo, id est, non cadere per incredulitatem, occasione sumpta ab ijs, quæ videt in Christo cæteris hominibus communia.

ANNOTATIO XXXIX.

Verba hęc Christi quorũdam dicta, declarantur.

CHrysostomus hom. 37. in Matthæum duo notat in his Dominicis verbis. vnum est, tacite Christum reprehendisse Ioannis discipulos incredulitatis, quia visis tot miraculis nondum in eum crediderint. Alterum est Christum suam etiam in hoc ostendisse diuinitatem, qui eorum corda intuebatur. His adiungendum est, verba hæc etiam esse cuiusdam cautelæ, quam Christus adhibuit, ne quæ futura erat, mea pe passio, & mors eius, retraherent quemquam ab ea fide illi præstanda, quæ tanta, ac tam efficacibus diuinitatis eius signis, quodque ipse esset verus Christus, indicantibus, debebatur. Eorum igitur, qui scandalizati in eo fuerunt, non actiuum, sed passiuum, vt vocant, scandalum fuit; habuerunt enim argumenta sufficientia, quibus si voluissent, in infidelitatis præcipitium non incidissent.

Et cum discessissent nuncij Ioannis.

COMMENTARIA.

EXpectauit Christus, vt Ioãnis nuncij discederent, tunc{q;} Ioannem ipsum apud turbas cõmendat; ne si hoc præsentibus illis faceret, in Ioannis gratiam id potius facere videretur; indeque veritatis fides minueretur.

ANNOTATIO XL.

Quare Christus absentibus Discipulis Ioannem laudauit.

CHrysost. hom. 38. in Matthæum, cui consentit Euthymius Matth. 11. affirmant, Christum commendasse Ioannem absentibus discipulis, ne si illis præsentibus laudaret, illi assentari turbis visus esset, vt in commentario dictum est. Huic rationi adiungimus discipulos Ioannis non indigusse commendatione illa Christi erga Ioannem, qui eum tanti faciebant, vt & ipsi Christo præmlerint, nec propter vincula eius opinio præclara apud eos diminuta erat. Turbis verò necessaria erat hæc commendatio ob ea, quæ in sequentibus notabimus, ideo post eorum discessum Ioannem commendauit.

Cæpit de Ioanne dicere ad turbas.

COMMENTARIA.

PLurimum referebat turbas optimã de Ioanne Baptista habere opinionem; cum enim de Christo testimonium illis perhibuerit, fides Christi non parum periclitabatur, si bonum nomen Ioannis aliqua ex parte obscuratum esset. Quod quidem facile euenire

Universidad de Deusto
Biblioteca

nire ob duo poterat. Vnum est, quia illū in vincula ab Herode coniectum fuisse, omnib. manifestum erat, quod alicuius criminis suspicionem potuit inducere. Alterum est, quia turbis præsentibus nomine Ioannis interrogatus est Christus an esset is, qui venturus erat, ex quo Ioannes à testimonio perhibito de Christo mutatus esse quodammodo videbatur, idcirco Christus apud turbas Ioannem prædicat, multisq; encomijs commendat, ab omnig; sinistra contra eum opinione tuetur; sic enim firmum permanebat testimonium, quod de Christo perhibuerat.

Quid existis in desertum videre?

COMMENTARIA.

COmmendaturus Christus Ioannem apud turbas, sapienter vtitur earundem turbarum testimonio, vt nullam in Ioannē vitij labem admittere possent, quin eo ipso seipsas reprehensione dignas iudicarent. Quid, inquit, existis videre in desertum? quasi diceret, vos in desertum locum inamœnum, & incommodum relictis habitationib. vestris existis, vt Ioannem videretis, & ipsum audiretis, profecto id non fecistis, nisi optima de eo opinione concepta excitati, aliter vane, & imprudenter egistis, vos igitur vestro communi facto præclarum de eo testimonium perhibuistis. Vnde non est, cur modo aliquid de eo sinistrum opinemini.

ANNOTATIO XLI.

Verba sunt hæ suauiter turbat increpantis.

QVod ad verba spectat, Hilarius can. 11. in Matt. legit (in deserto) copulatque eum verbo (videre) Græcus autem sermo tam apud Lucā, quā apud Matthæum habet (in desertum) connectiturque verbo (existis) eaque lectio communis est, & amplectenda, quam sequitur Gregorius homil. 9. in Ezechielem, quamuis vtraque in eundem sensum recidat. Quod vero ad sensum attinet, Hilarius ibidem existimat hæc cū sequentib. dicta esse à Christo adstu increpantis, quasi turba non existimauerit Ioannem talem qualis erat existimandus, temperate tamen id egit, vt affirmat Chrysostomus hom. 30. in Matthæū, vbi inquit: Quia turbæ, quidquid illud sit quod tunc de Ioanne cogitabant, nō ex malitia, sed ex ignorantia eorum, quæ dicta erant, agitabatur, ideo Christus non aeriter locutus est illis, nec dixit, sicut Iudæis, vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? sed suauiter eos ab omni falsa suspicione remouit, quam conc pere poterant ex interrogatione facta per discipulos, quia videbatur dubitasse de Christo. & a priore testimonio mutatus in hoc autem, nempe Christum commendasse Ioannem, ne propter interrogationem factam videretur mutatus à testimonio, quod prius de Christo dederat, cōsentit Cyrillus lib. 2. thesauri c. 4. Addē etiam, vt dicemus infernus, hanc suspicionem non ex interrogatione solum, sed etiam ex vinculis eius suborta esse, aut suboriri potuisse.

Arundinem vento agitatam?

COMMENTARIA.

AConstantia, & stabilitate Ioannē commendat, vt omnem suspicionem mutati testimonij à turbis remoueat. Est autem interrogatio vim habens negandi, nimirum: non existis videre arundinem vento agitatam, id est, hominem inconstantē, & instabilem, qui varijs affectibus ductus, aut laudibus, aut metu hominum impulsus modo vnum, modo alterum dicit, similis arundini leui, quæ contrarijs ventorum motibus agitata, hinc, illucque fertur; Ioannes vero non sic, sed Spiritus sancti gratia plenus, ac solidus in eodem perstat consilio, nec ab eo, qd docuit semel, recessit. Huius.n. solidita tis testimonium vos perhibuistis, cū ad eum magno concursu, & applausu in desertum conueniistis; non.n. exiuisse tis, si instabilem hominem, & sine soliditate spiritus, ac doctrinæ eum reputauissetis. Ecce quo Christus turbas admonet, ne ex interrogatione facta Ioānem mutasse consilium existimarent.

ANNO-

ANNOTATIO XLII.

Christus Ioannis cōstantiam, stabilitatēque commēdat.

CHrysostomus hom. 38. in Matt. hisce Domini verbis Ioannis constantiam, & stabilitatem in verbis, & doctrina significari affirmat: Similes, inquit, arundini agitatæ ventis sunt illi, qui nunquam idem dicunt, sed huc, atq; illuc pulsi, modo hæc, modo illa soliti sunt asserere. Hæc ille. idē dicit Cyrillus lib. 2. thesauri cap. 4. Gregorius autem lib. 33. moral. cap. 3. stabilitatem significari dicit, tamen non ad dicta, & doctrinam refert, sed ad mentis rectitudinem; ventos enim hominum laudes, seu vituperationes interpretatur, quibus Ioannes non cessit, nec illis elatus, neque his depressus. Verba Gregorij sunt hæc: Per arundinem mentis mobilitas designatur, sicut Iudæorum turbis in Ioannis laude à Domino dicitur: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatā? vt subintelligatur (Non) Ioannes quippe arundo à vento agitata non erat, quia eius mentem Spiritus sancto solidam per diuersas partes nullus linguarum flatus inclinabat. Hæc ille. Quem sensum distinctius prosequitur idem Gregorius homil. 9. in Ezech. & lib. 9. Epist 39. cuius interpretatio in hoc omnino probanda est, quod mentis stabilitas in Ioanne laudetur, tamen non in ea sistendum est, sed procedendum est ad doctrinæ, & prædicationis stabilitatem, quæ ex illa procedit, nec enim stabilis esset in hac, nisi illa præcederet, vtraque autem ex soliditate spiritus, & gratia emanabat, quia nisi esset Spiritu sancto plenus, nec mente, nec prædicatione stabilis esset. Vnde arundini similis esse negatur, quæ vacua cum sit, instabilis est motibus exterioribus. ratio autem, quæ ad sentiendum cum Chrysostomo in hac parte nos inducit, ea est, quia Christus hisce verbis omnem suspicionem mutationis testimonij, qd de eo perhibuerat prius Ioannes apud turbas, depellere intendebat. ventorum autem motibus comparat etiam persecutionem, quam ab Herode tunc patiebatur, eamque forsan turbæ cogitare poterant propter Christum illi fuisse illatam, & idcirco eum timore impulsum, consilium mutasse. Hilarius can. 11. in Matth. per motus ventorum intelligit dæmonum suggestiones, quibus huc, illucque vagatur, qui Spiritus sancti soliditate caret, quod non est reijciendum, dummodo dicamus ex hac soliditate Christum nō fuisse significare Ioannis constantiam in sua prædicatione, & doctrina.

Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum?

COMMENTARIA.

Christus vitæ puritatē in Ioanne commēdat.

VItum Ioannis cōmendat, vt Ioannis opinionem defendat ab omni mali suspicione, quæ propter eius vincula apud turbas aut suborta, aut suboriri poterat, sensus est: Non existis videre tunc hominem delitijs huius sæculi, ac voluptatibus deditum, quales sunt qui mollibus indumētis studiose vtuntur; sed hominem admirādæ abstinentiæ, continentiæ, & vitæ austeritatis, qualem neminem vidistis vnquam, aut audistis. Habebat enim vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos. Esca autem eius erat locustæ, & mel siluestre, vt habetur Matth. 3. Qui hanc exteriorem vitam agebat, profecto immaculatis erat moribus, & propter eam nos ipsi talem eum iudicastis; quando ad eum existis; cum igitur in eodem semper viuendi modo perseuerauerit, ab omni vitio alienus, nec mali vlla suspicio pp vincula excitari in nobis debet.

ANNOTATIO XLIII.

CHrysostomus hom. 38. in Matt. hanc sententiam sic connectit, & interpretatur, vt Christus ostendat Ioannē constantem, & stabilem esse vitæ institutione; distinguit enim dicens: Quidam natura leues, ac inconstantes sunt: quidam vero vitæ institutione, qui delitijs effeminati enerues, & instabiles facti sunt: nam hominum alij natura proclines ad aliquid quemadmodum multi sunt iracundi natura, nōnulli longa ægrotatione ad huiusmodi vitium lapsi fuerunt. Priori igitur sententia, nimirū Ioannem nō esse arundini vento agitatæ similem, docet Christus eū non esse natura instabilem; hac vero posteriori,

nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec esse instabilem vitæ institutione. Cyrillus etiam lib. 2. thesauri cap. 4. hac sententia Ioannis constantiam probari affirmat, aliter tamen interpretatur, & connectit, nempe, vt sit probatio, quod Ioannes non fit, vt arundo inconstans: Qui mollibus inquit, induitur, ita & ab eo leuiori sunt: Ioannes vero, qui robore animi carnē subiecit, qua ratione vt arundo erit? Si ergo mirati estis Ioannem propter asperrimam vitam, quam constantissime egit, concedere etiam ipsi debetis firmitatem animi vitæ conuenientem. Hæc ille. Quæquamuis probabilia sint, mihi tamen accommodatior videtur sensus, vt in priori sententia stabilitas in verbis doctrinæ, & prædicationis commendetur, in hac vero posteriori vitæ puritas à crimine alienæ. Ioannis enim fama bona pericitabatur, tum ex eo, quod tamquam reus in vinculis detinebatur, ideirco Christus ipsius famam tuetur docendo, nec propter factam interrogationem illum mutasse consilium, quia non est, vt arundo agitata, nec propter vincula mali aliquid perpetrasse, quia eodem modo vixit semper, quo in deserto, quando turbæ exierunt.

Ecce qui in veste pretiosa sunt, & delicijs, in domibus regum sunt.

COMMENTARIA.

MIro artificio Ioānis criminatores reprehendit, vt etiam ex hoc eius innocentiam ostendat, sensus est: Si vitam delicijs, ac voluptatibus deditam Ioannes elegisset, non ad eremum cōfugisset, nec talem sibi habitationem à teneris annis accepisset, sed ad curias, & domos, Regum, ac Principum iuisset, ibi enim sunt, qui in veste pretiosa, & delicijs sunt. Tales erāt Ioannis persecutores; Herodes enim Rex propter Herodiadem coniecerat Ioannem in vincula, multis impijs delatoribus intercurrentibus, qui omnes delicijs, & voluptatibus seculi dediti erant, à quorum moribus Ioannes abhorrebat vita, & prædicatione. A talib. ergo Ioannes cum pateretur, non erat, cur vllius culpæ notā ei inurerent, imo inculpata illius vita hoc ipso comprobatur; ab impijs enim, & malis hominibus pati, argumentum est innocentiæ patientis. Particula (Ecce) indicat culpam vinculorum Ioannis in cōprehensores reijciendam, quorum mores peruersi contrarij vitæ erant Ioannis.

Sed quid existis videre? Prophetam?

COMMENTARIA.

REiectis causis falsis, verum ponit: quid, inquit, existis videre? Prophetam ne? Hoc quidem verum est, existimatus enim fuerat Ioannes Propheta vitæ sanctissimæ, & eximiæ doctrinæ ad populū instruendū à Deo missus, ad talem enim, vt eum audirent turbæ, venerāt, & vt à tali Baptismum eius plurimi susceperant.

Vtique dico vobis, & plusquam Prophetam.

COMMENTARIA.

NE interrogatio visa esset negatio, quales duæ præcedentes, adiūxit affirmationem cum augmento, vtiq;, inquit vere existis tamquam ad prophetam, talem enim existimastis eum, quando exiuistis ad illum. Christus autem non solum confirmat opinionem illorum; sed adiungit dicens, dico vobis eum esse non solum Prophetam, sed etiam plusquam Prophetam: Non tantum .n. venturū Christum annuntiauit, vt ceteri Prophetæ, sed etiam vidit, digitoque demonstrauit, præcursor que illius fuit, in quo maxime illos omnes superauit. Hisce verbis docet Christus testimonium, quod à Ioanne acceperat, non ab homine, sed à Deo ipso emanasse, sicut Prophetarum verba nō hominum, sed Dei erant, à quo mittebantur, vt ex hoc turbæ intelligerent, & veritatem testimonij, & stabilitatē hominis, per quem testimonium perhibitum est, simulq; verū agnoscerent Christum.

ANNOTATIO XLIIII.

Quatenus Ioannes Propheta.

MVltorum Patrum sententia est, Ioannem dictum Prophetam, & plusquā Prophetam; Prophetam quidem quatenus Christum absentem; priusquam manifestaretur, prænunciauit: plusquam Prophetam vero, quia præsentem vidit, quod nullus Propheta consecutus est. Sic interpretantur Hilarius can. 11. in Matth. Augustl. lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 37. Gregorius Nazianzenus orat. in sancta Lumina. Cyrillus lib. 2. thesauri, c. 4. & Chrysost. hom. 38. in Matth. huic addendum puto, quia non solum vidit, sed præsentem nondum à populo agnitum indicauit, & testimonio suo manifestauit, ob hoc quidem præcipue plusquam Propheta dictus est: nam vt sit plusquā Propheta, aliquid debet habere, quod sit supra prophetam: hoc autem est præsentem nondum manifestum, alijs ostendere, & notificare. quod docte Irenæus lib. 3. c. 11. notauit dicens: propter hoc Dominus plusquam Prophetam dixit eum, reliqui .n. omnes Prophetæ annunciauerunt aduentum Patris luminis, cupierunt autem digni esse videre eum, quem prædicabant; Ioannes autem, & prænunciauit similiter sicut alij, & aduentum vidit, & demonstrauit, & credere in eum suasit multis, ita vt ipse & Prophetæ, & Apostoli locum habuerit. hic est enim plusquam Propheta: quia primo Apostoli, secundo Prophetæ. Hæc ille. Dicet quispiam, Ioannes non prænunciauit Christum venturum: nam quando Ioannes nouit Christum, iam Christus venerat, carnemque sumpserat, à ventre enim matris ille incœpit nosse Christum etiam in ventre matris existentem; extra ventrem autem, quando egressus à deserto prædicauit, iam Christus aderat. qua igitur ratione dicetur propheta, & venturum prænunciasse? Respondeo Ioannem dictum esse prædicasse Christum venturum, sic .n. ipse Matth. 3. dixit; qui post me veniet, fortior me est. & Ioann. 1. Ipse est, qui post me venturus est. Non quod Christus tunc in carne non adesset, sed quod nondum se prædicatione, & miraculis manifestasset: vnde prædicauit venturum, non tamen vt ceteri Prophetæ, qui prædixerunt ante carnē assumptam, Ioannes vero carne sumpta, sed nondum hominibus sua prædicatione, & operibus manifestum. Non est autem Prophetæ tantum de futuris, sed etiam de præsentibus occultis, & nondum apparentibus, vt notat Gregor. hom. 1. in Ezech. & in hoc etiam cæteros Prophetas superauit, quia de proximo prænunciauit Christum. Vltra hoc etiam indicauit populis illum eundem, propter quod maxime, vt diximus, plusquam Propheta dictus est.

Hic est, de quo scriptum est; Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuā, qui præparabit viam tuā ante te.

COMMENTARIA.

DEclarat, & simul probat Ioānem esse & Prophetam, & plusquam Prophetam; testimonio Malachiæ Prophetæ c. 3. Hic, inquit, est, de quo prænunciatum est per Prophetam; Ecce mitto Angelū meum. verba sunt Dei loquentis ad filium suum, qui carnem tunc susceperus erat. Ecce, inquit Deus pater, mitto Angelum meum ante faciem tuam, id est, nuncium quendam Ioan. 1. Fuit homo missus à Deo. ante faciem tuam, id est, qui tibi sit proximus, te tamen secundum carnem antecedat, priorque mūdo manifesterur, hoc enim est, ante faciem, qui nempe proximus est alteri, tamē anteit, & precedit. Hic præparabit viam tuam ante te, id est, disponet populos, vt quando tu te mundo manifestes, te agnoscant, tibi credant, tuæ obediant prædicationi, te vt verum recipiant Christum in lege promissum, hoc est Christo præparare viam, idque ante te, id est, te presente, & in mundo iam existente per carnē sumptam; te enim ipsum signabit, hac de te testimonium perhibebit, quod Ioannes fecit. Idcirco non tantum Propheta, sed etiam plusquam Propheta fuit. Dum Christus Ioannem commendat, & veritatem testimonij eius confirmat, fuit aduentum ostendit, seque Christum esse probat, idcirco hanc Ioannis causam Christus tam efficaciter tuetur, & defendit.

Nec Propheta, et plusquā Propheta dictus sit.

Quā Ioānes Christū Venturū prænunciauerit.

ANNOTATIO XLV.

MAtthæus cap. 11. apposuit huic sententiæ particulam causalem (enim) Hic enim, inquit, est de quo scriptum est, significans hanc sententiam ex Propheta sumptam, causam, ac probationem esse, cur dictus est-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus esset Ioannes nõ solum Propheta, sed etiam plusquam Propheta, cum oẽs Prophetas in hoc superauerit, quod ante faciem Christi missus esset, qui viam Christo ante eum præparauerit. De hoc autem testimonio Malachiæ plura dici possent, at vero, quia in Ioannis commentario c. 1. multa diximus ad hoc pertinentia, & quia ad commẽtarium in Malachiam magis ea spectant, ideirco supersedemus, contenti ijs, quæ ad Euangelistæ explicationem satis esse visa sunt.

Dico enim vobis, maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista nemo est; qui autem minor est in Regno Dei, maior est illo.

COMMENTARIA.

PRobat Ioannem esse eum, de quo Malachias prænunciauit, quæ dicta sunt, idque particula (enim) indicat. sensus aũt hic est: Dico vobis, & constanter affirmo, ante Ioannem neminẽ Prophetam extitisse eo maiorem: at vero post eum, quando iam aduenit Regnum Cælorum, & Euãgelium meum prædicatur, qui minor est, illum antecellit; dignius enim, & excellẽtius est esse Christianum, quam fuisse Prophetam, & plusquam prophetam. quod si maior est Christianus Ioãne, & Ioanne nemo Propheta maior efficitur vt Christianus sit conditione, ac dignitate maior quocunque Propheta, & status Euangelij statu legis. Illud autem (inter natos mulierum) insinuat causam, cur qui minor est in Ecclesia Christi, maior sit Ioanne, ac Prophetis, nimirum quia illi in statu seruorum Dei erant nondum assecuti statum, in quo renascimur per baptismum filij adoptionis Dei. cum igitur nobilius, & altius sit esse filium quam seruum, consequitur nobilioris conditionis, ac status esse, vel minimum inter Christianos, quam magnum inter seruos. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri ijs, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt; id est, qui non solum inter mulierum natos, vt in lege, sed etiam inter natos ex Deo nati sunt. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruituris iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ. Cum igitur iam Regnũ Dei aduenerit, profecto Ioannes est, qui præparaturus erat viam. cum autem hæc non essent tunc manifesta, ideo asseueratione confirmat. dico, inquit vobis. Non fit collatio hic de maiori vel minori gratia, aut sanctitate, sed de dignitate, & excellentia officij, in hoc enim omnes Prophetas superauit Ioannes, quod in sequenti Annotatione explicatur.

ANNOTATIO XLVI.

NOnnullæ occurrũt difficultates. Vna est in connexione, cæteræ sunt in sensus explicatione. quod ad connexionem spectat, particula illa (enim) quæ à Matthæo prætermissa est, compellit nos fateri hanc sententiam esse causam, seu probationem præcedentis, in qua affirmauerat Christus, Ioannem eum esse, quem Malachias prophetauit venturũ ad præparandũ viam Messiæ aduenienti. Hoc autem probat, ostendendo eum esse excellentiorem cæteris Prophetis, minorem tamen ijs, qui in Ecclesia Christi minimum habent locum. Non est autem sermo de gratia, & sanctitate; sed de conditionis, & status dignitate, quod magis explicabitur, quando illa pars (qui minor est in Regno Dei, maior est illo) declarabitur. Est autem vtraque pars simul connectenda, quasi dictum esset: dico vobis Ioanne neminem extitisse maiorem, eo tamen maiorem esse illum, qui vel minimus est in Ecclesia Euãgelica. Quamuis multi sepserint hãc posteriorem partem à priori, sed vix id accommodari potest sensui.

Sententia hac superiors confirmatur est.

ANNOTATIO XLVII.

ALtera difficultas est in sensu, nempe quomodo Ioannes maior sit dictus, in cuius explicatione variẽ sunt Doctorum sententiæ. Primo quidam ita maiorem cæteris Ioannem prædicatum cẽnsent, vt non excludat, quin alios potuerit habere æquales: non. n. dictus est maior omnibus, sed nemo

Quomodo Ioannes maior cæteris dicatur.

nemo maior illo. si interpretẽtur Hieronymus Matt. 11. & Augustinus lib. 2. contra Aduersarium legis, c. 5. Quidam alij absolutam prælationẽ affirmant, vt ipse sit inter natos mulierũ summus, & maximus, sic intelligũt Chrysost. ho. 38. in Matt. & Cyrill. lib. 2. thesauri c. 4. & Isidorus Pelusiota lib. 1. Epi. 68. Hæc autem posterior sua accommodatior videtur; nam in verbis præcedentibus, cæteris ut Prophetis prælatus in hoc, quod nõ Propheta tãtũ, sed ex plusquã Propheta dictus est. huic consonum est, vt qui eo nemo Propheta maior dicitur, intelligi debeat summus, & cæteris excellẽtior. Res ẽt ipsa cõprobat, nam quæ adducuntur, vt nemo illo sit maior, ostendunt etiam eum ipse omnibus maiorem. negatiua igitur locutio, & collatio vim habet affirmatiuæ: illa tamen vsus est Dominus, tum ne apud vulgus prioribus illis, & antiquis Prophetis derogare visus esset; tum etiam, quia sequenti sententiæ magis correspondebat, nempe Ioanne Baptista ex prioribus neminẽ fuisse maiorem: tamen ex posterioribus ad Regnum cælorum pertinentibus, vel vnum ex minoribus, illo maiorem esse.

ANNOTATIO XLVIII.

Quibus reb. Ioannes cæteros superauerit, & ut ipse sit maior dici meruerit.

GRauior est tertia difficultas, nempe quid sit id, in quo vel cæteris prælatus est, vel nemo illum antecelluit. in hac difficultate enodanda plures sunt sententiæ Doctorum.

Primo loco quidam de sanctitate vitæ hanc collationem intelligunt, vt nemo Ioanne sanctior fuerit, quamuis æquales habere potuerit. Sic Hieronymus Matth. 11. & Augustinus lib. 2. contra Aduersariũ legis cap. 5. sensisse videntur.

Secundo loco quidã nõ in sola sanctitate vitæ, sed etiam in prærogatiua, Deique beneficijs Ioannem præpositum dicunt; habuit. n. multa, in quibus excelluit omnes, vt quod in vtero sanctificatus, quod in eo existens prophetauit, quod Baptismo vsus est, quod multos conuertit, quod Christum baptizauit, & alia huiusmodi, propter quæ omnia summus omnium dictus est. Sic Chrysostomus homil. 38. in Matth. & ibi Euthymius exponunt.

Tertio loco quidã non de gratiæ dono, aut sanctificatione Spiritus, sed de virtute humana interpretantur, vt sit sensus, Ioannes peruenit ad summum humanæ virtutis, ad quod nemo ante illum ascendit. ad hoc autem non pertinet donum Spiritus: nam de hoc dicitur, qui minor est in Regno cælorum, maior est illo, ita Cyrillus explicat lib. 2. thesauri, cap. 4. Videtur autem intelligere de virtutibus, & donis naturalibus, in quibus omnium summum Ioannem dicit.

Quarto loco quidam alij de prophetãdi functione interpretantur, nimirum, vt nemo Propheta sit illo maior: non enim dictum est, neminem illo maiorem, sed neminem maiorem Prophetam fuisse: longe enim aliud est dicere quempiam esse maiorem absolute cæteris, aut dicere, esse maiorem Prophetam. ista sententia est Ambrosij in præsenti, & Augustini lib. 2. contra literas Petiliani cap. 37. vbi pro eodem accipit esse plusquam Prophetam, & neminem illo esse maiorem. cui fauent verba Lucæ: dicitur enim: Nemo maior Propheta Ioãne est, & quamuis apud Matthæum absolute dictum sit, non surrexisse maiorẽ Ioanne, supplendum est verbum ex Luca, nimirum non surrexisse maiorem illo Prophetam, & ex præcedentibus ibidem id cõstat: nam hæc sententia sequitur illam, vnũ, & & plusquã Prophetam. Vnde cum de Prophetis esset sermo, intelligi debuit, dictum neminem maiorem illo Prophetã extitisse, ficq; Hilarius ibi can. 11. interpretatur: Nemo, inquit, Propheta maior illo. Quæ sententia omnium accommodatissima mihi visa est ob ea, quæ diximus, non enim existimo de sanctitate vitæ Christum loqui, quamuis fieri potest illum fuisse, aut sanctiorem, aut neminem illo iustiorem: at sermo est de Prophetiæ munere, ad quã collationem etiam pertinet, quod in vtero prophetauit, & natus est Propheta, quod nemini fuerat concessum; similiter quod baptizauit, quod alias eiusmodi prærogatiuas habuit, quæ illum Prophetã insignem fecerunt: illud autem fuit maximum, quod Christum præsentem nouit, & populis manifestauit. Simile quid legimus Deuter. vbi dicitur, neminem post Moysem similem Prophetam surrexisse, quod non ad iustitiam, & sanctitatem vitæ spectat, sed ad prophetiæ functionem. Fauent verba subiecta, qui minor est in Regno Dei, maior est illo, quod non de sanctitate intelligitur, vti diximus, & adhuc paulo inferius plura dicemus.

Deuter. 34.

ANNO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO XLIX.

Quoniã Christus Iesus fuerit verbis illis, inter natos mulierum.

POstremo est quarta difficultas, cur scilicet dictum sit, (inter natos mulierum) Hieronymus Matth. 11. & Ambrosius in præsenti affirmant id positum, ne Christus Ioannem sibi præferre videretur, ob id.n. dicit, inter natos mulierum, sæpe, quæ concubitu viri conceperunt; at Christus nõ de muliere per viri concubitum, sed de Spiritu sancto cõceptus est. Hæc expositio non videtur mihi multum accommodata. Primo quidem in Scriptura nomen mulieris etiam virgini tribuitur, vt supra notauimus, & maxime etiam in commentarijs in Ioannem c.2. vnde vere Christus de muliere natus dici potuit. Præterea quia qui audiebant tunc hæc verba, nesciebant Christum natum de Virgine, & opera Spiritus sancti, ex quo fit, vt non propter id verbũ Christum excepere ab illa comparatione. Præterea, quia verba illa subiuncta plane declarant Christũ non prætulisse sibi Ioannem, ioma multum postposuisse, quandoquidem illos, qui in eum crediturí erant, & eius Euangelium amplexuri, affirmauerit maiores esse Ioanne. Cyrillus lib.2.thesauri cap.4. insinuat expositionem, quam apertius in commentatio prosecuti sumus, nimirum vt aliam natiuitatem indicaret diuinam, propter quam credentes in eum futuri erant maiores Ioanne, & Prophetis; per Baptismum.n. renascimur in Christo, & filij Dei efficimur. dicit ergo inter natos mulierum, quia Prophetæ illi non habuerunt hanc natiuitatem secundam, quã nos habemus: sed solam qua de matribus nati sunt, licet per gratiam Dei efficerẽtur iusti, & sancti, tamen nondum statum filiorum adoptionis cõsecuti erant. Dici etiam posset, Christum voluisse commendare Ioannis natiuitatem admirabilem, & omnibus manifestam, propter quam nemo ex Prophetis illo maior, & illustrior. At vero qđ a Cyrillo insinuatum diximus, est multo verius, & accommodatius.

Qui autem minor est in Regno DEI, maior est illo.

COMMENTARIA.

COnnexa est hæc priori illi sententiæ, vti diximus, qua significat Christus aduenisse iam Ecclesiã Euangelicam, nomine Regni Dei, seu Regni cælorum appellatam, quam Ioannes aduentante prædicauerat, & Christus ipse annunciauerat, dicẽs: Appropinquauit Regnum cælorum; in quo Regno, uel qui minor est, excellit statum, & conditionem Ioannis, & Prophetarum, qui omnes cũ sub lege essent, spiritum seruitutis acceperunt; at credentes in Christum, & in ipso per Baptismum renati, spiritum adoptionis filiorum recipiunt. maior autẽ est uel minimus filius quoliber seruo etiã maximo. Hæc sententia animos audientium ad se traxit, & eximio dono ad credendum in eum induxit.

ANNOTATIO L.

Quo minor in Regno cælorũ maior Ioanne dicitur.

NOn est cur repetamus ea, quæ de connexione huius sententiæ precedenti in commentario, & annotatione diximus, ad eandem.n. Christi asseuerationem spectat, nimirum: Dico vobis, neminẽ Prophetarum maiorem fuisse Ioãne: at vero eum, vel qui minor est in Ecclesia, illo esse maiorem. Nunc autem sensus huius sententiæ aperiendus est. Augustinus lib.2.cõtra Aduersarium legis cap.5. duas proponit expositiones, vna est, vt per Regnum cælorum intelligamus patriam cælestem, per minorẽ autem aliquem ex beatis Angelis, aut iustis hominibus, vt sit sensus, quilibet ex beatis, vel inter eos minor est quolibet portante corpus, quod corrumpitur, & aggrauat animam. Altera est, vt per Regnum cælorum intelligatur Ecclesia hæc militans; tunc autẽ hic minor Christus est, qui nascendi tempore minor erat Ioanne, maior autem æternitate, & Dominica potestate. Hæc Augustinus refert, & vtramq; probat interpretationem. Priorem expositionem secutus est Hieronymus Matth. 11. vbi ét recitat posteriorem; sed hanc postponit illi. In qua aduertendum est, quo tempore locutus est hoc Christus, solos Angelos fuisse in cælis, iustis enim hominib. nondum erat aperta porta Regni cælorum, sed post purgationem detinebãtur in limbo, donec Christus sua morte eos liberaret, & introduceret in cælũ, idcirco quidã, vt refert Hieronymus, hunc minorẽ ad Angelos referebant. Posteriori vero expositioni adhæsit Chrysostomus hom. 38. in Matth. adiungens Christum dictum minorem Ioanne, tum ætate secundum carnem, vt dicit Augustinus, tum etiam opinione hominum multorum, qui minoris habebant eum, quam Ioannem, immo Christum edacem, ac vini potatorem appellabant. Idem sensit Ambrosius in præsenti, qui hanc sententiam de se Christum protulisse dicit, qui Ioanne maior erat, vtpote Deus. Est autem tertia expositio, quam sequitur Cyrillus lib.2. thesauri, cap.4. qui per minorem interpretatur quemlibet ex fidelibus Christi, qui in eo renati sunt, & donum spiritus acceperunt, hi multo maiores sunt Ioanne, & Prophetis, qui in lege fuerunt, & natiuitatem solam humanam habuerunt. quam expositionem adhibuit Isidorus Peluſiota lib.1.in Epist.63. cuius verba, quia rem ipsam declarãt, referre libuit. Qui minor, inquit, est in Regno cælorum, maior est Ioanne, id est, qui in lege perfectus est, vt erat Ioãnes, omnino inferior eo est, qui in Christi morte baptizatus est, hoc enim cælorum Regnum est, nimirum, cum Christo, qui spoliandæ mortis causã descendit, & sepultum esse, atq; vna cum ipso victoriam aduersus eam præbente, resurrexisse. Quoniam igitur maior quidẽ omnibus, qui ex mulieribus nati fuerant, erat Ioannes, caput autẽ ipsi ante donatum Regnum cælorum præcisum fuit, ipse quidẽ si legis iustitia spectetur, nihil habebat, quod reprehendi posset: at ijs, qui vitæ in Christo positæ spiritu perfecti fuerunt, inferior extitit, quod scilicet prius à vita discessisset. Quisquis igitur minor est in Regno cœlorum, hoc est, in Christiana regeneratione, maior eo est, qui in lege laudem iustitiæ consecutus est, quoniam lex nihil omnibus suis partibus perfecit. Hæc ille. Hanc expositionem amplexi sumus, vno mutato: Cyrillus enim & Isidorus per Regnum Dei seu cælorum, donum Spiritus sancti interpretantur; Ego autem accommodatius existimaui illud significari hoc in loco Regnum cælorũ, qp in prædicatione Ioannis, & Christi dictum est, nempe appropinquauit Regnum cœlorum, hoc autem est Ecclesia Christi, & Euangelica, in qua renascuntur fideles per Baptismum, & accipiunt adoptionem filiorum Dei. Est autem aduertendum, quando dicuntur ij, qui in Euangelio viuunt, & renascuntur, maiores Prophetis, & ijs, qui in lege fuerunt, nolumus significare eos esse sanctiores, seu iustiores, Deoque graniores, sed esse nobilioris status, & conditionis: nam & inter nos quidam sunt perfectiores statu, nempe Episcopi, & religiosi, quã laici, cum tamen quidam ex his sint meliores vita multis ex illis: sic quãuis qui in lege erant, continebantur in statu imperfectiori, quia seruorum erat, potuerunt tamen (& re vera fuerunt) ex ijs multi meliores esse nonnullis ex Christianis, qui sunt in statu filiorũ, qui nobilior, & excellentior est.

Ioannes quãuis à Christo baptizatus fuerit statum & cõditionem filij non fuit adeptus.

Dubitatio autem cuipiam suboriri posset, quomodo, qui minor est in Regno cælorum (non enim in Ecclesia omnes sunt æquales, sit maior Ioanne etiam conditione, cum hic à Christo sit baptizatus, & consequenter in eo renatus, & adscitus in statũ filiorum Dei? Respondeo, ante Christi passionem, & mortem Euangelium non habuisse statum integrum, & perfectum, vnde nec baptismus tunc collatus suos oẽs habuit effectus; non enim aperiebat ianuã Regni cælestis, nec adoptionem filiorum perfectã dabat, cum nondum lex illa cessasset, ideo nec Ioannes etiam baptizatus consecutus est ea, quæ post Christi mortem, & Euangelij prædicationem donata sunt, nec plene ad statũ Euangelij pertinebat, cum ante Christi mortem occisus sit, nec in cælis statim receptus, sed in limbo cũ cæteris iustis, qui purgati ibi detinebantur, expectantes Christi mortem, & descensum ad inferos. fuit ergo Ioanes, vt recte dicit Gregorius Nianz. orat. in sancta lumina, interiectus inter vetus, & nouũ testamentũ, siue quidam medius inter legem, & Euangeliũ, comparat igitur Christus eos, qui crediturí erãt in eum, & post passionẽ eius, ac mortem de Ecclesia ipsius futuri, in qua diuersi sunt gradus, & status credẽtiũ, sed vel qui minor est, excellentiorem habet conditionem, quam Ioannes habuit, cæteriq; Prophetæ, vtpote, qui adoptionem filiorum perfectam habet, & apertum est ei Regnum cælorum, & hoc est, quod Dominus præsenti sententia indicauit.

ANNOTATIO LI.

Eunomij error refutatur.

CAuenda est omnino impia, & blasphema expositio, quã Eunomius in hæc verba protulit, vt refert Cyrillus lib.2. thesauri, cap.4. dicebat enim Christum dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum minorem propter tempus, quo natus est de Virgine; maiorem autem, quia per uenturus erat ad maiora, quando aduenien te Regno cœlorum accepturus erat mercedē à Deo propter rectā administrationem salutis humanæ. Hinc inferebat ille Hæreticus, Christum non esse Patri æqualem, nec similem, etiam vt verbum erat, cum progressum, & augmentum perfectionis fecerit. Quantum autem errauerit iste, facile est videre ex ijs, quæ dicta sunt. Primo quidem non sunt hæc verba de Christo dicta. Secundo etiam si dicta essent, nihil inde Hæreticus pro se habet, non enim dictum est, maior erat illo, sed maior est illo: quia etiam si minor ætate earnis, diuinitate tamen, & donis communicatis humanitati maior erat. Hoc etiam loco abutebātur alij hæretici, vt meminit Augustinus lib. 2. contra Aduersarium legis, cap. 5. quibus respondet adhibitis duabus expositionibus, quas retulimus in præcedenti Annotatione.

Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis.

COMMENTARIA.

VErba sunt Euangelistę, narrantis, quid gestum sit post ea, quæ Christus de Ioanne protulit; atque explicantis causam, ob quam Christus adiunxit verba, quæ paulo post referuntur. Populus ergo, id est, plebs, & simplex, ac indoctum vulgus, similiter & publicani, cum audissent ea, quæ Christus de Ioanne pronunciauit, iustificauerunt Deum, id est, Deū fidelem, & iustum prædicarunt, credentes Ioannem missum ab eo, sicut per Malachiam promiserat; ij autem erāt, qui baptismum eius iam receperant, ab eoque baptizati erant: sicut enim Deus iustum, ac fidelē se exhibuit in Ioanne, eo quod fecit quod promiserat: ita qui acceptarūt Ioannem, vt à Deo missum, eo ipso Deum iustificarunt, id est, fidem esse confessi sunt. Hoc aūt illi audiores fecerunt, non solum credendo Ioannem à Deo missum, sed confirmando verbo ipso dicta Christi, quibus Ioānem commendabat. atq; hoc modo dicuntur nūc iustificasse Deum, qui iam ante iustificauerant, quando sua peccata confessi baptismum eius receperunt. Dicitur autem omnis populus, non quod omnes de populo crediderint, sed quod multi.

ANNOTATIO LII.

Nō est hæc Xpi sententia, sed Euangelistæ.

PRætermisit Lucas multa, q̄ Matthæus cap. 11. retulit: nam post verba narrata à Luca, adiunxit etiā Christus hæc: A diebus Ioannis Baptistæ vsque nunc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud; omnes enim Prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. & si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est: qui habet aures audiendi, audiat. Hæc Matthæus scripsit cum his, quæ Lucas retulit. Poti hęc vero interponit verba Lucas, q̄ Matthæus prætermisit, nimirum: Omnis populus & publicani, cum hæc audirent, iustificarunt Deum, confirmando verba Christi, & confitendo Ioannem esse, qui venturus erat, & qui promissus fuerat à Deo; sicque connectuntur hæ sententiæ. Est autem cōtrouersia, an hæc, & sequens sententia nēpe (Pharisęi spreuerunt consilium Dei) sint verba Euangelistæ, quæ ex se ipso dicit, vt quid gestum sit narret, & quæ sequuntur, cum præcedentibus connectat, an sint verba ipsius Christi, Iudæis cū cæteris sententijs iā relatis, dicta. Euthymius existimat esse verba Christi, cui consentiunt nonnulli ex posterioribus: quidā alij verba esse Euangelistæ existimant, quorum opinioni adhæsi. Ex Ambrosio autem in præsenti nihil certi colligi potest, insinuat tamen verba esse Euangelistæ; nam ab his verbis initium facit libri sui sexti; quod si Christi essent verba, non vtique diuisisset à reliquis, quibus erant connexa. Hāc opinionem duo maxime mihi persuadent. Vnum est, illud participiū (Audiens.) quod si verbū esset Christi, referri debebat ad Ioannem, nimirum, omnis populus audiens Ioannem; at talis relatio non potest fieri, quia nihil Christus dixerat de Ioannis prædicatione, vt postea dicere potuisset: Omnis populus audiens Ioannē, debet ergo referri ad ea, quæ Christus de Ioanne dixerat, omnis nempe populus audiens, quæ Christus locutus est de Ioanne

Ioanne, iustificauit Deum: sic constat sententiam hanc esse Euangelistæ. Alterum est illud, quod post hæc verba, & sequentia istis connexa, sequitur, nimirum (ait autem Dominus) quod non esset dictum, nisi præcedentia verba Euangelistæ fuissent: si enim omnia essent Christi, non erat cur illud (Dixit ergo) positum esset. Scio hoc (dixit ergo IESVS.) non legi ab Ambrosio, nec ab Euthymio, quosdam autem legere ante verba hæc, quæ explicamus; at nos communem amplectimur lectionem, tam Græcam, quam Latinam. Propterea igitur existimo esse hanc, & sequentē sententiam verba Euangelistæ, vt in commentario expositum est.

Homo qua ratione Deū iustificare dicatur.

ANNOTATIO LIII.

EXplicandum autem superest illud verbum (iustificauerunt Deum.) Ambrosius in præsenti duos modos adfert, quibus iustificari dicitur Deus. vnus est quando homo sua peccata confitetur; tunc enim dum homo se reum agnoscit, Deum iustum esse, ipsa sua confessione, simq; accusatione confirmat. Alter est, qū post confessionem veniā recipit, eo. n. facto Deus iustus ostenditur, qui non contumacibus, sed humilibus, & sua peccata cōfitentib. veniam præbet, eosq; iustificat: in ipsa igitur confessione, & venia Deus iustificatur, id est, iustus declaratur. Cum igitur populus, & publicani à Ioanne baptizati sua peccata confessi essent, ac veniam à Deo pœnitētes accepissent, ideo dicti sunt Deum iustificasse. Hęc expositio veram continet doctrinam: nā baptizati à Ioanne confitentes peccata sua, & veniam à Deo per pœnitentiam obtinentes, Deum ipsa confessione, & venia iustificarunt: non tamen hæc interpretatio accōmodatur loco præsenti: nam tunc, quando hoc, quod nunc narratur, gestum est, nō baptizabatur populus, nec sua peccata confitebatur; erant enim iam prius baptizati Ioannis baptismo, quando confitentes peccata baptizati sunt. Aliter igitur nunc iustificasse Deum dicti sunt. Idem Ambrosius serm. 3. in Psal. 118. vers. vlti. interpretatur hunc locum, dicitque Deum iustificare idem esse, ac eius mandata facere, quod etiam verum est, non tamen huic loco accommodatum, vbi agitur de eo, quod tunc audientes Christi sermonem fecerūt, quod peculiarius aliquid est, quam generaliter facere, quæ præcipit.

Secundo loco Euthymius sic explicat, iustificarunt Deum, id est, gratias egerunt Deo, qui Ioanem miserat, prouidens ipsorum saluti. Hæc autem expositio violenta est; non enim verbum iustificandi accommodatur significationi tali, vt idem sit, quod gratias agere, nec in ea significatione alibi legimus vsurpatum.

Mihi igitur aliter interpretandum videtur, nimirum, cū Christus multa de Ioanne prædicasset, constanterque asseruisset eum esse, quem Malachias ante Christum venturum prædixerat. & iterum, illum esse Eliam, qui venturus erat, tunc populus, & publicani, qui ea audierunt, & iam erant à Ioanne baptizati, confirmātes verba Christi, & ipsi consentientes, confessi sunt Ioannem vere missum esse à Deo, Deumque impleuisse, quod promiserat, & in illo cōpletam esse prophetiam; sicque Deum iustificarunt, id est, Deum fidelem, & implentem verba, ac promissa sua in Ioanne prędicarūt. hanc eandem significationem secutus est Paulus in allegando testimonio Dauid ex Psal. 50. (vt iustificeris in sermonibus tuis) nā ad Rom. 3. Est, inquit Deus verax, sicut scriptū est, vt iustificeris in sermonibus tuis, id est, fidelis agnoscaris, ac verax, qui imples quod promisisti, etiam si Dauid propter peccatum indignum se exhibuerit, cui tu, quod ei promisisti, exhibetes, vt in commentarijs illius Epistolæ latius ostendimus; huius enim verbi multiplex est significatio, quod paulo inferius declarabimus.

Psal. 50. Rom. 3.

Pharisęi autem, & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo.

COMMENTARIA.

VErba sunt etiam Euangelistę connexa præcedentibus, eisque opposita. Duobus enim generibus hominum prioribus opponit alia duo, nempe plebem, ac publicanos; hi enim auditis Christi verbis, Deum iustificarunt, confitentes Ioannem à Deo missum, in eoque impletam fuisse Dei ipsius promissionem per Malachiam factam. At vero Pharisęi illi, & Scribę, seu legis Doctores, qui & plerumq;

magnam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnam, ac scientiam profitebantur, nullatenus cõsenserunt Christi verbis, non credentes Ioãnem à Deo missum, eumque esse, qui venturus ante Christum promissus erat nec hoc tantum fecerunt, sed etiam cõtra eum obmurmurarunt, ipsiq; detraxerunt, sicq; consilium Dei contempserunt. Summa enim, ac diuina prouidentia, & consilio Deus Ioannem præmiserat, vt per eum omnes Christum agnoscerent, & in eum crederent; illi vero non recipientes Ioannem, eique detrahentes, ipsa sua incredulitate consilium Dei spreuerũt in semetipsos, id est, in suam ipsorum ruinam, & perniciem, sicut qui medicinam oblatam, cum infirmus sit, non recipit, quin potius parui facit, & inutilem iudicat, scientiam medici suo dãno spernere dicitur. Hi autem erant, qui nec à Ioanne prius baptizati voluerunt, & qui adhuc contumaces, & increduli, quando Christum de Ioanne talia prædicantem audierunt, in sua contumacia, ac nequitia permanserunt.

Duo superiora sententia verba declarantur.

pœnituit illos suæ incredulitatis, nec adhuc credere voluerunt, quod quidem nunc dicitur nã prius non credentes à principio spreuerunt consilium Dei, at nunc audita verbis Christi, & viso populo iustificãte Deũ, in sua incredulitate insistentes multo magis spreuerunt consilium Dei, quod in eorum ruinam animæ, & corporis cessit.

Duo verba in hac sententia declaratione indigẽt. Vnum est illud (consiliũ Dei:) alterũ illud (in semetipsos.) Quod ad prius spectat, Euthymius Baptismum Ioannis interpretatur Dei consilium, quatenus à Deo erat præceptum: idem Ambrosius sentiat accommodatius videtur, si totũ Ioannis mysterium dicamus Dei consilium; fuit enim magna Dei prouidentia præmisisse Ioannem baptizantem prædicantem, ac de Christo testimonium perhibentem, eumq; indicantem, vt sic Iudæi manu ducerentur ad Christum agnoscendum, & recipiẽdum, cuius diuinitas in carne latebat, quique similis aliis hominibus videbatur. Idcirco, qui non audierunt Ioannem consilio Dei nullum, dicantur parupendisse consilium Dei, vt in commentario declaratum est; accipitur enim consiliũ pro eo, quod ex consilio, ac prouidentia procedit, sicut fides pro eo, quod creditur, & voluntas pro eo, quod est volitum. Similis est significatio Act. 20. vbi Paulus inquit: Non subterfugi, quo minus annunciarem vobis omne consilium Dei, appellat consilium doctrinam Euangelicã, quatenus ex magno Dei consilio, & prouidentia gentibus manifesta est, cum ante esset occulta, quatenusque per verbum crucis Deus decreuerit saluos facere homines, suumq; filium miserit in carnem. Posterius verbum est illud (in semetipsos) Græce εἰς ἑαυτούς. Primo loco Euthymius putat positum loco ἐν ἑαυτοῖς, id est, in semetipsis, quasi intra se ipsos, seu apud semetipsos, vnusquisque spreuerit consilium Dei. Secundo loco quidam recentiores interpretantur, connectentes cum illo (consilium,) quasi consilium hoc Dei in ipsorũ salutem ordinatum esset, vnde spreuerũt, quod ipsis erat in salutem. Quidam alij tertio loco cõiungũt verbo (spreuerũt) vt sit sensus, contempsu hic in eorum suum malum, ac perniciem: non enim Dei consilio, sed sibi ipsis nocumentum intulerũt omnia hæc probabiliter dicuntur. Quidam alij postremo interpretantur, quantum in se ipsis fuit, quod ad tẽperandam significationem verbi (spreuerunt) positum est; hic tamẽ loquendi modus in ea significatione inusitatus est. Nos tertiæ expositioni adhæsimus, quippe qui accommodatior visa est, quam etiam Beda retulit, simul cũ secuda.

Act. 20.

ANNOTATIO LIV

Pharisæorum, & Scribarum incredulitas omnino damnanda.

NOtat Chrysost. hom. 38. in Matth. priora verba Lucæ allegãs, Pharisæos, ac legispertos eo magis accusandos significari, quo q inferiores, & qui nec scientię, nec pietati dediti videbantur, quales erant plebei, & publicani, Deum iustificarunt, & Baptismam receperunt. At vero non solum in hoc se reos fecerunt, ac accusatione graui digenos, sed etiã in eo, quod posteà viderunt illo plebem pœnitentiam egisse, & Ioannem recepisse, & nunc etiam Deum iustificasse Christo consentientes, at illi adhuc in sua incredulitate, & cordis duritie perdurarint, quod Dominus illismet obiecit Matth. 21. Venit, inquit, ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: Publicani autem, & meretrices credidérunt ei. Vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei. Hæc Dominus. Vbi nota duo. Prius est, quod non crediderunt, cum tamen publicani crederent. Posterius, quod videntes publicanos credidisse, non

Matt. 21

Iós Iudæos, sed etiam Christum ipsum, ac Ioannem comprehẽdunt, quasi oẽs hi pueris comparentur, sed ea interpretatio improbabilis est: nam generatio hæc à Christo vehementer accusatur, et reprehenditur: accusatio autem, & reprehẽsio, nec Christo, nec Ioanni cõuenit. vnde per generationem Iudæos incredulos numerum Pharisæos illos, et legispertos intelligere debemus, quod in sequentibus magis declarabitur.

Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentib. ad inuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis.

COMMENTARIA.

SIgnificat hæc similitudo, nihil ad illorum salutem spectasse, quod non fuerit à Deo diligenter adhibitum, vt illud Is. 5. vere nũc dici potuerit: Quid est, quod debui facere vineæ meæ, & non feci? at illos nulla ratione ad resipiscentiam potuisse flecti, sed in sua incredulitate, ac malitia pertinaciter permansisse. Ad quæ duo declaranda vtitur similitudine sumpta à vulgari puerorum cantione, & omnibus nota; sic enim audientium fragilitati se accommodabat, ac eorum menti rem infigebat, similes dicens Iudæos illos pueris morosis, quibus nulla cantilena placet, nec ad læta, nec ad lugubria à sodalibus adduci possunt, sed dũ tibijs cantatur, id est, læta proponunt, se lugubria velle significant; si vero lugubria, cõtra læta se malle indicant, in sua contumacia persistentes. Cantilena hæc illius erat temporis. Forum autem locus est rerum venalium, quo propter amplitudinem solent pueri ludi causa conuenire.

Isa. 5.

ANNOTATIO XXVIIII.

Quid p generationẽ hoc loco intelligatur.

QVod ad verba spectat, loco illius (ad inuicem) apud Matthæum c. 11. habetur (ijs coæqualibus suis) ὁμοίοις τοῖς, et Græce legitur, nam apud Lucam dicitur ἀλλήλοις, id est, alij alijs dicunt, apud Matthæum vero

Matth. 11.

Proximi superiorib. sententiæ sensus magis declaratur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἑταίροις, id est, suis sodalibus, seu coætaneis. idem est in vtroque sensus. Illud autem (Foro) Græce est in singulari numero, in Matthæo vero in plurali, quod quidem nec sensum mutat. Quod vero ad intelligentiã attinet, Theophylactus refert tale fuisse apud Iudæos ludi genus, vt in duas partes pueri multi diuiderentur, qui huius sæculi repetinã rerũ mutationẽ deridentes, hi tristia, alli læta canerẽt, apud quos nec qui tristia canebat, gaudentibus cogau debant, nec læta concinentes conformabãt se merentibus, vnde deinde se inuicem improperantes arguebant. At vero hæc interpretatio litteræ non accommodatur: nam non hi dicebant: Cantauimus tibijs, illi autem: Lamentauimus vobis, sed vtrumque eisdem pueris tribuitur. Nec Theophylactus illud suum ludi genus moris esse illius tunc temporis probat, sed ex hac sententia id extraxisse videtur, quæ profecto longe sensum diuersum facit, quem in commentario explicuimus. Nec ex eo, quod dicitur (similes sunt pueris cantantibus) existimes Iudæos illos contumaces conferri pueris cantantibus, cum potius similes fuerint illis, quibus decantatum est, nec vlla eis cantilena placuit, potius Christus, & Ioannes comparantur illis, qui canebant modo tristia, modo lugubria. sensus igitur hic est: Iudæis istis euenit quid simile, quod in puerorum cantione videmus, vbi quidam inuitati varie siue ad læta, siue ad lugubria, nec ad vnum, nec ad alterum adduci possunt. Athanasius hom. in Psal. 29. in illud. Conuertisti planctum meum in gaudium, Hilarius in Matth. can. 11. & Ambrosius, hanc similitudinem applicant etiam Iudæis antiquis, qui nec minis, nec promissionibus Prophetarum, nec prosperitate affecti, nec pœnis afflicti, correcti fuerunt. Hoc quidem verum est, sed Christus prouerbium, siue similitudinem hanc ex vna parte illis Phariseis, & legisperitis, ex altera Ioannis ac suæ prædicationi conferebat, vt ipsemet Dominus sequenti sententia explicat. Sicque interpretantur August. lib. 2. Quæst. Euang. c. 11. & Hierony. Matth. 11. Vide multa spiritualia documenta ex hac sententia apud Ambros. lib. de pœnitentia cap. 6. & serm. 80.

Venit autem Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis: Dæmonium habet.

COMMENTARIA.

APplicat similitudinis partem posteriorem; Ioannes enim modum viuendi difficilem, & asperum seruauit, abstinentia vtens plusquam humana, non bibens vinum, nec manducans panem, id est, cibis ac potibus communibus se abstinens, vt sic homines ad pœnitentiam, ac ad peccatorum resipiscentiam prouocaret. Pharisæi vero, & legisperiti modum hunc reprobarunt, & Ioannem tamquam virtute dæmonis illa facientem arguerunt, similes effecti pueris, qui sodalibus lamentantibus non planxerunt, & lugubria canentibus non condoluerunt. similem sententiam obiecit Christus eisdem Phariseis, & Doctoribus. Matt. 21. Venit, inquit ad vos Ioannes in via iustitiæ, & nõ credidistis ei. viã iustitiæ appellat pœnitentiam, & vitæ austeritatem. quam Ioannes et seruabat in se, & alijs prædicabat. *Matt. 21*

ANNOTATIO LVII.

AVgustinus lib. 2. quæst. Euang. cap. 11. notat Christum præpostero ordine respondisse. seu prouerbium applicuisse; Ioannes. 11. similis erat lamentantibus, Christus vero ipse canentibus tibia; non tamen reddit causam Augustinus huius mutationis. ea autem est, quia in prouerbio seruauit Christus ordinem ipsorum puerorum, qui eo modo cantilenam pronunciabant; in applicatione autem tenuit ordinem temporis: nam Ioannis prædicatio præcessit, posterior vero fuit Christi; erat enim ille præcursor. illud vero est in hac sententia notandum, nempe non reperiri in Euangelio locum, in quo referatur, Phariseos, & legisperitos contra Ioannem obmurmurasse, quod dæmonium haberet sicut reperitur locus, vbi Christũ ea blasphemia affecerunt. *Superiora sua ea ratione explicat.*

affecerunt. Ioan. 8. Samaritanus es, & dæmonium habes. Ex hoc loco tamen habemus, iam hos Iudæos id ipsum contra Ioannem fecisse. Notandum etiam est, Matthæum cap. 11. absolute sententiam posuisse: Venit, inquit, Ioannes neque manducans, nec bibens, quæ in eodem sensu accipienda est, non quod nihil manducaret, & biberet, sed quod communi cibo, & potu hominum non vteretur, tamquam eius esset abstinentia, vt fere nihil cibi, & potus caperet.

Venit filius hominis manducans, & bibẽs, & dicitis, Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum.

COMMENTARIA.

PRiorem partem similitudinis sibi Christus applicat, cuius vinẽdi formalenis, & suauis erat, nec eam vitæ austeritatem prædicabat; cibis enim communibus hominum vtebatur. At nec hoc placuit Iudæis illis, sed repulerunt eum, dicentes: Ecce homo vorax, qui amicus est publicanorum, & peccatorum; nempe cum eis manducans, & bibens. similes in hoc effecti sunt Iudæi pueris, qui sodalibus tibijs cantantibus non saltarunt, nec gaudentibus gaudere voluerunt, ac incredoli, & contumaces, nec Ioanni, nec Christo consenserunt, quibus nec illius durior viuendi regula, nec huius mollior vitæ norma probatæ sunt.

Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.

COMMENTARIA.

CVlpam omnem in ipsos Iudæos incredulos ac contumaces reijcit; ne quis enim diceret, non mirum si isti nõ crediderunt; non. n. Deus vsus est conuenienti arte, & modo, quibus Iudæi hi in fidem erat trahẽdi, vnde non est culpa eis imputanda. huic obiectioni obuians Christus, inquit: Omnes filij sapientiæ, id est, multitudo credentium sua fide Dei sapiẽtiam iustificat, omnemque reprehensionem, ac culpam ab ea auocat, ac in ipsos incredulos conuertit; si enim nemo credidisset, quodammodo dici posset, Deum non adhibuisse ex parte sua, quod necessarium erat, sicque nec eius iustitia appareret: at dum multi crediderũt Ioanni, & Christo, sapientia Dei iusta ostenditur, quippe quæ fecerit totum, quod in se erat, vt hi Phariszi, & legisperiti credere possent, si voluissent, sicut & alij multi crediderunt, & resipuerunt ad Ioannis, & Christi prædicationem.

ANNOTATIO LVIII.

QVod ad verba spectat, Hieronymus Matth. 11. vbi eadem sententia refertur, asserit in quibusdam exemplaribus sic scribi. Iustificata est sapientia ab operibus suis, sicque sensus valde accommodatus. At vero quia communis lectio est, iustificata est sapientia à filijs suis, ea sequenda est. Lucas autem addit (ab omnibus filijs suis). Varia est autem Doctorum huius sententiæ interpretatio. *Patres diuersimode locũ hunc exponũt*

Primo loco Hilarius can. 11. in Matth. Sapientiam Christum ipsum, qui sapientia est Patris, intelligit, & iustificatam sapientiam dicit in hoc, quod reiectis incredulis receptæ credentes, & obedientes sibi iustificatum illos repulit, quia nec Ioanni, nec Christo credere voluerunt: per filios autem interpretatur fideles, & credentes, de quib. dixerat, Regnũ cœlorũ vim patitur, & violenti rapiunt illud: à quib. iustificata dicitur sapientia Dei, quia confessi sunt iustum esse opus Dei, quod illis reiectis hos receperit.

Secundo loco Hieronymus Matth. 11. explicat iustificatam sapientiam in hoc, q̃ abscondit hæc, id est diuina mysteria à sapientib. & prudẽtibus, & reuelauit ea paruulis, iuste enim hoc fecit, cum illi Ioanni, & Christo noluerint credere. quæ expositio fere eadem est cum ea, quæ est Hilarij, nisi quod Hieronymus per filios sapientiæ interpretatur Apostolos, à quibus iustificatam sapientiam Dei dicit, quia ab eis comprobatus est Christus iuste fecisse in eo, quod abscondit mysteria illis, & reuelauerit paruulis.

Tertio loco Chrysost. hom. 38. in Matt. sapientiam Dei exponit, & in hoc iustificatam

Universidad de Deusto
Biblioteca

catam dicit, quod fecerit, quod ex se est, vt illi crederent, vnde reprehendi, aut inculpari non poterit, quòd defecerit in ministrandis medijs necessarijs, ad illorum incredulorum salutem, & fidem. Illud autem (à filijs suis) non interpretatur.

Quarto loco Euthymius duas adfert expositiones, vna est, iustificatam sapientiam à filijs suis esse, quia filij sapientiæ, id est, fideles, & qui diuina mysteria intelligunt, admirati sunt sapientiam Dei, qui diuersis vijs, nempe Ioanne, & Christo saluti, & vt istati hominum consuluit. Altera est, vt iustificata dicatur sapientia Dei, quia à fidelibus, & intelligentibus habita est irreprehensibilis, vtpote qui fecit, quidquid debuit, & omni modo vsa est ad illorum salutem, atque hæc posterior expositio videtur Chrysostomi.

Differunt hi Doctores in hoc, quod primi duo sapientiam Christum interpretantur, & iustificationem in hoc ponunt, quod eos repulerit, illos receperit, quia illi culpa sua noluerunt credere, ac acceptare viã, & modum salutis, ac fidei, illi vero acceptarunt. Duo autem posteriores Doctores sapiẽtiam ipsam Dei intelligunt quam iustificatam dicunt, quia nulla culpa in eam reijci potest, cum fecerit, quod suum erat, vt illi crederent, sine iustificatam, quia admirationi habita est à fidelibus. Varij etiam sunt Doctores in exponendo illo, (à filijs suis) quidam credentes, quidam Apostolos explicant, immo quidam recentiores ipsum Christum, & Ioannem intelligunt qui dum, quod suum erat, ergà illos Iudeos fecerunt, diuinam sapientiam iustificarunt, id est, declararunt, & ipso opere ostenderunt, iustam, & irreprehensibilem esse.

Aucto-ris sen-tentia.

Mihi in hac parte visa est accommodatior expositio in commentario allata, vt per Sapientiam non Christum ipsum, sed Dei sapientiam dicamus: quamuis enim Christus vt Deus sit sapientia ipsa Patris, tamen aliud est loqui de sapientia, vt est attributum cõmune toti Trinitati: Deum enim sapientem vocamus, tam Patrem, quàm Filium, quàm Spiritum sanctum: aliud autem est loqui de sapientia personaliter, vt dicunt Theologi, quæ est ipse filius Dei. hoc igitur in loco de sapientia priori modo sermo est, cuius opus fuit disponere vias, & modos saluus humanæ operandæ. Dicimus autem iustificatam à filijs suis, non quod filij sapientiam ipsam confessi fuerint, aut probauerint iustam: nec quod eam admirati fuerint, sed quod iustitia eius in ipsis credẽtibus ostensa sit, dum enim multi crediderunt, aperitur culpa eorum, qui non crediderunt: non enim incredulitas inde prouenit, quod non fuerit ministrata illis via, & modus credẽdi, sic enim nemo crediderit, sed quod noluerunt culpa sua credere, sicque sapientia iusta, & irreprehensibilis ostenditur. ob id dicitur (ab omnibus) nam ex omnibus credentibus sumitur argumentum iustitiæ in diuina sapientia, & culpæ in non credentibus. Hæc enim phrasis vsitata est in Scriptura, vt vnus dicatur iustificatus ab altero, non quòd hic illum iustum confiteatur, sed quod eo, quod in illo fit, iustitia, aut minor culpa alterius appareat, Luc. 18. Discendit iustificatus ab illo. Ezech. 16. Iustificasti sorores tuas in omnibus peccatis tuis. Dicti autem sunt filij sapientiæ, id est, sapientia Dei prædicti; hæc est autem sapientia veram Dei fidem habere.

Luc. 18. Ezech. 16.

Aduerte demum, huius sermonis multa prætermissa esse à Luca, quæ Matthæus retulit, quæ etiam nos non interpretamur, qui Lucam exponendum suscepimus.

Rogabat autem illum quidam de Phariseis, vt manducaret cum illo.

COMMENTARIA.

ADmirandam cumsidam mulieris peccatricis conuersionem describit Euangelista, vt eo exemplo verificet, publicanos, & peccatores credidisse Christo, quem illi doctores, & Pharisæi spreuerunt, quo diuina sapientia iusta comprobatur. vt autem hanc explicet conuersionem, totius facti texit historiam. Quidam igitur ex Phariseis precibus obtinuit à Christo, vt prandaret domi eius cum illo. Illud autem verbum imperfecti temporis (rogabat) non qualescumque preces significat, sed instanter, & perseueranter rogabat. Non enim facilem se exhibebat Christus inuitantibus, quib. se parum profuturum sciebat. Quando autem salutem alicuius futuram nouerat, seipsum etiam hospitem offerebat, vti cum Zachæo publicano factum est.

ANNOTATIO LIX.

ANnillo loco, & tempore, in quib. Dominus sermonẽ precedentem habuit, inuitatus sit, incertum est. Lucas enim solus huius meminit historiæ, quod etiam Ireneus notauit lib. 3. c. 14. vnde quis fuerit hic Pharisæus, ignoratur, probabile autẽ est illo tunc tempore, aut paulo post hoc hæc facta esse. Quod autem ad verba spectat, illud (rogabat) Græce ἠρώτα dicitur: notat autem Euthymius, non esse accipiendum in ea significatione, quam etiam habet, an mirum (interrogabat) hæc enim significatio accommodari non potest ẽ contextui, sed significare idem, quod (vocabat seu inuitabat) quod quidem accommodate dici potest: tamen accommodatior multo est significatio, quam communis lectio habet, nempe rogabat, non enim verbis simplicibus, sed deprecatorijs illum Pharisæum vsum esse credibile est.

Et ingressus domum Pharisæi, discubuit.

COMMENTARIA.

ANnuit Christus precibus Pharisæi, non propter eum, de quo nullus fructus sperabatur, sed vt occasio mulieri sitæ conuersionis daretur, ac quanto studio Christus peccatorum saluti incumberet, ostenderetur. Ingreditur ergo domum rogantis Pharisæi, & discumbit cum illo ad manducandum, eoque facto illorum Pharisæorum inquam, ac contumeliosam damnat accusationem, qua paulo ante dicebant: Ecce homo deuorator, amicus publicanorum, & peccatorum. Si talem Christum ô Pharisæi dicitis, ecce vnus ex vestris deuoratot etiam est, publicanus, et peccator. At vero impietas, & nequitia non sibi conscnat, vtpote non veritati, sed mendacijs ac falsitatibus inniza.

ANNOTATIO LX.

EVthymius asserit Christum non deuitasse hunc Pharisæum, ne daret occasionem dicendi, quod cum publicanis, & peccatoribus cibum caperet; Pharisæos autem fastidiret. At vero eũ iam hoc illi dixisset, potius hoc fecit Christus, vt illos impietatis, & mendacij conuinceret, vt in commentario dictum est.

Et ecce mulier, quæ erat in Ciuitate peccatrix.

COMMENTARIA.

ILlis discumbẽtibus, ecce mulier peccatrix, id est, quæ impudice, ac inhoneste vixerat, quæ quidem mulier erat in illa ciuitate eadẽ, in qua Pharisæus, qui Christum inuitauerat, longe turpiter se gesserat, maleque apud conciues audiebat. Particula (ecce) attentionẽ excitat, ecce inquit, continij tempore mulier pœnitentiæ lacrymas miscet, quia peccanti omne tempus est ad pœnitentiam aptum: ecce in domum Pharisæi, qui mundiciem, & sanctitatem profitebatur, peccatrix ingreditur, quia quem vere pœnitet, præsentium in illorum non refugit, apud quos peccata grauiora apparent; vt enim inquit Gregorius hom. 33. in Euangel. Quia semetipsa grauiter erubescebat intus, nihil esse credidit, quod erubesceret foris.

ANNOTATIO LXI.

QVod ad literam spectat, illud (Peccatrix) connecti debet, nõ cũ verbo sic: Qui erat peccatrix, sed cum nomine sic: Ecce mulier peccatrix, quæ erat in ciuitate, Græce additur articulus, quæ erat in ciuitate illa, nempe in qua Christus inuitatus fuerat à Pharisæo. Quæ autẽ ciuitas hæc incerti est, videt nõ improbabiliter esse ciuitatis Naim, in qua ingrediens Dominus suscitauerat filium viduæ propter portam ciuitatis, ad quam Ioannes referur misisse Discipulos, & Christus locutus ad turbas: hæc enim omnia à Luca consequenter narrantur. ibi ergo inuitatus est à Pharisæo, ni si enim Euangelista hæc omnia eodem contextu narrasset, vtique expectasset, quæ esset ciuitas in qua tam mira gesta sunt, voluit ergo ad antecedentia se remittere. Quidã ex recentioribus existimat hanc ciuitatem esse Hierusalem, quæ emphatice dicebatur

Quæ fuerit ciuitas in qua hæc contigit historia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuitas iuxta illud Luc.22. Euntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo: hæc tamen sententia improbabilis est, vt eorum ex contextu hoc constat, Christus erat in Galilæa: at Hierusalem est in Iudæa, nec apud Lucam citatum ponitur emphatice, sed ex circumstantijs ibi positis apparebat illam ciuitatem esse Hierusalem. articulus autẽ Græc. hoc loco positus potius relatiuus est, referturq; ad illã ciuitatem, de qua prius Euangelista locutus erat, nempe Naim.

Quomodo peccatrix fuerit mulier ista.

Quo autem modo mulier hæc peccatrix dicatur, in controuersia est. quidam recentiores eo more peccatricem vocatam existimant, quo omnes, qui virtute aliqua insigni nõ pollẽt, peccatores appellamus. Quidam alij plus aliquid comprehendi hoc nomine affirmant, nempe eã fuisse noti exempli, non tam impudicitiæ, quã licentię, quæ honestæ fœminæ dedecori, & probo esse debet, tametsi nulla accedit impudicitia. Vtrãque tamen opinionem verba Euãgelica repellunt: non enim ob ea solum Pharisæus opponeret Christo tactum illius, dicens: Si esset, quæ mulier tangit illum, quia peccatrix est, quæ verba non conueniunt, nisi fœminæ impudicæ, & prostitutæ vitæ, non enim aliter eius tactus reprehẽsus esset; nec Euangelista peccatricem appellasset, nisi re vera fuisset inhonestæ conuersationis, non solum ob infamiam, sed ob opera impudica, & quidem frequentia, & iam ab aliquo tempore; nomen enim peccatricis consuetudinem indicat. quam sententiam Patres antiqui amplexi sunt, eam appellantes meretricem, hoc enim nomine vsi sunt Sacri Doctores, inter quos sunt Chrysostomus hom.62. ad Populum Antiochenum, & hom.15. in Acta, ac propter eam dictum esse à Domino censet illud: Meretrices, & Publicani præcedent vos in Regno Dei: eodem nomine vocauit Isidorus Pelusiota lib.1. Epist.142. Hieronymus Matth.26. & Augustinus serm.58. de tempore, cui consonat Ecclesiæ hymnus, quæ tot inquit cõmisit crimina, ab ipsa fauce tartari, redit ad vitæ limina, post fluxæ carnis scandala fit ex lebete phiala, ex vase contumeliæ in vas translatæ gloriæ. Recentiores autem isti, dum se pietati indulgere putant, honori Mariæ consulentes, pietatem potius minuunt, Christi, nempe gratiæ detrahentes; virtus enim medicinus laudatur, dum infirmi morbus minor censetur. Existimo igitur eam si non vulgo prostitutam, saltem impudicæ, & inhonestæ vitæ fuisse.

ANNOTATIO LXII.

Vtrum eadem sit Maria etiam Marci cap.14. quæ Iesum in domo Simonis leprosi vnguento illo vnxit, ob cuius effusionem Discipuli indignati fuerant; similiter cum illa, quæ habetur apud Ioãnem cap.12. quæ soror erat Lazari, quæ etiam Dominum vnxit; illis enim tribus locis Euangelistarum fit mentio vnctionis Christi à muliere factæ.

Difficilior est quæstio, an hæc mulier sit eadem cũ illa, cuius meminit Matthæus cap.26. & cum illa, cuius meminit Marcus cap.14. quæ Iesum in domo Simonis leprosi vnguento illo vnxit, ob cuius effusionem Discipuli indignati fuerant; similiter cum illa, quæ habetur apud Ioãnem cap.12. quæ soror erat Lazari, quæ etiam Dominum vnxit; illis enim tribus locis Euangelistarum fit mentio vnctionis Christi à muliere factæ.

Quidam primo loco tres mulieres distinctas fuisse affirmant, tresque vnctiones diuersis temporibus factas. Prima fuit multo ante Passionem, circa predicationis Christi medium, aut paulo ante, cuius nunc meminit Lucas, & dicitur peccatrix. Secũda soror Lazari, quando ante sex dies Paschę in domo Simonis leprosi Domini etiam pedes vnxit, cuius meminit Ioannes cap.12. Tertia fuit quæ ante biduum Paschę in eadem domo Simonis vnxit Domini caput, & huius meminere Matthæus cap.26. & Marcus cap.14. A diuersitate igitur temporum, & ab eo, quod duæ pedes, vna caput vnxerunt, eas distinctas esse isti dicunt. Hanc sententiam tenuere nonnulli ex antiquis Patribus, inter quos sunt Titus Bostrenus in hoc commentario Lucæ, & ante ipsum Origenes tract.23. in Matth. cui opinioni adhæserunt Theophylactus, & Euthymius Matth.26.

Secundo loco Chrysostomus hom.81. in Matth. duas mulieres sic distinguit, vt vnas, & eadem sit hæc, cuius meminit Lucas, & ea, quam retulerunt Matthæus, & Marcus, cuius nomen à tribus Euangelistis tacetur. Altera est Soror Marthæ, & Lazari, quæ habetur apud Ioannem dicta Maria. An autem eadem sit vnctio hæc cum ea, quam Matthæus, & Marcus narrarunt, nõ explicat Chrysostomus, indicat tamen eandem esse: nam dicit, (dum de ea, quam Matthæus scribit, loquitur,) illam turpis vitæ conscium non publice, sed in domo, ac priuatim, atque ad animæ incolumitatem acquirendam accessisse Christumque meretricem suscepisse, dum mentem, ac animum eius considerauit. Chrysostomus ergo eandem mulierem, & vnctionem esse hanc existimauit cum ea, quam Matthæus, & Marcus retulerunt, affirmatque non solos pedes, sed etiã caput post illos vnxisse.

Tertio loco Hieronymus Matt.26. duas quidem mulieres distinguit, totidemq; vnctiones, sed multo aliter vnicam enim existimat, quam Matthæus, & Marcus descripserunt; aliter am quæ nunc à Luca refertur, sic enim inquit: nemo eandem esse putet, quæ super caput effudit vnguentum, & quæ super pedes illa enim & lacrymis lauat, & crine tergit, & manifeste meretrix appellatur; de hac autem nihil tale scriptum est, nec enim poterat statim capite Domini meretrix digna fieri. Hæc Hieronymus. de ea autem, cuius meminit Ioannes, quæ etiam pedes vnxit, sed non lauisse lacrymis, nec capillis tersisse legitur, nec meretrix appellatur, nihil dicit Hieronymus, vnde incertum est, an coniunxerit historiam Ioannis cum ea, quæ est Matthæi, & Marci, an vero distinxerit sentiens cum Origene; non enim loquitur, nisi de hac peccatrice, & de ea, quæ caput vnxit, quitam vero narrat Ioannes, meretrix non erat; pedes autem vnxit, non autem caput. Vnde forsan eam ab alijs duabus sensit esse diuersam cum Origene.

Quarto loco Ambrosius nihil de ea, cuius Ioannes meminit; sororque Marthæ erat, loquens de ijs, quas Lucas, Matthęus, & Marcus scripsere, tractat, incertumque relinquit, an vna sit mulier, quæ prius peccatrix pedes, & postea perfecta, atq; emendata caput vnxerit, an diuerse: certum enim existimat duas vnctiones factas fuisse, hãc priorem, posteriorẽ vero illam, cuius mentionem Matthæus, & Marcus fecerunt; an vero vna, an duæ mulieres fuerint, Ambrosius dubitat, de sorore autem Marthæ, quæ Ioan.12. legitur, nihil ille expressit.

Quinto loco Augustinus lib.2. de consensu Euang. cap.79. vnam, & eandem esse mulierem, cuius quatuor Euangelistæ meminerunt, existimat, ita tamen vt bis vnxerit Dominum; primo quidem nunc apud Lucam, quando conuersa est per pœnitentiam; secundo paulo ante Passionem Domini, quod Matthæus, Marcus, & Ioannes referunt. Hoc recipit Gregorius hom.33. in Euang. eandem enim putant hanc peccatricem, & eam, quæ soror erat Lazari, & quãuis nihil de ea dicat, quã Matthæus, & Marcus retulerunt, non tamen addubitasse existimo eandem esse historiã, quam Ioannes, Matthæus, & Marcus narrarunt, quod & Augustinus sensit.

Auctoris sententia.

In hac difficultate nonnulla dicẽda censeo. Primo quidem hanc vnctionem, cuius Lucas meminit: distinctam esse ab vnctione, quam cæteri tres Euangelistæ referunt, adeo certum est, vt vix negari possit. Hoc quidem argumento manifesto probatur: nam hæc facta fuit in Galilæa, ea vero, quæ à cæteris quibus narratur, in Bethania Hierusalem: non igitur eadem esse potest, tot omittam tempus, multasque circumstantias, quibus discrimen inter has facile comperitur; in hocque dicto fere omnes consentiunt. Vnde docte Irenæus lib.3. cap.14. inter multa, quæ solum Lucam inter cæteros Euãgelistas scripsisse refert, hoc vnum scribit, nempe historiam mulieris peccatricis lauantis, & vnguentis pedes Domini. Hinc patet, non esse eundem Simonem hunc, & illum, qui dicitur leprosus, in cuius domo iterum vnctus est Dominus in Bethania. Secundo vnam, & eandem esse vnctionẽ, quam Matthæus, Marcus, & Ioannes describunt, probabilius est, ac verius. Hoc dictum verum esse loci vnitas, nempe in Bethania, & apud Simonem leprosum, & Paschæ vicinitas, multæque similes circumstantiæ ostendunt; nec obstant ea, quę, qui contrariam tenent sententiam, opponunt, nempe diuersitas temporum: nam vna ante biduum Paschæ, altera ante sex dies facta est: rursus apud Ioannem pedes, apud Matthęum, & Marcum caput Christi abluitur; rursus apud Ioannem Maria vocatur, apud reliquos duos sine nomine est. Ad hæc autem, & nõnulla alia respondimus in commentarijs Ioannis ea.12. Annot.2. Ex quibus constat duas tantum fuisse vnctiones, bisque Christum à muliere vnctum. Tertio, probabilissimum est, & omnino tenendum, vnicam fuisse mulierem, & hanc, quæ dicitur peccatrix, ac Mariã sororẽ Marthæ, & Lazari. quod non solum ob auctoritatẽ Augustini, & Gregorij, multorumq; aliorum recipi debet, sed etiã quia tota Latina Ecclesia id cõfitetur, & vt vnam veneratur eam, quæ peccatrix nunc dicitur, & quæ soror fuit Lazari; canit enim in hymno: Maria soror Lazari, quæ tot commisit crimina, &c. Huic sententiæ multa obiici pos-

Universidad de Deusto
Biblioteca

possunt, & nonnulli recentiores, plusquam par est audaces, opponunt, tamē soluuntur facile, & Ecclesiæ sententia firmiorib. argumentis comprobatur, quod fecerunt alij perdocti & pij recentiores, idcirco non immorandum amplius in hac re censuimus. An autem hæc sit eadem cum ea, quam capite sequenti refert Lucas, quæq; dicta est Maria Magdalene, à qua etiam Dominus septem dæmonia eiecisse scribitur, ibi accommodatius discutiemus.

Vt cognouit, quod Iesus accubuit in domo Pharisæi.

COMMENTARIA.

FAma Christi mulier iam ante commota, ac desiderio ad eum ueniendi, ut peccatorum suorum remissionē impetraret flagrans occasionem quærebat, quam nacta, simul atq; nouit in domo Pharisæi illum accubuisse, accurrit, tempus, & locum accommodati iudicans, ut officium suum, quod expetiuerat, exhiberet. sentiebat peccatorum suorum aculeos, agnoscebat Dei gratiam in Christo, ideo nihil eam retardauit, quin ægra ad medicum conuolaret.

Attulit alabastrum vnguenti.

COMMENTARIA.

DEsiderabat Christo hoc officij genus exhibere, ideo continuij tēpus obseruabat, quando huiusmodi unctiones fieri solebant; uas ergo ex alabastrite lapide confectum, unguento pretioso plenum attulit, ut Christum ungeret; ingentis huius mulieris erga Christum amoris indicium, & argumentum.

ANNOTATIO LXIII.

Alabastrū hoc quale fuerit.

ALabastrum uas erat ex alabastrite lapide confectum, cōseruandis unguentis aptum, quo olim antiqui utebantur, quem lapidem Onichem multi putant. Hæc ex Plinio lib. 36. cap. 8. habemus, qui cum in proximo capite meminisset Onichis, ita prosequitur: Hunc lapidem alabastritem vocant, quem cauant ad vasa unguentaria, quoniam optime ea incorrupta seruare dicitur. Hæc ille. Apparet hinc, consuetudinis fuisse Iudæorum in lautis conuiuijs amicos singulares hoc uelut recreationis genere excipere, & honorare. Huc respicere videtur illud Dauid Psal. 22. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me: impinguasti in oleo caput meū. & illud quod scribitur 1. Reg. 12. ubi Samuel Iudæx prædixit fore, ut si Regem sibi constituerent, Rex eorum filias unguentarias faceret. ex quo loco deduci videtur munus hoc fuisse fœminarum, quibus magis, quàm uiris ars hæc quasi delicatis manibus tractanda conueniebat, eaque de causa hæc mulier accessit, ut Christum ungeret. *Psal. 22.* *1. Reg. 12.*

Et stans retro secus pedes eius.

COMMENTARIA.

QVi antiquo more ad mensam super thoros accumbebant, ita iacebant, ut caput uersus mensam, pedes uersus exteriorem partem haberent, qua ministri ferentes fercula mensam obibant, idcirco mulier hæc Christi pedes iunctura retro accessit: cum autem thorus alcus esset, steriſse dicitur, ut sic osculari pedes, lacrymis rigare, ac capillis tergere posset. Merito peccatorum ueniam petitura, præ humilitate, & confusione ad pedes accessit, ut supplicātis affectum exprimeret, ad quos utique procubuisset, nisi thori altitudo prohibuisset.

Et lacrymis cœpit rigare pedes eius.

COMMENTARIA.

REcte, ac prudenter peccatrix à lacrymis sumit exordium; multum enim ad flectendum Deum fletus efficax est. nouerat Dauidem lacrymis adulterij, & homicidij culpam deleuisse, sperabat etiam illa suæ impudicitiæ ueniam lacrymis impetraturam à Christo, quem Deum esse credebat.

ANNO-

ANNOTATIO LXIIII.

Plura admiratione digna in huius peccatricis cōuersione reperiuntur.

NOranda, & admiranda sunt multa in hac muliere. Primo quidem lacrymarum copia, quæ ad laudandos Domini pedes abundant, & aquæ defectum, quā Pharisæus ministrare debuit, suppleuit; nam idcirco mulier hęc pedes lacrymis lauit, quia nouit ab inuitante non esse ablutos: diuino enim consilio factum est, ne Pharisæus aquis pedes abluerit Christi, ut lacrymis mulieris huius locus relinqueretur. Secundo, deuotio, & religio eiusdem mulieris; ut enim notauit Chrysostomus hom. 8. in Matth. legimus multos ad Christum sanitatis corporum obtendæ causa conuenisse, neminem tamen ex illis scimus ad ueniam peccatorum consequendam, & impetrandam uenisse, cum multi peccatores extiterint, præter mulierem hanc. Tertio, fides eius, quæ Christum esse eum credidit, & qui remittere peccata posset: à qua fide longe illi Pharisæi aberant, qui murmurantes intra se dicebant: Quis est, qui etiam peccata dimittit? erat enim hoc solius Dei. Quarto sapiētia, nullam enim exteriorem uocem emisit, nec quid uellet, aut peteret, uerbo expressit. sciebat cordis uehemens desiderium magnas uoces esse apud Deū, nouerat lacrymas efficacia esse argumēta impetrandi, audierat Moysen à strepitu uerborum abstinuisse, & tamē silentem aure diuinæ pietatis audit. tum fuisse, cum ei dicitur: Quid clamas ad me? Audierat Annam ad templum pergentem ore quidem tacuisse, & tamen desiderij sui uoces emisisse, lacrymisque frequentibus, quod optauerat, impetrasse. Vnde scripsit Gregorius lib. 22. mor. c. 13. Vera, inquit, postulatio, non in oris est uocibus, sed in cogitationibus cordis. Valentiores namque uoces apud secretissimas aures Dei, non faciunt uerba nostra, sed desideria. Aeternam etenim uitam si ore petimus, nec tamē corde desideramus, clamantes tacemus, si uero desideramus ex corde, etiam cum ore conticescimus tacentes clamamus. Hæc ille. De lacrymis autem Ambrosius serm. 18. in Ps. 118. sic inquit: Lacrymis crimen abluitur, ut est illud Ps. 6. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dns uocē fletus mei. Hæc ille. Et lib. 2. de penitentia, cap. 8. de huius mulieris lacrymis loquens, inquit: Peccatum mulier illa in Euangelio: fœtoremque sui erroris absterſit, sic culpam diluit, dum Iesu pedes lacrymis lauit. Hæc ille. *Psal. 6.*

Quæro ut lacrymarum virtus.

De lacrymarum autem uirtute multa Chrysostomus scripsit in sermone de pœnitentia, qui habetur 5. tomo. ubi sic inquit inter alia: Magnus profectus est lacrymarum, ut plorando ferus propitiet dominum, filium lacrymis astringet patrem, & asperam matrem filius paruulus mulceat: mouet iram Dei, reformatus in ipso. Cupit uidere Timotheum Paulus propter fletū 2. lacrymarum tuarum. & Dauid dicit: Venite adoremus, & ploremus coram Domino, qui fecit nos. Et iterum: Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte: & potum meū cum fletu miscebam: & stratum meū per singulas noctes cū lacrymis rigabam. Et iterum: Deus uitam meam annunciauit tibi, posuisti lacrymas in conspectu tuo, tamquam si diceret: Suscipe Domine lacrymas meas, quoniam lacrymæ sunt, quę pœnitentiam armant, & indulgentiam procurant; lacrymæ sunt, quæ cœlum pulsantes crimina delent, & conscientiam degrauant, sonant ore pœnitentiæ uerba, & mouent in pectore pietatis ueniam; impletur caput aqua, tumescunt oculi, rigantur genæ, decurrunt riuuli, & Deus indulgentiæ mente exhilarat. lacrymæ sunt, quę reconciliant Deo, à peccatis redimunt animam, & sanant languores eius. Sordentem animæ uestem lacrymæ lauant, & dant illi remissionis candorem. Hæc Chrysostomus. Quinto demum, magnitudo pœnitentię, & contritionis cordis eius, quæ in lacrymas effusa etiā aliorum corda ad pœnitentiam poterit reuocare, de qua Gregorius ille Magnus hom. 33. in Euang. sic scribit: Cogitanti mihi de Mariæ Magdalenæ pœnitentia, flere magis libet, quam aliquid dicere; cuius enim uel lapideum pectus illæ huius peccatricis lacrymæ ad exemplum pœnitentiæ non emolliant? consideranit namque quid fecit, & nolūit moderari, quid faceret; super conuiuantes ingressa est, non iussa uenit, inter epulas lacrymas obtulit. Discite, quo dolore ardet, quæ flere inter epulas non erubescit. Hęc ille. Non minus Chrysostomus hanc pœnitentiam magnificauit hom. 6. in Matth. Sic illa meretrix uirgines quoq; ipsas castitate superauit, cum

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc igne correpta fuisset. Quia enim perfecte inualuerat pœnitentia, pereita est furore, ceu Bacchico, in posterum amore erga Christum. Siquidem continuo, & crines resoluit, & sanctos pedes vberius diluens lacrymis, ac proprijs extergens capillis vnguentum exhausit. Et hæc quidem extrinsecus cuncta fiebant, ea vero, quę in secreto mentis agitabat, multo his feruentiora erant, quæ tantummodo Deus ipse cernebat. Hæc ille.

Et capillis capitis suis tergebat.

COMMENTARIA.

NOn dubium, quin habuerit mulier hæc linteum, quo pedes Christi tergeret, sed eo non est vsa, vt significaret, se pedes Christi abluere non tã quod hi ablutione indigerent, quam quod illa eo facto declararet, quanti Christum faciebat, quantumque eam vitæ præteritæ pœnitebat, quando coma nitis capillis ambulabat. Illud (capitis) adiectum est, cum satis esset dicere (capillis suis) tum vt oratio emphasim haberet, tum vt Euangelista pedibus caput opponeret.

Et osculabatur pedes eius.

COMMENTARIA.

HVmilitatis, ac singularis erga Christum amoris argumentum est, quo etiam significabat se pacem, ac reconciliationẽ cum eo, quem peccando offenderat, vehementer optare, ac petere; osculũ enim pacis symbolum est, vtique eorum, quę male olim amasijs dederat, osculorum iam pœnitere indicaret.

Et vnguento vngebat.

COMMENTARIA.

LOtos, ac extersos pedes, post osculata vnguento perfundit, & quidem pretioso, vt res ipsa indicat, & Titus Bostrenus affirmat, non autem caput vnxit, vt moris erat; quodque postea fecit in domo Simonis leprosi, quia vt inquit Ambrosius: Peccatrix non capiti, sed pedibus accessit ungendis; hoc enim maioris est humilitatis; siue vt eum plusquam humano more honoraret, qui plusquam homo erat, vt inquit Chrysostomus ho. 81. in Matt. & Euthymius apud Lucam: siue, vt unguenta, quæ prius delitiarum suarum erant instrumenta, ad Domini pedes, quasi conculcanda effunderet: aut forsan ne Pharisæum iniuriæ taxare uideretur, qui caput Christi pro consuetudine ungere neglexisset.

ANNOTATIO LXV.

Quid by mulieris actiones spirituale sensum significẽt.

GRegorius hom. 33. in Euang. horum omnium significationem interpretatur optime, sic scribẽs: Liquet fratres, quod illicitis actibus prius mulier intenta sibi vnguentum pro odore suæ carnis adhibuit. Quod ergo turpiter exhibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, sed hoc iam per pœnitentiam conterens flebat, capillos ad cõpositionem vultus exhibuerat; sed iam capillis lacrymas tergebat: ore superba dixerat, sed pedes Domini osculans hoc in Redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot in se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum seruiret Deo in pœnitentia, quidquid ex se Deum contemperat in culpa. Hæc ille. Euthymius similia fere considerans, inquit: Ab his, vnde prius ipsa suam venabatur perditionem, ab eisdem nũc venatu est salutem. Lacrymis enim amatorijs, & capillis curiosius concinnatis, ac vnguento lasciuos imunes dementabat: quæ vero primum fuerãt instrumenta peccati, ea nunc fecit instrumenta virtutis. Multa in his spiritualia considerauit Ambrosius in præsenti, Pii lect vnicuique legere.

Videns autem Pharisæus, qui inuitauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset Propheta, sciret quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.

COMMENTARIA.

CHristi clementia, qua à muliere illa se tangi passus est, Pharisæus offenditur, & scandalizatur, ideo; ignorantię potius, quam malitiæ adscribit, temere intra se iudicans Christum ignorare mulieris illius conditionem; existimabat enim Christum, si eam nouisset, se ab illa tangi non permissurũ; ex eaque ignorantia suo iudicio reputata colligit, Christum non esse Prophetam. Quantum autem in hoc erruerit, sequens annotatio declarat. Dicimur autem Pharisæus, qui inuitauerat, quia alij Pharisæi etiam aderant; ille autem fuit, qui hoc protulit iudicium. forsan etiam id adiectum est, vt significaret Euangelista, illum motum esse quadam indignatione, quasi ægre tulisset se ab illa muliere tacite accusatum, quod officio suo defuerit, non lauando, nec vngendo Christum, cum inuitantis hæc essent officia. Illud (quę) ad personam, illud (qualis) ad qualitatem refert; illud (quia) causam reddit cuiusdam, quod subintelligitur, nempe si sciret, Prophetaque esset, non sineret se tãgi ab illa, quia peccatrix est.

ANNOTATIO LXVI.

Pharisæus multis modis erat dũ Christum & peccatricem temere iudicauit.

PHarisæus hic in multis deliquit. Primo quidem iudicauit temere Christum ne sciuisse, quæ, & qualis esset mulier illa: nam argumentum hoc: Hic permittit se tangi ab illa muliere, ergo nescit eam, infirmissimum est, cum alijs de causis id permittere potuerit, etiam si eam nouerit. Quare recte Augustinus lib. 50. homiliarum ho. 23. Vnde, inquit, ô Pharisæe scis Christum non nouisse illam mulierem? Quasi diceret, non habuisti aliquid, ex quo id recte deducere potuisti.

Secundo, dato, quod Christus nescuisset illam mulierem, adhuc temere Pharisæus iudicauit eum non esse Prophetam: nam ex Scriptura sacra potuit Pharisæus nosse Prophetas non omnia sciuisse, cum Gen. 27. Isaac ille Patriarcha, qui multa nouit futura, filium suũ Iacob non nouerit ẽt tangendo, quem putauit Esau. dicat nunc Pharisęus de Patriarcha illo si esset Propheta, sciret quis esset, quẽ tetigit, quia Iacob erat. Similiter Gen. 37. Iacob, qui admiranda prædixit de filijs suis, deceptus credidit Ioseph occisum, quem tamen illius fratres superstitem vendiderãt. & 4. Reg. 4. Ille insignis Eliseus, in quo duplex Spiritus Eliæ erat, videns Sunamitidem plorantem filium illius mortuum esse non nouit, donec ab ipsamet intellexit: dominus, inquit, celauit à me. Sunt innumera exempla Scripturę de hac re: temere ergo Pharisęus Scripturarum peritus deducebat Christum nõ esse Prophetam, quia ignorasse putabat mulierem illam esse peccatricem.

Tertio temere etiam iudicauit mulierẽ esse adhuc peccatricẽ, quam videbat Christi pedes profusis lacrymis lauantẽ, & proprijs capillis tergentem, osculantem, ac vngentem; hæc non erant officia peccatricis, nec in peccato perseuerantis, sed valde pœnitentis, & vitam in melius commutantis. deducere potius debuerat. Hæc mulier resipuit, & à vijs malis suis antiquis recessit, quæ talia facit, qualia ab amatorib. sæculi fieri non fiunt solita.

Quarto, suomet iudicio seipsum reum facit: nam si talẽ existimabat esse mulierẽ illam, cur in domum suam intrare passus est, cur diu immorari permisit, cur Christũ non fecit certiorem, ne ab immunda tangi se permitteret? Hęc profecto efficere debuit, qui talem de illa, & de Christo opinionem habuit: nam & illam immundam, & hunc ignorantem reputauit.

Quinto, ex suo sensu, ac ingenio Christum metiebatur, quodq; ipse superbe egisset, si illa ei accessisset, vtique Christum debere facere censuit, vnde Augustinus lib. 50. homi. hom. 23. Ad illius, inquit, ergo Pharisæi pedes, si talis mulier accessisset, dicturus erat, quod Esaias de talibus dixit cap. 52. Recede à me, noli me tãgere, quia mundus sum. Hæc ille.

Sexto, propriam ignorantiam, & cęcitatem mentis non contemplans Christo ipsi, qui omnia nouerat, eam tribuit: nam cæcus fuerat: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi, nec credidit, nec mente retinuit: ægram ad Medicum salutis accurrisse non animaduertit, clementiam recipientis non est contemplatus, quã ipse temere, & de Christo, & de muliere iudicasset, non intellexit.

Septimo, errauit in legis intelligentia: nam immunditiem legis, quæ contrahebatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur ex tactu alicuius immundi, extendebat ad animæ immunditiem, quasi non liceret tangere peccatores, ac fornicarios, seu adulteros, quod nulla ratione lex prohibuit, quis enim id poterat seruare, cum nemo immundos tales cognoscere valeret? immo Pharisæi ipsi sanctitatem super omnes superbe profitentes, peccatores tangebant; quomodo enim adulteram ad Christum adducere potuerunt, nisi tangendo?

Demum notanda est in Pharisæo animi duricies, ex superbia nimia proueniens, quæ tanto mulieris huius spectaculo adduci nõ potuit, vt pro suis erratis, vel vnam lacrymam effunderet, saltem in animo suo; cum vel ex illius lectione sanctus ille Gregorius hom. 33. dixerit: Cogitanti mihi de Mariæ Magdalenæ pœnitentia flere magis libet, quam aliquid dicere. Cuius enim vel saxeum pectus illæ huius peccatricis lacrymæ ad exemplum pœnitentiæ non emolliant? Hæc ille. Quid si vidisset eam, fecisset sed ô Gregori, ecce Pharisæus vidit, nec eius cor emollitum est. plus ergo, quam saxeum erat; tantam enim fuisse superbiam illius opinor, vt nulla se pœnitentia indigere putaret. Ex his constat, quam multa hic Pharisæus simul peccauerit.

Christi clementia, ac benignitas.

Ex aduerso admiranda est Christi clementia, ac benignitas, qua non solum ab ea, quæ peccatrix reputabatur, ac fuerat, tam patiẽter se tangi passus est, subsstinuitque propter illam ignorans reputari; sed et eam ad se diuinitatis suæ occulta virtute attraxit, non enim illa aliter venire poterat. Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Quod quidem & Gregorius homil. 33. in Euang. notauit, dicens: Quid miramur fratres? Mariam venientem, an Dominum suscipientem? Suscipientem dicam an trahentem? sed melius dicam trahẽtem & suscipientem; quia nimirum ipse per misericordiam traxit intus, qui per mansuetudinem suscepit foris. Hæc ille. Sunt etiã verba Cypriani notanda libro de ablutione pedum, vbi loquens cum Christo, sic inquit: Hoc in muliere peccatrice aliquando passus es, nec dedignatus es in mensa solemni multis conuescentibus infamis personæ suscipere famulatum, cuius deuotio vsa est ibi capillis pro linteo, oculis pro carino, lacrymis pro Baptismo, tetigit, lauit, & vnxit vnguento. Mactata intrinsecus anima proprium in sancta sanguinem intulit; singula suum præbuere ministerium, cor contritum erupit in lacrymas, fides lauit, charitas vnxit. Hæc multa in cõspectu tuo cõgerens holocausta, de fonte cordis fletus hausit, quos protulit; de pœnitentiæ pixide vnguenta, quæ obtulit, caputque pro suppedaneo strauit, crinibus circũfusis pedes sacros inuolvit, & terfit. Nihil sibi de se retinens totam se sibi deuouit: & tu affectum potius, quam factum attendens vngebas vngentem, abluebas lauantem, tergebas intrinsecus pœnitentem. Superbo oculo Simon leprosus hanc elementiæ tuæ diligentiam non poterat intueri. Hæc Cyprianus.

ANNOTATIO LXVII.

Quare Iudas eo tempore discipulo nõ fuit? & hanc unctionem indignetur, sicut ob aliud ab Euangelista refertur fuisse indignatus.

POterit quispiam interrogare, cur non murmurauit Iudas nunc, nec indignati sunt Discipuli, sicut fecerunt in posteriori vnctione, vt Ioannes, cæteriq; duo Euangelistæ referunt: adfuisse autem Discipulos nunc, testatur Cyprianus lib. ad Nouatianum hæreticum de lapsis, Euthymius hoc in hoc loco respondet: Iudam eo tempore nõdum auaritiæ morbo captum fuisse, nec Discipulos sermonẽ Christi de pauperum cura admodum penetrasse, nec infixum habuisse. Non est improbabilis responsio, eo maxime, quod Iudas à principio suæ vocationis, & electionis bonus fuit, & bene se gessit erga Christi disciplinam, vt ostendimus in commentarijs in Ioannem c. 6. annot. 36. ex Cyrillo lib. 4. in Ioannem c. 30. Hieronymo lib. 3. contra Pelagian. Tertullianus autem lib. de anima affirmat bonum fuisse Iudam nõ solum electionis suæ tempore, sed etiam perseuerasse in bonitate vsque ad loculorum officium. Potest etiam huic Euthymij responsioni altera adiungi, nempe non fuisse vngucntum hoc ita pretiosum, ac illud, quod non super solos pedes, sed etiam super caput effusum fuit; propterea quæ Euangelistas dixisse illam attulisse alabastrum nardi pistici pretiosi; licet. n. hoc pretiosum fuerit, vt supra diximus ex Tito Bostreno, erat tamen cõmune, quo in conuiuijs vti solitum erat. quod si perfectius fuit, non æque tamen vt posterius, quod rarum, & insolitum erat. Addi etiam potest, non solum vnguentum posterius fuisse pretiosius, & inconsuetum, quippe quo caput Christi erat vngendum, sed totum effusum esse, etiam vase fracto, vt habetur Mar. 14. nunc autem nec vas dicitur fractum, nec totum effusum vnguentum, sed tantum vnxisse pedes, ideireo non est accepta occasio conquerendi, nec à Discipulis, nec ab vllo circumstantium, qui cõmunio aderant. Demum responderi etiã potest, Christum sua interogatione, ac responsione ad Pharisæum facta non dedisse locum murmurationi; ita enim celeriter Christus pro muliere respondit, vt cogitationi Pharisæi occurrent, priusquam vllum proferret verbum. cui responsioni omnes intenti de vnguento parum curarunt, eo maximè quod Christus suæ diuinitatis radium quendam emisit remittendo peccata, propter quem illi, qui aderant, admirati dixerunt, quis est hic, qui etiam peccata dimittit?

Et respondens Iesus dixit ad illum.

COMMENTARIA.

NOn ad verba Pharisæi, cum is nihil locutus fuerit; intra se enim illa, quæ relata sunt, dicebat, sed ad cogitationes, quas in animo illius prospexit, Christus respondisse dicitur; qua re & se plusquam Prophetam, immo & Prophetarum Dominum esse ostendit, & falsi, ac temerarij iudicij Pharisæum damnauit, qui enim arcana cordis eius detegebat; nouerat vtique, quæ, & qualis esset mulier illa, à qua tangebatur, eoque demonstrat se eam diuino consilio, non ignoranter admisisse.

Simon habeo tibi aliquid dicere: at ille ait: Magister dic.

COMMENTARIA.

MIrabilis hæc Christi in reprehendendo prudentia suauitati coniuncta facit, vt Pharisæus sese suo iudicio condemnet, & vt dicit Gregor. homil. 33. in Euang. dum sua sententia Pharisæus conuincitur, quasi phreneticus funem portat, quo ligetur, ideo ergo consensum illius ad dicendum Christus requirit: quod autem nomine proprio eum appellat, familiaritatis, & amoris cuiusdam est argumentum.

Duo debitores erant cuidam fœneratori; Vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis, vnde redderent, donauit vtrisque.

COMMENTARIA.

PArabolæ plurimum habent efficaciæ ad conuincendum; trahitur enim homo ad consentiendum nõ solum cuiderit exempli, sed etiam priusquam ille intelligat, quo virtus parabolæ tendat; illorum igitur debitorũ similitudine, & Pharisæum incimilitatis arguit, & mulierem à falsa imputatione tuetur, ac eam illi præponendam esse demonstrat, vt in explicatione ipsa manifestabitur.

ANNOTATIO LXVIII.

AMbrosius lib. de Tobia cap. 22. per hos debitores, populos gentium, ac Iudæorum intelligit, qui plura debebat, natio erat gentium, quæ idololatrijs, ac peccatis innumerabilibus ac grauissimis tenebatur, à quibus gratia Christi liberata est. plus autem dilexit: nam ab illis erepta, & ad Ecclesiam vocata mira obsequia præstitit Saluatori. Populus autem Iudaicus minus peccatis obligabatur, quippe qui fidem, ac religionem veri Dei seruabat, à suis autem liberatus delictis, & ad Ecclesiam vocatus, minus præstitit, quia pauci ex eis crediderunt. Gregorius homil. 33. in Euang. etiam ad vtrumque populum refert similitudinem. Hæc autem existimo dicta esse ab his Patribus spiritualiter, nam ad literam Christus nihil de vtroque populo loquebatur, sed de muliere illa, ac Pharisæo, quos per parabolam significare voluit, ostendens mulierem maiora gratitudinis, & dilectionis opera, & argumenta præstitisse, quam Pharisæum, quia maiorem illa quam hic acceperat remissionem peccatorum.

Quis ergo plus diligit?

COMMENTARIA.

EXposita parabola, interrogat Pharisæum, vt ex eius respõsione con-

uinca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nincatur. Sensus est, vter horum magis diligit fœneratorem? vtrumque diligere dubium non est, cum vterque sit beneficio affectus; sed vter magis diligere videretur, interrogat. Particula (ergo) quæ consecutionem significat, magis illustrat sensum, quasi diceret: ex accepto beneficio, ac debiti donatione, sequitur vtrumque horum diligere fœneratorem, sed vter horum magis diligere iudicandus erit?

ANNOTATIO LXIX.

Diuersimode patres legũt hũc modũ.

GRæcè legitur in futuro (diliget) vulgatus vero in præsenti (diligit) quam lectionem sequuntur Cyprianus lib. ad Nouatianum hæreticum, etiam Ambrosius, & est communis. Sensus in vtraque idem est, nempe vter diligit magis fœneratorem, aut vter diliget, nempe condonatione facta, fœneratorem? August. vero lib. 50. homil. ho. 23. legit in præterito (dilexit) eaque lectio singularis est, & sensum mutat; nã dupliciter possumus de dilectione hac loqui. Vno modo antecedenter quidem in hunc sensum, ei, qui plus diligebat, plus donatũ est, quasi magis diligentiꝰ consequenter autem sic: Cui plus donatum est, plus diligit, quasi maiori affectus beneficio. duplex ergo est interrogationis, ac responsionis sensus, scilicet, vter horum plus diligebat fœneratorem, priusquam condonatio facta esset? aut vter ea facta magis diliget, siue diligere existimandus est? Augustinus priori adhæret sensui, quasi qui plus debebat, magis diligeret eum, à quo sperabat maioris debiti condonationem. Quam interpretationem clarioribus verbis amplexus est Euthymius: Tu, inquit, tamquam is, qui paucis es obnoxius supplicijs, parum me dilexisti: hęc vero vt quæ multis erat obnoxia, vehementer me dilexit, vt multum sibi remitteretur. Hæc ille. At huiusmodi interpretatio difficile accommodari potest. Primo quidem quantum ad parabolam, debitores illi non sperabant sibi condonanda debita, ob dilectionem erga fœneratorem, vnde vnus minus alter plus non diligebãt illum, quasi remissorem suorum debitorum. Secundo, quantum ad iudicium Pharisæi à Christo laudatum; non enim ex maioris debiti remissione poterat iudicare maiorem antecedentem dilectionẽ, cum id fieri potuit, non quia plus diligebat, sed quia plus debebat; cui vero minus remissum est, id eo factũ est, quia minus debebat. Si. n. dictum esset, vni remissum est totum, alteri non, sed pars debiti, tunc locũ haberet iudicium Simonis de dilectione antecedenti: at cum vtrique totum remissum sit, non recte indicabat per hoc de dilectione antecedenti, sed de consequenti. nam is, cui remissum est maius, maioris dilectionis debitor remanet, cui verò minus, etiam si totum, minoris. Tertio, quia verbum præsentis aut futuri indicat consequentem dilectionem. Scio iuxta phrasim Hebræam futurum pro præterito siue perfecto accipi, cuius rei sunt multa exempla. Gen. 1. Ascendebat fons de terra, in Hebræo futurum est, Psal. 122. Propter proximos meos loquebar pacem de te. 1. Reg. 1. Sicque faciebat per singulos annos. suntque multa alia huiusmodi testimonia: tamen hoc in loco, non est, cur ad eam phrasim recurramus, vt ex duobus argumentis primis constat; quod etiam paulò inferius Patrum testimonijs confirmabitur.

Respondens Simon dixit: Æstimo quia is cui plus donauit.

COMMENTARIA.

SEnsus est quantum licet ex hac donatione, & beneficio coniecturam facere, profecto is mihi videtur plus diligere fœneratorem, cui plus est condonatum; maiori enim ab illo est affectus beneficio. Rectè iudicauit Pharisæus, qui male cogitauerat Christum potuis ignorasse peccata mulieris, quam donasse, vt inquit Ambrosius lib. de Tobia cap. 22. Particula autem (quia) declaratiua est.

At ille dixit ei: rectè iudicasti.

COMMENTARIA.

LAudatur sententia Pharisæi, vt excusatio omnis eis adimatur; non enim facile recidimus ab eo, quod proprio iudicio ante iudicauimus, quando aliorum etiã iudicio, ac laude confirmatum est. Hac etiam laude temperat Christus reprehensionem sequentem, qua Pharisæũ, quod inofficiose se gesserit, arguere parabat. suauior nãq; ac gratiosior efficitur correctio, quæ à beneuolo animo proficisci dignoscitur.

Et conuersus ad mulierem dixit Simoni.

COMMENTARIA.

CHristus applicaturus parabolam, & mulierem valde commendaturus, ad eam, quæ retro ad pedes erat, conuertitur, & quam susceperat ad tactum, dignatur aspicere, quamque intus ad se traxerat diuina virtute, ad illam corporaliter conuertitur. manifuentidinis, & misericordiæ exhibendæ magnum indicium, & argumentum hoc fuit.

Vides hanc mulierem?

COMMENTARIA.

HÆc & sequentia verba magnam habent emphasim, continentque actem reprehensionem contra Pharisæum, & efficacem defensionem, ac commendationem mulieris. Sensus autem est, prius o Simon vidisti hanc mulierẽ, vt eam peccatricem, & me ignorantem iudicares: at nunc iterum vide eam, & alia longe diuersa, immo contraria iudicabis. Præterea, vides hanc mulierem? Profecto hæc, id est, quam peccatricem arbitraris, & mulier cũ sit, officiosius se gessit erga me, quam tu, cum sis vir, & cum te iustum arbitraris, & professione es Pharisæus, & me rogans inuitasti.

Intraui in domum tuam, & aquam pedibus meis non dedisti; hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, et capillis suis tersit.

COMMENTARIA.

MVltis officia maiora, ac præstantiora ijs, quæ Pharisæus exhibuerat, enumerat, & eadem emphasis in verbis singulis est; refert enim ea, quæ Pharisæi erant, & est sensus: intrauti in domum tuã, quod debuit te obligare, vt officia, quæ inuitatis, & hospitibus exhiberi sunt solita, nõ negares; tu vero aquam, rem facilem, & quæ vilis, ac nullius est pretij, non dedisti pedibus, non solum tu nõ lauasti pedes, sed nec aquam ipsam ministrasti, vt lauarentur: at in huius domum ego non intraui, sed ipsa ad me in ruam venit; & nõ aqua, sed lacrymis, quod difficilius est, rigauit pedes meos; & non linteo, sed quod charius habetur, capillis proprijs tersit. Perpende quæ, & quanta mulier hæc, quam peccatricẽ iudicasti, erga me officiosus, quam tu, fecerit.

ANNOTATIO LXX.

Vetus cõsuetudo lauandi hospitum pedes.

PEregrinis & hospitibus olim lauari solitos esse pedes multa Scripturæ loca significant. Gen. 18. Abraham trium Angelorum, quos specie peregrinorum susceperat, pedes lauare voluit. sic et am Loth Angelis illis Gen. 19. sic etiam cum duobus Gabaonitis factum legimus Iudic. 19. sic etiam 1. Tim. 5. Paulus viduis præcipit peregrinorum lauare pedes. Hac de causa debuit Pharisæus lauare pedes Christi: nam peregrinus venerat, qui eo die ciuitatem Naim intrauerat, quãdo ad portam filium viduæ suscitauerat, & ingressus missos à Ioanne susceperat, & sermonem ea occasione ad populum habuerat: tunc enim inuitatus fuit à Pharisæo. An autem inuitatorum pedes lauari soliti fuerint, etiam si peregrini non fuerint, non omnino constat, verisimile id est, eo maximè, quia decumbebant thoris, & vestes deponebant.

Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos.

COMMENTARIA.

PRosequitur narrare officia mulieris, collatione facta ad Pharisæum. sensus est: Tu nec vnũ osculum, quod hospitibus in pacis symbolum, & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

facie datur, præbuisti, at hæc non vnũ osculum mihi dedit, sed ex quo intraui, non cessauit, non quidem faciem, sed pedes meos osculari, quod & vehementissimæ eius erga me dilectionis, ac venerationis est argumentum.

ANNOTATIO LXXI.

OSculum dari solitum erat venientibus, aut recedentibus in signum pacis, ac dilectionis, plena est Scriptura huiusmodi testimonijs Gen. 31. Ruth. 1. & 1. Reg. 20. & in alijs multis locis. Hac cõsuetudine abusus Iudas, osculo tradidit Christum: quod autem Iudæi tunc osculo, id nos nunc amplexu, aut manus porrectione significamus.

Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

COMMENTARIA.

TV nec oleo, quod minoris est, vel caput meum non vnxisti: at hæc mulier re pretiosa, nimirum vnguento pedes ipsos, quæ capite sunt inferiora membra, vnxit. Christus oleo, quo vtebantur pauperes, vnguentum, capiti verò pedes opponit, vt officiũ mulieris, collatione Pharisæi, magis commender, ac illustret; eamque non solũ plus, quàm Pharisæum, sed etiam vehementer diligere eum ostendat.

Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

COMMENTARIA.

PRopter hæc omnia, quæ narraui, ô Simon, dico tibi vnum, nempe ei remissa esse multa peccata, quod est tum debitum, & multum, quale erat illud quingentorum denariorũ, quod eo signo, & argumento manifestum esse potest, quia signa multa dilectionis erga me ostendit, tu enim indicasti, & quidem rectè, cui multum dimissum est, multum diligere, ac magis gratũ esse erga creditorem debere: vbi ergo ista multa dilectionis signa apparent, iudicandum est magnam præcessisse peccatorum, ac debitorum remissionem. Perpende igitur, quam temerè iudicaueris hanc mulierem esse peccatricem, & ab eius tactu tanquam pollutæ cauendum, cum ex tanta eius gratitudine, ac dilectionis magnę argumẽtis debuisses colligere, multa eius peccata ei esse remissa. Illud (remittuntur) per enallagen positum est pro præterito. Illud (quoniam) causam significat, non rei, sed probationis; est enim argumentum ab effectibus, & signis. Hac sententia Christus significat, se esse remissorem peccatorum, & condonasse peccata mulieri: nam ex signis dilectionis erga ipsum, quasi creditorem, & cuius erat debita condonare, exhibitis, deducit, mulieri esse peccata remissa.

ANNOTATIO LXXII.

QVod ad verba spectat, illud (remittuntur) Græcè est ἀφίενται, seu ἀφίεται, nõ præsens est, sed præteriti Atticum, nempe (remissa sunt) sic antiqui Patres legerunt, inter quos sunt Ambrosius lib. de Tobia cap. 22. & lib. 2. de pœnitentia cap. 8. & Gregorius lib. 6. Epist. 22. Quamuis etiam alij antiqui Patres præsens legerint, sicut & Vulgatus, scilicet Cyprianus lib. ad Nouatianum, quod lapsis non est neganda spes veniæ, & Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinianum. Gregorius homil. 33. in Euangel. & Bernardus serm. 10. qui est de compunctione: legunt enim, remittuntur, solent enim Græci frequenter vti præterito pro præsenti: at verò, cum hoc in loco sensus id non postulet, sed accommodatior fiat, si retineamus ipsam præteriti significationem, non est, cur ad eum vsum recurramus, quin potius dicimus, præsens pro præterito apud Vulgatum positum esse, cum Græce sit præteritum, & sensui id magis accommodetur, suaeatque auctoritas Doctorum citatorum, qui præteritum legerunt, nec etiam inusitatum sit præsens pro præterito vsurpari. Ioan. 8. Quor vobis & non creditis, i. locutus sum, & non credidistis. Et iterum: Opera, quæ ego

præsens pro præterito positum.

ego facio in nomine. Patris mei, ipsa testimonium perhibent de me. sunt hæc verba præsentia posita pro præteritis; nam n. Christus locutus erat, & multa miracula fecerat. Quo autem modo, & quando huic mulieri fuerint remissa peccata, dicemus paulò inferius, quando Dominus hoc ipsum verbum repetit, mulieri loquens. Illud autem (multa) non significet non omnia esse dimissa, sed potius indicet omnia illius peccata fuisse multa, fieri enim potest, vt sint omnia, & pauca: si enim quispiam haberet tria peccata, quorũ acciperet remissionẽ, vtiq; omnia illi dimissa dicerentur; tamen re vera pauca erant: at huius mulieris peccata omnia multa erant, ideireo magis explicuit remissionem, dicendo multa, quam si dixisset omnia, sicq; parabola accommodabatur, vt is plus diligeret cui plura remitterentur, & multum diligeret, cui multa essent remissa. Simulia phrasis à Paulo & eadem de causa obseruata est. Rom. 5. Delictum, inquit, ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem, dixit (multis) non quod gratia Christi non esset in satisfactionem pro omnibus peccatis, sed quod ea omnia erãt multa, sicque notauit Augustinus, verbum Pauli explicans.

Nũ peccatorum remissio ex dilectione, vel dilectio ex remissione proueneris.

ANNOTATIO LXXIII.

OBscura sententia est, quam præcedenti commẽtario exposuimus, multaq; dicuntur à Doctoribus, quorum nonnulla referemus, eo maxime, quia non est facile mentem Antiquorum Patrum in hac parte assequi. Primo igitur loco Augustinus lib. 50. homil. hom. 23. particulam (quoniam) causam rei indicare fecit ita vt propter nimiam dilectionem mulieris remissa sint ei peccata multa, in hunc sensum: mulier hæc habes peccata multa, multum dilexit eum, quã credebat posse ei peccata remittere, & à quo sperabat peccatorũ multorum remissionem. Christus autem videns multam eius dilectionem, multa ei, id est, omnia eius peccata illmisit: remissio ergo secuta est mulieris dilectionem, quasi effectus ex causa. Verba Augustini sunt hæc: Dicet aliquis, si cui modicum dimittitur, modicum diligit, & cui plus dimittitur, plus diligit, & expedit plus diligere, q̃ minus diligere, oportet vt multum peccemus, & multum debeamus, quod nobis dimitti cupiamus, vt dimissorem magnorum debitorum amplius diligamus. Peccatrix enim illa mulier quanto plus debebat, tanto dimissorem debitorum suorum amplius diligebat, dicente Domino: Dimittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multũ. Hæc Augustinus, quibus verbis aperte indicat sententiam dictam. Quamuis enim ea verba sint proposita nomine aliquorum, tamen non reprobat Augustinus sensum, & intelligentiam eorũ, sed tantum ostendit nõ propterea nos debere multum peccare, vt ea de causa plus diligamus eum, à quo speramus multorum peccatorum remissionem. Huic sententiæ consentit Euthymius.

Secundo loco Ambrosius lib. de Tobia cap. 22. etiam in sensu causali particulam (Quoniam) interpretatur, ita vt propter dilectionem multam sint mulieri remissa peccata multa, tamen longe diuerso sensu ab Augustino: dũ Ambrosius existimat prius remissa peccata multa mulieri, ob quã remissionem illa valde grata extitit, ac multum dilexit dimissorẽ; Christus autem omnium præscius prauidens illius gratitudinem, & dilectionem multam futuram ob remissionem, eius peccata remisit. Verba Ambrosij sunt hæc: Plus remissum est Ecclesiæ, quę congregata est ex populo nationum, quoniam plus debebat; sed & ipsa plus soluit non exigenti, sed donanti, dedit aquam pedib. Christi, qua sua peccata mundauit: osculata est pedes, ferens pacis insignia: misit oleum in pedes eius, misericordiam & ipsa in pauperes conferẽdo. Isti sunt pedes Christi, in his innocentius ambulat Christus, & capillis capitis sui tersit; Christo n. humiliatur, quicunq; habet humilitatis affectum, ideo dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Aduerte, quod Dominus & misericordiam impertit, vt liberalis, & iudicium cum miseratione dispensat: ante donauit per gratiam, sed quib. donaret, sciebat. Non habet quod excuset Iudæus, mihi quasi peccatori plus donauit; illi quasi ingrato minora concessit. Sciuit tamen, quod & ille quasi ingratus nõ posset soluere, quod debebat; Et Ecclesia memor gratiæ eo plus soluerit, quo plura meruisset. Hæc Ambros. Quę aperte sensum eius explicant. Eandem sententiam insinuauit lib. 2. de pœnitentia c. 8. & in commentarijs huius loci, vbi applicans

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc verba Paulo, inquit: Multum peccauit Paulus, qui etiam persecutor fuit, sed multum dilexit, qui vsque ad martyrium perseueranter ei remissa sunt ei peccata multa, quia & ipse multum dilexit, qui sanguini proprio pro Dei nomine non pepercit. Hęc ille. Quæ verba de dilectione consequenti remissionem peccatorum intelligenda esse nemo potest dubitare.

Tertio loco Gregorius lib. 8. Epist. 22. ad Gregoriam de dilectione, quæ sequitur remissionem, interpretatur, illudque (quoniam) probationem indicare sentit, quasi argumentum sit ab effectu, vt in hoc demonstratū sit ei remissa peccata multa, ex dilectione multa, quam ostendit. Verba Gregorij sunt hęc: Vos de multitudine peccatorum studuistis accusare, sed scio, quia omnipotentem Dominum feruenter diligitis, atque in eius misericordia confido, quia illa de vobis. Sententia ex ore veritatis procedit, quæ de quadam sancta muliere dicta est: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quomodo autem fuerint dimissa, in hoc etiam monstratum est, quod postmodū est secutum, quia ad pedes Domini sedebat, & verbum ex ore illius audiebat. Hæc Gregorius. Pondera pro intelligētia verborum Gregorij, illam feminam ad quam scribebat, desiderasse scire, an remissa fuissent illius peccata: Gregorius autem respondet ex feruenti dilectione, quam in ea agnoscebat, se confidere illi fuisse remissa peccata, quasi ex quodam signo. Rursum pondera illud (etiam) loquens enim de muliere Euangelica, de qua dictum est, remissa esse peccata multa; inquit, in hoc etiam monstratum est, scilicet quia postea sedebat ad pedes Domini. quid est (etiam in hoc monstratum est)? Nimirum, sicut semel monstratum fuit, quando lacrymis rigauit pedes, & capillis tersit, eosque vnxit: propter hæc enim dictum est remissa esse peccata, quia multum dilexit: id est, signa magnæ dilectionis, gratissimamque se exhibuit, id est: in his probatur remissa esse ei peccata. Hæc dicta sunt in explicationem Gregorij, vt constet, quæ fuerit eius intelligentia erga hanc præsentem sententiam.

Quarto loco quidam posteriores tempore Doctores, distinguunt remissionem duplicem peccatorum, vnam quantum ad culpam, alteram quantum ad pœnam, illam sequitur dilectio, hanc vero præcedit nimirū, quia remissa sunt peccata, quantum ad culpam, ideo dilexit: at vero, quia dilexit, ideo sunt remissa peccata quantum ad pœnam, siue sit dilectio quoad affectum, siue quoad effectum. cum igitur in hac sententia dilectio dicta sit causa remissionis peccatorū, intelligere debemus, quoad pœnas. Attamē hæc interpretatio meo iudicio caret probabilitate; non enim sermo hic est de pœnis tantum, sed de culpis, quæ verē peccata dicuntur, quæque illam mulierem fecerant peccatricem, & quæ ille Pharisæus obiciebat; hæc enim, & illa mulier flebat, & eorum veniam orabat, & Dominus remissa esse affirmauit, vt non iā fit ab ea, tanquam à peccatrice fugiendum.

Quinto loco recentiores de remissione culpę, seu peccatorum interpretantur, dicūt autem dilectionem, & remissionem peccatorum esse simul, nec enim vna est sine altera, sunt autem inuicem sibi causæ, genere tam diuerso: nā remissio est velut causa materialis, dilectio vero formalis. Vnde quia remissio sit, ideo dilectio est, iterū, & quia dilectio est, ideo remissio est, conuertunturque ista duo, quia remissa sunt ei peccata multa, dilexit multū, & quia dilexit multum, remissa sunt ei peccata multa, eaque est causa, cur Dominus, cum secundum similitudinem parabolæ debuisset inferre, dilexit multum, quia remissa sunt ei peccata multa, intulit conuerso modo, remissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum; nec hoc fecit sine consilio, vt nimirum significaret, nō esse omnimodam similitudinem in remissione debiti, & in remissione peccati: nam illa tempore posterior est dilectio, in hac vero simul, nec vna est sine altera. Hæc sentiunt quidam ex recentioribus. alij vero alia dicunt, quæ referre inutile est.

Auctoris sententia.

Pro huius difficultatis resolutione aduertendum est, præcipuum Christi intentum in hoc sermone ad Pharisęum habito, fuisse opponere se illius temerario iudicio, quo mulierem peccatricem esse iudicauit, Christumq; ignorationis arguit, quasi qui ignarus permiserit se ab illa tangi. Christus ergo ostendit illam non iam peccatricem esse, sed suorum quammis multorum peccatorum obtinuisse remissionem; seq; permisisse eam ad se accedere, vt eam à peccatis mundaret, eaque illi remitteret: vt autē hoc indi-

indicaret, argumentū sumit ab effectu gratitudinis, & à dilectionis magnæ signis: ea enim de causa tot ac tanta dilectionis opera mulier exhibuit, seq; valdē gratam præstitit, quia beneficium magnum receperat ab eo, erga quem illa omnia præstabat. Vt autē argumenti efficacia perciperetur, proposita est similitudo duorum debitorum, quorum vni plus, alteri minus donatū est; factoq; iudicio illum cui plus dimissum est, arctiori vinculo dilectionis erga donantē teneri, sumit Christus argumentum ab effectu ad causam sic: si ergo plus dilexit, ergo plus ei dimissum est, & si multum et am dilexit, multum dimissum est. Quo sensu & interpretatione parabola, seu similitudo optime accommodatur rei ipsi, cuius causa posita est, sicque in commentario interpretati sumus cum Gregorio Magno, quem tertio loco citauimus. Sequens sententia hanc expositionem comprobat. At vero vt veritas doctrinę magis elucear, aduertendum etiam est, non hic agi de dilectione illa prima interiori, quæ vna cum fide ad iustificationem concurrit; peccator enim credens in Christum, & diligens, vereq; pœnitens, gratiam iustificationis, qua peccata dimittuntur, consequitur, non inquam de hac sermo est, non enim hæc à Pharisęo videbatur. vt argumento conuinci potuisset, remissa illi fuisse peccata, quia dilexit: sed agitur de ea, quæ post iustificationem permanet, & signis ac operibus exhibetur: nam iustificatus homo, etiam post iustificationem diligit Deum, ac Christum ob beneficium remissionis, quod probabiliter cognoscit sibi diuina misericordia impēsum, exhibereque se nititur valde obsequentem bonis, ac religiosis operibus. hæc dilectio consequitur posterior etiam tempore, remissionem, & tanquam effectus ipsius, & ab ea accipitur argumentū remissionis præcedentis. Vnde rectē Gregorius epist. allegata, remissionem peccatorum mulieri factam, ostensam, & demonstratam etiam esse dicit in eo, quod post dies non paucos sedebat ad pedes Christi, audiēs verba eius, quādo Martha satagebat circa frequens ministerium. Hæc sunt, quæ in huius sententiæ explanatione probabiliora mihi sunt visa.

Nō hoc mulier

ANNOTATIO LXXIIII.

AD maiorem huius interpretationis declarationem satisfaciēdum est cuidam dubitationi, quā posset quispiam opponere, nempe mulier hæc quando Christus huiusmodi de ea protulit verba, nondū sciebat sibi esse peccata remissa: quomodo ergo potuit diligere Christum tamquā benefactorem, & debitorum remissorem? vt enim parabola accōmodetur, id fieri oportebat: nam debitores illi non dilexerunt feneratorem, vnus plus, alter minus, nisi post condemnationē agnitam. Respondeo non esse necessarium, vt in omnibus similitudo procedat, sed in eo, quod præcipuē intendit: fateor quidem mulierem non sciuisse sibi esse remissa peccata, quando ita feruenter diligebat, ac signa dilectionis suæ exterius exhibebat; tamen re ipsa illa dilectio ex remissione, & post remissionem erat, ac remissio iam facta in eam dilectionem impellebat, quamuis tunc ipsa ignara esset de remissione peccatorum sibi facta. Sciebat autem Christus, ideirco ipse affirmauit, atque ex dilectione illa tam mira exhibita, argumentum sumpsit ad hominem, nempe ad conuincendum Simonem, ex eius prolato iudicio, nempe mulieri illi condonata esse multa eius peccata, nec deberi peccatricem existimari, vt ille falso iudicio, ac temerario fecerat. Contingit autem sæpe, vt anima in aliquos prorumpat actus, aut diligendi, aut timendi, aut compungendi se, ex aliquo dono, ac beneficio, sibi à Deo collato, quod tamen ipsa nondum agnouit, ita vt liceat homini in spiritualibus versato ex talibus actibus sibi natis probabiliter nosse causam, à qua procedunt. Sic similitudo, & parabola accommodatur, feruitque optimē proposito.

multū dilexit an requam sciret cō donata sibi esse peccata.

Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

COMMENTARIA.

PErficit similitudinem: nam in muliere priorem partē ostendit, nempe debiti quingentorum donationem, ideoque concluſit eum multum diligere, supererat pars altera debentis quinquaginta, hic enim cū minus ei sit donatum, minus diligit creditorem. quæ tacitè notat Phariſeū, qui minora dilectionis signa ostendit; vtpote cui minus cōdonatum sit. præponitur igitur mulier Pharisæo, quæ plus illo dilexit;

Universidad de Deusto
Biblioteca

& iustior insinuatur ipso, quippe quæ omnium remissionem peccatorum ac ceperit. Pharisæo autem parum condonatum est, ideo minus dilexit, non quod ei aliqua peccata fuerint donata, cum eum non pœnituerit, nec remissionem acceperit, sed quod ab aliquo peccato committendo fuerit præseruatus Christi gratia: nam qui Christum inuitauerat, non prosequebatur eum eo odio, quo cæteri Pharisæi.

ANNOTATIO LXXV.

Verba hæc de dilectione cõsequẽte remissionẽ sãt intelligẽda.

RECtè notauit Euthymius hanc sententiam prolatam esse à Domino, vt Pharisæum illum reprehenderet. Eam autem de dilectione consequente intelligendam esse vix dubitari potest, nempe eum, cui minus donatũ est, vtpote minori affectum beneficio, minori dilectione, aut gratitudine obligatum remanere, ac propterea minus diligere, quàm illũ, cui plus donatum est; sicque intellexit eam Irenæus lib. 3. c. 22. nimirum de dilectione, quæ ex gratitudine, ob acceptum beneficium procedit. de eadem etiam cõsequente dilectione interpretatus est Cyprianus lib. 3. ad Quirinum nu. 11. Similiter etiam Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinianum. Hæc profecto satis apertè probant præcedentem sententiam, quę huic est connexa, eique respondet, esse intelligendam de eadem consequente dilectione, quæ effectus est remissionis, & donationis, & per quam veluti per effectum probatur, & ostenditur causa, nempe remissio, & donatio, vt iam explicatum est.

Quomodo verũ sit minus diligere cui minus dimittitur, & magis, cui maiora tũ dimissa peccata.

Dubitabit quispiam, quomodo verum sit eum, cui minus dimittitur, minus diligere: cui plus dimittitur, plus diligere, cum constet multos, qui minus peccarunt, vehementius amare Deum, ac perfectiorem habere charitatẽ, quam multos, qui plus peccarunt, & maiorẽ remissionem receperunt. Respondeo Christum loqui de ea dilectione, quę oritur ex hoc beneficio remissionis accepto, quasi ex quadam gratitudine. hæc enim minus diligit, qui minorem accepit missionis; nã sunt homines aliquando grati, vt pro minimis beneficijs plura rependant, quam ij, qui maiora receperunt beneficia, etiam si hi grati existant. Augustinus hom. 23. lib. 50. hom. obiectionem facit talem, cuius paulo superius fecimus mentionem, ea autem talis est, Si is cui minus dimittitur, minus diligit, & cui magis dimittitur, magis diligit, igitur expedit multum peccare, vt plus remittatur nobis, ac consequenter magis diligamus. Huic multa potuisset Augustinus respondere, inter quæ vnum illud est, neminem sibi, vel instans futuri temporis certum habere, fit enim vt dum peccata multiplicat spe maioris dilectionis, morte præueniatur antequã diligat, & damnetur, cui periculo se exponere demẽtię est. At verò ipse Augustinus sic respondit, nimirum neminem esse, cui pauca dimittantur, vt minus diligat, sed omnes plus diligere debere: nã is, qui commisit multa peccata, beneficium magnum accepit, remissionis, scilicet eorum, qui vero non commisit, etiam beneficium recepit, ne ea committeret; & quo minora, ac pauciora commisit, eo maiori beneficio affectus est: vnde non minus diligere debet, quam is, qui commisit. vt enim rectè dicit, nullum est peccatum, quod fecit homo, q̃ non possit facere alter homo, si desit Rector, a quo factus est homo. Ad gratiam igitur eãdem Dei spectat, & remittere commissa; & impedire, ne committantur. Sic Augustinus soluit difficultatem. Hoc tamẽ non est satis accommodatum parabolæ; sic enim nemo esset, qui minus diligeret, loquitur enim Christus de dilectione, quæ eo titulo procedit, nempe ex remissione peccati; nam multis aliis titulis diligere possumus, & debemus, sicque sæpe, vt qui minus peccarunt, Deum maximè diligant, etiam sine vllo respectu ad peccata commissa, aut præuenta ne fierent. Doctrina tamen Augustini vera est, gratiam scilicet esse Dei, ne committamus peccata, ob quam diligẽdus est Deus, sed tamen distinctum est beneficium ab eo, quod est commissorum remissio: non enim homo ob peccata, quæ committeret, nisi gratia adiutus esset, dicitur debitor eorum, sed is, qui commisit.

Vtrum sit maius Dei donũ peccata dimittere, an præseruare ne committantur.

Posset autẽ quispiam interrogare, cum vtrumque sit Dei gratia, ac beneficium, nempe peccata commissa remittere, ac impedire, ne ea committantur, vtrum est maius altero? Augustinus lib. 2. confes. cap. 7. maius censet præseruari à peccato, quam post cõmissum, eius assequi remissionem. verba ipsius sunt hæc. Gratiæ deputo, & misericordiæ tuæ, quod peccata mea tamquam glaciem soluisti; gratiæ tuæ deputo, & quæcunque non feci mala.

Quid enim non facere potui, qui etiam gratuitam facinus amaui? Ex omnia dimissa esse mihi fateor, & quæ meo ponte mala feci, & quæ te duce non feci. Quis est homo, qui suam cogitans infirmitatem audet viribus suis tribuere castitatem atque innocentiam suam, vt minus amet te, quasi minus ei necessaria fuerit misericordia tua, qua donas peccata conuersis ad te? qui enim vocatus à te secutus est vocem tuam, & vitauit ea quæ de me ipso recordantem, & fatentem legit, non me deridear me ab eo medico ægrum sanari, à quo sibi præstitum vt non ægrotaret, vel potius vt minus ægrotaret; & ideo tu rancidem, minùs amplius diligat, quia per quem me videt tantis peccatorum languoribus exui, per eum se videt tantis peccatorum languoribus, nõ implicari. Hæc ille. Nota amplius eum debere diligere Deum, qui præseruatus est, ne peccata committeret, quam illum, qui in ea incidit, & liberatus est. Theologi scholastici, inter quos est doctissimus S. Thomas 22. q. 106. art. 2. dist. ctione quadam vtuntur, beneficium enim, seu donum dupliciter potest considerari, aut in se, & absolutè, aut respectu eius, cui confertur. si priori modo consideramus, maius donum est præseruari, ne peccemus, sicut maius est in se beneficium sanitas, quę cum præseruatione ab infirmitate, quam quæ est post infirmitatem: at vero posteriori modo maius beneficium est remissio, quia minor est dignitas in recipiente. Et quanto is, cui confertur, minus est dignus beneficio, tanto ipsum maius est, non absolutè, sed relatione ad recipientem; vnum enim vni collatum maius esse potest, quam si illud alteri conferatur, immo minus beneficium in se potest esse maius altero, si cõferatur respectu eius, cui fit: nam quo indignior est recipiens eo beneficium magis gratis, & liberaliter datur à conferente. cũ ergo remissio commissi detur indigno, nempe peccatori, ideo maius hoc est, quam præseruatio à committendo, quæ cõfertur minus indigno, quamuis absolutè hoc sit maius donum, ac beneficium. Illo autem modo priori Augustinus affirmauit maius esse præseruari à peccato. At vero simpliciter loquendo, quia de ratione gratiæ, ac beneficij, seu doni est, vt

gratis detur, sit, vt quod ex hac parte maius est, simpliciter maius dicatur, sicque remissio maius est beneficium, & ad maiores gratias remittenti agendas obligat recipientẽ.

Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata.

COMMENTARIA.

VT eam redderet certiorem, vt quæ suam remittendi peccata auctoritatem ostenderet, quamuis Pharisæo mulierem audiente dixerat, remissa esse illi peccata, ad eam tamen dirigit sermonem, dicens: remissa sunt peccata tibi. Quasi diceret: Obtinuisti quod desiderabas. Verbum præsentis positum est pro præterito, maximè quia parum temporis intercesserat, quando ei remiserat peccata, vt quasi præsens sit reputandum. remissa autem ei fuerant, ob fidem, & pœnitentiam, vehementissimamque cordis contritionem, quæ induxit eam, vt exterius tanta signa doloris, & contritionis exhiberet: cum autem dicitur (peccata) absolutè, & vniuersitas peccatorũ illius significatur. Hoc enim vox indefinite posita indicat; sicut & illud 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Et Ioan. cap. 1. Ecce qui tollit peccata mundi. Nec solum culpas, sed etiã pœnas remissas fuisse credendum est, tanta vis fuit pœnitentiæ, & dilectionis etiam consequentis.

ANNOTATIO LXXVI.

Quando remissa fuerit peccata huic peccatrici.

NOn est putandum, tunc cum hæc verba pronunciata sunt, mulieri fuisse remissa peccata, saltem quoad culpæ reatum; nec etiam quando cum Pharisæo loquens Dominus eodem vsus est verbo: sed tunc quando accessit mulier Christo fide, ac pœnitentia suorum commissorum vehementer commota, quæ causa fuerunt, eorum quę exterius gessit, vt diximus supra ex Cyprian. lib. de ablutione pedum; de hac enim loquens inquit: Mactata intrinsecus anima propriam in sancta sanguinem mulier, singula suum præbuere ministerium, cor

Universidad de Deusto
Biblioteca

contritum erupit in lacrymas, fides fuit, charitas vnxit. Hæc ille. Dominus autem remissa peccata esse dixit, tum vt eam redderet de remissione certiorem, ac quod petebat impetrasse: tum vt Pharisæo significaret eum male de muliere iudicasse: tum demum, vt se remissorem peccatorum fuisse ostenderet. Quod si verbum temporis præsentis legamus, adhuc idem est sensus, nam totum illud tempus præsens est iudicatum, quia breue fuit. accommodatior tamen est significatio præteriti, vt verbum Græcum habet. vnde non probo, quod Euthymius dicit, nimirum hoc verbum prolatum à Domino, vt donaret, quod illa petebat, nempe remissionem peccatorum: nec etiam quod quidam recentiores dicunt, scilicet prius remissa fuisse quantum ad culpas, nunc autem quantum ad pœnas; verius tamen existimo etiam de culpis hoc verbum intelligi, vt expositum est.

Et cœperunt, qui simul accumbebant, dicere intra se.

COMMENTARIA.

QVi mensæ accumbebant, tum ex verbo (remittuntur) tum ex ipsa parabola, intellexerunt Christũ significasse se peccata dimisisse mulieri illi. Ex verbo quidem, quia non vt is, qui prophetat, aut reuelat aliquid occultum, & quasi ab alio factum, id pronunciauit; sed quasi auctor remissionis, sicut etiam superius eodem verbo vsus cum paralytico idem significauit. Ex parabola autẽ, quia ex dilectione erga se à muliere exhibita intulit, multa ei fuisse remissa: sicut qui maiorem remissionem obtinuit à fœneratore, cum plus diligit. conferens ergo se fœneratori, se remissoré peccatorum indicabat. Cœperunt ergo accumbentes intra se, id est, vnusquisque intra se, ac in corde suo dicere, quod sequitur in proxima sententia.

ANNOTATIO LXXVII.

VErbo ipso (remittuntur) significasse Christum se peccata illi remisisse, probat Titus Bostrenus, affirmans verba à Christo illic habita, indicasse nõ vulgarem propheram, sed ipsorum Dominum. Ex parabola autem ipsa id ipsum ostensum esse, ratio demonstrat: non. n. aliter ex dilectione impensa ab illa muliere erga eum, deduci poterat ei fuisse multa remissa peccata, nisi ipse esset, qui remittebat, quasi mulier debitrix illius esset. Illud autem, (intra se) ambiguũ est tam Græce, quã Latine, aut intra se, id est, simul inuicem loquentes, vnus ad alterum; aut vnusquisq; in corde suo, sicut Simon etiam intra se dixerat: Si hic esset Propheta, sciret quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum. vtraque interpretatio est accommodata. Hæc autem accommodatior, eamq́ue verba magis indicant.

Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?

COMMENTARIA.

HOc est, quod intra se dicebant, quod quidé ex admiratione quadam procedebat, ideoque particula (etiã) indicat, quasi diceret, non solum mirabilia opera fecit sanando infirmos, suscitando mortuos, sed etiam remittit peccata, quod maioris est potestatis, quam puri hominis. Admirabantur, sed non credebant, cum ex diuinis operibus, quę agnoscebant, etiam remittere peccata posse credere debuissent. minus tamen peccabant, quam illi, qui audito eodem verbo obmurmurantes dixerunt: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus?

ANNOTATIO LXXVIII.

Expositio in commentario tradita, magis cõfirmatur.

EVthymius hæc verba eodem sensu dicta interpretatur, quo & illa Luc. 5. Quis est hic, qui loquit blasphemias? mihi tamen id non videtur accommodatũ: tum quia si is fuisset sensus, vtique explicuisset Euangelista, vt illic fecit: tum quia particula (etiam) vt in commentario diximus, eum sensum non admittit; confitebantur enim opera mira facere: viderant enim paulo ante filium viduæ ab eo fuscitatum: tum demum, quia Christus respondisset, & eorum impiam cogitationẽ depulisset, sicut & fecerat cum illis Luc. 5. potius ergo admirantium vox est, non tamẽ credentium; nõ enim hi eo odio prosequebantur Christum, quo illi, de quibus est sermo Luc. 5. qui erant Scribæ, & Pharisæi. Huic expositioni nostræ consentire videtur Titus Bostrenus, affirmans verba hæc Christi non vulgarem prophetam eum esse, sed omniũ Dominum significasse.

Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit.

COMMENTARIA.

VT in fide mulierẽ confirmaret, & alios ad similem fidem induceret, mulieri dixit: Fides tua, qua credidisti me posse peccata dimittere, saluam te fecit, id est, causa fuit, vrã me salutem animæ, ac remissionem peccatorum obtineres: nisi enim id credidisses, nec ad me venisses, nec veniam spectasses, nec remissionem petijsses, nec assecuta esses: illa ergo fides initium fuit salutis consequendæ. Non quod sola fides id fecerit: nam & mira intercessit pœnitentia, ac dilectio, lacrymis, cæterisque effectibus exterioribus demonstratæ, sed quod illa exordium, ac fundamentum fuerit, sine quo aliorum nihil factum fuisset.

ANNOTATIO LXXIX.

Confutãtur hæretici, hoc loco ad impietatẽ suã abutentes de sola fide sine operibus.

VAna est hæreticorum nostri temporis ex hoc loco argumentatio, fidem solam ad salutem sufficere, cum non solam fidem, sed multa alia in muliere fuisse legamus: sed fidei eius fit præcipua mentio, vt ea omnium sequentium initium agnoscatur; cæteriq́ue circumstantes, qui increduli erant, eo exemplo ad credendum pertraherentur. Quod autẽ non sola fide, sed etiam pœnitentia hæc mulier remissionem consecuta sit, docent Patres antiqui. in primis Cyprianus ad Nouatianum hæreticum: Ecce, inquit, mulierem peccatricem, pœnitentem, flentem, deprecantem, & remissionem peccatorum accipientem. Tertullian. etiã lib. 4. contra Marcion. sic inquit: Peccatricis pœnitentia secundum Creatorem meruit veniã, præponere solitũ sacrificio: sed etsi pœnitentiæ stimulus ex fide acciderit, per pœnitentiam ex fide iustificatam audijt ab eo: Fides tua te saluam fecit, quã per Habacuc pronunciauerat: Iustus ex fide sua viuit. Hæc ille. Gregorius etiam homil. 33. in Euang. Plus, inquit, pœnitentia mulier pascebat intus, quàm Pharisæus hominum pascebat foris: quia ab æstu carnalium, quasi hinnulus Redemptor noster ad illius mentem fugerat, quã post vitiorum ignem pœnitentiæ vmbra temperabat. Hęc ille. Ipsa etiam ratio id probat, lacrymæ enim illæ abundantes interioris doloris, ac contritionis effectus, & argumenta erant: fides autem hęc fuit, qua credidit Christum esse remissorem peccatorum, ac cõsequentes Deum credidit esse, vt affirmat etiam Augustinus lib. 50. homil. hom. 23. Nondum enim puris hominibus data erat potestas remittendi peccata per hanc fidem venit in spem veniæ, sine qua non accurrisset ad Christum: inde etiam pœnitentia, ac dilectione commota est, quib. remissionem obtinuit peccatorum.

Vade in pace.

COMMENTARIA.

ABire iuber securam de remissione peccatorum, ac reconciliatione cum Deo, quasi diceret, esto quieto, & tranquillo animo, nec de remissione tuorum peccatorum solicita, dubiave sis, quia quod desiderabas, ac petebas, obtinuisti.

ANNOTATIO LXXX.

Sensus in commẽtario traditus cõfirmatur.

VAne hoc verbum exponit. Titus Bostrenus primo loco hoc verbum (vade in pace) idem significare dicit, ac illud, noli amplius peccare. Secundo loco Theophylactus, quia Græce est in accusandi casu, vade in pacem, intelligit sic, vade ad faciendũ opera bona, & iustitiæ, quæ pax dicuntur. Tertio loco Euthymius remittit se ad locũ Luc. 8. vbi illi mulieri à fluxu sanguinis sanatæ dictũ est: Vade in pace, id est, à morbo hoc amplius nõ impugnaberis, id gendũ putat de animę sanitate, vade nempe in pace, id est, peccata commissa tibi amplius non nocebunt, quia remissa sunt iam. Hæc expositio accõmodatior mihi visa est: quæ. n. tanta pœnitentia, ac dilectione conuersa erat ad Christũ, non erat, cur à Chẽo admo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

admoneretur, ne amplius peccaret, ad vomitumque rediret, eo maxime cum sciret, quam perseueranter, & vehementer erat illa eum dilecturus; nec ad bona opera exhortatur, quę tam mira erga Christum post remissionem exhibuerat: nec refert esse in accusandi casu vade in pacem: nam particula (εἰς) aliquando apud Græcos ponitur pro (ἐν) vt sit sensus, vade in pace, vti vulgatus recte vertit.

FINIS CAPITIS SEPTIMI.

FRANCISCI CARDINALIS TOLETI IN SACROSANCTVM LVCAE EVANGELIVM COMMENTARII.

CAPVT OCTAVVM.

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates, & castella prædicans, & euangelizans regnum Dei, & duodecim cũ illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: Exijt qui seminat semina re semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud. Et aliud cecidit super petrã: & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum Discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Est autem hæc parabola: Semen est verbũ Dei. Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit Diabolus, & tollit verbũ de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petrã: hi sunt qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum, & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à solicitudinibus et diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes, suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fru-

& fructum afferunt in patientia. Nemo autem lucernam accẽdens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videãt lumen. Non est enim occultum, quod non manifestetur, nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palam veniat. Videte ergo quomodo audiatis? Qui enim habet dabitur illi: & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. Venerunt autem ad illum mater, & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. Et nunciatum est illi: Mater tua, & fratres tui stant foris, volentes te videre. Qui respondens, dixit ad eos: Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt. Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit in nauiculam, & Discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnum: Et ascenderunt. Et nauigãtibus illis, obdormiuit, & descendit procella venti in stagnum, & complebantur, periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes: Præceptor, perimus. At ille surgens, increpauit ventum, & tempestatem aquæ, & cessauit, & facta est tranquillitas. Dixit autem illis: vbi est fides vestra? qui timentes, admirati sunt, ad inuicem dicentes; Quis putas hic est, quia & ventis, & mari imperat, & obediunt ei? Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. Is, vt vidit Iesum, procidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit: Quid mihi, & tibi, est Iesu fili Dei Altissimi? obsecro te ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immundo, vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus, & ruptis vinculis, agebatur à Dæmonio in deserta. Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio: quia intrauerant dæmonia multa in eum. Et rogabant illum, ne imperaret illis, vt in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte, & rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, et in villas. Exierunt autem videre quod factum est, & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nunciauerunt autem illis, & qui viderant, quomodo saluus factus esset à legione: & rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est. Et rogabat illum vir, à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abijt per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus. Factum est autem, cum redussset Iesus, excepit illum turba; erant enim omnes expectantes eum. Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipse princeps Synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum, vt intraret in domum eius, quia unica filia erat ei fere annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit, dum iret, à turbis comprimebatur. Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari: accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit? Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis. Nam ego noui virtutem de me exiisse. Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo: & quemadmodum confestim sanata sit. At ipse dixit ei: Filia, fides tua saluam te fecit: uade in pace. Adhuc illo loquente, uenit quidam ad principem Synagogæ, dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli uexare illum. Iesus autem audito hoc uerbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, et salua erit. Et cum uenisset domum, non permisit intrare quemquam, nisi Petrum, et Iacobum, et Ioannem, et patrem et matrem puellæ. Flebant autem omnes, et plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere, non est mortua puella: sed dormit. Et deridebant eum, scientes quod mortua esset. Ipse autem tenens manum eius clamauit, dicēs: Puella, surge. Et reuersus est spiritus eius, et surrexit continuo. Et iussit illi dari manducare. Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

CAPVT OCTAVVM.

Et factum est deinceps.

COMMENTARIA.

POST filium viduæ suscitatum in Naim ciuitate Galilææ, ibique peccatricis conuersionem facta; quæ secuta sint, narrat Euangelista, nimirum Christum prosecutum fuisse suum iter prædicando, & Euāgelizando per ciuitates Galileæ, comitatum Apostolis, ac quibusdam mulieribus.

ANNOTATIO I.

Contigit hoc ante missionē discipulorum.

QVidam recentiores existimant, hæc à Luca per anticipationē narrata, quæ tamen euenerunt multo post, nimirū postquam Discipuli ad prædicādum missi sunt, & à prædicatione reuersi, quæ missio narratur inferius. At vero probabilius existimo quod Theophylactus, & Beda dicunt, nempe ante missionem discipulorū hoc factum esse: quod enim cap. 10. dicitur mississe Discipulos, quo ipse erat venturus, ex quo missio illorum videtur præcessisse, non de Galilæa, sed de Iudæa intelligendum est, vt ibi dicemus: reuersus enim Christus ab hac peregrinatione per Galilæam, præmisit Discipulos in Iudeam ad prædicandum, quo ipse postea venturus erat.

Et ipse iter faciebat per ciuitates, et castella, prædicans, et euangelizans regnum Dei.

COMMENTARIA.

ECce, quid in hac peregrinatione factum sit. prædicabat per ciuitates, & castella, & euangelizabat regnum Dei. Prædicare ad doctrinam morum, euangelizare ad aduentum Christi refertur, quod dicitur regnum Dei. Hæc duo præstabat Christus suo sermone; nam & ad mores Deo gratos instruebat, & suum aduentum annuntiabat; ad hoc enim Doctor cœlestis venerat. Ioan. 19. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. impletumque est illud Iohel. 2. Filiæ Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis Doctorem iustitiæ.

ANNOTATIO II.

Regnum quod hoc loco sigmocet.

TItus Bostrenus regnum Dei cœlestem patriam interpretatur, idque esse prædicare, seu euangelizare regnū Dei, quod est, eos, qui in terris degebant, ad cœleste regnum prouocare, vt per rerum terrenarum contemptum animo ad cœlestia assurgerent. Euthymius idem sentit, quantum ad regni interpretationem, nempe cœlestem patriam, & fruitionem Dei. aliter tamen exponit Euangelizationem, hanc vt id

vt id sit Euangelizare regnum, ac promittere æternā beatitudinem credētibus in eum. Mihi probabilius visum est, regnum in ea accipi significatione, quæ in illis locis accipitur, quæ de annuntiatione sunt, nempe Matt. 3. appropinquauit regnum cœlorum, id est, tempus aduentus Messiæ, & Luc. 11. peruenit in vos regnū Dei, & Luc. 14. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei, id est, qui videbit tempus aduenientis Messiæ; regnum enim dicitur, quia regnaturi erant eo tempore credentes in eum spiritualiter, & ad cœleste regnum eius ope & gratia transferendi.

Et duodecim cum illo.

COMMENTARIA.

IN hac peregrinatione comitatus erat duodecim Apostolis; supra enim capite sexto dictum est, elegisse ex suis Discipulis duodecim, quos Apostolos nominauit.

ANNOTATIO III.

Quomodo intelligēda superiora verba.

QVidam interpretātur duodecim cum illo prædicasse, & euangelizasse: atque ro Titus Bostrenus aliter, nempe cum illo adfuisse, sed nō prædicasse, sic enim inquit: Erant hi cum illo; attamen verbi ministerium tunc nō obibant, sed ea tantū, quæ ad Euangelij doctrinam faciunt, discebant, & à Christo præceptore hauriebant. Hæc ille. cui Theophylactus, & Euthymius consentiunt, & hoc probabilius est; aliter enim dicēdum erat, etiam mulieres illas prædicasse; pariter .n. dicuntur fuisse cum illo. Igitur illud (cum illo) consortium itineris, non autem prædicationis significat.

Et mulieres aliquæ, quæ erāt curatæ à spiritib. malignis, et infirmitatibus.

COMMENTARIA.

COmitabantur etiam Christi peregrinationem denotæ quædā mulieres, quæ ab ipso Christo erant beneficio affectæ: nam quasdam à dæmonum obsessione liberauerat, quasdam vero ab infirmitatibus, corporumque ægritudinibus sanauerat, quę, ob ipsius doctrinam, & vt ei ministrarent, ipsum sequebātur, quasi discipulę eius; qui enim vtrumq; sexum saluare venerat, vtriusque sexus sequaces nō expu-

Quare Dominus permiserit mulieres eum sequi.

lit. Dicuntur autem dæmones maligni, quia nō solū mali sunt, sed ēt horū malos facere, eisq; nocere procurant.

ANNOTATIO IIII.

CAusam, cur Dominus has mulieres se sequi passus fuerit, statim Euangelista indicat: Quę ministrabant, inquit, de facultatibus suis, q; luculenter declarabitur. Qđ si quis obijciat videri quandam ingerere offensionem, mulieres circumducere, huic respondet Hieronymus, consuetudinem omnem tulisse offensionem: Iudaicæ, inquit, consuetudinis; nec ducebatur in culpā more gentis antiquo, vt mulieres de substātia sua, & victum, atq; vestitū præceptoribus ministrarent. Hoc, quia scandalum facere poterat in nationibus, Paulus abiecisse se memorat; dicit enim 1. Corinth. 9. Nunquid non habemus potestatem mulieres sorores circumducendi, sicut & ceteri Apostoli faciunt? Hæc Hieronymus. Quæ hoc in loco Beda mutuatus est. Tertullianus autem lib. 4. contra Marcionem notat hoc mulierum ministerium prædictū fuisse ab Isaia c. 23. vbi sic ait: Mulieres opulentæ surgite, & audite, vocem meam; filiæ confidētes percipite auris. eloquium meū. Verba Tertulliani, quamuis aliter verba Scripturæ vertat, sunt hæc: Quod diuites Christo mulieres adhærebant, quæ de facultatib. suis ministrabāt ei, inter quas & vxor Regis procuratoris, de prophetia est. Has enim vocabat per Isaiam: Mulieres diuites, exsurgite, & audite vocem meā, vt discipulas primo, deinde, vt operarias, & ministras ostenderet. Filiæ in spe audite, sermones Dei. Anni mementote cum labore in spe; cum labore enim, quo sequebantur, & ob spē ministrabant. Hęc ille. Consuetudinem autem hanc Apostolorum hæretici multi postea peruerterunt, circumducētes mulierculas, & per eas errores disseminantes, vt natrat Hieron. in Epist. ad Ctesiphontē.

Maria, quæ vocatur Magdalene.

COMMENTARIA.

APpositio quædam est, explicans, quæ mulieres sequi Christum dicēte sint. Vna est Maria, q̄ vocat' Magdalene: hoc autem positum est ad distinctionem aliarum, quę sub hoc nomine in Euangelio referuntur; nam est Maria Iacobi, & Maria Salomes; hęc

vero

Universidad de Deusto
Biblioteca

vero Maria Magdalene, dicta est à Magdalo vico Galilææ, qua distinctione indicat Euangelista vnicam fuisse Mariam Magdalenam. si enim plures essent, vt quidam putarunt, non distinxisset eo cognomine.

ANNOTATIO V.

Maria hæc est soror Lazari, & quæ superiori capite peccatrix dicta fuit.

QVidam hanc Mariam distinctam existimant à muliere peccatrice, cuius in præcedenti capite facta est mentio, & à Maria sorore Lazari. at cum Ecclesia non distinguat, sed vnam, & eandem fateatur, non est, cur ab hac sententia discedamus: quam etiam antiqui Patres amplexi sunt, inter quos sunt Greg. hom. 33. in Euang. & Beda in præsenti, immo ante eos fuit etiam Ambrosius, qui lib. de Salomone, c. 5. inter alia sic inquit: Dum largum in sanguine fluxum siccat in Martha, dum dæmones expellit in Maria, quibus verbis indicat Mariam sororem Marthæ eam fuisse, de qua septem dæmonia ejecta sunt, quod nunc refert Lucas de Maria Magdalena. Hieronymus etiam Epist. ad Hedibiam q. 4. quatuor affirmat Marias in Euangelio legi, vnam Matrem Domini Saluatoris, alteram materteram eius, quæ appellata est Maria Cleophæ, tertiam Mariam matrem Iacobi, & Iose, quartam Mariam Magdalenam. Si igitur hæc non esset soror Marthæ & Lazari, profecto quinque erant numerandæ. Igitur ex Hieronymi sententia, hæc, cuius nunc fit mentio, soror erat Marthæ. Anastasius etiam Episcopus Nicænus in Quæstionibus in Scripturam, quæstione 90. idem dicit cum Hieronymo eo excepto, qd tres Marias numeratim nam ea, quæ quarto loco ponitur, nempe Mariam Iacobi & Iose dicit esse De parum: cuius sententiæ etiam ibi meminit Hieronymus. Igitur eadem est Maria Magdalene & Maria soror Lazari, & Marthæ. Superius autē ostendimus peccatricem illam fuisse sororem Marthæ, vnde cōsequitur, vnam & eādem esse, & hanc, & illam peccatricem, & sororem Marthe. Nec obstat Mariam sororem Lazari, & Marthæ fuisse Iudææ, erat enim de Bethania castello vicino Hierosolymis de Magdalo. Mercumque cap. 15. numeratis tres cum inter secutas Christū à Galilæa: quamuis hæc Iudæa fuisset, habitauit in Galilæa causa mariti, cui nupserat, cuius erat castellum illud Magdali, quo mortuo venit in Naim, & secuta est Christū. Multa in hac quæstione hinc inde dicuntur, sed omitto, quia parum afferunt vtilitatis, sufficitque debet esse Catholico sensus eōis Ecclesiæ.

De qua septem dæmonia exierant.

COMMENTARIA.

NArrat miraculū gestum à Domino erga Mariam Magdalenā prę dictam, de qua inquit, exierant septem dæmonia, ejecta scilicet à Christo, vt ex Marco cap. 16. constat, Maria, inquit, Magdalene, de qua ejecerat septem dæmonia.

ANNOTATIO VI.

Septem dæmonia vere à Maria Magdalena fuere ejecta.

GRegorius hom. 33. in Euang. Beda, Theophylactus, & Euthymius, numerum septenarium pro multitudine significanda, quasi certum pro incerto positum esse affirmant: eo maxime, quia in Scripturis aliquando id fieri nemini dubiū est. Sic enim dictum est Prouerb. 24. Septies in die cadit iustus, id est, multoties. & Eccles. 35. Septies reddet tibi. & Luc. 17. Si septies in die peccauerit in te. & alibi sæpe. At vero cum apud Marcum cap. 16. idem septenarius numerus positus sit, vt in commentario retulimus, non videtur cur ad hanc incertam multitudinem recurramus, sed ad certum septenarium numerum; si n. multitudo tantum significata esset, vtique vnus saltem Euangelista eam indicasset, vt vnus per alterum explicaretur. confirmatus ergo ab vtroque Euangelista numerus certus, argumento est septem solū fuisse dæmonia à Maria Magdalenę ejecta. Difficultas tamen occurrit, quid per hęc dæmonia signi ficetur: nam Gregorius, & Beda allegati non dæmones ipsa realiter, sed vitia, & peccata intelligenda ea esse asserunt, vt idem sit dæmonia septē ejecta esse ab illa, quod, eā esse ab vniuersitate quadam vitiorum, qua polluta tenebatur, mundatum, vt in præcedenti capite dictum est. Contrarium vero videtur sentire Ambrosius lib. de Salomone cap. 5. nempe ipsos dæmones ejectos fuisse, quibus obsessa illa mulier detinebatur. Sic enim inquit (quod etiam etatimus in annotatione præcedenti) Largum in sanguine fluxum siccat in Martha, dæmones pellit ex Maria: quę verba mul cant dæmonum veram expulsionem: nam opponit miraculum miraculo, remissio autem peccatorum inter miracula non computatur. Huic etiam sententiæ Euthymius consentit, eamque veram ac legitimam esse verba Euangelistæ ostendunt; non enim de peccatis diceret exiuisse ab ea, nec Marcus de eisdem sic locutus esset, nempe ejecit dæmonia septem; cum hæc duo verba ex communi sermone etiā Scripturarum, non de vitijs, ac peccatis, sed de dæmonibus peccatorum impulsoribus sæpe prolata legamus. Fuerunt autem dæmonia hæc ejecta ab ea prius, quam remissa fuissent eius peccata, cuius beneficij occasione pœnitere eam cepit commissorum, ad Christum q; venit veniam petens.

Et Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis.

COMMENTARIA.

HAec est alia mulier, quæ etiam Christū secuta est, cuius fit mentio ab eodem Luca cap. vlt. parauit n. aromata simul cum Maria Magdalene, & Maria Iacobi, vt vngerent Dominum; cuiq; cum illis apparuit Christus resurgens; & quæ etiam Apostolis nunciauit Domini resurrectionem. Huius maritus erat qdā vocatus Chusa Herodis Regis procurator, id est, œconomus, seu dispēsator rerū ipsius.

ANNOTATIO VII.

Mulier hæc de consensu mariti sequebatur Christum.

INcertum videtur, an maritus Ioannæ tunc temporis viueret. & de eius consensu vxor Christum sequeretur. id quidem probabilius est; tanquam enim de viuente dictum est, Ioanna vxor Chuse, si enim mortuus esset, vtique Euangelista dixisset, quæ fuit vxor Chusę, probabile autem non est eo dissentiente, ac retinente, vxorē Christum secutam esse; erat enim Christus celeberrimus doctrina, & miraculis; & mulier inter alios beneficio sanitatis à Christo affecta. vnde non mirum, si maritus consenserat, cum & ipse Herodes à multo tempore desiderauerit Christum videre. tanta erat ipsius fama apud omnes, maximè Galilęos.

Et Susanna.

COMMENTARIA.

ERat hęc etiam mulier Christo adhærens, quæ illo tunc temporę notæ fuit; ideirco Euāgelista solo nomine eam significauit. An autem hæc, sicut & Ioanna, à dæmone fuerint liberatæ, an ab aliquibus corporis infirmitatib. sanatæ à Christo, incertum est: at vero hoc, aut illud beneficiū recepisse, non est dubitandum, probabilius est ab ægritudinibus corporum fuisse sanatas. Nam cum Euāgelista dixisset, mulieres secutas Christum, q̄ curatæ erant à spiritib. malignis, & à languoribus, tres has expressit inter illas, quarum primam Magdalenam à spiritibus malignis ereptam retulit, indicans has duas à languoribus sanatas esse.

Et aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

COMMENTARIA.

PRæter tres nominibus proprijs significatas, refert Euangelista alias etiam multas secutas esse Christum ex illarum numero, quæ vel à spiritibus malignis, vel ab ægritudinibus corporum sanatæ erant, ideoque Christi doctrinā amplexæ: hæ autem sequebantur, ac comitabantur Christū, non solum vt doctrinā eius audirent, sed etiā vt ipsę se bonis operib. exercerent, nempe in præbendo alimoniam Christo, eiusque Discipulis; erant enim diuites, Christiq; magistri, ac benefactoris sui pauperrati de suis facultatibus subuenire curarunt; quod & earum quædam etiam post mortem illius fecerunt, emētes aromata, vt corpus eius vngerent, vt ex Euangelistis constat.

ANNOTATIO VIII.

Hę mulieres Christo, & Apostolis ministrabant de facultatib. suis.

IN nonnullis Græcis exemplaribus loco illius (ei) legitur in plurali numero (eis) nempe Christo, et Apostolis. Sine autē hoc, sine illo modo legatur, sensus idē est; non enim Christo soli, sed etiam Discipulis ministrabant de suis facultatibus; quod si solius Christi facta est mentio, huius ea causa est, quia pp eum ministrabant, & cæteris, eiusque intuitu totum fiebat ministerium; Christo namque ministrabat, qui discipulis eius propter eū ministrabat. An autem oēs mulieres, q̄ Christū comitabantur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, ministrarent de facultatibus suis, non est omnino certum: tamen contexui magis accommodatū videtur oēs ſi ministrassent. nam hoc verbum (ministrabant) ad omnes numeratas refertur. Prudentissime quidem Christus passus est hoc ministeriū, eam ne in hac peregrinatione onerosus videret ijs, quibus prædicabat, si de eorum facultatibus, & ipse, & Discipuli sustentandi essent, præsertim, cum in castella multa diuertendum esset, in quibus pauperes multi habitabant. sic enim gratior, ac magis accepta erat eius doctrina, quæ gratis omnibus effundebatur: tū vt magis vacaret docendis populis, & discipulis instruendis. Si enim eleemosyna quærenda esset, multum temporis in eo insumeretur, ac prædicationi subtraheretur: tum etiam vt indicaret prædicatores verbi sui ab ijs, qui facultates habent, iuste recipere, & exigere posse sustentationem. nam & Paulus 1. Corinth. 9. se potestatem habere affirmat mulieres duites circumducendi, à quibus aleretur. Conuenientius autem hoc per fœminas, quam per viros factum est; tum quia viris negotijs sæculi occupatis minus vacabat sic adhærere Christo: tum quia opere etiam Christo ministrabant præparando cibos, & quæ ad victum erant necessaria, quod magis est fœminarum, quam virorum: tum demum, vt Pharisæi illi, & Doctores magis arguerentur de infidelitate sua, tanta fide, ætate perspicua fœminarum.

Cum autem turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem.

COMMENTARIA.

MIra, & miraculorum, & doctrinæ fama commoti ad eum conuenerāt ex oppidis, & ciuitatibus Galilææ, audituræq; audiendi, & videndi festinater ex circumuicinis ciuitatibus confluxerant, quos ipse multis parabolis de diuinis mysterijs instruxit, vt cæteri Euangelistæ narrant, quorum vnam Lucas refert.

ANNOTATIO IX.

HVius historiæ meminere Matthæus cap. 13. & Marcus cap. 4. apud quos quædam referuntur circumstantiæ. Verba Matthæi sunt hæc: Exiens, inquit, Iesus de domo sedebat secus mare, & congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in littore. & locutus est eis multa in parabolis. Verba autem Marci sunt ista: Iterū cœpit docere ad mare, & congregata est ad eum turba multa, ita vt nauim ascendens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat, & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua. tam autem Matthæus, quam Marcus sequentem parabolam seminātis describunt, sicut Lucas. Matthæus vero plures etiam alias, sed hanc primo loco ponit, quod est argumento, Christum exordium huius suæ doctrinæ ab ea cœpisse.

Exijt, qui seminat seminare semen suum.

COMMENTARIA.

PArabolam narrat: Exijt, inquit, qui seminat, id est, qui solitus est seminare, & semē in terram spargere, exijt nunc denuo, vt iterum seminaret semen suum. Intendit Christus indicare, sibi, qui verbi Dei seminator est, & ad hoc in mundum hunc venit, similia euentura, quæ huic seminanti acciderunt. Recte autem confertur Christus seminanti semen suum: nam Prophetæ olim seminabant semen alienū, quia verbum Dei nō suum annunciabant, dicentes: Hæc dicit Dominus: at Christus semē suum seminat, quia ipse est Deus, & Dominus, cuius est verbum ipsum. Isa. 52. Ecce, qui loquebar, adsum.

ANNOTATIO X.

FInis, ac scopus huius parabolæ, est prædicare, quæ in Euāgelij prædicatione futura tunc erant, nimirum hæc: Primo quidem prædicandum fore Euangelium multis hominibus, qui per multas terræ partes, in quas iactum est semen, significantur. Secundo non omnes, qui audituri erant, credituros; sicut non in omnibus terræ partibus semen susceptum radices iecit. Tertio eorum, qui credituri erant, non omnes perseueraturos in suscepta fide, sed persecutione superueniente recessuros ab ea, sicut semē iactum super terram petrosam, etiam si natū sit, tamen exorto Sole aruit. Quarto, eorum, qui in fide perseuerauri erant, non omnes fructum bonorum operum reportaturos: sicut quædam pars terræ, in qua spinæ suffocarunt semen ortum, ne fructificaret. Quinto hæc euentura non quidem vitio doctrinæ, aut prædicantium, sed auditorum ipsorum culpa: sicut semen hoc fructu caruit nec radices fecit, non vitio seminis, sed terræ suscipientis. Sexto auditorum vitium multipliciter prouenire, sicut terræ quædam pars ob petras, quædam ob spinas, quædam, quia secus viam, semitis fructu priuata est. Demum multos etiam credituros, ac suscepturos verbum doctrinæ, vt par est non tū æqualem fructum reportaturos, sed quosdam maiorem, quosdā minorem. In duas igitur partes auditores, diuidendi erant; quidam enim non erant suscepturi verbum, isque in triplici differentia significata per tres partes terræ, petrosam, spinosam, & secus viā positā. Quidā alij suscepturi erāt, fructūq; reportaturi, ijq; in triplici ēt differentia: nā quidā trigesimū, quidam sexagesimū, quidā centesimū fructū reddiderūt. Hæc ofia Christus significauit Discipulis, priusq; euenirent, non solum per parabolam, sed ēt per parabolæ explicationem adhibitam. Seminator aūt hic Christus est, vt dicit Athanas. homil. de semente, qui dr, qui seminas, aut Fm Marcum, seminans, & exijsse ad seminandū, seminans quidē, quasi continuo seminans, quia nunq; seminare desistit: nā vt Deus in mundi principio seminauit verbū in cordib. hoīum, infundendo naturale lumē, quo agnoscere possent, quę eos scire, ac facere oportebat, & lumen supernaturale fidei reuelando, quę ad salutem necessaria erant: seminauit ēt per Moysem, legem dando. Vltimo autē exijt, vt verbum Euangelij doceret; cū enim Deus esset, carnem induit vt nos saluaret, ac veritatem ostenderet, ideo exijsse dr ad Euangelium promulgandū, quod prius ad illa alia semina facienda non fecerat: idq; insinuarunt Matthæus, & Marcus per illā particulā (ecce) ecce inquiunt, exijt, qui seminat rem nouam, & admirandam, indicantes, vt nimirum is, cuius semen est, egressus sit ad seminandū semen suum; solent. n. homines non per se, sed per suos operarios id efficere.

parabola sequitur.

Christus quo seminator.

Et dum seminat.

COMMENTARIA.

DIctum est dū seminat, vt per hoc Euangelista significet Deū semen verbi sui faciendo in incredulos, & eos qui crediturī erant, æqualiter intendisse, vt omnes fructificarent, & ipsorum vitio, non Dei voluntate effectum esse, vt quidam fructum ferrent, quidam non. Sicut seminator hic semen suum spargens in diuersas terræ partes, quantum in se est, intendit, vt in omnibus eis semen fructificaret, ac multiplicaretur, ex vitio autem terræ euenit, vt quę dā non fructificarent propter spinas, petras, aut viæ vicinitatem.

ANNOTATIO XI.

ADuerte non sic esse dictum, exijt, qui seminat seminare semen suū, & aliud ceciderunt secus viam, aliud super spinas, aliud super petram; si enim sic esset dictum significari videretur Deum verbum suum seminasse in malis, & incredulis, vt non facerent fructum. sicut qui seminaret semen scienter, & ex intentione in terra spinosa, et petrosa, eo ipso ostenderetur, nolle semen in omnibus partibus fructificare. non autem sic Deus est, qui salutem omniū, quantum ex se est, intendit, & vt omnes fructificent, ipsis verbum salutis prædicari facit, propterea dictum est, dum seminat, aliud ceciderit secus viam, aliud super spinas, aliud super petram, aliud in bonam terram, quasi æqua ratione in bonos, & malos semen spargens, idem in eos prætendat; quod autem eorum multi fructum non ferant seminis iacti, non ex intentione seminantis, aut Dei est, sed ex vitio terræ, ipsorumque verbi auditorum. Non quod Christus, seu Deus ignorauerit, qui suscepturi, quive nō suscepturi erant semen; non etiam quod non voluerit omnibus his verbum prædicare; nihil enim præter scientiam, & voluntatem eius fuit, aut esse potuit: sed quod quā tū ex se est, ofium salutē procurauerit, ac re mediū per verbū suū præstiterit, & in hoc seminator in parabola multū dissimilis est; nesciebat enim hic terram petrosam, & spinosam esse; si enim scimisset, in eas partes semen nō sparsisset: aut si sparsisset, vt quę causa

Quid illud sit. Aliud ceciderit secus viā, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa esset, quia aliter semen non potuisset seminare in bona terra, nisi iactum esset etiam in mala: non sic Deus aut Christus se habet. dicitur ergo, dum seminat, aliud cecidit, &c. vt significetur, non fuisse intentionis eius, ne reciperetur verbum suum, quin potius omnium intendisse salutem. Chrysostomus homil. 47. in Matth. adfert aliã causam, numerũ, vt significetur Deum non fecisse homines malos, sed eos suo se arbitrio tales reddidisse: immo Deum omnibus præstare auxilium, vt malitiam deponãt, vbi Chrysostomus ponit discrimen inter terram materialem, in qua semen iactũ est, & homines, in quib. seminatur verbum. Terra enim non habet potestatem, ac virtutem eijciendi à se lapides, & spinas, nec separandi se à via, ideo, qui scienter seminaret in talem terram, imprudens videretur. At homines habent arbitrium, possuntque remouere, impedimenta auxilio diuino semper parato ijs, qui volunt illud, idcirco sapienter ijs prædicatum est verbum. Dicet quispiam, cur Deus, cum re vera sciuerit multos non allaturos fructum verbi, nec credituros, voluit verbum suũ his prædicare? Huic difficultati satisfaciemus paulo inferius in Annot. 16.

Aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, et volucres cęli comederunt illud.

COMMENTARIA.

HAec est prima pars terræ, in quã iactum est semen, quæ erat viæ communi proxima, & inde factũ est, vt incedentes per viam, qui solent sæpe ab ea diuertere, & aut brevitatis, aut incommodi alicuius vitandi causa, per proximas partes terræ iter facere, conculcarent semen illud, terraque, quæ super iniecta erat, dimota, in superficie semen appareret, vnde consequenter euenit, vt volucres in terram descendentes deuorarent illud. Præcessit igitur conculcatio, quę semen, priusquam vllas emitteret radices, discooperuit, & secuta est comestio, aut deuoratio. Significantur per hanc terræ partem homines, qui audiunt Dei verbum, & mẽte concipiunt; tamen non credunt illud; nec autem, si diutius maneat, & consideratum attente fidem conciliet, facile dæmon de memoria, ac mente illud expellit.

ANNOTATIO XII.

Hoiet q ex parte intellectus, & ex parte affectus ita cæca parãtur.

DVo hominum genera conferuntur terræ secus viam positæ. vnum est ex parte intellectus, nimirum, qui in solo intellectus naturali lumine, humanaque scientia, ac prudentia innituntur, ac per ea de rebus fidei, diuinisque mysterijs iudicare volunt, nihilque verum censent, quod non humana ratione comprobetur. Hi secus viam dicuntur, quia nihil aliud sapiunt, quam quod sit ex via; mundus enim hic via dicitur Psal. 118. Beati immaculati in via. Psal. 84. Ponet in via gressus suos. Cum igitur fidei nostræ dogmata non humana ratione firmentur, sed altiori lumine, ac superiori magisterio, de quo dictum est Ioan. 6. Erunt omnes docibiles Dei, necessariumque sit credenti intellectum in captiuitatem reducere in fidei obsequium 2. Corinth. 10. ft vt hi homines, quando ea audiunt, ac mente concipiunt, comperientes humanis rationibus illa non subsistere, respuant, & reijciant, tamquam falsa, & repugnantia. De illis dixit Paulus 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere. Exempla habemus in Scriptura Ioan. 3. in principio Nicodemus audiens, quæ humana ratione non capiebat, dixit: Quomodo possunt hæc fieri? & Ioan. 6. audientes carnẽ Christi cibum futuram dixerunt: Durus est hic sermo, & abierunt. & Act. 17. prædicante Paulo mortuorum resurrectionem, quidam deriserunt. Contra quos omnes dictum est 1. Corin. 1. Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Alterum genus est ex parte affectus, nimirum eorum, qui illecitis de fiderijs, ac cupiditatibus ita immersi sunt, vt nihil aliud bonum, & appetibile illis videatur, nisi quod sensibus, ac appetitibus eorũ placet. De quib. Philip. 3. scripsit Paulus: Multi, inquit, ambulant, quos ipse dicebã vobis, nũc aũt, & flẽs dico, inimicos crucis Christi, quorũ finis interitus, quorũ Deus venter est, & gloriã in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Hi cum audiunt Euangelicam doctrinam de abijciendis operibus tenebratum, de crucifigendis concupiscentijs, ac seipsis abnegandis, credere nolunt, ne si crediderint ijs, se priuent, quibus toti dediti sunt. de talib. dixit Dominus Ioan. 3. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem: erant enim eorum opera mala, omnis autem qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Ab his pravis affectibus, qui verbum impediunt, *Iacobi 1.* remouet nos Iacobus cap. 1. dicens: Abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Merito autem tam in his, quam in illis dicitur conculcatum semen, quia verbum Dei humanis rationibus, & affectibus vilibus contemnitur, quod est quasi pedibus viatorum conculcari Euangelicam doctrinam. Qui ergo verbum Euangelicum prædicatum suscipere apti sunt, ij & humilem mentem, & purgatum affectum debent habere.

philip. 3

Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorẽ.

COMMENTARIA.

HAec est altera pars terræ, in quam iactum est semen, nempe, quæ petras habebat terræ superficiei proximas, vnde factũ est, vt semen iactum non habẽs altitudinem terræ sufficientem, continuo oriretur ante radices in profundum missas, petra impedientes: deficiente igitur humore, qui per radices trahitur, solis æstũ, qui ortus erat, sustinere non potuit, & idcirco aruit. Significantur homines ij, qui nimio affectu, nempe amore, vel timore tenentur erga temporalia, quæ ex se licite amari possunt, sicut honores, diuitiæ, vita temporalis, & similia, dum non præferantur honestis, sunt tamen qui immoderate in ea ferũtur. Hi dum nihil occurrit, quod ijs, quæ diligunt, aduersatur, aut ex ijs, quæ valde timent, tunc verbum suscipiunt, & credunt; at quando aliquid, quod amant dimittendum est, aut aliquid, quod timent subeundum propter verbum susceptum, tunc recedunt, & à suscepto verbo se auertunt. Sunt enim nimij affectus, ac animi immoderatæ passiones, velut petræ proximæ terræ, in quam iacitur semen. Hæ radicibus charitatis obsistunt, nec sinunt doctrinam Euangelicam per charitatem radicari, & firmari in homine, ita vt omnia dimittere bona, ac quæcumque subire mala pene paratus sit potius, quam verbum relinquere. Sunt ergo moderandi affectus, & mortificandi, vt longe absint à ratione ipsa, eiq; subdãtur.

ANNOTATIO XIII.

Verbis his significatur qui affectu conseruãdi, vel timore amittendi temporalia ab Euãgelio recedunt.

ADuertendum est hanc sententiam à Matthæo c. 13. lucidius explicari; inquit enim: Alia ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam, & cõtinuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ; Sole autem orto æstuauerunt, & quia non habebant radicem aruerunt. vbi significantur ij, qui cito credunt, nec considerantes, quæ ad fidem firmandam necessaria sunt, non procurant charitatis radices habere; hæc enim omnia postponit verbo suscepto, & insurgentes timores, ac cupiditates repellit: ea igitur deficiente, fides facile euertitur persecutionib., aut tentationibus emergentibus. De quib. radicib. paulo inferius dicemus. Aduertẽdũ ẽt est, inter alia multa doctrinæ Euangelicæ dogmata hoc vnum esse, vt cum omnib. temporalibus bonis, ac commoditatib. ẽt vitæ propriæ præponamus, non ijs solis, quæ inutilia habentur, sed absolute quibuscunq; ẽt ij, q̃ ratio, aut lex vlla non prohibet: non quod semper hæc omnia cum effectu dimitti, & abijci debeant, sed quod quando casus occurrerit, quo vel illis priuari, vel præceptum aliquod Euangelicum prætermitti oporteat, tunc præponamus Euangelium omnibus, & dimittamus, ac expellamus quæcumque, etiam vitã potius, quam ab observantia, aut Euangelij veritate recedamus, eoq̃ue animo præparatos nos esse necessarium est. Sic docuit Christus Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, ac matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animã suam, non potest meus esse discipulus. Quibus *Luc. 14.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbis docet Christus nullo timore amittendi temporalia quecunque, nec vllo affectu ea conseruandi, aut acquirendi, debere nos remoueri à veritate Euangelica suscipienda, & retinenda. Hinc factum est, vt multi, qui charitate destituti, & qui nimio horum affectu tenebantur, occurrente exitu, quo oportebat priuari his, aut ab Euangelio recedere, hoc illis postposuerant, fidemque conceptam negarunt, & abiecerunt: timore ergo periculorum persecutionis amissionis temporalium, aut affectu promissorum bonorum, à suscepta fide olim recesserunt, & semen natum in eis occurrente petra, & humore deficiente aruit. Interrogabit quispiam, si hi affectus timoris, amoris nimij erga res, quæ ex se non sunt prohibitæ, etiam impediunt homines à fide suscipienda: cur ergo comparantur petris, quæ non prohibent seminis nutritatem, sed augmentum, & significantur ij, qui credunt, postea q; fidem deserunt? Respondeo Euangelium res has non prohibere, idcirco audito Euangelio, illi qui eas possident, non deterreri ab eo suscipiendo, sicut faciunt illi, qui illicitis dediti sunt, de quibus in prima sententia sermo est, nec semper affectus, & animi passiones inordinatæ apparent, nisi quando occasio se offert, inde fit, vt nulla occasione emergente facile homo suscipiat verbum, quod postea dimittat insurgente persecutione, aut occasione dimittendi temporalia. verum etiam est, si verbum simul prædicatum est cum occasione præsenti faciendæ dimissionis, affectus tales impedire verbi susceptionē, & fidem, illud tamen frequentius est. Nec mireris fidem pēdere ab affectibus, nā cum non nitatur euidentib. rationibus, necessarius est voluntatis concursus ad credendum, quæ quidem voluntas affectibus multum huc illuc que trahitur.

Et aliud cecidit super spinas, & simul exortæ spinæ suffocarunt illud.

COMMENTARIA.

HAec est tertia terræ pars, in qua semen iactum est, nempe terra semina spinarum habens, quæ non apparebāt, quando semen patrisfamilias spargebatur, inde factū est, vt vtrumq; simul natum sit, & excreuerit: copia autem necessaria humoris deficiente, cum virtus terræ vtrisque seminibus non sufficeret, & spinę, vtpote terræ magis connaturales, maiorem partem humoris sibi attraherent, & semen natum est, & auctum fructu priuarum est. Significātur homines, qui verbum Euāgelicum audiunt, fide suscipiunt, ac retinēt, tamen voluptatibus, & alijs negotijs huius seculi intenti, bonorum operum fructum non ferunt, fidem mortuam sine operib. in se habentes.

ANNOTATIO XIIII.

COnuenienti ordine hæ terræ partes describuntur. Prima enim significat eos, qui audito fidei verbo non credunt. Secunda eos, qui credunt, tamen in fide non perseuerant. Tertia eos, qui perseuerant quidem, tamen fructum operum non habent, quales sunt mali Christiani, qui vitam fidei, quam profitentur, non conformant, de quibus Iacobus cap. 1. inquit: Estote factores verbi, & non auditores tantum: nam si quis est auditor verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo: consideravit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Et cap. 2. quid proderit fratres, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid fides poterit saluare eum?

Hæc tres partes terræ significant tres ordines descriptos.

Merito autem vtitur Christus metaphora verbi suffocandi: qui enim fauces stringit, impedit respirationem vitæ conseruandæ necessariam, inde mortis est causa. Sic negotia seculi, & ea quæ animi attentionem, ac studium nimis, & vltra mensuram ad se trahunt, animam velut suffocant: quę, nisi ea, quæ per fidem didicit, meditetur, attendat, & Spiritus sancti gratiam recipiat, locumque eius inspirationibus det, non potest vitam spiritus conseruare, sicque fidem habet mortuam, & sine fructu. Vnde recte Gregorius hom. 15. in Euang. sic inquit: Suffocant quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant, & dū bonū desiderium intrare ad cor nō sinunt, quasi aditum vitalis flatus necant. Plura dicemus inferius in huius sententiæ expositione à Christo Domino facta.

Christus merito vtitur suffocandi verbo.

ANNO-

ANNOTATIO XV.

Ex voluntatis vitio prouenit q verbum Dei fructum nō faciat.

SVnt nonnulla in his prædictā sententijs aduertenda. Primo quidem non ex vitio seminis prouenisse, quod non fructificaret: nam si id esset, non faceret fructum in terra bona, cum seminis nulla fiat distinctio. Quo significatur, quod multi verbo Euangelio prædicato non crediderint, aut eo suscepto non fecerint fructum, non esse ex verbi ipsius vitio; si enim inde id prouenisset, vtique nemo fructum faceret. In nostris quidem sermonibus accidit aliquando esse semina, & grana quædam vitiosa, quæ etiam si ceciderint in bonam terram, non ferunt fructum: at in semine Christi, quod est Euangelium non sic fit, totum est semen perfectum, & fecundum, quod Dominus Matthæi 13. per aliam parabolam significauit: Nonne, inquit, bonum semen seminasti? Doctrina enim Euangelica tota vera, bona, tota efficax & fecunda est, vnde ex se & intellectum illustrat, & affectum excitat, & arbitrium permouet ad opus. Vitium igitur non est in ea. Opponebant Pagani vitium Euangelio, dicentes vulgarem esse doctrinam, ac sine ratione, vt referunt Gregor. Nazianz. orat. 1. in Iulianum, & Origenes lib. 1. contra Celsum, multaque alia debacchabantur, vt suæ infidelitatis excusationem prætexerent: at vero maxime errabant, vt alijs in locis ostendimus.

Secundo aduertendum est, non etiam prouenisse ex vitio ipsius terræ, quod semen non faceret fructum: nam terra illa tota quantum ad substantiam, vna erat. nam si ex substantia, & natura eius id processisset, vtique nec terra, quæ efficit bona, vllos fecisset fructus. Quo significatur, non esse ex natura hominum malitia, quod non credant, aut non fructificent, quasi sit quædam natura mala, quędam bona, vt temere ac falsò docuerunt Manichei, & Valentinus, referente Augustino lib. de hæresi cap. 4. & 46. nulla enim est natura mala, omnis in se bona est, nec in naturam referri potest, quod hi fructificent, hi vero non. Per hanc autem terram, in quam iactum est semen, homo ipse intelligitur, vt etiam testantur Athanas. hom. de semente, & Chrysost. hom. 45. in Matthęum.

Tertio aduertendum est, quod hæ terrę partes non fructificauerint, prouenisse ex vitio adiuncto, & extra terræ substantiam, & quod remoueri potuit, nempe ex vicinitate viæ spinarum, seminibus, ac petris, sine quibus terra esse potuit. quo significatur, ex voluntatis arbitrio procedere, quod homo audito verbo, ac suscepto non credat, nec fructum ferat, vt recte notauit Hierony. Matth. 13. Inde distinctio facta est hominum credentium, & non credentium bonorum, ac malorum, quia illi per arbitrium adhærere volunt verbo, hi vero non. Non quod solius arbitrij virtus valeat intellectum ad credendum inclinare, aut voluntatem ad bene operandum mouere; necessarium enim est auxilium diuinum, quod cum arbitrio concurrat, id tamen Deus, quantum ex se est, non negat, quo homo valeat facere, quod velit bonum.

Tribus historiæ partib. tres hominis inimici significantur.

Quarto aduertendum est, has tres tantum partes terræ numeratas, quia per eas significantur tria genera inimicorum hominis, qui auertunt eum à bono: caro significata per petram, mundus notatus per per spinas, Diabolus indicatus volucres. Posset quispiam obijcere, videri verbum Euangelicum inefficax, & debile, cum non potuerit omnium ad se mentes, ac voluntates conuertere. In hac parte Pagani quondam contra Deum, ac Christum inuehebantur, eum impotentiæ, ac debilitatis arguentes, quasi facere non valuisset verbum, ac Euangelium ab omnibus recipi, & in omnibus fructificare. Ista refert Iustinus in explic. quæst. Gen. quæst. 1. At hi exci non attendebant simili argumento Deum argui posse impotentiæ, quod semina non fecerit ita efficacia, vt etiam in terra sterili, ac vitiosa fructificarent; quod dicere stultissimum est. vt enim recte dicit Iustinus, non id impotentiæ, sed prouidentiæ est diuinæ, quæ cunctis rebus suas distribuit peculiares virtutes, singulasq; pro tem profificandi indidit, sic tamen vt semini etiam quandam energiam et efficaciam tribuit, non vt sola produceret, sed simul cum terra, & adhuc hæc causarum vniuersalium concursu opus habent, nempe astris, ventis, pluuijs, omnia hęc non ad impotētiā, sed ad prouidentiam spectant. Voluit enim Deus ad vnum effectum plures conuenire causas, vt virtutis

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnitudo magis in pluribus agnoscere-tur, quam in vno, sic etiam factum est in semine spirituali Euãgelij: ita enim verbo suo virtutem, & efficaciam dedit, vt arbitrij cooperatio necessaria esset, & adiuse suæ gratiæ, ac influxus cœlestis necessarius est, vt fructus verbi efficiatur; & horum vno deficiente fructus etiam deficit: sicut in fructu materialis seminis, quod vti diximus admirandæ prouidentiæ est. Aliter enim Deus impotentiæ arguereturquod causis vteretur secundis, Sole, astris, elementis, & alijs omnibus ad effectus producendos, cũ per se solum posset facere.

ANNOTATIO XVI.

Quare Christus Euangelium grædicatiuo dixit etiã illis non parituris.

DVbitatio quædam in his etiam sententijs se offert, quare Christus præscius eorum omnium, quę futura erant, prædicari voluit Euangelium ijs, qui illud susceperuri non erant, aut non credendo, aut non viuendo ad regulam eius. Ioan. 6. Sciebat Iesus ab initio, qui essent non credentes. Nemo enim seminantium semen suum spargeret in ea loca, in quibus nullus futurus esset fructus, si id ante scire potuisset. Simile quid forsan à Gentibus obiectum refert Ambrosius lib. de Paradiso cap. 8. dicébant enim: cur Deus imposuit præcepta ijs, quos prænouit non esse ea seruaturos. Respondeo cum Ambrosio, id factum esse, vt Deus ostenderet bonitatem suam, & quantum ex se est, salutem velle omnium etiam eorum, qui non seruant mandata, aut non credunt; si enim non esset prædicatio facta, misi credituris, vix appareret Dei clemẽtia erga eos, qui non credunt, excusatioque aliqua hominũ non videretur, se nõ credidisse, quia non est eis prædicatum; quomodo enim credent, nisi audierint, quomodo audient sine prædicante? Roman. 10. conueniebat ergo etiam non suscepturis verbum annunciatum est, ac in terra spinosa, & petrosa iactum est hoc semen verbi Dei; sic namque & Dei bona, clemensque voluntas, ac hominum culpa manifestatur: sicut qui generale conuiuium faceret omnibus suis consanguineis, omnesque inuitaret, etiam si sciret quosdam non acceptaturos, sic ei manifestat animum suũ, ac liberalitatem, dum neminem excludit, quantum ex se est, ipsi se excludunt, qui venire renuunt. Adde etiam hac ratione ostendi Christi virtutem, verbique sui vim salutiferam, quæ omnes seruare potest, quotquot velint; aliter enim non agnosceretur, existimareturque nõn esse sufficiens, nisi ijs, qui credunt.

Quare Euangelium nõ est annunciatum omnibus non crediturij, sed quibusdam tantũ illorum.

Difficilior autem est dubitatio, cur non omnibus ex ijs, qui crediturí non sunt, verbum annunciatum est; scimus enim verbum Euangelicum non omnibus esse factum. Respondeo in eo, quod multis, qui non credunt, aut non bene viuunt, annunciatum est Euangelium, satis liquido constat, Deum ex parte sua salutem velle etiam illorum, qui pereunt: nec ad hoc ostendendum opus est, vt omnibus non crediturís, aut male victuris annuncietur verbum. adde etiam, quod si non omnibus annunciatum est, id ex misericordia factum est, ne grauius iudicium ferant, iuxta illud 2. Petr. 2. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab illo, quod illis traditum est sancto mandato, qua misericordia voluit vti Deus cum ijs, quibus prædicatum est, & non fecerunt fructum: quamuis cum ijs etiam misericordia vsus est: aliter tamen, nempe, quantum ex se est, eos ad salutem inuitando, & opem ferendo, si voluissent acceptare. *2. Petr. 2.*

Quare Euangelium nõ prædicetur multis, qui si audirẽt, absque dubio crederent.

Difficillima omnium dubitatio est, cur non fit prædicatum multis, qui si eis annunciatum esset, vtique crederent, ac fructum ferrent, iuxta illud Matth. 11. Si signa, & virtutes, quæ facta sunt in te, facta essent in Tyro, & Sidone, pœnitentiam egissent. admirandum hoc est, quod verbum annunciatur multis sine fructu, & negatur, ac abscondiur multis, quibus si esset notificatum, fructificarent; sicut, qui seminaret in sterilibus locis, neglectis fœcundis. Iudicia sunt hæc Dei profunda, omnia quidem iusta, licet non omnia nobis manifesta. Hæc prosequi non est instituti præsentis.

Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum.

COMMENTARIA.

HAec est quarta pars terræ, in quã iactum est semen, nempe terra bona; dicitur autem bona, quę nullis impedimentis tenebatur; neque enim erat

erat spinosa, nec petrosa, nec secus viã, in hac semen iactũ, nõ solum ortum, & auctum est, sed fructum copiosum protulit, nempe pro vno centum. Significantur homines, qui omnibus abiectis impedimentis retrahentibus suscipiunt Euangelium, & opera iuxta illud faciunt, & quidem multiplicata: nam quam veritatem semel receperunt, cõtinuis operib. bonis sustẽtant.

ANNOTATIO XVII.

Hæreticorũ expositio refellitur.

MAtthæus cap. 13. & Marcus cap. 4. hanc sententiam magis explicarunt, nempe sic; Alia ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud cẽtesimum, aliud sexagesimum, aliud trecesimum: vt enim notarunt Origenes homilia 6. in Exod. & Hieronymus Matth. 13. Sicut malæ terræ tres partes sunt, secus viam, spinosa, & petrosa: ita in bona aliæ tres, nempe quæ centesimum, & quæ sexagesimum, & quæ trecesimum fructum fecerũt. Duo posteriora prætermisit Lucas, contentus aliorum Euangelistarum enarratione, vt solent Euangelistæ sæpe facere. In cuius sententiæ explicatione errarunt hæretici, & varij sunt Catholici doctores. Quod ad hæreticos spectat, refert Augustinus lib. 21. ciuit. cap. vlt. quosdam vt suis vitijs securius, & absque timore, & freno indulgerent, sic esse interpretatos hanc sententiam, nimirum pro vno iusto malos centum saluatum iri in die iudicij, & pro alio, triginta; pro alio, sexaginta, ita vt iustorum multitudo malos, ac pœna dignos præsequeretur æterna damnatione; contra quos hæreticos acute Augustinus ex eorum dictis insurgit, debere omnes à vitijs abstinere, & bonis operibus incumbere, ne tam pauci iusti tunc inuentantur, vt quantumuis pro vno centum mali saluentur, adhuc superfint multi mali damnationi obnoxij, deficiente bonorum, ac iustorum numero, quorum ratione liberentur. At vero horum doctrina aperte damnata est Scripturarum testimonio: iuxta vnuscuiusque enim opera iudicium vitæ, aut mortis fiet, dicente Paulo Roman. 2. Reddet vnicuique secundum opera sua: ijs quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: ijs autem, qui sunt ex contentione, & qui nõ acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio. Præterea 2. Corinth. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Quam etiam doctrinam Dominus Matth. 25. parabola confirmauit de quinque virginibus fatuis, oleum à prudentibus sibi quærẽtibus, quibus responsum est, ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite ad vendentes, & emite vobis. Quibus demum clausa est ianua, quia secum oleum bonorum operum propriorum non sumpserunt.

Quid per trigesimum, sexagesimum, et centesimũ fructũ significetur.

Relicta, & reiecta hæretica explicatione, ad Catholicos Patres nos conuertamus. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, & Matth. 13. hunc triplicem fructum ad tres status refert, scilicet coniugatorum, continentium, ac virginum: vt primi trigesimum, secundi sexagesimum, vltimi centesimum fructum referre dicantur. Post Hieronymum Augustinus lib. quæst. Euang. cap. 10. etiam ad tres status refert hãc diuisionem, aliter tamen status ipsos numerat, vt primus sit coniugatorum, secundus continentium, & virginum, tertius, qui supremus est, martyrum. Tertio loco Gregorius homilia 17. in Ezechiel. non ad status, sed ad personas refert in hunc sensum; Vt ij fructum trigesimum proferre dicantur, qui fidei perfectionem, quæ est in Trinitate, concipiunt; sexagesimum vero, qui bonæ vitæ opera perfectè promulerunt: centesimum autem, qui ad æternæ vitæ contemplationem profecerunt. Centesimus ergo fructus non huius, sed alterius est vitæ. Quarto loco Athanas. homil. de semente, & Gregorius Nazian. orat. in Maximum, Chryso. hom. 45. in Matth. & idem Augustinus lib. de sancta Virginitate c. 46. ad personas etiam referunt hanc distinctionem, sic tamen, quia quidam bene, quidã melius, quidam optime operantur in hoc sęculo, quocunq; sint in statu; hæc enim semper, qui in statu perfecto sunt, perfecte viuunt, sæpeque euenit, vt qui in inferiori sunt statu maiorem, ac abundantiorem proferant fructum, quam qui in sublimiori. Dominus enim de fructu ipso loquitur, qui non semper statui respondet; in quo hęc expositio prima, & secundæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

præferenda est. Præterea Dominus loquitur de fructu seminis, dũ est in terra, volens significare, se loqui de ijs, qui in hoc sæculo fructus hosce referunt, in quo hæc sententia præferenda videtur ei, quæ est Gregorij. Adde, quia etiam ij, qui trigesimum, & sexagesimum fructum referunt, ad gloriam perueniunt, vndè & ij centesimum referunt, sicq; nulla esset distinctio. Cur autem quidam maiorem, quidam minorem fructum ferant, dicemus inferius.

Hæc dicens clamabat.

COMMENTARIA.

CLamore vocis excitat Christus eos, qui hæc audiebant, ad inquirendam intelligentiam eorum, suscitatem mentis illorum insinuans.

Qui habet aures audiendi audiat.

COMMENTARIA.

NOn clamore solo, sed etiam verbis ipsis prouocat ad interrogandum, & inuestigandũ sensum mysteriorum, quæ in particula obscure continebantur, quasi diceret: Cum datum sit vobis audire auribus exterioribus tanta mysteria, cutate audire vt oportet, intelligentiam inuestigando.

ANNOTATIO XVIII.

Num de corporis, an vero de mentis auribus Christus loquatur.

EX Scriptura, ac Patrum doctrina didicimus esse aures mentis, & aures corporis, de quibus autem hoc in loco sermo sit, non omnino constat; nam Gregorius hom. 15. in Euang. & Euthym. Matth. 11. vbi similia verba habentur, de interioribus auribus interpretatur, quasi Dominus excitet ad intelligendum eos, qui habent animi aures ad capiendum, & intelligendum, significans opus esse solertia, & animaduersione ad penetranda, quæ dicta erant in parabolis: iuxta quem sensum sententia hæc non accommodatur turbis, & Iudæis incredulis, qui his auribus carebant, sed Discipulis, & fidelibus, quæ quidem expositio probabilis est, quam etiam Chrysostomus homilia 58. in Matth. sequi videtur, in eadem significatione accipiuntur aures apud Esaiam cap. 6. Excæca, inquit, cor populi huius, & aures eius aggraua. Aggrauatæ enim sunt incredulorum Iudæorum aures interiores, dum noluerunt mentem aptare, & inclinare ad ea penetranda, & considerãda, quæ Christus loquebatur, & operabatur. At mihi visa est accommodatior altera expositio, nempe vt sermo sit generalis etiam ad turbas, ac incredulos, de auribus nempe corporis in hunc sensum: qui habet aures audiendi, id est, quibus concessum est à Deo audire tanta mysteria, quanta Christus tradebat, & prædicabat, audiat, id est curet audire, vt oportet, intelligẽtiam eorum inuestigãdo, & interrogando. In hac significatione dictum est Deuteron. 29. non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures, quæ audire possent, vsque in præsentem diem, id est, non concessit hactenus vobis Deus, vt audiretis legem eius, quam modo voce sensibili auditis. Consonat huic expositioni, quod paulo post sequitur: Vt audientes, inquit, non intelligant, id est, vt qui auribus exterioribus audiunt, non intelligant significata mysteria. Similiter quod Act. 28. Paulus dixit Iudæis: Bene, inquit, Spiritus sanctus locutus est per Esaiam Prophetam, ad patres nostros, dicens: Vade ad populum illum, & dic, aure audieris, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis. Idem habetur à Matth. capit. 13. Magnum enim fuit beneficium Dei, auribus sensibilibus verba Christi audire, & ipsum oculis corporeis videre, sicut Luc. 10. idem Christus significauit: Multi Reges, inquit, & Prophetæ voluerunt audire, quæ vos auditis, & non audierunt, & videre quæ vos videtis, & non viderunt. At increduli Iudæi abusi sunt tanto beneficio, nec studuerunt intelligere, quæ docebat, & magnificare, quæ operabatur. Idcirco fructu tanti beneficij priuati sunt. Similis est distinctio oculorum, nempe interiorũ, & exteriorum. Hinc facile est intelligere loca, quæ videntur dissidentia: nam aliquando Iudæi dicuntur audire, & videre, aliquãdo vero non, sed excæcati, & obturati auribus, viderunt quidẽ, & audierunt exterius, sed nõ interius. Audierunt voces Christi, viderunt opera eius, sed non crediderũt, nec ipsum sequi voluerunt. Ex his sententiæ huius nostræ sensus manifestus euadit; excitantur quidem omnes exterius audientes ad inquirẽdam intelligentiã dictorum tamẽ

Deuter. 29.

Act. 28.

tamen turbæ, ac Iudæi increduli nõ inquirunt; Discipuli vero inquirunt, & interrogant Magistrum, dicentes: Quæ est hæc parabola? Quod etiam fecerunt Matth. 13. edissere nobis parabolam zizaniorum, & Matth. 15. edissere nobis parabolam istam.

Interrogabant autem eum Discipuli eius, quæ esset hæc parabola?

COMMENTARIA.

PErceperunt Discipuli Magistri vocem, & cum haberent audiendi aures, audierunt, vt par erat, quæ non intellexerant, interrogantes, quæ esset parabola, hæc, id est, quid parabola significaret, Iudæi vero increduli aures audiendi habentes non audierunt, non procurantes discere sensum, & intelligentiam ab eo, qui ad id eos prouocabat.

ANNOTATIO XIX.

Interrogatio Discipulorum non statim post parabolam facta.

NOn statim parabola absoluta Discipuli interrogarunt, sed postea, quando dimissa turba remanserat Christus cum solis duodecim; sic enim habetur Marc. 4. Cum esset, inquit, singularis, interrogauerunt eum ij, qui cum eo erant duodecim, parabolam. Vt autem ex Matth. c. 13. constat, duo interrogarunt, vnum: Quare in parabolis loqueris eis, scilicet turbis? Quod Matthæus refert: Alterum verò: Quæ est parabola hæc? Quod Marcus, & Lucas narrant. Omnes tamen tres Euangelistæ quid vtrique interrogationi respondent, describunt, licet non omnes omnium meminerint, maxime quæ ad priorem interrogationem dixit, vt in explicatione sequẽtium sententiarum ostendemus.

Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium Regni Dei, cæteris autem in parabolis.

COMMENTARIA.

REspondet priori interrogationi, insinuans se velle satisfacere posteriori, nempe explicare illis parabolam hanc: Vobis, inquit, à Deo concessum est nosse occulta mysteria, quæ in mea Ecclesia futura sunt, at illis non est concessum hoc, sed vt in parabolis tãtum obscuris ea audiant. Hæc est causa, cur Iudæis loquor in ænigmatibus, & parabolis, & cur vobis eisdem parabolas aperte explicabo, & earũ sensum aperiam. Regnum Dei appellat Ecclesiam suam Euangelicam, quam Matthæus vocat Regnum cœlorum. Continebat autem hęc parabola multa, quæ euentura erant in Ecclesia, quæ mysteria dicuntur, quia occulta, & arcana erãt.

ANNOTATIO XX.

Superiori sententiæ, cui particulam, qa, addidit Matthæus.

MAtthæus cap. 13. quia priorem Discipulorum interrogationem expressit, ideirco huic sententiæ causalem particulam apposuit sic: Quia vobis datum est nosse mysteria Regni cœlorum, illis autem non est datum. Cur addendum est verbum Lucæ (sed in parabolis tantum.) sic enim habet Marcus c. 4. Vobis, inquit, datum est nosse mysterium Regni Dei; illis autem, qui foris sunt, in parabolis ofa fiunt. Verbum autem (Datum est) donum Dei significat, cuius est dare intelligentiam mysteriorum, ac parabolarum, similiter & negare illud ex gratia, ac misericordia, hoc ex iustitia vti paulo post explicabitur.

Vt videntes non videant, & audientes non intelligant.

COMMENTARIA.

CAusa est finalis, cur in parabolis loquitur illis, nempe vt quæ audiunt, non intelligant, & quæ vident exterius in Christo, non videant oculis mentis, nec percipiant, quid per ea indicetur: nam nec verba, quæ Christus proferebat, nec opera miranda, quæ faciebat, perceperunt animo; Hæc enim omnia, eum esse verum Messiam, ac filium Dei, significabant. Contingit.n. aliquando res gestas videre, & sententias verborum audire, quo autem tendant ignorare, quod Orig. hom. 6. in Exod. exẽplo probat illo Ioan. 13. quando Christus lauans pedes Discipulorũ dixit Petro: Qd ego facio, tu nescis modo, scies aũt postea. Videbat Petrus factũ, sed quo tenderet, qdve significaret, tunc nõ intelligebat, nec oculo

mentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentis videbat. Similiter audierunt Discipuli parabolam. verborum quidem significationes percipiebant, at nunc quando proferebantur, quid per ea significarum esset, non sunt assecuti, donec Christus illis, non autem turbis declaravit.

ANNOTATIO XXI.

Quarõne Christus in parabolis loquutus fuerit Iudæis, vt videntes non viderent.

IN primis apud Marcum sic habetur: Vt videntes videant, & non videant, & audientes audiant, & non intelligant. Sensus idem est, vt ex Commentatoribus satis liquet; videbant enim exterioribus oculis, sed non assequebantur mente quid per ea, quæ videbant, significatum esset, similiter audiebant, & non intelligebant mente, quo tenderent, quæ dicebantur. Grauior autem difficultas est, an particula illa (vt) significet causam finalem, quasi causa, ob quam Christus in parabolis loquutus sit, ea esset, ne illi Iudæi intelligerent. Cui difficultati Bonauentura respondet, e usquam sententiam quidam recentiores amplectuntur, nimirum non causam finalem, sed consecutionem significari per talem particulam, vt sit sensus in parabolis Christum loquutum esse, atque inde consecutum esse, illos Iudæos non intellexisse. Particula enim (vt) sæpe in scriptura consecutionem indicat, idque verum est. At quod in hoc loco consecutiue, non autem causaliter accipiatur, sustineri non potest, ac repugnat contextus Euangelicus et interpretationi: nam Christus respondet interrogationi factæ à Discipulis, nimirum quare in parabolis loqueris eis? Quæ interrogatio petit causam, vt satis notum est, huic respondet Christus per hanc sententiam: Vt videntes non videant; necesse igitur est fateri causam continere eandem in responsione, quæ petebatur in interrogatione. quam sententiam Augustinus lib. quæstion. in Matth. cap. 14. indubitanter tenet, & Hieronymus Esa. 6. simulia verba interpretans, & inter recentiores Albertus Magnus in commentario huius Euangelistæ, & ita sentiendum mihi videtur. Argumentum autem quod recentiores illos permouit, id esse videtur, ne Iudæos culpa vacare dicamus, quasi Christus non fuerit locutus eis, ita vt intelligere possent. Quam obiectionem Augustinus loco allegato refert, eique respondet, generaliter omnem incredulitatem, ac cæcitatem Iudæorum, qua Christo non crediderunt, tribuens eorum culpis præcedentibus, propter quas iusto Dei iudicio priuati sunt lumine eo, quo intelligerent, & crederent, eaque est doctrina Hieronymi Esa. 6. iuxta quam ad sententiam hanc dicimus, Christum in parabolis locutum, ne intelligerent diuina mysteria, quia iam verbis, & factis multa dixerat & fecerat, quibus illi potuissent credere Christo, eumque nosse verũ Messiam, vitioque ipsorum, ac culpa incredulos extitisse, ob quam grauissimam culpam iuste loquitur eis in parabolis, vt non intelligant, quia mysteria significata per parabolas non meruerunt percipere, qui spreuerant intelligere, quæ ad fidem eius concipiendam sufficientissimè, & abundantissimè acceperant. Vnde Irenæus hinc explicãs locum lib. 4. cap. 48. sic inquit: Vnus & idem Deus his qui non credunt, sed nullificant eum, infert cæcitatem, quemadmodum Sol, qui est creatura eius, his qui propter aliquam infirmitatem oculorum non possunt contemplari lumen eius; his autem, qui credunt ei, & sequuntur eum, pleniorem, & maiorem illuminationem mentis præstat. Hæc ille. Sicque soluit argumentum Marcionistarum, qui Deum auctorem malorum facere nitebãtur. idem dicit Tertullianus lib. 2. contra Marcion. Vera igitur est doctrina illa Gregor. hemil. 25. in Euang. nimirum: Qui vult audita intelligere, festinet quæ audire potuit implere. Hæc ille. Non ergo sermo hic est de omni cæcitate Iudæorum, sed de ea, quam in parabolis percipiendis habuerũt, iuste primati à Christo lumine, quo quæ significabantur, percipierent. Adde eorum etiam vitio factum esse, ne intelligendi lumen haberent ea de causa, quia nec etiam inquisierunt. Christum humiliter interrogantes, vt Discipuli fecerunt, & ideo hi intelligere obtunduerunt.

ANNOTATIO XXII.

Quo discrimine sint Lucas, & Matthæus in hac Christi sententia.

ALtera difficultas occurrit in eadem sententia: nam videntur, & Matthæus, & Lucas multum dissentire: nã Matthæus vsus est particula causali, scilicet: Ideo, inquit in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiant, neque intelligunt: at Lucas vsus est particula finali, scilicet: Vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Hæc longe sunt diuersa, vt facile est vnicuique videre. Respondeo esse diuersas sententias, diuersosque habere sensus, & vtrumque à Christo esse dictum: Matthæus quidem explicat culpam antecedentem Iudæorum, ob quam factum est id, quod refert Lucas. Iudæi enim videntes non viderunt, & audientes non audierunt: Christi enim opera miranda videbant oculis, & noluerunt mente videre, & corde credere esse eum, quem opera ostendebant, audierunt verba eius, quibus se Dei filium, & Messiam significabat, & noluerunt audire, vt oportebat, cum recipientes. Ioan. 10. Loquor vobis, & non creditis, opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, ipsa perhibent de me. propter hanc culpam eorum inexcusabilem Christus locutus est illis in parabolis obscuris, vt non videant, nec intelligant diuina mysteria per eas significata, & exæcentur. Illud Matthæus, hoc Lucas, & Marcus retulerunt. vnde tota sententia Christi est hæc, ideo in parabolis loquor eis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, quia videntes non vident, & audientes non intelligunt. Referuntur enim sententiæ ad diuersa, & vna finalem, altera causam quasi efficientem significat, vna culpam, altera pœnam ostendit. & sic est mira concordia inter Euangelistas in hac parte, vtriusque sententiæ meminit Esaias cap. 6. prædicens vtramque cæcitatem, nam de ea, quæ habetur à Matthæo ob quam Iudæi puniti sunt cæcitate relata à Luca, & Marco, sic habet: Audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere. quæ verba non sunt exhortantis, sed prædicentis, quod futurum erat. Ideirco Matth. cap. 13. hæc verba iuxta sensum citauit, dicens: Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. De cæcitate autem sequenti, quæ etiam pœna fuit, & cuius Lucas meminit, subiunxit Esaias: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Marcus sensum secutus est, licet non omnia verba. illa autem particula (ne forte) Græcè est μήποτε, quæ habetur etiam Græcè apud Marcum. Quem autem sensum faciat, inquirendum est. In primis Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 270. interpretatur affirmatiuè, loco, fortasse, seu aliquando, vel nonnunquam, vt sit sensus: Excæca eos, fortasse

Esa. 5.

Quomodo Marci verba quæ ex Esaiæ prophetia sint, sint intelligenda: Esa. 6.

det, non satis accommodatè loqui auctorem imperfecti in Matth. homil. 11. nam locum Matth. perpendens, notat Matthæum non dixisse, vt non videant, sed, quia non vident, quasi si illo modo dixisset, forsan non esset culpa non intelligentium Iudæorum. At vero hæc non sunt accurate perpensa: nam apud Lucam, & Marcum habetur: Vt non videant. Nec tamen propterea consequitur non esse culpam Iudæorum, cum ipsorum incredulitas præcedens causa fuerit cæcitatis sequentis, meritoque adscribitur culpæ talis cæcitas, quam ipsi suamet culpa, & peccato sibi intulerunt. Doctrina enim est communis & certa, aliquando peccatum esse causam peccati, nimirum vt propter vnum peccatum Deus finat hominem labi in alterum, nec tamen propterea peccatum sequens desinit esse peccatum, quamuis vti diximus in Annotatione præcedenti, etiam hæc cæcitas secunda parabolarum ob culpam fuerit eorum, quia noluerunt inquirere, & sensum interrogare à Christo eos inuitante ad inquirendum, quando clamant: Qui habet aures audiendi audiat. Hæc de concordia Lucæ cum Matthæo in hac sententia.

ANNOTATIO XXIII.

Quomodo Marci verba quæ ex Esaiæ prophetia sint, sint intelligenda: Esa. 6.

TErtia difficultas est ex verbis subiunctis à Marco cap. 4 qui sic habet: (vt videntes videant, & non videant; & audientes audiant, & non intelligant; ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata.) Hæc vltima verba, ne quando &c. addidit Marcus vltra relata à Luca, sunt autem à Saluatore prolata, & sumpta ab Esaia cap. 6. vbi de secunda cæcitate, vti diximus in annotatione præcedenti, loquens, sic inquit: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Marcus sensum secutus est, licet non omnia verba. illa autem particula (ne forte) Græcè est μήποτε, quæ habetur etiam Græcè apud Marcum. Quem autem sensum faciat, inquirendum est. In primis Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 270. interpretatur affirmatiuè, loco, fortasse, seu aliquando, vel nonnunquam, vt sit sensus: Excæca eos, fortasse

Universidad de Deusto
Biblioteca

fortasse conuertentur, & sanabo eos, vel aliquando conuertentur: non ergo spem pœnitentiæ admit, immo ponit. Particulam autem hanc μήποτε aliquando etiam significare fortasse, aut aliquando, & spem ponere, probat testimonio Scripturæ, dicitur enim Eccles. 19. Corripe amicum, ne forte non intellexerit, id est, fortasse non intellexit, & iterum: Corripe proximum, ne forte non dixerit, id est, fortasse non dixit. Similiter 2. Timot. 2. seruum Dei oportet esse mansuetum ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripiens eos, qui resistunt veritati, ne quando det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis. In qua sententia illud (Ne quando) quod Græce est μήποτε, positum est pro, fortasse, seu nonnumquam, quamuis ea dictio frequenter vsurpetur pro numquam, seu ne vnquam, vt sit negatiua. Hæc est interpretatio Isidori, cui doctrinæ adhæret Augustinus lib. Quæst. in Matth. c. 14. licet nihil tractet de particula illa. Docet tamen hanc Iudæorum cæcitatem, quam Iudæi ob peccata præcedentia passi fuerunt non credentes, & ex incredulitate Christum occidentes, fuisse illis temporalem, immo medicinalem. Nam illi idem post resurrectionem Domini agnoscentes suam incredulitatem, & mala perpetrata, humiliter conuersi sunt ad fidem, & cæcitas illis est inflicta, vt per eam conuerterentur, & quæ prius eis nocuit, postea profuit, quia occasio facta est humilis conuersionis, diligentis inquisitionis, & feruentis dilectionis. Probat autem Augustinus testimonio scripturæ huiusmodi obscuritatem, ac cæcitatem esse medicinalem, ex Isa. 28 citato à Paulo 1. Cor. 14. In alijs, inquit, linguis, & in alijs labijs loquar populo huic, & nec sic me exaudient, dicit Dominus. Ponderat Augustin. illud, Nec sic me exaudient. quasi diceret, talis locutio obscura etiam data fuit illis, vt me exaudirent, & medicinalis erat. Iuxta hanc August. doctrinam oportet fateri illud, ne forte, aut ne quando, teneri affirmatiue, vt dixit Isidorus. At vero Hieron. Esa. 6. contrarium tenet, nempe cæcitatem hanc fuisse illis incredulis, de quibus locutus est Esaias, similiter & Christus, perpetuam, quia illi numquam resipuerunt, sed in sua incredulitate mortui sunt.

2. Tim. 2

Isa. 28.

Fatetur quidem Hieronymus medicinalem fuisse, nimirum gentibus, quæ in locum eorum admissæ sunt, ac propterea Deus permisit illos obcæcari, vt gentibus locus daretur, iuxta illud Rom. 11. Diminutio eorum diuitiæ sunt Gentium. & rursus: amissio eorum reconciliatio est mundi, & rursus: Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret. Atque hæc sententia Hieronymi mihi videtur legitima expositio: nam certum est his, de quibus Paulus loquitur, cæcitatem non fuisse medicinalem, sed ruinam eorum perpetuam; aliter non intrarent gentes in locum eorum. De talibus ergo verba Esaiæ, & verba Euangelistæ sunt intelligenda, quibus dicitur, Ne quando conuertantur, & remittantur eis peccata. Et re vera quamuis particula Græca μήποτε eam admittat aliquando significationem, nempe affirmatiuam, tamen Hebræa, quæ est apud Esaiam 18. per. semper est negatiua, & ambigua Græca, qua vtuntur Euangelistæ, declaranda est per Hebræam: nam Euangelistæ ad sensum Esaiæ scribebant, hæc, sicque Dominus loquebatur, & frequentissimus vsus particulæ Græcæ etiam est negatiuus, non tamen negamus multos Iudæos, qui prius fuerunt increduli, conuersos esse, at non de iis loquitur Dominus, sed de illis, qui in incredulitate permanserunt, & permanebunt, donec in fine seculi reliquiæ Iudæorum conuertantur. De qua etiam perpetua cæcitate locutus est Dauid Psal. 68. Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Hæc eadem sententia est Basilij Esa. 6. quantum ad Iudæorum illorum perpetuam cæcitatem, quam ipse confirmat optimo testimonio Christi Ioann. 8. Quæritis me, & in peccato vestro moriemini. Nec est quod admiremur: nam Deus propter peccata multis etiam nunc adimit, & negat lucem, & spiritum pœnitentiæ, finitque hominem in peccato, licet existimem, & illis Iudæis, & omnibus alijs semper dari auxilium sufficiens Dei, quo resipiscere valeant, tamen negatur illud, quo de facto se conuertant. Recte ergo dictum est: Loquor in parabolis, vt non intelligant, & vt non conuertantur intelligentes ac sanentur, quasi diceret, nolo ob maxima eorum peccata, & incredulitatem inexcusabilem

Psal. 68

habilem aperire parabolas, nec dare eis maius lumen, quo conuertantur. dedi quidem hactenus, quo abundanter potuissent, si voluissent, nolo dare hoc, quo de facto se conuertant, hic mihi videtur sensus, & doctrina verissima.

Est autem hæc parabola.

COMMENTARIA.

POsteriori interrogationi respondet, nempe Discipulis interrogantibus, quid parabola significaret: his respondet: Est hæc parabola, id est, parabola hæc significat; quid vero significet sequentibus sententijs explicat. Positum autem est verbum (est,) pro (significat) sicut & 1. Cor. 10. Petra erat Christus, id est, significabat Christum. Vt autem magnitudinem huius beneficij Dei agnoscerent, ideirco præmisit: Vobis datum est, non illis.

Semen est verbum Dei.

COMMENTARIA.

INcipit partes parabolæ explicare, dicit autem per semen significari doctrinam Euangelicam, quam appellat, verbum Dei: tum quia à Deo ipso est, & ad ipsum est. Ab ipso quidem, quia doctrina hæc non ab humana inuentione, sed à diuina reuelatione exordium habet. Ad ipsum vero, quia hominem perducit ad vnionem cum Deo per gratiam, & gloriam. De priori scriptum est Ioan. 6. Erunt omnes docibiles Dei, omnis qui audiuit, & didicit, venit ad me. De posteriori autem Ioann. etiam 6. Verba vitæ æternæ habes. Est autem metaphora sumpta à semine materiali: vt enim hoc in terram mittitur, & absconditur, vt exterius procedat, & fructum faciat: sic doctrina Euangelica prædicatur, & excipitur auribus, ac recipitur corde, non vt tantum sciamus sicut per scientias speculatiuas, quas appellant, sed etiam vt exterius operemur bona, iuxta illud Ephes. 5. fructus lucis, id est, doctrinæ Euangelicæ, est in omni bonitate, iustitia, & veritate. & Colos. 1. In omni bono opere fructificantes. Hinc prædicare etiam seminare dicitur 1. Cor. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, &c.

ANNOTATIO XXIV.

ADuerte in hac seminis metaphora, sicut doctrina respectu actuum, & operum bonorum dicitur semen, ita & bona opera respectu præmij, & vitæ æternæ, quæ propter illa datur, dicuntur etiam semen. vnde opera sunt fructus, & semen; fructus quidem fidei, ac doctrinæ in anima, vt par est receptæ; semen vero vitæ æternæ. & sicut docere, ita etiam operari dicuntur seminare, non tantum in bonis respectu vitæ, sed etiam in malis, respectu mortis, & damnationis. Ita Paulus Gala. 6. Quæ seminauerit, inquit, homo, hæc & metet; quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem; qui autem seminat in spiritu, metet vitam æternam, de eleemosyna, quæ est vnum ex bonis operibus, dictum est 2. Cor. 9. Qui parce seminat, parce & metet; & qui seminat in benedictionibus, id est, abundanter, de benedictionibus & metet.

Bona opera et fructus dicuntur, et semen.

In eadem etiam metaphora aduertendum est, verbum doctrinæ conferri semini, quo quidem significatur, quod sicut ad fructum ferendum conueniunt tria, scilicet seminis ipsius virtus, & efficacia, similiter terræ, in qua recipitur fœcunditas; quamuis enim semen sit efficax, nisi terra cooperetur sua fœcunditate nihil produci potest, similiter influxus cœlestis causarum vniuersalium, Solis, Lunæ, astrorum pluuiarum ventorum, &c. sine concursu enim hoc, terra non fructificat; ita etiam in spirituali fructu verbi Dei tria similia conuenire necesse est, nec enim susceptum Dei verbum etiam auditum, ac conceptum satis est ad actus bonos, & operta faciendum, immo nec ad ipsi verbo fidem præstandam, nec post creditum verbum ad bene agendum; nisi concurrat virtus arbitrij humani: nam licet non sit arbitrium hominis sufficiens per se, tamen necessarium est vna cum Dei verbo ac di-

Quare verbum Dei semen sit appellatum.

uino

Universidad de Deusto
Biblioteca

uino semine. nec etiam hæc duo sufficiunt, sed adhuc necessarium est diuinum, & supernaturale auxilium. quod recte Origen. Matth. 13. influxu cœlesti Solis confert, quo quidem iuuetur arbitrium hominis, & excitetur ad cooperandum verbo, ac semini Dei. Sic autem ista conueniunt, vt vno deficiente fructus non fiat. De seminis necessitate Rom. 10. Quomodo inuocabunt eum in quem non crediderunt, & quomodo credent ei, quem non audierunt? De arbitrij humani-terræ comparati necessitate dictum est 2. Corinth. 6. Exhortamur, ne gratiam Dei in vacuum recipiatis. Quid est in vacuum recipere, nisi non cooperari & facere quod suum est, ad quod exhibendum exhortatur nos Apostolus, nemo enim exhortatur alterum, nisi ad id quod eius est præstandum, propterea 1. Corint. 15. Abundantius omnibus laborauì, non ego, sed gratia Dei mecum. Si gratia Dei cum Paulo laborabat, igitur Paulus collaborabat. quo loco Greg. lib. 16. moral. cap. 10. vsus est ad hoc idem probandum. De necessitate autem supernaturalis, & cœlestis auxilij dictum est Ioann. 6. nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Ioann. 15. Sine me nihil potestis facere, & 1. Corint. 12. Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Vbi aduertendum est, in his sententijs (nemo potest) non excludere omnem, seu totam virtutem arbitrij, sed sufficientiam, sicut si quis dicat, ego non possum mouere lapidem hunc magnum, non significat se nullas habere vires, sed eas solas non esse sufficientes sine auxilio, & iuuamine externo; ita sentiendum est, quando dicimus hominis arbitrium non posse, vt oportet operari, aut credere sine Dei auxilio. Hinc est, quod in scriptura dicitur Deus adiuuare hominis infirmitatem: nemo autem adiuuat eum, qui omnibus prorsus viribus est destitutus, id esset potius facere opus, quam iuuare ad illud faciendum: concludimus ergo tria hæc concurrere ad fructum perfectè ferendum, verbum, arbitrium, auxilium Dei, & singula cooperari, & singulis deficientibus non esse fructum. Et in hoc pulchre procedit metaphora. Cetera quæ dici adhuc poterant, in sequentibus exponemus.

2. Cor. 6.

1. Cor. 15.

Ioan. 15

Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum.

COMMENTARIA.

HÆc est prima pars terræ, sensus est qui secus viam, id est, qui similes sunt, seu qui significantur per terram positam secus viam, in qua semen iactum conculcatum est, & à volucribus deuoratum, sunt ij, qui audiunt verbum, & priusquam credant, & assensum debitum præstent, venit diabolus, & tollit auditum verbum de eorum corde impediendo, ne assiduè cogitent illud, nec affectu pro sequantur, sicque facilè à memoria eorum excidit.

ANNOTATIO XXV.

QVod ad verba spectat, Matthæus vtitur numero singulari, scilicet omnis, qui audit, Marcus, & Lucas plurali vtuntur: hæc tamen nulla est contradictio, cum sensus sit idem: nam Matthæus loco numeri pluralis addidit nomen generalitatis, scilicet, omnis, quod plurali æquiparatur. præterea quod Lucas dicit, (deinde) Marcus expressius locutus apposuit. (confestim) significat diaboli diligentiam, qui nulla interposita mora verbum rapere aggressus est. Præterea Matthæus & Marcus non habent illud (de corde eorum) solus Lucas meminit. Demum, Lucas vsus est nomine (diabolus) Marcus (Satan) Matthæus (Malus.) idem hæc tria significant, sed diuersis rationibus: dicitur enim diabolus, quia calumniator, & accusator est hominum, Satan, quia aduersarius, & inimicus. Malus, quia nocere, & malum inferre hominibus conatur. Quod tamen ad rem ipsam magis attinet, illud est, quod Marcus, & Lucas solo verbo audiendi vti sunt, at Matthæus rem ipsam magis explicuit, adiunxitque verbum intelligendi: Omnis, inquit, qui audit, & non intelligit verbum: non ergo diabolus tollit verbum de corde omnium, qui audiunt, sed illorum, qui audiunt, & non intelligunt.

Diabolus tribus modis hoc facit nimirum.

Quæ-

Quid sit verbum auditũ non intelligere.

Quæret igitur quispiam, quid sit non intelligere. Hiero. Matth. 13. interpretatur, qui audiunt, & non intelligunt eos esse, qui non audiunt diligenter, inquit enim hoc verbo admoneri, verbum audiendum esse diligenter. cui interpretationi consentit Chrysost. hom. 45. in Matth. vbi dicit per eos, qui secus viam sunt, significari negligentes, & otiosos. hæc interpretatio vera est in eo, quod qui non intelligit, negligens est, & otiosus, cum non adhibeat eam diligentiam, quam debet erga verbum Dei auditum, vt intelligat illud, & credat; tamen aliud est esse negligentem, aliud non intelligere; hoc enim effectus est, illud vero causa. Mihi igitur dicendum videtur in hac sententia, cum dicit non intelligere verbum auditum, qui non assequitur aliud esse non hominum, sed Dei verbum; hoc enim necessarium est ad credendum auditis, & ad fidem concipiendam, nempe vt prius agnoscamus verbum prædicatum, esse verbum Dei, ad hoc enim Apostoli miracula, & opera diuina edebant, vt ostenderent se missos à Deo, & quæ prædicabant, esse verba Dei, quod Paulus nos docuit 1. Thessal. 2. cum audisseris, inquit verbum auditus Dei, accepistis illud nõ vt verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei. Qui ergo audierunt verbum, sed non agnouerunt verbum esse Dei, nec attenderunt miracula, & signa, quibus dignoscere, si voluissent inuestigare, potuissent, hi non intellexisse dicuntur, vnde facile neglexerunt, quod autem non attenderint, nec inuestigare curauerint, causa fuit, quod secus viam erant, vti superius explicuimus, nempe detenti appetitibus sensibilium voluptatum, & humanis rationibus inclinati. Hos tales aggreditur diabolus verbum auditum, & ex negligentia non intellectum, omnino expellere à cogitatione, quod paulo inferius declarabimus. Hinc possimus soluere quandam difficultatem, quæ oriri potest ex verbis Isa. 7. Nisi credideritis, inquit, non intelligetis. Si ergo prius est credere, quam intelligere, quomodo dictum est hoc in loco quosdam non credidisse, quia non intellexerunt? Augustin. lib. quæst. in Matth. cap. 14. excitat hanc difficultatem ergo illa verba Ioan. 12. Non poterant credere, quia Isaias dixerat: Excæcauit oculos eorum &c. ad quam respondet, quæ creduntur esse in duplici genere, quedam effabilia, & quæ dici possunt, quædam ineffabilia, & quæ dici non possunt. de primis dictum est: Nisi credideritis non intelligetis, id est nisi credideritis, quæ dicuntur, non potentis intelligere ineffabilia: at de secundis verum est credi non posse, nisi intelligantur. Hæc est doctrina, quam Augustinus eo loco docet. mihi videtur, facilius, & accommodatius responderi posse, scilicet, dupliciter quempiam intelligere verbum Dei, vno modo penetrando mysteria, quæ per fidem tenentur, & sic prius est credere, quam intelligere, ac eorum magnitudinem, & altitudinem assequi, & percipere. Altero modo, agnoscendo esse verbum Dei, & sic prius est intelligere, quam ijs, qui dicuntur, assentiri, & credere.

1. Thessal. 2.

Declaratur locus Esa. 7.

ANNOTATIO XXVI.

NOnnullæ dubitationes circa eandem sententiam occurrunt. Vna est quomodo diabolus tollat de corde verbum auditum, & non intellectum. Respondeo diabolum non posse immediate, & per se ipsum agere in animam hominis, nec intellectum, aut voluntate attingere, hoc enim est solius Dei, qui per se, & immediate operatur in mentibus, & voluntatibus hominum. At dæmon per corporea phantasmata, quæ sunt in imaginatione, aut memoria sensitiua, & per sensus exteriores mouet intellectum, & voluntatem, quia hæ potentiæ agunt, vtendo phantasmatibus hisce: proponit igitur diabolus obiecta varia, quæ mentem excitent, aut à cogitatione aliqua distrahant, & quæ affectum moueant, attrahant, aut auertant; sicque dicitur operari in intellectu, & voluntate, obiecta proponendo, aut auertendo, non autem ipsas potentias mouendo, sicut artifex mouet instrumenta ad opus; hoc enim solius potentiæ diuinæ est. hac via, & modo dicitur Ioan. 13. cum iam diabolus misisset in cor, vt traderet eum Iudas, similiter tentat hominem alliciendo ad malum, retrahendo à bono: sic etiam nunc dictus est, tollere verbum de corde; cor enim mentem, & affectum significat, à quibus tollit ille verbum impediendo cogitationem, ac considerationem de eo, & excitando alias cogitationes diuersas, & proponendo ea, quæ affectum auertant ab illo, & in alia inclinent; per hæc tamen non efficit quin homo, si velit ei resistat, &

Diabolus qua ratione tollere dicatur verbum de corde auditum.

Ioan. 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quod ille inuidit, auertat. Vnde Chrys. hom. 45. in Matt. recte dicit, diabolus rapit semen, sed nos possumus facere, ne rapiatur, non quidem sine auxilio Dei, ad tamen præsto adest, si vti volumus.

Quare diabolus dicitur venire &c.

Altera difficultas est, cur diabolus dicitur venire; omnes enim tres Euangelistæ hoc verbo vsi sunt, non enim dixerunt, diabolus tollit, aut rapit, aut aufert, sed venit, & tollit, rapit, aut aufert. Respondeo id dictum, vt significet diabolum extra nos esse nec semper adesse tentando, sed aliquando tentat, aliquando non, aliquando prope, aliquando longe à nobis est; at Deus ipse intra nos est, semper in nobis operatur, nam in ipso mouemur, viuimus, & sumus. Præterea dicitur ille venire, quia ipse homo est, qui in plurimum occasionem ministrat illi vt veniat; illi enim, qui secus viam erant, sua negligentia in non intelligendo verbo viâ fecere diabolo, vt veniret; immo vt facile, & confestim veniret, quod ille fecit, ne dum moraretur, verbi efficacia excitaret hominem ad intelligendum.

Dæmones cur volucribus comparantur.

Tertia difficultas est, cur dæmones comparentur volucribus, quę semen deuorant, existimo quatuor de causis. vna est, quia sicut volucres fere in aere versantur, vnde volucres cœli, id est, aeris dictæ sunt: ita dæmones; maxima enim pars eorum, qui in hoc mundo versantur, vsq; ad diem iudicij in aere morantur; ideoque à Paulo Eph. 2. dicuntur potestates aeris: inquit enim Athanas. in vita Sancti Antonij, ingentem turbam dæmonum aerem peruolare. Altera causa est ad significandam diligentiam eorum: sunt enim volucres velociores animalibus terræ: ita dæmones velocissimi, & diligentissimi in ijs exhibendis, quæ hominibus perniciem inferunt, minusque impediti, sicut volucres expeditam habent viam aeris. Tertia est ad denotandam eorum voracitatem, & insatiabilitatem: auis enim non mandit, sed vorat integrum semen, & sic citissime deglutit. talis est dæmon, vnde 1. Petri 5. dicitur circuire quærens, quem deuoret. demum volucres integrum semen deuoratum in stomacho, vbi diu seruatur, reponunt; sic dæmon, quæ rapit, conseruat, vt in die iudicij proferat, & hominem accuset.

Ne credentes salui fiant.

COMMENTARIA.

INtentio diaboli hæc est; verbum enim tollere de cordibus hominum conatur, ne credant, & per fidē consequantur remissionem peccatorū, gratiam, & gloriam, in his enim posita est hominum salus; inuidet enim dæmon hominibus salutem eorum, ad quam assequendam scit necessariam esse fidem, sine qua placere Deo nemo potest; ideirco procurat, quantum potest, hanc impedire. quod si hoc efficere non valet, conatur impedire dilectionis opera, quæ scit etiam necessaria esse, quorum operum fides est fundamentum, & radix prima: non igitur credentes salui fiunt per solam fidem, sed nemo saluus fieri potest, nisi credat, ideirco dæmon impedit fidem, sicut qui prohibet infirmo medici aduentum, ne sanetur, non quod solus aduentus medici sanet, sed quod sine eo non fiat sanitas.

ANNOTATIO XXVII.

ADuerte odium, ac inuidiam, quib. nos diabolus prosequitur, procedere ex odio, quo tenetur contra Deum, cui cum nocere non valeat, hominem tanquam eius imaginem prosequitur. quod Basilius hom. in aliquot Scripturæ locos, his verbis exposuit: Osor, inquit, est hominis diabolus, quoniam aduersus Deum rebellis est, primùm odio habuit, deinde & repugnauit omnipotenti, contempsit Dominum, alienatus est à Deo. Vbi vidit hominem ad ipsius imaginem factum, cum non posset in auctorem ipsum, quem ante omnes ledere cupit, in eius imaginem suam exercuit malignitatem. veluti si quis homo, quando Regem inimicum attingere non valet, eius simulachrum cęderet. vidi ego iam, partim audiui, res certa est, inter animalia hominibus inimicissima, pardalim, quandoque in stadijs hominis oculos pręira inuadentem, qui fere deludere furorem quęrūt, hominis imaginem ei ex charta ostendunt: illa statim furibunda eam concerpit, atque dilacerat, hoc argumento satis ostendens, quanta sit aduersus hominem inimicitia. Sic diabolus in Dei imagine, quo sit erga Deum odio, ostendit, quando Deum ipsum attingere nequit. Hæc Basil. De diaboli autem inuidia idem Basil. hom. de inuidia, inquit, Diabolus dolens ob præclara bona hominī concessa, quando Deo nocere non valuit, ipsum insidijs petit hominem. Et in hom. quod non sit Deus auctor malorum, sic inquit: Animaduertens se ex Angelorum ordinibus expulsum, non tulit terrenam creaturam ad Angelorum dignitatem per virtutis profectum exaltari. Hæc Basil. Diabolus igitur odio habet Deum, non tantum quia expulsus est ab eo, sed etiam quia hominem exaltauit. odio etiam habet nos, vt Dei imagines; inuidet et am nobis præsuperbia, quia videt nos in Angelicam dignitatem transferendos. Hæc pro hac sententia declarauda sufficiant.

Diabolus quia Deo odit, in hominē sæuit.

Nam qui supra petram: qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

COMMENTARIA.

HÆc est explicatio secundæ partis terræ, scilicet petrosæ: supplendum est autem verbum, scilicet, qui supra petram, hi sunt, id est, qui significantur per terram petrosam, recipientem semen, sunt illi homines, qui audiunt verbum, & cum gaudio suscipiunt credentes: at quia non habet radices eorum fides, quando propter verbum & fidem tentatio se offert, & persecutio, potius abijciunt fidem, quam priuationem, & amissionem temporalium bonorum admittant: credunt quidem à principio cum gaudio, bonis per Euangelium promissis delectati; at quando propter ea, bonorum sensibilium suorum amissio sustinenda est, illa postponunt, vt hæc retineant.

ANNOTATIO XXVIII.

QVod ad literam spectat, particula illa (Nam) Græcè est, autem, siue, vero. Præterea apud Matthæum adiunctum est (propter verbum) vt significetur, non quamcumque tentationem, aut persecutionem remouere hominem à suscepta fide, sed eam, quæ illata est, vt à fide recedat; quam tentationem, seu persecutionem pauli sunt martyres cum victoria: multi vero alij succubuerunt, & ne vitam, diuitias, honores, cęterave similia amitterent, elegerunt potius fidem destituere, quàm læti susceperant, quum nulla eis imminebatur persecutio. Quod autem ad rem fidei, quarum defectu non potuit aduersus tentationes insurgentes permanere. Aduerte ergo ea, quæ faciunt hominem in fide susceptā permanentem, ac stabilem, quæque efficiunt, vt per fidem fructificent opera, dici radices. Sunt autem in duplici differentia, quædam sunt in intellectu, quædam in affectu: in intellectu quidem sunt dona Spiritus sancti, scientia, intellectus, ac sapientia, quibus mysteria, quæ credimus, penetramus, augentque lumen fidei; fit enim, vt qui destituti sunt his radicibus, facilè recedant à fide, vtpote non bene percepta, ac apprehensis ijs, quæ fidei sunt, vnde sæpe apud Paulum fit horum mentio Coloss. 1. Postulantes, inquit, vt impleamini agnitione voluntatis in omni sapientia, & intellectu spirituali. Ephes. 1. Deus det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis vestri. In affectu autem sunt charitas Dei, qua eum præ omnibus diligimus, & omnia mala potius subire, quàm ab eo separari eligimus; hæc est radix fortissima, & fœcundissima fidei, de qua Ephe. 3. Christum habitare per fidem in cordibus vestris, radicati in charitate, & fundati. Sunt etiam cęteræ virtutes, patientia, humilitas, & aliæ, quæ fidem fortificant, de quibus dictum est Coloss. 1. In omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia, & longanimitate. Quum fides has radices habet, fortis est, nec facile cedit tentationibus, & occursionibus, de qua fortitudine dictum est 1. Petr. 1. Resistite fortes in fide. Non tantum fortis, sed & fœcunda est: nam fides per dilectionem operatur, sine ea autem mortua est, ac sine fœcunditate meritorum.

Quę sine radicē habeant, quamdiu defecturū verbū Dei non sit fructū.

Coloss. 1.

Ephes. 1.

Ephes. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod autem in spinas cecidit; hi sunt, qui audierunt, & à solicitudinibus, & diuitijs, & uoluptatibus uitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.

COMMENTARIA.

TErtia pars terræ hæc est, quæ semen suscepit, quod radices quidem egit, fructum tamen non tulit, quia spinæ excrescentes simul, humorem subtraxerunt ad fructificandum necessarium. quo significantur ij, qui fideles sunt, fidem, quam susceperunt, retinentes, tamen fidei operibus, quæ per dilectionem operatur, non meminerunt, distracti, aut solicitudinibus, id est, variis studijs negotiorum sæcularium, quibus dum nimium immerguntur, non vacat eis, quæ spiritus sunt, considerare, ac tractare; aut etiam deditis diuitijs, quæ non solum animos solicitudinibus occupant, sed etiam molles efficiunt, vt ea quæ spiritus sunt, subire refugiant; aut demum tracti voluptatibus sæculi, quæ auertit affectum a sanctis operibus. Cum igitur hæc detineant mentem, & affectum, illam curis, ac cogitationibus implendo, huc ad se trahendo, sicque mens, & affectus, non vt par est, ad ea, quæ fidei sunt, facienda se conuertant, fit vt fides sine fructu in talibus hominibus remaneat. licet igitur hinc contra hæreticos argumentari, fidem esse posse sine operum fructu.

ANNOTATIO XXIX.

Superioris sententiæ uerba magis declarantur.

QVod ad verba spectat, primo notandum est, Gregorium hom. 15. in Euan. videri hæc ad vnum referre, nempe diuitias, quæ & mentem solicitudine replent, & sua affluentia voluntatem ad delitias trahunt, vnde & affligunt, & delectant, licet non eodem tempore; videantúque Chrysostom. hom. 49. in Matth. id in sentire. Quod & si verum sit, nempe diuitias ea operari, tamen tria hæc distincta sunt, & vnum sine alio reperitur, & ad diuersa refertur. Secundo notandum est, quod interpres apud Matth. & Lucam vertit (solicitudinibus) apud Marcum, vertit, ærumnas, cum tamen idem vbique sit Græcum nomen μέριμναι, quod non tam curam, quàm curam, solicitudinem, anxiam, cogitationem, quæ minus sunt graues, quàm ærumna, significat. Præterea tertio, quod Lucas diuitias appellat, Matthæus fallaciam diuitiarum, Marcus deceptionem diuitiarum vocarunt, quia vt Chrysostom. homil. 45. in Matth. & Gregor. homil. 15. in Euang. dicunt, apparent diuitiæ, potius quàm sint, decipiuntque animos hominum sic inhærentium eis, aut illas anhelantium, quasi essent perfecta bona, & absolutæ diuitiæ; quod re vera minime ita est, nec enim diuitiæ per se, quantæcunque sint, efficere possunt hominem iustum aut bonum. Præterea quarto notandum est, illud participium (euntes) qui audiunt inquit, verbum, & euntes suffocantur à solicitudinibus: quidam recentiores verbum passiuum putant, vt sit sensus: Acti aut ducti à solicitudinibus, diuitijs, & voluptatibus: quidam alij, quod verius est, verbum putant deponens, vt sit sensus, euntes post solicitudines, diuitias, voluptates. Rectius dicemus, euntes cum illis, & recedentes à verbo audito, & fide susceptâ, non amplius de verbo cogitantes, nec ipsum meditantes, totos se dedunt rebus sæculi: nam, qui intendunt negotijs, vel diuitias habent, vel honestis voluptatibus fruuntur, vt oportet, & cum mensura, ij non ferunt à verbo audito, & sic non suffocant illud talibus rebus. Præterea Matthæus & Marcus addiderunt illud (sæculi huius) ille enim dixit, solicitudo sæculi istius: hic, ærumna sæculi: quia solicitudo, quæ est spiritus, & rerum ad Deum pertinentium, non suffocat semen verbi, sed fœcundat illud, suffocatúque semen spinarum. Vtriusque solicitudinis meminit Paulus 1. Corint. 7. Qui sine vxore, inquit, est, solicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui cum vxore est, solicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est: & mulier innupta & virgo cogitat, quæ Domini sunt, vt sit sancta, & corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, vt placeat viro. Hæc Paulus. Non quod hæc solicitudo nuptæ, & habentis vxorem, mala sit, si sit moderata per regulã diuinam, sed quod minuat solicitudinem eorũ, quæ sunt Dei, quantum ex se est, & si non suffocat semen impedit fructum, tamen impedit abundantiorem fructum, nisi homo diligentissimus sit, aut suppleat alijs uijs, quæ ad spiritum pertinent; ideo est periculosa solicitudo, & nisi adsint spiritus moderamen, apta est ad suffocandum semen. Solicitudines vero rerum aliarum sæcularium pernitiosiores sunt, & sæpe suffocant semen verbi, dum homines ad ea omittenda, quæ lex populatur, aut ad ea perpetranda, quæ lex Dei prohibet, trahunt: sicut etiam diuitijs, & voluptatibus fieri contingit; tunc enim est plena suffocatio verbi. De hac suffocatione verbi Basil. hom. in Psal. 45. explicans illud (Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus) sic inquit: Quamdiu igitur ijs rebus vacamus, quæ alienæ sunt à Deo, Dei notitiam recipere non valemus. Quis enim eorum, quæ mundi sunt, solicitus, sese immergens multimodæ distractioni earum, attendere possit verbis Dei, siue audire, siue facere, aut tantarumque contemplationum exactæ comprehensioni? Non ne vides quod in spinas delapsum verbum à spinis suffocatur? ipsæ namque earnis voluptates, & diuitiæ, & cetera sunt huius sæculi. extra hæc omnia constitutum esse opus sit eum, qui cognitionem Dei desiderat, debesque ab omnibus perturbationibus, atque affectibus exuolis vacare, sic demum Dei scientiam apprehendere. Hæc ille. Gregorius etiam lib. 1. moralium cap. 2. Solet, inquit, rerum abundantia tanto magis à diuino timore mentem soluere, quanto magis hanc exigit diuersa cogitatio: nam dum per multa spargitur, stare in unoquoque fixa prohibetur. Quod per semetipsam veritas, cum parabolam seminantis exponeret, indicauit, dicens: Qui semen natus est in spinis, hic est, qui verbum Dei audit, & fallacia diuitiarum suffocant verbum, & sine fructu efficiunt. Hæc ille.

Psal. 45. Quantum nocet temporalium rerum sollicitudo.

Quæ sint spinæ semen, & ubi spinæ suffocent.

Non immerito quæret quispiam, cum semen, & spinæ simul sint, cur magis hæc semen, quam hoc illas suffocent. Respondeo spinas esse velut congenitas terræ, ac connaturales, semen autem quasi extraneum: inde enim est terram fœcundiorem esse in aliena herba spontanea natam, quam in ijs, quæ de sparsa semine producuntur; sic fit vt natura corrupta magis inclinatur in sensibilia, uoluptates, diuitias, & alia huiusmodi, minoráque conatu opus habet, vt in ea propendeat. Genes. 8. Sensus, & cogitatio cordis humani in malum prona sunt ab adolescentia sua: ideo non labore, & conatu in ea homo fertur: in illa vero, quæ sunt spiritus, cum conatu & labore. Inde est, quod nisi cura & diligentia magna sit erga spiritualia, suffocentur à sensibilibus, velut terræ carpa contra fluuium magno motu conatu, & ad cursum fluuij facilé fertur, & sola cessatione à conatu contrario in una deferetur.

Genes. 8

Quod autem in bonam terram; hi sunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum, retinent, & fructum afferunt in patientia.

COMMENTARIA.

TRibus terræ fructum non ferentis partibus enunciatis, explicantur partes terræ fructiferæ, quæ bona terra dicitur; non quod alterius esset substantiæ à primis, sed quod impedimentis careret, scilicet petris, spinis, & vicinitate viæ. Huius vtri pars plus, altera minus fructificat, per quas significantur homines illi, qui bono corde verbum audiunt, ipsi enim credentes auditum verbum retinent, & eo retento fructificant patienter sustinendo labores, ac tentationes, cæteraque, quæ bene agentes patiuntur. de qua patientia scriptum est Hebr. 10. Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Significantur etiam ij, qui cor de optimo eadem faciunt, scilicet verbum susceperе, retinere, fructum in patientia afferre, illi trigesimum, & sexagesimum, hi centesimum fructum referunt. Bonum cor, & optimum cor hominum studiosorum diuersitatem significant; non enim omnes bonæ, ac iustæ, æquali studio iustitiæ bona operum virtutem

Hebr. 10.

dæ incumbunt. Hæc in Annotatione magis explicantur.

ANNOTATIO XXX.

Qui dicatur in bono & optimo corde verbum retinere.

BOna terra tria habet, suscipere semen, quod prima pars terræ prioris non habuit, volucribus illud comedentibus. Rursus retinet, quod non fecit secunda pars terræ prioris, in qua propter petras semẽ non fecit radices conuenientes. Rursus fructum fecit, quem tertia pars prioris terræ non attulit propter spinas. Omnia hæc simul necessaria sunt ad terræ bonitatem; bonum enim ex omnibus simul requisitis, malum ex singulorum defectu efficitur. inquirendum tamen est, qui sint bono corde, & qui optimo. Græce illud optimo, non est superlatiuum sed positiuum, sicut & præcedens, dr enim ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ in corde honesto, seu pulchro, & bono. at quia plus est secundum, quam primum, idcirco interpres, primum nomine positiuo, secundum superlatiuo interpretatus est. Quid autem sit cor bonum, quidve optimũ, non eodẽ modo explicatur. Bonauentura totam sententiam ad eandẽ personam refert, vt vnus, & idem dicatur bonum, & optimũ cor habere: bonum quoad partem intellectiuam, optimũ quoad affectiuam, vt in intellectu veritas, & in affectu rectitudo sit: distinguit .n. partes quatuor hominis, intellectum s. voluntatem, memoriã, executiuam. propter primam dicitur bono cordo, propter secundam optimo corde, propter memoriã, dicitur retinent, propter vltimam, fructum afferant. Hi ad mentem huius Doctoris sunt homines significati per bonam terram; Multo tamen probabilius mihi videtur, vt ad diuersas personas referantur hæc duo, vt alij dicantur bono, alij optimo corde, vt vtrisque conueniat audire verbũ, vt oportet, ei credendo, retinendo, & fructum referendo; vt enim dictum est superius, quædam pars terræ bonæ attulit trigesimum, quædam sexagesimum, quædam centesimum fructum. quas terræ partes Euangelista Lucæ significauit dicens, quosdam esse bono, quosdam optimo corde, priori verbo indicans eos, qui fructum trigesimum, posteriori eos, qui sexagesimum, & centesimum ferunt fructum. aut quod magis placet, priori duos illos exprimens, qui minorẽ fructum, posterior eos, qui centesimum reddunt; incipientes enim, & proficientes *in spiritu*, bono sunt corde; perfecti autem optimo. Per bonum igitur cor significatur studium veritatis intelligendæ, & rectitudinis, seu sanctitatis assequendæ, quale est in incipientibus, & proficientibus, per optimum vero, qui totis viribus, ac conatu perfectioni incumbunt, tam hi, quàm illi verbum auditum semel susceptum retinent, & fructum referunt in patientia, licèt non æqualibus passibus: vnde fit, vt non sit æqualis & fructus.

Quid hoc loco patientia significet. Rom. 5.

Aduerte autem patientiam in hoc loco, quæ Græce ὑπομονὴ dicitur, eam esse, quæ in laboribus, tentationibus, ac afflictionib. sustinendis versatur; per multas enim tribulationes oportet intrare in Regnum Dei, de qua scriptum est Rom. 5. Gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem. Et Iacobi 1. Probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habeat, & vt in commentario diximus Hebræ. 10. Patientia vobis necessaria est. in quibus locis idem est vocabulum Græcum. Est etiam in fructu referendo patientia quædam necessaria, quæ consistit in expectatione temporis, quando merces recipienda est, quæ potius longanimitas dicitur, & Græce μακροθυμία, de qua Iacob. 5. patientes estote fratres vsque ad aduentum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ patienter ferens, donec accipiat humorem temporaneum, & serotinum. & Matth. 18. patientiam habe in me, & omnia reddam tibi: at in præsenti loco habetur, vt μονὴ, vti diximus.

Iacob. 5.

ANNOTATIO XXXI.

Vnde sumatur ista terra partes trigesimum, alia sexagesimum, alia denique centesimum fructum referat.

VNum superest considerationc, & inuestigatione dignũ, nempe vnde est, quod terra quædam trigesimum, quædam sexagesimum, quædam centesimum referat fructum, & consequenter vnus homo altero magis proficiat, meliusq; operetur. In cuius rei explicationis gratiam aduerte, vti diximus, in materiali semine tria concurrere ad fructificandum, nempe semen, terram, & cœlestium causarum cõcursum, Solis, ventorum, pluuiarum, ex parte horum singulorũ procedere potest maior, aut minor fructificatio. ex parte quidem seminis, quia vnus altero est virtuosus, & efficacior

non enim eandem vim omnia grana seminis habent. ex parte etiam terræ, quia vna pars alterã est fecundior. ex parte denique influxus cœlestis, quia vna, aut Solis radios, aut ventos, aut pluuias magis suscepit, vnde fit, vt terræ plurimum facit ad fructũ abundantiam, vel inopiam. Similiratione in spiritualibus copia maior, vel minor procedit. Primo quidem ex parte arbitrij hominis, quod terræ comparatur: est enim discrimen quoddam inter terram, & arbitrium; nam terra cum necessario operetur, totam virtutem, quam habet, applicat, & secundum eam operatur; arbitrium vero hominis non sic, sed homo eo libere vtitur, aut secundum partem, aut secundũ totam virtutem, & conatum, aut vacat etiã ab operando, sicut qui musicus est, aut eloquens, aut artem habet scribendi, non semper loquitur, aut operatur, quantum potest per artem, sed vt vult; & loquens non semper loquitur quam eloquenter potest, aut artifex operatur, quantum bene valet secundum artem; sic homo accepta gratia diuina, & semine verbi, non semper applicat conatum arbitrij totum. vnde fit, vt eadem gratia, & semine verbi vnus melius, alter minus operetur, prout arbitrium magis, vel minus applicat. & hoc est quod dicit Paulus 1. Cor. 15. Gratia eius in me vacua non fuit. & 2. Cor. 6. Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, in vacuum enim gratiam habet, qui conatum arbitrij non applicat, vt cum ex operetur, & sicut non applicat, ita etiam potest non totam, sed partem applicare, intensius, aut remissius cooperando. Ex hac parte potest fieri, vt quidam centesimum, quidam sexagesimum, quidam trigesimum referant fructum etiam cum æquali gratia, & semine verbi. ita notat Cyprian. Epist. 76. ad Magnum, vbi hanc parabolam allegans offendit qualiter cum eadem gratia in Baptismo recepta, quidam plus, quidam minus proficiant. Chrysostom. etiam homil. 45. in Matth. in arbitrium hominis refert hanc distinctionem fructuum, & in hoc est similitudo cum terra, cuius vna pars virtuosior, altera minus virtuosa est, licet sit discrimen, vti diximus: nam maiori vel minori conatu vti, in libertate est arbitrij, & potest qui minus conatur, magis conari cum gratia Dei; & semine verbi. Potest secundo prouenire hæc distinctio ex parte

1. Cor. 15.

seminis, seu verbi, seu notitiæ, & agnitionis rerum spiritualium, quæ non æqualiter omnibus datur, vt vnus altero perfectius operetur, multum enim ad augmentum perfectionis operis facit, veritatis diuinæ clarior, & abundantior notitia. Idcirco Paulus Colossen. 3. dicebat, verbum Christi habitet in vobis abundanter. Quem locum Chrysostom. homil. 9. interpretans, confirmat doctrinam hanc exemplo Philosophi, qui in aduersis maiorem capit consolationem ex ijs, quę dicit per Philosophiam, quam non Philosophus: sicut etiam eorum, qui noctu laborant, perfectius operatur ille, qui lucernæ lumen lucidius habet, sic fit in verbo diuino, vnde experimur minus multos proficere, quia copia verbi deficit eis. Ex hac igitur parte efficitur maior, vel minor fructus. Tertio ex parte cœlestis influxus, gratiæ, inspirationum, & auxilij Dei: licet enim omnibus Deus det ad salutem necessaria; tamen non omnibus affluentiam spiritus impartitur, nec eadem mensura vtitur, & ex hac parte multum homo iuuatur ad maiores fructus referendos. Idcirco Paulus sæpe ijs, quibus scribit, hanc Spiritus diuini, & gratiæ abundantiam exoptat. Hæ sunt causæ, ob quas vnus maiorem, alter minorem refert fructum, præcipua autem est influxus cœlestis; frequentior verò est arbitrij conatus: nam Deus paratus est ex parte sua dare Spiritus affluentiam volentibus, & respondentibus ipsis. Est autem vnum hoc in loco notandum, quod Gregor. Nazian. orat. in Maximum notant, nempe Marcum ab inferiori numero ad superiorẽ ascendisse, dicendo, vnum, trigesimum, alterum, sexagesimum, &c. vt significaret debere nos semper maiores, ac maiores progressus in bono facere, non stando, nec retrocedendo, sed continuo progrediendo.

Colos. 3.

Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtus lectum ponit, sed super candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen.

COMMENTARIA.

POst parabolæ explicationem Dominus suos admonet Discipulos se hæc mysteria, & alia, quę audierant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eos docuisse; non pro se ipsis solis, ac vt apud se tantum retineant, sed vt alijs etiam suo tempore aperiant, ac manifestent, idque similitudine quadã tradit. Vt enim qui lucernam accendit, non eam accendit, vt tantum in se luceat, sed vt alijs lumen diffundat, ideoque non sub vase, aut sub lecto ponit, sed super candelabrum, sic ipsi Discipuli accensi à Domino, tamquam lucernæ, mysteriorum intelligentiam non debent in se recondere, sed mundo nota facere, quod ipsi postea obseruarunt, quando missi in mundum prædicare Euangelium, lumen veritatis, ac mysteriorum notitiam dederunt.

ANNOTATIO XXXII.

Sensus literalis, & spiritualis superioris sententiæ.

HAc similitudine vsus est sæpe Dominus licet diuersis proposuit, vt constat Matth. 5. & Luc. 11. in præsenti autem loco, simul etiam apud Marcum eam attulit in eum finem, quem in commentario explicauimus; is enim est legitimus sensus, & continuatio, quam etiam Victor Antiochenus in Marcum c. 4. secutus est. Sumpta est autem similitudo à consuetudine pauperum, quales erant Discipuli, qui solent in domibus suis aliqua sub vasis, & sub lectis reponere, & conseruare, eò id dicit, neminem sub lecto aut vase ponere lucernam accensam. Apud Marcum genus vasis exprimitur, nempe, sub modo, qui mensuræ aridorum species quædam est, sub qua solent (vt dixi) pauperes homines aliqua seruare. Hæc ad sensum literalem dicta sunt, nam si spiritualem quisquam desiderat, is mihi videtur, vt qui doctrinam Euangelicam alijs tradendam acceperunt, quales sunt Prælati, & Doctores, curent maximè ne otio torpescant, aut humanis cupiditatibus se subijciant; illi enim qui otiosè agunt, doctrinam sub lecto, in quo quiescere solemus, abscondunt; qui autem propijs vtilitatibus, ac cupiditatibus inseruiunt, sub modio ponunt; veritatem diuinam fuscantes, & quæ placent audientibus, proponentes, & non ad eor. sed ad aures prædicatores, quales illi magistri sunt, quos prædixit Paulus 2. Timot. 4. ad sua desideria congeruabunt sibi magistros, prurientes auribus, & à veritate auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Gregorius lib. 30. moral. cap. 17. modium & candelabrum spiritualiter explicans, dicit: In modio commodum temporale, in lucerna autem lux prædicationibus accipitur. Lucernam ergo sub modio ponere, est propter temporale commodum gratiam prædicationis abscondere, quod nemo electorum facit; & bene additur: sed super candelabrum, in candelabro enim status corporis designatur, cui lucerna supponitur, dum eidem corpori cura prædicationis infertur. Hæc ille.

Non est enim occultum, quod non manifestetur; nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palam veniat.

COMMENTARIA.

CAusam reddit sententiæ præcedentis, quia, inquit, non est aliquod doctrinæ meæ mysterium occultum, & sub parabolis adumbratum, quod non sit manifestandum; nec est aliquid in absconditis locis, priuatisque domibus à me vobis dictum, quod non debeat palàm prædicari, & in propatulum, & in cognitionem publicæ venire, propterea dixi vobis, lucernam non accendi, vt sub modio, aut lecto ponatur, sed super candelabrum eminens, vt omnes lumen videant. Vt igitur lucerna prius accenditur, postea in candelabro ponitur; sic vos estis, qui nunc accendimini per meæ doctrinæ intelligentiam intra priuatos parietes, velut absconditi, at postea ibitis per mundum vniuersum, annuncientes omnibus, quæ audistis, & à me intellexistis. Prædicit Discipulos, qui nec in sua patria satis cogniti erant, futuros terrà, marique, & ad orbis terrarum fines, Christi prædicatione notos, ac celebres.

ANNOTATIO XXXIII.

Latinus sensus magis declaratur.

GRæcè hæc omnia sensum futurum habent, quasi dictum esset, non est occultum, quod non sit manifestum futurum; nec absconditum, quod non sit cognoscendum, & in propatulum venturum. Nam loquebatur Christus de ijs, quæ reuelanda erant post eius in cœlos ascensionem. Duo autem illa, occultum, & absconditum, ad diuersas rationes referuntur: nam multa mysteria sub obscuris parabolis dicebantur, & in priuatis locis, ob id occulta, & abscondita dicta sunt, quæ postea aperienda, & publicanda erant. Euthymius refert interpretationem quorundam, nempe hic agi de virtute occulta in hoc seculo, quæ tempore retributionis est declaranda; hæc tamen interpretatio contextui non accommodatur; legitima enim est, quæ in commentario est posita. Similis sententia habetur Matth. 10. sed ea alio tempore à Domino est pronunciata & alia occasione.

Videte ergo quomodo audiatis.

COMMENTARIA.

CVm Discipuli futuri essent lucernæ accensæ, alijs manifestaturi, quæ in abscondito audiebant, quæque eis aperiebantur, recte infert Christus, ergo videte quomodo audiatis, quasi diceret: Vos nunc instruimini, vt sitis postea Doctores, attendite ergo, vt diligenter, & obedienter audiatis ea, quæ alijs debeatis manifestare; qui enim didicit, vt postea doceat, debet diligentissimè excipere omnia, quæ magister docet.

ANNOTATIO XXXIV.

Prosequitur scitè sententia superioris interpretationem.

QVidam codices legunt, quid audiatis. legitima lectio est, quæ communiter habetur, quomodo, sicque Græce habetur πως. Marcus c. 4. habet: Quid, Græce τι. Vade puto vtrumque dictum, quid & quomodo audiatis: monet enim CHRISTVS Discipulos, vt magnitudine mysteriorum considerata, ea accuratè & diligenter audiant. Marcus huic sententiæ præmisit aliam, cuius Lucas non meminit, nempe si quis habet aures audiendi, audiat; postea subiunxit, videte quomodo audiatis; sensus est: Cui aures intellectuales, id est, facultates diuina mysteria intelligendi, datæ sunt, diligentissimè audire debet; videte ergo quomodo audiatis, id est, cum igitur tales vobis datæ sint aures, videte, & attendite, vt audiatis sicut oportet. Hæ aures non sunt, vt superiores, quando dixit Iudæis clamans: Qui habet aures audiendi audiat, sed sunt etiam interiores, quibus mysteria occulta reuelabantur, quales erant Discipulorum, monetque, vt cum sint concessæ eis aures tales, quibus mysteria Regni Dei cognoscerent, diligentissimè audirent, & exequerent ea omnia.

Qui enim habet, dabitur illi: & quicunque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.

COMMENTARIA.

CAusam, cur ad audiendum vt oportet, exhortatus sit, adiunxit, ea autẽ est, quia qui habet, id est, qui audit, & excipit mysteria vt oportet, dabitur illi, id est, pluta ei reuelabo, & ad maiora promouebitur; at verò qui non habet, id est, qui non audit, ac excipit vt oportet, quæ ei nunc manifestantur, huic non solum non dabitur, nec maiora manifestabuntur, sed etiam quod habere videtur, auferetur ab eo, nimirum concessa facultas intelligendi diuina mysteria, manebitque in tenebris ignorantiæ.

ANNOTATIO XXXV.

GRæcè loco illius (putat se habere) legitur, habere videtur. quod potest intelligi generalius, nempe quod sibi, & alijs habere videtur; at Latinus interpres vnam partem sumpsit, nempe, quod sibi habere videtur. Marcus autem non habet illud, videtur, sed tantum quod habet, auferetur ab illo, idemque est sensus, Lucas enim expressius locutus est: nam habemus aliquando, quæ nescimus, ob id additur, manifestam, fuisse Discipulis, gratiam illam concultæ mysteriã Christo reuelante. *Christus hos grauit hanc sententiã in parabola explicatiua.*

Vnum tamen sunt hoc loco aduertenda. Vnum est, bis dixisse Christum in huius parabolæ explicatione hanc sententiam, semel quando interrogatus est, cur in parabolis loqueretur Iudæis, tunc pronunciauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra Iudæos incredulos sententiã hanc, dicens: Qui habet, dabitur ei, & abundabit, qui non habet, & quod habet auferetur ab eo; & hoc refert Matthæus, per quæ significauit Christus à Iudæis incredulis, quia non habuerunt fidem, nec ei crediderunt. Regnum cœlorum auferendum, & excludendos esse ab ecclesia, & de populo Dei, quales prius erant, populus enim Dei factus est non populus, qui vero crediderunt translati sunt in excellentiorem statum, q̃ prior erat, & abundarunt, quia de ruina seruorum promoti sunt in statum filiorum Dei. Iccirco hanc sententiam protulit Christus post parabolæ explicationem factam Discipulis, de eisque eam pronunciauit, admonens, vt diligentissime exciperent sensus expositos mysteriorum Dei, vt maiorem reciperent cognitionem, & gratiam, ne etiam si non tales se exhiberent, etiam data intelligendi facultate, & gratia priuarentur: & hanc sententiam in hoc sensu Marcus, & Lucas retulerunt. Non autem esse eandem sententiam illam Matthæi cum hoc Marci, & Lucæ, nec eundem habere sensum, præterquam quod ipse contextus manifestat, etiam Euthymius comprobat. Alterum est, Marcum permisisse huic sententiæ vnam, quam non retulit Lucas, nimirum: In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Cuius sensus est: Si diligenter audieritis, ego etiam liberaliter agam vobiscum, maiora manifestando, sicut si magister diceret Discipulis: Agite diligenter, sicut vos feceritis, ita & ego faciam, si segnes fueritis, ego etiam negligenter agam, & remisse in docendo, contra vero, si accuratam operam dederitis. Qua etiam sententia vius est Dominus alio loco, tempore, & sensu, vt habetur Luc. 6.

Venerunt autem ad illum Mater, & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba.

COMMENTARIA.

DVm Christus turbis prædicaret, Mater, & fratres consobrini eius venerunt, vt illum alloquerentur; at præ multitudine turbæ accedere non valentes, foris manserunt extra eam domum, in qua Christus prædicabat, finem concionis expectantes.

ANNOTATIO XXXVI.

Eadem historiã scripserunt Matthæus & Marcus, sed seruato ordine rerum, quã Lucas seruat.

HAnc historiam non esse continuam ijs, quæ narrata sunt, ipse Lucas ostendit: nam Christum parabolæ huius explicationem Discipulis tantum, cum solus esset, tradidisse ex Marco cap. 4. vti diximus constat; nunc autem Lucas dicit præturba Matrem, & fratres non potuisse adire eum: hæc igitur historia de Matre & fratribus ad alium locum, & tempus spectat; quam Matthæus cap. 12. & Marcus cap 3. referunt, nisi cum quibusdam recentioribus dicamus bis dicta esse hæc verba: Quæ est mater mea, &c. quod non videtur probabile. atque eandem esse historiam à Matthæo, & Marco suo loco descriptam, à Luca vero non seruato ordine præpositam docet August. lib. 2. de consen. Euang. cap. 40. ideò Lucas omisit verbum, quod dicitur à Matthæo, nempe: Adhuc eo loquente ad turbas, ecce Mater eius. Cum enim solus historiæ meminisset, ordine rei gestæ prætermisso, reliquit illud: Adhuc eo loquente ad turbas. Huius enim concionis ipse Lucas cap. 11. mentionem fecit. Marcus addidit (foris stabant) Matthæus autem adijcit (quærentes loqui ei). Sic ergo ex tribus Euangelistis conficitur historia. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce venerunt Mater eius, & fratres eius quærentes loqui ei, & non poterant adire eum præ turba, ideo foris manebant. Fratres hos intellige non filios Ioseph, sed sororum Beatæ Virginis: tales enim in Scriptura sæpe fratres nominantur, de qua re diximus in commentarijs in Ioannem cap. 2. Annot. 18. nec est cur ea repetamus.

ANNOTATIO XXXVII.

Quid Tertullianus et Chrysostomus senserint de hoc loco.

NOn est silentio prætereundum, quod Tertulli. lib. 4. cõtra Marcion. & lib. de car. Chri. ac Chrysosto. homilia 45. in Matth. scripto mandarunt; accusant enim Dei Matrem, ac fratres hos Christi, de de duobus, vnum est, quod non intrauerint domum, audierintque Christi concionem, sicut fecerat turba. Alterum est, quod tentauerint diuertere eum à concionando, verbumque Dei prædicando. Quærebant enim loqui ei, dum adhuc turbas docebat. Addit Chrysosto. eos importunos fuisse, ac commotos quadam ambitione, & ostentatione; euocauerunt enim foris in præsentia omnium, vt viderentur facile, ac magna cum potestate Christo imperare. Et quidem si hi Doctores de fratribus hisce solis talia affirmassent, non esset, cur nimium miraremur, aut cur efficaciter eos repelleremus: nam de his fratribus scriptum est Ioan. 7. nondum credebant in eum fratres eius, licet ex hoc facto non deprehendatur aliquod argumentum contra illos, de beata vero Virgine Matre omnino talia dici non potuerunt, nec debuerunt, quæ firmissime credebat Christum verum Deum esse, ac mundi Saluatorem futurum, quæque ita erat plena Spiritu sancto, vt remotissima esset à tali ambitione, & ostentatione, quæ sine peccato esse non poterat. Vnde Augustinus temperatius, & reuerentius de Beata Virgine scripsit lib. de natura & gratia cap. 36. de peccatoribus enim scribens illam excepit, professusque est se propter filij reuerentiam in tali numero nolle illam concludere. Nostro autem tam sæculo nullus dubitationi datur locus, decretum enim est fide Catholica tenendum, Beatam Virginem nullum peccatum actuale, nec veniale toto vitæ tempore admisisse, vt constat ex Conc. Trid. sess. 6. can. 23. Quod si Chrysosto. suo tempore stabilitum assecutus esset, omnino à tali sententia se abstinuisset. Ad obiecta igitur respondemus. Ad primum, non ex nobis, sed ex Euangelista ipso responsio est manifesta: non, inquit, poterant adire eum præ turba. Si ergo intrare non poterant, non est cur vitio detur nec ipsis fratribus, quia non intrauerint, & concionem cum turba audierint. ideo eo foris stabant. Ad secundum dicimus non eo animo eos euocasse Christum, vt impedirent concionem, quasi Christo, aut turbæ inuiderent; sed quod nouerant iam diu protraxisse sermonem: nam priusquam domum illam ingressus esset, docuerat multa, atque iterum domum ingressus longum habuerat sermonem, ita vt Mater facile intellexerit eum esse defessum, nec à turbis dimitti, vt prius manducaret cum Discipulis, sæpe enim id euenerat. Habetur enim Mar. 6. Erant, inquit, qui veniebant, & redibant multi, & nec spacium manducandi habebant. Hæc igitur de causa nunc Mater & fratres à concione euocarunt eum, quod non vitio dandum est, sed maximæ charitati.

Et nunciatum est illi: Mater tua, & fratres tui stant foris quærentes te videre.

COMMENTARIA.

CVm non possent Mater, ac fratres adire Christum, mittunt ad eum nuncium, qui ei significet stare eos foris quærentes videre, & loqui illi. Hebræa phrasis est, verba ipsa nunciantium scribere. Latine autem dici posset, nunciatum est illi, Matrem eius, ac fratres stare foris, velleq; ipsã loqui.

ANNOTATIO XXXVIII.

Concordia Euãgelistarum in narratione huius historiæ.

MAtthæus cap. 12. habet, dixit ei quidam. at Marcus cap. 3. magis hoc explicat, ait enim: Matrem, & fratres misisse ei quosdam, qui vocarunt eum, dixisseque ei, Ecce Mater tua, & fratres tui foris quærunt te. Lucas autem tantum dicit, nunciatum est ei. In hæc nulla est contradictio: nam Lucas narrat nuntiatum esse Christo Matrem, & fratres adesse foris, non tamen expressit, an ab vno, vel à pluribus, nec hos, qui nunciarunt, missos esse à Matre, ac fratribus. Marcus vero explicuit missos à Matre, & fratribus, pluresq; fuisse nec contradicit Matthæus dicens in singulari numero, quendam dixisse: nam in Scriptura sæpe numerus pro numero ponitur, & verum est, si plures dixerunt, etiam vnum dixisse, licet dici posset vnum tantum locutum esse, plures tamen missos fuisse, non enim simul plures loqui solitum est, sed vnum nomine aliorum, ideo Marcus vtitur plurali numero, quosdam scilicet dixisse, quia plurium nomine ille locutus est. Quod autem Matthæus dicit, quærentes loqui, & Lucas, querentes videre, non est vnum alteri contrarium: nam illi vtrumque dixerunt. Hæc quoad literam dicta sint.

Occurrit autem difficultas hoc in loco, quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare Christo nuntiauerint Matrē, & fratres eius adesse.

quid tempore moueret hunc aut hos homines ad nunciandum Christo, Matrem, & fratres foris esse quærentes eum. Ad quam primo loco Hieron. Matth. 12. respondet, nunc nuncium non fortuito, & simpliciter nunciasse, sed insidias tetendisse Saluatori, vtrum spirituali operi, quale erat prædicare, præferret carnem, & sanguinem. Secundo loco Tertull. lib. de carne Christi asserit hunc motum esse ad nunciandum etiam, vt tentaret Christum, tamen tentare volebat, an esset filius hominis, & vere de matre natus. Tertio loco Auctor imperfecti in Matth. ho. 30. affirmat hunc nuncium motum esse à diabolo, qui per illum impedire conabatur Christum à prædicatione, & manifestatione suæ diuinitatis, tunc enim Christus prædicabat: Ecce plusquam Salomon hic, plusquam Ionas hic. Hæ Doctorum sententiæ non videntur mihi accommodatæ: nam ex Marco habemus, nuncios missos à Matre, & fratribus, ad euocandum Christum: non ergo habent locum, quæ dicunt hi Doctores, motos esse à diabolo, aut animo tentandi accessisse, quod si quispiam dicat, Doctores loqui de eo, quem Matthæus refert annunciasse: Marcum autem de alijs, quasi ille sit distinctus ab iis, id dici non potest: nam cum ille eadem verba retulerit, quæ Marcus narrat, & illi sit responsum idem datum à Christo, quod alijs datum est, oportet fateri vnum esse, & eundem cum missis à Matre: alias cogemur dicere, bis verba illa dicta: Ecce Mater tua &c. & bis Christum eidem respondisse, quod est vtrumque inuerisimile. Quod si quispiam iterum dixerit: Quamuis ille sit missus à Matre, vt vocaret Christum: tamen ipse alio animo, & intentione nunciauit, nempe vt tentaret eum. Hoc quidem fieri potuit, sed non video vllam rationem, quæ nos inducat ad sic sentiendum de nunciis illis; præsertim cum Euangelista vtique id expressisset, si ita factum esset, tanquam scitu dignum. Quod autem Tertull. dicit, improbabile est: illo enim tempore nemo inficiebatur Christum esse filium Beatæ Virginis, vt scilicet tentaret Christum: nemo intentat, vt sciat, nisi qui dubitat, immo nec tentatio nitebatur firmo argumento: nam quamuis Christus Matrem sequeretur, non ob id qui tentabat, certus esse poterat de eo, quod sciscitabatur. probabilius ergo existimo esse, hos similiter nunciasse, vtrum gratum facerent Beatæ Matri, eo maxime, quia erant de turba, in qua erat simplicitatis plurimum, malitiæ autem parum. Sed obijciet quispiam, cur aliquis de fratribus non est missus ad nunciandum Christo? Puto dici posse id factum, ne Matrem solam relinquerent: nisi quis velit dicere, quod probabilitate non caret, fratres non potuisse inuitare, sed iuuenibus quibusdam, qui proxime aderant, dixisse, vt Christo significarent, hos autem alijs dixisse, & iterum istos alijs, donec quidam, qui Christo vicinior erat, audiunt, ac Christo indicant. ideo Marcus plurali, & Matthæus singulari vsus est, & ita quæ Hieronymus, & Auctor imperfecti traduit, videntur probabilia. Attamen, quæ prius dixi, mihi probabiliora visa sunt; facilius enim erat quibusdam de turba intrare, & Christo accedere. Non est autem prætermittendum id, quod Hilarius can. 12. in Matth. docet, significari aliquid mystice per hoc, quod Mater, & fratres foris stant; sic enim inquit: Est autē in eo typica ratio seruata, vt Mater eius, & fratres foris starent, cum vltro ingrediendi ad eum haberent, vt cæteri, potestatem. Sed quia in sua venit, & sui eum non receperunt: in Matre eius, & fratrib. Synagoga, & Israelitæ præfiguratur, ingressu eius, atque adim abstinentes. Hæc Hilarius.

Qui respondens dixit ad eos: Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt.

COMMENTARIA.

NE ij, qui eum audiebant, putarent se præferre cognatione, quæ secundum carnem est, prædicationi verbi Dei, respondet, Matrem suam, ac fratres eos esse, qui quę ipse prædicabat, audiebant, & opere complebant. Non quod negaret se Matrem habere, & fratres secundum carnem, sed quod pluris faceret cognationem spiritus, quæ est in audientibus, & facientibus verbum Dei, si vna cognatio præcisi alteri comparetur. Non autem sufficit verbum Dei audire, nisi etiam fiant, quæ audiuntur, iuxta illud Rom. 2. non auditores legis iusti apud

apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

ANNOTATIO XXXIX.

MAtthæus cap. 12. & Marcus cap. 3. præmittunt verba dicta à Christo, quæ Lucas non narrauit, scilicet: Quæ est Mater mea & fratres mei? Addidit Marcus: Et circumspiciens eos, qui in circuitu eius sedebant. Adiunxit Matthæus: Extendens manus in Discipulos suos dixit: Ecce Mater mea, & fratres mei, quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Si omnia hæc contingamus, sic se res habet: Respondens dixit, quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei, & circumspiciens eos, qui in circuitu eius sedebant, extendit manus in Discipulos, dicens: Hi sunt mater mea, & fratres mei, & qui audiunt verbum Dei, & faciunt. quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & Mater est.

Refellitur hæreticine gantes Christū veram sumpsisse carnē.

Notandum est in hæc verba. Quæ est Mater mea, impegisse hæreticos quosdam, negantes veram Christi carnem, quasi his verbis negauerit se habere matrem? ita refert Ambro. Luc. 8. Hier. autem Matth. 12. expressit hos hæreticos fuisse Manichæos, & Marcionæos, consentit Tertull. lib. 4. contra eundem, & lib. de carne Christi. At quamnumerent illi hæretici in hoc loco, verba ostendunt. Non enim dixit: Non est mater mea, nec sunt fratres mei; sed, quæ est mater mea, & fratres mei? ipse etiam Euangelista dixerat: Venerunt ad eum mater eius, & fratres. Hanc hæresim alijs in locis offensiue confutauimus, ideo à pluribus in hac parte tractandis abstinemus. Non igitur hæc verba Christus protulit, vt Matrem ac fratres consobrinos secundum carnem se habere negaret.

Nec etiam sunt verba alicuius acrimoniæ, & increpationis aduersus matrem, & fratres; vt existimant Tertull. lib. de carne Christi, & Chrysosto. hom. 45. in Matth. nihil enim erat in matre reprehensione, aut increpatione dignum. Prolatit igitur ea verba, ut nonnulla significaret. Primo quidem, vt notat Augustin. Epist. 38. se in opere quod faciebat, scilicet prædicandi verbum Dei Patris, non pendere à carne, & sanguine, sicut ipse dixerat Luc. 2. In his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse: cum enim illi, qui nuntiabant, carnaliter de Christo sentirent, quasi purus homo esset, nec aliam haberet generationem, quam eius, quæ carnis erat, acriter respondet, significans, se aliam superiorem habere generationem, & naturam, in qua nihil habebat commune cum matre, ac fratribus illis, ob id partem se in cœlis habere manifestauit. Secundo significauit, vt notat Ambros. præferenda esse, quæ sunt spiritus, corpori, & implere voluit, quod ipse doctrinæ erat, qui requirit patrem, aut matrem &c. Tertio significare voluit, vt notant Hilar. Ambrosi. & Hiero. & Chrysost. præferendam, & spiritualem cognationem, quæ per fidem, & spiritum est, cognationi carnis, vt diximus in commentario, significasque esse, ac laudabilius coniungi Christo fide, & dilectione, quam sola carne. Recte ergo Iustin. Martyr quæstion. Gen. resp. n. 136. notauit per hæc verba Christum non arguisse, aut contempsisse matrem, sed docuisse non tam aliam Beatam fuisse, quia mater fuit secundum carnem, quam quod fide, & gratia fuit illi coniuncta, de qua etiam re inferius dicemus Lucæ 11. cum explicauerimus illud: Beatus venter, qui te portauit.

ANNOTATIO XL.

QVæret quispiam, cur eos, qui faciunt, & audiunt verbum Dei matrem, & fratres, & apud Matthæum etiam sorores appellat, & cur non Patrem. Ad primum respondet Greg. hom. 3. in Euang. fideles Christi dici fratres, quia filij adoptionis Patris æterni sunt, cuius ipse est filius naturalis: sic enim eos appellauit Ioan. 20. Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum. Soror es autem propter sexus distinctionē, quia quidam sunt viri, quidam fœminæ, & quod in vito nomen frattis, id in fœmina nomen sororis significat. Matrem autem dixit eos, qui alios ad Christum conuertunt, qui quos iterum parturio. Affectu enim charitatis Paulus quasi intra se, & in corde suo illos habebat, ad modum matris intra se concipientis filios, licet alio in loco se Patrem appellauerit, quatenus extra se erant. 1. Corin. 4. Et si decem millia Pædagogorum habeatis, sed non multos Patres, nam

Quare Christus non Patrē, sed matrem & fratres eos nuncupet qui Dei verbo obediunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Christo per Euangelium ego vos genui. Possumus etiam dicere omnes iustos, ac fideles, etiam si alios non conuertunt, dici matres Christi, quia quando quispiam vitæ fide in se recipit Christum, dicitur Christus nasci in eo natiuitate spirituali. sic August. lib. de sancta Virginit. cap. 5. hoc loco consolatur Virgines, quia & ipsæ matres Christi dici possunt. Secundum autē hanc Gregorij doctrinam, nemo dicitur Pater Christi, quia virtus effectiua, per quam in corde fidelium nascitur Christus, non est ab ipsis, sed à Deo ipso. Hæc omnia spiritualiter dicuntur, nam ad litterā facile respondetur, Christum eum vellet præponere spirituale cognationem carnali, expressisse eam, quæ solet esse propinquissima, matrum, fratrum, sororum; Patris autem non meminit, quia carnali generatione non habebat Patrem. Hanc cognationem Iudei Christo insultabāt dicētes Matth. 13. Nonne fratres eius sunt, nonne sorores eius? omnes apud nos sunt. quæ sorores sicut fratres, erant consobrinæ, & licet Patris meminerint, dicentes esse filium Ioseph, tamen non erat vere pater, sed putabatur pater secundum carnem. Christus autem non meminit, quia re ipsa non erat, sed tantum matris, fratrum, & sororum.

Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit in nauiculam, & Discipuli eius.

COMMENTARIA.

DEscribit Euangelista quædam à Christo facta, quæ quidem non eo die, quo prædicauit turbis parabolam seminis, nec eo, quo venerunt mater eius ac fratres ad eum, gesta sunt, sed alio, quem Euangelista indefinite significat, ne videatur ad id tempus, quo præcedētia facta sunt, referre: ascendit ergo in nauiculam cum Discipulis. Mare autem erat Galilææ, in qua tunc prædicabat.

ANNOTATIO XLII.

Rei gestæ ordo explicatur.

DIfficultas se offert non parua in rei gestæ ordine explicando, nam quæ nic Lucas, & Marcus c. 4. narrant post parabolæ explicationem factam Discipulis, nempe Christum nauim ascendisse, & transfretasse, Matthæus cap. 8. describit ante parabolarum doctrinam, quam refert cap. 13. in cuius rei declarationem nonnulla sunt notanda.

Primo quidem hæc transfretatio non est facta immediate post parabolæ doctrinam. Ratio huius ea est, quia quando eam Christus tradebat turbis, tunc erat in naui, vt dicit Matthæus cap. 13. & nos in principio capitis notauimus. post quā doctrinam Matthæus tradit Christum dimissis turbis domū venisse non igitur tunc transfretauit quod si Marcus refert illa die, cum sero factum esset, ascendisse in nauiculam, & trāsfretasse, intelligendum est (illa die) positum esse pro illo tempore, quando in Galilæa erat, ob id Lucas indefinite locutus est, dicens: Vna dierum.

Secundo, hæc transfretatio, cuius nunc Lucas & Marcus post explicationem parabolæ meminerunt, prius facta est. Isti uero duo Euangelistæ non temporis, nec rerum gestarum ordinem secuti sunt. Matthæus vero eum ordinem seruauit, vt recte notauit Chrysost. hom. 29. in Matth. & Victor Antioche. in comment. Mar. 4. & August. lib. 2. de consen. Euang. c. 25. hoc probatur ex Matthæo 8. nam ibi legimus Christum transfretasse, fecisseque ea, quæ Lucas, & Marcus narrant, & iterum reuersum transfretasse, & post reuersionem vocasse ad se Matthæum, vt cōstat ex Matth. 9. Atquando parabolam hanc explicuit, tunc erant duodecim Apostoli cum illo, vt habetur ex Mar. 4. Ipsit hæc transfretatio, cuius Lucas, & Marcus meminere, non est facta post parabolam, nam nondū erat vocatus Matthæus; vocatus enim est, quando ex hac transfretatione reuersus est Christus, iterum transfretans in domū suam; post hanc enim parabolam docuit, & eam Discipulis duodecim explicuit, vt narrat Matthæus. Hæc de ordine dicta sint. Difficillimum enim est suo ordine omnia, quæ ab Euangelistis dicuntur, disponere. Hoc tamen certissimum est, omnia veritate gesta sicut narrantur.

Et ait ad illos: transfretemus iterum trans stagnum.

COMMENTARIA.

POstquam in nauiculam Christus cū Discipulis ascendit, iuſit transfretare, id est in alteram stagni partem nauigare, in regionem scilicet Gerasenorum, quæ posita erat ad partem oppositam stagni, à regione in qua tunc Christus erat.

Et ascenderunt.

COMMENTARIA.

FEcerunt Discipuli, quod Christus iusserat, & ascenderunt, non quidē in nauiculam, quia iam in ea erant, quando Christus transfretare iussit, sed in altum stagni nauigarunt, vt transfretarent.

ANNOTATIO XLII.

Diuersi diuersimode leguntur, sed ad eosdem ipsos idem.

GRæce est verbum ἐτραύησαν in passiua significatione, quo verbo vsus est idem Euangelista c. 5. vbi de Iussit à terra pusillum reducere, id est, abducere, ibi est hoc idem verbum. Interpres autem vertit verbo redeundi, posito pro abducendi verbo. Hoc autem in loco, vertit ascenderunt, sensum secutus potius, quam significationem. Quidam recentiores vertunt: soluerunt, id est, soluunt de terra nauim vt transfretarent: quidam alij, prouecti sunt, seu abducti à littore in alium mare nauigantes, in omnib. his sensus idē est. Hoc aliter explicuit Marcus, sed in eodem sensu. Assumunt, inquit, eum ita vt erat, in naui, id est, vt erat in naui prius, quando ex ea docebat turbas, sic eum assumunt, id est in mare altum vehunt. Addit Marcus duas naiculas esse cum illa naui, licet illud (cum illo) Græce & ad nauim & ad Christum referri possit. Euthymius ad nauim refert, quæ Græce est neutrius generis: an autem duæ hæ relictæ sint in littore, an transfretauerint, non est certum.

Et nauigantibus illis, obdormiuit.

COMMENTARIA.

DVm nauigarent, priusquam tempestas oriretur, Christus obdormiuit, ne contra voluntatem eius, ipsoq; inuito orta tēpestas putaretur. Assumpsit Christus passiones hasce naturales nostras, famē, sitim, somnum, lassitudinē, vt suæ carnis veritatē demōstraret; non tamen eodē modo erant in Christo, quo sunt in nobis: erāt enim in eo voluntariæ, & quātum, quando, quomodo volebat, sic eas assumebat, ita autem dormiebat sensibus, vt pars rationalis non ligaretur, vt in nobis fit, sed animus eius perpetuo vigilabat, cum eius cognitio non penderet à phantasmatibus sensuum. Dormiuit autem nō tam vt requiem corpori defesso daret, quam vt Discipulorum fidem confirmaret, ac probaret, affectūque excitaret, alijsque de causis, quæ in Annotatione explicantur.

ANNOTATIO XLIII.

Vere dormiebat Christus, sed aliter quā nos.

MAtthæus, & Lucas simpliciter Christum dormiuisse scribunt. Marcus vero cap. 4. etiam modum quo somnum cepit exponit: Erat inquit in puppi super cerucical Dominus, quo verbo, & humilitatem Christi ostendit, & temperantiæ documentis nos instruit. Christum autem verum somnum assumpsisse res certa est, quam etiā Origenes hom. 6. in diuersos affirmat dicens: Dormiebat corpore, sicut & ad puteum de itinere fatigatus sedebat, demonstrans, quia verum portaret corpus, quod corruptibile induerat: non tamen somnus ille, vt in nobis erat primo quidem, quia sicut passiones cæteræ in Christo erant voluntariæ, sic & somnus, vnde Auctor imperfecti in Matth. hom. 23. & August. ser. 3. inter sermones 17. affirmant Christum voluntate non necessitate, vt nos dormisse. Secundo Christus dormiens intellectu operabatur perfecte; nec enim ratio, & mens ligabatur, nec à suo impediebatur iudicio, vti in commentario diximus. Quod Origen. docuit, adducens illud Cant. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. idem etiam affirmauit Ambr. in Psal. 45. hunc Lucæ locum interpretans: In corpore, inquit, constitutus non ita dormiebat Dominus noster Iesus Christus, vt ignoraret tempestatem maris, & exorta procella ventorum cognitionem eius per altitudinem soporis excederet; dormiebat corpore, sed virtute vigilabat. Hæc ille.

Quæro Christum

Interrogabit autem quispiam, cur Christus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ipsum fu turæ tẽpestatis obdormi uit.

stus præscius tempestatem futuram, dormire voluit? Ad hoc Sacri Doctores varia quidem, sed vera respondent. Ambrosius in commentario dicit dormiuisse, vt ostenderet securitatem potentiæ suæ, qua cæteris dormientibus ipse securus dormit. Secundo loco Chrysost. hom. 29. in Matth. & Victor Antiochenus Marc. 4. alias adferunt causas, nempe si vigilante eo tempestas ingemiscet, aut non adeo pertimuissent Discipuli, aut petere ab eo salutem, qui pericula eorum videret, neglexissent; aut non ita ardenter petierint; aut non posse ipsum fluctus sedare putassent, ideirco ergo dormit, vt timoris causa ipsis maior præberetur, & vehementius ab eo opem peterent, & sensus eorum apertior ad videnda miracula redderetur. Hæc ille. Primæ, & secundæ Chrysost. causis consonat Ambrosius in Psal. 43. Discipulos, inquit, rem ipsos, aut negligentes Christus non passus, quam de Domini præsentia securos, somno corpora se cõposuit. Similiter Orige. hom. 6. in diuersos: dormiebat, inquit, corpore vt Apostolos exeitaret, faceretque vigilare. Tertio loco Hilar. can. 8. in Matth. mysticam causam reddit: Dormiuit, inquit, vt significaret, naufragas esse Ecclesias in quibus verbum Dei dormitaret. Omnia hæc fine recte dici mihi videntur: tamen causa cur dormierit Dominus, vltra positas in commentario, ea etiam accommodata est, vt fidem Discipulorum probaret, ac perficeret, non enim credebat dormientem posse liberare eos, marisque tempestatem sedare, quod satis indicarunt, quando eum properantes excitarunt: dormit ergo, vt somni occasione parua eorum detegatur fides, ipsique meliùs manifesta fiat, vt sic à Domino paruæ fidei arguantur, & reprehendantur, ac ex reprehensione discant ad sedandos fluctus maris Christum non indigusse corporis vigilia, sed æquo dormientem, et vigilitem & potuisse imperare ventis, & mare tranquillare, ac etiam ipsismet subuenire. Nec Dormit tantum, vt fidem probet, ac perficiat, sed etiam, vt & affectum eorum vehementius moueat, qui eo plus excitantis ad quæpropter somnum magis illo indigere, maioriquæ in periculo posse sibi videbantur.

Et descendit procella venti in stagnum.

COMMENTARIA.

NOn casu, nec frustra, nec ex solis causis naturalibus tempestas hæc orta est, sed Christus diuina sua potestate, ac prouidentia ventos excitauit, ac mare commouit, vt suam sic diuinitatem patefaceret, ac animos Discipulorum terrore perculsos vehementius ad se conuerteret. ad id enim pericula, & timores multum conducunt.

ANNOTATIO XLVII.

MAtthæus: Ecce, inquit, motus magnus factus est in mari. Marcus autem, facta est procella magna venti. Quibus verbis indicant Euangelistæ, maiorem commotionem factam, quam quæ ex solis naturalibus causis oriri solet: licet enim diuina potestate maris fluctus sedandi erant, ita etiam eadem virtute commouentur, vt ab eodem proueniat remedium, à quo & periculum. Christum autem diuina potentia sua hanc immisisse procellam testantur Antiqui Doctores. Origen. hom. 6. in diuersos. Dormiebat, inquit, corpore, sed diuino nutu conturbabat mare erigebatque fluctus, & Apostolos conterrebat, suam ostensurus potentiam. Ambros. etiam in Psal. 43. sic habet: Vigilabat eius potestas, ac prouidentia, quæ excitauit tempestatem in mari. Recte autem Chrysost. hom. 29. in Matth. causam explicat sic dicens: Nam cum non pariter alíquis sentiat, quæ in alienis fiunt corporibus, & quæ in seipso, oportebat Discipulos eius, qui plurimos in dies liberari videbant, vt magis obligarentur, in se ipsis omnipotentiam eius inspicere: eumque nec clausi effecit, nec cæci nec alia ægritudine laborarent, tempestatem fieri permittit, vt liberam ab ea, manifestiorem beneficiorum eius in se sensum habeant. Hæc ille. Ambrosius Iudæ peccato tribuit tempestatis huius causam; nam ser. 11. sic inquit: Quæ causa est, quòd vna eademque nauicula alij bona tranquillitate doctrinæ populis tribuit, hic in tempestate Discipulis metum mortis inducit, præsertim cui hoc Petrus cæteris Apostolis sit? Hæc autem est causa periculi: erat hic Simon Petrus, sed et Iudas,

Iudas proditor, quamuis illius fides fundaret nauiculam; huius tamen perfidia eam conturbabat. Tranquillitas est, vbi solus Petrus natigat; tempestas vbi Iudas adiungitur licet esset Petrus firmus suis meritis, perturbatur tamen criminibus proditoris. Memorantibus igitur Discipulis, anxiante Petro dormiebat Dominus, vnius delicto cunctorum merita quatiuntur. Hæc, & alia Ambrosius, quæ spiritualiter potius intelligenda sunt, illo enim tempore nondum Iudas ad iniquitatem declinauerat.

Et complebantur, & periclitabantur

COMMENTARIA.

EFfectus sunt hi procellæ, navis aquis complebatur, et consequenter periculum submersionis imminebat, complebantur scilicet Discipuli aquæ, id est, nauicula, in qua erant, implebatur aquis.

ANNOTATIO XLV.

MArcus explicatius dixit illud (complebantur) Procella, inquit, fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur navis. Matthæus adjunxit: ita vt nauicula operiretur fluctibus, id est, fluctus ita insurgebat, vt navis velut oppressa esset sub fluctibus. Fluctus ergo partim hue, illuc que nauim impellebant, partim in ipsam nauim intrabant, aqua eam implẽtes: partim supereminebant, quasi eam cooperientes. Figura est Christi Ecclesiæ persecutorũ, hæreticorũ quidem, vt primi fluctus conantur Ecclesiam huc illuc impellere, diuersa, ac cõtraria dogmata, ritusque introducere conantes. Pagani eam vt secundi fluctus opprimere tentant. Fideles peccatores, qui intra eam sunt, Ecclesiam aggrauant, at diuina virtute illæsa manet navis, quia Ecclesia semper stabit, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes.

COMMENTARIA.

NOn statim, ac exorta est procella, Discipuli Dominũ suscitant, sperantes, aut mare non ita vehementer turbandum, aut ventorum impetum cito sedandum, aut Christum rumore, ac fragore ipso euigilaturum. At cum nihil horum euenisse agnoscunt, seque in extremo periculo vident, accedunt ad Dominum, ipsumque suscitant verbis sequentibus. sepe nunc quæ nos mala perturbant, ad Deum nos ire compellunt.

ANNOTATIO XLVI.

ORigenes hom. 6. in diuersos affirmat Discipulos tanto fuisse metu conterritos & pene animo alienatos, vt irruerent in eum, & non modeste, & leniter suggererent, sed turbulenter suscitarent eum dicentes ea, quæ statim sequuntur. Quæ sententia probabilissima est: nam tempestas, ac procella vehementissime vrgebat, & vitæ periculum nimium imminebat: ipsorum autem fides modica erat, vt paulo inferius dicemus. Secum enim habebant Saluatorem, & periculum timebant: cum illis erat vita, & de morte solicti erant.

Quo tẽpestate cõterriti discipuli ad Christum accesserint

Præceptor, perimus.

COMMENTARIA.

IN tam graui, et vrgenti periculo, breui sermone vtuntur, remedium, & opem celerrime adhiberi petentes. Exponunt autem commune periculum dicentes: Perimus, & Præceptoris nomine ad subueniendum inuitant, vt qui doctrina corũ animos reficiebat, corpora et à mortis periculo tueretur.

ANNOTATIO XLVII.

MAtthæus Discipulos hic verbis suscitasse Christum refert: Domine salua nos: perimus. Marcus autem hisce: Magister Græce διδασκαλε non ad te pertinet, quia perimus? Lucæ autem: Præceptor perimus. Græce ἐπιστατα ἐπιστατα id est, Magister magister. Augustinus lib. 2. de consens. Euang. cap. 24. dupliciter hæc in concordia reddit, vno modo, vt dicamus Euangelistas nõ retulisse eadem verba Discipulorũ, sed sũ, ac saluari volẽtiũ. Altero modo, vt sint eadẽ verba, sed nõ eorundem Discipulorũ, sed quidam vnum, quidam aliud dicebant, vt solet fieri in periculo imminenti multis. idẽ dicit Euthymius Matth. 8. inquit enim: Quidam hoc, quidam illud dicebant alij vnũ alij aliud, aut etiam omnes omnia.

Concordia Euãgelistarum.

Euange-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euangelistæ ergo concordes sunt, dum qđ vnus omisit, alter retulit. Hæc responsio posterior probabilior est priori, magisq; ad veritatem Euangelicæ historiæ facit, cui consonat, quod ex Orig. in præcedenti Annotatione diximus, Discipulos turbulenter, & cum clamore ad Christum accessisse. Vnde hi vno, hi alio modo loquebantur, vnum tamen petentes. Illud autem verbum Marci, non ad te pertinet? id est, non est tibi curæ, sed non attendis, verbum est incitantium, & commouentium, vt opem celeriter ferat, quasi diceretur, in tanto periculo non subuenire, nec opem celerrime ferre est hominis non curantis, nihilque pendentis salutem nostram.

At ille surgens increpauit ventum, & tempestatem aquæ.

COMMENTARIA.

NOn distulit subuenire Dominus, Discipulorum vocibus excitatus: vt autem non potestatem suam tantum, sed etiam imperiũ, ac dominiũ, quod in creaturas habebat, ostenderet, simulque granitatem periculi eminentis significaret, ventos ac mare commotum verbis increpat, id est, acriter, & quasi cõminando eis imperat, vt solet fieri cum his, quorum audaciam nimiam reprimere volumus.

ANNOTATIO XLVIII.

Quid sit increpare mare.

TEmpestatem aquæ appellat mare ipsum commotum, & vndis, ac fluctibus æstuans, vtrumq; enim increpauit Christus, nempe ventum, & mare commotum. Aduerte apud Matthæum legi increpauit ventis, & mari; apud Marcum autem comminatus est vento; at Græce vtrique, & idem verbum est ἐπετίμησε, id est, obiurgauit, seu increpauit, quod significat imperare modo acri, & comminatorio. Interpres vero nescio qua ratione ductus idẽ verbum Græcum varie interpretatus est. Aduerte autem Marcum sic habere, cõminatus est vento, & dixit mari. Non qđ soli vento cõminatus sit, nã ex Matthæo, & Luca constat increpasse, vtrumq; scilicet, ventum, & mare, Marcus autem vnum expressit, alterum vero non negauit, & adiecit vnum, qđ cæteri duo non significarunt, nempe vltra increpationem vtriusq; dixisse mari: Tace, obmutesce, sicq; Euthymius Marc. 8. sentit. merito autem præter communem increpationem soli mari sic locutus est, quia maris commotio non ita facile sedari solet, nam ventis cessantibus adhuc perdurat agitatio, & quia ea, vtpote sensibilior, ac clamore, ac fluctibus horribilior, maiorem incutit terrorem, quam ventorum flatus.

Et ecce cessauit, & facta est tranquillitas.

COMMENTARIA.

MIra efficacia verbi Christi, ad eius enim imperium cessauit, ac quiescit vẽtus, & facta est simul maris tranquillitas sedatis fluctibus, quod in alijs communiter tempestatib. esse non solet: nam vẽto cessante temporis spatio permanẽt fluctus, paulatimq; ad quietem reducuntur. At nunc non sic, sed simul vtrumque, & ventorum furor, & aquarum vndę cessarunt, vt virtus Christi agnosceretur, vnde Matthæus, & Marcus tranquillitatis magnitudinem expressẽrunt dicentes: facta est tranquillitas magna.

Dixit autem illis: vbi est fides vestra?

COMMENTARIA.

MOdicam Discipulorum fidem improperat, qui vigilãtem Christum maris æstum posse compescere credebant, dormientem autem id posse non putabant, vbi inquit est fides vestra? Nempe quam prius habuistis, quando ad me uenistis, & quam alijs uisis miraculis concepistis; nunc enim diminuta periculo præsenti est. Græce habetur articulus; Vbi est fides illa uestra? scilicet prior.

ANNOTATIO XLIX.

Ex Christo Discipuli modicæ fidei arguuntur.

MAtthæus habet, quid timidi estis modicæ fidei? Marcus autem, quid timidi estis? necdum habetis fidem? Lucas autem, vbi est fides vestra? Augustl. lib. de consen. Euang. c. 24. existimat omnia hæc à Christo esse dicta. Quid timidi estis modicæ fidei? Vbi est fides vestra? necdum habetis fidem? His autem multiplicibus verbis reprehendit eos Christus timoris immodici, atq; etiam modicitatis fidei: nam plus quam timendum erat, timuerunt; & minus quam credendum de Christo erat, credi-

crediderunt. verbum Marci: Necdum habetis fidem? sic exponitur, vilis à me tot, ac tantis miraculis factis nondum habetis fide illam perfectam, qualem de me vos iã habere oportebat. sic Augustinus loco citato interpretatur. Verbum autem Lucę in commentario explanatũ iam est. In eius declarationem maiorem aduertendum est, duobus modis quædam posse credi, nempe virtute, & actu; illud creditur actu, quod in se ipso creditur, fidesq; in ipsum terminatur, vt quando quis credit Christum esse Messiam, esse filium Dei, surrexisse, & alia huiusmodi. hę veritates dicunt creditę in actu. Illud autem dicitur credi virtute, quod non in se, sed in alio vnde illud sequitur, creditum est, vt qui credit Christum posse suscitare mortuum, virtute credit posse illuminare cęcum; nam in illa veritate hęc cõprehẽditur, & si mortuum suscitare potest, consequitur, vt possit, quod minus est, nempe cęco dare visũ, similiter qui credit Christum filium Dei, virtute credit posse sanare infirmos, etiam si non habeat actum credendi erga istam veritatem sanitatis infirmorũ. Hoc supposito dico Discipulos Domini, priusquam tẽpestas hæc insurgeret, credidisse Christum posse etiam dormientem liberare eos ab illa, non quidem actu, quia non occurrerat in particulari occasio ipsa, nec de hoc cogitauerant; sed virtute; qa credebãt de Christo maiora, & ea ex quibus consequebatur eum id posse: si.n. credebant filium Dei esse, si credebant mortuos suscitare posse propria virtute, profecto eo ipso credebant, quæ minora erant, nempe dormientem non esse ignarum eorum, quę gerebantur, posse etiam dormientem liberare, sicut & vigilantem. Quando ergo casus euenit, nempe tempestas maris, & somnus Christi, debuerant tunc actu credere, quod prius crediderant virtute; at non sic se habuerunt, sed dubitarũt, nec crediderunt, vt par erat, ob id audiunt à Christo reprehensionem, vbi est fides vestra? Quasi diceret, nonne credebatis etiam hoc, credentes me filium Dei, ac verum Christum? nõne maiorum, ac difficiliorũ fidem hactenus habuistis, quomodo non creditis modo actu, quod credebatis virtute? quomodo euentus rei remouet vos ab ea fide, quam habuistis de me? Hic est sensus, quẽ olfecit Orig. hom. 6. in diuersos, vbi verba Matthæi, Modicæ fidei, interpretans, sic inquit: Si potentem me super terram cognouistis, quare non creditis, quod & in mari potens sim? Si Deum me uere esse, & creatorem omnium suscepistis, quare non creditis, quod ea, quæ à me facta sunt, in mea habeam potestate? Hęc ille.

ANNOTATIO L.

Qua fide fides, ob cuius modicitatẽ reprehẽduntur Discipuli.

DIfficultas quædam se offert, quæ sit hæc fides, cuius modicitatis reprehenduntur Discipuli. Euthymius Matth. 8. & quidam recentiores, non eam fidem, quæ est in intellectu scilicet credulitatem, sed fiduciam, quæ est in voluntate, interpretantur: nã in Scriptura fides aliqñ pro fiducia vsurpatur. Et quidẽ Discipuli parũ fiduciæ habuerunt, nõ confitentes se à Christo dormiente à tẽpestate liberandos; at vero hæc parua fiducia profecta est à fidei, id est, credulitatis infirmitate, & debilitate; non.n. crediderunt dormientem posse liberare. De hac fide sermo præsens est, & à Christo reprehenduntur modicæ fidei huius, ex qua procedebat, vt nec fiduciam haberent. Sicque Orig. hom. 6. in diuersos, & Chrysost. hom. 29. in Matth. interpretantur, eaq; est vera, & legitima interpretatio. cui adhæret Victor Antioch. Mar. 4. & ei cõsona sunt quæ diximus in Annotatione præcedenti, explicantes illud: vbi est fides vestra? Recte autem notat Chrysost. hom. 29. in Matth. Christum non reprehendisse Discipulos turbis præsentibus, ne ab eis modicę fidei dãnarentur, infirmaq; eorũ fides alijs patefieret, qđ etiã notat Victor Antioc. Mar. 4.

Num timor incredulitatis, vel potius incredulitas causa fuerit timoris Apostolorum.

Maior est altera difficultas, vtrum timor fuerit causa incredulitatis, quod non crediderint dormientem potuisse subuenire, an potius, incredulitas, aut fides modica fuerit causa timoris: nã vtriusq; causa reprehẽsos esse Discipulos ex Matthęo, & Marco constat: quid, inquiunt, timidi estis modicæ fidei? Quid timidi estis? non habetis fidem? In cuius rei declarationem aduertendũ est, aliquando timorem causam esse incredulitatis, aliqñ vero incredulitatẽ esse causam timoris. Prioris exemplum habemus in Petro Matth. 14. cum enim se proiecisset in mare, vt ad Christum veniret, videns ventum validum, timuit, & ex timore dubitauit, nec fuit constans in sua credulitate, vnde dictum est ei: modicæ fidei, quare dubitasti? Solent enim animi affectus, & passiones multum immutare intellectum, ac mentem, vti notauimus in commentarijs

Matth. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Ioan. cap. 21. Annot. explicantes Thomæ incredulitatem, quæ prouenerat ex tristitia, & dolore, quo affectus fuit, eo quod non adfuerit cum Discipulis, quando Christus apparuit post resurrectionem; efficit enim illa passio, vt potius mallet non credere resurrexisse, quam si credidisset, nimium dolore premi. Hac de causa Tyranni illi persecutores timores graues incutiebant Christianis, vt eos à fide commouerent, & multi retrocesserunt ab ea ob timorem. Timor igitur est aliquando causa incredulitatis. Posteriorem exemplum habemus in Discipulis Luc. 24. vbi dictum est: Conturbati, & conteriti existimabant se visum videre. Incredulitas eorum, qua non credebant illum, quem videbant, esse Christum, causa fuit terroris, ac timoris illis. His suppositis est difficultas in præsenti, an timor periculi imminentis fuerit causa incredulitatis, & parua fides, an potius contra, parua fides, qua non crediderunt dormientem posse saluare, fuerit causa timoris. Origenes homil. 6. in diuersos, & Chrysostomus hom. 29. in Matth. affirmant modicam fidem fuisse causam timoris; ideo enim ita vehementer timuerunt, quia non crediderunt dormientem Christum posse eos saluare; eaque videtur esse communis sententia. At mihi videtur contraria sententia multo probabilior, nempe timorem vehementem causam fuisse, vt minus crederent dormientem posse saluare: sæpe enim contingit, vt multa credamus fieri posse, at quando experimur pericula ipsa, timor, ac terror facit, aut non credere, aut dubitare, an fieri possint, & certa in dubium reuocat timor. Sic isti Discipuli credebant prius, vti ante diximus, Christum omnino posse saluare; at quando periculum imminebat imminens, & mors vicina minabatur, dubitarunt, & ideo suscitarunt. Inducunt me in hanc sententiam duo, vnum est verbum Lucæ: Vbi est fides vestra? quasi diceret: Nonne credebatis prius me omnino saluare posse, quid efficit, quod nunc diminuta sit fides hæc, vt non existimetis me dormientem posse saluare? Simile fere est verbum Marci: Fidem non habetis? id est cur in vobis non perdurat fides? Igitur timor fidem minuebat. Alterum est verbum Christi apud Matthæum, & Marcum: quid, inquit, timidi estis modicæ fidei? Timoris prius arguuntur, quasi is eos coniecerit in dubium, & incredulitatis seu fidei modicitatem. Quinis ergo absolute loquendo, & timor modicæ fidei, & modica fides timoris causa esse possint, tamen in præsenti timor causa fuit modicæ fidei: licet hoc verum sit, timorem ex periculo imminenti induxisse in incredulitatem hanc, & rursum incredulitatem hanc timorem, & terrorem auxisse, & sic vtraque sententia veritatem habet: prima tamen causa timor fuit, vti expositum est.

Luc. 24.

ANNOTATIO LI.

Connexio & ordo superioris sententiæ explicatur.

QVædam alia difficultas in hoc loco superest explicanda, nimirum de connexione, & ordine: nam Marcus, & Lucas post sedatam tempestatem narrant Christum Discipulos timoris, & modicæ fidei reprehendisse: at Matthæus refert prius reprehendisse Discipulos, postea ventos, & mare sedasse: in quo non est vlla contradictio: vti enim sæpe diximus, Euangelistæ non semper rerum gestarum ordinem sequuntur. At vero inuestigandum est, an ordo fuerit iuxta Matthæum, an potius iuxta Lucam, & Marcum. & quidem tenendum est Matthæum ordinem seruasse: prius enim reprehendit, postea tranquillitatem fecit, idque indicauit Matthæus ipse: cum enim Christum excitatum narrasset, Discipulosq; reprehendisset, adiunxit (tunc surgens imperauit ventis) apertè indicans, statim ac excitatus fuit, reprehendisse Discipulos, & postea surrexisse à ceruicali, in quo cubabat, & ventis imperasse. probant etiam hoc verba ipsa Euangelistarū, quæ sunt de præsenti: quid timidi estis? Vbi est fides vestra? Non habetis fidem? Quasi tunc non crederent, & timerent. Si autem post tempestatem reprehensio fieret, esset, dicendum erat: Quid timidi fuistis, vbi fuit fides vestra? In ea etiam opinione est Chrysostomus hom. 29. in Matth. affirmans Christum antequā vndas aquarum deprimeret, nimios animorum fluctus sedasse, priusquam mare sedaret, eos reprehendisse. Et etiam huius ordinis causa debuit. n. turbatio, & incredulitas primo auferri, ne quid obesset futuro miraculo capiendo, qua de causa eos, qui ad Christum sanctitatis causa accedebāt, prius ipse ad fidē excitabat, & in ea cōfirmabat. Sic ēt in præsenti fecit. simile est Ioan. 4. Regulum non credentem absentem Christum posse sanare, prius reprehendit imperfectæ fidei, & postea filium sanauit. Vltimo notandū est, in hoc

hoc loco non esse reprehensos Discipulos absolute quod timuerint. nam timor naturalis est, & vitio ex se caret; sed arguuntur immoderati timoris, q eum fidē infirmauit. vnde apud Marcum, Græce habetur particula, sic, vel adeo. Quid timidi estis sic? Rursus non sunt reprehensi omnimodæ incredulitatis, nam crediderant vigilantem potuisse compescere tempestatem; sed reprehensio fuit modicæ tantū fidei, quia non crediderunt etiā dormientem potuisse saluare, vti expositum est. Profert autem Chrysost. hom. 29. in Matth. egregiam causam cur Dominus in tam, vehementem terrorem permiserit Discipulos incidere, inquiens sic: Non incisū ad extremum vsq; terrorem eos deuenire permisit; verū vt signum eius ingens videretur, & perpetua miraculi memoria resideret. nam quoniam post rem factam oblitio solet ex negligentia hominum occupare, propterea priusquam signa fiant, multa fieri permittuntur, quæ diuturnam memoriam faciant. hæc ille.

Qui timentes mirati sunt, adinuicem dicentes.

COMMENTARIA.

VIso tanto miraculo Discipuli timuerunt, & mirati sunt, & præ admiratione dixerunt ad inuicem ea quæ sequuntur. Non est hic timor qualis prior, qui erat timor mortis, ex ventorum, & fluctuū furore proueniens. Hic enim expulsus fuit, & verbis Saluatoris, & tranquillitate perfecta. Timor autem præsens est cuiusdam reuerentiæ, & venerationis ortę ex maiestatis, & diuinitatis ostensione, quæ per tantum miraculum repente manifestabatur; timebant enim, ne forte minus coluissent tantum virum, quam par erat: admiratio autem fuit ex nouitate rei, tale enim numquam viderunt, maxime propter periculum imminentissimum, à quo erepti erāt, quod fecit eos ipsum miraculum maxime aduertere.

ANNOTATIO LII.

Qui sint homines, illi, qui mirati.

DIfficultas se offert, qui sint hi, qui mirati pronunciarūt verba sequentia, de quibus Matthæus scribit homines miratos esse, ac dixisse, &c. Marcus autem timuisse timore magno. Sunt autem plurimorum Doctorum opiniones. Primo loco Orig. hom. 6. in diuersos locos, dicit nō esse Apostolos, qui mirati talia verba dixerunt, sed nautas, quorum erat nauis illa, & homines, qui in ea erant, cum Discipulis transfretantes. Ratio Origenis ea est, quia Discipuli in Scriptura non sunt tali nomine appellati, sed homines. Hilarius Matth. 8. est in eadem sententia, ad ijciens: Quod si quis cōtendat esse affirmet hos fuisse Discipulos, tunc respondendum est, recte homines esse appellatos, quia nondum potentiam Saluatoris nouerant. Secundo loco Hilari. can. 8. in Matth. dicit non esse Discipulos, qui talia dixerunt mirati, sed gētium esse verba. Indicat Hilari. non tunc prolata, fuisse verba sequentia, sed postea, quando Discipuli narrarunt Gentibus tale mirandum factum. Tertio loco Chrysost. hom. 29. in Matth. dicit fuisse turbas ipsas, non tunc quando miraculum factum est, quia soli aderant Discipuli, sed postea quando audierunt à Discipulis rem factam. Quæ sententia in eo differt ab ea, quæ est Hilarij, quod hic gētibus, ille vero Iudæorum turbis tribuit. Quarto loco Victor Antioch. Mar. 4. affirmat fuisse ipsos Apostolos. quæ sententia videtur Augustini lib. 2. de consensu Euangelistarum cap. 24. de Apostolis enim habens sermonem, subdit, dixerunt quales est hic, &c. Quinto loco Euthymius vtramque partem amplectens affirmat, tam Apostolos, quam nautas, & homines, qui in naui erāt, similia verba protulisse; de Discipulis autem Marcum, & Lucam retulisse; de hominibus vero cæteris Matthæum. Sexto loco quidam recentiores dicunt non Apostolos, sed homines, qui erant in alijs duabus nauibus, venientibus cum illa, in qua erat Christus; vt enim superius notauimus ex Marco, duæ naues erant cū ea, in quam Christus est ingressus. Hæc sunt, quæ Doctores in hac parte senserunt. In cuius rei gratiam nonnulla mihi dicenda videntur.

esse Matthæum, et timuisse timore magno Marcum narrante.

Primo quidem, negari vix posse, verba sequentia pronunciata esse à Discipulis, eosque miratos, ac timuisse. Hoc dictum verba Lucæ præsentia manifesto probant; cum enim dixisset Christum eos reprehendisse modicę fidei, subdidit eos timentes, ac admiratos dixisse, quæ sequuntur; idipsum probant verba Marci. violentiaque & improprietas locutionis inferenda esset huic contextui, si ad alios, quam ad Discipulos

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulos referre quispiam vellet huiusmodi,& sequentia verba.

Secundo probabile est tam Matthæum, quam Marcum,& Lucam de eisdem Discipulis esse locutos, quando scripserunt miratos esse, ac timuisse, dixisseque quales est hic? Huius sententiæ est August. loco allegato, qui Discipulis tribuit verba Matthæi, Lucæ & Marc.; nec verbum Matthæi obstat, quod homines dicti sint Discipuli; iam .n. ex Hieronymo ea obiectio reiecta est.

Tertio, mihi est probabilissimum, quod Euthymius affirmat, nempe Discipulos,& homines ceteros, qui in eadem erat naui, fuisse miratos, & eadem protulisse verba, Matthæumq; de Discipulis scripsisse; nam non est verisimile, nauim illam non habuisse nautas proprios, ac remiges, & forsan aliquos transfrecantes, vt dicunt Orig. & Hieronymus.

Quarto, non est ita probabile eos, qui erant in alijs duabus naubus, dictos esse timuisse, ac alia verba protulisse; nam non est certum, an illæ duæ simul transfretauerint,& si transfretarunt,non potuerunt statim nosse Christum sedasse tempestatem illam; timor autem hic, admiratio, & verba admirationis facta sunt statim, ac tranquillitas facta est, vt ex verbis Euangelistarum deducitur. Quapropter quæ Hilar.& Chrysost. dicunt de turbis, aut gentibus audientibus postea à Discipulis miraculum factum, vix possunt accommodari cõtextui. Hæc sunt, quæ probabiliora in hac parte mihi visa sunt.

Quis putas hic est, quia & ventis, & mari imperat,& obediunt ei?

COMMENTARIA.

VErba sunt admirationis, quę protulerunt Discipuli ad inuicem colloquentes: non sunt autem verba interrogationis, sed assertionis cum admiratione, quasi dicerent: Magnus hic est, nec magnitudinem eius assequi possumus, cum maior sit, quam appareat sensibus, quia ventis,& mari imperat, quæ insensibilia sunt,& tamen eius imperio obediunt, iuxtaque faciunt. Homo homini imperare potest, et sæpe homo imperantis iussa non exequitur: at hic plusquã homo videtur, quia etiam imperat sensu carentibus, & ei obediunt. Admirantur Discipuli Christi potentiam, quæ non solum in eo ostensa est, quod ventos, & mare coercuit, & tranquillauit, sed etiam quod imperando tamquam Dominus omnium id effecit, quod Dei est proprium.

ANNOTATIO LIII.

Quo dicatur vel ventus & mare obedire Christo.

MAtthæus, qualis, inquit, est hic, quia venti,& mare obediunt ei? Marcus habet: Quis putas est iste, quia & ventus,& mare obediunt ei? Hæc omnia ad eandem sententiam pertinent, vt notat August. lib. 2. de consen. Euang. cap. 24. siue à solis, siue etiam ab alijs dicta sint vt supra notauimus. Aduerte obedientiam hanc non esse, qualis est in hominibus,& Angelis, scilicet voluntatis submissio ad exequendum verbum præcipientis, sed est non resistentia quædam, qua creatura non resistit diuinæ virtuti operanti in se. sic intelligenda sunt, quæ dicit Hieron. Matth. 8. Ex hoc, inquit, loco intelligimus, quod omnes creaturæ sentiant creatorem, non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia; sed maiestate conditoris, quæ apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt. Hęc ille. Appellat sensibilia illi esse omnia, quia non resistunt virtuti eius, qui in eis operatur, quidquid vult. Est ergo efficacia verbi Christi, non autem sensatio rerum inanimatarum, de qua re alibi diffuse egimus. Recte Orig. hom. 6. in diuersos, spiritualiter ponderans hęc, ait: Hi, qui prudentiæ, & intellectus expertes sunt, inclinantur iubenti, quibus neque loquela, neque sermo est, obediunt, in eadem substantia, in qua sunt, & sua natura mouentur, & eius iussioni deseruunt, ad confusionem mortalium, & condemnationem corruptibilium. Iubet mari, & non contemnit: Dicit ventis & tempestatibus, & mox compescuntur: iubet & omni creaturæ, & non supergreditur iussionem eius, & vnum hominum genus, vnum, quod secũdum Dei similitudinem honoratum est, cui verbum, & prudentia data est, hi soli homines resistunt, hi tantum inobedientes sunt, hi soli contemnunt. Ideoque hi in iudicio damnabuntur, & à iustitia punientur, velut deteriores mutis animalibus, vel ijs, qui sine spiritu, & anima sunt in isto mundo. Hæc ille.

Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam.

COMMENTARIA.

QVę hactenus dicta sunt, gesta fuere in Galilæa, à qua transfretans Christus venit in partem Galilææ oppositam, quæ dicta est regio Gerasenorum à Ciuitate Gerasa, quæ erat Ciuitas præcipua regionis illius; quæ ad Tribum Manasse pertinebat.

ANNOTATIO LIV.

Gerasenorii & Gersenum eadem regio.

HIeronymus lib. de locis Hebraicis, refert Gargasum esse Ciuitatem trans Iordanem iuxtam monti Galaad, quam tenuit tribus Manasse. hanc dicit nunc appellatam Gerasam, insignẽ ciuitatẽ Arabię. Hinc arbitratur idem esse, siue regio dicatur Gergesenorum, siue Gerasenorum. Ex quibus verbis Hieronymi concordantur Matthæus, Marcus,& Lucas: nam apud Matthæum legitur Gergesinorum, apud Marcum vero, & Lucam, Gerasenorum, vtrumque autem idem significat à diuersis nominibus eiusdem ciuitatis. Latinus autem interpres eodem nomine vsus est in tribus hisce Euangelistis. Aduerte autem Euthymum Matth. 8. legisse in Marco, & Luca Gederanorum, quasi à Gadara ciuitate, quam Hieronymo referente quidam putant esse eandem cum Gargasa, seu Gerasa, vt fieri momiarat vero ex Iosepho lib. 5. de bello Iudaico cap. 5. constat diuersas esse ciuitates Gadaram, & Gerasam, ambas tamen sitas trans Iordanem in regione oppositi Galilææ, fieriq; potuit, vt ab hac etiam ciuitate regio illa nomen acceperit. Est etiam ciuitas dicta Gadara citra Iordanem in Iudęa, cuius fit mentio Iosue 15. & apud Iosephum lib. 3. de bello Iudaico cap. 6. nulla igitur est in his dissonantia. Victor Antiochenus Marc. 4. dicit in quibusdam exemplaribus Marci legi Gaderanorum, tamen in emendationibus haberi Gergesenorum.

Et cum de naui egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonia iam temporib. multis.

COMMENTARIA.

SCiebat Christus quid facturus erat cũ hoie isto potestio à dęmone temporib. multis, id est, à multis annis, ac propterea trasfretauit, vt eũ liberaret. Statim autem, ac Dominus egressus est de naui, nouit dæmon se latere non posse Christum, ab eoque ejiciendum. Idcirco obuius factus est ipsi, vt præoccuparet, precibusque cum eo ageret. Hic enim homo dicitur occurrisse, non quidem à se ipso ductus, sed à dæmonio, quo vexabatur, sicut etiam dicitur exclamasse, non quidem à se, sed ab eodem agitatus dęmone, Græce in plurali legitur dæmonia habebat.

ANNOTATIO LV.

Concordia Euangelistarum de hoie possesso a dęmone & Christo egresso à naui occurrit.

MArcus cap. 5. tria significauit, quæ Lucas omisit, nempe tempus, locum, & modum: tempus quidem, dicens, statim ac exiuit de naui, occurrisse ei hunc hominem, locum, vero adijciens occurrisse Christo de monumentis, in quibus habitabat, modo autem exponens occurrisse in spiritu immundo, id est, ductum, seu potius tractum ab ipso dæmone; sciens enim dæmon se latere nõ posse Christum, timensque se ab eo expulsum iri, præuenit ipsum, vt deprecaretur ne in infernum detruderet eum, vt statim expl cabimus. Hoc Marcus aperte indicauit, inquiens in de hoc hoie: Videns eũ à longe cucurrit, & adorauit eũ, & clamans voce magna dixit: Quid mihi, & tibi? Clamor hic, & prolata verba certe à dæmone profecta erant: ita ergo sentiendum est de occursu. Aduerte eandem esse historiam, quam refert Matthæus, vti Doctores testantur, & contextus ipse comprobat. sed tamen vnum est, quod difficultatem facit; nam Matthæus refert duos hoies fuisse qui occurrerũt ei, & Marcus & Lucas vnius memnerunt. Quam difficultatem recte Chrysost. hom 29. in Matth. et Victor Antioch. Marc 5. soluunt, non enim Marcus, & Lucas dixerunt, solum vnum occurrisse, sed vnũ, occurrisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc enim non contradicit Matthæo dicenti duos occurrisse. Cum duo occurrerunt, certum est vnum etiam occurrisse. Idem censuit August. lib. 2. de consensu Euang. cap. 24. At vero interrogabit quispiam, cur hi Euangelistæ vnius tantum mentionem fecerint cum duo fuerint? respondet Chrysostomus, & Victor loco citato, quia hic vnus erat saniori dæmone vexatus, Victor Antioch. aliam addidit causam, potuit inquit fieri, vt vterque eque sæuus fuerit, neq; tñ vtriusq; mentione fecerũt Lucas, & Marcus: nam ad ostendendam virtutem illius, qui miraculum patrarat, nihil referebat, vnius ne, an duorum faceret mentionem: qui enim vnum vsque adeo insanum, & immanem sanarat, & duos, & plures quoque similiter affectos curare poterat. Hæc Victor. Augustinus autem alteram causam exponit, nempe quia hic vnus erat persona clarior ac famosior, quem regio illa maxime dolebat, & pro cuius salute plurimum satagebat. Ambrosius autem in præsenti aliam profert, inquit enim: Qua ratione Euangelistæ de numero dissonare videantur, non ociosè prætereundum, sed requirendum arbitror. Et quidem licet discordet numerus, tamen cõcordat mysterium. Vir enim iste, qui habebat dæmonium, populi gentilis figura est, opertus vitijs, nudus erroribus, patens crimini. Duo illi quoque similiter populi gentilis figurã accipiunt. Quia cũ tres filios Noe generauerit, Sem, Cham, & Iaphet, Sem tantummodo familia in possessionem adscita est Dei. Ex duobus illis diuersarum nationum populi pullulauerunt. Hæc Ambrosius. Recte illa omnia dicta sunt: mihi autem videtur magis ad rem dici posse, multa in hoc vno concurrisse, quæ non erant in altero. Volentes autem duo Euangelistæ, omnes describere circumstantias, eius solum meminerunt, quia si duos fuisse retulissent, non potuissent omnia exprimere, quia multa vni soli conueniebant. Vnde Matthæus, qui duos narrauit, multas circumstantias prætermisit, quia non erant vtrique homini communes, sed vni tantum: & in primis illa temporis circumstantia in textu notata, nempe hunc hominem vexatum fuisse à dæmone à temporibus multis, non est à Matthæo relata, vt existimo, quia huic vni propria erat, & de duobus affirmari non poterat: nam hominis huius vexatio a dæmone erat multo antiquior, erat enim à multis annis. Tempus aũt hoc loco ponit p anno, vt in alijs etiam Scripturæ locis positum est. Cætera in progressu explicabuntur.

Auctoris sententia.

Et vestimento non induebatur.

COMMENTARIA.

SOlẽt homines dæmone agitati proprias vestimenta, aut omnia, aut aliqua quandoque dirumpere, ac lacerare, & à se projcere, eaque causa est, cur hic homo vestimento non indueretur.

ANNOTATIO LVI.

HVius circunstantiæ nõ meminit Matthæus, quia forsan non illis duobus, quorum ipse meminit, communis erat, sed huic propria, cuius Lucas, & Marcus historiam describunt: quamuis Marcus etiam hæc prætermiserit; non enim etiam huius hominis omnia narrauit.

Neque in domo manebat, sed in monumentis.

COMMENTARIA.

HAbitabat in sepulchris mortuorum, quæ apud Iudæos erant extra ciuitatem. Luc. 7. Cum appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur. Ex multis etiam Scripturæ locis id constat. vnde homo hic ab humana conuersatione erat separatus.

ANNOTATIO LVII.

MArcus, qui domicilium inquit habebat in monumentis, hoc commune erat etiam alteri homini habenti dæmonium: nam Matthæus scribit: Occurrerunt duo dæmonia habentes, de monumentis exeuntes. Cur autem dæmonia hos homines in monumentis detinerent, Chrysost. homil. 29. in Matth. & Victor Antioch. Marc. 5. rationem reddunt: Quorsum inquiunt dæmones in sepulchris versantur? quo rudi plebi execrandum planeque impium dogma persuadeant, nempe de mortuorum animas in dæmones transformari. Quæ opinio procul abstrà cuiusuis hominis mente, & cogitatione. Hæc illi. Euthymius, Matth. 8. hoc idem dicit: Dæmones, inquit, libenter in sepulchris morantur, prauam opinionem hominibus immittere volentes, quod mortuorum animæ dæmones fiant, sed circa proprium corporum monumenta remaneãt, immo quibusdam adhæreant.

Cur dæmones in sepulchris versentur & sepulchris humanis habitationibus delectentur.

hæreant. Sed nequaquam id orthodoxo persuadebant. Si enim hoc effet, nullo modo cruciatus diues orasset Abraham, vt Lazarum mitteret in mundum, quo fratribus suis significaret, quæ circa se gerebantur, sed ipse per se ipsum hoc eis indicasset. Hæc ille. Fauet huic expositioni, quod scribit August. lib. de hæresi, c. 78. nonnullos hæreticos in eo fuisse errore, vt putarent sceleratorum hominum animas conuerti in dæmones. & cap. 86. hunc errorem, & insanam hæresim adscribit Tertulliano. Non est improbabilis causa ista assignata à Victore, & Euthymio. Mihi videtur altera etiam assignari posse, nempe dæmones libenter habitare in sepulchris, quasi in eorum opere proprio, & cuius ipsi quodammodo auctores fuerunt. nam Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum: cum igitur sepulchra fiãt propter mortuos, quodammodo pertinent ad eos, qui mortem induxerunt. Interrogabit autem quispiam, cur homo hic in sepulchris habitaret, non autem alij multi, quos legimus in Euangelio etiam a dæmone vexatos, peculiaris enim causa præter iam dictas in hoc fuit. Existimo ergo dicendum, eum magna pars dæmonum de cœlo expulsorum nondum sit in abyssum detrusa, vsque ad vltimum diem Iudicij, sed loca hæc terrena, & aerea teneant, vt docent Athanas. in vita Sancti Antonij, & August. lib. 21. ciui. cap. 33. fit vt non eodem loco omnes ij morentur, sed quidã in aquis, quidam in montibus, quidam alijs in partibus frequentius habitent, & ex ijs multos in sepulchra mortuorum se recipiunt, talibusq; locis, aut delectantur, aut detinentur, ex quo arbitror consuetudinem Ecclesiæ inductam, vt fideles in locis sacris sepeliantur ad arcendos dæmones. Hinc etiam factum est, vt hic homo in sepulchris habitaret, quia ab illis dæmonibus vexabatur, qui in talia loca recipiebantur.

Is, vt vidit Iesum, procidit ante illũ.

COMMENTARIA.

EX verbis, quæ protulit, cognoscimus hunc hominem, nõ proprio arbitrio ductum, sed ab ipso dæmone impulsum procidisse adorabundum ante Dominum, adorauit quidem dæmon per hominis illius corpus, ipsum Christum non amore, seu dilectione, sed timore, sicut seruus Domino genua flectit, cui flagellũ cuadere cupit.

ANNOTATIO LVIII.

QVidam recentiores existimant hunc hominem occurrisse primum in eos, qui Christum comitabantur: nam in transeuntes per viam solebat insurgere, & nocere eis, vnde Matthæus refert, neminem posse per viam illam transire præ sæuitia illius. Hæc ergo de causa primum occurrit, at postea videns Iesum procidit ante eum. At huic expositioni non accommodantur verba Marci, inquit enim, quod videns Iesum à longe, cucurrit & adorauit eum. Hoc idem indicant verba Matthæi: Exeuntes (inquit) à monumentis occurrerunt ei, & exclamauerunt. Nouit ergo dæmon statim Christum, & occurrit illi timens, ne si non occurreret, pœna grauiori puniretur ab illo. Argumentum hoc est diuinitatis Christi, quem dæmon vel inuitus adorat, eoque argumẽto vtitur Athanasius lib. de incarnatione Christi, & corporali eius aduentu.

Et exclamans voce magna dixit.

COMMENTARIA.

PRocidenti dæmoni præcepit Christus, vt ab homine exiret; ille vero verbi Christi virtute perculsus, ac dolens de expulsione, grauioraque sibi timens, per hominis illius os voces edit, & exclamat, si forte impetret à Christo, ne nocumẽtum aliquod ei inferat.

ANNOTATIO LIX.

POstquã procidit dæmon ante Christũ, prius q̃ clamaret, Christus præcepit illi, vt exiret ab homine illo. cuius præcepti, ac verborũ Christi virtute dæmon tortus clamare incœpit; & protulit verba q̃ sequuntur. Hoc indicat Euangelista, nam paulo inferius reddens rationem, cur exclamans dæmon dixerit: Quid mihi, & tibi &c. inquit: Præcipiebat. n. spiritui immundo, vt exiret ab homine illo, dicens: Exi spiritus immunde ab homine isto. igit̃ ti causa, cur exclamauerit & dixerit illa verba, fuit, q̃ quia præcepto Christi vrgebat, necesse est præceptũ Christi præcessisse. id ipsum indicat Marcus, immo si verborum vim attendamus, non semel, sed pluries Christus præcepit, & coegit dæmonem exire. Ille aũt preces multiplicabat;

Universidad de Deusto
Biblioteca

cabat: sic enim rem gestam existimo, vt ex Marco, & Luca deducere licet, cum primū dæmon vidit Dominum, occurrit ei, & procidit ante eum: Christus vero illius adorationem spernens, iussit, vt ab homine exiret, quo præcepto dæmon afflictus exclamans dixit: Quid mihi, & tibi Iesu fili Dei Altissimi? venisti ante tempus torquere nos? Cumq; adhuc prosequeretur Christus præcipere, subiunxit dæmon: Obsecro, ne me torqueas. & cum adhuc prosequeretur Christus, ille dicebat: adiuro te per Deum, ne me torqueas, tunc Christus interrogauit, quod illi nomen esset, qui respondit legionem esse: ac adhuc rogans, ne in abyssum detruderetur, sed in porcos abire permitteretur, postremo expulsus est, & inter porcos intrare permissus. Hæc est historiæ series. Illud enim verbum Marci, & Lucæ, scilicet (præcipiebat) non semel tantum, sed pluries indicat Christum præcepisse, nisi velimus dicere, Christum semel præcepisse: at quia in isto præcepto Christus perseuerabat, dæmon multiplicauit preces, ac verba, q̃ quidem probabilissime dici potest, idq; verbum (præcipiebat) indicat, quod non multiplicationem, sed perseuerantiam præcepti indicat. Quæ omnia sic gesta sunt à Christo non virtutis suæ defectu, qui potuit vnico verbo statim expellere dæmones, & mittere in abyssum, sed vt ostenderetur magnitudo miraculi, quæ in eo apparuit. quo manifestum est, quantū ille homo à dæmone possessus est, quantāque vi, & multitudine dæmones in eum intrassent, de qua re paulo infrà plura dicemus.

Quid mihi, & tibi est Iesu fili Dei Altissimi?

COMMENTARIA.

PRimo loco causam exponit dæmon, cur non debeat à Christo expelli; ea autem est, quia nulla ratio id postulat, vt ab eo, quod possidet, priuari debeat, quasi diceret, nihil iuris in me habes: nec enim te læsi, nec quidquam mali intuli, nec cōtra te aliquid commisi, non igitur est, quod mihi nocere velis, quid mihi tecum? Appellat Iesum, & filium Dei altissimi, vt illo humanitatem, hoc diuinitatem eius significet. Fallax est hoc dæmonis argumentum: nam Christus Dominus erat omnium. & sub iure, ac potestate eius erant etiā ipsi dæmones, qui si nō læserant eum, læserāt tamen homines, quorum ille saluator nenerat, de hoc tamen inferius plura dicemus.

ANNOTATIO LX.

MAtthæus historiam de duobus hominibus dæmonia habentibus texens, refert sic dixisse: Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei? Marcus, & Lucas vnius mentionem facientes, dixisse scribunt: Quid mihi, & tibi Iesu fili Dei? Solus autem Lucas addidit (Altissimi.) In his nulla est contrarietas. Singulare enim sub plurali numero claudit, Augustinus autem lib. 2. de consen. Euan. c. 24. Illud (quid nobis) refert ad pluralitatem dæmoniorum, qui erant in homine vno: at vero accommodatius ad duos homines refertur apud Matthæum, qui simul clamauerunt, dicentes. quamuis dæmones per eos loquerentur. De hac phrasi, quid mihi, & tibi, & de agnitione dæmonis, an nouerit filiū Dei esse Christū, diximus supra cap. 4. vbi similia verba referuntur.

De confessione autē hac, sic inquit Hieronymus Matth. 8. Non voluntaria est ista confessio. quam premium sequitur confitentis, sed necessitatis extorsio, quæ cogit inuitos, velut si serui fugitiui post multum temporis dominum suum videant, nihil aliud, nisi de verberibus deprecentur: sic & dæmones Dominum cernentes in terris repente venisse ad iudicandos se venisse credebant. Hæc ille. Notant autē recte Chrysostomus hom. 29. in Matth. & Victor Antioch. Mar. 5. quia qui in naui erant, Christum hominem confessi erant, dicentes: Qualis est hic, prodeunt nunc in medium dæmones, qui illius diuinitatem aperte prodimulgent, vt qui mare fluctuans, & rursum conquiescens non audierunt, dæmones magna id voce clamantes audiant, quod mare per subitam tranquillitatem iam ante clamauerat.

Qualis fuerit dæmonis ista confessio.

Obsecro ne me torqueas.

COMMENTARIA.

SEcundo loco preces interponit, obsecro (inquit) te ne me torqueas, id est, ne præcepti, ac uerbi tui uirtute, ac potentia urgeas, ac premas, compellens me exire ab homine isto; ut enim qui manibus aliquem multum expellit, dolorem incutit; sic uirtus uerbi Christi præcipientis exire dæmonem, torquebat, & affligebat, premebatur etiam dæmon dolore, ac tristitia, ex spoliatione, & eiectione à corpore, in quo habitare summopere cupiebat.

ANNOTATIO LXI.

Quis esset cruciatus, quo dæmō instus exire torquebatur.

ADuerte dæmones multipliciter cruciari. Primo quidem igne illo, quo damnati in æternum torquentur, hic autem cruciatus cōis est omnib. dæmonibus, maior, aut minor pro culpę mensura, sicut in hominibus damnatis fit, nec de hoc est sermo in præsenti; sciebat enim dæmon se nunquam ab hoc cruciatu liberandum, vnde id non petebat à Christo. Secundo cruciabantur dæmones Christi præsentia; latens enim diuinitas in humanitate virtute quadam mirabili illos torquebat, Christique præsentia vexabantur, vt eam ferre non possent, atque de hoc secundo cruciatu Chrysost. hom. 29. in Matth. & Victor Antioch. Mar. 5. hanc sententiam interpretantur, similiter Athanas. lib. de interpretatione psalmorum ad Marcellum in fine. Vrebantur, inquit, dæmones si vel solum præsentem Dominum vidissent, & dicebant: Quæso ne nos ante tempus torqueas. Hęc tamen interpretatio nō videtur accommodata contextui: nam Marcus, & Lucas reddentes causam huius cruciatus, à quo liberari dæmon rogabat, inquiunt: Præcipiebat enim illi exire ab homine. non ergo sola præsentia Christi cruciabatur. Tertio loco idem Victor alios proponit cruciatus, nempe metum, ne in infernū detruderetur, hoc enim vexabatur dæmon hic, cuius sententię est etiam Ambr. in præsenti, quod quidem verum est, tamen nunc non rogat hoc, sed paulo post, quando deprecabatur, ne in abyssum mitteretur. Quarto igitur loco dicendum videtur, dæmonem hunc torqueri vi verborum Christi, præcipientis exire ab homine illo, sentiebat enim in se dolorem incussum virtute Christi, multo grauiorem, quam senserit homo violenter expulsus ab aliquo alio fortiori: angebatur etiam displicentia: nam refugiebat corpus deserere, in quo habitare maxime cupiebat, sicut torquetur homo animo, quando spoliatur eo, quod multum placet: perit igitur, & obsecrat Christum, ne eum torqueat, vim inferēdo ac spoliando illum eo, quod dimittere nollet. Hinc patet causa, cur Christus non statim & sine mora expulerit dæmonem, vti poterat efficere, nempe, vt sic manifestaretur: tum vehemēs desiderium, quo appetunt dæmones hominibus nocere, eosque possidere: tum eorum robur, ac potestas, quibus in homines insurgunt, qui busq; difficile est repugnare: tum etiā virtus verbi Christi dæmonem torquentis, porro eius imperiū, qui illos poterat in abyssum detrudere: demum magnitudo mali hominis illius, in quo dæmonum plurima multitudo simul habitabat.

ANNOTATIO LXII.

Adiura re quid sit, & quib. modis Scriptura sacra accipiatur.

MArcus aliud verbum apposuit in hac eadem sententia: Adiuro (inquit) te per Deum, ne me torqueas. vtrumq; dictū esse, non est ambigendum, nempe obsecro te & adiuro per Deū, ne me torqueas, aut sic repetendo sententiam, postquam enim expertus est precibus, quas narrat Lucas nihil efficere, confugit ad adiurationem dicens, adiuro te per Deum, ne me torqueas, quod narrat Marcus. In cuius sententię explicationem aduerte verbum adiurandi aliter accipi apud profanos auctores, aliter apud Scripturas. Apud illos enim idem est adiurare, quod valde iurare; in Scripturis vero triplicem habet significationem multo diuersam. primo quidē significat idem, quod facere iurare, aut iuramentum ab aliquo exigere, sic habetur Gen. 24. Pone (inquit) manum tuam super femur meum, vt adjurem te per Dominum Deum cœli, id est vt iurare te faciam. Gen. 50. Loquimini ad aures Pharaonis, eo quod pater meus adiurauerit me, id est, fecerit me iurare. Ios. 2. Innoxij erimus à iuramento, quo adiurasti nos, id est, fecisti nos iurare. Sunt multa huiusmodi testimonia. Secundo idem significat, quod maledictionibus subijcere, aut supponere aliquem. sic accipitur primo Reg. c. 14. Adiurauit (inquit) Saul populum, dicens: Maledictus, qui comederit panem vsque ad vesperam, donec vleiscar de inimicis meis. & Num. 5. Adiurabit eam Sacerdos dicens: Si declinasti à viro tuo, atque pollura es, & concubuisti cum altero viro, his maledictionibus subiacebis. In Hebræo est: Adiurabit eam Sacerdos

Universidad de Deusto
Biblioteca

certos adiuratione maledictionis. Idem ergo est, adiurare, quod exigere aliquid ab altero imprecatione maledictionis, si aliter fecerit. Quo sensu accipitur illud Cant. 2. Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas, ceruosq; caprorum, ne suscitetis dilectam, id est, ne venatio caprorum, aut ceruorum succedat vobis pro voto, si suscitaueritis dilectam. loquitur enim de ijs, quæ versabantur in campis ad custodiendos greges, quę venationibus deditę erant, iuxta illud: Virginibus Tyrijs mos est portare pharetram. Tertio modo accipitur pro eo quod est adstringere aliquem ad aliquid dicendum, vel faciendum, aut è contrario ne faciat, siue ne dicat, interponendo diuinam potestatem, cui omnia subduntur. Sic Caiphas Matth. 26. dixit Christo: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus, id est non mea, sed Dei viui potestate, ac auctoritate te adstringo, vt dicas nobis, an sis Christus. similiter Act. 19. quidam adiurarunt dæmones, dicentes: Adiuro vos per Iesum, quem Paulus prædicat. Dicet quispiam quomodo homo potest diuinam potestatem, & auctoritatem interponere? Respondeo id fieri per modum cuiusdam tacitæ conditionis, vt in priori exemplo, sic: Si Deum viuum recognoscis, in hoc ostende, vt dicas si tu es Christus, quasi si non dixeris, reus eris negatæ pietatis, ac veritatis diuinæ. In posteriori autem exemplo sic: Si verus est Christus Iesus, quem Paulus prædicat, & si vera est prædicatio eius, exite à corporibus istis. Hæc veritas inuocata vos adstringat ad id faciendum. his modis hoc verbum adiurandi vsurpatur in sacra Scriptura. In præsenti ergo loco non accipitur primo modo; neque enim dæmones adiurarunt Christum, exigentes vllum iuramentum ab eo, nec etiam secundo modo: nam non imprecabantur ei malum, nec vlli maledictioni subijciebant. Accipitur ergo tertio modo, obstringebant enim eum, quatenus homo erat, diuina potestate interposita, quasi dicerent, si vis iustitiam Dei, eiusque veritatem tueri, ne nos torqueas, neq; expellere tentes, siue contra iustitiam, & veritatem facies si nos torqueas: nam Deus ob peccatum homines nobis tradidit, nostrum dominium vsque ad vltimum diem protraxit: ipsa igitur Dei iustitia, ipsa veritas te obstringat facere, quod rogamus, ac petimus. Hic mihi videtur sensus huius sententiæ: adiuro te per Deum, ne me torqueas. Nec mirum est dæmones impudentes, ac mendaces esse, qui ausi sunt Christum sic adiurare, falsaque dicere: nam Deus quidem propter peccatum, iuste tradidit hominem dæmonis potestati in multis, non quod iniustitia sit ex parte dæmonis, sed quod Deus iuste fecerit, sicut iudex iuste tradit reum in manum tortoris, non quod tortor iuis habeat in reum, vnde potest iuste iudex eripere de manu eius, quando, & quomodo placuerit ipsi: sic Deus, non ergo Christus, qui voluntatem patris faciebat, & qui Deus etiam erat, aliquid fecit contra iustitiam, & veritatē Dei, expellendo dæmones, de qua re plura alibi diximus; hæc autem pro loci huius explicatione satis esse videntur.

ANNOTATIO LXIII.

Verba Matthæi, Venisti ante tempus torquere nos, explicantur.

ADuertendum est Marcum, & Lucam omisisse quandam sententiam, cuius meminit Matthæus, nempe venisti huc ante tempus torquere nos? Quæ sententia præmittitur duabus prædictis, ita vt contextus sit hic: Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei Altissimi? venisti huc ante tempus torquere nos? Obsecro ne me torqueas, adiuro te ne me torqueas; sunt enim istæ sententiæ argumenta, quibus dæmon persuadere Christo conabatur, ne eum torqueret, & à corpore illo expelleret, cæteræ duæ sententiæ explicatæ iam sunt, superest eam, quæ Matthæi est, explicare. Varie autem exponitur à Doctoribus. Primo loco Chrysost. homil. 29. in Matth. existimat esse verba deprecatoria, quibus illi rogant Christum, ne ante tempus torqueantur, fatentur quidem se peccasse, non enim id negare poterant, seque dignos pœna, ac tormento agnoscunt, orant tamen ne ante tempus puniantur. Nam cum se deprehensos scirent esse in perniciosis operibus, quibus omni quo poterant modo creaturæ Christi peruertebant, arbitrabantur Christum nō expectaturum tempus punitionis, sed se ante tempus demergendos ad tormenta pœnarum, id est, ante vltimum diem. Hæc est sententia Chrysostomi. Cui consentit Victor Antioc. Mar. 5. Quæ sic est intelligenda, non quod dæmonibus non sit inflicta pœna ignis æterni, sicut & cæteris damnatis,

tis, sed quod adhuc non sit tota illata, quia recludendi sunt in inferno, ita vt iam inde egredi non liceat; hæc enim reclusio, & incarceratio multis illorum non est inflicta, infligetur autem omnibus in vltimo die iudicij, hanc isti dæmones timebant nunc se subituros propter mala, quæ in homines perpetrabant, adeo Christum deprecantur. Hæc est sententia Chrysost.

Secundo loco Euthymius cōsentit Chrysostom. in omnibus vno dempto, quod non deprecationis, sed cuiusdam defensionis verba esse affirmat, fatebantur quidem se peccasse, & pœna, ac tormento dignos, prætexunt tamen quandā defensionis causam, nempe nondum esse tempus punitionis, vsque ad vniuersalis iudicij diem. Audierant enim ex Prophetis. Christum in vltimo tempore venturum iudicare omnes, & pœnas malis inferre. Hæc est Euthymij explicatio, quæ etiam est Ambrosij in præsenti; inquit enim: Dæmones ante tempus debita sibi tormenta formidant, non prædiuinantes, quæ futura sunt, sed quæ prophetata sunt, recordantes: dixit enim Zacharias cap. 13. Et erit in die illa, dispedet Dominus nomina Idolorum de terra, & non erit vlterius memoria eorum, & spiritum immundum exuram de terra. Docemur ergo, quod non semper erunt dæmones, nec malitia eorum possit esse perpetua. Nunc igitur illam metuentes pœnam aiunt. Venisti ante tempus perdere nos? Hæc Ambr.

Pœna damnatorum triplex, & de qua sit intelligenda sententia prædicta.

Nonnulla mihi dicenda videntur. Primo quidem, pœna essentialis dæmonum, quæ cōsistit in priuatione visionis, ac fruitionis diuinæ, & in tormento ex æterno igne, iam est illata eis ob peccatum in cœlo commissum, cuius causa damnati sunt: quod tormentum maius est & minus pro peccati, ac culpæ ratione; vt enim non fuit eorum æqualis culpa, ita nec æqualis pœna, & tormentum. Hæc autem pœna non augetur propter ea mala, quæ postea committunt, odio habentes Deum, & hominibus nocentes; sunt enim in statu damnationis, in quo sicut non merentur ad præmium, ita nec demerentur ad augumentum pœnæ, quemadmodum hominum damnatorum ob blasphemias, quas semper in Deum proferunt, & pessimam voluntatem, in qua continuo manent, pœna essentialis non augetur. Nec de hac pœna isti cauti Doctores locuti sunt, quam non timebant dæmones infligendam, quia inflicta iam erat, & est à principio eiectionis de cœlo.

Secundo sunt pœnæ quædam aliæ accidentales in dæmonibus, nam dolent, quando quispiam homo conuertitur ad Deum, quando eiiciuntur ipsi à corporibus, & multis alijs de causis, & hæ non sunt oēs perpetuæ, sed modo recedūt, modo eueniunt pro rerum varijs euētibus: in multis enim contingit eos affligi, & torqueri ad tempus. Tertio, incarceratio, & detrusio in infernum pœna est communis omnibus damnatis, hæc tū non est modo omnib. dæmonib. inflicta ob dispensationem quandam Deo sic disponēte ob nostrum exercitium, vt nos per eos exerceamur in bono, donec tempus huius peregrinationis est vsque ad vltimū diem. Quarto, dæmones in hac sententia non loquuntur de hoc tormento, & pœna incarcerationis inferni; nam postea à Christo id petierunt, sed loquuntur de pœna, ac tormento accidentali, expulsionis à corpore humano, & impetu incusso virtute verbi Christi, vt diximus supra. Quinto non sunt verba deprecationis, sed cuiusdam defensionis, & expostulationis, quæ in hoc posita est, quod putabant se nihil pati debere per Christum vsque ad aduentum vltimi diei, in quo decepti sunt; licet enim non essent omnino priuandi à potestate nocendi hominibus vsque ad vltimum tempus, tamen à quibusdam nocumentis inferendis repellendi erāt, & modo per Ecclesiam repelluntur: conquerūntur ergo falso, licet enim ejicerent ab illis hominibus, non tamen eorum potestas omnino, & in vniuersum tolleba tur. Fallaci igitur defensione se tuentur, cumque hæc nihil iuuaret, conuertunt se ad deprecationem, vt refert Lucas, qua non valentes impetrare, quod cupiebant, confugerunt ad adiurationem, vt Marcus narrat. Sicque mihi ista sententia exponenda videtur.

Præcipiebat enim spiritui immundo, vt exiret ab homine.

COMMENTARIA.

CAusam adfert Euangelista, cur dæmon deprecaretur Christum, ne ipsum

ipsum torqueret, ea autem est, quia Christus præcipiebat dæmoni, vt exiret ab homine, virtuteq; ipsius verbi impetum incutiebat illi, ac tormentum, quo cogebatur egredi, qui etiã egressus summopere dæmoni displicebat: affligebatur ergo & dolore incusso virtute Christi, & displicentia egressionis. Dæmonẽ autem appellat spiritum immundum, quia immundus est in se propter peccatum, & causa est immunditiæ inducens homines ad peccandum. Ex hac sententia constat Christum prius præcepisse dæmoni, ut exiret, quam dæmon oraret Christum, ne eum torqueret, ut supra notauimus.

ANNOTATIO LXIV.

MAreus exponit verbum, & præceptũ ipsius Christi quod tale erat, Exi spiritus immunde ab homine isto. Potuisset Christus virtute verbi, sine vlla mora dæmonem expellere: tamen noluit, sed locum dedit illi, vt precibus, adiuratione, ac temporis excusatione vteretur, nonnullaque alia fierent ante exitum, ob causas superius expositas in Annotatione 61.

Multis enim temporibus arripiebat illum.

COMMENTARIA.

ENarrat Euangelista causam, ob quam Dominus immundo spiritui iubebat exire ab homine, quæ quidem erat magnitudo afflictionis hominis istius, quam à dæmone patiebatur; ob hanc enim Christus misertus est eius, liberareque voluit illum, idque indicat particula causalis illa (enim) Arripiebatur igitur homo iste à dæmone multis temporibus, id est, sæpissime vexabatur, & torquebatur à dæmone; non enim dæmon continuo torquet hominem, in quo est, sed certis temporibus, hunc autem frequentissime arripiebat, ac vexabat.

ANNOTATIO LXV.

PAulo superius idem Euangelista de eodem homine dixit eum habuisse dæmonium iam multis temporibus, nunc autem dicit, dæmonem arripere eum multis temporibus, non autem idem sensus est hic, & illic: nam in priori loco sensus est à multis annis seu longo tempore hunc hominem habuisse dæmonium: at in hoc posteriori loco sensus est frequentissime eum arripi, & vexari a dæmonio. vnde Græce non sunt eadem verba, sed in primo loco habetur cum præpositione, & casu gignendi ἐκ χρόνων ἱκανῶν, id est, à temporibus multis, at in secundo est casus dandi sine præpositione scilicet πολλοῖς χρόνοις, temporibus multis, quæ diuersitas locutionis indicat diuersum sensum. Vtramque autem circumstantiam solus Lucas narrat, quasi huius hominis non aũt alterius, cuius Matthæus meminit. Dicitur autẽ dæmon arripere hominem, non quando in eo est, quia continuo habitabat in illo à multo tempore, sed quando eum vexat, torquet, ac membra illius ad opera cogit, & impellit, quæ arreptio non semper erat, sed frequentissime. *Dæmon quando dicatur hominẽ arripere.*

Et vinciebatur catenis, & compedibus custoditus, & ruptis vinculis, agebatur à dæmonio in deserta.

COMMENTARIA.

VIm, ac impetum dæmonij in illum hominem explicat, tenebatur ille catenis, & compedibus vinctus in custodia, i. certo loco, in quo posset ab hominibus necessaria vitæ recipere: at dæmonium ruptis omnibus vinculis impellebat eum in loca deserta, & ab hominum communicatione, & commercio remota, qualia erant deserta, & sepulchra. Similia nũc in multis fieri videbis, ut Chrysostomus, inquit, qui à nitijs ita sunt possessi, ut eos non multitudo hominum, non exhortatio, non terror, non minæ, non aliud quid huiusmodi abducere possit, habitantes in suis voluptatibus, vt sepulchris, priuatos omni sancta cogitatione, velut in deserto. Non est autem permissa

permissa dæmonibus tanta potestas in animas, quãta in corpora; his enim ullum inferre potest, non autem illis, nec aburi tanta potentijs animæ rationalibus, sicut abutitur corporũ membris, ut liber maneat homo in ijs, quæ ad salutem spiritualem necessaria sunt.

ANNOTATIO LXVI.

MAreus eadem explicatius refert, & adhuc plura cumulat, neque inquit, in catenis iam quispiam poterat eum ligare, quoniam sæpe compedibus, & catenis vinctus dirupisset catenas, & cõpedes comminuisset: & nemo poterat eum domare, & semper die, ac nocte in monumentis, & montibus erat, clamans, & concidens se lapidibus. Hæc Marcus. Quæ omnia Matthæus non retulit, quia vt puto loquebatur de duobus. Hæc autem huic vni, cuius Marcus, & Lucas meminere, propria sunt, quæ miserabilem statũ huius hominis indicant, & tamquam causa narrantur, propter quam Christus dignatus est ab eo homine dæmonium expellere, & vt magnitudo miraculi agnoscatur.

Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est?

COMMENTARIA.

REuertitur Euangelista ad historiam, & post preces, ac adiurationem dæmonis, interrogat Dominus nomen eius, qui loquebatur per hominem illum. Dominus quidem multitudinem dæmonum, qui in homine erant, non ignorabat; interrogauit vero, vt cognoscerent qui præsentes erant, in vno homine plurimos dæmones habitare, idque ex eorundem dæmonum responsione. Sic enim miraculi, ac virtutis Christi magnitudo magis patefiebat præsentibus, quàm si Christus ipse illorum multitudinem declarasset; nemo enim aduersariorum poterat opponere Christo, eum vt suũ opus clarificaret, multos in illo fuisse dæmones, finxisse.

At ille dixit: Legio.

COMMENTARIA.

REspondit dæmon per linguam, ac vocem hominis illius, & cũ multi essent in eo homine dæmones, non potuerunt vno proprio nomine respondere, sed communi, & appellatiuo, dicentes se esse legionem, id est, plurimos, non vnum tantum. sumptum est nomen hoc à militia, agmen enim militum legio dicitur.

ANNOTATIO LXVII.

LEgio decem cohortes continet, vnaquæque autem cohors quinquaginta manipulos, singuli autem manipuli viginti quinque milites. Victor Antiochenus Marc. 5. dicit hoc nomine non significari numerum præcisum dæmonum, sed magnam eorum multitudinem. Idem sentit Euthymius, idque insinuant verba Marci; respondit enim dæmõ: Legio mihi nomen est, quia multi sumus. indicans legionem se dici propter multitudinem: non autem ob numerum præcisum, qui ad legionem constituendam concurrit. Si quis tamen affirmaret integram legionem etiam quoad numerum in homine fuisse, non improbabiliter sentiret, idque Ambrosius in præsenti sentire videtur; inquit enim: Non vnõ dæmonio, sed totius legionis laborabat incursu. Probabilius tamen erit affirmare cũ Victore, & Euthymio eo nomine tantum magnam multitudinem indicari. Loquitur autem dæmon in singulari, nomen mihi est, quia vnus erat, qui aliorum nomine loquebatur. *Legio qd sit, et qd hoc loco per eam significetur.*

Quia intrauerant dæmonia multa in eum.

COMMENTARIA.

VErbum est Euangelistæ reddentis causam, cur se esse legionem dæmonium responderit, nimirum quia multa dæmonia in hominem illum intrauerant. Indicat Euangelista nomen legionis multitudinem significare, nõ autem præcisè numerum, quasi tot *Dæmones plures in vno homine posse esse, et quare id Deus permittat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tot essent, quot milites in legione sunt, vti in præcedenti annotatione diximus. Nec est difficile intellectu, multos, & plurimos dæmones simul esse in vno homine, cum enim in corporei sint, locum non occupant, nec replent. Permittit autem Deus plura dæmonia in vnum hominem intrare, vt quod inimici nobis insidientur, animamque decipere studeant, agnoscamus. Atque vt intelligamus, quanta de nobis singulis sit cura Deo, ecce legio dæmoniorum, quæ comminuebat compedes, rumpebat catenas, teneriq; non poterat vinculis, vnum hominem occidere non potuit, non quidem virium, ac potentiæ, nec voluntatis, odijque eorum, sed facultatis defectu, Deo eam propter hominem illis negante.

ANNOTATIO LXVIII.

MArci 5. habetur integra responsio; inquit enim: Legio mihi nomen est, quia multi sumus, vbi notanda est dæmonum obedientia licet inuita: nam causam exprimunt, cur legionem se dixerint, quia nempe multi sumus. nec est contrarium, quod Lucas dicit, non enim referre voluit omnia verba dæmonis, sed ipse causam exposuit, cur legio dicti sint dæmones.

Et rogabant illum, ne imperaret illis, vt in abyssum irent.

COMMENTARIA.

AGnoscentes dæmones Christi voluntatem, & imperium, vt exirent ab homine, nec valentes resistere, rogant ne exeuntes ab homine detrudantur in infernum, sed permittantur adhuc manere in terra, vsque ad tempus præfinitum, nempe vltimum diem. est enim grauissimum dæmonibus detineri carceribus inferni, propter loci horrorem, ac turpitudinem, & propter priuationem opportunitatis nocendi hominibus. Permisit autem Christus dæmonibus non statim egredi ab homine, sed detineri aliquanto tempore, non propter eos, quasi illis rem gratam faciens, sed vt ex eorum confessione constaret hominibus, quanta Christo esset potestas, qui legioni dæmoniorum imperabat, ac eam expellebat, qui dæmones poterat in infernum etiam nolentes, & inuitos mittere.

ANNOTATIO LXIX.

Abyssus quid sit, & quotuplex in Scriptura accipiatur.

AByssus nomen est Græcum apud Hebræos תהום, & teste Augustino lib. 21. contra Faust. cap. vndecimo, est inæstimabilis aquarum profunditas, & in comment. super Psal. 41. Abyssus abyssum inuocat. affirmat abyssum esse profunditatem quandam impenetrabilem, & incomprehensibilem, & maximè dici solere in aquis. Hinc per metaphoram, quæ incomprehensibilia sunt, appellantur abyssus: sic iudicia Dei dicuntur abyssus, & alia multa. Hinc in Scriptura, & maximè in nouo testamento infernus, in quem dæmones omnes conijciendi sunt, & modo multi detinentur, & in quo damnati homines torquentur, dicitur abyssus, quia in profundissimo terræ loco situs est. & sic in Apocalypsi aliquoties appellatur, & in hoc etiam præsenti loco: licet aliquando accipiatur, vt complectatur omnia loca inferiora, in quæ mortuorum animæ descendunt, nempe ipsum etiam purgatorium, & limbum: sic enim accipitur Rom. 10. Quis descendet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis reuocare.

Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte.

COMMENTARIA.

DEscribit Euangelista in eo loco fuisse tunc gregem porcorum magnum, vt sic explicet, & alias dæmonum preces Christo factas, & quid Christus ipse gesserit, quæ statim narrat.

ANNO-

ANNOTATIO LXX.

Concordia Euangelistarum circa superiora verba.

MAtthæus dicit: Erat autem grex porcorum non longe ab illis, scilicet hominibus dæmonium habentibus, & consequenter à Christo, qui cum eis loquebatur, cæteris que adstantibus. Marcus autem narrat gregem fuisse circa montem, id est, prope montem, sed apud montem, quod posset cuipiam videri dissonare à Luca, qui dicit, gregem porcorum pascentium in monte. At reuera nulla est dissonantia; respondetque Augustinus lib. 2. de consensu Euangel. cap. 24. tantam fuisse porcorum multitudinem, vt pars in monte, pars circa montem pasceret; scribit enim Marcus fuisse ad duo millia porcorum. Vtrumque ergo verum est, & quod Marcus, & quod Lucas scribunt.

Et rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi.

COMMENTARIA.

ROgarunt dæmones, vt permitteret eis Christus ingredi in porcos, cum enim hominibus non possent, rebus eorum nocere desiderabant: nam illi porcorum necem non propter ipsos porcos rationis incapaces, sed propter homines, quorum erant, anhelarunt. sicut cum Iob factum est, cuius oues, vt ei noceret diabolus, necauit. tanto odio homines ille prosequitur. Non solum autem nocendi causa, petierunt hoc dæmones, sed etiam tamquam leuiorem pœnam, quasi dicerent, ne nos in abyssum, aut extra regionem expellas, mitte potius in porcos, pœnaque hac esto contentus. Sic enim dictum est apud Matthæum: Si eijcis, mitte nos in porcos, id est, si vis eijcere, mitte potius in porcos, quam in abyssum. notanda est dæmonum restrictio, vt nec in porcos ingredi, nec eis nocere licuerit sine Christi permissione, multo ergo minus in homines ipsos insurgere, nisi Deo permittente.

ANNOTATIO LXXI.

GRegorius lib. 2. Moral. cap. 6. hoc loco probat nihil posse diabolus in homines facere nisi Deo permittente. Expellenda, inquit, de homine legio dicebat: Si eijcis, mitte nos in porcos. qui enim per semetipsum ire in porcos non poterat, quid mirum, si sine auctoris manu sancti Iob domum contingere non valebat? Hæc ille. Matthæus, & Marcus referunt verba dæmonum, quibus id rogabant: nam apud illum habetur: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Apud hunc autem scribitur: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Aduertendum autem est Matthæum, & Lucam prætermisisse quasdam alias preces dæmoniorum: nam post illas, quibus deprecata sunt, ne in abyssum mitterentur, rogarunt ne extra regionem illam eijcerentur. Sic enim scribit Marcus. Et deprecabantur eum multum, ne se expelleret extra regionem. Cupiebant enim non solum in abyssum non ire, sed nec ab ea regione expelli in alias; delectantur enim magis in vno loco, quam in alio occultis de causis: pœna tamen generalis est, ibi libentius dæmones manere, vbi plus nocere temporaliter, & spiritualiter hominib. possunt, ideoque in loca deserta, & hominibus inuia abigi, valde timent. Quidam recentiores existimant extra regionem expelli idem esse, ac extra hunc mundum, & in infernum detrudi, sed sine fundamento id dictum est, cum distinctæ fuerint preces hæ ab illis, & Marcus has explicans dicat, dæmones multum hoc fuisse deprecatos. Non sunt autem dæmones hi omnia deprecati simul, dicentes: ne nos mittas in abyssum, nec extra regionem, sed mitte nos in porcos: Sed seperate singula petierunt; primo ne compellerentur ab homine exire: postea ne in abyssum detruderentur, deinde ne extra regionem, demum vt permitterentur intrare in porcos. Verba enim Marci, & Lucæ sic ista gesta esse indicant; post eorum enim preces nouerunt dæmones, Christum nolle eos in abyssum mittere, licet non ob eorum preces id factum sit; ideo petierunt ne extra regionem, sed in porcos potius intrare permitterentur.

ANNOTATIO LXXII.

Cur dæmones ingressum in porcos

NOtandum est dæmones petijsse ingressum in porcos, sperantes se posse id impetrare à Christo, quia porci erat animalia lege Dei immunda, duplici immunditia:

Universidad de Deusto
Biblioteca

petierit, & quas ob causas illũ non permiserit Christ⁹, nisi prius ipsis rogãtibus.

ditia: vna quidam quoniam in sacrificium Deo offerri prohibita erant: altera, quæ maior est, quoniam lege Dei prohibitum erat vesci carnibus porcinis, quæ immundities omnibus immundis non erat communis; multa enim erant, quæ non licebat sacrificari, tamen vesci eorum carnib. lex non vetabat: at porci vtramque immunditiem habebant; ideirco, vt existimo, sperabant dæmones obtinere quod rogabant, quamuis Christus non ea de causa eis ingressum permiserit, sed ob alias causas, quas in annotat. seq. explicabimus, licet non sit improbabile si quis dixerit, inter alias causas etiam hanc esse ob quas id permisit Christus, scilicet, vt probaret legem Iudæorum legem Dei esse, qui ea animalia occidi permisit, quæ secundum legem immunda erant. Notandum etiam Christum non permisisse dæmones ingredi in porcos, nisi prius illis petentibus: tum vt significaret nobis voluntatem tentandi, & nocendi esse à dæmone; permissionem autem à Deo; ille est qui instigat, & solicitat inferre malũ hominibus, at Deus est qui permittit iuste: de causis, & nobis vtilibus; tum vt illis hominibus minus durum videretur detrimentum porcorum, quod à dæmonibus excogitatum & rogatum videbatur: tum etiam, vt dæmonum mala, & iniqua nocendi voluntas detegeretur. Ambrosius addit aliam: Clemen tiam (inquit) Domini debemus aduertere, quod nullum prius ipse condemnat, sed vnusquisque sibi auctor est pœnæ. Non mittuntur in porcos dæmones, sed ipsi petunt, quia cœlestis luminis claritatem sustinere non poterant, vt qui oculos dolent, radios Solis ferre non possunt, sed tenebrosa eligunt, & splendentia derelinquunt. Hæc ille. Existimat Ambrosius quantum ex verbis his colligere possumus, pœnam fuisse dæmonibus in tam immunda animalia detrudi, sed eam elegerũt, ne in abyssum, aut extra regionem expellerentur, quod est consideratione dignum. quãuis cum hoc fuerit coniuncta intentio nocendi hominibus in ijs, in quibus poterant.

illi petierunt, sed vt in eis diuina virtus manifestaretur, innotesceretque hominibus, quis esse Christus: conuenienter autem permissum est spiritib. immundis intrare in animalia immunda, vt per immunditiam animalium exteriorem, & legalem, quanta sit dæmonum immunditia, & sordities spiritualis, significaretur. Quare autem Christus non tantum eiecerit dæmonia, vt alias fecit, sed in animalia illa intrare permiserit, in Annotione require.

Et permisit illis.

COMMENTARIA.

NOn vt voluntati dæmonum acquiesceret, permisit Christus, quæ

ANNOTATIO LXXIII.

Cur Dominus dæmones in porcos intrare permiserit.

MArcus habet (& cõcessit illis statim) Matthæus autem narrat verbũ Christi concedentis, scilicet (ite) Quod autem apud Marcum dicitur, concessisse, apud Lucam vero permisisse, sensum nõ immutat, & Græce idem est vtrobique verbum, & apud Latinos solet vnum pro altero poni, licet re vera distinguantur: nam bona conceduntur, mala vero permittuntur. Chrysost. hom. 29. in Matth. nonnullas profert rationes, ob quas Dominus in porcos dæmonia intrare permiserit. Prima est, vt indicaret magnitudinem noxæ dæmonum, qui in illo homine habitabant, nempe, quam nocui essent, & pestilentes. secunda vt discamus omnes, nec in sues audere dæmones impetum facere, nisi ipse permittat. Tertia, vt doceret quod dæmonia peiora fecissent in homine, quando in ipso habitabant, nisi diuina prouidentia iuuaretur; qui enim porcis non pepercerunt, quando in eis intrare permissa sunt, grauiora perpetrassent in homine, quem odio habent, nisi Deus vetuisset. Quarta ad ostendendum Deum non in generali tantum, sed etiã in particulari prouidẽtiam habere de singulis; nisi enim hoc esset, fuisset iam ille homo suffocatus à dæmonibus. Quinta, vt omnes, qui regionem illam habitabant, quanta esset virtus Christi, non ignorarent. Vbi enim minus cognoscebatur, ibi miraculis magis effulgebat, vt eos ad cognoscendum deitatem eius attraheret. Hanc rationẽ adducit etiam Hieronymus Matth. 8. Non (inquit) quod concesserit Saluator dæmonibus, quod petebant, sed vt per interfectionem porcorum hominibus salutis occasio præberetur. Pastores

flores enim ista cernentes statim nunciant ciuitati. Hæc ille. Quæ ratio est multum accommodata; sic enim virtus Christi innotuit, & ciuitas tota ad agnoscendum miraculum, potentiamque Christi permota est. Hæc ex Chrysost. Sexta est enam Euthymij Matth. 8. scilicet, vt mors porcorum dæmones ab homine exisse confirmaret. August. tract. 6. in Epist. Ioann. Spiritualem adfert rationem: Certa (inquit) mysterij gratia, & certa dispensatione dimisit dæmones ire in porcos, vt ostenderet diabolum in eis dominari, qui vitium porcorum gerunt. Idem sentit Ambrosius in præsenti; inquit enim: Sic videmus, quia homo ipse sibi auctor est ærumnæ; nam nisi quis porci more vixisset, numquam accepisset in eum Diabolus potestatem, aut si accepisset, non vt perderet, sed vt probaret. Hæc ille. Quidam recentiores non improbabiliter dicunt Dominum etiã voluisse punire Gerasenos, qui cum Israelitæ essent, porcos aluissent, quorum esus lege Dei erat prohibitus. Fuisse autem Gadarenos Israelitas seu Iudæos ex Iosepho deducunt; id tamen incertum est: nam erat ibi multa Gentilium copia.

la intentione, & odio reum iustè puniendum sibi traditum, morte afficeret. Doctrina est Greg. lib. 2. Moral. cap. 6. vbi ponderat diabolum in Scriptura dici spiritum Domini malum; Domini, ob potestatem iustè à Deo ei traditam; malum, ob malam eius intentionem aburentis potestate, recte, ac iustè tradita illi. Hoc idem fit, quoties Deus permittit illi tentare hominem, aut, quid aliud facere. Potestas quidem iuste à Deo datur, & in rectum finem, at ij abuntur sua intentione peruersa.

Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.

COMMENTARIA.

ACcepta facultate intrandi in porcos, celerrime exierunt dæmones ab illo homine, idque denotat particula (ergo) quasi copia facta eis à Christo, immediatè consecutus sit ingressus in porcos, illisque intrantibus totus grex magno impetu abijt in stagnum per præceps, id est, loca præcipita, è quibus præcipitatus est in aquas. Erant enim porci in monte, & propè montem, qui locus erat eminens, & altior stagno à quo grex in aquas proiectus est à dæmonibus, & omnes suffocati sunt. Nota qui in duo millia porcorum talia fecerunt breuissimo tempore, quid non fecissent in vno homine multis diebus, si permissi fuissent? Ex hoc per anagogem intelligere licet, sæpe eos, qui cœno voluptatum voluntur, tradi dæmonibus tentandos, qui eos in præcipitia grauissimorũ scelerum præcipitant, & in æternam damnationem demergunt iuxta illud Roman. 1. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum.

ANNOTATIO LXXIV.

Potestate iustè & in rectum finẽ sibi à Deo data abutũtur dæmones.

ADuertendum est Christum permisisse dæmonibus intrare in porcos longe alia intentione, quam illi petierunt, & intrarunt. Christus enim id permisit recta intentione, in ostensionem malitiæ dæmonum, ac in manifestationem diuinæ virtutis ad illorum hominum vtilitatem, vt diuina agnita virtute in eum crederent, & salutem spiritualem acciperent. At dæmones, vt grauiorem pœnam euaderent, & intentione peruersa, scilicet, vt nocerent, & detrimentum inferrent ex odio, & mala voluntate, quibus prosequuntur homines. Euthymius Matth. 8. adiungit aliud: Studenti (inquit) dæmones porcos occidere, vt horum damno contristati domini gregis, Christum non susciperent, & ita Euangelij prædicatione non susceptæ maximo afficiantur damno. Hæc Euthymius. Potestas igitur iustè data est illis à Christo, at ipsi iusta potestate abusi sunt in detrimentum hominum, mala intentione. Quemadmodum si iudex traderet tortori reum iustè damnatum, vt eum puniret, at is ma-

ANNOTATIO LXXV.

MAtthæus habet. Impetu magno abijt totus grex per præceps in mare, & mortui sunt

Quãdo pro ex-

plicatione prædicentis sẽ tẽsit per pendunt.

tui sunt in aquis. Marcus autem explicans numerum porcorum, atque eos non proprio gressu, sed à dæmonibus agitatos abijsse in mare, inquit: Magno impetu totus grex precipitatus est in mare ad duo millia, & suffocati sunt in mari. Ex duobus igitur his Euangelistis habemus totum gregem suffocatum esse; tanta enim fuit dæmonum malitia, & nocendi voluntas, vt in tam magno porcorum numero, nec vnus fuerit superstes. Nota etiam suffocationem non immediata vi dæmonum factam vti fieri potuit, sed aquis stagni, quo etiam modo suffocati fuissent, si non à dæmonibus, sed alia via præcipitati in stagnum essent. Aduerte potuisse dæmones porcos præcipitare, & suffocare etiam si non intrassent in eorum corpora, at non sic factum est, sed intrarunt in ea, sicut in hominem intrauerant, quod in eorundem ignominiã à Christo permissum est, ideo Euangelistæ eos intrasse in porcos dixerunt. Existimo autem dæmones celerrime præcipitasse, & suffocasse porcos non solum, vt nocerent, sed etiam vt à corporibus illis exirent, in quibus detineri ignominiæ illis videbatur, licet Dominus celerrimam occisionem permiserit, vt virtus eius diuina statim ostenderetur, & quanta esset malitia dæmonum, qui in homine illo erant, innotesceret. Si enim multũ temporis intercessisset, non ita manifestum erat, eosdem dæmones in porcos intrasse, qui in homine fuerant. Aduerte etiam quosdam recentiores existimare stagnum, in quod porci præcipitati sunt, non fuisse stagnum Genesareth, sed aliud longé minus aquarum nocturarum, prope ciuitatem Gadaram existens, cuius meminit Strabo: at his aduersatur Matthæus, qui dicit præcipitatos in mare. Mare autem nõ vocatur in Scripeura, nisi illud Genesareth. aduersatur etiam Hieronymus, qui lib. de locis Hebraicis, affirmat suis temporibus de monstratum fuisse vicum supra mõtem iuxta stagnum Genesareth, in quod porci fuerunt præcipitati.

Pastẽ fugiẽtes nũciant.

nem suam, sed voluit pro nobis pauperem, & humilem vitam hanc agere. At non ita ab huius dominij, & potestatis vsu se cõtinuit, quin aliquando in suæ diuinitatis, ac dominij, quod verè habebat, ostensionem, & in alicuius, quod ad instructionem vtile erat, demonstrationem, potestatem, ac dominium ipsum exerceret, cuius rei exempla aliquot in Scriptura habemus; Matth. 21. ficulneam arescit, quod non vtique fecisset, nisi Dominus esset, qui & eam eradicare, ac comburere poterat. Matth. 21. Inuenietis (inquit) asinam alligatam, & pullum cum ea, soluite, & adducite mihi. Subdens autem, quis auctoritate id faceret (inquit) Si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet. Ioan. 8. Adulteram à pœna legis liberauit. Ioan. 18. passioni proximus fatellitibus præcepit, ne Discipulos comprehenderent; sinite inquit hos abire. in præsenti etiam loco dominos porcis suis prinauit eosque tanquam verus, & absolutus Dominus dæmonibus occidendos tradidit.

ANNOTATIO LXXVI.

Christus vt hõ habuit dominiũ & potestatẽ.

ADuerte Christum etiam vt hominem ex voluntate humanitatis ad Verbum habuisse dominium, & suprematn potestatem in omnes creaturas, non tamen eam plenè exercuit ante mortem, & resurrectionem suam, sed voluit pro nobis pauperem, & humilem vitam hanc agere. At non ita ab huius dominij, & potestatis vsu se cõtinuit, quin aliquando in suæ diuinitatis, ac dominij, quod verè habebat, ostensionem, & in alicuius, quod ad instructionem vtile erat, demonstrationem, potestatem, ac dominium ipsum exerceret, cuius rei exempla aliquot in Scriptura habemus; Matth. 21. ficulneam arescit, quod non vtique fecisset, nisi Dominus esset, qui & eam eradicare, ac comburere poterat. Matth. 21. Inuenietis (inquit) asinam alligatam, & pullum cum ea, soluite, & adducite mihi. Subdens autem, quis auctoritate id faceret (inquit) Si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet. Ioan. 8. Adulteram à pœna legis liberauit. Ioan. 18. passioni proximus fatellitibus præcepit, ne Discipulos comprehenderent; sinite inquit hos abire. in præsenti etiam loco dominos porcis suis prinauit eosque tanquam verus, & absolutus Dominus dæmonibus occidendos tradidit.

Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in villas.

COMMENTARIA.

PAstores gregis tanto spectaculo territi fugerunt, ne forsan & eos pariter dæmones occiderent, & per ciuitatem, & villas renunciarunt perditionem, scilicet porcorum, & hominis à dæmonis liberationem factam per Christum. Erant porci quantum videre est, non vnius, sed multorum dominorum, idcirco pastores, in ciuitatem, & villas abierunt, in quibus illos habitare probabile erat, vt domini singuli, quid suis euenerit porcis, intelligerent. Nota quomodo porcorum iactura Christi notitiam multis defert, & spargit, præponiturque vilitas spiritualis, ac Christi prædicatio malo temporali, perditioni scilicet porcorum.

ANNO-

ANNOTATIO LXXVII.

MAtthæus explicatius inquit: Pastores fugerunt, & venientes in ciuitatem, nunciauerũt hæc omnia, & de his, qui dæmonia habuerant. Marcus autem sic habet: Qui pascebant eos, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Existimo pastores renunciasse omnia, quæ gesta sunt, per ciuitatem, & villas; non tantum ob factimagnitudinem, ac nouitatem, sed etiam vt rationem redderent de proprio munere, scilicet custodia porcorũ; ne si siluissent, eorum negligentiæ porcorum perditio adscriberetur, cogerenturque, aut pœnas dare, aut pro damno satisfacere. Fuga autem hæc pastorum significat, & ab illo loco secessum, & cursum celerrimum ad ciuitatem, & villas: nam adhuc Christo in eo loco existenti, & commoranti, qui de ciuitate, & villis exierunt, occurrere potuerunt, vt paulo inferius dicitur.

Exierunt autem videre quod factũ est, & venerunt ad Iesum.

COMMENTARIA.

MAgnitudo facti, & iactura multis communis, omnes fere pertraxit ad Iesum quod sic factum est; exierunt quidem, vt certiores fierent de eo quod nunciatum fuerat, scilicet porcorum ruina, qua perspecta, conuertunt se ad Christum, eique tota ciuitas venit obuiam, tum ad videndum tam mirandi operis auctorem, tum ad rogandum, vt ab eis recederet, nec in eorum ciuitatem, & villas intraret, vt Euangelista paulo inferius narrat. Calamitates, & ærumnæ sæpe homines ad Deum, ac Christum conuertunt, & attrahunt.

ANNOTATIO LXXVIII.

Series hist. & concordia Euangel. hanc.

MAtthæus inquit sic: Ecce tota ciuitas venit obuiam Iesu. Marcus autẽ idem dicit quod Lucas. Horum seriem existimo sic se habuisse, audientes Gerasæni à pastoribus, quæ gesta sunt, exierant omnes, vt ea oculis perspicerent, & ante omnia de facto certiores facti sunt, spectantes porcorum iacturam; apparebant enim omnes in aquis suffocati; post hæc obuiam venerunt Domino. illud Matthæus, hoc Marcus, & Lucas scribunt; oportebat enim prius facti notitiam habere, quam ad Iesum venire, priusque ruina porcorum apparuit, quàm Iesus; illam de longe prospicere poterant, præ porcorum multitudine, quæ magnam maris partem occupabat.

Et inuenerunt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes eius.

COMMENTARIA.

CVm Domino Gerasæni accesserunt, inuenerunt hominem illum, quem prius dæmonio vexatum, ac furentem nouerant, sedentem ad pedes Iesu, vestitum iam, & sanę mentis, non vt ante, sedebat ille non quasi post grauem, & diuturnam dæmonum afflictionem defessus, cum à Christo Saluatore integras recepisset vires, & robur; sed quasi mansuetus, omni iam sæuitia deposita, qua in omnes per viam transeuntes, prius insilire solebat. quando Gerasæni venerunt, credibile omnino est hominem genu flexo gratias iam egisse, honoremque debitum Christo persoluisse, iussumque à Christo sedere, ille vero præ humilitate ac reuerentia, & vt suum liberatorem omnibus venientibus indicaret, iuxta Christi pedes sedebat.

Et timuerunt.

COMMENTARIA.

VIdentes hominem illum sanum ad pedes Iesu, crediderunt Christum eum liberasse, ac dæmonia in porcos misisse, & timuerunt, non tam timore reuerentiæ, quam mundano, ne scilicet à Christo simile aliquid, aut grauius in aliis rebus, aut personis proprijs paterentur, pluresque potuit apud eos iactura porcorum ad ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pellendum à se Christum, quam liberatio hominis à dæmonijs ad illum suscipiendum, magisque timuerunt porcorum occiforem, quàm dilexerunt hominum Saluatorem, ideo nec cum recipere, nec audire meruerunt. Prætulerunt enim temporalia spiritualibus.

Nunciauerunt autem illis, & qui viderant, quomodo sanus factus esset à legione.

COMMENTARIA.

ACcessit testimonium eorum, qui miraculo interfuerunt, ac rem ipsam viderunt, qui retulerunt ijs, qui venerant de ciuitate, & villis, quomodo scilicet ille homo à legione dæmoniorum liberatus fuit à Christo, quod confirmauit eos, vt omnino crederent IESVM esse auctorem sanitatis hominis, & perditionis porcorum. Particula (&) loco (etiam) posita est, augetque sensum, nimirum vltra pastores, qui primò nunciauerunt, etiam ij, qui audierant, & viderant, quando Christus dæmonia eiecit, testimonium reddiderunt, quod quidem timorem illorum auxit, & induxit eos, vt facerent, quod sequenti sententia explicatur.

ANNOTATIO LXXIX.

MArcus plura hos narrasse scribit; inquit enim sic. Narrauerunt illis qui viderant, qualiter factum esset ei, qui dæmonium habuerat, & de porcis, quasi diceret, narrauerunt omnia distincte, quæ fecit, & dixit Christus, & quæ dæmonia dixerint, & vno verbo historiam totam.

Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, vt discederet ab ipsis; quia magno timore tenebantur.

COMMENTARIA.

ETsi de iactura porcorum non parum dolebant, non tamen audent nec verbum quidem asperum proferre, sed precibus contendunt, vt à regione eorum discederet, timore enim magno tenebantur, ne ex eius præsentia aliquod aliud simile, aut grauius malum paterentur, ac velut phrenetici medicum salutis æternæ à se repellunt. qui etiam timor effecit, ne quidquam contra eum durius facere, aut loqui tentarent. Hinc discimus quantum erremus in dignoscendis ijs, quæ ad nos pertinent: sæpe enim noxia putamus vtilia, & è contrario, quæ vtilia sunt, noxia, uerumque illud esse comprobatur Rom. 8. Quid oremus sicut oportet nescimus.

ANNOTATIO LXXX.

ADuerte illud (quia magno timore tenebantur) duplicem sensum posse admittere. Prior est, vt sit verbum Euangelistæ solius, reddentis causam cur illi rogauerunt Christum, vt discederet. Posterior est, vt sit verbum Euangelistæ narrantis, quod illi Christo dixerunt, quasi Geraseni rogarent Christum, vt discederet, adducentes causam, quia ille erat eis causa magni timoris. Prior sensus est accommodatior. Aduerte præterea Hieronymus Matth. 8. existimare præ humilitate Gerasenos Christum noluisse recipere. Verba ipsius sunt hæc: Quod rogant, vt transeat à finibus eorum, non de superbia hoc faciunt, vt nonnulli arbitrantur, sed de humilitate, qua se præsentia Domini indignos iudicabant, sicut & Petrus in captura piscium ex-clamans ad genua Saluatoris ait; Exi à me Domine, quia vir peccator sum. Hæc ille. Chrysostomus vero homil. 29. in Matth. adscribit ingratitudini: Clementiam (inquit) Christi considera: nam cum à regione sua, quia hæc miracula viderunt, eum ingrati abigerent, non repugnauit, sed cessit. Hæc ille. Ex his constat Chrysostomum non humiliati, sed vitio tribuere preces Gerasenorum, quibus Christum recedere rogarunt. Et mihi ita videtur, verbaqs Lucæ aperte causam indicant, quam Matthæus prætermisit, quia, inquit, magno timore tenebantur, qui timor exortus est ex iactura porcorum à dæmonib. expulsis per Chri-

Superiùs sententia magistde clara-uerunt cur.

Christum; timuerunt enim sibi aliquam aliam noxam, ac iacturam à Christo, si ibi permansisset; & cum vi eum expellere non ausi essent precibus egerunt, vt recederet. Timori ergo inundano adscribendæ sunt preces, & quidem vitiosæ, & reprehensibili, quia prætulerunt temporalia spiritualibus, & quia debuerant potius sperare bonum, quàm timere malum. Solent etiam nunc nonnulli similitudine quadam abigere viros spirituales, ac recta consilia dantes, ne ab eis impediantur facere malum, quod placet, aut cogantur ea dimittere, quæ cupiunt. Non fuit talis timor Petri, hic enim ex reuerentia, humilitate, ac propriæ abiectionis agnitione processit, idcirco à Domino magnam obtinuit promissionem: Gerasenis aliud longe diuersum euenit: nam Christus corporalem suam præsentiam ab eis abstulit iterum transfretando, vt statim Euangelista narrat.

Ipse autem ascendens nauim reuersus est.

COMMENTARIA.

ANnuit Christus Gerasenorũ precibus, & iterum nauim ascendẽs, à qua paulo ante descenderat, reuersus est in Galilæam.

ANNOTATIO LXXXI.

Quamobrem Christus à Gerasenis discesserit.

CVr Dominus noluerit apud Gerasenos manere, nec ipsis prædicauerit, sed precibus eorum cœci annuens discesserit, non immerito quispiam causam exquiret. Ambrosius in præsenti infirmitati illorum adscribit, quasi incapaces essent Dei suscipiendi, sic enim, inquit; Infirma mens non capit Dei verbum, nec potest pondus sustinere sapientiæ; fatiscit, & soluitur; & ideo diu molestus non fuit, sed recessit, & regressus est. Hæc ille. Euthymius Matth. 8. illorum indigoitati tribuit. Paruit (inquit) Christus, quia digni non erant eius doctrina. Neutra harum causarum videtur adæquata: nam multis in Iudæa, & Galilæa Christus prædicauit, apud eosque mansit, qui infirmi, & incapaces erant, & inter multa huius rei testimonia satis apertum est, quod ante tractauimus de parabolis, quas illi non intellexerunt. & Ioan. 6. prædicauit, de sua carne, & sanguine in cibum & potum dandi, quam doctrinam auditores non perceperunt. Causa etiam hęc parum valebat apud Christum, qui poterat dare intellectum, ac capacem facere. Quod autem ad dignitatem spectat, non est alicuius momenti, nam plurimis indignissimus Christus sua benignitate, ac clementia doctrinam veritatis aperuit. Existimo ergo causas huius rei accommodatas esse alias duas. Vna est, quia Geraseni aut omnes, aut maxima pars erant Gentiles: licet enim ea pars terræ ad tribum Gad pertineret, tamen Christi tempore Gentilibus erat plena: cum autem Christus non fuerit missus ad prædicandum illis, sed Iudæis, vt ipse testatus est Matth. 15. Non (inquit) sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. & ipse mittens Discipulos ad prædicandum præcepit eis, dicens; In viam Gentium non abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed ite potius ad oues, quæ perierunt domus Israel. Matthæi 10. Hac de causa nec ipse prædicauit, nec intrauit in ciuitatem Gerasenorum. Altera causa est ad ostendendum Euangelium non esse prædicandum inuitis, & nolentibus, nec cogendos infideles ad prædicationem suscipiendam, iuxta præceptum ipsius Domini Discipulis datum Luc. 10. In quamcumque ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas eius dicite: Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos: veruntamen hoc scitote, quia appropinquauit Regnum Dei. Hoc Christus fecit, ipso facto regnum Dei annũciauit, eiectis dæmonijs, & liberatis hominibus: cum vero non susceperint eum, rogantes, vt discederet à finibus eorum, recessit. Non autem ita recessit, quin relinqueret, qui annunciaret verbum Dei, ipsum nempe à dæmonijs liberatum, vt infra dicemus. Hæc videntur mihi causæ, cur Christus noluerit prædicare per se.

Et rogabat illum vir, à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset.

COMMENTARIA.

GRatitudinis, & timoris hoc fuit: nam beneficium tantum voluit recum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

recompensare sequela. timuit etiam ne si sine Christo inuentus esset, iterum à dæmonibus vexaretur. Ad conciliandos animos mirum in modum prosunt beneficia. ecce homo hic à dæmonum vexatione ereptus, rogat cum Christo esse; Geraseni vero, qui sibi detrimentum videbantur accepisse, contrarium petunt; rogant enim, vt à finibus eorum recedat.

ANNOTATIO LXXXII.

MArcus sic habet: Cum ascenderet nauim, cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt esset cum illo. Matthæus nullam huius rei fecit mentionem, aut quia non omnia singuli Euangelistæ referunt, aut quia de duobus à dæmonibus liberatis loquebatur, quorum forsan vnus tantum hoc rogauit. Euthymius in præsenti has hominis preces ad gratitudinem, & timorem retulit, vt in commentario dictum est.

Dimisit autem eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus.

COMMENTARIA.

NOluit Christus acceptare sequelam hominis, causamque exhibuit: Redi, (inquit) in domum tuam, & narra omnia, quæ facta sunt tibi à Deo, quasi diceret, rem gratiorem mihi facies, si prædices tuis miraculum, quod tecum gestum est, in fidemque nominis mei adducas eos; opera enim mea, quæ ego facio, in hoc tendunt, vt mundus agnoscat me verum Dei filium, ac Saluatorem hominum, quotum salus, ac vita æterna in eo posita est: tui nolunt me recipere, rogant, vt recedam, mane ergo tu quasi Apostolus meus, annuncia opera mea, vt sic me agnoscant, ac credant in me. Tacitè timorem hominis expellit, securumque facit, non amplius à dæmonibus vexandum; sed vt etiam Deum esse ostendit; si enim ille iubetur annunciare, quæ illi fecit Deus, ac Christus est, qui talia fecit, igitur Christus est Deus, quod & homo ille intelligès prædicabat, quanta illi fecisset Iesus, vt infra dicitur.

ANNOTATIO LXXXIII.

MArcus sic habet; Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. Euthymius in præsenti notat, non esse dictum: Quanta ubi fecerim, sed, Quanta tibi fecerit Deus, vt Patri miraculum adscriberet, docereturque nos, vt egregia virtutum opera Deo tribuamus. Ego potius existimo sic dictum esse, vt se Deum esse insinuaret; in diuinitatis enim suę ostensionem miracula faciebat, vt scilicet crederetur Deus. Chrysost. hom. 29. in Matth. rectè notat Christi clementiam: nam cum illi abigerent eum, non repugnauit, & reliquit Doctores subulcos, seu pastores gregis; reliquit etiam metum ipsum recentem, ac vigentem: nam magnitudo damni, & porcorum iactura signi famam augebant, & res, quæ acciderat, animum ipsorum perculit, & vndique miraculi nouitas prædicabatur, & ab ijs qui liberati erat à dæmonijs, & à porcorum dominis, & à gregis pastoribus. Hæc ille. Ambrosius in presenti duas profert causas, ob quas Christus non admiserit secum hominem hunc, scilicet ob euitandam iactantiam, & vtille in fidelibus prædicaret Christum. Quarum posterior legitima est, & Euangelio accommodata. prior est minus probabilis. Spiritualem autem doctrinam egregiam ex hoc loco colligit Gregor. lib. 2. moral. cap. 17. probans prius actiuæ vitæ opera exercenda, quam contemplationi vacandum. Hinc (inquit) est, quod is, quem legio dæmonum Domino iubente dereliquit, ad Saluatoris sui pedes residet. Verba doctrinæ percipit, & de regione sua simul discedere cum salutis auctore concipiscit, sed tamen & ipsa, quæ salutem contulit, veritas dicit: Reuertere primum in domum tuam, & narra, quanta fecerit tibi Deus. Cum enim quamlibet parum de diuina cognitione percipimus, redire ad humana iam nolumus, & proximorum necessi-

Liberatũ à legione dæmonum, cur secũm ire Christus non permiserit.

tatibus onerari recusamus, quietem contemplationis quærimus, nihilq; aliud, nisi hoc, quod sine labore reficit animum, amamus, sed sanatos nos veritas ad domum mittit, narrare, quæ nobiscum acta sunt, præcipit, vt videlicet mens prius desudet in opere, & postmodum refici debeat per contemplationem. Hæc ille.

Et abijt per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus.

COMMENTARIA.

GRatus homo obediuit benefactori, & per vniuersam ciuitatem prædicauit insigne opus à Christo cum eo factum. Si Christus præcipit homini, vt annunciaret, quanta illi fecerit Deus; ille vero prædicauit, quanta ei fecerit Iesus, consequitur Iesum Deum esse.

ANNOTATIO LXXXIV.

MArcus sic habet: Abijt, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta fecisset sibi Iesus, & omnes mirabantur. Illa regio tota, in qua erat terra Gerasenorum, dicebatur Decapolis, insinuatque Marcus, non in ciuitate sola sua hominem illum prædicasse Christi nomen, & miraculum, sed etiam per regionem illam, nec sine fructu: nam qui audiebant, in admirationem redigebat; non enim factum negari poterat: nam homo ille notissimus erat ex tã diuturna, & sæua dæmonum agitatione, ac vexatione, vt supra dictum est. Totam hanc historiam Augustinus lib. 2. quæst. Euang. cap. 13. spiritualiter interpretatur. multa etiam ad mores, & ad significationem spectantia considerant Chrysost. hom. 29. in Matth. Hilar. can. 8. & Ambros. in præsenti, quæ, qui voler, in eis leget.

Factum est autem, cum rediisset Iesus, excepit illum turba; erant enim omnes expectantes eum.

COMMENTARIA.

INterim dum hæc geruntur, turba, quæ erat in Galilæa ad alteram partem maris, à qua Christus transfretauerat in regionem Gerasenorum. expectabat eum, sciens cito rediturum. cum ergo redijsset, lætanter ab illa exceptus est; erat enim multum de ea bene meritus, nouaque ab illo beneficia sperabat.

Et ecce venit vir cui nomen Iairus.

COMMENTARIA.

DEscribit Lucas duo miracula, quę Christus fecit, postquam redijt à Gerasenis, non quidem eodem die, sed aliquot post; prius enim aliqua alia gessit, quæ Matthæus, immo Marcus, & Lucas alijs in locis ordine non seruato retulerunt. Particula (ecce) qualitatem hominis accedentis indicat; erat enim ex præcipuis Iudæorum, vt statim Euangelista significat, nomenque notat, quia erat homo tunc temporis valde notus, quod ad miraculi probationem magis facit.

ANNOTATIO LXXXV.

QVamuis Marcus, & Lucas hoc miraculum narrent coniunctum transfretationi ex Gerasenis; tamen non sic intelligendum est, quasi immediate post reditum illum sit factum: nam prius gesta sunt paralytici curatio, Matthæi vocatio, disputatio de ieunio Discipulorum, post quæ iuxta mare effectum est, quod nunc Marcus, & Lucas scribunt. Matthæus autem ordinem, ac seriem gestorum obseruans illa tria prius retulit, vt auctor est Augustinus lib. 2. de consen. Euangelist. cap. 25. 26. 27. 28. Marcus vero & Lucas illa quidem tria etiam descripserunt, ordine tamen non seruato. Marcus cap. 2. Lucas vero cap. 5. Vterque autem nomen hominis expressit. Matthæus autem prætermisit. Esse autem eundem hominem, qui nunc Iairus dicitur, cum eo, qui à Marco, & Matth. cap. 9. narratur, communis Doctorum sententia, & rei series probant. quidam autem recentior suspecti nominis absque fundamento distinguit eum, cuius Matthæus, ab illo, cuius Marcus, & Lucas meminere.

Series & ordo Euangelistarum in hac historia narranda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Victor Antiochenus Mar.5.inquit. Patris puellæ nomen propter Iudæos editur, qui quod acciderat, compertum habebant, quo nimirum nomen ipsum miraculo, quod factum fuerat, sito postea tempore testimonium perhibeat. Hæc ille. quod in commentario notauimus.

Et ipse princeps Synagogæ erat.

COMMENTARIA.

COnditio hominis notatur, licet vnum esset tantum templum, in quo sacrificare licebat, idque esset in Hierusalem; tamen per totam terram promissionis erant varia loca, in qua Iudæi orandi, faciunique Scripturam interpretandi causa cõueniebant, quæ Synagogæ appellabantur: præsidebant autem singulis Synagogis quidam, qui Principes dicebantur, quorum hic erat vnus. notatur autem ab Euangelistis conditio personæ, vt significent, ex peritis, ac primatibus aliquot Christum fuisse confessos, & non solos homines de plebe.

ANNOTATIO LXXXVI.

MAtthæus: Ecce, inquit, Princeps vnus accessit. Marcus autem habet: Et venit vnus de Archisynagogis nomine Iairus. Aduerte autem Matthæum rerum gestarum ordinem seruatem notasse tempus. Hæc, inquit, eo loquente, nimirum de ieiunio Discipulorum post vocationem Matthæi facto; Ecce vnus princeps accessit. quod argumento est, hoc miraculum de filia Archisynagogi non esse immediate gestum post transfretationem, vt diximus in annotatione præcedenti, sed illa tria ibi narrata interceßisse distinctis diebus ab eo, in quo hoc gestum est.

Et cecidit ad pedes Iesu, rogans eum.

COMMENTARIA.

VEnerabatur eum, cuius opera, ac virtute, non qualicumque, sed diuina indigebat, ac veneratione, simul & rogatu impetrare, quæ petebat, sperabat. Prostratio ad Christi pedes diuinã virtutem Christi significabat, quam ille intus corde credebat; opus enim, quod rogabat, diuina sola virtute fieri poterat.

ANNOTATIO LXXXVII.

MAtthæus non expressit modum venerationis, sed cultum adorabat eum. Marcus vero indicauit, Procidit (inquit) ad pedes eius. Hoc idem habet Lucas. Precem non meminit Matthæus sed Marcus, & Lucas. at vero Marcus magis explicuit. Deprecabatur (inquit) eum multũ. Quamuis autem iste Archisynagogus diuinam in Christo virtutem confessus sit, non tamen Deum esse credebat, vt ex eius petitione constat. vnde hæc ad pedes prostratio non est argumentum, illum credidisse Christum esse Deum: nam solebat etiam fieri cum hominibus, nempe cum Regibus, Prophetis, & alijs præcipuis. sic etiam nunc Iairus procidit ad pedes Iesu, quasi magni cuiusdam Prophetæ, & diuinam habentis virtutem.

Archisynagogus Christũ Deũ esse non credebat, & uis in ipso diuinam virtutẽ fuisse arbitrabatur.

Vt intraret in domum eius.

COMMENTARIA.

ECce quid rogat, vt in domum eius intret, & sanet filiam. Si vir iste Christum Deum credidisset, non rogasset ingressum in domum, ac manuum impositionem ad sanandam filiam: nemo enim dubitare poterat Deum etiam sine his circumstantijs potuisse sanitatem, ac vitam conferre.

ANNOTATIO LXXXVIII.

MAtthæus, & Marcus narrant non petijsse tantum, vt veniret Christus, sed etiam, vt imponeret manum suam super filiam eius, vt salua esset, quod magis indicat paruam fidem Archisynagogi nondum credentis esse Deum; si enim Deus creditus fuisset ab illo, vtique talia adminicula ad sanitatem conferendam non petijsset, cum sola voluntate sanare potuisset. Recte ergo Chrysostomus homilia 32. in Matth. Vide (inquit) ruditatem Archisynagogi, duo postulat, & quod Christus veniat, & quod manus super puellam imponat.

imponat. Victor etiã Antiochenus Mar.5. Ecce (inquit) Princeps Synagogæ non tam fide ad demerendam medici gratiam instructus, quam lethali filiæ morbo compulsus, præsidij causa ad Iesum venit.

Quia vnica filia erat ei fere annorum duodecim; & hæc moriebatur.

COMMENTARIA.

EXponit Euangelista causam, cur Archisynagogus peteret, vt in domum eius Christus intraret, quia (inquit) vnicam filiam habebat ætatis annorum fere duodecim, quæ erat in extremis, seu animam ageoat, rogabat autem Christum, vt veniens eam sanaret.

ANNOT. LXXXIX.

MAtthæus verba ipsius Archisynagogi rogantis refert. Filia (inquit) mea modo defuncta est, sed veni impone manum tuam super eam, & viuet. Marcus etiam verba eius narrat: Filia (inquit) mea in extremis est, veni, impone manum tuã super eam, vt salua sit, & viuat. Lucas eadem cum Marco dicit, hoc excepto, quod nõ induxit Archisynagogum loquentem, sed quæ ille dixit, ipse historiam texens narrat. Solus Lucas meminit ætatis, erat (inquit) fere annorum duodecim. Occurrit autem difficultas, & dubitatio non parua, quomodo Matthæus scribat, Archisynagogum dixisse, filia mea modo defuncta est: Marcus autem, & Lucas in extremis est, cum hæc cõtraria videantur; si enim in extremis erat, adhuc viuebat, non igitur mortua erat. Varij sunt modi huius soluendæ difficultatis. Primo quidem loco Chrysost. hom. 32. in Matth. quod etiam refert Euthymius Matth. 9. affirmat, quando Archisynagogus domo egressus est, filiam nondum mortuam esse, quia suspicabatur mortuam esse, aut quia dolorem suum amplificabat: solent enim, qui rogant, suas ærumnas amplificare. At vero hæc solutio nõ tollit difficultatem: nã si dixit filiam mortuã esse, quomodo conuenire potest cum Marco referente illum dixisse, filiam in extremis esse? Secũdo loco August. lib. 2. de consensu Euangelistarum c. 28. & Beda in præsenti asserunt Archisynagogum dixisse filiam suam in extremis esse, quod Marcus, & Lucas referunt: at mente existimasse mortuam esse, & hoc dicit Matthæus. At nec hæc solutio tollit difficultatem: nam Matthæus affirmat illum dixisse filiã mortuam, & nõ tantum credidisse. Tertio loco Victor Antiochenus Mar. 5. respõdet Matthæum breuitati studuisse, & quia vere filia mortua erat, ideireo mortuam affirmauit, per hoc significans etiam in extremis fuisse. Hæc vero solutio nihil diminuit de difficultate: nam Matthæus narrat Archisynagogum dixisse, mortuam esse filiam, Marcus vero, & Lucas referunt dixisse esse in extremis. non ergo Euangelistæ à se dicunt hæc, sed referunt tamquam dicta ab Archisynagogo. Quarto loco quidam recentiores dicunt Matthæum incœpisse à tempore, quando nuncij venerunt ad Archisynagogum: tunc autem puella mortua erat. Hæc vero solutio nonnullam habet probabilitatem. tam omnes tres Euangelistæ loquuntur de tempore, quando primo Archisynagogus accessit rogans Iesum. Quinto loco Euthym. Matth. 9. affert vtrumq; dixisse, nempe filiam in extremis & mortuam esse, sicq; nullam esse discordiam inter Euangelistas, sed vnum à Matthæo, alterum à Marco, & Luca relatum: vtrumq; autem esse verum. Atque hæc sententia mihi omnium accommodatissima videtur. Existimo enim sic se rem totam habuisse. puella in extremis erat, quando Archisynagogus domo sua egressus est ad Christũ, quando autem accessit, quia facilè fieri poterat, vt iam tunc mortua esset, vt veritatem Christo proponeret, dixit, filia mea in extremis est, aut modo est mortua. Adiecit illud (modo) indicans tempus, quando loquebatur cum Domino; Veni (inquit) & impone manum tuam, & salua erit, & viuet. Matthæus ergo, Marcus, & Lucas simul totam rem narrarunt, ita tamen, vt vnus vnam partem, alij alteram retulerint, nulla tamen in his sit dissonantia, aut contrarietas.

Concordia Euangelistarum.

Et contigit dum iret, à turbis comprimebatur.

COMMENTARIA.

ANnuit Christus precibus Archisynagogi, ibatque cum illo in domum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum eius ad sanandam puellam, Matthæus addit eum eo etiam Discipulos iuisse. Marcus adiicit etiam multam turbam secutam esse. Dum autem iret, præ multitudine à turba eum te cum illo comprimebatur, seu coarctabatur. Euangelista huius compressionis meminit, quia eius occasione mulier, cuius sequens historia texitur, accessisse retrò latenterq; tangere Christum ausa est. Sequebantur autē multi Christum, tum doctrinæ audiendæ desiderio, tum voluntate recipiendi sanitatem, tum etiam cupiditate videndi mirabilia quę operabatur. Plurimos autem nunc conuenisse probabile est, accessu Archisynagogi moti, quem sciebant filiæ sanitatem impetrare velle. Verbum contigit, non habetur Græcè, sed sic (inter eundem turbæ comprimebant eum.)

Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari.

COMMENTARIA.

DEscribit Euangelista qualitatē personæ, vt manifestet miraculum, quod Christus fecit in via, dum ad filiam Archisynagogi sanandā iret. Notatur ergo primo sexus: Erat (inquit) mulier quædam, vt similitudo vtriusq; miraculi significetur: Christus enim sanaturus fœminam, prius alteram fœminam sanauit, qua re mysterium indicatur. Secundo notatur grauitas morbi, fluxum enim sanguinis patiebatur, quo miraculum magis commendatur. Notatur tertio diuturnitas, & antiquitas morbi, erat enim ab annis duodecim, quo quidem magnitudo miraculi comprobatur. Notatur quarto difficultas sanationis, à nullo namque medico sanari potuit, licet medicamentis omnibus adhibitis: mulier enim hæc totam substantiam erogauerat in his adhibendis. Marcus addit multa fuisse perpessam à compluribus medicis, illamque non solum non esse sanatam, sed etiam deterius se habuisse. Quæ omnia ostendunt tanto insignius esse miraculum; tantoq; magis virtus diuina agnoscitur, quāto minus naturalis virtus subuenire valuit; eoq; opportunius, quo facultates mulieris magis erant exhaustæ; nihil enim iam erogandum supererat. Hic erat status mulieris, quæ Domino accessisse describitur.

Accessit retro.

COMMENTARIA.

NOn ausa est palam Christo accedere, sed latenter, & retrò, quia secundum legem immundam se esse sciebat, timebatque ne à Christo repelleretur. Nondum enim perfectè de Christo sentiebat, quem se latere posse existimabat: agnoscebat quidem Christi virtutem, quem, quod medicorum nemo præstare medicamentis pluribus adhibitis poterat, vel vestimenti tactu posse efficere credebat, eaque fides laudem habuit à Christo, tamen nōdum eo perfectionis peruenerat, vt nihil eum ignorare, nullaque legis immunditia affici posse intelligeret, ideirco retro accessit.

ANNOTATIO XC.

MArcus refert mulierem hanc prius audisse de Christo, Cum audisset (inquit) de Iesv, id est, cum miranda opera Christi in sanitatibus conferendis, morbisque depellendis ad eius aures peruenissent, concepit fidem, ac spem recipiendi ab eo sanitatem, quam multitudo medicorum longo tempore præstare non potuerat, ideoque accessit. Addit etiam Marcus illam venisse in turba, quasi vellet multitudine turbæ se occultare, ac latere: arbitrabatur enim Christum à multis compressum non discreturum eius tactum, & accessum, quod, vt diximus in commentario, imperfectæ fuit fidei, idque Chry-

Chrysost. hom. 32. in Matthæum notauit, dicens: Nondum ipsa recte de Christo sentiebat, ac ideo arbitrata est facile ipsum posse celare. Affirmat etiam ibidem Chrysost. causam, cur latere voluit, fuisse erubescentiam, ob immunditiam legis, quia immundam se agnoscebat; quod quidē quantum ad immunditiam verum est; constat enim id ex Leuit. 15. eamque similiter causam fuisse puto, & Chrysostomo consentio: tamen mihi videtur non ex sola erubescentia, sed simul ex quadam diffidentia factum, dubitabat enim ne Christus eam tamquam immundam refutaret, nec accedere passus esset: omnes enim tactum immundi abhorrebant.

Et tetigit fimbriā vestimenti eius.

COMMENTARIA.

MAgna fides mulieris in hoc fuit, quod credebat, si vel extremitatem vestimenti Christi tangeret, sanitatem statim se recepturam, cur autem fimbriam vestimenti tetigerit, in Annotatione requite.

ANNOTATIO XCI.

Quid sit fimbria, & cur retigerit fimbriā solā vestimēti Xpi mulier sanguinis fluxū patiens.

FImbriæ erant vittæ quædam hiacynthini coloris, quas Deus præcepit vestimentorum angulis cum à parte anteriori, quam à posteriori apponi in memoriam mandatorum Domini, vt legimus Num. 15. quo exteriori signo Iudæi agnoscebantur à cæteris q; nationibus distinguebantur. cur autem mulier hæc non Christum, aut vestimentum eius tetigerit, sed fimbriā solam, non immerito quispiam inquiret. Existimo autem quatuor causas huius rei esse posse. Vna est culmus Dei, nam, vt ex loco citato constat, fimbriæ erāt insutæ ruti à Deo, & quasi quædā signa religionis, qui enim eis vtebantur, profitebantur se esse Iudæos, & vnius Dei religionē amplecti. Mulier ergo ista adhuc imperfecta in fide arbitrata est per hanc partē quasi sacram se posse virtutē Christi magis participare. Altera causa est reuerentia, mihi enim probabile visum est illo tunc temporis, quando aliquis inter eos insignis sanctitate credebatur, cæteros solitos fimbrias vestimenti eius tigere, quod deduceter ex loco Zachar. 8. vbi dicitur, Apprehendent fimbria viri Iudæi, quam ob causam Matth. 14. multi rogabāt Christum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Tertia causa potuit esse humilitas; indignam enim se iudicans, quæ vestimentum tangeret, ad extremitatem vestimenti manum porrexit. simile quodammodo illud esse videtur, quod Ioannes, vt humilitatem præ se ferret, protulit; Non sum dignus, vt corrigiam calceamenti eius soluam. Quarta causa, quæ accommodatior videtur, ea fuit, vt minus sentiretur eius tactus à Christo: cum enim latenter accedere vellet, eam tetigit partem, cuius tactus percipi non posset, qualis est fimbria, quæ non tam pars vestimenti, quam assuta, & adiecta vestimento est. fuit autem id ex diuina prouidentia dispositum, vt tanto magis CHRISTI diuinitas ostenderetur, quanto tactum minus sensibus perceptibilem, etiam comprimentibus turbis, distinctius percepit. Vtcumque sit, tactus mulieris laudandus est, præferendusq; compressionibus turbæ, nam quem turbæ minus reuerenter comprimebant, eius fimbriam vestimenti fidelis, ac deuota mulier tetigit. Quod Victor Antioch. Mar. 5. perpendens sic inquit: Christum redemptorem spir. taliter tangunt, qui in illum credunt: cæteri vero, qui in illum fidem non habent, eum veruis comprimunt, & afflīguot, quam tangunt. Qui autem Christum verè tangit, is illum ad clementiam, & misericordiam allicit. De qua re vide August. ser. 6. de verb. Domini.

Et confestim stetit fluxus sanguinis eius.

COMMENTARIA.

ECce effectus diuinę virtutis Christi, sine mora enim temporis, subito ac tetigit, fluxus sanguinis cessauit, & sanata est mulier. Quodque duodecim annorum spatio plurima medicamenta, ac sedula multorum medicorum opera efficere non potuit, momento temporis fimbriæ vestimentorum Christi tactus operatus est.

ANNOTATIO XCII.

MArcus effectum tactus huius magis explicuit, nam non solum confestim *Tactum fimbriæ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi mirabilis effectus secutus.

sanata est mulier, sed etiam ipsa agnouit, ac sensit ipsa corporis dispositione sanatam se esse à plaga, ti: enim (inquit): Confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit corpore, quia sanata esset à plaga, id est, à flagello, infirmitates enim corporis flagella dicuntur, quia sæpe per eas à Deo corripimur. Matthæus autem dicit: Et salua facta est mulier ex illa hora. Quæ verba quàuis dicta sint à Matthæo post verba Christi, scilicet fides tua te saluam fecit, intelligenda tamen sic sunt, vt mulier sanitatem receperit simul ac tetigit & priusquam Christus quidquã ei loqueretur; sunt enim verba de præterito, & referenda ad tempus, quando tetigit, quod manifestè eo probatur: nam Christus priusquam mulier manifestaretur, dixit, Noui à me virtutẽ exisse, quasi quando tetigit, illa sanitatem recepisset. quod Athanasius orat. 3. contra Arian. sensit: Mulier (inquit) quę sanguinis fluxum patiebatur, solo tactu sanata fuit. Vnum est hic notandum, Lucam nempe prætermisisse verba, quæ mulier apud se protulit, priusquam tangeret, quæ à Matthæo, & Marco referuntur, sunt autẽ hæc: Dicebat, quia si vestimentum eius tetigero, salua ero. Matthæus autem addit particulam exclusiuam: si tetigero (inquit) tantum vestimentum, salua ero. Quasi diceret, prodere me non audeo, quia immunda sum; vnde ei non possum accedere palam, & sanitatem ab illo petere, ac precibus impetrare, mihi tamen persuadeo, tantæ virtutis Christum esse, quod si latenter tetigero vel solum vestimentum eius, sanabor, & incolumis ero. Hoc, quod intra se dixit mulier, opere complcuit, nam tetigit, nec fides eam fefellit, nec spes confudit, nam confestim sanata est. In eo autem, quod dicit, si tetigero vestimentum, posset autem fimbriam tetigit, nulla est contrarietas, nam vestimentum tangit, qui quamlibet eius partem tangit. Quod autem ad mores spectat, recte Chrysostom. hom. 51. in Matth. inquit: Tangamus, & nos fimbriam vestimenti eius, immo vero totum ipsum, immo vero si volumus, non vestis solum, sed corpus ipsius nobis propositum est, vt non tangamus solummodo, sed comedamus & saturemur. Si damas igitur Christum singuli ægrotantes cum fide, nam si qui fimbriam vestimenti eius nunc tetigerit, recte omnes conualuerunt, quanto magis corroborabimur, si totum in nobis habebimus? Hæc ille.

Et ait Iesus: quis est, qui me tetigit?

COMMENTARIA.

NOn ignorãs interrogat; qui enim tam multis comprimentibus leuissimum vestimenti tactum percepe rat, vtiq; se non ignorare, à quo tactus esset, indicabat. Interrogat autem, vt quæ tetigerat, mulierem ore eius proprio manifestet, ipsaquemet miraculum confiteatur, adstantibusque firmius fiat rei gestæ testimonium, non in ostentationem, & iactantiã suam, sed vt qui id nouerint, credant, fidemque ipsius concipiant, in qua omnium salus posita erat.

ANNOTATIO XCIII.

MArcus habet: Et statim Iesus in semet ipso cognoscens virtutem, quæ exierat de illo, conuersus ad turbam aiebat: Quis tetigit vestimenta mea? Quod videri, posset contrarium Lucæ dicenti, quis est, qui me tetigit? At non esse contrarium, sed ad eandem pertinere sententiam tradit Augustinus lib. 2. de consensu Euangelist. cap. 28. vbi docet Marcum secutum esse modum loquendi proprium; vestimentum enim propriè fuit, quod tactum est; Lucam verò amplexum esse modum visitatum, qui enim tangit vestimentum, quo alter vestitus est, dicitur ipsum tangere. Hanc sententiam Augustini possumus confirmare verbis eiusdem Marci: nam cum remisisset Christum dixisse, quis tetigit vestimenta mea? consequenter narrat Apostolos dicentes: Vides turbam comprimentem te? & tu dicis: Quis me tetigit? quasi Marcus pro eodem reputaut dicere, quis tetigit vestimenta mea? &: Quis me tetigit? At vero non omnino quieuit animus in hac responsione: nam cum Euangelistæ referant verba à Christo prolata, oportebat eum modum loquendi referre, quem tenuit Christus, siue proprium, siue visitatum. Ideirco existimo aliter dicendum, nempe Christum vtrumque dixisse: tum vt sic magis significaret suam scientiam, quam de tactu occulto habebat: tum vt efficac-

Concordia inter Euangelistas circa sententiã.

efficacius induceret mulierem ad sui manifestationem. sic igitur conciliamus, quę dicit Marcus, cum relatis à Luca, sic res se habuit: Cum mulier tetigit, confestim sanata est: Christus autem cognoscens virtutem à se exisse, dixit: Quis tetigit vestimenta mea? & conuersus versus mulierem, & circumspiciens turbam iterum dixit: Quis me tetigit? tunc negantibus omnibus, Petrus, & Discipuli dixerunt: turbæ te comprimunt, & tu dicis: Quis me tetigit? Christus autem non iam interrogans, sed affirmans, respondit: Aliquis me tetigit: nam ego sensi virtutem à me exisse. Quod mulier videns ac tremens, sciens quod factum esset in se, venit, & processit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. Hic mihi videtur contextus, ac series, in qua omnia consonat.

Quomodo Christus iterrogans, Quis me tetigit? Christus se nescire, qñ sciebat, & nullum se inuenire boni fuerit mendacium.

Quod autem ad rem ipsam attinet, Augusti. lib. contra mendacium, ad Consentium cap. 13. docet Christum in hac interrogatione visum esse nescire, quod tamen vere sciebat, nec per hoc in eius verbo fuisse mendacium, quia significatio, ob quam hæc interrogatio facta est, debet attendi. Mulier enim ista sanguinis fluxum patiens, significabat populum Gentium infidelium, quem Christus quodammodo nesciebat, intelligi de scientia approbationis, iuxta illud Matth. 25. Nescio vos, ideirco igitur non erat mendacium in hac interrogatione. sic sentit Augustinus. At mihi videtur non esse confugiendum ad huiusmodi significationes ad euitandum mendacium in hac interrogatione: si enim Christus dixisset, nescio, quis me tetigit, tunc vtique oporteret recurrere ad talus sensus ad vitandum mendacium, at non hoc dixit, sed interrogauit, quis me tetigit? in interrogatione autem non est verum, nec falsum, sed in eo quod supponit, nempe aliquem tetigisse, & hoc verum est; quod autem visus sit interrogasse, hoc non ex virtute verborum procedit, nec ex intentione Christi, sed ex aliorum opinione, nec id semper: nam soient etiam interrogationes fieri ad manifestationem, & ad confessionem aliorum extorquendam, vti hoc in loco factum est. sicut & Genes. 3. & 4. Adam vbi es? Et: Vbi est Abel frater tuus?

Negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum illo erant.

COMMENTARIA.

NEgabant singuli eorum, qui Christo proximi erãt, se tetigisse Christum; Petrus vero cum cæteris Discipulis non solum negant, sed quodammodo reprehẽdunt Christi interrogationem, vt sequentibus verbis apparet.

ANNOTATIO XCIIII.

HI, qui dicuntur fuisse cum Christo, quique sequentem sententiam protulere, Discipuli eius sunt, vt constat ex Marco; ait enim: Et dicebant ei Discipuli eius. Lucas vero inquit: Petrus, & qui cum illo erant, nempe cæteri Discipuli. Inquiret autem quispiam, cur Lucas Petrum à cæteris separauit, dicens: Petrus, & qui erant cum illo. existimo id sic dictum esse ad significandum Petrum locutum esse cæteris consentientibus: non autem loquentibus, sine proferentibus verba sequentia, aut forsan, quia ille incæpit, quem cæteri sequentes, eadem verba protulere.

Præceptor turbæ te comprimunt, & affligunt, & dicis; Quis me tetigit?

COMMENTARIA.

DIscipuli non intelligentes verbum Christi, sed existimantes eum de simplici tactu loqui, quo omnis, qui comprimit, tangit; respondent, interrogationem quasi reprehendentes: Præceptor, non est, quod de vno aliquo interroges; vides enim te à turbis comprimi, & affligi, id est, coarctari, hi sunt, qui te tangunt. quid interrogas de vno, quasi ignarus de tangente, cum multi aperte te non solum tangant, sed quod magis est, constringant, & coarctent? Discipuli adhuc imperfecti verbum Christi non penetrãt, ideirco eius interrogationem quasi repellere audent.

ANNOTATIO XCV.

VIctor Antioch. Mar. 5. & Euthy. Luc. 8. notant Christum de eo tactu loquutum esse, qui procedebat ex fide, & animo, de quo

Tactus triplex & quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

loquatur Christus dicēs: Quis me tetigit?

quo mulier illa sola tetigit, non aūt turbæ cōprimentes, & coarctantes: ꝙ etiam Augustin. confirmat serm. de tempore, idq; verum est; tamen etiamsi non esset ex fide, adhuc erat distinctio, quam etiam turbæ cognouerunt: nam si hi, qui comprimebant Christum, negabant se tetigisse: igitur distinctum intelligebant tactum à compressione. mirum autem est turbas Christi interrogationi non contradixisse, immo agnouisse distinctionem tactus & cōpressionis. Discipulos autem id non aduertisse. Distinctio igitur est, est enim tactus physicus, & naturalis, qui est communis omnib. corporibus: nā & lapides coniuncti se mutuo tanguut, & hoc tactu comprimentes tangebant, nec de hoc tactu loquebatur Christus. est alter tactus, qui est in sensatione, & cognitione, & hic proprius est animalibus, & cognitionem habentibus, & istio non omne quod comprimitur tangitur, nec omne quod comprimit, tangit. hic autem tactus aliquando sit casu, & præter intentionem, quo fieri potuit, vt qui comprimebant Christum, etiam tangerent, manibus etiam contingentes Christi vestimentum, sed non animo tangendi aliquando autem fit ex intētione, vt qui eo accedit animo vt tangat, & de hoc tactu Christus loquebatur dicens, quis me tetigit? id est accessit eo animo, vt me tangeret, & de hoc turbæ se excusarunt, quia comprimebant quidem, non eo animo, vt tangerent, sed quasi casu, & præter intentionem: quia præ multitudine impellebantur, & Christū coarctabant, sola mulier illa sic tetigit, Christum non comprimens, sed manum extendens intentione tangendi, quod quidem vere procedebat ex fide, quam conceperat, per tactum se recepturam sanitatem à Christo, & mirum hoc fuit, quod Christus inter tot comprimentes agnosceret, & discerneret tangentem sine compressione vlla.

Et dixit Iesus: tetigit me aliquis?

COMMENTARIA.

NE mulier illa verbis Discipulorū interrogationem Christi quasi repellentibus, latere se posse existimaret, adhuc Christus perseuerat, & nō iam interrogando, sed affirmando, aliquis, inquit, me tetigit, quasi diceret, scio me à turbis cōprimi, & affligi, sed aliquis alius modo quodam particulari me tetigit, & accessit, vt me tangeret.

Nam ego noui virtutem de me exisse.

COMMENTARIA.

CAusam exponit, cur affirmauerit, & verum esset, se ab aliquo tactū esse, ea autem est, quia noui (inquit) virtutem, quæ in me est, de me exisse, id est, operatam esse in aliquo sanitatem; nō autem exisset, & operata esset, nisi quispiam me tetigisset, igitur aliquis me tetigit. Virtus Christi exisse dicitur, non quod de subiecto in subiectum transmigrauerit, sed quod effectum in alio extra se habuerit: sicut quando ignis comburit lignum, dicitur eius virtus exisse ad comburēdum. Erat quidem virtus sanandi omnes morbos, sed hæc nō operabatur quidquam, nisi ipso sciente, & volente, idcirco dicit, Ego noui de me virtutem exisse, quibus verbis efficaciter inducit mulierem ad manifestationem veritatis, quasi Christus nouerit non solum se ab ea tactum, sed etiam ipsam sanitatem per tactum recepisse: illi etiam errorem eius ostendit, putabat enim ipsa à Christo sanitatem posse recipere illo nesciente, ad modum eorum, qui virtutibus herbarum, aliorumque similium curantur, in quo erabat illa mulier.

ANNOTATIO XCVI.

ATtende nō esse dictum (virtus de me exijt) sed noui de me virtutem exisse, vt distinctius significaret, mulierem non accepisse sanitatem ipso ignorante, sed omnino nunc etiam sciente, quando illa tetigit, & sanata est. Ita enim sententia præcedentis est probatio, ac confirmatio, & velut argumentum. Possumus autem in triplicem formam hanc probationem reducere, primo sic. Virtus de me exijt: igitur aliquis me tetigit. Secundo, noui virtutem de me exisse, ergo cognosco, & scio me ab aliquo esse tactum, seu, quod aliquis me tetigit. Tertio noui virtutem de me exisse.

Superior sententia Lucæ exponitur.

exisse, igitur aliquis me tetigit, licet hæc argumenta, & deductiones diuersę sint in verbis, tamen re eadem sunt, & vnum includitur in alio. Christus vero tertia forma vsus est: Aliquis inquit me tetigit, quia noui virtutem de me exisse, quasi diceret: noui virtutem de me exisse, igitur aliquis me tetigit. Particula autem illa, nam, quæ causalis est, non indicat causam rei, non enim virtutem exisse de Christo causa est, quod aliquis eum tetigerit, immo potius tactus est quasi causa, quod virtus exierit: sed particula illa indicat probationem, & causam consecutionis, vt Dialectici appellant, sicut cum dicimus, quia fumus est, ignis est, id est, fumus causa est, quod qui loquitur affirmauerit, & deduxerit ignem esse in illo loco.

Quantū valeat hæc illatio, Virtus de me exijt ergo aliquis me tetigit. Et quid sit virtutē de Christo exisse.

At vero grauior est difficultas, & scitu digna, quomodo ista deductio, ac probatio subsistat, virtus de me exijt, seu noui de me virtutem exisse, igitur aliquis me tetigit: nonne virtus Christi potuit sanare absentes? Nonne sanauit puerum Centurionis, filium Reguli, qui longe aberant? Nonne multis alijs absque tactu contulit sanitatem? Si igitur non erat necessarius tactus, non videtur argumētum hoc efficax, virtus exijt, ergo aliquis me tetigit. Hæc difficultas pendet ex intelligentia recta illius, nempe, quid sit virtutem de Christo exisse; hæc enim phrasi idem Lucas superius cap. 6. vsus est dicens: virtus de illo exibat, & sanabat omnes, cuius perfectam declarationem in hunc distulimus locum. Aduerte ergo Christi carnem propter diuinitatem sibi vnitam, & diuinam subsistentiam sibi coniunctam habuisse virtutem sanandi omnes morbos, & infirmitates eorū, qui eam tangebant, multo magis quā multæ herbæ, ac lapides cæteraque res naturales, quibus virtus est ad depellendas quasdam infirmitates, si enim hæc per insitam virtutem creatam talia operantur, & si quidam homines propter quandam eminentē complexionem tactu manuū aliquot morbos depellunt, quanto magis illa caro diuinitati vnita, & diuina subsistentia subsistēs plura poterat? Habuit igitur Christi caro mirā, & magnam virtutem sanandi quemcunque morbum, eam tamen non exercebat ad modum rerum naturalium necessario, sed pro voluntate Christi ipsius. Ad ostensionem huius veritatis sæpe Christus sanitatē conferebat tangendo. Luc. 4. Omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum, at ille singulis manus imponens curabat eos. Hac etiā de causa procurabant multi vestimēta eius tangere, & per tactum hunc medianum carnis etiam sanabātur. Matth. 14. Obtulerunt omnes ei male habentes, & rogabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quicumque tetigerunt, salui facti sunt. Luc. 6. Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Non autem semper Christus sic faciebat miracula, sed voluntate sua sola, & imperio, aut verbo præcipiendo sine vllo carnis tactu, vt ex historia Euangelica manifestum est. Dicitur igitur virtus de illo exire, quādo tactu carnis eius siue mediato siue immediato sanitas conferebatur, ad modum herbarum, & lapidum, quæ tactu sanāt, & morbos aliquos expellunt, per quandam metaphoram, non quod virtus eorum desinat, sed quod ad operationē exteriorē se extendat, in Christo autem hoc peculiare erat, quod non operabatur virtus hæc, nisi ipso sciente, & volente. Quando verò non sic miracula faciebat, sed voluntate, ac imperio, tunc non est dicta virtus eius exire. Cognouit hāc carnis virtutem August. tracta. 24. in Ioan. affirmans in manibus Christi fuisse virtutem multiplicandi illos quinque panes in tot millia hominum cibos, quod etiam fusius est Hilari. lib. 3. trinit. His suppositis facile est respondere, & soluere obiectam difficultatem; Virtus exijt de me, ergo aliquis me tetigit, id est, caro mea virtute sibi communicata operata est, sanitatem conferendo, igitur quidam eam tetigit non enim aliter sanitatem confert, nisi per tactum, ut ex Matthæo, & Luca supracitatis constat, non quia non posset, sed quia sic dispositum est, ut eo magis virtus carnis agnoscatur, & sanitas ab eo procedere comprobetur.

Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius; & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit.

COMMENTARIA.

AGnouit mulier ex Christi verbis se erasse in eo, quod putauerat, tactum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tactum eius, ac sanitatem receptam potuisse latere Christum, idcirco tremens accedit; timuit enim, ne erroris sui, & tactus, cum immunda fuisset, aliquam penam ab eo pateretur. Adorat autem eum, cuius admirandam virtutem, & scientiam plusquam humanam experta erat; aut vt ipsa adoratione placet eum, quem iratum arbitrabatur. Et coram omnibus causam manifestat, cur tetigerit Christum, nimirum ob diuturnam infirmitatem, & immedicabilem, credens tacta illo se potuisse sanari; narrat etiam se confestim sanatam esse. Hanc manifestationem Christus prætendebat, non in sui ostentationem, qui propriam gloriam non quærebat, sed in vtilitatem populorum, vt tanta agnita virtute, crederent in eum, fideque salutem assequerentur; etiam vt fides mulieris, quæ imperfecta erat, perficeretur.

ANNOTATIO XCVII.

MArcus sic habet: mulier vero timens, ac tremens, sciens, quod factum esset in se, venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. Hæc ille. Dicitur mulier timens, ac tremens: timens quidem animo; tremens autem corpore: præ timoris enim magnitudine in animo, factus est tremor in corpore. Euthymius in præsenti exponens illa verba (ob quam causam tetigerit) adiūgit, (occulte, & clam) id est, explicuit causam, ob quam tetigerit occulte, ac latenter. At vero non mihi videtur aliquid addendum Euangelistæ, quod sensum verborum mutet: sed simpliciter sine additione sensus accipiendus est, nempe mulierem causam exposuisse, cur tetigerit, ea autem est ob infirmitatem eius, à qua tactu sperabat se liberādam. licet fieri possit, vt etiam exposuerit, cur latenter accesserit, cum Marcus dicat, illam dixisse, & manifestasse omnem veritatem.

At ipse dixit ei: filia, fides tua te saluam fecit.

COMMENTARIA.

CHristus timorem mulieris expellit verbo illo, *Filia*, quod est nomen amoris, ac pacis: fidem etiam eius commendat, vt circumstātes ad fidem in eum attrahat. sensus est, Filia, quasi diceret, non est, quod timeas pœnam, aut malum aliquod; hic enim timor seruorum non filiorum est, fides tua te saluam fecit, id est, quia credidisti tactu mei te posse sanitatem consequi, idcirco eam obtinuisti, egoque te saluam feci ob hanc tuam fidem.

ANNOTATIO XCVIII.

MAtthæus habet: Cōfide filia. Marcus vero, & Lucas non legunt illud Confide. Quamuis in exemplaribus Græcis Lucæ legatur etiam: Confide. & Euthymius in eius commentario interpretetur, immo Victor Antioche. apud Marcum etiam legit idem verbum. Parum refert, siue legatur siue non, nam certum est ex Matthæo à Christo esse prolatum; Euangelistæ autem non omnia semper referunt, vtroque ergo verbo: Confide filia, timorem seruilem mulieris timēris sibi malum aliquod, quia tangere ausa est, repulit. Cur autem Christus mulierem appellarit filiam, Euthymius adfert rationem, nempe, quia in filiam erat adoptata per fidem. Idem sentit Victor Antioch. apud Marcum, notans fidem, & animæ, & corpori sanitatem conciliasse, quibus Hieronymus conformis est; Ideirco, inquit, filia, quia fides tua te saluam fecit. Vera sunt hæc. Existimo tamen non tam ad adoptionem spiritualem significandam, Christum hoc vsum esse vocabulo, sed ad indicandum animum pacatum, & nulla indignatione contra mulierem commotum: est enim hoc vocabulum pacis ac dilectionis indicium. sicut etiam nomen amici, iuxta illud Matth. 20. Amice non facio tibi iniuriam, & 26. Amice ad quid venisti? Quod autem fidei adscribitur sanitas, non est, quod ipsa sit causa effectiua sanitatis, sed quod per, & propter ipsam sanitatem Christus illi mulieri contulerit, sicut propter serpentis ænei aspectum sanabantur in deserto Iudæi à morsibus serpentum venenatorum. Nec fuit nuda fides mulieris, nam humiliter, deuote, & reuerenter accessit. Vide ergo quantum possit fides vera in Christum. quod enim multi Christi corpus comprimentes non obtinuerunt, tangens fimbriam vestimenti consecuta est, quia

Quare Christus filiā dixerit hanc mulierem, & quātum valuerit apud eādem mulieris fides.

quia hæc cum fide, illi sine ea accesserunt. Quamuis autem fides mulieris à principio imperfecta fuerit, vti supra diximus, tamen adhuc commendanda erat, & à Christo recepta est, ac palam laudata; nam reuerā magna fuit.

Vade in pace.

COMMENTARIA.

SAlutatio est consueta amandantiū, qua etiam securitatem à morbo futuram annunciat, quasi diceret, esto secura, amplius ab isto antiquo morbo non impugnaberis: nec erit, cur iam de sanitate quærenda amplius solicita sis, vt ante fuisti.

ANNOTATIO XCIX.

Explicātur magis superiora verba.

OMnes tres Euangelistæ hanc referunt sententiam, Vade in pace. Marcus solus adiecit alteram, nempe, & esto sana à plaga tua, quæ quidem non sic est intelligenda, quod tunc fuerit sanata, quando hoc prolatum est verbum, nam supra dictum est, confestim ac tetigit, fuisse sanatam, & virtutem de Christo exisse. Sed significat Christus hoc verbo sanitatem collatam esse sua voluntate, & consensu, similiter permansuram esse sanitatem, quasi diceret, permanebis sana, voloque hanc, quam à me nunc sanitatem accepisti, constanter perdurare, nec amplius in eam relaberis. Priorem autem sententiam, Vade in pace, Victor Antiochenus ad animam refert, quasi diceret, non solum corpus à plaga liberatum est, sed etiam anima à peccato, quod causa erat plagæ, expedita est, Vade ergo in pace, quæ est bonorum fastigium, in qua Deus habitare dicitur, iuxta illud Psal. 75. factus est in pace locus eius. Euthymius vero ad corpus refert, quasi diceret, à morbo amplius non impugnaberis: & mihi placet ista sententia, hoc adiecto, esse communem salutationem, ac consuetam ijs, qui ab alijs recedunt, qua imprecantur bonum euentum, ac prosperum, sic Christus salutat eam, ac impartitur permanentem libertatem ab infirmitate, & molestijs, quibus ante premebatur. Quod etiam sequenti sentētia explicuit. Alibi diximus plura de hac sentētia. Quod autem Victor affirmat mulierem passam esse morbum ob peccatum, probabile est, ob verbum Marci, Esto sana à flagello tuo, siue plaga tua. Quod verbū insinuat præcessisse peccatum, nam flagellum infligitur propriè propter culpam, id tamen non est omnino certum, præsertim cum scriptura non meminerit talis peccati, nec nomen ipsum conuincat nos id affirmare; nam potuit dici flagellum, quia sæpe Deus infirmitatibus flagellat peccatores, licet non semper peccent illi, quibus inferuntur infirmitates, nam aliquando in probationem, aliquando in cautionem, aliisve de causis inferuntur, vt late diximus in commentarijs in Ioannem. Notanda est autem huius mulieris gratitudo, refert enim Sozomenus lib. 5. Hist. cap. 21. hanc mulierem, quam à fluxu sanguinis Hemorroissam appellat, postquam à Christo sanata fuit, insignem imaginem Christi Cæsareæ Philippi collocasse, quam postea Iulianus apostata amouit, & suam substituit. De ea Christi imagine vide alia ibidem apud Sozomenum.

Mulieris hemorroissæ gratitudo.

ANNOTATIO C.

NOn est silentio prætereundum mysterium in hoc miraculo significatū; cum enim Christus Archisynagogi filiam suscitare venerit, tamque Archisynagogus impetrasset, mulier hæc, velut ex transuerso accedens sanitatem præripuit, priusque à Christo eā obtinuit. Quo facto Ambrosius, Hieronymus, & Hilarius significari affirmāt mysterium Iudæorum, & gentium: cum enim illi prius essent ad populū Dei vocati, eisque promissa salus, veniente vero Christo plenitudo gentium per fidē prior ad Ecclesiam accessit, post quam Iudæorum plenitudo accedet, iuxta illud Rom. 11. Cum intrauerit plenitudo Gentium, tunc Israel saluus fiet, quod Psal. 67. prædictum erat: Aethiopia (inquit) præueniet manus eius Deo. Mulier igitur hæc Gentium nationes, filia vero Archisynagogi, Iudæorum populum significat. quod idem Mysterium Gregorius hom. 22. in Euang. indicatum testatur facto illo Petri, & Ioannis ad sepulchrum Domini concurrentium; Ioannes enim iunior prior peruenit, sed non prior intrauit; Petrus autem posterior accessit, & prior ingressus est, Ioannes enim Iudaicum populum. Petrus vero Gentium nationes significabat: ille

Mysterium hoc miraculo inclusum aperitur.

ille prior credidit, quia venturũ Christum profitebatur, & vnius veri Dei fidem habebat, at Euangelio veniente infidelium gentium plenitudo prima credidit, & Ecclesiæ accessit, postea vero in extremo tempore plenitudo Iudæorum credet, & ad Christum conuertetur, iuxta illud Iere. 23. in nouissimis diebus intelligeris consilium eius, & Ose. 3. Reuertentur ad Dominũ Deum suum in nouissimo dierum: quod etiam prior Dauid prænunciauit Psal. 58. Conuertentur (inquit) ad vesperam. Dico autem plenitudinem Iudæorum, quia multi ex Iudæis crediderunt Christo, immo primi fuerunt in Ecclesia; Apostoli enim Iudei erãt, & ante ipsos prius credidit Beatissima Virgo, & Ioseph, Elisabeth, & alij. Plenitudo vero eorum remanet in infidelitate, ac perfidia, donec Gẽtium plenitudo ingressa sit.

Quando populus gentium per hemorroissã significetur.

Conuenienter autem populus Gentium per hanc mulierem significatur, multæ n. similitudines concurrunt. Primo quidem hæc mulier infirmari incepit, quando puella filia Archisynagogi nata est: nam vt ex Euangelio constat, puella mortua est duodecimo anno ætatis suæ, & mulier hæc sanata est duodecimo anno suæ infirmitatis, igitur tunc nata est puella, quando hæc mulier incœpit male habere, quod Hieron. Matth. 9. notat, ad significãdum, tunc maxime infidelitatem Gentium significatam per fluxum sanguinis mulieris huius incepisse, quando populus Iudaicus à Domino vocari incœpit in Abrahã Iudæorũ primo parente. Ambrosius autẽ sic interpretatur, nimirum quãdiu Synagoga credidit, Gentium populus in infidelitate permansit; illo autem in perfidiam lapso gentes crediderunt, & sanatæ sunt. Secundo, mulier hæc non habitabat in ciuitate, vt notat Hieron. quia cum immunda esset, extra castra habitare compellebatur, vt constat Num. 5. Vnde in via occurrit Christo. Sic Gentilitas priusquam per fidem Christo accederet, non erat de populo Dei, nec de Ecclesia, propterea enim Ose. 2. & Rom. 9. scriptum est de ea: Vocabo non plebem meam, plebem meam, seu non populum meum, populum meum. Tertio mulier hæc morbum immundum patiebatur, sic etiam gentilitas morb. erat immundus, idololatria enim in Scriptura immundities appellata est Ierem. 2. Maculata es in iniquitate coram me 4. Reg. 17. Coluerunt immunditias, de quibus præceperat Deus, ne facerẽt verbũ hoc. Quarto hęc mulier omnẽ suã substãtiã erogauerat in medicos, & peius habebat, quod Ambrosius interpretatur, Gentes omnia sua dona naturalia collocasse, & cõsumpsisse in falsis dijs, & peiores extitisse. Quinto mulier Christum tetigit retro, quod Beda exponit, quia Gentes crediderunt in Christum visibiliter absentem, nẽpe post ascensionem eius in cęlum, de quibus dictum est Ioan. 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Sexto vestem tetigit, non carnem, quia caro non de Gentibus, sed de Iudæis à Christo sumpta est. Multa alia considerari etiam in hac parte possent, sed quæ dicta sunt, satis esse videntur. De filia autem Archisynagogi significante populum Iudæorum paulo inferius dicemus.

Adhuc illo loquente, venit quidam à principe Synagogæ dicens ei; quia mortua est filia tua.

COMMENTARIA.

REuertitur Euangelista ad prosequendam historiam Archisynagogi: dum igitur hæc, quæ dicta sunt, ad mulierem Christus loqueretur, venit quidam nuncius à principe synagogæ, id est de domo eius, nuncians filiam eius esse iam mortuam, quando enim princeps domo egressus est, vt ad Christum veniret, nondum erat mortua, sed agebat animã. Particula (quia) non est causalis, sed vim declarandi habet.

ANNOTATIO CI.

MArcus plures venisse testatur. Veniũt (inquit) nuncij ab Archisynagogo, dicentes: Nulla est autẽ contradictio, nam vbi multi sunt, vnus etiam est. Probabile est vnius Lucam meminisse, quia vnus fuit primus inter eos, qui nomine omnium locutus est, & per quem cæteri direrunt, & nunciarunt puellam esse mortuam; ad fidem enim mortis faciendam, & ad Archisynagogi nobilitatem, ac dignitatem ostẽdendam plures domestici venerunt.

Noli

Noli vexare illum.

COMMENTARIA.

CAusam exponit, cur nunciatum venerit. Noli (inquit) vexare Christum, id est non des etiam molestiam hãc illi veniendi domum tuam. Homo imperfectæ fidei credebat Christum infirmam sanare posse, non autem suscitare mortuam, idcirco suadet Archisynagogo, ne laborem afferat Christo continuandi iter, cum filiæ mortuæ remedium nullum adhibere valeret. Marcus habet: Quid vltra vexas Magistrum? id est vexari facis Christum viam in domum tuam prosequendo?

ANNOTATIO CII.

VIctor Antioch. Mar. 5. asserit, nuncios existimasse Archisynagogum vocasse Christum tamquam Doctorem, nempe medicũ, qui arte solet curare infirmos, idcirco eius operam necessariam non credebant, quando mortua erat puella. Hanc sententiam ego non probo, nam notissimum iam erat non arte, sed virtute supernaturali Christum sanare infirmos, eaque de causa eum Archisynagogus accesserat. At isti nuncij imperfectę fidei erant, qui non arbitrabantur Christum tantæ esse virtutis, vt mortuam suscitaret, ideo direrunt noli vexare eum.

IESVS autem audito hoc verbo respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, & salua erit.

COMMENTARIA.

AVdiuit vocem nunciantis Christus, & ne Archisynagogus nuncij verbis à fide, quam de Christo conceperat, deturbaretur, arbitrans eum non posse mortuam puellam suscitare, sicut & nuncius errans arbitrabatur, idcirco confirmat eum in fide verbis, ac promissione: Noli inquit timere, scilicet puellam nõ esse sanandam, crede tantum, me posse eam suscitare; tantum dico?, quia nullam aliam à te operam postulo, quam adhibeas, sed fidem, quam si adhibueris, promitto tibi salutem filiæ.

ANNOTATIO CIII.

REcte Augustinus lib. 2. de consen. Euang. cap. 28. interpretatur hoc verbum, Crede, non sic esse intelligendum, quasi Archisynagogus non prius crederet Christum posse suscitare mortuam filiam; vti enim superius diximus, quando accessit Christo, vere existimabat mortuã iam esse. Verbum igitur hoc est confirmantis, & confortantis illum in concepta fide, quasi diceret, permane, & esto fortis in fide, quam de me habuisti, Non (inquit) August. diffidentem reprehendit, sed credentem robustius confirmauit. Hoc autem Christus fecit propter duo occurrentia, quę illum de fide deturbare poterant. vnum est verbum nunciorum: Noli vexare magistrum, erat enim quasi quædam persuasio, ne crederet mortuam suscitari ab eo posse. Alterum est, quia iam certus erat Archisynagogus de morte filiæ, quã prius etiam si suspicabatur, tamen non sibi persuasam habebat, diffidere autem magis solemus, quando malum adest præsens, quam quando longe est, idcirco Christus confortat fidem eius. Non solum autem his verbis confortauit Christus fidem Archisynagogi, sed etiam miraculo prius facto in muliere; vt enim inquit Ambrosius, suscitaturus mortuam, ad faciendã fidem, Hæmorroissimam ante curauit, dum ad illam petitur, ista curatur, sic & resurrectio temporalis in Domini passione celebratur, vt perpetua illa credatur. Sic & paritura sterilis indicatur, vt conceptura virgo credatur. Hæc Ambros. Hæc de hoc verbo dicta sint.

Verbũ, crede de quo intelligẽdum in hoc loco.

Inquiret autem quispiam, de quo timore dictum sit, Noli timere. Ad quod respondeo, Archisynagogũ timuisse, ne verbum nunciorum, dicentium: Noli vexare Magistrum, auerteret Christum à voluntate veniendi, & saluandi puellam, eo maxime, quia ex incredulitate procedebat: nam existimabant Christum non posse mortuam suscitare, cui timori Christus mederi volens, inquit; Noli timere, veniam enim in domum tuam, & suscitabo filiam, si credi-

Quis timor sit ille, de quo Christus dicit, Noli timere.

mus, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris, & in fide tua perseueraueris, nec desistam propter verba nunciorum, atque eorum incredulitatem.

Et cum venisset domum, non permisit intrare secum quenquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ.

COMMENTARIA.

TEstes miraculi tres ex Discipulis præcipuos secũ assumit, Petrum, qui Christum plurimum diligebat, & quem Ecclesiæ primatem destinauerat futurum; Ioannem, quem præ cæteris Christus diligebat; Iacobum, qui Iudæis notissimus erat, simul etiam patrem, & matrem puellæ, ad quos illud opus spectabat. Turbã vero, quæ eũ comitabatur domum intrare non permisit: tum quia intra domum multa iam turba aderat, tibicinum, & aliorum tumultuantium, nec domus omnes capere poterat, fieretque tumultus, & compressio nimia, dum vnusquisque ingredi conaretur, cum non omnibus locus pateret; tum etiam ne humanam gloriam, & applausum sequi videretur. Ne autem turbæ ea prohibitio dura videretur, cæteros etiam Discipulos cum turba extra domum reliquit, tribus illis tantum assumptis.

ANNOTATIO CIV.

Causa ob quas sæpe Xps secũ assumpsit Petrũ, Ioãnem & Iacobum.

CHrysost. hom. 57. in Matth. causas reddit, cur Dominus hos tres tantum Discipulos alijs relictis sæpe secum assumpsit, sic enim inquit: Quamobrem hos accepit? Quia excellentiores cæteris erant. Et Petrus quidem, quia valde Christum diligeret, idcirco præstabat: Ioannes vero, quia nimium diligebatur. Ac Iacobus à responso, quod dedit cum fratre interrogatus, dicens: Possumus hunc calicem bibere: ab operibus etiam ipsis, partim alijs, quia perfecit, quod dixerat, sic acer, ac grauis Iudeis erat, vt magnũ munus illis obtulisse, cum eum interfecerit. Herodes visus sit, Act. 12. Hæc ille. A quo aliquot rationes in commentario positas nos mutuati sumus. Ambrosius autem hos paucos, tanquam testes futurę resurrectionis Christum adscũisse testatur.

Flebant autem omnes, & plangebant illam.

COMMENTARIA.

ERant intra domum multi super mortem puellæ flentes, & plangentes. flere ad lacrymas, plangere ad clamores, & eiulatus refertur, vt fieri solet erga recenter mortuos. Erant autem multi ibi, & ex domesticis, & ex alijs concurrentibus, nam Archisynagogus erat ex primis, ac primaribus. Hæc omnia argumenta erant manifesta mortis puellæ, vt miraculum resurrectionis eius futuræ à nemine posset in dubium reuocari.

ANNOTATIO CV.

Tibicines qui dicantur.

MAtthæus refert, Christum inuenisse tibicines, & turbam tumultuantem, Marcus autem vidisse tumultum, & flẽtes, & eiulantes multum. Tibicines, vt refert Ambros. erant, qui conducti solebant suis modis, ac canticis excitare cæteros ad fletum, ac eiulatum, quem ritum Iudæi à Gentibus mutuati erant. Huius ritus Gentium meminit Lucianus Dial. de luctu.

At ille dixit, nolite flere: Non est puella mortua, sed dormit.

COMMENTARIA.

PRohibet lacrymas, ac eiulatum illorum, rationem reddẽs, nimirum puellam non esse mortuam, sed dormire. non quidem negat mortuam esse quantum ad animæ à corpore separationem; sed significat illam cito reuocandam ad vitam, perinde ac si dormiret; illi vero flebant eam sicut cæteros mortuos, qui amplius non resurgunt vsque ad vltimum mundi diem. Verbum hoc protulit Christus, vt illos omnes mortuam puellam esse non negarent, tantoq; magis resurrectionis miraculum illustraretur, si prius omnes omnino esse mortuam confiterentur. Modeste etiam significauit Christus se velle eam suscitare, perindeque ei esse facile mortuos à morte reuocare, ac dormientes à somno excitare.

ANNOTATIO CVI.

Mors in Scriptura somnus, & mori dormire appellatur

MArcus refert Christũ sic dixisse: quid turbamini, & ploratis? Puella non est mortua, sed dormit, in hoc nihil est contrarietatis, quia Christus omnia dixit, nempe quid turbamini, & ploratis? nolite flere, immo Matthæus addit, Discedite, puella non est mortua, sed dormit. Aduerte mortem in Scriptura somnũ, & mori dormire appellari 3. Reg. 14. Dormiuit Roboã cũ Patrib. suis. & ibidem, Dormiuit Ieroboam cum patribus suis 1. Cor. 11. Dormiunt multi 1. Cor. 15. quidam autem dormierunt. sunt plurima huius rei testimonia. Cum enim mortui sint ad vitam reuocandi, mors somnus quidam videtur: hoc namq; nobis consecutus est Christus vt mors, quæ in æternum duratura erat, per eum finem haberet, efficeretur q; temporalis, & hæc est mortis victoria, & mors mortis. 1. Cor. 15. Quando igitur Scriptura mortem somnum appellat; mysterium indicat, quod Christus effecit sua morte nostram occidendo 1. Cor. 15. In Christo omnes viuificabuntur. Ab hac metaphora, & veritate Paulus argumentum accipit consolandi eos, qui mortuos lugent, vt sit luctus moderatus, quasi pro ijs, qui euigilaturi sunt, & ad vitam reuocandi. Lugeant Gentes, quæ resurrectionem ignorant, at Christianus temperamento vtatur, spem, & fidem hanc habẽs, sic enim scribit 1. Thessalo. 4. Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut, & cæteri, qui spem non habent: si enim credimus, q Iesus mortuus est, & resurrexit, ita, & Deus eos, qui dormierunt per Iesum Christum adducet cum eo. At vero hoc in loco peculiare quidquam significatur, nempe mortem hanc citissime absorbendam, & puellam quasi à breuissimo somno reuocandam ad vitam, idcirco cessandum esse ab illis eiulatibus, cæterisq; in funere mortuorum pro more tunc fieri solitis. Iuxta hunc sensum scriptum est Ioan. 11. de Lazaro: Lazarus dormit, vado, vt à somno excitem illum, & infirmitas hæc non est ad mortem. Victor Antiochenus Marc. 5. affirmat visum esse Christum hoc verbo dormiendi, vt vitaret iactantiam. Quod ad literã spectat. August. lib. 2. de consen. Euãg. c. 28. legit apud Matthæum: Non est mortua mulier; cum tamen apud Marcum, & Lucam legatur, Puella. Notatq; in Scriptura vocabulum mulieris etiam accipi pro puella. Quod verum est, tamen apud Matthæum legitur κοράσιον, quod significat puellam. Marcus autem legit παιδίον, quod est communis generis ad puerum, vel puellam. Apud Lucam autem tantum legitur: Non est mortua, sed dormit; Refertur namq; ad illud quod præcesserat, scilicet, matrem puellæ παιδὸς à nomine πατὴρ, q puellam significat, vnde apud Matthæũ non est legendum mulier, sed puella, vt legit Hiero. & plurima exemplaria Latina.

Et deridebant eum, scientes quod mortua esset.

COMMENTARIA.

NOn intelligẽtes futuræ iã iam resurrectionis mysterium, deriserũt Christũ, quasi negaret omnino mortẽ puellæ. Homines enim fidei lumine destituti sua virtute Christi virtutem, ac potentiam mensurabant, nec eum suscitare illam posse credebant. Hæc autem derisio eo magis conuincebat illos resurrectioni factæ assentire, quo minus negare poterant puellam vere fuisse mortuam, ipsismet non tantum id affirmantibus, sed etiam irridentib. Christum, quod eis ille videretur rem manifestam negare.

Ipse autem tenens manum eius, clamauit, dicens.

COMMENTARIA.

NEc manum tenere, nec clamare opus illi erat, qui sola voluntate potuit suscitare, sed hęc exteriora facit, vt ipse esse credat, q̃ sua virtute, ac imperio suscitabat; ideoque voce alta, seu clamore vtitur, vt eo magis ab adstantibus agnoscatur. Manum apprehendit, vt retineret eandem metaphoram, quã verbo securus erat, dixerat enim, puella dormit, sic vt suscitaret eam, manum eius tenuit; sic enim suscitare eos solemus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

solemus, qui graui, ac profundo somno correpti sunt: verbis enim utimur, ac manum tenemus, quasi excitantes ut surgant. Rursus etiam quia non solum ad uitam reuocare uolebat etiam ut statim surgeret, ac staret, quæ tunc iacebat; idcirco uelut manum porrigebat. Plura in Annotatione require.

ANNOTATIO CVII.

Series gestorum miraculi, & cur inde eiecti sint à Xpo eës priùs quàm quæ narrat in textu.

PRætermiserunt Lucas, & Marcus, quæ narrat Matthæus, nimirum postquam ingressus est Christus domum, vidisséque turbam tumultuantem, & tibicines, etiam hos eiecisse è domo, & ingressum esse ad suscitandum puellam cum tribus Discipulis, & patre, & matre puellæ. Itaque primo quando accessit domui, reliquit turbã, qua comitatus veniebat cum discipulis ceteris, vt supra diximus, referuntque Marcus, & Lucas. ingressus autem domum vidit turbam domesticorum tumultuantem, & tibicines, quibus dixit: Nolite flere, puella non est mortua, à quibus derisus est, & cætera, quæ narrant Marcus, & Lucas. His etiam eiectis è domo, manssit cum illis quinque prædictis, quibus præsentibus puellam suscitauit modo narrato. Cur autem illos eiecerit, causam reddit Hieronymus Matthæi 9. non erant (inquit) digni, vt viderent mysterium resurgentis, qui resuscitantem indignis contumelijs deridebant. Chrysost. hom. 32. in Matth. affirmat illos eiecisse, tanquam indignos, non tamen exponit causam indignitatis, quam Hieronymus explicuit. Ambrosius causam spiritualem adfert ad significandum scilicet ex Iudæis non credituros, nec in Ecclesiam Christi recipiendos, sed eorum paucos. Mihi non videtur causa eiectionis referenda in indignitatem, nec in significationem tantum, sed ad veritatis ostensionem, nempe, quia tumultus, & cantus illorum, mortuorum erat non viuentium. cum autem suscitanda esset iamiam puella, illos eiecit, quasi inutiles, ac superfluos, conuenerant enim eo luctus causa, hoc insinuauit Matthæus, refert enim Christum, postquam dixerat quæ Marcus, & Lucas retulerunt: Nolite flere, &c. pronunciasse verbum hoc: discedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Causa igitur discessus est, quod puella non est mortua, sed iam viuificanda.

Cur Xpus suscitatæ puellæ manum eius tenuit.

Cur autem Christus manum puellæ tenuerit, cum id necessarium non fuerit, causas duas in commentario exposuimus, quæ literales, ac propriæ visæ nobis sunt, quibus adiungimus etiam alias; vna est spiritualis, quam adfert Hieronymus, inquit enim; Nisi mundatæ fuerint manus Iudeorum, quæ sanguine plenæ sunt, Synagoga eorum mortua non resurget. Euthymius Mar. 5. duas alias causas profert, vna est, vt manus Christi corpus illud disponeret, sicut vox, quæ sequitur, animam, quæ discesserat, reuocabat. Altera est, vt Christus ostenderet carnem suam sanctissimam virtutem etiam habere mortuos suscitãdi. At neutra hæc causa accommodata videtur, non quidem prior, quia vna, & eadem Christi virtus per tactum, & vocem simul suscitauit puellam. Non posterior, quia tunc satis esset, si solum tangeret: nos autem causam quærimus, cur manum illius apprehenderit, ob id, quod in commentario positum est, accommodatius videtur.

Puella surge.

COMMENTARIA.

VOx imperãtis est, quæ simul cum manus apprehẽsione prolata est, & diuina uirtus per utrumque operata, in uitam reuocauit eam, quæ mortua erat, & ut surgeret, ac staret, effecit; mortuus enim surgere non posse nisi omnipotentis uirtus adesset. usus autem est uerbo surgendi communi à somni, & à mortis suscitatione, ut similitudo retineretur, qua dixerat, Puella dormit.

ANNOTATIO CVIII.

Explicatur obscurius sanctum verbum.

MArcus verbum Hebræum, quo vsus est Christus, retinuit, nempe talitha cumi, id est, puella surge. Illud talitha Syriacum, cumi vero Hebræum est: nam illo tunc tẽporis multa vocabula Syriaca mixta erant Hebræis. Notandum est autem Marcum interpretatum esse hanc sententiam Domini sic: Puella tibi dico, surge. Quod sic est intelligendum, non quod illud (dico tibi) sit de significatione verborum Hebræorum, vti enim diximus, cæteriq;ue

Euangelistæ testantur, tantum significant, Puella surge: sed quod ab Euangelista positum sit ad explicandum imperium verborum Christi, ne cui videri possit, deprecantis esse verbum, cum sit vere imperantis, quod aduertit Hieron. ad Pachmachium, de optimo genere interpretandi, notans non per hoc Euangelistam male vertisse, quia factum est ad exprimendam emphasim, & imperium sententiæ. Nec est legendum, Tabitha. Hoc enim nomen est proprium cuiusdam alterius fœminæ à Petro suscitatæ Act. 9. illis verbis, Tabitha surge. At in hoc loco legẽdum est Talitha nomen Syriacum appellatiuum, quod Latine dicitur, Puella. Quo vocabulo vsa est Paraphrastes Chaldaica Esther. 2. vbi n. nos legimus: Cumque congregarentur virgines, illa legit: Talithen in Hebræo, betuloth, quod indicat Talitha significare puellam virginem, & viro incognitam, qualis erat hæc, quæ nunc est suscitata, quæ duodecimum agebat annum. de efficacia verborum Christi diximus aliàs, & maxime in commentarijs in Ioannem.

Et reuersus est spiritus eius.

COMMENTARIA.

AD Christi imperium anima, quę per mortem erat separata, à corpore que recesserat, reuersa est, ac puella suscitata: ut autem Euangelista indicaret uere mortuam fuisse puellam, & eandem animam reuocatam ad illius corpus, usus est uerbo, reuersus est, quod indicat, spiritũ, seu animam prius abijsse, & eundem remeasse.

Et surrexit continuo.

COMMENTARIA.

NOn solam suscitata est, sed etiam, quæ iacebat, surrexit, & stetit, quod signum fuit roboris, ac sanitatis veræ cum vita acquisitę; non solum n. Christus reuocauit puellam ad vitam, sed integram etiam corporis sanitatem omni infirmitate reiecta, contulit. Hęc n. duo imperauerat, cum dixit, Puella surge: tanta fuit virtus eius imperij.

ANNOTATIO CIX.

Liberatus à peccato per gratiam quid præstare debeat.

PLura Marcus refert, nempe non solum surrexit, sed etiam ambulauit, quod indicat vitam, & incolumitatem perfectam: Confestim (inquit) surrexit, & ambulauit. Significatur spiritualiter, eum, qui à peccato per gratiam liberatus est, continuo surgere debere deposita veteri consuetudine, & remota occasione antiqua peccandi, ac ambulare bonis operibus incumbendo, ne gratiam in vanum accipiens eam facile perdat.

Et iussit illi dare manducare.

COMMENTARIA.

IVssit hoc Christus, vt ueritatem resurrectionis comprobaret, ne phantasticum aliquid quod factũ erat, existimaretur; atque ut in uitam mortalem, qualem ante uiuebat, reuocatum esse puellam significaret, quæ cibo ac potu indiget, non autem in eam, in quam resurgemus in ultimo die, quando mors ultra non erit. Hęc enim cibo corporali non indiget.

ANNOTATIO CX.

HAec sententia à Luca, & Marco scripta est, à Matthæo autem prætermissa. Ambrosius priorem rationem in commentario positam notauit, testimonium (inquit) resurrectionis, ne phantasma, sed veritas crederetur. Addit Euthym. Mar. 5. eadem de causa Christum non dedisse illi manducare, sed iussisse parentibus vt darent. Spiritualiter significatur, frequentia sacramenti Eucharistiæ amplectenda ab eo, qui iustificatus bonis iam operibus intendit, per illam non solum gratia augetur, sed robur ad tentationes superandas, & difficilia opera efficienda adipiscitur.

Et stupuerunt parentes eius.

COMMENTARIA.

VEhementer admirati sunt parentes puellæ, id enim magnitudo, et nouitas tanti operis postulabat; quæ admiratio non ex infidelitate, sed ex certa notitia procedebat, non enim dubitarunt factum, quod oculis propijs cernebant, cum namque, qui exterius homo nobis similis uidebatur, imperio mortuam puellam suscitasse, ac

eodem

Universidad de Deusto
Biblioteca

eodem momẽto sanitatem perfectam contulisse, admiratione dignum erat, illis præsertim, qui talia de Christo non audierant.

ANNOTATIO CXI.

MArcus habet, obstupuerunt stupore magno, qui licet non explicet eos, qui dicti sunt, obstupuisse, tamen ex Luca ad patrem, & matrem referendum est, non autem ad Discipulos, quibus id nouum non erat, iam enim viderant similia Christum fecisse, quando filium viduæ suscitauit, quod factum æqualis erat virtutis.

Quibus præcepit, ne alicui dicerent, quod factum erat.

COMMENTARIA.

PRæcepit Christus parentibus, & quidem vehementer, vt dicit Marcus, ne miraculum diuulgarent, scilicet tunc temporis, quando factum fuit, soliq́ parentes cum tribus Discipulis aderant donec ipse cum Discipulis turbam multam foris expectantem, reiq; exitum videre cupientem declinaret, hominum plausum fugiens; paulo tamen post latere non potuit: nam Christo è domo discedente, turbam ingressam esse, vt quid de puella factum fuerit, nosset, dubitandum non est, sicque ipsa viuens puella omnibus, qui mortuam viderat, & ijs, & qui ex certa relatione mortuam nouerant, testimonium irrefragabile miraculi à Christo gesti, ac per eos, qui aderant fama exijt in vniuersam terram illam, vt refert Matthæus.

ANNOTATIO CXII.

puella ecclesia synagoga quæ sy nagoga significauerit.

SVpra diximus, quã appositè mulier fluxum sanguinis patiens Gentilitati conferretur, nunc aũt de puella hac, per quam Synagoga significatur, dicendum est; & quidem in multis similitudo posita est, quorũ nonnulla exprimemus. Primo puella imperfectæ adhuc ætatis erat, quod & Synagogæ conuenit, quæ puero confertur ob status illius imperfectionem, Gala. 4. Cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes 1. Cor. 13. Cum essem paruulus, sapiebam vt paruulus. idcirco Gala. 3. Lex confertur pædagogo. Secundo puella patrem habebat, qui eius habebat curam, & pro ea solicitus erat: sic Synagoga patrem habebat Deum, quem colebat, & cuius fidem habebat, & sub illius particulari protectione erat, Gentibus seruientib. dijs falsis, ideoq; appellabat Synagoga Deum suum, & ipsa populus Dei appellata est. Tertio puella erat in domo patris, quia Synagoga de Dei Ecclesia erat, per veram fidem, & religionem. Quarto Christus ad domum eius sanaturus illam venit, quia Christus de populo Iudæorum, & de Synagoga carnem suscepit, & inter eos natus, & conuersatus est. Quinto rogatus venit, quia Christus venit in hunc mundum, & carnem sumpsit præcedentibus precibus, & rogationibus Patriarcharum, & Prophetarum, Patrum Iudæorum. Sexto veniens irridetur à tibicinibus, & turba tumultuãte, quia Christus passus est, illiusq́ à Iudæis. Septimo, paucis præsentibus, ejectaq́ turba Christus suscitat puellam, quod vt notant Ambros. & Hilarius paucitatem credentium Iudæorum in priori aduentu significat. demum fama exijt ex illo loco in omnem terram, quia salus, quam inter Iudæos Christus operatus est, per orbem terrarum est prædicata, & communicata. Multa alia dici possent, hæc autem sufficere videntur.

FRAN-

FRANCISCI
CARDINALIS TOLETI
IN SACROSANCTVM
LVCÆ EVANGELIVM
COMMENTARII.

CAPVT NONVM.

CONuocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicunque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam pulueren pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes, & curantes vbique. Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia, quæ fiebant ab eo, & hæsitabat eo quod diceretur à quibusdam: Quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdam verò: Quia Elias apparuit: ab alijs autem: Quia propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui. Quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum. Et reuersi Apostoli, narrauerunt illi quæcunque fecerunt; & assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ. Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui curatione indigebant, sanabat. Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas, ut euntes in castella, villasque quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plus quam quinque panes, & duo pisces: nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem fere viri quinquemillia. Ait autem ad Discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et discumbere fecerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus, & duobus piscibus, respexit in cœlum, & benedixit illis: & fregit, & dabat Discipulis suis, ut ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim. Et factum est cum solus esset orans, erant cum il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lo & Discipuli; & interrogauit illos dicens: Quem me dicunt esse turbæ? At illi respondentes, & dixerunt: Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò, quia vnus Prophetarum de prioribus surrexit. Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Christum Dei. At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc, dicens: Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & principibus sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam: nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam. quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat? Nam qui me erubuerit, & meos sermones: hunc Filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum. Dico autem vobis vere: sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei. Factum est autem post hæc verba fere dies octo, & assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & ascendit in montem vt oraret. Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera: vestitus eius albus & refulgens. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses, & Elias, nisi in maiestate, & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. Petrus verò, & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros, qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ: nescions quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem. Et vox facta est de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite. Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerant, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his, quæ viderant. Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit, dicens: Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia vnicus est mihi, & ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eum: & rogaui Discipulos tuos vt ejicerent illum, & non potuerunt. Respondens autem Iesus, dixit: O generatio infidelis, & peruersa, vsquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum. Et cum accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. Stupebant autem omnes in magnitudine Dei: omnibusque mirantibus in omnibus, quæ faciebat, dixit ad Discipulos suos: Ponite vos in cordibus vestris sermones istos: Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum. At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se, & ait illis: Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit: & quicumque me receperit, recipit eum, qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est. Respondens autem Ioannes dixit: præceptor, vidimus quendam in nomine tuo ejicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illum Iesus: Nolite prohibere: qui enim non est aduersum vos, pro nobis est. Factum est autem, dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit vt iret in Ierusalem. Et misit nuncios

cios ante conspectum suum: & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum vt pararent illi. Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusalem. Cum uidissent autem Discipuli eius Iacobus, & Ioannes, dixerunt: Domine, vis dicimus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. Factum est autem: ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocunque ieris. Dixit illi Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum. Dixitque ei Iesus: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, & annuncia regnum Dei. Et ait alter: Sequar te Domine, sed permitte mihi primum renunciare his, qui domi sunt. Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.

CAPVT NONVM.

ANNOTATIO PRIMA.

Orda & series historiæ.

VT Lucas narrat de Apostolorum missione in principio capitis, referuntur à Matthæo cap. 10. & Marco cap. 6. inter quos Euangelistas solus Marcus ordinem rerum gestarum seruauit: nam hæc missio facta est ante ea, quæ in fine præcedentis capitis à Luca dicta sunt; & post illa, quæ scribit Matthæus cap. 10. Occisio autem Ioannis, quam narrat Matthæus cap. 14. facta fuit eo tempore, quo missi erant Discipuli ad prædicandum. De ordine vide Augustin. lib. 2. de consens. Euang. cap. 30.

Conuocatis autem IESVS duodecim Apostolis dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent.

COMMENTARIA.

VOcat in vnum duodecim Apostolos, vt eos mittat prædicare Euangelium, quod vt efficacius faciant, dat potestatem, & virtutem ejiciendi dæmonia à corporibus hominum, & infirmitates curandi, quibus audientium fidem sibi conciliet: nam per talia opera virtus Dei in illis agnoscebatur, & hominum beneuolentia, quæ ad fidem suscipiendam multum conducit, comparabatur.

ANNOTATIO II.

Sine alia differentia inter virtutem, & potestatem, de quib. fit mentio in textu.

POssent quispiam non immerito interrogare, quæ sit differentia inter virtutem, & potestatem, quarum in textu mentio facta est; cui quidem interrogationi Bonauentura satisfacere intendit, affirmans potestatem ad languorum sanationem, virtutem ad dæmoniorum ejectionem referri, quasi virtus sit data ad expellendos dæmones; potestas verò ad sanandos languores. quæ dictio quibusdam etiam recentioribus placet. Huic tamen interpretationi obstant Matthæus cap. decimo, & Marcus cap. tertio, qui potestatem ad dæmones referunt simul, & ad languores. Matthæus (inquit) dedit eis potestatem spirituum immundorum, vt ejicerent eos, & vt sanarent omnem languorem, & infirmitatem. Marcus verò: Dedit, inquit, potestatem curandi infirmos, & ejiciendi dæmonia, & capit. sexto, prætermissis infirmis, ait: dabat eis potestatem spirituum immundorum. Hoc igitur loco apud Lucam ad vtrumque tam virtus, quam potestas referri debent. Lucas autem duobus vocabulis vsus est, nempe virtute, & potestate, vt rem ipsam perfectius explicaret; nam potes-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stas ad quandam præsidentiam, & dignitatem pertinet: qui enim aliis præsunt; potestatem habere dicuntur. Roman.13. qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit; Virtus autem ad efficaciam; potestas enim sine virtute inermis, & inutilis est; virtus autem sine potestate aliquando temeraria est. Instituit igitur Christus quasi præsides, & velut ex officio, & munere Apostolos super dæmones, & super morbos: & vt efficaciter vtrumque præstarent, adhibuit virtutem, ac potentiam. Matthæus, & Marcus vnico nomine potestatis vtrumque significarunt; Lucas verò distinctius agens vtriusque meminit, significans Apostolis, quasi ex officio ac munere datum, dæmones eijcere, & morbos sanare. Optimo autem consilio Christus mittens eos ad Euangelium prædicandum, sic disposuit, & ornauit: nam vtrumque opus diuinitatis erat argumentum, & vtrumque hominum beneuolentiam conciliabat, quasi beneficium illis collatum: quæ duo animos ad fidem prædicationi præstandam trahebant. Quod autem ad literam spectat, in quibusdam Græcis exemplaribus legitur (duodecim Discipulis) in quibusdam verò alijs (duodecim Apostolis) atque hæc noster interpres est secutus: eaque lectio est magis accommodata; iam enim ex Discipulis omnibus duodecim Christus elegerat, eosque Apostolos instituerat, ut supra dictum est Luc. sexto in nonnullis etiam Græcis tantum legitur: Conuocatis duodecim, sicque legit Euthym. sensus idem est in omnibus his.

Et misit illos prædicare regnum Dei.

COMMENTARIA.

COnuocatos, ac dispositos Apostolos mittit in ciuitates, & vicos non Iudææ, sed Galilææ, & Israel, prædicare aduentum Messiæ, & Euangelij; hæc enim regnum Dei appellat, quia per Christi fidem, & Euangelij eius obseruantiam homines, & contra Diabolum, cæteroſque inimicos regnant in hoc sæculo, & ab hoc in regnum cœlorum transeuhuntur.

ANNOTATIO III.

MAtthæus cap.10. prædicationis verbum à Christo traditum explicuit: Euntes (inquit) prædicate dicentes; Appropinquauit regnum cœlorum. Marcus cap.sexto, alteram prædicationis partem enarrauit, exeuntes, (inquit) prædicabant, vt pœnitentiam agerent. Illud ad fidem Christi, per quam salus, & remissio accipienda erat, spectabat; hoc autem ad mores, vt abiectis prauis operibus, per pœnitentiam, sine qua salus, ac remissio peccatorum non confertur, bonis incumberent. Marcus etiam exposuit, vocatos quidem duodecim, sed missos esse binos, vt intelligas, non simul omnes in singula loca iuisse, sed separatos, binos, & binos. Matthæus autem nomina duodecim, qui missi sunt, describit. De regno hoc, quod prædicare missi sunt, diximus supra, & in Commentario, & dicemus adhuc in sequentibus.

Et sanare infirmos.

COMMENTARIA.

VT prædicatio Apostolorum vera agnosceretur, fidemque audientium conciliaret, misit etiam eos sanare infirmos, virtutemque, ac potestatem traditam in hominibus exercere, ac operibus demonstrare.

ANNOTATIO IV.

OMisit Lucas alia multa diuinæ virtutis opera, quæ Christus eos facere iussit, vt per ea ad fidem, in qua salus spiritualis posita erat, auditores attraherent; quæ Matthæus distinctius enarrat; sic enim Christum dixisse Apostolis refert: Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite. Adiecit etiam: Gratis accepistis, gratis date, id est nullo precio à uobis accepto tantam virtutem ego uobis contuli, vos etiam gratis, & sine vllo temporali

li precio aliis impartite, opera talia gratis exhibendo. Cum enim hæc fierent ad conciliandam hominum fidem in Christum, in qua salus æterna erat posita, oste ndendamque diuinam virtutem ad veritatis confirmationem, noluit Christus temporalia præmia admiscere, ne vilescerent, & vt omnibus communia essent, etiam pauperibus, & nihil quod redderent, habentibus, & vt sic animi magis allicerentur, benevolentiaque hominum maior prædicationi accederet. De hac infirmorū curatione recte Hiero. Matth. 10. inquit: Clemens Dominus, & Magister non inuidet seruis, ac Discipulis virtutis suæ, & sicut ipse curauerat omnem languorem, & omnem infirmitatem, Apostolis quoque suis tribuit potestatem, vt curarent omnē languorem, & infirmitatem plebis. Sed multa distantia est inter habere, & tribuere, donare, accipere. Iste quodcunque agit, potestate Domini agit: ipsi si quid fecerunt, imbecillitatem suam, & virtutem Domini confitentur, dicentes, In nomine Iesu surge, & ambula. Hęc Hiero.

Ordo instructionis Apostolorum a Christo factæ quam proficisce

Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via.

COMMENTARIA.

COmmunia præcepta in missione hac obseruanda, omnibus simul traditis, priusquam dimittantur bini. Conuocatis ergo Apostolis prohibet nihil secum adferre ex ijs, quæ ratione viæ conficiendæ adferri ab alijs solent. Hoc enim eos ad prædicandum expediliores, diuinæ prouidentiæ confidentiores, hominibus admirabiliores, ac ab omni auaritiæ suspicione liberos effecit.

ANNOTATIO V.

MAtthæus narrat primum præceptū iniunctum Apostolis, quod quidem Marcus, & Lucas prętermiserunt, id autē tale est: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues, quæ perierunt, domus Israel. Sicut enim Christus veniēs in hunc mundum, præsentiæ suæ prędica tionem Iudæis solis exhibuit, iuxta illud Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israelitæ voluit Dominus discipulos suos facere, vt omnem Iudæis occasionem tolleret negādi eum esse verum Messiam in lege, & Prophetis promissum; erant enim gentes, & Samaritani Iudæis infensissimi, facileq; Christum abiecissent, si eius prædicationem illis communem intellexissent: tempus enim opportunum expectari voluit mortis ac passionis suæ, quā pro totius mundi salute, Iudęorum, & gentium passus est, postquam Apostoli mittēdi erant in omnem viam, & regionem. Post hoc præceptum adiunxit secundum, vt refert Matthæus: Prædicate, inquit, dicentes: Appropinquauit regnum cęlorum, seu Dei, vt dicit Lucas. Post hęc addidit, quę supra diximus. Infirmos curate, mortuos suscitate, &c. His adiecit, quę ad eos pertinebant, nempe quod dictum est: Nihil tuleritis in via, & quę sequuntur, hic enim fuit ordo huius institutionis datæ à Christo Apostolis simul, priusquam proficiscerentur, Græce habetur (in viam) id est, pro via, seu itinere conficiendo.

Neque virgam.

COMMENTARIA.

EXponit in particulari, quæ generaliter prohibuerat, ne in obseruantia sit error, aut in inquirendo intellectu difficultas. Senius est. Volo vos adeo inermes esse, ac armis carnalibus priuatos, vt neque virgam in defensionem, aut offensionem aliquam feratis. Opera, ad quæ vos peragenda mitto, vitæ vestræ innocentia, virtusque mea, quæ in vobis est, erunt arma vestra.

ANNOTATIO VI.

VIRGÆ prohibitio etiam apud Matthęum habetur: in quibusdam autem Græcis exemplaribus, tam apud Matthęū, quam apud Lucam habetur (virgas) in plurali, in quibusdā alijs in singulari. Latina exēpla etiā apud Matthæū, & Lucā legūt in singulari, sensus idem est, quam ideo in

Universidad de Deusto
Biblioteca

plurali ponitur, quia refertur ad multos simul, nempe ad omnes Apostolos, in singulari autem quia ad singulos fit relatio, vt nemo eorum virgam ferat. Facessit tamen negotium Marcus, qui contrarium videtur scribere, inquit enim: præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum. Hanc difficultatem varie Doctores soluunt. In primis August. lib. 2. de consen. Euang. cap. 30. multis verbis concordare hanc apparentem dissonantiam conatur. Breuiter eius sententia in eo posita est, quod affirmat Christum dixisse vtrumque, nempe ne tuleritis virgam, nisi tantū virgam, sed non in eadem significatione: nam virga accipitur pro ligno, quo sustentantur viatores, & sic prohibentur Apostoli ferre accipitur etiam pro potestate, qua Euangelium prædicantes, quæ sibi necessaria erant ad victum, & vestitum, ab auditoribus exigere poterant, de qua potestate dictum est 1. Cor. 9. Numquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi? & hanc virgam Christus Apostolis concessit, erant ergo iussi sine virga, id est, sine sustentaculo corporis ire; & cum virga, id est, potestate exigendi ad victum necessaria. Illud Matthæus, & Lucas; hoc Marcus, retulere: vtrumque autem à Christo dictum est. Hæc est Augustini sententia, quam sequitur Beda, & Druthmarus cap. 27. in Matt. Hæc autem expositio Augustini, qua parte virgam apud Marcum pro potestate viuendi ex Euangelio interpretatur, dura videtur: tum quia virga in ea significatione non legitur in Scriptura: tum etiam quod magis contra hanc expositionem viget, quia apud Marcum non videtur accipi in significatione figurata, sed propria pro virga exteriori, quia contingitur cum alijs exterioribus: Non (inquit) peram, non æs, non panem, nisi virgam; exceptio enim fit ab ijs, quæ sunt eiusdem generis.

Concordia inter Marcū, & Matthæū ac Lucam.

Secundo loco Ambrosius Luc. 10. virgā apud Matthæum, & Lucam Apostolis prohibitam interpretatur pro potestate corrigendi, & castigandi, quam prælati habent in subditos, & patres in filios, de qua dictum est 1. Corinth. 4. Is virga veniam ad vos, an charitate, & spiritu mansuetudinis? Et Prouerb. 11. qui parcit baculo, odit filium suum. vult ergo Christus agere in mansuetudine, non in rigore iustitiæ, ideo virgam prohibet. Sic Ambrosius virgam prohibitam explicat; de ea autem, quæ concessa est apud Marcum, nihil dicit, tamē ad eius mentem dicere possumus, accipi pro virga materiali, seu baculo corporeo, qui concessus est Apostolis. Huic sententiæ aduersari videtur contextus Matthæi, & Lucæ, nam cætera, quæ prohibentur, non accipiuntur in significatione figurata, nempe aurum, argentum, pecunia, pera, tunicæ duæ; igitur virga debet in eadem significatione accipi pro materiali virga. vnde quod diximus contra sententiam August. in expositione virgæ apud Marcum, idem opponimus Ambrosio, in expositione virgæ apud Lucam, & Matthæum; debet enim eadem significatio retineri in virga, quæ in cæteris est, nempe propria, quod argumentum etiam procedit contra expositionem Hilarij can. 10. in Matth. vbi virgam interpretatur potestatem sæcularem, qua vti Apostoli prohibentur, cum non indigeant ea, qui habent à Christo potestatem.

Tertio loco Victor Antiochenus Mar. 6. virgam in omnibus Euangelistis Matthæo, Marco, & Luca in eadem interpretatur significatione, nempe pro baculo, dicit tamen à Domino esse permissum, & per quandam indulgentiam concessum, ideirco Matthæus, & Lucas, quasi prohibitum retulerunt, Marcus vero quasi concessum, quia nec fuit absolutè prohibitus, nec absolutè concessus. Hæc sententia difficile accommodatur contextibus Euangelistarum: nam apud Matthæum, & Lucam coniungitur cum ijs quæ absolutè prohibentur, eademque fit prohibitio pecuniæ, peræ, cæterorumque, & virgæ, apud Marcum autem absoluta fit exceptio virgæ.

Quarto loco Euthymius Matth. 10. in vtroque loco, nempe Marco, Matthæo, Luca, eodem modo accipi virgam fatetur, scilicet pro baculo exteriori, in quo conuenit cum Victore: at verò dicit Dominum à principio negasse vsum virgæ, & hoc Matthæus, & Lucas referunt; postea verò permisit, & id narrat Marcus. Sicq; Euthymius differt à Victore, quod ille vtrumque dictum esse à Christo affirmat, nempe prohibitionem, & concessionem. at Victor asserit, Christum semel permisisse, idq; Matthæus negatiuè, Marcus affirmatiuè narrarunt. Hæc sententia parum probabilitatis habet; non enim Christus nobis est similis in hoc, quod modo neget, modo idem affirmet, quod cuiusdam est inconstantiæ. Conueniunt autem cum Augustino, & Druthmaro hæ duæ sententiæ. Victoris, & Euthymij. quod apud Matthæum, & Lucam etiam baculus, seu scipio sit Apostolis prohibitus, quod Hieronymus etiam fassus est, sic enim inquit: Qui Domini auxilium habemus, præsidium baculi non quæramus.

Quinto loco quidam recentiores affirmant vtrobique tam apud Matthæum, & Lucam, quam apud Marcum accipi in eadem significatione, nempe pro exteriori baculo; dicunt tamen apud Matthæum, & Lucam prohiberi duas virgas, apud Marcum autem vnius tantum vsum concedi binis, ita vt Dominus mittens binos Apostolos noluerit singulos singulas virgas habere, sed vnam solam pro binis sufficere. quam expositionem confirmant, quia nonnulla Græca exemplaria apud Matthæum, & Lucam habent uirgas in plurali, vt in principio Annotationis retulimus. Hæc expositio nihil soliditatis habere videtur; tum quia Marcus non dicit, (nisi uirgam vnam) sed (nisi virgam tantum) tum, quia communis lectio Græca apud Matthæum, & Lucam est in singulari; & idem est sensus, etiam si in plurali sit, vt diximus paulo ante; tum demum quia siue ad significationem, siue ad rem ipsam parum, aut nihil facere videbatur, quod vnus baculus duobus concederetur.

Sexto loco quidam recentiores distinguunt virgas duas, vnam, quæ est ad percutiendum, in vindictam, aut defensionem; Alteram, quæ est ad sustentandum, quasi fulcimen quoddam. Quæ virgæ significatæ sunt psalm. 22. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Vbi sunt duo uocabula Hebræa, primū est שבט alterum משען id est fulcimen, & sustentaculum. dicunt ergo pro rem negatam Apostolis, quibus dictum est: Si aliquis te percusserit in maxilla, præbe ei alteram. & Nolite resistere malo. Posteriorem vero esse concessam, quæ potius signum est paupertatis, illud Matthæus, & Lucas, hoc Marcus narrarunt. Quæ sententia mihi probabilior est visa, licet Hieronymus, uti diximus, baculum sustentationis prohibitum Apostolis affirmauerit. Hæc autem sententia confirmari potest illo Luc. 22. vbi Christus ad has prohibitiones alludens inquit: quando misi vos sine pera, & baculo, nunquid aliquid defuit uobis? sed nunc qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium, significans prius prohibitum fuisse gladium Apostolis, nempe quando prohibita fuit pera & sacculus, qui gladius nomine uirgæ nunc significatus est. In cuius gratiam aduerte nomen Græcum ῥάβδος, quo vsi sunt Euangelistæ tres, ac Latine virga dicitur, tripliciter accipi. Primo quidem pro sceptro regio, & uirga, quæ erat signum potestatis, ac superioritatis, psalm 22. Reges eos in uirga ferrea. psalm 44. Virga æquitatis, virga Regni tui. Isai. 14. Contriuit Dominus baculum impiorum, & virgam dominantium. Hinc est vt nomen virgæ aliquando accipiatur pro ipsa potestate signi nomine, pro re cuius signum est, sumpto. Psalm. 124. Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Secundo accipitur pro virga, qua percutimus. Exod. 21. Qui percusserit seruum suum vel ancillam virga. Psal. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum. Sunt autem uariæ species virgarum percussionis: nam quædam sunt subtiliores ad correctionem, quædam grauiores ad vindictam, & nocumentum; lingua vulgari diuersa nomina sortiuntur, Græcè autem appellantur ῥάβδοι, vnde Ezech 39. ubi habetur: Comburent arma, clypeum, & hastam, arcum, & sagittas, baculos manuum, & contos. loco baculi manuum habetur idem uocabulum Græcum, erat enim talis uirga armorum genus, talem puto fuisse baculum Dauid 1. Reg. 17. quem semper habere in manibus dictus est; non enim iuuenis fortis fulcimine indigebat, Græcè dicitur ῥάβδος: sicut apud Ezech. & apud Germanos multi baculi huius generis habentur. Tertio accipitur pro baculo, et fulcimine, fensipione. Tob. 4. & 10. missimus baculum senectutis nostræ. In his omnibus locis idem est Græcum vocabulum ῥάβδος; nomen autem Latinum virgæ vix reperitur in tertia si-

Græcum nomen ῥάβδος tripliciter sumptum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnificatione pro baculo fulciminis, sed tantum in prioribus duabus significationibus; at verò Græcum in tribus illis significationibus vsurpatum sæpe legimus. Matthæus igitur, & Lucas scribunt negatam virgam, seu ῥάβδον in secunda significatione, nempe percussionis, vindictæ, defensionis. Marcus concessam refert in tertia significatione, quamuis Latine significantior esset lectio, si loco virgæ nomen baculi appositum esset. Græcum verò nomen etiam baculum significat. Eadem est ratio nominis Hebræi שבט quod sceptrum, & virgam percussionis significat, sicque in locis citatis pro priori, ac posteriori significatione, loco Græci nominis ῥάβδος habetur in Hebræo שבט præter loca. 1. Reg. 17. & Ezech. vbi distincta Hebræa nomina legimus, non autem שבט quod pro baculo fulciminis vix legitur in Scriptura, sed est nomen מטה vt supra diximus ex psal. 22. Virga tua, & baculus tuus. Latius ergo patet nomen Græcum, quod etiam baculum significat, idcirco apud Euangelistas idem est nomen, non tamen in eadem significatione: probabile tamen est Christum in Hebræo locutum, distinctis nominibus vsum esse, quando vnum prohibuit, vt referunt Matthæus, & Lucas, alterum concessit, vt narrat Marcus, sicque mihi videntur Euangelistæ in hac parte ad concordiam reuocandi.

Quare in missione Apostolorũ virgam eis Christus prohibuit.

ANNOTATIO VII.

NOn sine mysterio voluit Dominus Apostolos in hac missione sine virga huiusmodi mittere. Patres autem antiqui causas varias protulere. Primo quidem Hieronymus Matthæ. 10. vnam adfert, nempe, quia præsidium Domini habebant, qui erat virga Iesse. Isa. 11. Hilar. vt supra diximus, ne potestate sæculari ibi vterentur, qui eam à Christo habebant. Ambrosius, Luc. 10. vt significaret Christus illos in spiritu mansuetudinis debere procedere. Mihi duæ maximè accommodatæ videntur. vna est ad obseruantiam, altera est in significationem. prior quidem, vt doctrinam iam illis traditam obseruarent, vt diximus in præcedenti Annotatione. non se defendendi, nec vindicandi, quin potius omnia illata mala paciatur sustinendi. Posterior autem, vt scirent eos non mitti, vt Pastores, & Prælatos, sed in verbi prædicatores. Differt enim hæc missio ab ea, quæ facta est post aduentum Spiritus sancti, quando missi sunt per vniuersum orbem; tunc enim non verbi tantum nuncii, sed etiam Pastores, ac Prælati, Christique vicarij sunt constituti, at nunc ipso corporaliter præsente, non acceperunt potestatem præsidendi, & in ligandi tamquam Prælati, & Pastores Ecclesiæ, sed missi sunt ad annunciandum, & prædicandum, idcirco sine virga percussionis, quæ potestatis signum esse solet, mittuntur. Ac propterea distinctè explicat eis Christus, quæ facturi erant, nempe annunciare regnum Dei, prædicare pœnitentiam, ejicere dæmonia, & infirmos sanare.

Neque peram, neque panem.

COMMENTARIA.

OMnem temporalis victus solicitudinem eos deponere volens Christus, prohibuit, ne peram portarent in via, nec panes asseruarent, cogitantes de futuro viæ tempore; sed totam suæ viæ curam diuinæ prouidentiæ relinquerent, quæ illis necessaria quando, & quomodo oportuerit, ministrari faciet; ipsi verò toti incumberent prædicationi, & muneri, ad quod missi erant. Pera sacculus est, in quo iter facientes reponunt, & asseruant cibum: sub quo nomine etiam intelligere debemus vasa, in quibus potus conseruatur. Panis nomine cibus omnis significatur, quod Scripturæ est familiare. Mar. 3. vt nõ possent manducare panem. Luc. 14. Beatus, qui manducabit panem in regno. Et iterum: Cum introisset Iesus manducare panem, & alibi sæpe.

Pera id est, Scrip tam qua Christus Apostolis prohibuit.

ANNOTATIO VIII.

PEra sacculus est, in quo cibus reponitur, & asseruatur ab itinerantibus. 4. Regum 4. Venit (inquit) vir de Baalsalisa, deferens viro Dei panes primitiarum, & vigiati panes hordeaceos, & frumentũ no-

nouum in pera sua. Iudith 13. Iussit vt mitteret caput Holofernis in peram suã. Hæc maximè pastoribus est familiaris, de qua dicitur 1. Reg. 17. Tulit lapides, & misit illos in peram suam Matthæus adiecit: Neque (inquit) peram in via. Chrysostomus in Matth. homil. 33. autat, Christum voluisse in Apostolis sublimioris vitæ fundamenta iacere, iuxta illud, quod docuerat, Matth. 6. Nolite esse soliciti in crastinum; & nolite esse soliciti dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hieronymus Matthæ. 10. rationem huius adfert: Propemodum, inquit, vitæ necessaria amputat, vt Apostoli veræ religioni Doctores, qui instituebant omnia diuina prouidentia gubernari, se ipsos ostenderent nihil cogitare de crastino. Hæc ille. Quæ quidem doctrina vera est, limitanda tamen, quod hoc in loco solum prohibet præparationem in viam: nam pendet ista sententia ex præcedenti, nihil tuleritis in via, nec peram, nec panem, scilicet in viam. At illa sententia Matthæi, generaliter est de non asseruando aliquo in crastinum, seu futurum tempus etiam extra viam. Adijcit etiam idem Hieronymus ex hoc præcepto argui Philosophos, qui vulgo appellantur Bactroperitæ, quod contemptores sæculi, & omnia pro nihilo ducentes, cellarium secum vehebant. Adde his, quod ad sensum literalem facit, fuisse ciuitates, & villas, in quas mittebantur Apostoli, sic inter se vicinas, vt non esset necessarium pera vti, aut cibi asseruatione in via.

Neque pecuniam.

COMMENTARIA.

SI diuina prouidentia illis de omnibus vitæ necessarijs prouidebat, superflua erat pecuniæ asseruatio; quę idcirco prohibetur, vt eos ab omni auaritiæ suspicione liberos apud omnes reddat, & illis omnem occasionem, ac prætextum cupiditatis amputet, ut gratis dent. quæ gratis acceperunt, ac demum admirabiliores omnibus videntibus faciat; debet autem hoc connecti cum superiori scilicet, ne in viam, seu prouiatico asseruent pecuniam.

Quid sit tributum sit Apostolis pecunia ne mine.

ANNOTATIO IX.

MAtthæus sic habet: (Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris.) vbi notanda sunt duo, vnum, quod ad literam spectat, est illud (pecuniam) Græce haberi χαλκὸς, id est, æs. Distinguuntur enim tria genera metallorum, ex quibus pecunia conficitur: ut autem omnis pecunia prohibeatur, positum est nomen materiæ pro ipsa pecunia, sicut Actor. 3. Argentum & aurum non est mihi. Quamuis Druthmarus in Matth. cap. 27. interpretetur, ne auro, & argento, pro ornamento in zonis vtantur; ea tamen expositio parum est accommodata. Zona enim ponitur pro crumena, quæ solebat tunc zonis appendi, vt nunc etiam apud multos; aurum autem, & argentum pro pecunijs, quæ ex illis conficiuntur, sicut in loco allegato, Actorum 3. Alterum est nõ prohiberi hæc simpliciter, sed ne accipiantur in viam, seu pro viatico; idcirco adijcitur. Nolite possidere in zonis vestris, quo notatur asseruatio; vt enim inquit Euthymius Matthæ. decimo, moris erat, iter aggredientes crumenas in zonis portare, quibus reponebantur pecuniæ, quod Marcus etiam significauit; inquit enim: Neque æs in zonis. Lucas verò non adiecit hoc, quia prius dixerat: Nihil tuleritis in via, exponens postea, quæ non erant in viam asserenda, scilicet pera, panis, pecunia. Per viam autem intelligere debemus non solum iter, quod ex una in alteram ciuitatem, seu villam conficitur, sed etiam in eisdem locis mansionem; pro toto enim huius missionis tempore prohibitio facta est. Notandum etiam est, pecuniam apud Lucam haberi Græcè ἀργύριον, id est, argentum; sic enim interpretvertit apud Matthæum: Nolite possidere aurum, neque argentum, quamuis hoc idem nomen etiam significet generaliter pecuniam ex quacunque materia conflatam. Quam significationem videtur apud Lucam habere, qui hoc solo nomine vsus est, idcirco interpres hoc in loco uertit pecuniam.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quemodo Christus hoc loco prohibet Apostolis peruniam quam alias concessit.

Quod verò ad rem attinet, occurrit difficultas in hac prohibitione: nã Dominus Apostolis pecuniam, & loculos concesserat ad emenda necessaria, & pro se, & pro ipsis, etiam in via. Nam Ioan. 12. Iudas loculos habebat, & ea, quæ mittebantur portabat. & Ioan. 4. Discipuli in via accesserunt ciuitati, vt cibos emerent: emere autem non poterant nisi dato pretio. & Io. 6. dixit Christus: Vnde ememus panes, vt manducent isti? Respondeo, has prohibitiones fuisse temporales, missionis istius tẽpore tantũ perduraturas, vt recte notauit Chrysostomus serm. 9. in Epist. ad Philip. & in hom. in locum Pauli Rom. 16. Salutate Priscam, quæ habetur in tertio tomo. Voluit enim Christus Discipulos nõdum perfectos instituere, quã ratione diuinæ suæ prouidentiæ deberẽt fidere, omnemq; sollicitudinem temporalem deponere, vt prædicationi incumberent, & occasionem omnem auaritiæ amputare; idcirco hæc præcepta dedit, quæ postea quãdo misit eos in vniuersum mundum Euãgelizare, non erant necessaria illis, quippe qui gratiam Spiritus sancti abundantissimam acceperant, qua ita perfecti euaserunt, vt huiusmodi exterioribus prohibitionibus non indigerent, ante huiusmodi verò gratiam acceptam docendi erant talibus præceptis, fiduciã omnem in Christo collocare, eiusque potentiam experientia agnoscere, q̃ ipse Dominus Luc. 22. significauit, dicens: Quando misi vos sine sacculo, & pera, nũquid aliquid defuit vobis? Præterea etiam, quia longe alia ratio erat habenda in orbis totius peregrinatione, quã in vnius prouinciæ nõ admodum latæ itinere conficiendo. Quod si Iudas loculos habuit, & asseruabat elemosynas, de mandato Christi id factum est, quia cum Christo conuiuebant non bini, & bini, sed omnes simul, & copiosiori viatico indigebant, & tempore longiori: nisi autem esset monynas conseruassent, viuere non potuissent citrà miraculum, frequẽtissime enim iter cõficiebant, nec tunc eleemosynas colligere poterãt. Christus autem morem humanum amplecti in hoc voluit: non autem miraculo vti. De hac etiam re sequenti Annotatione plura dicemus.

Neque duas tunicas habeatis.

COMMENTARIA.

NOn prohibentur plura vestimẽtorum genera: nam & tunica vtebantur, & pallio, illud interius, hoc exterius erat indumentum. interioris igitur indumenti numerus vetatur, non quod duo pallia licuisset habere, sed quod tunicas homines soleant sæpius mutare, & maxime iter agentes; tunicas ergo mutatorias Discipulos in hac missione Christus habere noluit, vt omnem futuri temporis solicitudinem ab illis amoueret.

ANNOTATIO X.

Duplicis tunicæ prohibitio quomodo intelligenda.

AVgustinus lib. 2. de consensu Euangelistarum cap. 30. interpretatur prohibitionem tunicarum duarum eam esse, ne vnam induri, alteram futuro tempori reseruarent. Hieronymus etiam Matth. 10. notat non fuisse prohibitam Apostolis vestimentorum multiplicationem, scilicet ne pluribus vestiti incederent, sed ne multa haberent, quibus & præsenti, & futuro tempore prouiderẽt. Verba Hieronymi sic se habent: In duabus tunicis videtur mihi duplex ostendere vestimentum, non quo in loco Scythiæ, & glaciali niue rigentibus una quis tunica debeat esse contentus; sed quo in tunica vestimentum intelligamus, ne alio vestiti aliud nobis futuroru timore seruemus. Hæc Hieronymus. Ex eius igitur sententia potuerant Apostoli duas tunicas simul induere: prohibitio enim est tantum, ne multas habeant, vnã, qua induti incedant, alteram futuro tempori reseruatam: probabilius autem existimo, tunicarum multitudinẽ absolute singulis Apostolis prohibitam; tunc enim tẽporis consuetudo erat, vna tantum indui tunica, non pluribus simul. non ergo licebat nec pluribus indui simul, nec plures habere, vnam qua induerentur alteram reseruatã. hoc Christus expressè prohibuit, illud verò tacitè, quia præsupposuit, quod consuetum tunc erat, neque hoc fuit præceptum perpetuum, sed pro illius missionis tempore, & quidem breui, vt diximus in præcedenti annotatione ex Chrysostomo. Postea enim Apostoli vestimenta reseruata habebant pro suis vsibus necessarijs,

rijs, vt Chrysost. probat ex illo Pauli 2. Thim. 4. Penulam (inquit) quam reliqui Troadæ apud Carpum, veniens affer tecũ. Penulam ergo reseruatam habuit Paulus, quo hyemis tempore vtebatur.

ANNOTATIO XI.

OMisit Lucas prohibitionem, quã Matthæus retulit, nempe neque calciamẽta, inquit, Cui prohibitioni videtur cõtradicere, quod Marcus scripsit, nempe Christum præcepisse, vt calceati sandaliis incederent. Ad hanc difficultatem primo loco Victor Antioch. Mar. 6. respondet, nimirũ Christum secundum quandam indulgentiam permisisse vsum calceorũ, ideo Matthæus negat, Marcus affirmat, sicut de virgã factum est.

Cæterũ tur Matthæus, et Marcus cum pro habita calceamentorũ.

Secundo loco Euthymius Matth. 10. aliter respondet, nempe primum quidẽ Christum negasse calceos Apostolis, postea verò permisisse. illud Matthæus, hoc Marcus retulerunt. Videntur hi Græci Doctores Victor, & Euthymius nullum agnoscere discrimẽ inter calceos, qui apud Matthæũ Græcè dicũtur ὑποδήματα, & σανδάλια, quæ Marcus appellat. Neutra autem sententia videtur accommodata ob ea, quę diximus paulo superius de virga. Hi namq; Doctores idem senserunt de virga.

Tertio loco Augustinus lib. 2. de consensu Euangelistarum cap. 30. sandalia apud Marcum figuratè, & spiritualiter intelligenda censet, vt pes neque tectus, neq; nudus sit ad terram, id est, nec occultetur Euangelium, nec terrenis commodis innitatur. Hæc sententia difficilè accommodatur contextui Marci, cum reliqua non figuratè, sed propriè posita sint. Verius ergo, & accommodatius dicemus, si distinguamus calceos à sandaliis. Sandalia enim sunt, vt rectè Augustinus li. 2. de consensu Euangelistarum cap. 30. dicit, quę partem superiorem pedis non tegunt, sed solam inferiorem, nempè plantam, corrigiisque in parte superiori ligantur. calcei verò sunt, qui totum pedem contegunt, quæ dicuntur à Matthæo ὑποδήματα, quasi subligacula à verbo ὑποδέω, id est, subligo: nam olim calcei vinculis, & ligaminibus comprimebãtur intra illud Virgilianum lib. 1. Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantas. Horum vsus prohibetur, vt

Calcei à sandaliis differũt.

narrat Matthæus, illorum conceditur, vt refert Marcus. Sicque concordantur Euangelistæ de calceis, & sandaliis. Diximus plura in commentariis in Ioannem cap. 1. annotat. 65. sicut igitur concessit Christus virgam in corporis sustentaculum, sic sandalia in pedum defensionem.

ANNOTATIO XII.

Matthæi locus: Dignus est Mercenarius, &c. Explicandum est.

OMisit etiam Lucas, quod Matthæus post hæc dixit, scilicet: Dignus est operarius mercede sua. Significauit his verbis Dominus non tantum se diuina sua prouidentia necessaria omnia illis ministraturum, & curaturum, sed etiam illos, quibus annunciandum erat Euãgelium, teneri eis subuenire, & necessaria suppetere, & ipsos Apostolos iure posse ab iis talia exigere, & recipere. Augustinus lib. 2. de consensu Euangel. cap. 30. existimat hæc verba indicare finem, quare Dominus Apostolis illa omnia prohibuerit, nimirum, vt significaret eos potestatem habere ab iis, quibus prædicatum erat, necessaria sibi poscere. At verò existimo non sic posita esse hæc verba, quasi finalem causam prohibitionis explicarent, cum ob alias causas, & fines sit prohibitio facta, vti supra dictum est; sed posita sint hæc verba cumulatiuè ad confirmandos animos Discipulorum, ne dura videretur talis, & tanta prohibitio. Vltra enim mittentis prouidentiam, potestas dabatur illis necessaria exigendi. Addit Augustinus his verbis (neque argentum, neq; aurum, neq; pecuniam) non auferri potestatem habendi hæc, sed significari potestatem accipiendi necessaria ab iis, quibus annunciabant. Hoc dictum non videtur satis accommodatum: nam verba prohibitionem significant, sed pro huius missionis tempore, vti diximus.

Et in quãcunque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis.

COMMENTARIA.

PRosequitur Dominus Apostolos instituere, præcipit, vt cum in ciuitatem aliquam aut castellum introierint, vnam domum eligant, in quam se recipiant, nec inde exeant, vt in alium diuertant, hospitium mutantes;

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed perseuerent, donec in ea ciuitate, & castello permanserint; ne domum mutantes contristent, ac perturbent eum, à quo recepti sunt, & ne etiã ipsi aut leues, & inconstantes, aut vtri dediti alijs videãtur; & ne, dum hospitia mutant, in locum parum conuenientem incidant, aut se errasse prius sortendant. Eligendi ergo optionem Discipulis dat, sed mutandi facilitatem amputat.

ANNOTATIO XIII.

Concordia de superiori sententia inter Mat. Mar. & Lucam.

QVod ad literam spectat, Matthæus, & Marcus habent: (Illic manete, donec exeatis) quod non est contrariũ, quod Lucas scribit: ibi enim manere eos iubet, donec exeant inde, id est a ciuitate, seu castello, in quod diuerterũt; Dum tamen in tali ciuitate, aut castello permanent, præcipit ne a domo, in quam se primo receperunt, exeant, vt in aliam domum se recipiant. Omiserunt autem Marcus, & Lucas vnum aliud, cuius meminit Matthæus, inquit enim: (In quãcunque ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis.) Oportet prius inuestigare idoneũ hospitium, ne cogantur postea illud mutare: prouidet ergo modum necisi essent in iudicando, & leues in mutando. Dignus autem hospes dicitur, non qui diues est, aut nobilis, sed qui bene audit, & honestæ opinionis est apud alios, ne, ut Hieronymus notat, prædicationis dignitas suscipientis infamia deturpetur, ideirco Dominus præcipit ut famam eius a populo exquirant: Interrogate (inquit) quis in ea dignus sit; Apostoli enim nouam introeuntes vrbẽ scire non poterant qualis esset vnusquisque. Notat etiam Hieron. dignum appellari eum, qui hospitio recipit, vt aduertit se magis gratiam recipere in Apostolis recipiendis, quam dare. Cui consonat illud Hebr. 11 quibus mundus non erat dignus. Verba hęc spiritualiter interpretatur Ambro. ser. 32. quod autem ad connexionem huius sententię attinet, recte Chrysost. hom. 33. in Matth. dicit nimirum, quia præcipiens dominus Apostolis ne ferrent peram, panem, &c. dixerat: Dignus est enim operarius mercede sua, ne hoc verbo Apostoli omnium domus sibi patere existimarent, sed magnam in hoc etiam moderationem habendam sibi esse scirent, idcirco subiunxit, in quamcunque domum intraueritis ibi manete. Causæ autem in cõmentatio expositę sunt, quarum prima, & secunda Chrysost. sunt, secunda etiam est Victoris Antioch. Mar. 6. Tertia est Druthmari. Quarta Ambrosi. ser. 32. Cuius verba sunt: Reprehensibile est, vt vir, qui Euangelium annunciat, & docet ciuitandum nõ esse, ipse per diuersos incipiat obtrectare, & domum, cui pacem dixerat, deserere, hospitemque, cui benedictionem intulerat, contristare.

Et quicunque non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerẽ pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos.

COMMENTARIA.

QValiter se erga eos, qui ipsos recipere, & sermones eorum audire detrectarent, gerere deberẽt, docet, sensus est. Si alicuius loci, in quem diuerteritis, homines vos recipere, & prædicationi vestræ acquiescere noluerint; tunc exite de loco illo, ciuitate, aut castello, atque etiam puluerem pedum, quem cõtraxistis, excutite; id est, non solum exite ab eis, sed etiam puluerem, qui pedibus vestris de eo loco adhæsit, extergite, & hoc in testimonium supra illos, id est, hoc puluere testificantes non vos, sed eos esse in culpa. Igitur exite iubet, vt tempus, quod mutiliter ibi consumendum erat, alijs ciuitatibus annũtiando fructuosè impendant. Puluis autem pedum excutitur in testimonium contra illos, quasi id sit testimonium, Discipulos, quod ad se pertinebat, egisse, nec per eos stetisse, quo minus prædicarent verbum salutis, totamque culpam fuisse illorũ, qui suscipere nolebãt nec solum hoc, sed etiam Discipulos nihil ab eis quęsiuisse, nec proprijs commodis inseruire voluisse, sed illorum tantum saluti consuluisse.

ANNOTATIO XIV.

Quid hęc pulueris excussio à Christo præcepta signifi cet.

HVius puluueris excussionis exemplum habemus in Paulo, & Barnaba Act. 13. qui cum ab Antiochia Pisidiæ a Iudæis aliis conciuibus Euangelium audire detrectãtibus expulsi essent, excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium. Quid autem hæc puluueris excussio significet, variè Doctores explicant. Chrysost. homil. 33. in Mar. & Hieron. in commentario eiusdem, duas causas producunt. Vna est, vt puluueris excussio sit testimonium laboris Apostolorum, quod ipsi ingressi sint ciuitatẽ, & eorum prædicatio ad illos peruenerit. Altera est, vt sit testimonium se ab ijs, qui Euangelium spreuerũt nihil recepisse, nec ad victum quidem necessaria. Druthmarus his duabus ab ipso narratis, addit tertiam, nempe, vt sit testimonium, quod illi Euangelium spreuerint. Victor Antiochenus Mar. 6. quandam aliam adducit, quæ primæ quodammodo similis est, aliquanto tamen diuersa nempe vt puluueris excussio sit testimonium laboris Apostolici frustra susceptj, vt non solum testetur se laborasse, & prædicasse in loco illo, vt Hiero. & Chrysost. notarent, sed etiam frustra, & sine fructu laborasse. Quinta causa est Hilar. can. 10. in Matth. nempe, vt per hanc puluueris excussionem significarẽt Apostoli se totum peccatum proiicere in tales homines, qui eos non receperunt; inquit enim ipsam terram quodammodo inficì à malitia inhabitantium in ea: inde Apostoli non solum homines tales, sed etiam terræ puluerem habitationis eorum abijcere à se, quasi omnia impia sint, & que immunes esse omni ex parte a peccato eorũ, tali facto significabant, & totam maledictionem, & iram Dei in illos solos conuersi debere iudicabant. Eadem est expositio Euthymij Matth. 10. Hæ sunt expositiones Doctorum, quas probabiles esse non negamus. Nobis prima secundæ coniuncta omnium visa est probabilissima.

ANNOTATIO XV.

QVod ad literam spectat, Matthæus habet: Quicunque non receperit vos, nec audierit sermones vestros. Marcus prętermisit illud, sermones vestros. Lucas autem vtrumq; omisit, nempe, audierint sermones vestros. Econtra verò Matthæus nõ habet illud: In testimoniũ supra illos. Marcus autem, & Lucas legũt: Marcus quidem: In testimonium illis, Lucas verò: In testimoniũ supra illos. quod eiusdem est sensus, scilicet, vt hæc excussio puluueris testis sit quidam culpæ, & iniquitatis illorum, & eos accuset in iudicio supremo. Est etiam aliud notandum quantum ad literam, nimirum Lucam, & Marcum omisisse verba, quę refert Matthæus: nam post illam sentẽtiam (ibi manete donec exeatis) adiungit (intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui, & siquidem domus digna, veniet pax uestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos.) statim sequitur, quod Marcus etiam, & Lucas referunt. Quicunque non receperint uos, &c. Est autem sensus huius prætermissæ sententiæ talis: si habitatores domus illius, in quam intraueritis, digni fuerint, veniet illis bonum, quod imprecabimini, nempe pax, & obedientia Euangelij, quæ salutis est causa, si autem non fuerint digni, ad vos reuertetur, id est, vos mercede vestra non prius himini, nec fructum boni operis amittetis. Est adhuc notandum quod ad literam spectat, post sententiam expositam de excussione pedum adiunxisse Matthæum, quæ Marcus, & Lucas tacuerunt, nempe: Amen dico vobis (tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhęorum in die iudicij, quam illi ciuitati) quibus verbis Dominus significat gratuitatem culpę, & peccati hominum non suscipientium Apostolorum prædicationem; indicatur enim culpæ gratuitas expęnæ seuèritate, seuerius enim illi punientur, quam Sodomitæ, & Gomorrhæi illi, non quod peccata illorum omnia grauiora fuerint, quam horum; sed quod cęteris paribus, nempe eadẽ peccata commissa ab ijs, & ab illis grauius punientur, in istis, qui spreuerunt Apostolos, quã in illis Gomorrhæis, qui nõ audierunt Euangeliũ: tãto enim grauior est culpa, & acriori digna pœna, quanto qui deliquit, maiora habuit incitamenta, & auxilia, & remedia ad peccati pœnitentiã. Exactior harum sententiarũ declaratio ad cõmentaria in Matthæũ spectat, sicut & multorũ aliorum documentorum, quę Christus discipulis vltra prędicta dedit, qui narrãtur, scilicet. Ego mitto vos, sicut oues in medio

Culpa grauitas eorũ qui non susci piunt Euangeliũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

medio luporum, estote ergo prudentes, sicut serpentes, & multa alia.

Egressi autem circuibant per castella euangelizantes, & curantes vbique.

COMMENTARIA.

ACceptis præceptis Christi abierunt Apostoli, & à loco, in quo cum Christo erant, egressi, discurrerunt per ciuitates, & castella exequẽtes, quæ illis fuerãt imposita, nempe prædicare Euangelium, annunciãtes Christi aduentum, & pœnitentiã, ac infirmos curantes.

ANNOTATIO XVI.

Locus Marci de vnctione infirmorum expenditur.

MArcus distinctius scripsit, inquit enim: Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos ægros, & sanabant. Huius vnctionis solus meminit Marcus inter Euangelistas. Hoc est oleum cuius meminit Iacobus in sua Canonica cap. 5. Infirmatur, inquit, quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittẽtur ei. Est enim sacramentum vnum ex septem, quod vt Sancta Synodus Triden. sess. 14. docet, is insinuatum est his Marci verbis: per Iacobum autem commendatum, & promulgatum, & distinctius expressum. Docet enim Iacobus materiam, formam, ministrum proprium, & effectum huius Sacramenti. Victor Anthiochenus Mar. 6. hoc olim dicit Sacramentum significari, de quo Iacobus etiam scripsit, idem notauit Euthym. eodem loco, similiter Beda, & Theophylactus, putant hi Doctores Apostolos Sacramento hoc vsos esse, quando ægros illos vngebant, quo nos vtimur, & Iacobus docuit. Concilium autem solum dicit, insinuatum esse hoc sacramentũ, non autem eam tunc vnctionem fuisse Sacramentum ipsum, idque verius est. Hoc tamen tenendum est, Apostolos ex Christi ordinatione vsos fuisse hac vnctione, oleumque istud non naturale, sed Christi ordinantis virtute ægris contulisse sanitatem. Merito autem Dominus mittens ad nunciandum Apostolos, vnctionem olei salutiferam imposuit, vt qui Christũ Messiam, id est, diuinitate unctum, ad saluandum venientem annunciabat, oleo quodã exteriori saluifero significarent. Christus enim Græcè, & Messias Hebraicè vnctum significant. Hęc autem prosequi non est instituti præsentis.

Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia, quæ fiebant ab eo.

COMMENTARIA.

DVm Discipuli missi hæc agebãt, fama operum mirabilium, quæ Christus faciebat, ad Herodem peruenit. Homo hic negotijs sæculi huius distractus, & de salute sua parum sollicitus sero audiuit signa Christi. Hoc eum tempus, quando ad eum fama peruenit, erat propè tertiũ Pascha prædicationis Christi. Erat autem Herodes ille filius magni illius Herodis, qui infantes occiderat, quique paterni regni partem a Romanis nomine Tetrarchiæ acceperat, ideo Tetrarcha dictus est, de quo diximus supra ca. 3.

ANNOTATIO XVII.

Herodes cur Tetrarcha dictus.

HVius historiæ ordine temporis non seruato meminit Matthęus cap. 14. at Marcus, & Lucas præcedentibus connectunt, nempe dum discipuli missi sunt, immo ex eorum prædicatione creditum est, famam Christi ad Herodem peruolasse, quod Marcus insinuat, dicens: Et audiuit Rex Herodes (manifestũ enim factum est nomen eius) Victor Anthiochen. affirmat Tetrarcham dictum, quia quarta pars regni paterni ei obtigerit, quod quidem non sic intelligo, quasi Regnum Herodis magni fuerit in quattuor partes diuisum, nõ enim partitum est nisi in tres, sic vt mediętas Archelao sit data. Altera in duas diuisa est, & Herodi huic vna, Philippo fratri altera concessa, & quamuis a quarta parte regni sit sumptum nomen Tetrarchię, nõ semper Tetrarchia dicebatur quidam principatus regno inferior. De his sup. a ca. 3. dictum est.

Quomodo Herodes à Lucæ

Difficultas autem una occurrit quomodo à Marco Herodes appellatur rex, quem Matthæus, & Lucas Tetrarcham dixerũt.

rex dicatur, et Tetrarcha à Matth. & Marc.

Huic respõdet Victor Anthioc dicens id factum siue, quia consuetudini paternę id tributum est, siue ex quadam licentia locutionis. Accommodatius tamen respondeti potest dictum regem ob potestatem, quę reipsa regia erat, licet nomen Regis non obtinuerit. Esse autem Tetrarchiam principatum ad instar regni, tradit Plinius libr. 5. c. 27. & 21. & 23. & Iosephus sæpe Tetrarchias regna appellat.

Et hæsitabat.

COMMENTARIA.

AVditis his omnibus, quæ Christus faciebat, dubitauit & hęsitauit Herodes, quis esset is, qui tanta opera edebat, cur autẽ hęsitaret, & dubius esset, sequens sentẽtia significat.

Eo quod diceretur à quibusdam, quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdam verò, quia Elias apparuit: ab aliis autem quia Propheta unus de antiquis surrexit.

COMMENTARIA.

HÆc est causa, cur hæsitauerit Herodes, multiplex nempe populi opinio de Christo, quidam enim existimabant eum esse Ioannem, quẽ iã Herodes decollauerat, à mortuis arbitrãtes illũ surrexisse: quidã Eliã, qui per Malachiam venturus ante Christum prædictus erat: Quidam alij vnum ex prioribus Prophetis, qui surrexerat, iuxta illud Matth. 16. Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Hæc varietas opinantium reddidit Herodem ambigũ & animo perplexum, vt non haberet exploratum, quis esset Iesus. Omnes autem in hoc conueniebant, non esse eum vulgarem hominem, quali vnũ ex cæteris; opera enim eius vulgaria non erant, nemo tamen eorum veritatem nouit, eum esse Christum, & Messiam.

Varietas opinionũ, de Ioanne Baptista.

ANNOTATIO XVIII.

OCcurrit difficultas vna ex verbis Marci; nam primam opinionem, nempe Ioannem esse qui surrexit, non multis, & Euangelistarũ de Elia, & Prophęta Iudæis, sicut & Lucas cõcordia adscribit. Inquit enim sic: Et audiuit Rex Herodes (manifestum enim factum est nomen eius,) & dicebat, quia Ioannes Baptista surrexit a mortuis, & propterea virtutes operantur in illo. Alij autem dicebãt, quia Elias est, alij dicebant, quia Propheta est, quasi vnus ex prophetis. Hæc Marcus. verbum ergo singulare (dicebat) ad Herodem referri solum videtur. Lucas autem ad Iudæos refert, inquit enim: A quibusdam dicebatur, quia Ioãnes surrexit a mortuis, immo hanc multorum opinionem, causam asserit fuisse, cur Herodes hæsitauerit. Aduerte Augustinum lib. 2. de consensu Euangelistarum, cap. 44. apud Marcum legisse, & interpretatum esse in plurali (dicebant.) Similiter & Beda in commentario Marci, & S. Thomas in catena ad turbas enim refert, quod si sic legamus plane concordant Marcus, & Lucas, Græca vero exemplaria habent in singulari ἔλεγεν, dicebat, sicque legunt latinè communiter. Prior lectio valde est accommodata: tum quia cum Luca concordantiam etiam, quia contextui ipsi quadrat, alij (inquit) dicebant Eliam, &c. Et post hæc addunt verba Herodis, nempe qui dicerat, postquam aliorum opiniones audierat. Græce autem parum est differentiæ, nempe in vna litera: nam ἔλεγεν, plurialis est numeri. At si legam in singulari, dici posset eundem sensum retinendum, positum que esse per enallagen numerum pro numero, vt in scriptura sæpe fit: quod si adhuc ad Herodem referamus in singulari, dicendum est, Herodem cum multis alijs, Marcus Herodi adscripsit, idque per quandam anticipationem: nam prius turbę, postea audita opinionum varietate Herodes id protulit, vt paulò inferius explicabimus. Occurrit etiam aliud notandum apud Marcum, nempe illud, (Alij dicebãt) quia Propheta est. (vnus ex prophetis) Græce habent coniunctionem disiunctiuã, scilicet Propheta, aut unus ex prophetis, notatque Euthymius, in quo dam exemplari haberi cum articulo, ille Propheta, nempe

ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

isse, quem Iudæi cum Christo venturum putabant, promissum per Moysem Deuter. 18. Prophetam (inquit) suscitabit tibi Dominus. hic Messias erat, tamen errantes Iudæi oplnabantur futurum aliquem insignem, qui cum eo vēturus erat: diximus plura de hac re, & de alijs ad hanc sententiam pertinentibus in commentarijs in Ioannem cap. 1.

Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui, quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

COMMENTARIA.

HErodes variis de Christo auditis opinionibus populi, primę tanq; probabiliori sibi visæ consensit, vnum affirmans, de altero hæsitans. Ioannē (inquit) ego decollaui, inde scio mortuum esse: an autem iste, de quo tam mira audio, sit Ioannes, quasi à mortuis surrexerit, an alius quispiam, non assequor, nec explorare noui. Subdit Euangelista Herodem ea de causa studuisse videre Christum, nempe, an aspectu inuestigare posset, esserne Ioannes, quem sæpe viderat. Quærebat autem non deuotione, sed curiositate.

ANNOTATIO XIX.

Elucidatio superiorum sententiæ.

EVthymius Matt. 10. hanc Lucę sniam sic interpretatur, vt Herodes negare velit eum, de quo talia audierat, esse Ioannē, quasi diceret, mihi certum est Ioannē occisum esse, & non viuere; ego.n. decollaui eum: consequens igitur est illum non esse Ioannem. sic etiam Chrisost. hom 49. in Matth. interpretari videtur. Hæc tamen interpretatio, licet verbis solis huius sententiæ accōmodari posse videatur, tū contextui aptari non potest: nam turbę dicebāt Ioannē surrexisse à mortuis; sciebant.n. eum decollatum esse. huic turbarum opinioni non quadrant verba Herodis, vti Euthym. interpretatur. Ego decollaui eum, idcirco non potest esse Ioannes, quia dicerent turbę, nos non dicimus esse Ioānem, qualis prī erat, quasi nō esset occisus, sed affirmamus Ioannem post decollationem surrexisse, sicuti etiam Prophetæ mortui erant, & eorum quidam occisi, non tamen propterea consequebatur esse non posse, quod alij dicebant, nempe esse Ieremiam, aut vnum alium ex prioribus prophetis: nec Herodes impossibile id iudicauit. Non ergo Euthymij interpretatio accōmodari potest contextui. Ea verò, quę posita est in commentario, visa est probabilior, quæ sequenti annotatione magis confirmabitur. Cui consentit August. lib. 2. de cons. Euangel. cap. 43. dicens, hanc sententiam esse dubitantis, an Christus esset Ioannes. Herodem autem quęsiuisse videre Christum, vt exploraret. Ioannes ne esset, quem sępe viderat, testatur Victor Antioch. Mar. 6.

ANNOTATIO XX.

Concordia Euangelistarū circa opinionē Herodis de Christo, quod esset Ioannes.

GRauior difficultas est, nam Matthęus, & Marcus significare videntur Herodem non hęsitasse, sed existimasse, & affirmasse eum, de quo talia audiebat, esse Ioānem Baptistam, quem ipse decollauerat. inquit enim Matth. cap. 14. Audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operātur in eo. Marcus autem cap. 6. sic habet. Quem ego decollaui Ioānem, ipse à mortuis surrexit. Huic difficultati Doctores antiqui multipliciter respondent. Primo Augustinus lib. 2. de consensu Euangelistarum ca. 43. duas affert solutiones, vna est, vt a principio Herodes hęsitauerit an esset Ioannes is, de quo tanta audierat, hancque hæsitationem Lucas refert, postea vero deposita hæsitatione crediderit, eique opinioni consenserit, quod Matth. & Marcus narrārūt. Altera solutio est, vt semper hęsitauerit, verbaque Matthæi, & Marci etiam per modū interrogationis, ac dubitationis sint legenda in hunc sensum. Numquid hic est Ioannes Baptista, qui surrexit, & ideo virtutes operantur in eo? Similiter. Nūquid, quem ego decollaui Ioannem, ipse surrexit a mortuis? Vtroque modo Euangelistę concordant. Has duas solutiones affert etiam Beda in commentario Marci. Chrysostom. hom. 49. in Mat. priorem sequitur solutionem, vt prius hæsitauerit, postea verò assenserit, & affirmauerit. Tertiam solutionem affert auctor commentariorum in Marcum, qui Hieronymo adscribuntur, quæ non multum differt a posteriori Augustin. inquit enim Herodem, existimasse non

non esse Ioannem, ut dicit Lucas, quæ autem à Matthæo, & Marco scripta sunt, asserit per ironiam esse dicta, non quasi affirmauerit, sed quasi negauerit Ioannem esse. Conuenit in sensu hæc solutio cum posteriori Augustini, differt in modo; Augustinus enim per modum dubitationis, & interrogationis cēset verba illa apud Matthęum, & Marcum esse pronunciata: hic vero auctor per ironiam, & irrisionē vterq; modus sensum habet negantem. Hæc tū expositio tam posterior Augustini, quam quæ est huius auctoris, mihi violenta apparet: sūt.n. verba Matthęi, & Marci, & maximè Matthęi, sic expressa, & aperta, vt nec dubitationem, nec ironiam continere possint, nisi multum à communi modo loquēdi detorqueantur. Quartam solutionē habet Euthymius Matth. 14. nimirū Herodem vere suspicatum esse, & existimasse Christum esse Ioannem, qui à mortuis fuerit, tamen non eodem modo de eis locutum esse: nam loquēs ad turbas negabat esse Ioannem, vt Lucas refert, timens ne turbæ ad eum concurrerent, & contra eum seditionem concitarent; at vero pueris suis, ac familiaribus id affirmabat, vt Matthęus & Marcus referunt. hæc videtur solutio Chrysostomi, tamen paulo diffusior; nam Chrysostomus dicit à principio dubitasse Herodē, tamen postea credidisse esse Ioannē, id in existimans non omnibus fatebatur, sed suis familiaribus, cęteris verò negabat. Euthymius aūt an Herodes prius hæsitauerit, an hęsitasse finxerit, nō distinguit, nec declarat. Hæc sunt sententiæ doctorū fideliter explicatæ. Inter quas mihi omnino probatur prior Augustini, vt à principio dubitauerit Herodes, quis esset Christus, postea vero hęsitatione deposita tenuerit eum esse Ioannem. cui expositioni, si quis existimet adiungendum, quod ex Chrysostomo diximus, nō improbabiliter sentiet, scilicet Herodem postquam Ioannem esse putauit, non omnibus id affirmārei dixisse, sed solis pueris, vt dicit Matthęus; cæteris verò locutum esse cum dubitatione, & hęsitatione, vt Lucas meminit, quod ex timore, vti diximus fecit, de quo Euthymius Matth. 14. recte sic notauit; vide, inquit, rem admirabilem, is, qui interemerat, timet interemptum: talis enim est, qui iniquus est, vt & mortuos timeat, & talis est, qui virtutem colit, vt pauorem etiā post mortem immittat viuentibus. Quod si quis dicat Herodem non timuisse, sed à principio dubitasse, postea affirmasse tamquam suis, quàm cęteris, Christū esse Ioannem, probabilius vocet, maxime quia Marcus absolutè scribit, non pueris determinate, sed sine restrictione Herodem affirmasse Christū esse Ioannē; quæ fuit sententia ab Augustino recitata, iisque ego sentio. Quę ergo Lucas narrat prius gesta sunt, qñ dubius, & perplexus erat Herodes; quæ verò Matthæus, & Marcus postea euenerunt, iam perplexitate remota, & forsan primo locutus est suis pueris, ac ministris, vt refert Matthæus. postea cęteris, vt dicit Marcus. Notandum hic est, quanta sit Herodis stupiditas, confitetur se decollasse iustum, confitetur remixisse, confitetur fortiorem esse, quam prius: nam virtutes dicit operari in eo, & tamen ad pœnitentiam non flectitur. *Herodis stultitia, & obstinatio.*

Et reuersi Apostoli narrarunt illi, quæcunque fecerunt.

COMMENTARIA.

REuersi Apostoli à missione Christo renunciant oīa, quæ fecerāt, & docuerant, vt ab eo discant, an secūdum eius voluntatem se gesserint. Verbi Christi prędicatores, & qui aliarum curam habent, sic se debent gerere, vt non erubescāt Christo se præsentare, & omnia sua gesta aperire. Nouerat Christus quæcunq; fecerant; nec indigebat eorū relatione, sed vult Apostolos suas agere partes, vt suorum operū reddant rationem ei, qui misit eos.

ANNOTATIO XXI.

MArcus sic habet; Et conuenientes Apostoli ad Iesum renunciauerūt ei oīa, quæ egerant, & docuerant. Recte dicuntur conuenisse nā diuisi erant bini, & bini, qñ missi sunt, ac reuersi conueniunt omnes ad Magistratū, & quia acceperant a Christo documenta eorum, quæ facturi erant, & docturi, idcirco renunciant, quæ egerant, & docuerant, narrantes etiam ea omnia, quæ ex eorum prędicatione, & missione euenerant apud eos, ad quos missi sunt. Huius reditus Matthæus non meminit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ.

COMMENTARIA.

POst missionis laborem assumit Apostolos in desertum locum vt requiescant corpore. Corpus enim mortale hoc requie alterna opus habet: maxime quia turbis superuenientibus opprimebantur; & vt post actionem vacent etiam parumper cõtemplationi: Et qui aliorum saluti intenti fuerant, sibi et consulant; ad seque reuertãtur, q erga alios erant distracti. locus desertus hic est prope stagnũ Genesareth, trãs Iordanem iuxta castellũ, nomine Bethsaidã, d quo Io. 6. facta est mẽtio.

ANNOTATIO XXII.

MArcus unam causam huius secessus refert: nam ca. 6. sic habet: Ait illis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum; erant enim, qui ueniebant, & redibant multi, & nec spatium manducandi habebant, & ascendentes in nauim abierunt in desertum locum seorsum. Hæc ex Marco. Victor autem Antiochenus ibidem sic habet: Per hoc Christus Dominus Ecclesiæ doctores, & pastores monet, ne externis turbis perpetuò se dedant: sed priuatim sæpe, secretoque agentes animum colligant: eũdemque a publicis negotijs, & occupationibus, quantum res patitur, identidem seuocẽt. Docet per hæc eadem etiam in uerbi ministerio desudantes nonnunquam respirare, & interquiescere, seseque, & corpus suum suo tempore curare, & reficere debere; maxime uero post ministerium absolutum. Hæc ille. De priori documento uidendus est Greg. in pastora. par. 2. cap. 7. in princip. De posteriori autem idem Gregorius lib. 28. cap. 6. Matth. cap. 14. alteram causam huius secessus adfert, nempe quia audiuit Ioannis decollationem ab Herode factam, sic habet: Quod cum audisset, secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum. Texit enim historiã de secessu eo tempore, quo audiuit Christus decollationem Ioannis; fama tamẽ decollationis peruenit ad Christum aliquanto post tempore, quam sit facta decollatio, quando scilicet venerũt Discipuli à missione. Vidẽdus est de hoc Augustinus lib. 2. de consen. Euangel. cap. 45.

Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum.

COMMENTARIA.

NOuerũt turbæ Christũ cum Discipulis transfretasse, & venerũt pedestres in locum, in quem Christus transfretauerat. tãto illius doctrinam audiendi desiderio, ac sanitatem corporũ impetrãdi cupiditate agebãt.

ANNOTATIO XXIII.

MAtthæus, & Marcus pedestres turbas secutas esse referunt; sic enim ille inquit: & cum audissent turbæ secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. Hic autem sic habet: Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illic, & præuenerũt eos. Quo autem pacto potuerint sequi pedites, quo transfretauerat Christus, exposuimus in commentario in Ioan. cap. 6. vbi fit mentio de eodem miraculo.

Et excepit eos, et loquebatur illis de regno Dei; & eos qui cura indigebãt, sanabat.

COMMENTARIA.

TVrbas venientes primo humanissimè recepit, vultu, ac exterioribus signis benignitatem animi erga illos declarando. Secundo, doctrinę suę verbum communicauit, docendo, & instruendo de Regno Dei, id est de aduentu Messiæ, & de ijs, quæ agẽda ab illis erant. Tertio infirmos eorum sanauit. Docebat verbis, confirmãdo operibus, sicque animabus, ac corporibus consulebat.

ANNOTATIO XXIIII.

MArcus præmittit quædam sic: Et exiens, vidit turbam multam Iesus, & misertus est super eos, quia erant sicut oues, nõ hãtes pastorẽ, & cępit eos docere multa. Quod Lucas nunc dicit, cõnecti debet illis verbis: Non hãtes pastorẽ tunc excepit eos, & multa docuit de regno Dei.

Dies autem cęperat declinare.

COMMENTARIA.

DOcendo, & infirmos curando pęne diem totum Christus consumpserat, ob id dicitur dies cępisse declinare, & iam aduesperascere, quãdo imminebat hora ad hospitia reuertendi, & corpora cibandi. Miranda est in turbis auiditas, & studium manẽdi cũ Christo, quæ enim corporum necessaria erant, negligebant. Marcus dicit: Cum iam hora fieret, id est, nox iã appropinquaret. Matthæus inquit: Vespere iam facto, id est, solis occasu.

Et accedẽtes duodecim dixerunt illi.

COMMENTARIA.

APostoli videntes Christum docẽdis, ac sanandis turbis intentum, quæ diuina sunt non considerantes, Christum admonent, quasi loci, & tẽporis rationem non haberet, nec cogitaret turbam refectione corporum indigere, quam illo deserto loco haberi posse arbitrantur, ideo accedunt ipsi, dicentes:

Dimitte turbas, ut eũtes in castella, villasq; quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas, quia hic in loco deserto sumus.

COMMENTARIA.

PRopriam virtutem Apostoli intuẽtur, non quæ Christi erat, idcirco admonent vt turbas dimittat, concedatque tempus dimittendi in loca proxima, vt cibum sibi parent, allegantes loci deserti inopiam, in quo necessaria deerant.

ANNOTATIO XXV.

HAnc sententiam Matthęus, & Marcus ẽt referũt. Ille sic inquit: Desertus est hic locus, & hora iam præteriit, Dimitte turbas vt euntes in castella emãt sibi escas. Similia ferè habet Marcus. Quod ad rẽ spectat. Aduerte tunc nondum miraculũ multiplicatorũ panũ Christũ edidisse. nã quod refert Matth. 15. qũ septem sportæ fragmentorũ superfuerunt, fuit ifto posterius: non ergo mirũ si discipuli non sunt suspicati, quod Christus facturus erat, imo post hoc miraculum factum iterum ad humanas considerationes conuertuntur. Nam Matth. 15. dixerunt: Vnde nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantã? Quanto magis nunc, qũ nihil tale viderant? Et quod magis mirandum est, quod ẽt ponderauit Chrysost. hom. 50. in Matt. post vtrumq; miraculum, adhuc humana intuentur, qũ Matth. 16. audito fermento dixerunt, quia panes non accepimus. Et quãuis nunc præueniens, multos sanauit ægrotos, vt dicit idẽ Chrysost. tamẽ adhuc imperfecti Discipuli nihil de Christi virtute cogitarũt, nec ad altiora se erexerũt.

Ait autem ad illos: Vos date illis manducare.

COMMENTARIA.

PRouocat Discipulos ad cibos ministrandos turbis, vt illis se non habere testantibus, magnitudo signi notior fiat, atq; vt eo verbo ipsos erigat ad diuinam ipsius virtutem cõsiderandam; occasio enim illis dabatur dicẽdi: Tu potius da, qui infirmos eorum sanare potuisti; dum enim inuitat eos ad ea, quæ non poterant, quodammodo arguit, quod cogitent, & loquantur de eo minus, quàm poterat.

ANNOTATIO XXVI.

MAtthæus refert verbum alterũ Christi, nempe: Non hũt necesse ire, date vos illis manducare, insinuãs se illis velle dare cibum, & non dimittere in ciuitates, & castella. Notat aũt Chrysost. hom. 50. in Mat. non dixisse: Ego dabo eis: sed, Vos date: quia illi, vt homini loquebantur, idcirco vt homo respondet. In commentario duas adduximus rationes, quarũ prior est Hieron. Matth. 14. his addi possunt, quę dicit Druthmarus hunc locum apud Matthæum interpretans. Prouocat, inquit, Dominus discipulos suos ad largitatem, vt faciant omnibus, & vt velint vltra vires succurrere proximis. Et mauult, vt indigentia panis à plurimis cognita, abundantia facta per se ipsum, maior gratiarũ actio fiat.

At illi dixerũt: Non sunt nobis plus quam quinque panes, & duo pisces.

COMMENTARIA.

EXcusant se Discipuli ab exequendo Christi mãdato; Non (inquiũt)

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt nobis nisi quinq; panes, & duos pisces, qui tātæ multitudini non sufficiunt, non igitur possumus nos dare illis manducare. adhuc imperfecti Discipuli non se erigunt ad diuinam Christi virtutem considerandam. Commē danda est hoc in loco Apostolorum disciplina viuendi, vt notat Chrisost. homil. 50. in Matth. in duodecim enim hominibus, quinq; tantum panes, ijq; hordeacei, vt Ioannes refert, & duo pisces reperti sunt; atque ita quæ ad corpus pertinebant, superflua illis videbātur; ac rerum spiritualium cura tenebantur, vt illa etiam pauca libēter alijs tradiderint. Admirandum etiā est turbarum studium in sequendo Christum, vt temporalium cura postposita, post eum abirent; in tanta enim multitudine inuenti non sunt nisi illi panes quinque, & pisces duo.

ANNOTATIO XXVII.

Concordatur Euāgelistę circa superiorem sententiā

MVltiplex videtur discordia in hac parte inter quattuor Euangelistas, qui de hoc eodem miraculo, nempe multiplicatione quinq; panum, & duorum piscium scripsere. Primo quidem Matthæus, Marcus, & Lucas conueniunt in hoc, s. Christū dixisse Discipulis petentibus, vt dimitteret turbas. Date vos illis manducare: at in responsione discordare videntur, nā Matthæus, & Lucas referunt respondisse: Non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces. Lucas verò addidit, quod Matthęus omisit. s. Nisi forte nos eamus, & emamus in hanc turbam escas. At verò Marcus discrepare videtur: nam narrat Discipulos respondisse. Euntes emamus ducētis denarijs panes, & dabimus illis manducare. Secundo. Ioannes videtur ab his tribus dissentire; nam refert Christum interrogasse Philippum, Vnde ememus panes, vt manducent hi? respondit Philippus ducentorū denariorum panes non sufficiunt, vt modicum quis accipiat. Tertio, Marcus scribit Christum dixisse: Quot panes habetis, ite & videte, & cum cognouissent dixerūt: quinque, & duos pisces: at Ioānes dicit Andreā dixisse: Est puer vnus hic, qui hēt quīque panes hordeaceos, & duos pisces; quarto Ioannes dicit puerum habuisse quinq; panes, & duos pisces, at Matthæus, & Lucas dicunt Apostolos dixisse, se non habuisse nisi quinque panes, & duos pisces. Pro horum, & nonnullorum aliorum concordia laborat August. lib. 2. de cons. Euang. c. 46. & conatur ostendere responsiones ad eundem sensum pertinere, & esse easdem sub verbis solis diuersis, quod quidē meo iudicio difficile est, vt unicuique diligenter intuenti apparebit. Mihi autem omnia consonare videntur, si rem gestam sic intelligamus, ex quatuor Euangelistis serie ita cōtexta: Cum hora multa fieret, & dies cepērat declinare, vespere facto, accedētes duodecim dixerunt: Dimitte turbas, vt euntes in castella, villasque, quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas; quia hic in deserto loco sumus. Hæc tres Euangelistæ referunt, sequitur Ioannes: Cum sublleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo magna venit ad eū, dixit Philippo, vnde ememus panes, vt manducent hi? Respondit Philippus, ducentorum denariorum panes non sufficiunt, vt vnusquisque modicū accipiat. Dixit ei vnus ex Discipulis eius. Andreas frater Simonis. Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces, sed quid inter tantos? Sequitur quod tres Euangelistæ narrant, Ait autem ad illos: Vos date illis manducare, at illorum quidam dixerunt, hoc dicit Lucas: Nō sunt nobis nisi quinque panes, & duo pisces, nisi eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas, hoc audito alij dixerunt, & hoc refert Marcus: Euntes emamus ducentis denarijs escas. Ait Iesus, quod etiam Marcus dicit: Quot panes habetis, ite, & videte, & cum cognouissent, dicunt, quinque, & duos pisces, dicit Iesus, vt dicit Matthæus: Afferte mihi illos huc, & præcepit illis, vt accumbere facerent omnes, vt habet Marcus, & ait illis, vt habet Lucas. Facite illos discumbere, tunc sequuntur ea, quæ ad miraculum spectant, & paulo inferius declarabuntur. Hæc est series historiæ, quæ ex omnibus simul Euangelistis desumitur; apud nemi nem autem integra habetur, singuli tamē verum narrant, in qua sunt notanda aliquot. Primo quidem quod Lucas nunc narrat respondisse discipulos Domino, dicēti. Date uos illis manducare, scilicet. Nisi nos eamus, & emamus in hanc turbam escas, non fuisse omnium, sed quorundam uerbo

Auctoris sententia & series historiæ.

verba, quibus auditis, alij dixerūt per quādam ironiam, quod narrat Marcus: Eūtes emamus ducentis denarijs escas. Cum uero illi dixissent prius, Nisi eamus, & emamus; isti non habentes pecuniæ summam, quāta necessaria erat pro cibo tantæ multitudinis, quasi ironicè dixerunt: Euntes emamus ducentis denarijs. Secundo, quod Lucas refert, respondisse: Non sunt nisi quinque panes, & duo pisces: quod etiā scribit Matthæus, factum est, postquam audierūt ab Andrea numerum illum panum, & piscium; Nec obstat, q Ioānes dicit, puerum habuisse, cæteri verò dicunt habuisse Apostolos, nam puer ille pro Domini Discipulis illos cōseruabat. Quarto licet Christus audierit ab Andrea illos quinque panes, & duos pisces esse, uoluit tamen iterum interrogare, & mittere Discipulos ad explorandum, quot panes essent, vt esset manifestum miraculum quinq; panum, experientia ipsa facta, nullum alium panem, nec piscem reperiri esse, nisi illos quinque, & duos pisces, tunc enim magnitudo miraculi agnoscebatur perfectè, quando indigentia ex parte hominis erat omnino perfecta, vt nemo dicere valeat, panes alios ibi fuisse præter illos quinque. Hæc mihi accō modatissima omnium concordia in hac parte visa est, per quam facile tollitur omnis dissonantiæ apparentia.

Nisi forte eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas.

COMMENTARIA.

MOdus loquendi est, quo vtimur, qñ aliquid impossibile, aut incōuenieus, seu absurdū significare volumus, sensus, & cōnexio cū præcedentibus est, iubes nos dare illis manducare, nos aūt habemus solum quinq; panes, quib. tot hoīes cibare impossibile est, nisi velis nos ire, & emere cibos tātæ multitudini, qđ nō est minus impossibile nobis, nihil, aut parū habentibus.

ANNOTATIO XXVII.

QVidam recentiores hanc sententiam comminiscendam per eclipsim censent, in hunc sensum non sunt nobis plus quam quinque panes, & hi non sufficiunt nisi ea mus, & emamus cibos ad tantam multitudinem, quam eclipsim nos etiam fatemur, tamen verba ista sequentia (nisi forte eamus) non sunt sic intelligenda quasi particula illa (nisi) significet exceptionem; tunc enim indicaret Apostolos apud se habuisse pecuniam, qua cibos pro tanta multitudine comparare possint, quod non est probabile, nec verisimile, sed est quædam phrasis, vt diximus, qua vtimur ad aliquid absurdum, inconueniens, aut impossibile significandum, pro hoc sensu facit quod Marcus refert nonnullos alios Discipulos per quandam ironiam huic sententiæ consentientes dixisse (Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis.) Fauet etiam sententia sequens, considerata particula Græca; habetur enim Græce; (erant enim viri fere quinque millia) reddit enim causam cur illis visum esset impossibile cibos emere tantæ multitudini. Totū autē hoc permissum est a Domino, vt miraculi futuri magnitudinem agnoscerent, & inde proficerent.

Erant autem viri ferè quinq; millia.

COMMENTARIA.

HOc Euāgelista dicit: tū vt reddat causam, cur Discipulis visum sit impossibile emere esca turbę presenti, aut eā quinq; panib. cibari, cum essent ferè quinq; milia virorū: tū etiā, vt miraculi narrādi magnitudo significaretur. Particula (ferè) indicat numerū quinq; millium non esse cōpletum, parum tn ad complementū defuisse.

ANNOTATIO XXVIII.

Concordia Euāgelistarū circa proximam sententiā eiusdem explicatio.

IOannes cap. 6. idem dicit quod Lucas: discubuerunt (inquit) viri quasi quinque millia. Nec est contrarius Marcus dicens, fuisse qui manducauerant, quinque millia uirorum: tum quia Græce etiam apud Marcum habetur eadem particula ὡσεὶ quæ est apud Lucam, & Ioannem, licet interpres omiserit in Marco, hic autem uerterit (fere) apud Ioannem autem (quasi) tum etiam, quia consuetudine Scripturæ, & communi loquendi modo solet numerus absolute proferri, etiam si paū aliquid desit. Matthæus autem hos distinctius explicuit, tres enim hi Euangelistæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ę dicentes, quinque millia virorum, insinuabant esse alios, qui viri non erant: at Matth. id aperte declarauit: Mãducantium (inquit) fuit numerus quinque millia virorum exceptis mulieribus, & paruulis, quod etiam ca. 15. iterum repetit. Est enim mos Scripturæ seruens distinguere viros à mulieribus, & paruulis Exod. 12. Sexcenta (inquit) fere millia virorum absque paruulis, & mulieribus, Deuter. 5. Interfectis viris, mulieribus, & paruulis. Deut. 31. Congregato omni populo tam viris, quam mulieribus, & paruulis. Iere. 43. Tollens viros, mulieres, & paruulos. Aduerte autem in hac sententia (virorum) nomen esse sexus, & ætatis, non vt in illo loco allegato Exod. 12. vbi non solum significat sexum, & ætatem, sed etiam qualitatem, vt distinguit a promiscuo vulgo, scilicet homines fortes, & ad bellum aptos, aut alia virtute præditos, immo vt notat Hieron. Mat. 14. ex libro Numerorum, viri separantur non solum à vulgo fœminis, & paruulis, sed etiam à seruis.

Ait autem ad discipulos suos; facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos.

COMMENTARIA.

PAtefacta Discipulorum impotentia ad dandum manducare turbis, & humano defectu manifestato, suã Christus exercet virtutem, iubetque Discipulis, vt turbas ad cibos capiendos, discumbere faciant ordinate, ne in distributione fiat confusio: discumbũt ergo per singulos discubitus quinquaginta.

ANNOTATIO XXIX.

Series rei gestæ. & Euangelistarum cõsensus.

PRiusquam præcepisset Discipulis, vt turbas discumbere facerent, fecit sibi Christus quinque illos panes, ac duos pisces, quos discipuli inuenerãt, afferri, vt refert Matt. Sederunt autem super fenum viride, vt dicit Marcus; scribit enim Ioann. multum fœnum in eo loco fuisse. Sedere autem per conuiuia, aut vt dicit Marcus per contubernia, idem est, ac in singulis mensis sedisse quinquaginta. Occurrit autem difficultas: nã Marcus dicit discubuisse per partes, per centenos, & quinquagenos. Lucas autem per quinquagenos. Ta hoc tñ non est vlla contrarietas, vt recte notat Aug. lib. 2. de cons. Euang. c. 46. nam Lucas dicens quinquagenos, non negat et alios discubuisse cẽtenos, vtrumque enim factum est. Luc. verò vnum refert, non excludens alterum.

Et ita fecerunt, & discumbere fecerunt omnes.

COMMENTARIA.

LAudanda obediẽtia Discipulorũ, & turbarum, quæ ex quadã fide, & agnitione virtutis Christi procedebat; non enim visum fuit illis impossibile, posse Christum in loco illo desertо tantæ turbæ escas ministrare, licẽt modum hactenus ignorarent.

Acceptis autem quinque panibus, & duobus piscibus.

COMMENTARIA.

QVinq; exhibuit Christus, primo quidẽ panes, & pisces manibus suis accepit, vt virtute propria se illos multiplicare, seq; miraculi auctorẽ eẽ significaret. Cętera in seq. explicant.

ANNOTATIO XXX.

Quare Christus panes multiplicãdos & prius accepit manibus.

SI Christus panes multiplicandos nõ accepisset proprijs manibus, non sic manifesto significasset, se propria virtute id facere, potuissent enim turbę existimare, oratione, ac precibus id a Deo impetrasse, nõ autẽ propria virtute fecisse, sicut factum est cum Elisęo, qui viginti panibus hordeaceis satiauit centum homines, quos panes non tetigit, nec propria virtute multiplicauit, sed Deus id operatus est. At Christ⁹, qui Deus erat, suis accepit manibus, ac sua potẽtia multiplicauit. Eadem de causa noluit Christus nouos creare panes de nihilo faciendo, quamuis Chrysost. hom. 50. huius rei alteram etiam adferat causam, nimirum, vt se creatorem fuisse ostenderet, eorum, quæ facta erant, idcirco panes factos multiplicauit. Est etiam quædam alia causa, cur manibus proprijs acceperit panes istos, hoc enim miraculo indicabat illud insigne opus, quod facturus erat, conuer-

tẽdo panem in corpus suũ verũ, sub cuius panis speciebus propriis manibus oblaturus erat sese ipsum Patri, suisq; Discipulis se cõcaturus, iõ hos nñc panes propriis manibus accepit, & Discipulis distribuit.

Suspexit in cęlum.

COMMENTARIA.

HOc est secũdũ, acceptis. n. panib. & piscibus, in cęlũ suspexit, vt se à Deo missum, filiũq; eius esse eo miraculo cõprobaret, quasi prius veritatẽ docẽs, postea miraculo cõfirmans.

ANNOTATIO XXXI.

Cur christus multiplicaturus panes in cęlũ suspexerit.

CHrysostomus hom. 50. in Matt. causã, cur Christus nunc in cœlum respexerit, eam esse dicit, vt crederetur non aliunde, quam a patre missus esse, & qñ illi ęqualis est, æqualitatem in opere ipso mirabili ostendebat; à Patre autem missionem, in conuersione oculorum in cęlum. Hiero. Mat. 14. Adspicit (inquit) in cęlum, ut illuc oculos dirigẽdos doceat. Euthymius Mat. 14. in cœlum respexisse Christum dicit, ut Patrẽ honoraret, & vt ei non esse contrarium significaret. Druthmarus verò id inquit factum esse, ut animo nos cęlum intẽdere doceret, & scientiæ luce illic esse quærendã. Quę in cõmẽtario diximus accõmodatiora visa sũt, & cõsentiũt Chrysostomo.

Et benedixit illis.

COMMENTARIA.

HOc est tertium, dẽ aũt Christus benedixisse panibus, quia eis virtutem multiplicãdi dedit, vt sicut vnũ granum multiplicatur in terra virtute naturaliter insita, sic panes multiplicati sunt in manibus Christi, & Discipulorum, & discumbentium, diuina virtute illis data à Christo, sic Deus in principio mũdi Gen. 1. benedixisse dr volatilibus, & aquatilibus, ac hoĩbus: Benedixit (inquit) eis dicens: Crescite, & multiplicamini. Hoc enim fuit benedicere, quod virtutem crescendi, & multiplicandi donare.

ANNOTATIO XXXII.

Benedixit hoc quale Christi fuerit.

QVidam recentiores existimant hanc benedictionem eadem esse cum ea, quam Ioãnes appellat gratiarum actionẽ; refert. n. Ioan. Christum, quãdo panes hos multiplicare decreuit, gratias egisse. Huic uero interpretationi obstat datiuus (illis) benedixit, inquit, illis panibus, & piscibus: gratiæ autem non agebantur panibus, sed Deo, distinctæ igitur sunt benedictio, & actio gratiarum. verius igitur, & accommodatius dictum est in comment. benedictionem esse virtutis multiplicatiuæ cõicationem. An autem solo opere benedixerit dando virtutem, & fœcunditatem, an etiam verbo aliquo vsus sit efficaci, sicut quando benedixit dicendo: Crescite, & multiplicamini, non omnino certum est; probabilius tamen est vsum fuisse verbo aliquo exteriori, per quod significauit, & dedit virtutem talem panibus.

Et fregit.

COMMENTARIA.

HOc est quartũ, s. panes, & pisces frangere; qui. n. virtutem tęcum dam dederat panibus, & piscibus, ipse suis manibus perfecit, frangẽdo, & partes multiplicando, vt per Apostolos multitudini turbarum distribuerẽtur, atq; vt dicit Hiero. frangẽte Dño seminarium, fit ciborum; si. n. fuissent integri, & nõ in frusta discerpti, turbas, & pueros, & fœminas, & tantam multitudinem alere non poterant. Dñs autem ipsemet frangere incœpit, vt indicaret se talem virtutem dedisse, licet etiam postea per manus Apostolorũ, atq; etiã discumbẽtium multiplicatio aucta sit. videnda sunt, quæ in cõmentario Ioannis scripsimus de hac re.

Et distribuit Discipulis suis, ut ponerent ante turbas.

COMMENTARIA.

HOc est quintũ, Discipulis distribuere partes, vt ministrarent Discumbẽtibus turbis, tum vt miraculũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieret illustrius, tũ vt ministeriũ esset expeditius: tum etiã vt per eos corporum alimenta turbæ susciperent, per quos earũ animæ verbo doctrinę, & sacris salutis, & vitæ pascendæ erant.

Et manducauerunt omnes, & saturati sunt.

COMMENTARIA.

MIraculi magnitudinem hoc ostendit, nempe in tanta multitudine virorum, mulierum, & paruulorum, singulos partem panum quinque, & piscium duorum accipere potuisse: illud tñ apertissimè declarat, ꝙ non solum partem acceperunt singuli, sed tantam, vt saturari vnusquisq; posset, & eo magis, quo plus media laborabãt: nã tota die Christũ insecuti erant, nõ hñtes quod mãducarẽt. Ioan. dicit discũbẽtes ex panibus, & piscibus mãducasse quãtũ volebãt. sensus idẽ est.

Et sublatum est, quod superfuit illis fragmentorum cophini duodecim.

COMMENTARIA.

NOn potuisset esse manifestum, singulos in tãta multitudine fuisse saturatos, & maducasse quantũ voluerunt, nisi ex copiosis reliquijs, ex fragmentis. n. panũ, & piscium, quæ superfuerunt discumbentibus, impleuerũt Apostoli cophinos duodecim, ita vt singuli Apostolorum ministrantiũ singulos cophinos colligerent, etiam Iudas, vt notat Chrysost. vt significare tur non hos aut illos saturatos, sed singulos discumbentium, quando quidẽ ab omnibus ministrantibus reliquiæ collectæ sunt. Diximus de his in com. in Ioan. nec est, cur ea nũc repetamus.

ANNOTATIO XXXIII.

MAtthæus, & Marcus narrant cophinos fragmentorum fuisse plenos, idque etiam Ioannes dicit: Impleuerunt (inquit) duodecim cophinos. Marcus etiam explicat impletos cophinos ex superfluẽtibus, non tantum quinque panum, sed etiã duorũ piscium. Ioan. adhuc refert hanc collectionẽ fecisse Apostolos ex Christi præcepto: dixit. n. illis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Prætermittunt aũt tres Euangelistæ, quid a turbis factũ sit, hoc viso miraculo, quod quidẽ narrat solus Ioan. Illi, inquit, homines cũ vidissent, quod Iesus fecerat signũ, dicebant. Quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundũ. Vide explicationẽ in commen. nostris in Ioan. Vnum tñ hoc in loco notandum est, Victorem Antioch. Mar. 6. causã unam attulisse, cur Dñs fragmẽtorũ copiosas reliquias superesse voluerit: Sic. n. inquit, tantã reliquiarum uim facere uisum est, quo publicè hinc constaret, tantam rerum abundantiam magis prouenisse ad ostendendam facientis uirtutem, quam ad explendã præsentem populi necessitatem. Moyses quondam Exo. 16. manna Israelitis suppeditauit, uerum id tantum ad necessarium uitæ usum; siquidẽ quod plus eo colligebatur, hoc statim in putredinẽ vertebatur. Elias 3. Reg. 17. Viduæ farinam, & oleum multiplicauit, uerum tantisper hoc solum, dum pluuiæ terram irrigaturæ descenderent: ubi in, hę descendere cęperẽ, sua tũ quoque farinę multiplicatio cessauit. Quo ergo discrimen inter hos, & illũ appareret, magnam residuorum copiam reliquam fecit, ita ut illi etiam, qui saturati fuerant, reliquiarum uim admirarentur. Hæc ille. Chrysost. autem hom. 50. in Matt. simile quid dicit: Potuisset (inquit) facere, ut extincta fame nihil superfluat remaneret: uerum, qm & sub Elia simile quid factum est, non ita omnipotentiam eius discipuli cognouissent. Hæc ille. Adde etiam hoc residuo significari copiam, & abundantiam gratiæ in Euãgelio datam supra legem illam, & statum præcedentiũ Christum secundũ carnẽ; non solum enim per Christum datum nobis est totum id, quo indigemus, sed etiam abũdamus, vt supra expositum est.

Cur Dominus reliquias fragmentorum voluerit superesse.

Et factum est, cum solus esset orans, erant cum eo, & discipuli.

COMMENTARIA.

HÆc sententia, & quæ sequũtur, non sunt, quo ad rei seriem cõnexæ

nexæ præcedenti miraculo, sed aliquã tõ post tempore facta sunt, quod quidem Euangelista indicat eo verbo (Et factum est) quasi non continuetur, quod sequitur, præcedẽtibus. Factum igitur est, vt cum Christus solus oraret, Discipuli cum eo essent, eumque comitarentur.

ANNOTATIO XXXIV.

Variet& varia hi loca.

PRætermisit Lucas, quid gestũ sit post miraculum multiplicationis panum, quæ cæteri Euangelistæ descripserunt; inquit. n. Ioannes prænouisse Dominũ turbas miraculi huius causa venturas, vt facerent eum regẽ, idcirco vt dicunt Matthæus & Marcus, iussit, & compulit Discipulos suos ascendere in nauiculam; & transfretare ante eum, donec dimitteret ipse turbas, & dimissa turba ascendit solus in mõtem orare, postea Discipulis in medio mari existentibus & nauicula fluctibus laborante, Iesus apparuit quarta vigilia noctis, ambulans supra mare, cęteraq; gesta sunt, quæ Euangelistæ in hac parte narrant. Lucas verò, vt rectè notat August. lib. 2. de consensu Euang. cap. 47. non continuauit rei seriem post panes multiplicatos, sed multis intermedijs dimissis retulit, quę postea gesta sunt quæque narrat Matthæ. c. 16. & Mar. cap. 8.

Quid sibi velit in superiori sententia illud sol⁹.

Occurrunt autem hoc in loco duo notãda. vnum est quantum ad sensum, nempe quid significet nomen hoc (solus) quod Græcè est aduerbium κατὰμόνας, id est solitariè Aug. lib. 2. de consen. Euang. ca. 47. interpretatur Christum dici solum, i. sequestratum à turbis, non autem qđ solus esset, cum addat Euangelista Discipulos cum eo fuisse. Beda autem, cuius interpretatio recepta est à pluribus, exponit solã dici, quia solus ipse orabat quamuis enim Discipuli cum eo erant, ipse tñ solus orabat: & à Discipulis, qui cum eo erant, aliquanto erat loco separatus, vt fieri solet, qñ multi incedunt per viam aliquam, solet aliquis separatior esse, nã vt habemus ex Marco, hæc in via gesta sunt, & Matthæus explicat, dum veniret in partes Cæsareæ Philippi, nec est contrarium huic, quod Lucas narrat inam & potuit solus in oratione esse & simul iter facere. Nec in hoc est dissonantia, vt notauit Euthymius Matth. 16. Hinc colligimus non esse cõuenientem cuiusdam recentioris interpretationem, nempe dictum esse orare nõ quãtum ad actum orationis, sed quantum ad tempus, & locum, quia erat tempus, & locus orationis, qñ gesta sunt, quæ in sequẽtibus narrantur. Hæc tñ expositio aduersatur Marco dicenti facta esse hæc in via.

Particula (et) nunquãdẽ sensum qd importat.

Alterum notandum est, illam particulã (&) non haberi in Græcis exemplaribus, & difficilem facit sensum, nam vt significare alios ẽt præter Discipulos fuisse tunc cũ Christo; at verò Latina exemplaria legũt, & hĩ in commentario Bedæ, Euthymij, & apud Augustinum, possumus aũt dicere particulam (&) non esse positam quasi indicantem alios fuisse ẽt vltra Discipulos; sed significare Discipulos simul tunc adesse cum Christo, ac si dictũ esset, erat Christus in via solus orans, ẽt Discipuli erant cum eo. i. in via illa, seu loco quo aderat Christus, non vt alias, quando dimissis illis secedebat solus in montem orare.

Et interrogauit illos dicens.

COMMENTARIA.

COmpleta oratione Discipulos interrogat. nõ quia ignorer, sed ut eos ad intelligentiam, & considerationem diuinitatis ipsius excitet, ac promoueat, atq; idcirco orationem ad Patrem præmisit, tum vt eis impetraret talem intelligentiã, tum, vt instrueret, diuinorum cognitionem sicut à Deo obtinendam, ita petendam esse.

Quem me dicunt esse turbæ.

COMMENTARIA.

NOn de Scribis, & Pharisæis interrogat; hi. n. prę inuidia, & ambitione & auaritia Christum seducto rem, legis transgressorem, ac dæmonium habentem palam appellabant. Nec etiam de principibus, ac primis Iudæorum interrogat. hi enim præ timore veritatẽ consentire uidebantur. Turbarum occultabant, & Scribis, & Pharisæis ergo opinionẽ interrogat;

hæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæ namque ab ambitionibus, & affectibus remotiores veritati magis accedebant, Christiq; factis, ac sermonibus maiorem fidem adhibebant.

ANNOTATIO XXXV.

Lectionum varietas huiusmodi apud Euangelistas notatur, & excusatur.

QVod ad literam spectat, Matthæus sic habet. Quem dicunt homines esse filium hominis? Marcus autem: Quem me dicunt esse homines? Lucas verò: Quem me dicunt esse turbæ? In quibus nulla est discordia in sensu: nam quos Lucas turbas appellauit, à Matthæo & Marco dicti sunt homines. In Scriptura.n. aliquando hominis nomen pro vulgaribus hominibus nulla dignitate præfulgentibus vsurpatur, quos Lucas vocauit turbas. Præterea apud Matthæum sermo est in tertia persona, Quem dicunt homines esse filium hominis? At quia Christus de seipso loquebatur, eaque phrasi sæpe vsus est, Marcus, & Lucas sensum sequentes in prima persona locuti sunt. Est autem hoc in loco notandum, apud Matthæum in quibusdam veteribus exemplaribus Latinis manuscriptis etiam legi, in prima persona sic: Quem me dicunt esse homines, filium hominis? Sicque habent multa Græca, & inter Latina impressa, Regia: similiter legit Epiphanius in Ancorato. Iuxta quam lectionem concordant tres Euangelistæ, & in hoc tãtum discrimen est, quod Matthæus addit filiũ hominis, cæteri duo omiserũt. At verò Hieronymus in Matth. legit in sola tertia persona, sicque habent omnia ferè Latina, & aliquot Græca. & tunc dicendum est in sensu omnes tres Euangelistas esse concordes.

Inquirendum est vtrũ à personis publicũ quæ fit de ipsis conceptæ opes.

Quod autem ad rem spectat rectè notat Origen. tract. 1. in Matth. debere nos inquirere, qualem de nobis homines habeant sermonem, vt si quid mali intellexerimus, emendemus, si quid autem boni, augere illud studeamus. hoc autem maximè ad maiores pertinet, quorum vita in propatulo posita est, velut luceruæ in candelabro, vt alijs luceant, positę. Notat etiam Chrysost. hom. 55. in Matth. non dixisse, quem me asserunt Scribæ, & Phariſæi, quamuis crebro cum eo collocuti etiam ipsi fuerint, & miracula viderint, sed quẽ me homines esse dicunt? Populi de se opinionem quærebat, quoniã & si deterior esset, procul tamen erat ab omni malitia, qua Phariſæi, & Scribæ maximè pertucebantur.

At illi respondentes.

COMMENTARIA.

CVm maiores ad se ipsos pertinẽtem veritatem à minoribus, & inferioribus cognoscere postulant, non adulationibus, ac mendacijs occultanda est, sed propalanda syncere; quod Discipuli fecerunt, etiam si turbarum de Christo sermones inferiores essent illius dignitate, minusque illæ sentirent de eo, quam par erat: cũ autem Christus omnes Discipulos interrogasset, oẽs etiam respondentes.

Et dixerunt Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò quia vnus Prophetarum de prioribus surrexit.

COMMENTARIA.

REferunt Discipuli varias turbarum voces, & opiniones, quidã (inquiunt) dicunt te esse Ioannem Baptistam, quidam alij te esse Eliam; quidam verò alij te esse vnum ex antiquis illis Prophetis. Omnes isti etiam si veritatem non attingebãt, ac minus de Christo sentiebant, præclaram tamen de eo conceperant opinionem, ac à cæteris hominibus, quasi omnes superantem, separabant. Elias putabatur, nam hic uenturus credebatur ante Messiam. Vnus etiam ex antiquis Prophetis, ab alijs existimabatur, nam hi à Iudæis plurimi fiebant.

ANNOTATIO XXXVI.

EAdem verba refert Marcus, Matthæus verò narrat, alios dixisse ipsum Ieremiam. Supplendum est autem in Luca, & Marco, in principio huius sententiæ relatiuum (Alij) nempe (Alij Ioannem Baptistam) sic.n. habet Matthæus. At illi dixerunt: (Alij Ioannem Baptistã.) Quod autem ad sensum spectat, paulo superius in hoc capite similia verba referuntur, atque causæ explicationem, cur alij Eliam, aut vnum

vnum ex Prophetis Christum existimarẽt, remissimus ad commentaria nostra in Ioãnem cap. 1. qũ Iudæi ad Ioannẽ miserunt interrogantes: Tu quis es? At verò nunc inquirenda sunt duo, vnum est, cur quidã Christum existimauerint esse Ioannem, præsertim cum manifestum esset Ioannẽ ante mortem suam nullum fecisse miraculum, Christum autem multa facere nõ ignorarent. Alterum est, cur arbitrãti sunt vnum esse ex prioribus, & non potius aliquem Prophetam de nouo missum. Ad prius respõdeo, illos, qui affirmabant Ioãnem Baptistam surrexisse, ac eum esse illum, qui Iesus dicebatur, ea de causa id esse opinatos, quia parum temporis prædicauerat, & apud illos visus fuerat, morte ab Herode quasi arreptus. Ita notauit Druthmarus in Matth. cap. 16. Addecetiã quia prius etiam occisus est, quam miracula facere posset, existimarunt ergo surrexisse, vt prædicationem compleret; & quæ prædicabat, miraculis confirmaret; n. sciebant.n. diuina mysteria, quare tam cito prędicationem absoluisset, & nullum miraculum fecisset. quod si quispiam dicat, nonne Christus notus erat, quando Ioannes prędicabat? non ergo ignorari potuit ipsum non esse Ioannem. Respondeo nõ fuisse hanc opinionem omnium; plurimi enim sciebant non esse Ioannem, fuit tñ quorundam existimatio, qui Christum illo anno, quo Ioannes prædicauerat, non admodum nouerant; perfecta. n. Christi manifestatio facta est Ioanne decollato, sicut & ipse Ioannes prædixerat dicens. Illum oportet crescere, me autem minui. Ad posterius respondeo Iudęos deceptos esse; quantum mihi vt, illo loco Deuteron. 18. Prophetã suscitabit tibi Dõminus de medio fratrum tuorum. Cum.n. de ipso Messia, ac Christo intelligenda essent, putabãt aliquem Prophetam venturum prope tẽpus aduentus Christi; quidam autem arbitrabantur futurum aliquem insignem de nouo mittendum, quidam alij vnum ex antiquis magni nominis surrecturum, quarum opinionum varietas cõstat ex eo, quod missi à Iudæis ad Ioannem interrogarũt: Propheta es tu? id est, ille insignis, qui Christum præueniet? Quidam verò dixerunt esse Ieremiã, vt dicit Ambrosius, quia insignis erat, quippe in vtero sanctificatus: aut unũ ex prioribus. Omnia hæc in commentarijs in Ioãnem discussimus. simul etiam quid Iudæi de resurrectione, & aduentu priorum senserint, idcirco hoc in loco ab hac tractatione abstinemus.

Cur Christũ alij putauerint Ioannem, et cur alij vnum ex Prophetis fu prioribus, & nõ potius aliquem de nouo miſſum.

Dicit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis?

COMMENTARIA.

A Discipulis, quibus mysteria Regni maiora aperuerat, quique verba ipsius continuo audierant, & eius opera viderant, perfectiorem sui notitiam expostulat: Vos (inquit) quos veritatem magis scire oportet, quem me esse dicitis? Tacite insinuat turbam à uera eius notitia aberrare: prius aũt exquirit turbæ sententiam, ipsosq; Discipulos ad sublimiorem de ipso sensum excitat, eosque altius de eo sentire, ac loqui, quam cæteros debere indicat.

ANNOTATIO XXXVII.

Cur Xps sententiã de se à Discipulis exquirit.

VIctor Antioch. Mar. 2. vnum, quod in commentario scripsimus, notauit, inquit.n. sic. Primo omnium vulgi sententiam de se exquirit, vt aliorum de ipso iudicia depromentes, posteaq; quid ipsimet de Christo statuerẽt interrogati, per interrogationis modum in sublimiorem sensum assurgerent, apud se decernentes, par non esse, vt ipsi æque abiectè, & humiliter de illo iudicarent, atq; cęteri mortalium. Hæc ille. Hoc etiã docuit Chrysost. hom. 55. in Matth. inquit enim: Hac secunda interrogatione, vt maiora de ipso cogitaret, admonuit. Hancq; existimat idem Victor esse causam, cur non statim interrogauit, quid ipsi sentirent, sed quid turbæ de illo dicerent. Simul ẽt cur non in prædicationis initio id exquisiuit, sed post multa demum miracula, & signa perfecta, multaq; de rebus sublimibus, suaque diuinitate vltro citroq; cum illis agitata, ac disputata. Hoc idem notauit Chrysost. homil. 55. in Matth. adiungens, vt hoc interrogaret Dominus, procul à Iudæis abduxisse Discipulos, in partes nempe Cæsareæ Philippi, vt ab omni solicitudine liberi non dubitarẽt apertè dicere, quæ sentirent. Iudęis.n. erat graue, & permolestum audire Christum esse filium Dei, & Messiam promissum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondens Simon Petrus dixit.

COMMENTARIA.

DVm vulgi sententia,& humanę intelligentiæ ambiguitas explicatur,sermo respondentium communis est. At vbi quid habeat Discipulorum sensus,exigitur,ille primus est in Domini cõfessione,qui ptimus futurus erat in Apostolica dignitate; & cui totius Ecclesiæ magisterium pręcipuè committendum erat,Christi notitia ante omnes reuelatur. Petrus ergo cæteris, cum interrogarentur,tacentibus,respondet.

ANNOTATIO XXXVIII.

Sãctorũ Patrum dicta de Petri confessione

NOnnulla hoc in loco notanda occurrunt. Primo quidem Ambrosius lib. de incarnationis Dominicæ Sacramento cap. 4. affirmat Petrum ad primam Christi interrogationem,scilicet: Quem me dicunt esse turbæ? cæteris respondentibus, tacuisse: Sic enim inquit: Taces Simon,& respondentibus alijs taces,cum ipse sis primus,qui etiam non interrogatus interrogas, nec times ne reprehendaris à Domino,quia nõ respondes interroganti? Ideo (inquit)non respondeo,quia non interrogor meam,sed alienam sententiam legi in psal. 16. Vt non loquatur os meum opera hominum. Opus autem est perfidorũ perfidias prædicare. Ergo taceo adhuc, quia nondum id,quod sentio,interrogor. Hæc, & alia Ambrosius. At vero contrariũ Leo serm. 2. de Natali Apostolorum,sentire vr, Omnes,inquit,Apostolos Dominus,quid de se homines opinentur, interrogat, & tamdiu sermo respondentium communis est. quamdiu humanæ intelligentiæ ambiguitas explicatur. At vbi quid habeat Discipulorũ sensus, exigitur, ille primus est in Domini confessione, qui primus est in Apostolica dignitate. Hæc ille. A quo decerpsimus, quæ in commentario potius sunt. Et quamuis sit probabilis sententia Ambrosij, eius tamen argumentum non est efficax; non. n. inter opera hominum à Dauid reprobata ponendum est, referre vulgi de Christo sententias & falsas, ipsomet Domino filio referri iubente. aliter faciendum esset cæteros Discipulos locutos esse opera hominum, Christumque talia opera præcepisse, quod non admitteret ipsemet Ambrosius.

Secundo Hieronymus Matth. 16. asserit Petrum respondisse cæterorum Apostolorum nomine. Petrus inquit ex persona omnium Apostolorũ profitetur: Tu es Christus filius Dei viui: idem sentit Cyrillus lib. 9. in Ioan. cap. 35. Cum ad Cæsaream, inquit, Discipuli rogarentur: Quem dicũt homines esse filium hominis? aliorũ falsis opinionibus dictis, de sua interrogati per principem consortii sui non dubitarunt exclamare Tu es Christus filius Dei viui. Hæc Cyril. Quæ doctrina indiget declaratione,& limitatione: si enim is sit sensus,quod cæteri Apostoli eandem notitiã de Christo habuerint,quam Petrus,& cõuenerunt cum eo,vt vnus pro omnibus responderet, ea doctrina non est probanda, nec ab ijs Doctoribus est asserta: nam tũc temporis Apostoli nõ mysterium nondũ attigerant;ea. n. confessio perfectam Trinitatis,ac Christi verę diuinitatis,in qua cõsubstantialis est Patri, & Spiritui sancto, fidem comprehendit, quæ non dicitur aliis, sed primo tunc soli Petro reuelata: Caro,inquit,& sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus,qui in cœlis est: idemque solus prædicatur beatus, solique promittitur Ecclesiæ primatus. Nouerant quidem tunc Discipuli ipsum esse Messiam, sed Christum filium Dei,Patri consubstantialem nondum erant assecuti. Vnde Origen. tract. 1. in Matth. affirmat Petrum magis esse commendatum in eo, quod confessus est Iesum esse filium Dei,quã in eo,quod dixit eum esse Christum. Ambrosius aũt hoc in loco existimat etiam cæteros Discipulos sciuisse: tñ Petrum præ illis respondisse;illud tamen est probabilius, quantũ ad hoc,quod Discipuli nondum id nouerant perfectè. Illud vero,quod dicit Ambrosius Petrum præ cæteris respondisse,verum est,non autem pro cæteris: non ergo ex omnium persona sic respondit Petrus, sed ex sola sua,ac proprio nomine. Si verò sit sensus, quod ipso confessionem referente cæteri intelligentes consenserunt,& ipse et pro oibus voluit respondere contendo,q; à cæteris erat sentiendũ,ac prædicandũ;tunc locũ hẽt doctrina Hieronymi, & Cyrilli, sicque pro cæteris respondit.

Tertio

Tertio Cyrillus lib. 12. in Ioann. ca. 64. & Ambrosius lib. 2. de incarnat. Dom. Sacram. cap. 4. affirmant Petrum respondisse quasi caput,& principẽ cæterorũ Apostolorum. Cyrilli verba sunt hæc: Quando Saluator interrogauit,dicẽs: Quem dicunt homines esse filiũ hominis? Petrus, vt princeps Apostolorum,caputq; cæterorum exclamauit,dicens: Tu es Christus filius Dei viui: Ambrosius verò sic inquit, Taces Simon,cum ipse sis primus? Et paulo inferius, vt audiuit: Vos autem quid me esse dicitis? Statim loci nõ immemor sui primatum egit. Hæc tamen intelligenda sunt, non quod tunc temporis fuerit Petrus primus constitutus, nec omnium caput effectus,sed quod primus respondere rit quasi is;qui primus futurus erat. Post hanc enim confessionem promissus est ei primatus Ecclesiæ, exhibitus autem post resurrectionem,quando dictũ ei est Ioan. 21. Pasce oues meas,pasce agnos meos: de qua re in commentarijs in Ioannem diximus.

Quarto, cum nunc ab Euangelista dr Simon Petrus,non eo dr, quod tũc Petrus appellaretur,nam post confessionem accepit nomen Petri,qñ dictum ei est: Tu es Petrus: quod nomen promissum ei fuerat in principio vocationis illis verbis, Ioã 1. Tu vocaberis Cephas, vt in eo commentatio notauimus. Euangelista ergo tempus, quando hæc scribebat,obseruauit.

Petri cõfessio de Christo cõplectitur dogmata multa & sunt nostræ fidei fundamenta.

Christum Dei.

COMMENTARIA.

HAec est Petri de Christo sententia,supplendum est verbũ, dicere esse Christum Dei,Dei quidem nõ seruum, sed verũ,ac naturalem filiũ; hunc. n. sensum casus iste gignendi facit: verę igitur humanitatis,ac diuinitatis Christi naturas in vnitate personæ confitetur Petrus, simul etiam ipsum Messiam in lege promissum.

ANNOTATIO XXXIX.

MAtthæus distinctam, ac integram Petri cõfessionem exposuit: Tu,inquit, es Christus filius Dei viui. Marcus breuita tis causa, quia Matthæus satis iam expresserat,dixit: Tu es Christus. Lucas verò omnia complexus est, non tamen distinctè: Tu,inquit,es Christus Dei,per talem gignendi casum significans, quod Matthæus distinctè scripserat,filium Dei. In Græco enim apud Lucam duplex est articulus, scilicet illum Christum illius Dei, vt significaret esse Christum promissum, & Dei viuentis filium,ei consubstantialẽ. Victor Antioch. Mar. 2. causam adfert,cur Marcus Petri confessionem integram nõ retulerit,ea autem est,ne quid in magistri sui Petri gratiam referre videretur, quam ego causam non probo: cum enim ex Matthæo plena confessio haberetur, non erat, cur timeret, ne in gratiam magistri id dicere videretur. Adde Euangelistas magis intendisse,quod ad fidem explicandam faciebat, quam ad has humanas suspiciones,causa potissima,cur verbum illud(Filius Dei) omiserit, ea est, quia iam Matthæus copiosè retulerat, & quia illo verbo,Tu es Christus,id comprehendebatur, licet tacitè. Cõfessio ergo Petri multa dogmata,quę fidei nostræ sunt fundamenta, complectitur,scilicet;Tu es homo. Tu idem Dei filius,non adoptionis, sed naturalis. Tu idem es utrumque, eadem persona in vtraque subsistens natura. Tues ille Christus, qui in lege, & Prophetis promissus est, quique à Iudæis, & Patribus expectatus est. Hæc omnia hisce verbis cõprehenduntur. Rectè ergo Ambrosius lib. de incarnatione Domini Sacram. cap. 4. Christi vetam diuinitatem contra Arianos hac confessione probat,dicens: Petrus dicit: Tu es,non dicit,tu esse cœpisti: Petrus dicit: Tu es filius Dei,non dicit: Tu es creatura. Hæc Ambrosius.

At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc.

COMMENTARIA.

DIscipulis eũ esse Christũ Dei agnoscentibus, & cõfitentib. cõminatione præcepit Dñs,ne id alijs manifestarent;sed eam fidem apud se ipsos retinerent,vsq; ad tempus præfinitum,quando post resurrectionẽ eius,

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt palam id prædicarent, in mundum profecturi erant. Huius prohibitionis causam sequens sententia explicat.

ANNOTATIO XL.

Euangelistarũ verba, & verborum series i hoc loco.

PRætermisere Marcus, & Lucas, quæ solus Matthæus narrauit, nempe qualiter Christus Petri confessionem probauit, cõmendauit, ac quodammodo recompensauit, dicens: Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hãc Petram ædificabo Ecclesiã meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues Regni cœlorum: & quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcũq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Post hæc sequitur quod etiã Marcus, & Lucas referunt. Matthæus aũt sic subiunxit: Tunc præcepit Discipulis, vt nemini dicerẽt, quod ipse esset Iesus Christus. Marcus autem habet sic: Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo. Lucas verò vtrumq; coniunxit, & commi nationem, & præceptum, increpãs, inquit, eos, præcepit, ne cui dicerent hoc. Illud autem participium (increpans) non reprehẽsionem significat; talis.n. confessio, quam Petrus fecit reuelante Patre, & cui cæteri consenserant, non reprehensione, sed laude dignarat. Significat ergo comminationẽ, siue interminationem, quæ præcepto vim addit, quam ſignificationem interpres secutus est apud Marcum, vbi idem est verbum Græcum, quod habetur hic apud Lucam. Hæc quoad verba, & verborum seriẽ dicta sunt.

ANNOTATIO XLI.

Qualis sit hæc prohibitio, cui dicant, & quomodo cohæreat cum præcedenti Apostolorum missione

QVantum aũt ad sensum spectat, duę occurrunt difficultates. Vna est, qualis sit hæc prohibitio, an prædicare Iesum esse Christum, an ipsum esse filium Dei. Secunda est, qua ratione hæc prohibitio consonet cum præcedenti missione Apostolorum, qui missi sunt ad prædicandum regnum Dei, id est, Christi aduentũ, vt supra diximus; si.n. tussi sunt prędicare Christi aduentum, quomodo nunc prohibentur alijs dicere ipsum esse Christum?

Ad primum primo loco Ambrosius in commentario tenet prohibitionem hanc, quæ apud Lucam lr, esse de non manifestanda passione, quam Christus reuelabat Discipulis; sequitur.n. post hãc ſniam prohibitionis: Oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus, & Principibus sacerdotum, & Scribis occidi, & tertia die resurgere. At verò hæc interpretatio non põt accõmodarij nã ex Matthæo, & Marco constat prohibitionem factã esse, ne dicerent ipsum esse Christum; cum igitur hæc Lucæ verba sint consona illis, in eundem sensum interpretanda sunt, ipseq; contextus indicat; nam hæc passionis prædicatio affertur potius pro causa, cur sit facta prohibitio, ne cui dicerent illum esse Christũ, vt paulo post dicemus. Illud ergo (hoc) debet ad antecedentia referri, scilicet ne cui dicerent hoc, ipsum nempe esse Christum.

Secundo loco Euthymius Matth. 16. putat prohibitionem fuisse, ne cui dicerent eum esse Dei filium, sicut Petrus confessus erat, id quod sentire videtur Chrysost. homil. 55. in Matth.

Tertio loco Origenes & Hieronymus Matth. 16. prohibitionem interpretantur, ne annunciarent ipsum esse Christum, & Messiam. idem et sentit Ambrosius in præsenti, quæ sñia est legitima; nec.n. licebat eis prædicare illum esse Christum, & cõsequenter nec esse Dei filium naturalem. qđ ex Euangelio satis constat: nam expresse Matthæus nobis significauit, quid Dominus prohibuerit prædicari: inquit enim: Tunc, inquit, præcepit Discipulis suis, vt nemini dicerẽt, quod ipse esset Iesus Christus, id est, quod ipse esset Messias promissus. in quibusdam Græcis exemplarib. nõ hẽ illud (Iesus) nec habet Ambrosius hoc in loco, citans Matthæum, nec Chrysostomus, nec Victor Mar. 8. legũt tñ Hieronymus, & Origenes, & plurima Latina, & sẽsus idem est; prohibuit.n. ne dicerent vlli, se, qui proprio noïe dicebatur Iesus, esse Christum, & Messiã: cõsequenter et prohibuit, ne dicerent esse filiũ Dei; tñ quia hoc Messiæ nomẽ Iudæis erat notissimum, & sic appellabatur, qui venturus sperabatur, ideirco hoc nomine se prædicari noluit a Discipulis, quamuis ut in præsenti rectè notat Ambrosius, nomine Christi et diuinitas significabatur: Hoc, inquit, nomine Christi, & diuinitatis, & incarnationis confessio, & fides est passionis, intelige tacitè, & non distinctè: nam multi credebant Chri-

Christum, ac Messiam, ignorantes eum esse filium Dei naturalem, in quo fides Petri, eiusque confessio extollitur, qui distinctè confessus est, quæ latebant. Hoc igitur est, quod Christus prohibuit Apostolis prædicare tunc, licet Marcus, & Lucas non admodum expresserint, dicentes, Christum prohibuisse, ne hoc dicerent aliis, aut ne cui dicerent de illo; Matthæus verò expressius id narrauit. per hæc primæ difficultati satisfactum est.

Ad secundam de consonantia cum prędicatione, in missione facta, Hieronymus Matth. 16. respondet Apostolos, qui missi fuerunt ad annunciandum Christi aduentum, annũciasse quidem Christum, id est, aduentum eius, non tñ annũciasse illum, qui misit eos, dicebaturq; Iesus, esse Christus, quod potuit facilè fieri, lõgè.n. diuersa sunt, aduentum Christi appropinquasse, & illum, cuius erant Discipuli, esse Christum, nec est dissonantia. nam illud prius, prædicare missi sunt, hoc posterius nunc prohibetur, neque tunc id prædicarunt. hoc idẽ dicit Ambrosius in præsenti, adiungens hanc prohibitionem factã fuisse tunc, quando missi sunt prædicare. idẽ ante hos Patres affirmauit Orig. tract. 1. in Matth. dicens: Quando missi sunt leuiter prædicasse de Domino, scilicet tanquã de insigni, & magno viro; non tamen prædicasse eum esse Christum, ac Messiam promissum. Hoc.n. nunc prohibetur, qđ Matthæus expressit, dicens. Vt nemini dicerẽt, quod ipse esset Iesus Christus, id est, quod ipse, qui nomine appellabatur Iesus, erat Christus promissus. nulla igitur est dissonantia in hac parte.

Dicens: quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus, & Principibus sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere.

COMMENTARIA.

CAusam, & durationem positæ prohibitionis, exponit; ea autẽ est, quia oportet (inquit) me reprobari à Iudæis, id est, non admitti vt Christum, & Messiam, sed repelli, & negari, pati ẽt, ac ab eis occidi, demũ resurgere tertia die: hoc aũt potius impediretis tali prędicatione, quam iuuaretis ad ea perficienda, quę quidem pro hominum salute operanda sunt necessaria, et fieri oportet. Propterea ergo nemini dixerim me esse Christum filiũ Dei promissum. Hinc significatur duratio prohibitionis, quasi diceret, finite ista fieri, postea palam prædicabitis me esse Christum. Rectè autem dicit: Oportet filium hominis pati, vt distinguat naturam in qua passus est, non esse eam secundum quam dictus est à Petro filius Dei. quasi diceret, etiam si filius Dei sim, habeo naturam humanam in qua oportet me pati.

ANNOTATIO XLII.

Sententia superioris expositio iuxta mentẽ SS. Patrum.

AMbrosius, vt in præcedẽti Annotatione diximus, sic interpretatur hanc sẽtentiam, quasi hoc sit, quod Christus prohibuit Apostolis prędicare, nempe se pati debere, & reprobari à Iudæis, ac tertia die resurgere. Fatetur quidẽ Ambrosius apud Matthęum prohibitum fuisse Discipulis, ne prædicarent eum esse Christum; putat tñ hanc Lucæ esse distinctam prohibitionem, nempe vt prohibitum sit annunciare passionem, & mortem eius. At verò violentum est distinguere has sententias, cã sit vna, & eadem apud Matthęum, & Marcum, ac Lucam. Præterea, huic interpretationi non solum verba Matthæi aduersãtur, vti iam dictum est, sed ipse Lucæ contextus; superfluum.n. esset illud participiũ (Dicens,) dicendum enim erat, præcepit, ne cui dicerent hoc, quod oportet filium hominis pati. Accommodatior est ergo sẽtentia Hieronymi, similia verba apud Matthæum interpretantis, nempe Dominum hisce verbis causam prohibitionis exposuisse, idemque prænotarũt Orig. & Chrysost. hom. 55. in Matt. Quo aũt modo ista causa procedat, Hiero. explicat, dicens, nõ prodesse Christum publice prædicare, & eius in populis vulgare maiestatẽ, quem post paululum flagellatum visuri sint, & crucifixũ, & multa pati à Senioribus, Scribis, & principibus sacerdotum. Hanc interpretationem adfert etiam Chrysostom. homil. 55. in Matth. eamque explicatius prosequitur, exponens quomodo non prodesset

Universidad de Deusto
Biblioteca

desset tunc talis prædicatio. sensus eius in breuitatem redactus is est, quia tunc prædicanda erat hæc fides Christi, qñ iam oia eius miracula effulserant, & nihil remaneret, quod eam perturbare, ac retũdere posset. si enim ante passionem esset annunciatus Christus palam per Apostolos, fides cõcepta ab audientibus eausa esset scandalo mortis eius, ac crucis superuenientis, quã fidem semel deperditam difficillimum est postea in animis eorundem reuocare: non igitur ea tunc prædicatio prodesset, sed obesset potius. Expectanda ergo erant omnia, & completam fidem non solũ mortis, sed etiam resurrectionis prædicare sic facilius retinebatur, & recipiebatur. Quantum autem fides perturbata fuerit per crucem, & mortẽ in ijs, qui prius credidérant, exempla ipsorum Discipulorum probãt. sic Chrysost. interpretatur, quem sequitur Euthy. ibidem. Idẽ sentit Victor Antioch. Mar. 3. Voluit, inquit, opinionem, quam de ipso habebant, adhuc rectam manere, quo crucis, passionisq; scandalis e medio sublatis, puram tãdem sinceramq; fidem illorum mentibus imprimat: Hæc ille. Sumpta autem sunt hæc ab Origene trac. 1. in Matth. qui ita interpretatur, multaq; alia adiunxit, inter quæ illud est, hanc prohibitionem posse pertinere ad tẽpora post Christi resurrectionem, quando prædicatus est per Apostolos, eorumque successores, sicque sensus, non esse prædicandum Christum esse Messiam, sed simul etiã crucifixum, & resurrexisse, quia credere Christum non prodest, nisi simul mors eius, & resurrectio credantur. Hęc autẽ interpretatio, quam violẽta sit, nemo nõ videt, cum prohibitio facta sit solis Discipulis eo tunc tempore, duratura tantũ, donec Christus opera sua perficeret, vt recte Hieron. Chrysost. & idem Orig. interpretati sunt. Quod verò ad hãc istorum Doctorum interpretationem spectat, nonnulla respondenda videntur. Primo quidem si dictum esset, quia oportet prius filium hominis multa pati, tunc facilis esset interpretatio, quasi dictum esset, nolite prædicare me esse Christum, quia nondum tempus huius prædicationis aduenit, quia oportet me prius pati, mori, & resurgere. At verò non sic dicitur, sed absolutè, quia oportet filiũ hominis pati, non igitur hæc ratio accommodari posse videtur ad temporis opportunitatem, & rerum à Christo gerendarũ complementum.

Secundo non vt sensus prædictæ interpretationis satis appositus: nam si prædicatio, qua annunciabatur Christum esse Messiam, oberat credentibus, quia passione futura ea fides scãdalum patiebatur, eadem de causa Christus non debuit prædicare, & suum aduentum annunciare, nec ad fidem in se homines excitare, sed expectanda erat passio, & mors.

Tertio causa aptior, veriorque sensus is videtur, noluisse Christum per Apostolos palam, & apertè annunciari se Christum esse, propter mortem, & passionem, nimirum ne impediretur, quæ tamen necessaria erat ad nostram redemptionẽ: si enim Discipuli Christi duodecim palam prædicassent illum esse Christum, prædicationi huic manifestæ adiungentes miracula illa multa, quæ faciebant, cum essent multi, & minus odio habiti, quam Christus, quippe qui animos Iudæorum illorum reprehensione non exacerbauerant, & qui non de se, sed de alio testimonium ferebant, facilius illis persuasissent Christum esse, sicque non cum occidissent, saltem populo fere toto illis annuente, sum cognouissent, nunquam Dominum crucifixissent. Adde etiam, ne dæmonum principi id innotesceret, qui si sciuisset Christum, vtique impedire procurasset mortem, & passionem eius. Hac de causa prohibuit Dominus hanc manifestam, & apertam prædicationem; non tñ prohibuit ea de Christo dicere, quæ si Iudæi diligenter attendissent, vtique intellexissent. Hac de causa Matth. 17. prohibuit, ne ante resurrectionem reuelarent transfigurationem eius gloriosam. Et eadem de causa supra cap. 4. prohibuit dæmonibus, ne loquerentur, quia sciebant eum esse Christum. Quòd si obijcias, nonne Christus sua prædicatione, & operibus id fecit vt se Christum esse significaret? dico fecisse quidem sic, vt Iudæi potuissent, & debuissent credere, nec à peccato incredulitatis excusabiles essent; tamẽ non ita apertè, ac manifestè id egit, vt omnibus id esset manifestum, & si aliquãdo loquebatur, non tamen semper veris diserris affirmabat se Christum esse, vt locum daret passioni suæ, & quamvis id locutus esset, alia longe diuersa ratio est de Apostolis vti diximus, quorum prædicatio

tio esset luce clara manifestior. In hunc sensum interpretati sumus causam hanc de passione, & morte, ob quam noluit tũc ab Apostolis palam, & manifesto annunciari se Christum esse.

Quarto sunt etiam aliquot aliæ causæ, ob quas conuenienter Dominus Apostolis tunc temporis eam prohibuerit prædicationem, quarum tres Ambrosius in præsenti commentario protulit, sic dicẽs, multis ex causis Christus iubet tacere Discipulos; vt fallat Principem mundi, vt declinet iactantiam, doceat humilitatem, simul ne rudes, & imperfecti adhuc Discipuli maximæ prædicationis molibus opprimant. Hæc Ambrosius. Harum primam nos supra attigimus. tertia est multum rationabilis: nam ad talem prædicationem opus erat animi robore, & stabilitate contra aduersarios veritatis persecutores, quã nondum Apostoli tunc habebant, donec Spiritum sanctũ acceperunt, quod Dominus significauit Act. 1. post suam resurrectionem. Illis præcepit, inquit, Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, & paulo infra: Accipietis virtutem superuenientis in vos Spiritus sancti, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.

Adde si Apostoli tunc id prædicassent, cum in passione Christi scandalum esset graue passuri; nam cum esset comprehensus, omnes fugerunt, & Petrus ter negauit eum, & præ timore cuncti absconderunt se, profecto prædicatio eorum facta nimis fuisset contempta, ac vilissimi penderetur, derisuique esset, & magnum attulisset impedimentum illorum futuræ prædicationi post Spiritus sancti aduentum: merito ergo voluit Christus eos ab hac tunc prædicatione abstinere.

Quinto, posset alicui videri dissonantia inter Lucam, & Matthæum, ac Marcum: nam hi non videntur hanc sententiam referre, quasi causam prohibitionis, sed quasi sermonem continuatum cum prohibitione, dicit Matthæus sic: Nemini diceret, quia ipse esset Iesus Christus. Exinde cœpit Iesus ostendere Discipulis suis, quia oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus. Marcus autem sic scribit: Comminatus est eis, ne cui diceret de illo, & cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa. At Lucas sententiam hanc narrat, quasi causam prohibitionis; inquit enim: Præcepit ne cui dicerent hoc, dicens, quia oportet filium hominis multa pati. Ad hanc dissonantiam apparentem respondeo, vere omnia consonare, nec apud Lucam illa particula (quia) causam indicat, sed declarationem, loco, quod. Sicque omnes tres idem, & eodem fere modo dicunt, sic tñ ista continuatio sermonis est, quasi per sequẽtem reddatur causa antecedentis sententiæ, nimirum, vt sermo de futura passione sit factus tamquam causa prohibitionis, id quod omnes Euangelistæ notarunt, ipsam sermonis cõtinuationem exprimentes. Sicque Hieron. Chrysost. & Orig. apud Matth. vti diximus, senserunt, tamquam causam explicantes.

Dicebat autem ad omnes.

COMMENTARIA.

DOctrinam, quæ ad salutẽ necessaria erat, non solis Discipulis, sed etiam omnibus tradit, ideirco cum Discipulis turbas conuocat, eisq; omnibus, & in ipsis, cunctis futuris fidelibus alloquens, sequentem pronunciat sententiam, cuius eum antecedẽtibus connexionem, quæ sequitur annotatio, manifestat.

ANNOTATIO XLIII.

Series & cõtexus historiæ.

MArcus explicatius refert hoc: Conuocata, inquit, turba cum Discipulis suis dixit eis, ideirco Lucas dicit locutum esse omnibus, scilicet sequentibus, tam Discipulis, quam turbis. Est autem connexio, & contextus iste, post habitum sermonem cum solis Apostolis de passione, ac morte eius, ut explicatum est, factum est vnum, vt Matthæus, & Marcus narrarunt. prætermisit autem Lucas, nimirum cum Petrus audiens, quæ Christus de passione, & morte sua prædicabat, assumpsit eum, & increpauit, dicens: Absit à te Domine, non erit tibi hoc. Existimabat enim indignum Christo, quem Dei filiũ, & Messiam promissum credebat, & confessus fuerat, pati, & occidi à Principibus, Scribis, & Senioribus, non intelligens mysterium redemptionis humanę positum à Deo in ea morte, ac passione, eisque sum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam virtutẽ morte mortem nostram destruere,& à peccato nos liberare. Petro ergo talia dicenti Christus respondet,verbis asperis eum reprehendens: Vade,inquit, post me Satana;scandalum mihi es,non sapis ea,quæ Dei sunt,sed ea,quæ hominũ. quæ verba explicare, ad commentaria in Matthæum,& Marcũ magis spectat. Post hæc statim Christus conuocat turbas vna cũ cæteris Discipulis,& vt confirmet non esse indecens se passurum esse,ac occidendum, docet neminem posse esse discipulũ eius, nisi ẽt ipse moriatur quodammodo tollendo crucem suam, & sustinendo labores,ac tentationes,atq; ẽt animo,ac voluntate se disponendo,ac præparando ad sustinẽdam ignominiosam mortem pro eo, si opus fuerit, vt statim explicabitur.quasi diceret: O Petre indignum,ac indecens iudicas me pati,ac occidi debere;ego autẽ dico tibi,& omnibus, non tm̃ id indecens non esse, sed etiam neminem posse me sequi, Discipulumq; meum fore, nisi crucẽ suam tollat,patique,& occidi animo paratus sit,ac semetipsum abnegauerit pro me. Hæc est connexio harum sententiarum, quam rectè explicuerunt Euthym.Matth. 16.& Victor Mar.8.

Si quis uult uenire post me.

COMMENTARIA.

GEneralis est sententia,omnem sexum, ac cõditionem hominum comprehendens. ostendit aũt quales esse debeant,qui ipsius doctrinam amplectuntur, ipsiq; adhærere volunt; multi.n.tunc temporis post eum ibãt, vt eum audirent; non aũt cogit,nec cõpellit,sed inuitat,& excitat. Si quis(inquit)vult. libertatem eundi post eum Christus vnicuique relinquit,hoc dicto vehementer ad se eos attrahens; potẽtior.n.est oratio mitis,quam violenta. Venire autẽ post Christum,est eius doctrinam amplecti,se ipsius Discipulum profiteri. Si quis igitur vult venire post me. Ipse caput, ipse Magister,ipse Dux est,cæteri post ipsum venire debent. Rectè autem cõnectitur hoc præcedentibus. Confessus erat Petrus, & cæteri Apostoli, Christũ Dei filium: ne autem ad salutem hoc sufficere putarent,adiunxit adhuc opus esse sui abnegatione,ac crucis portatione,vt notauit Chrysost.56. in Matth.

ANNOTATIO XLIV.

Superior sententia latius explicata.

CHrysost.hom.56.in Matthæum,& Victor Mar.8.notarunt,quæ in commẽtario dicta sunt, ponderantes verũ illud: Si quis vult.Sic enim ille inquit: Non dixit, oportere eos pati, vellent nollent, sed quid? Si quis,ait,post me venire vult,non impello,non vrgeo,sed liberam singulorũ voluntatem efficiens,dico,Si quis vult, & paulo infra.His dictis vehementer eos attraxit,nam sicut qui vim affert,plerumq; auertit,sic qui liberos audientes cõstituit, multo magis attrahit: potentior.n.omnino est oratio mitis, quam violenta. Hæc Chrysostomus.Simile quid Victor habet. cur autem Dominus non cogat, sed liberos inuitet, causam rectè idem Chrysostomus docuit,sic.n.inquit:Magna sunt,quæ retribuit Christus,ac talia,vt vltro,ac spõte homines ad ea concursuros dubitare nõ debeas. non.n.si quis aurum, aut argentũ proponeret,vim inferret;quanto magis in cœlestibus bonis inferenda non est? Et certẽ si rerum ipsa natura non persuader, & nisi sponte curreres, nec accipere quidem dignus es: nec si acceperis,quale quantũque sit quod acceperis,cognosces:Idcò nõ cogit Christus,sed hortatur.Hæc ille. Vt igitur magnitudo bonorum,quę Christus promittit,significetur,non cogit,sed liberos relinquit ad se venientes. Huic causæ à Chrys. productæ adiungenda etiam alia est,nimirum tanto nos amore, ac charitate Christum esse prosecutum, taliaque ac tanta præ eo in nos amore passum, vt ea cõsideratio debeat oẽs post se trahere,spõte,ac absq; vlla coactione,ẽt non habita ratione promissorum bonorum, atque hæc causa insinuatur in illo. Post me.Aduertamus ergo quis est ille, qui ad veniendum post se non inuitat, & comperiemus non coactè, sed sponte omnino debere nos venire. Occurrit tm̃ difficultas ex verbis ipsius Christi Ioann.6.Nemo,inquit,potest venire ad me,nisi Pater meus traxerit eũ. Si igitur nemo venit ad Christum nisi tractus à Patre,quomodo liberum est hominibus venire,& quomodo dici nunc põt:

Si

Si quis vult venire? Respondeo hæc duo non esse cõtraria,sed valde consona: nam voluntas hominis per se sola non est potens, nec robur habet sufficiens vt veniat ad Christum per fidem, aut dilectionem; sed opus ei est diuino auxilio,& motione: hæc tũ motio, sic cum voluntate hominis concurrit, vt eam adiuuet ad credendum, & diligendum vt libertatem eius non tollat: sicut si quis iuuet alterum ad portandum onus,quod solus non potest, dicitur eum iuuare,non tũ cogere. Plura in hac parte prosequi,nõ est præsentis instituti.

Abneget semetipsum.

COMMENTARIA.

QVi venire post Christum vult, eiusq; se Discipulum profiteri, ut par est,tria debet seruare. vnum est, quod nunc dicitur,nẽpe se ipsum abnegare. Abnegare aũt se ipsum,est prorsus desiderijs,ac appetitibus, q̃ Christi legi,ac præceptis aduersantur, contradicere;nõ ea sequi, nec iuxta ea operari, nec ipsis consentire. Hoc est vnum ex vitæ Christianæ fundamentis. Est aũt plus abnegare,quam negare,nam propositio illa ẽt Græcè uehementiam,& conatus magnitudinem indicat, ut notat Chrysost.

ANNOTATIO XLV.

Abnegare semetipsũ iuxta Petrum explicationes aptissima.

HIeronymus Matt.16.explicat quid sit abnegare. Qui deponit,inquit,veterem hominem cũ operibus suis, abnegat semetipsum,dicens: Viuo ego, iam non ego.viuit verò in me Christus. Hæc ille. Quæ quidem explicatio adhuc declaratione indiget, idcirco Chrysost.homil.56.in Matth.magis hoc elucidans ait. Si intelligis,quid sit aliũ abnegare, tunc rectè percipies,quid sit abnegare seipsum.Qui aliũ abnegauit, si cædi eũ virgis videat,si coerceri vinculis, quidquid aliud mali pati eũ conspexerit,non occurrit, non auxiliatur, non flectitur,nec prorsus vllo modo mouetur,ceu ille qui penitus ab eo alienatus est.Sic igitur nullo nos pacto corpori nostro parcere vult,vt neq; si cæditur,neque si pellitur, neque si uritur, neque si quid aliud huiusmodi patitur,ei parcamus. Hęc,& alia Chrysost.Quæ quidem etiam declaratione indigent.Idcirco Basilius in Regulis fusius disputatis interrogat.6. sic abnegationem,de qua nũc est sermo, breuiter, sed compendiosè descripsit,dicens; Nihil est aliud sui ipsius abnegatio, nisi summa rerum omnium vitæ superioris obliuio, atque à suiipsius voluntatibus recessio. Hęc Basilius.Cuius descriptio duas habet partes; prior est summa omnium rerũ vitæ superioris obliuio. Vitam superiorem appellat,qñ sine Dei gratia,peccatis indulgebamus,rerum temporalium affectu, ac dulcedine tracti, quarum rerum obliuisci debent, qui se abnegant, non quidẽ quod memoria excidant omnino,sed quod ab illa memoria deleantur,& abiiciantur,quæ prius eas tenebamus; simul.n.atque propositæ erant voluntati, illas amplectebamur.posterior pars est veræ abnegationis substantia,vt ab omni voluntate, affectu, desiderio, quæ ad illicita nos impellunt, recedamus,eis resistentes,contradicentes, mentis consensum auertentes.Hæc est sui abnegatio,quam Paulus Galat.5. alijs verbis appellauit,cum.n.dixisset;Caro concupiscit aduersus Spiritum,carnisque opera descripsisset;cõclusit,dicens:qui sunt Christi,carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentiis,i.abnegarunt se, proiicientes opera mala, & radicibus aduersantes.Idem Paulus Colos.3. appellauit expoliationem:Expoliantes,inquit veterem hominem cum operibus suis. Attende autẽ quod praua desideria, & affectus carnales non possumus omnino expellere;insurgũt enim sæpe etiam in iustis hominibus sine consensu eorum; abnegare aũt non est tales effectus eradicare, sed eis resistere nõ consentiendo eis,nec sinendo,vt in ea prorumpant opera illicita,in quæ tendunt,& impellunt, nec causam, siue occasionem subministrantes, ut in nobis excitentur. Voluntati ergo carnis debemus aduersari sic, non autem eam euellere, quod Paulus Roma.13.significauit dicens: Curam carnis non feceritis in desiderijs. & Galat.5. Desideria carnis non perfeceritis. Expoliare ergo nos debemus ab omni malo opere,abstinendo ab eo, & à consensu prauorum affectuum,& desideriorum:abnegare autem nos oportet, prauis affectibus insurgentibus,resistendo, & contradicendo, ne perficiantur. Hinc est ut quando no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

indulgemus his affectibus, aut qñ contraria eis facimus, dicamur abnegare nos, sicque quæ dixit Hieronymus & Chrysostomus allegati, plana fiunt. Rectè autem Victor Antioch. Mar. 8. cur dicatur abnegatio sui, explicat, dicens: Non dixit ille, ne nimium sibi indulgeat; aut ne nimium carni suæ parcat: sed vehementius insurgẽs, abneget, vel abiuret semetipsum, hoc est, nihil cum se ipso, vel sua carne commercij habeat, verum ita se gerat, ac si nõ ipse, sed alius quispiam crucem tolleret. Hæc ille.

Et tollat crucem suam quotidie.

COMMENTARIA.

HOc est secundum, quod exhibere debet ille, qui vult uenire post Christum, ut tribulationes oẽs internas, quæ ei ex sui abnegatione, ac ex uirtute amplectenda proueniunt, patiẽter sustineat: quod.n. cruciat, ac torquet, crux appellatur. de hac cruce dictum est 2. Tim. 3. Omnes, qui pie uiuere uolunt in Christo, persecutionẽ patientur. Et Actor. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei. Hæ cruces multæ sunt, & non eiusdem rationis, nec æquales in singulis eorum: qui post Christũ ueniunt, sed maiores, aut minores, ob id dictum est, ut unusquisq; suam crucẽ tollat. Verbum aũt hoc indefinitum, perpetuitatem indicat. i. ut semper tollat, nec desistat: ob id additũ est aduerbium, quotidie; significat enim varias, & multiplices afflictiones, & indefessam iustorum tolerantiam.

ANNOTATIO XLVI.

Quid sit crucẽ tollere.

QVod ad verba attinet, illud (quotidie) non hꝫ in Matthæo, nec Marco, sed apud solum Lucam, immo quinque Latinã exemplaria à manuscripta, & Complutense, non legũt, nec à Theophylacto, nec ab Euthymio exponitur: habetur tñ in exemplaribus Græcis cõmunibus, & in plurimis Latinis, & conuenientem facit sensum. Quod autem ad rem spectat, Chrys. hom. 56. in Matth. notat hac ſnia significari abnegationem eorum, qui post Christum veniunt, debere esse vsq; ad mortẽ, & mortem quidem turpissimam debet. esse homo paratissimus oĩa aduersa sustinere, etiam mortem. Verba ipsius sunt: Ne quis putet ad verba vsq; tantummodo, ac contumelias, & opprobria abnegationem hanc sui fieri oportere, id subiunxit; ut videas abnegandos nos esse vsque ad mortẽ, & mortem turpissimam, quam designans non dixit, abneget semetipsum vsque ad mortem, sed tollat crucem suã, non semel, nec bis, sed continue per totam uitam hãc tecum mortem circumferas, & cõtinue ad necem paratissimus sis. multi quidem pecuniam contẽpserunt, multi delicias vitæ, ac gloriam conculcauerunt, mortem autẽ despicere non potuerũt. Hæc & alia Chrysostomus. Idem ante eum sensit Basil. in regu. fus. disput. interrog. 6. ubi sic habet: Animi ad mortem pro Christo subeundã alacritas, & membrorum, quæ sunt super terram, mortificatio, & illud, quod quis libenter se cuiuis impẽderit periculo, offerre pro Christi nomine sit paratus; & nulla de rebus vitæ huius affectione tangat, hoc nimirum est tollere crucem suam. Hæc Basilius. Eidem interpretationi consensit Victor Antioch. Mar. 8. exponens n. hanc sentẽtiam, sic inquit: Indicat per hæc hoĩem Christianum nõ quouis modo, aut gradu seipsum abnegare debere, sed vsq; ad mortem, mortem autem crucis: idque non semel, aut bis in vita tantum, sed per totam vitam absolutè fieri oportere. Hæc ille.

Mihi accommodatior interpretatio est, vt tollere crucẽ sit tribulationes, afflictiones, tentationes, ac persecutiones, quę partim ex abnegatione, partim ex virtutũ studio, partim ex diuina probatione, partim ex naturæ corruptione, ex hoĩum malitia, aut conuersatione proueniunt, patienter, & humiliter sustinere, nec ob eas ab inceptа via bona retrahi. Quod aũt de morte dr̃, magis ad sequentẽ tertiam sn̄iam spectat, vt in eius expositione dicẽt. Hieronymus crucem ad mortificationẽ membrorum referri: at verò hęc mortificatio magis ad abnegationẽ pertinet; afflictio verò, q̃ ex mortificatione procedit, pars crucis est. Greg. hom. 32. in Euang. in carnis mortificatione, & in proximorũ cõpassione tolli crucem affirmat. Hęc tñ pars ẽt crucis, sed non tota crux dicitur. crux ea est, quã paulo ante, & in commentario explicuimus.

Et

Et sequatur me.

COMMENTARIA.

HOc est tertium, quod exhibere debet, qui vult venire post Christum. Sequi autem Christũ, est ipsius præcepta, & doctrinam amplecti, eius virtutes imitari, ẽt ad mortẽ pro ipso subeũdam paratũ esse, si opus fuerit, ratioq; exegerit, denicq; abnegare seipsum, & crucem tollere propter eum. Abnegant se hoĩes mundi, & cruces suas tollunt, dum multis suis appetitibus, ac commoditatibus se priuant, dũ labores, & afflictiones, & quidem graues sustinent, sed nõ vt sequant Christum, sed vt alijs suis appetitibus, aut aliorum satisfaciant, vt mundi aliquas voluptates, aut bona assequantur trãsitoria: ac nõ veniunt post Christum, quia non amplectuntur doctrinã, ac præcepta eius, nõ imitantur virtutes illius. qui igitur vult uenire post Christum, necesse est vt duobus præcedentibus adiungat hoc tertium, per quod maxime Discipulus Christi distingũtur à sectatoribus sæculi huius.

ANNOTATIO XLVII.

Christũ sequi qd sit.

CHrys. hom. 56. in Matth. quid sit Christum sequi, & qua ratione, si hoc tertium non sit, duo prima nihil prosint, rectè exponit, sic dicens: Latrones, sepulchrorum violatores, dæmonum inuocatores, multa plerumq; talia patiũtur. Ne igitur credas ipsius passionis naturam per se sufficere, causam eius subiecit. Quam ipsam? Quæ dicta sunt, vniuersa faciens, atque patiens ipsum sequaris, vt. s. propter ipsum oĩa sustineas, atque omnem virtutum numerum habeas. Is. n. Christum sequitur, qui non in periculo modo fortitudinem adhibet, sed modestiam, sed humilitatem, & omne sublimioris philosophię genus complectitur. Id. n. est rectè Dominum sequi, vt & propter ipsum cuncta sufferas, & alias virtutes non negligas. Multi Diabolum sequentes multa patiuntur, & vitam pp ipsam perdunt, quam nos propter Christum, immo verò pp nos ipsos perdimus. Hæc Chrys. Sequela igitur est, vt propter ipsum, quæ dicta sunt duo faciamus, & ipsum imitantes, omniũ uirtutum studio incũbamus. Nos his duob. addimus tertium, vt mortẽ ipsam pro co pati promptι, ac parati simus, & si occasio postulauerit, subeamus, sicut & ipse pro nobis subijt; ea. n. est perfecta sequela, qua Christum vsque ad crucem sequimur.

Qui enim voluerit animam suã saluam facere; perdet illam.

COMMENTARIA.

NE quis diceret duram nimis, & nociuam hanc esse doctrinam, ut abnegemus nos, & crucem tollamus, Christumq; crucifixum sequamur, tacitè id repellit, causamq; dat, quasi dicerer, nõ trado nociua, immo vtilissima, & salutifera: nam qui non abnegauerit se, nec tulerit crucẽ propter me, sequẽdo me ipsum, sed voluerit animã suam saluã facere, i. indulgere uitæ huius uoluptatibus, ac cõmodis, suisq; appetitibus satisfacere, seq; in vita conseruare potius, quam hæc, quæ doceo exhibere, perdet animam: nam eam æternæ morti addicit.

Nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam.

COMMENTARIA.

ALtera pars oppositа priori hæc est, qui verò animam perdiderit pp Christum, abnegando se, ac crucẽ vsq; ad mortem tollendo, eam saluam faciet, nam vitam æternam assequet. Est igitur doctrina hæc salutifera. Recte aũt adiunxit (propter me) nã sunt qui perdunt aĩas suas pp mũdum, subeundo labores duros, & multis suis appetitibus contradicendo, ac suã carnem multipliciter macerando, idq; ad temporalia bona, honores, dignitates, pecunias, aliaq; huiusmodi consequẽda. Hi perdunt aĩam in præsenti sæculo, & in futuro. Qui si predicta facerent pp Christum, in præsenti perderent animas, sed in futuro saluarent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO XLVIII.

LOco(nam)Græcè est δέ,& eadem hꝛ apud Matthæum & Marcum, in quib. locis,Interpres vertit (Qui autem perdiderit.)eum igitur sit eadem apud Lucam,eodem erat vertenda modo, vnde particulã (nam)positam esse pro (autem)dicendum est,præsertim eum etiam si leganius(nam) sensus sit idem. Quod verò ad rem spectat,Victor Antioch.hanc vtramq; sententiam connectit,sicut & nos in superiori cõmentario conneximus: nam eam interpretans sic,inquit: Quod dicit eiusmodi est. Non duriter, sed clementer, & indulgenter vobiscum agens hæc præcipio; nam qui puero plus satis indulget,perdit eum, qui autem peccanti nõ parcit,saluat eum. Hæc ille. Aduerte autem Matthæum ad significationem, respicientem dixisse, qui perdiderit animam,inueniet. Habent.n. hæc oppositionem quandam, & correspõdentiam,inuenire,& perdere. Marcus verò,& Lucas sensum considerantes,loco illius (inuenier eam)dixerunt,saluam faciet eam. Aduerte præterea Matthæum,& Lucam addidisse illud (propter me) quod in commentario expositũ est:at Marcus adiũxit alterum,dicens:(Propter me & Euangelium: quod dupliciter possumus interpretari,vno modo cum Euthymio,vt particula (&) sit declarativa, vt id sit propter Christum animam perdere, quod propter Euangelium,id est,doctrinæ Christi seruãdæ causa animam perdere: quæ expositio non satis respondet verbis paulo inferioribus huic sententiæ respondentibus,nimirum,qui erubuerit me,& sermones meos. duo enim hæc distingui videntur. Altero modo,qui accommodatior est,vt animam propter Euangelium perdere,referatur ad omnes, qui suis aduersantur appetitibus, suæque se voluntati opponunt, vt Christum sequantur, eius voluntatem faciendo;perdere autem animam propter Christum,referatur particulariter ad martyres, qui in fidei,& Euangelij defensionem vitam corporaliter tradiderunt. vnde non probo,quod Euthymius Luc.9.dicit, vbi animam perdere de solis martyribus interpretatur. Puto enim iustos se ipsos abnegãtes etiam sine martyrio animas suas perdere in hoc seculo. generalis igitur est hæc sententia, complectens omnes iustos tam martyres, quam qui martyrium nõ subeunt,cum ea sententia referatur ad præcedentes,nempe tollere crucem, abnegare seipsos, & sequi Christum,quæ etiam generales sunt.

Quid sit propter Christũ animã perdere.

Quid enim proficit homo,si lucretur vniuersum mundum, seipsum autem perdat,& detrimentum sui faciat?

COMMENTARIA.

CAusam profert,cur qui animam suam facit saluam in hoc sæculo,dictus sit eã perdere,tacitæq; obiectioni respõdet:nam posset quispiam opponere sic:Qui in hoc sæculo aĩam suam saluam facit, quamuis propter Christum crucem non tollat, nec ipsum sequatur, tũ bonis multis temporalibus fruitur,& quæ suæ animæ placent,assequitur,quomodo ergo perdere aĩam dici potest? huic respondens, inquit: Quamuis homo totum mundum lucretur,& omnibus eius bonis fruatur,nihil profecisse censendus est, si ob ea se perdat in æternam incidens damnationem, aut animæ salutis spiritualis iacturam faciens;bona.n.temporalia malo spirituali,aut æterno collata æstimãda sunt quasi nihil. Rectè autem dicitur homo se perdere: nam ad malum sufficit arbitrium sine gratiæ auxilio iuxta illud Ose.13. Perditio tua Israel.

ANNOTATIO XLIX.

QVod ad literã spectat notandum est apud Matthæum, & Lucam eandẽ esse lectionem, nempe ὠφελεῖται ἀζημιοῦται à verbo ὠφελέω, i.viuo, emolumentum capio; estque in voce passiua, quasi diceret, quid iuuatur homo; licèt interpres aliter verterit apud Matthæum,nempe: Quid prodest homini,quam apud Lucam,quid proficit homo. Marcus eodem verbo vsus est in voce actiua futuri,scilicet Quid iuuabit hoẽm? Idem est sensus,quo significatur,nullum censendum temporale emolumentum,quod est cum aĩæ iactura. Notandum est præterea apud Matthæum, & Marcum tũ haberi:aĩæ suę detrimentum faciat,

Quid significent verba superioris sententiæ.

faciat,seu patiatur;apud Lucam verò ipse ipsum perdat,& detrimentum sui faciat. Græcè disiunctiua particula est,nimirum: Aut sui detrimẽtum faciat.Orig.hom.10. in Exod. multa de hac distinctione dicit, interpretaturq; animam perdere eum,qui gehennæ incendijs deputatur; illum verò detrimentum facere, de quo 1.Cor.3.dĩ: Detrimẽtum patietur,ipse aũt saluus erit, sic tũ quasi per ignem,quod de igni purgatorio intelligitur: tam ergo ignis inferni, q̃ ignis purgatorij præponderat bonis oĩbus temporalibus sæculi huius,vt potius ab his sit abstinendum,quam illa tormenta sustinẽda.in hunc sensum tendunt,quę Origenes dicit non improbabiliter. Euthymius aũt existimat posterius esse declarationem prioris,quasi id sit se ipsum perdere, quod est sui detrimentum facere, scilicet in æternam damnationẽ incidere,quod probabile est, licet accõmodatius dici posset, quod in commẽtario dictum est,prius ad damnationem æternã pertinere;posterius verò ad iacturam rerum spiritualiũ, quæ in hoc sæculo per peccatum fit;bona.n.tẽporalia oĩa illis collata, nihili censenda sunt,nullamque comparationem habent, non solum cum damnatione æterna, sed ẽt cum iactura gratię Dei,& donorum Spiritus sancti,cæterorumque,quæ per peccatum amittuntur.Vnde Matthæus,& Marcus huic sententiæ adiunxerunt(quam dabit homo commutationem pro aĩa sua?) quibus verbis significatur tãti esse animæ salutem spiritualem, vt quidquid loco eius recipitur,etiam si totus sit mundus,detrimentum censeatur,cum incomparabiliter maius sit,quod deperditur,quam quod acquiritur:ideirco qui animam sic saluam facit,eam perdere dicendus est.

Nam qui me erubuerit,& meos sermones; hunc filius hominis erubescet,cum venerit in maiestate sua.

COMMENTARIA.

CAusam explicat præcedentis sententiæ, quasi diceret, dixi eum, qui non tollit suam crucem,meq; sequitur,etiam si mundum lucretur,nihil proficere, sed se ipsum perdere, quia,qui me,sermonesque meos eruberit m e, per fidem nõ confitendo, aut meis mandatis non obediendo, quasi eum pudu erit crucem tollere, & sequi illum,qui crucifixus est, hũc talem ego etiam erubescam illum, cũ venero iterum, non iam in humilitate,sed in maiestate. Iustũ.n.est, vt qui me erubuit in humilitate mea,ego etiam in maiestate mea illum erubescã. vnde eius damnatio, & perditio consequetur; quem. n. ego in maiestate erubuero,is omnino perdetur. Aduerte Christum loqui de se in tertia persona sub nomine filij hominis,vt ostẽdat erubescentiam ratione humanitatis ortam esse; nemo enim Deum erubescit,humanitatem verò Christi, in qua crucẽ sustinuit, erubuerunt multi indigni iudicantes eum Deum confiteri,eiusq; mandatis obedire,qui crucifixus est;ob id ex parte Christi opposita est etiam humanitas, s. Filius hominis, quasi diceret; æquum est, vt eum,qui Filium hominis crucifixum in sua humanitate despexit,iste Filius hominis quando venerit in maiestate sua despiciat. Recte autem dicitur, maiestate sua. Nam maiestas,& gloria Christi hominis erat à diuinitate ei coniuncta in unitate personæ; qui.n. erat homo,ille idem Deus erat. Nostra verò maiestas, & gloria erit à Deo,quasi non ex nobis,sed ab externo principio procedens. Dicit autem (propter me, & propter sermones meos,) vt respondeat ei sniæ supra positæ:Qui perdiderit aĩam propter me, & propter Euãgelium, vt habet Marcus. Plura in Annotatione require.

ANNOTATIO L.

DOminus in hac,& in antecedente sua duos suos significat aduentus, priorẽ in humilitate, qũ venit ad redimendum, & saluandum genus humanum per mortem,& crucem: posteriorem verò in maiestate,qũ in fine temporis veniet ad iudicãdum,de quo Matth.24. dixit idem Dominus: Videbunt Filium hominis venientẽ in nubibus cœli cum virtute multa,& maiestate. Tempore aduentus prioris, in quo

Duo Christi aduẽtus & de vtroque.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumus vsq; ad posteriorem, inuitat, & exhortatur homines, vt crucem tollant, & eum sequantur credendo, confitendo, mãdatis suis obediẽdo, nec erubescant sequi illum, qui crucifixus est: quod si id non fecerint, quasi pudeat crucifixi diuinitatem confiteri, & sermonibus obtemperare, in posteriori aduentu, qñ apparebit maiestas eius, tunc ipse erubescet eos, ac contemnet, & à se in exteriores æternæ damnationis tenebras proijciet, nihilq; proderit ijs hominibus etiamsi medio hoc tpe mundũ totũ lucrati fuerint. Hic est sensus sñarũ istarũ.

Difficultas explicata.

Erga quas una occurrit difficultas, cum non sit satis ob pudorem, aut erubescentiã multi sequi Christum, crucemq; tollere renuant, sed ob alias multas causas, vt variis suis appetitibus indulgeant, & oẽs hos ẽt Christus in perditionem proiecturus sit, qñ in maiestate venerit, quid est, quod de hoc pudore, & erubescentia sola nunc loquitur? In primis dico generalem esse doctrinam, vt quicumq; aut Christi fidẽ nõ amplectuntur, aut mandata eius non seruant, siue ex timore, siue ex pudore, siue ex quacunq; alia causa id fiat, ij oẽs in perditionem abituri sint, & à Christo spernẽdi, & contemnendi in suo posteriori aduẽtu. Dico rursus Christum, quia in sua humiliatione per passionem, & mortẽ locutus ante fuerat, & post hæc verba de sequela sui sermonem texuit; idcirco eius pudoris meminit, ob quẽ multi in prædicationis principio ab eius Euangelio retrahẽdi erant; nam Crucifixi prædicatio gentibus stultitia, Iudæis scandalum vitã fuit, vt docet Paulus 1. Cor. 1. ea de causa reputatum est Euangelium, quasi doctrina cõtemptibilis, & pudenda cum reuera esset summe honorabilis. Vnde rectè Paulus ad hoc alludens dixit, Roma. 1. Non erubesco Euãgeliũ; virtus.n. Dei est. poterat dicere, non timeo Euangelium, cum mortis periculo euangelizanti immineret, at dixit. Nõ erubesco. nam quod in Euangelio prima facie videbatur, ad pudorem, & ruborem excitare sequentes poterat. Hinc Iulianus ille Apostata, Euãgelium quasi doctrinã vilem, contemsit, vt refert Greg. Naz. contra eúdem scribens; & Celsus Iudæus Euangelium ẽt quasi doctrinã irrationabilem irridebat, vt tradit Orig. lib. 2. contra eundem Celsum. multa in has partẽ dicenda erãt, sed quæ dicta sunt, satis esse duximus.

Et Patris, & sanctorum Angelorum.

COMMENTARIA.

EXponit Christus magnitudinem maiestatis, in qua est vẽturus, vt inde significet, quãtus futurus sit pudor, & confusio eorũ, quos ipse tunc erubescet: Veniet, inquit, Filius hominis in maiestate non tãtum sua, sed ẽt in maiestate Patris, & in maiestate sanctorum Angelorũ, sua quidem, quia gloria humanitatis erat à diuinitate vnita sibi in persona Filij; Patris verò: tum quia gloria illa est à diuinitate, quam habet Christus eãdem cum Patre: tum etiam, quoniam in ea apparebit maiestate, quæ ostendat eum esse Deum, & habere eandem cum Patre diuinitatem. Angelorum autem, quia veniet Angelorum exercitibus comitatus, quod ad magnam gloriam, & maiestatem exteriorem facit; si enim maiestas principis terreni apparet in satellitum, & militum, ac familiarium comitatu, quanto maior apparebit Christi maiestas, Angelorum sanctorum innumerabili multitudine comitante?

ANNOTATIO LI.

Lectiones Euangelistarũ variæ et cõsensus inter eas.

MAtthæus sic habet: Vẽturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis. sermo est de gloria, & maiestate exteriori corporis Christi, quę ab interiori procedebat, tñ in priori aduentu suspensa erat idcirco dr Isa. 53. Absconditus vultus eius, & non erat ei species, neq; decor. hanc gloriam, ac maiestatem assumpsit resurgens, & in ea apparebit viuẽs iudicare. Quod autem Lucas dixit: In maiestate Angelorũ, Matthæus, & Marcus dixerunt: Cum Angelis suis, quo significatur ea maiestas Angelorum, quæ accedit Christo ex eorum comitatu. Dicitur aũt (suis) quia Angelos comitatos esse hoies sanctos legimus: at non erant hominum quasi hi essent Domini; at Christus Angelorũ est Dominus; ideò dr venturus cum Angelis suis. Marcus addit (sanctis) sicut & Lucas, quia Angelorum nomen etiam tribuitur malis, ac dæmonibus, vt ex Scriptura manifestum est.

Dico

Dico autem vobis uere: sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec uideant regnum Dei.

COMMENTARIA.

VT huius suæ gloriæ fidem faciat, in eaque fide Discipulos confirmet adiunxit, non post multum temporis aliquos ex Discipulis astãtibus, priusquam moriantur, visuros Christum in ea gloria, ac maiestate sua. quasi diceret, quod longè distat, quodque in fine sæculi futurum dico, ecce ex parte post breue tempus quibusdam ex vobis demonstrabo, quod factum est in transfiguratione. Hanc gloriam appellat regnum Dei: quia pertinet ad sæculum præsens permanenter, sed ad aliud, quod speramus, in quo regnabunt sancti. quod autẽ dicitur: Gustabunt mortem, phrasis est Hebræa, pro eo quod est mori, qua phrasi vsi sunt Ioannes cap. 8. & Paulus Hebr. 2.

ANNOTATIO LII.

Anteriorum verborũ connexio, & sensus explicatur.

QVod ad verba spectat, Matthæus cap. 16. & Marcus cap. 8. dixerunt. Amen dico vobis. Lucas quasi interpretans patriculà Hebræam (Amen) scripsit (vere dico vobis.) Præterea quod Lucas dixit: Videãt regnum Dei. Matthæus scripsit: Videant filium hominis venientem in regno suo, id est, apparentem in regni sui gloria; vtriusq; suię idem est sensus. Marcus autem verbis Lucæ adiunxit, Videant regnũ Dei veniens in virtute. Quod dictum est, in virtute, & potentia idem est, ac in maiestate, & gloria, ad distinctionem regni militantis, in quo gloria illa nondum apparet. Quod autem ad connexionem spectat, sententiam hanc Ambrosius in præsenti, & Gregorius hom. 32. in Euang. connectũt cum illis præcedentibus, in quibus Dominus præcepta subeundæ mortis dedit, quasi nunc velit promissione quadam confirmare, & allicere. At verò accommodatior est connexio, quàm proposuimus in commentario, quæ est etiam Hieronymi Mat. 16. vt proximę præcedenti coniũgatur, quasi velit fidem facere eius, quod longe distabat, promissione rei præsentis, ac similitudinem quandam habentis; Venturus enim est in ea gloria, in qua in sua transfiguratione magna ex parte apparuit.

Quod demum ad sensum pertinet, varia est Doctorum interpretatio. Primo loco Ambrosius in præsenti, mortem quidem in hac sententia non de corporis, sed de animæ morte, quæ per peccatum contrahitur, intelligendam putat, vt gustare mortẽ sit mortaliter peccare. Regnum autem ad vltimam resurrectionem refert, vt sit sensus. Sunt de hic adstantibus, qui non peccabunt mortaliter, vsque ad resurrectionis gloriam, sed vitam animæ continuabũt, etiam si intercedat mors corporis, quę interpretatio ex Origene tract. 3. in Mat. desumpta videtur, potius tamen ad sensum spiritualem, quam ad historicum, & literalem pertiner, & adhuc in eo sensu non apparet verificari posse in tribus illis Discipulis, quos paulo post Christus assumpsisse dicitur, Petro. s. Ioãne, & Iacobo, vt Ambrosius vultnã Petrum nemo a graui peccato excusat, quando cum iuramẽto Christum in passione negauit: à tempore ergo, quando hoc Christus prædixit, vsque ad illud vltimum resurrectionis, saltẽ Petrus peccauit.

Secundo igitur loco Gregor. hom. 32. in Euangel. & Beda Matth. 16. mortem quidem de ea, quæ corporis est, cũ cõmuni patrum expositione interpretantes, Regnum vero hoc Ecclesiam Christi militantem exponunt, quam in virtute miraculorum, & doctrinæ auctam multi ex ijs, qui tunc aderant, qñ Christus hęc prædicebat, viderunt, priusquam corporis mortẽ subirent. Dicitur autem Christus in regno suo veniens, quia per Euangelicam prędicationem eius diuinitas, & maiestas mundo innotuit, videtur autem dura interpretatio hæc, & parum accommodata.

Tertio loco quidam de gloria interpretatur, in qua Christus Discipulis apparuit in sua Ascẽsione. Cui expositioni fauet illud Act. 1. quemadmodũ vidistis eum ascẽdentẽ in cęlũ, sic veniet. Prędixit ergo Christus tunc inter adstantes aliquos esse, qui visuri erant cũ in Regno suo, priusquam morerentur, quia Discipuli cũ viderũt gloriosum ascendentẽ in virtute. Dictum est autem, esse aliquos de adstantibus, quia multi ibi tunc aderãt cũ Discipulis, quãdo ea Christus loquebatur, vt diximus supra,

inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter quos Discipuli viderunt Christum in Regno. Huius expositionis meminit Druthmarus in Matth. Quarto loco quidam Regnum hoc resurrectionem vltimã interpretantur in extremo tempore; dictũ que putant esse nonnullos, qui mortẽ non gustabunt vsque ad aduentum secundum Christi, propter Ioannem Euangelistã tũc adstantẽ, qui adhuc viuit, iuxta illud Ioan. 21. sic eum volo manere donec veniam. Hãc interpretationem Damascen. orat. de transfiguratione testatur nonnullos præstanti eruditione viros fuisse secutos. Quibus ipse Damasce. opponit nõ de vno, sed de pluribus dictum esse: sunt hic adstãtes, qui non gustabunt mortem. Huic etiam adde eam interpretationem falso niti fundamento, existimarunt enim Ioannem nõdum obiisse; quod non ita est, vt ostensum est in nostris commentarijs in Ioannem.

Quinto, & vltimo loco est interpretatio communis Patrum, vt sententia hęc intelligatur de splendore, & de gloria transfigurationis, in qua Christus apparuit tribus Discipulis post sex dies ab eo, quando hęc prædixit. Hanc interpretationem sequuntur Hilar. can. 17. in Matt. & Hieron. in commentarijs cap. 16. Chryso. hom. 57. in eundem Matthæum. Epiphan. hæres. 69. prope finem. Leo sermone de transfig. & Damascenus in orat. de eadem transfig. Euthymius ibidem. Origenes autem tract. 3. in Matth. fatetur esse hanc interpretationem literalem, & historicam, licet ipse altiorem sensum sibi videatur inuenire, qui potius ad spiritum, & allegoriam spectat. Dicitur autem in transfiguratione regnum Christi, & ipsum Christum in suo regno venisse, quia apparuit vere in ea gloria, splendore, ac maiestate, quam in cęlis habet, & in qua veniet iudicare omnes. Dicitur autem venisse in uirtute, quia in potentia suæ maiestatis tunc apparuit, quãuis Origenes dictum id putet, quia Helias, & Moyses quasi armati milites Regibus adstare soliti, tunc cum Christo apparuerunt. Accommodatior tamen est prior sensus. Huic communi expositioni in commentario adhęsimus, cui multum fauet historia transfigurationis, quæ paulo post secuta est, & quam Euangelistæ consequenter descripserunt.

Factum est autem post hæc verba fere dies octo.

COMMENTARIA.

VT Euangelista Christum vera promisisse comprobet, describit quomodo quidam Discipuli Christo prius adstantes, Regnum hoc Dei viderint, priusquã corporis mortẽ subirent quod gestum est intercedentibus diebus fere octo a tempore, quo Christus id prædixit. Computat aũt Euangelista diẽ, qñ Christus ea locutus est, & diem etiam, quando impletum est, & regnũ Dei vltum est; sicq; interme dijs sex adiunctis, sunt dies fere octo. Dicitur autem ferè, quia primus, & vltimus non fuere integri; iam enim erat inceptus, quando Christi promissio facta, & nondum erat finitus, quãdo transfiguratio facta fuit.

ANNOTATIO LIII.

DVbitatio occurrit: nam Matth. ca. 17. & Marcus cap. 9. hanc historiã describẽtes, dicunt, post dies sex. Lucas verò dicit: Post dies fere octo. Huic dubitationi rãdet Hieron. Matth. 17. August. lib. 2. de cõsen. Euang. cap. 56. & Chrys. hom. 57. in Matt. & Epiphan. hæres. 69. prope finem, nempe Matthæum, & Marcum numerasse dies intermedios, prętermissis, & eo in quo Christus prædixerat visionem Regni, & eo, in quo transfiguratus est; Lucas verò hos ẽt computauit, ideirco octo fere dies dixit interfuisse; adiecit autem particulam minuẽtem (fere) quia primus, & octauus non interfuerunt integri, vt in commentario expositum est, & August. lib. 3. de doct. Chri. ea p. 35. notat hos duos primum, & vltimum per Synecdochen dictos dies; idem Epiphanius affirmat, dicens, in fine primi dixisse, tertia vero, aut quarta hora octaui transfiguratum esse. Chrysost. hom. 57. interrogat, cur non statim, sed post dies sex assumpserit Discipulos ad visionẽ Regni, & respondet ne si statim assumpsisset, cæteri turbarentur, quasi ex temporis continuatione nescẽtes illos ea de causa assumptos, vt regnũ Dei viderẽt. Hilar. & Ambros. mysticas horũ dierũ causas notauũt, quæ ex Origine desumptæ videntur, similiter etiam Damascen. in orat. de transfig.

Cõcordia euangelistarum præcedentia verba.

Et assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem.

COMMENTARIA.

HOs tres Christus assumpsisse dicitur, qa relicta turba, cæteris; Discipulis hos secum solos ad societatem suã, seu secum, in locum, in quo transfigurandus erat, euocauit. Tres autem Discipuli assumuntur, quia mysterij testes futuri erant, cũ in ore duorum, vel trium stet omne verbum. Eliguntur verò hi præ cæteris, quia inter eos omnes hi primas habebant.

ANNOTATIO LIV.

Cur tres Discipuli tantũ relictis reliquis sequi Christus assũpsit in mõtem.

MAtthæus non tantum retulit Ioannem: sed adiecit fratrem eius. Cur autem tres elegerit Dñs, diximus in Commentario: & est causa posita à Tertulliano lib. 4. contra Marcion. & lib. de prescriptio ne: Tres (inquit) de discentibus arbitros sumit ad visionis, & vocis assumit. Vox est creatoris Deuteron. 19. In tribus testibus stabit omne verbũ. Cur verò hos vltra causam in commentario positam, quæ est Chrysost. hom. 57. in Matth. & Hieron. ibidem plura diximus in præcedenti capite Anno. 104. At cur non omnes Discipulos assumpserit, existimo vnam causam esse, vt mysterium secretius ageretur; non n. erat euulgandum, nisi post resurrectionem, tunc. n. prædicatum, & manifestatum est, vt nos habemus ex Petro 2. Epist. cap. 1. Damasce. orat. de transfig. dicit propter Iudam non omnes assumptos; cum. n. ille indignus esset tali visione, ne facinoris causam prętexeret, quod solus esset relictus, remanent etiam alij. Tres autẽ assumuntur propter mysterium Trinitatis, & quia in ore duorum vel trium stat omne verbum. Hęc Damascenus. Commendat autem Chrysostomus loco allegato Euangelistæ sapientiã, ac veritatem, qui non celauit nomina eorum, qui præsuppositi fuerant, quod in Matthæo locum habet, qui præsens tunc fuit cum cæteris Apostolis, nec assumptus est ad videndam hanc gloriam.

Et ascendit in montem.

COMMENTARIA.

MOntem cum tribus ascendit: tum quia locus erat remotior ab hominum consortio: tum quia mõtis celsitudo quandam cum celsitudine illius maiestatis cognitionem habebat: tũ ẽt, vt impleret, qd præfigurarũ erat, vt in Annotatione explicabitur.

ANNOTATIO LV.

Cause ob quas Christus in montẽ ascẽderit quonam nisi me apthymij Matt. 17. Ducit (inquit) in montẽ, pellatus, vt à nemine alio videri possent. Secunda & qualis mõs ille fuerit.

MAtthæus habet: Duxit illos in mõtẽ excelsum seorsũ, i. à cæteris subductos, ac sequestratos. Marcus eadem verba habet adiungens, duxit illos solos, quia nemo cæterorum, nec vllus de turba assumptus est à Christo. Prima causa in commentario allata, cur montem ascendit, est Eu- fime apthymij Matt. 17. Ducit (inquit) in montẽ, pellatus, vt à nemine alio videri possent. Secunda autem causa etiam in commentario posita, est Victoris Antiocheni in commentario Mar. 9. Tertiam adfert Tertullia lib. 4. contra Marcion. In montem (inquit) fecedit, nam & pristinum populum apud mõtem, & visione, & voce sua. Creator initiarat: oportebat in eo suggestu cõsignari nouum testamentum, in quo conscriptum vetus fuerat. Hæc ille. De qua re paulo inferius nonnulla dicemus. Ex Euangelistis autem non habemus, quis mons ille fuerit. Lucas enim montem tãtum dicit: Matthæus, & Marcus qualitatem expressêrunt, dicentes: Montem fuisse excelsum. Petrus verò 2. Epi. cap. 1. montem sanctum appellauit. nomen igitur montis proprium Scriptura non indicauit; Patres tamen antiqui tradunt Thabor esse nominatum. ita affirmat Hieron. Epist. ad Eustochium de Epitaphio Paulæ: In monte (inquit) Thabor transfiguratus est Dominus, idem affirmant Damascenus orat. de transfiguratione, Beda lib. de Sanctis locis cap. 17. Euthym. in illud Psal. 88. Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt. Druthmarus in Matt. & ante hos omnes idem affirmat Cyrillus Hierosol. catec. 12. Montis huius qualitatem describit idem Hieron. in commentarijs in Oseam cap. 5. Est (inquit) Thabor mõs in Galilæa situs in campestribus, rotundus, atque sublimis, & ex omni parte finitus æqualiter. Hęc ille. Paulò inferius ibidem dicit interpretari Latine veniens lumen. Beda autem loco citato latius describit, dicens: Mons Thabor in medio Galilææ campo, in tribus millibus manens ad Boream à Genesareth distat, ex omni

parte

Universidad de Deusto
Biblioteca

parte rotundus, herbosus valde, & floridus altitudine triginta stadiorum, vertex ipse campestris, & multum amœnus, viginti & trium stadiorum dilatatur, vbi grande monasterium, grandi quoque sylua circũdatur, tres Ecclesias habeas, iuxta quod Petrus ait: Faciamus hic tria tabernacula, locus muro cinctus grandia gestãs ædificia. Hæc Beda. Iosephus autem lib. 4. de bello Iudaico cap. 2. scribit huius montis esse triginta stadiorum altitudinem: in vertice autem esse planitiem viginti stadiorum.

Vt oraret.

COMMENTARIA.

FInis proximus huius ascensus in montem fuit, vt oraret, vltimus tamen, ac præcipuus, vt transfigurationis mysterium demonstraret; ad hoc, enim solum tres Discipulos assumpserat: si autem ad orandum tantum ascẽdisset, vtique omnes ad se assumpsisset. Dum autem ad orationem ascendit, quod omnibus Discipulis erat manifestum, cæteris Discipulis, qui remanebant, mysterii transfigurationis futurę occultat: existimabant enim omnes orandi tantum causa cum ascẽdere in montem.

ANNOTATIO LVI.

CÆteri Euangelistæ, nempe Matthæus, & Marcus, huius orationis mentionẽ non fecerunt, sed tantum dixerunt, Christum ascendisse cum his tribus Discipulis in montem, & transfiguratum fuisse coram ipsis. Lucas solus aperuit, ascendisse vt oraret, & dum oraret transfiguratum fuisse. Quamuis autem Christus præscius fuisset mysterij futuri, & vt id pageret, ascẽderit; merito tamen Euangelistæ non dicunt ascendisse, vt se transfiguraret, vt per hoc nobis significent extases spirituales, ac reuelationes esse quidem magnificiendas, & recipiendas, cum dantur à Deo; non tamen quærendas; sed id quod præcipuum est, nempe dilectionem, cæterosq; virtutũ actus; nam Christus ascendisse dicitur, vt oraret, non vt se transfiguraret. Voluit etiã Christus prius orare, vt significaret beneficia à Deo impetrandi, optimam viam esse orationem.

Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera.

COMMENTARIA.

IN ipsa oratione, corporis facies immutata est, non quidẽ substantia, sed qualitate; splenduit. n. sicut Sol. cõuenienter autem dum orat, alteratur corpus, vt significaret corporis nostri beatitudinem ab animę fruitione emanaturam, vt sicut anima peccati miseria infecta, corpus reddidit miserum, ita per gratiam consummatam, quæ gloria est ornata, corpus efficiat gloriosum.

ANNOTATIO LVII.

QVod Lucas dixit, faciem Christi factam fuisse alteram, id Matthæus manifestius expressit dicens: faciem splenduisse vt sol. Solẽ Marcus aũt scripsit trãsfiguratũ fuisse, non quod carnis substantia sit in aliã mutata, sed quod lumine glorioso fuerit illustrata, vt sicut Sol splendorem emiserit, vt recte notauit Hieronymus in Matthæum, & in Epist. ad Pacmachium cõtra errores Ioannis Hierosolymitani, eoque argumento, ac similitudine probat veritatem carnis nostræ in resurrectione futura, in qua substantia non mutabitur. Addit etiam Hieron. in Matth. nec ipsam Christi formam, seu effigiem mutatam fuisse, quasi in aliã figuram sit conuersa, sed splẽdida, ac lucens facta est. Verba ipsius sunt: vbi splendor faciei ostenditur, & candor describitur vestium, non substantia tollit, sed gloria commutatur, cum transformatus est Dominus in eam gloriam, qua venturus est in regno suo: transformatio splẽdorem addidit, faciem non subtraxit. Hęc ille. Tertullianus etiam lib. de resurrectione carnis idem sensit, dicens: Dominus in secessu montis vestimẽta luce mutauerat, sed lineamenta Petro agnoscibilia seruauerat. Hæc ille. Tacite probans Dominum effigiem non mutasse, quia Petro agnoscibilis remansit. Victor Antiochenus Marc. 9. idem affirmat, ac per hoc probat beatos in resurrectione in eadem sua priori effigie, cum maximo tamen decore suscitandos. Aduertendum autem est, Auctorem librorum de mira. sac. Scrip. qui inscribit Au-

Quę facies Christi altera facta fuerit.

transfiguratione.

Auctorem librorum de mira. sac. Scrip. qui inscribitur Augustino lib. 3. cap. 10. affirmare hunc splendorem diuinitatis fuisse, sic enim inquit, licet in hac ostensione Domini facies solari splendore fulserit, non ipsa caro splenduit, sed diuinitas latens in corpore, luminis sui particulam conspicẽdam foris videntibus quantum poterant, concessit. Hæc ille. Quæ verba nõ sic sunt intelligenda, quod lumen, ac splendor iste fuerit in ipsa diuinitate, sicut lux est in Sole, nec quod per ipsum lumen diuinitas visa sit: sed quod ab ipsa diuinitate in carne sit effectum, ac per carnem exterius diffusum, quasi argumentum diuinitatis latentis in humanitate: sicut olim Isaias dictus est, vidisse Dei gloriam; & in veteri testamento gloriam Dei apparuisse hominib. Quẽ sensum verba sequẽtia illius Auctoris ostendunt; inquit. n. sic: Sicut per carnẽ diuinitas illuxit, sic etiam caro illuminata a diuinitate per vestimenta radiauit. Hæc ille, quod etiam Gregorius Nazian. oratione de fide prope finem, tradidit, docens diuinitatem latentem in humanitate fuisse ad modum solis, cui nubes obiecta non tollit lumen, sed occultat, in transfiguratione autem lumen aperitur, quasi nube dissipata: quæ verba eodẽ modo interpretanda sunt, non quod diuinitas ipsa conspicua per se facta sit, sed quod per lumen in carne diffusum se notificauerit. Similia etiam verba Damascenus orat. de transfiguratione protulit, ad diuinitatem referens. Hodie (inquit) circunscriptionis expers diuinę naturę radius in monte Thabor Apostolorũ oculos perstringit. Quæ verba eodem modo sunt explicanda. Idem habetur apud Epiphanium hæres 69. prope finem. Sic Leo sermo. de transfiguratione Domini explicuit, dicens: Claritatem ad naturam susceptã hominis pertinentem his tribus viris voluit conspicuam: nam illam ipsius deitatis ineffabilem, & inaccessibilem visionem, quæ in æternam vitam mundis corde seruatur, nullo modo mortali adhuc carne circundati intueri poterant, & videre &c. Aperit ergo Dominus coram electis suis Discipulis gloriam suam, & communem illam cum cæteris corporis formam tanto splendore clarificat, vt facies eius solis fulgori similis, & vestitus cãdori niuiũ esset æqualis. Hæc Leo. Patres igitur isti sentiunt splendorem carni inhærentem à diuinitate latente, & carni unita emanasse, quasi per eam præsentiæ suæ efficeret argumẽtum, quod Damascenus expressius loquens affirmauit. Non externe (inquit) corpori gloria accessit, sed interne ex Dei verbi deitate, modo quodã omnem sermonem, excedente, ipsi personaliter unita. Hæc ille. Hinc sequitur hanc corporis gloriam non prouenisse ex animæ beatitudine, ad modum, quo anima gloriosa carni gloriam communicabit in resurrectione; licet enim anima Christi ab instanti incarnationis viderit Deum, sitq; effecta beata quantum ad portionem superiorem, factumque fuerit ex diuina dispensatione, ut gloriam in carnem non extenderit, vt locus daretur redemptioni: tamen non ex beatitudine animæ nunc promanauit gloria hæc in carnem, sed ex ipsa vnita deitate, in testimonium Christi diuinitatis, vt Patres dicunt, Euangelicaque verba comprobant. Hic est filius meus dilectus, qua si verbum hoc opere illo confirmaretur. Eo etiam comprobatur, gloriam hanc carnis non fuisse plenam, qualis illa, quæ ex animę gloria prouenit, nec enim caro Christi nunc facta fuit impassibilis, & immortalis, nec cęteris dotibus ornata, sed sola claritate, ac splendore.

ANNOTATIO LVIII.

DVbitabit quispiam, an totum Christi corpus splenduerit, an sola facies: nam quod tota caro effulserit, verba Matthæi indicare uidentur, inquit enim, transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut Sol. Hæc uerba significare duo videntur, nempe, & quod transfiguratus fuerit, & quod facies eius resplenduerit, illud igitur ad totum corpus referendum est. Verba etiam Auctoris illius supra allegata id ipsum indicant lib. 3. de mirabil. Sacr. Scrip. cap. 10. Sicut, inquit, diuinitas per carnem illuxit, sic caro illuminata per vestimenta radiauit. In hac dubitatione censeo multo esse probabilius faciem tantum splenduisse, tum quia Euangelistæ tres, facici splendoris, non autem totius carnis meminerunt: tum quia splendor hic factus est, non propter carnem ipsam, sed propter ostensionem quandam exteriorem gloriæ, ad quam satis erat faciem

An sola facies, an uero totũ Christi corpus in transfiguratione splenduerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciem illustrari, ac vestimenta; partes.n. carnis cæteræ occultæ erant; tum demũ quia hoc mysterium (vt dicemus inferius) multum respondet traditioni legis in monte, in quo totum corpus Moysi, sed facies illustrabatur, ut hĩ Exo. 34. & 2. Cor. 3. Quamuis, ut rectè notauit Damasc. orat. de transfigur. splendor Moysis ab externo fuerit, nẽpe ex Dei colloquio; Christi vero ab interno, nẽpe à diuinitate unita sibi, ac coniuncta. Nec uerba Matthei huic opinioni aduersantur, nam ut ibi Hieron. interpretat, illud uerbũ (transfiguratus est) exponitur ab Euangelista per sequens, quasi diceret, transfiguratus est, & transfiguratio sic facta est, nẽpe facies eius resplenduit sicut Sol, qua interpretatione significat Hieronymus se sensisse solam faciem splẽduisse. huic aũt interpretationi fauẽt uerba Marci 9. nã solo uerbo illo (transfiguratus est) usus est; per id intelligens faciẽ resplẽduisse; sic.n. habet. Et transfiguratus est, & uestimenta eius facta sunt splendentia. Auctoris aũt illius uerba allegata opinioni alteri consentiunt, totam scilicet carnem splenduisse, quam credo non esse improbabilem.

Et vestitus eius albus & refulgens.

COMMENTARIA.

HOc etiam ad maiestatis ostensionẽ, & gloriam pertinet, vt in vestibus albedo, & fulgor apparerẽt. Albedo.n. est omnium perfectissimus color, lux autem sensibilium qualitatũ nobilissima. tales legimus in Scriptura aliqñ Angelos apparuisse. Albedo vitæ puritatẽ, lux, seu splendor doctrinę eminentiã, & efficaciam significabãt, quę duo doctorẽ maximè pficiũt.

ANNOTATIO LIX.

MArcus hæc duo magis expressit, & amplificauit: Vestimenta (inquit) eius facta sunt splendentia, & candida nimis uelut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere. Matthæus aũt unius tãtum meminit, nẽpe albedinis. Vestimenta (inquit) facta sunt alba sicut nix, licet in multis exemplaribus Græcis legatur sicut lux, ut utrumque complectatur. Ex hoc sumitur argumentũ hanc transfigurationem non ex animæ beatitudine promanasse, sed ex ipsa charitate humanitati coniunctã; si enim ab anima esset, uestimenta non essent immutata, sed sola caro. Fuit etiam ista mutatio non in substantia uestimentorum, sed accidẽtibus.

Et ecce duo uiri loquebantur cũ illo.

COMMENTARIA.

TRansfigurato Domino viri præsentes adstant cum eo loquẽtes, quorum vnus iam diu obierat, alter adhuc superstes erat, sed à Deo multo ante in cœlum raptus: quod factũ est, vt Christus viuorum, ac mortuorum Iudex, ac Dominus significaretur. Particula (ecce) indicat statim, ac Dominus transfiguratus est, hos duos viros apparuisse. Hæc in sequentibus explicantur.

ANNOTATIO LX.

CHrysostomus hom. 57. in Matth. affirmat unum ex uiuis, alterũ ex mortuis Christo adstitisse, ut tam uitæ, quam mortis potestatem habere uere crederetur, utque supernorum, ac infernorũ Dominus ostenderetur. Idem dicit Damascen. orat. de transfiguratione.

Erant autem Moyses, & Elias visi in maiestate.

COMMENTARIA.

EXplicat Euangelista, qui viri erãt, & quales erant Moyses, & Elias, ille iam mortuus, hic vero superstes. Visi autem dicuntur, quia Discipulis adstantibus conspicui erant, ab eisque videbantur, & non tantum conspicui erant, sed etiam cum maiestate videbantur, nẽpe corporibus & vestimentis splendentibus, ac gloriosis.

ANNOTATIO LXI.

QVod ad uerba spectat, Matthæus, & Marcus explicãt, à quibus uisi essent hi duo uiri. Apparuerũt (inquiũt) illis Moyses, & Elias. Non solum ergo à Christo uisi sũt, sed etiam a Discipulis tãquam apparuisse. Quod autem ad rem spectat, duo inuestiganda sunt. Vnum est quomodo apparuerint, in quo sunt multæ Doctorum sententiæ. Primo quidem Glossa ordin. in illud Luc. 9. Ecce duo viri. existimat nõ fuisse verum Moysem, & Eliam, neq; quantũ ad animas, neq; quãtũ ad corpora, sed Angelos, qui in corporibus ex subiecta materia assumptis, illorum personas induerũt. Hanc sententiam S. Thom. 3. p. q. 45. art. 3. putat desumptam ex lib. de mirab. Sac. Scrip. quẽ dicit falsò Augustino inscriptũ, at te vera in eo libro talis sententia non legitur, sed alia longe diuersa, cuius mentionẽ paulo inferius faciemus. Et tamen nullatenus est recipienda; omnes enim Patres tenent pro certo, & indubitato, verum Moysem, & Eliam adfuisse, idque verba Euangelistæ aperte significãt, ratioque ipsa probat; cum .n. interuenirent tãquam Christi testes, ac de veritate Euangelij testimoniũ reddentes, oportebat eos vere, ac realiter interuenire, in hoc; sacri Doctores conueniunt. At vero quomodo intrauerint in cõtrouersia est, & quidem de Elia non est dubitatio, quem certo credimus adhuc viuere vsque ad vltimum tempus, quando Antichristus veniet. Tota controuersia est de Moyse, quẽ non omnes existimãt mortuũ esse. Secundo igitur loco Hilar. can. 20. in Matth. existimans Moysem nondum esse mortuum, affirmat nunc apparuisse totũ ipsum Moysem, & in anima, & in suo proprio corpore, sicut & Eliãrat vero cõstat Patrũ sniia est, Moysem vere mortuum esse, idcirco de hac apparitione aliter sensêrunt. Tertio igitur loco Auctor librorũ de mira Sacr. Scrip. qui Augustino inscribuntur lib. 3. cap. 10. arbitratur Moysem resurrexisse, verumq; corpus de sepulchro assũpsisse diuina virtute, quod corpus post hoc mysterium iterum deposuit. Apparuit ergo in corpore proprio, non vt Hilarius dicit, sed aliter nempe resurgẽdo à mortuis, affirmatque auctor iste, hanc esse communem Auctorum sententiam. Huic videtur (licet non ita expresè) consentire Hieron. Matth. 17. inquit. n. Ad mysterium Eliam de cęlo descendisse, & Moysem ab inferis resurrexisse. Chryso. aũt hom. 57. in Matt. asserit Moysem vere mortuum esse, & nũc interuenisse, quo aũt corpore non significat. idẽ et apud Damasc. orat. de transfig. magis tñ indicare videntur in proprio corpore uenisse, cum nullam differentiam inter eum, & Eliam ponant, sicque insinuãt resumpsisse proprium corpus. Damascenus autem id expressius sentire ostẽditur; inquit enim. In hoc mortuorũ resurrectioni fides astruitur, ac mortuorum, ac viuorum Dominus esse declaratur, vt qui ex mortuis Moysem assumpserit, viuum aũt Eliam testem adhibuerit. Hæc ille. Si igitur in Moyse resurrectionis fides adstruitur, igitur Moyses in corpore resurrexit. Quarto loco S. Tho. 3. p. q. 45. arti. 3. sentit Moysem adfuisse quantum ad animã, non tamen quantum ad proprium corpus, sed id sumptum fuisse, ac formatum ex materia adiacente, ad modum, quo Angeli solent corporaliter apparere. Hanc fuisse sententiam Augustinum probabilissimum est lib. de cura pro mortuis agenda, ca. 15. vbi sic habet: quid de Moyse dicturi sumus, qui certe in Deuter. mortuus, & in Euangelio cum Elia, qui mortuus non est, legitur apparuisse viuentibus? Hęc ille. Loquitur autem ibi Augustinus de multis apparitionibus mortuorum, quas certum est non in corporibus propriis esse factas. In hac difficultate duo mihi visa sunt. vnum est probabile esse sententiam hanc vltimam, nẽpe Moysem non in proprio corpore, sed in alio ex materia subiecta assumpto, ac diuina virtute formato, apparuisse, sicut de Angelis dictum est: nec obstat dictũ esse Moysem visum, ac locutum esse: nam & Samuel dictus est locutus esse cum Saul post mortẽ, quem nemo dubitat nõ in proprio corpore apparuisse. frequens est locutio per Synecdochen in Scriptura. Alterum est, probabilius esse Moysem in proprio corpore apparuisse, ac resurrexisse à mortuis, sicut resurrectionis Christi tẽpore multa corpora sanctorum resurrexisse dicuntur, & multis apparuisse, quos certum est in proprio corpore apparuisse animabus iterũ vnitis cum corporibus, vt testes veræ resurrectionis Christi essent, quos peracto mysterio deposuisse corpora verius forsan est, ac cõmuniori sententiæ consentaneum; sic nũc de Moyse dicendum est. Hoc non solũ auctoritate allegatorum Doctorũ firmatur, sed ẽt ratione; Moyses.n. nunc accessit, vt testificaretur cum esse Christum, quem vẽturum esse, ac docturum populum promiserat, debuit igitur apparere in proprio corpore nunc ad testificandum, sicut in eodem illum venturũ esse pollicitus fuerat. Præterea ex doctrina Tertulliani lib. 4. cõtra Marcion. & Orig. hom. 12. in Exo. atq; Damascen. orat. de transfiguratio. dicunt enim

A quibus visi Moyses & Elias. quomodo apparuerint in transfiguratione Domini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim hi Doctores in hac trãsfiguratione impletam esse Dei promissionem, quã fecerat Moysi Exo. 33. Posteriora (inquit) mea videbis, significans se illi ostensurũ Christum incarnatũ, non aũt impleta esset promissio perfectè, nisi in proprio vidisset corpore, hoc enim petebat Moyses: Præterea cum Elias in corpore proprio adesset, debuit similis Moyses & in proprio corpore apparere, quam similitudinem prophetæ indicarunt, de his enim, vt Tertullian asserit, prædictum est Zach. 4. duę oliuæ super illud, vna à dextris lampadis, & vna à sinistris. Similiter etiam Abac. 3. secundũ rectum Septuaginta, in medio duorum animalium cognosceris, propter hæc, & alia, mihi hęc sententia visa est probabilior.

ANNOTATIO LXII.

Quo Moysi, & Elias in trãsfiguratione Domini dicti sint visi à Discipulis.

ALtera difficultas in eisdem verbis est, quomodo Moyses, & Elias dicti sint visi, seu apparuisse Discipulis. Tertul. in hac parte, lib. 4. contra Marcion. cap 22 censet visos esse, seu eis apparuisse, non quidem sensibus corporalibus, ac exterioribus, sed secundum spiritum, idq; probat: nam aliter Petrus non potuisset cognoscere Moysem, & Eliam, cum eorum imagines non vidisset. Verba Tertulliani sunt hæc: Quo modo Moysem, & Eliam cognouisset, cum neque imagines eorum, vel statuas populus habuisset lege prohibente? nisi quia in Spiritu viderat, & ita quod dixisset in Spiritu, non in sensu constitutus, scire non poterat. Hæc ille. Eius tamen sententia singularis est, cum sensus communis Doctorum sit, visibiliter apparuisse, sicut & Christus etiam corporis sensibus videbatur refulgenti facie, & albis vestimentis, idque Euangelica verba significant; non enim Petrus dixisset: Faciamus tria tabernacula, nisi ipsum Moysem, & Eliam corporaliter vidisset. Dicitur etiam apud Matthæum, quod postquam ecciderunt in terram, ac tacti à Christo surrexerunt, leuauerunt oculos, & neminem viderunt, nisi solum Iesum, quasi prius tres vidissent: non igitur dubitandum est visos esse Moysem, & Eliam oculis corporeis. Quo aũt modo Petrus eos nouerit, paulò inferius dicemus.

ANNOTATIO LXIII.

Quo ipsi in via

TErtia difficultas est, quomodo dicti sint visi in maiestate. Respondeo, ob id dici visos in maiestate, quia corporibus refulgentibus, ac gloriosis vestimẽtis, quã lis tunc erat Christus, apparuerunt, vt serui Domino cõformarentur. Notat autem Origenes hom. 12. in Exod. quando Moyses de monte, in quo legem acceperat, descendit, solum vultum, ac faciem resplendentem habuisse, at nunc totus, ac integer refulsit, vt multo maior gloria, ac perfectio noui testamenti, quam veteris significaretur; vt enim inquit Paulus 2. Cor. 3. Si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. In hoc autem magnum est discrimen inter Christum, & hos duos; Christus enim gloriam habebat à se, vipote à diuinitate vnita, duo autem viri, ab ipso Christo, vt superius notauimus. in quo quantum existimo mysterium significatur, nempe legem significatam per Moysem, ac Prophetiam significatam per Eliam, perfectionem suam ac complementum, ac gloriam habuisse in Christo, & per Christum; nec ullum olim salutem habuisse, nisi in fide, & per fidem eius.

lustrati si.

ANNOTATIO LXIV.

Cur Moysem, & Eliam Christus in sua transfiguratione adesse voluerit.

QVarta difficultas est, cur hos duos viros in sua transfiguratione Christus aduocauerit secum. Chryso. ho. 58. in Matthæi aliquot huius rei causas affert. Vna est, ut errorem hominum auferret; dicebant enim quidam eum esse Eliam, quidã Hieremiam, alij vnum ex Prophetis antiquis. Aduocat ergo se ad duos, qui erãt cæterorum primi, vt ex collatione cõm appareat se esse Dominum, illos aũtẽ seruos. Hæc causa non uidetur multum accommodata: nã si Christus uolebat se Dominum ostendere, cæteros uero seruos, potius Abraham Patrem omniũ in summo pretio habitum, aduocasset: si aũt prætẽdebat se non esse aliquem ex ijs, quę Iudæi existimabant, adduxisset potius Hieremiã cum Elia, non Moysem; nemo.n. hũc eum esse putauit; multi uero Hieremiam esse dicebant. Secũda causa est, ut ostendat iniustam accusationem Iudæorum; insimulabant enim Christi transgressionis legis, ac blasphemię. Adfert ergo nunc Christus Moysem, per quẽ lex data est, & Eliã, qui diuini honoris acerrimus fuit zelator, ut appareat, si ille esset trangressor legis, & blas-

phemus in Deum, vtique Moyses, & Elias non probassent eum, nec testimoniũ honorificum de ipso reddidissent. Hæc ẽt causa non omnino satisfacit; si enim ea esset, coram ludeis talia imponentibus trãsfiguratus esset, non coram solis Discipulis, nihil tale de Christo sentientibus. Tertia causa est, vt ipse mortis ac vitæ potestatem habere crederetur, ac superiorum, & inferiorum Dominus ostenderetur, idcirco Moysen iam mortuum, & Eliam ad huc viuentem in medium produxit: nec hæc causa plane rem explicat; cũ potuisset etiam alios ex mortuis reuocare. Quarta causa est, vt crucis gloriam ostenderet, & tam Petrum, quam reliquos, qui passionẽ formidabant, cõsolaretur, & ad subleuandos erigeret; non enim tacebant, sed loquebantur de gloria, quã cõpletus erat in Hierusalem, id est de cruce, & passione; sic.n. ipsam appellabat. Nec hæc causa difficultatem soluit; potius.n. aparuit, cur de excessu loquerentur, quam cur hi duo, nõ alij apparuerint. Quinta causa est, quia ex hortatu erat paulo ante. Discipulos ad crucem tollendam, vt eos ad hoc excitaret, duos hos induxit, qui pro Dei præceptorum custodia, ac pro populo sibi credito, mortis pericula multies subiissent, ac magna libertate aduersus Tyrannos vsi essẽt, qui mites, ac Zelotæ, ac vehementis charitatis fuerunt, vt Discipuli eorum exẽplo excitarentur; nec hæc causa propriam attingit rationem; oportebat enim si ea esset causa, cõram omnibus Discipulis transfigurari, quibus illam doctrinã tradiderat, cuius omnes exhortatus fuerat. Hęc Chrysost. Hilarius autem can. 17. in Matthæũ, aliam profert causam; nimirum, vt significetur Christus medius inter legẽ, & Prophetas; per Moysen enim lex, per Eliam Prophetæ significãtur, quasi Christus per legem, & Propheras sit præ ficatus. hac de causa æstimat ẽt Hilarius in vltimo tempore, quãdo Christus iudicabit, hos duos, cuius eo adfuturos in iudicio Israelis futuro. Per Moysem autem, & Eliam legem, & Prophetas significari, testantur ẽt Ambrosius in præsente, & Leo in serm. de transfigur. Hæc et causa non tollit totam dubitationem; adhuc enim ostendendum satis videantur esse verba Christi, nempe scripturas perhibuisse testimoniũ de eo, Moysemque de ipso scripsisse. Ioan. 5. Scrutamini scripturas, illæ testimonium perhibent de me, & rursus. Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, etenim ille de me scripsit. Aliam causam adferunt Origen lib. 6. in Leuit. & Cyril. hom. 6. in Leuit. nempe ad ostendendum, quod lex significata per Moysem, & Prophetæ significati per Eliam in vnum conueniunt, cum Euãgelio significato per Christum; finis n. omnium Christus est, & illa duo tendebãt in Euangelium. Hæc tamen causa magis est spiritualis, quam literalis; Aliam subinuat Tertullian. lib. 4. contra Marcion. ca. 22. nempe quia Moyses informator fuit populi, Elias vero futurus est reformator: ille initiator veteris testamenti, hic vero cõsummator noui; hæc tamẽ causa congruẽtia potius quæ dam est. Existimo ergo alias esse causas priores, ac veriores huius rei, nec vnam esse causam apparitionis Moysis, & Eliæ, sed diuersas.

Vt igitur causam, cur nunc Moyses sit reuocatus, explicemus, notanda est historia illa Exod. 20. quando Deus legem dedit in monte, cum in igne, & ingentium tonitruum sonitu, ac fulgurum splendore apparuisset, & locutus esset, populus timore periculus dixit Moysi: Non loquatur nobis Deus, ne forte moriamur, loquere tu nobis. Populi autem verba Moyse ad Dominum referente Deus accepauit, & respondit pacisceus cum populo Deuter. 18. sic loquẽs per Moysem Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitauit tibi Deus, ipsum audies sicut petisti à Domino Deo tuo in Oreb, quãdo cõgregata est multitudo, & dixisti, vltra non audiam vocem Domini Dei mei, & ignẽ hunc maximũ no videbo, ne moriar, & dixit Dñs mihi: Bene ofa sũt locuti. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorũ, simile tibi, ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos, quæ præcepero ei, & qui verba eius nõ audierit, ego vltor exigam. Hæc ibi. Vides ergo populũ timore maiestatis noluisse Deũ audire, sed petisse, vt per Moysem loqueretur, ac promisse se audituros eũ, quod pactũ, ac promissionem Deus acceptauit, promittens se suscitaturũ Prophetam similem Moysi, qui fuit Christus Dominus; Deus quidẽ, sed ẽt homo, carne de Iudæorũ prosapia sumpta, p quẽ sine tonitruis, ac fulgoribus loqueretur verba sua, obligato populo ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

audien'um verba Dei per illum,aliter pę nas diuinæ vltionis subiaceret. Ex his patet causa huius nunc mysterij,& cur Moyses apparcat: Deus enim significauit nũc Christum esse illum promissum Prophetam, quem audire populus se tunc obligauit,ac pactum fecit, vt se à timore illo ingenti diuinæ manifestationis liberaret:id circo Moyses adductus est in testem,quasi diceret Deus:Ecce hic est Propheta ille,similis Moysi, quem per Moysem vobis promisi. & quẽ vos audire promisistis, hacq; de causa idem Moyses testis apparet pacti, & promissionis factæ.Hic causa ostenditur, cur sicut Sol apparuerit Christus, cur nube lucida, & cur ecciderint Discipuli præ timore,& cur in monte hæc facta sunt;nẽpe,vt renouarentur illa, quæ tunc in illo monte gesta sunt,quãdo fuit pactum celebratum. Huic etiam causa manifestatur, cur dixerit Deus; ipsum audite;est.n.verbum illud in monte promissum, nempe (audiem*) quasi diceret Deus, audite hũc, quia hic est,quem audire promisistis.singula hæc suis ī locis explicabim*. Hæc igitur est vna causa, cur Moyses nunc sit adductus,& cur Dominus se voluerit transfigurare. Aduerterunt antiqui Doctores hoc mysterium.Nam Origenes hom.12 in Exod.& Tertullianus lib.4.contra Marcionem notarunt illud verbum(ipsum audite)respondere promissioni illi olim factæ Deuteron. 18 vti diximus.At hi Doctores non notarunt expresse hãc ob causam, Moysem nunc esse vocatum,tacite tamen eam insinuarunt.

Altera causa est,cur etiam Elias apparuerit,non eadem,ob quam Moyses, sicut nec eadem est persona,sed diuersa;in cuius declarationem aduerte,per Malachiam ca.4.promisisse Dominum Iudæis Eliæ aduẽtum ante Messiam:Mittam(inquit) vobis Eliam Thesbitem, antequam veniet dies Domini magnus.Merito autem dicit,ante diem magnum,quia aduentum Christi posteriorẽ, quando venturus est in gloria iudicare,Elias præcessurus promittitur,non autem priorem, quando in humilitate redimere per suam mortem venit.vt igitur ostendatur,hunc esse Christum,& Messiã, qui postea in gloria veniet.Elias in mediũ producitur,quasi testificans,& dicens: Hic est, quem ego in diebus vltimis præcedã, & qui postea gloriosus apparebit,quando veniet iudicare:cuius gloriæ futuræ,particula quædam,quasi signum nunc manifestatur.Ea igitur est causa,cur Elias, nõ autem alius Propheta exhibetur, quia hic futuri aduentus prænuncius prædictus est,vt utroque testimonio, nẽpe Moysis, & Eliæ verus Christus,ac Messias significetur; ad hoc.n.transfigurationis mysterium tẽdit, & celebratum est,quasi is sit,qui per legẽ & Prophetas sit promissus; confirmata veritate per horum duorum præsentiam. Non autem apparuit Enoch etiamsi hic in posterioci aduentu Christi veniet, quia fuit ante legem Iudæis traditam.

Et dicebant excessum eius.

COMMENTARIA.

QVid hi duo, scilicet Moyses, & Elias cum Christo loquerẽtur, explicat Euangelista, loquebantur inquit de morte,& cruce ipsius Christi; quam vocat excessum, seu exitũ,quia per eam de hoc mundo, in quem venerat redemptione peracta exiuit ascẽdens in cęlos, & sedens ad dexteram Patris. Loquuntur autem de passione & morte cum Christo glorificato,indicãtes nobis,quod ipse postea docuit, Luc.24. Oportebat Christum pati,& sic intrare gloriam suam.

ANNOTATIO LXV.

QVod ad verba spectat, Euthymius notat exemplaria Græca duas habere lectiones.Vna est ἔξοδον.i.excessum,seu exitum. Altera est δόξαν,id est gloriã;priorem lectionem amplexus est vulgatus interpres.similiter Ambrosius in commentario:posteriorẽ vero secutus est Chrysostomus hom.53.in Matth. Vtuoq; autem nomine mors,& crux Christi significata est. Per mortem enim,quantum ad corporalẽ præsentiam reliquit hunc mundum, & ad patrem iuit;in morte vero ipsa magna fuę potentiæ edidit miracula,& per eam redẽptionem hominum à peccatis,& inimicorum potestate liberauit;quod ad magnam gloriam eius pertinet;sicque per mortem, & in morte,dicitur glorificatus, vt in cõmentarijs in Ioannem late exposuimus.

Aduer-

Aduertendum est præterea huius sententiæ solum Lucam meminisse,Matthæus autem,& Marcus solum narrant Moysem,& Eliam locutos esse cum Christo.

An Moyses,& Elias locuti fuerint cũ Christo de suo excessu.

Est autem difficultas,an de hoc excessu cũ Christo locuti sint,quasi Lucas expressérit,de qua re sermonem cum Christo habuerint.Cyrillus Hierosolymitanus catec. 12.affirmat Moysem, & Eliam discipulis annunciasse hunc excessum; dicebant.n. (inquit) Discipulis excessum eius. Euthymius autem asserit,cum Christo de hoc excessu locutos fuisse. Apud Lucam autem ambiguum videtur;nam postquam dixit: Ecce duo viri cum eo loquebantur,adiecit visi sunt Moyses,& Elias in gloria,& dicebant excessum eius, quasi iis dicerent, quibus visi erant. Quod si ita est, aliud est illud,de quo cum Christo loquebantur;nã excessum eius Discipulis dicebant.Mihi in hac difficultate,id est probabilius, nempe cum Christo de eius excessu, ac morte collocutos esse,& vt recte docet Origenes tractat.3.in Matt. Christus cum eis,& ipsi cũ Christo loquebantur, ita tamen, vt & Discipuli,& viderent,& audirent sermonem hunc,& sic verum erit,quod Cyrillus affirmat. Audisse autem Discipulos non a solus Origenes,sed etiam Chrysostomus hom 53. in Matthæum affirmat,dicens,vt Christus consolaretur Discipulos,qui de eius morte formidabant,fecisse, vt hi duo de morte ac cruce loquerentur, hoc autem non haberet locũ nisi Discipuli audissent. De hac autem cruce cum Christo locutos fuisse contextus indicat;nam Lucas id scripsit,vt explicaret,quod cæteri Euangelistæ tacuerat,nempe de qua re cum Christo illi duo viri colloquerentur.

Quare de morte sua loquebatur cũ Christo Moyses, & Elias.

Cur vero de hac morte Moyses,& Elias cum Christo loquerẽtur,merito quispiam interrogabit. Id autem nõ propter ipsum Christum,sed propter Discipulos & propter nos factum esse nemo dubitabit, vt nempe crucis tunc futuræ scandalum auferretur,dum mortem,& crucem,non casu, nõ impotentia Christi euenisse,sed diuina,& admiranda dispositione,Moysis,& Eliæ supernaturalis apparitio demonstraret. Simul etiam vt significaretur crux, ac mors Christi etiam in præcedentium remedium fuisse,& non tantum futurorum; saluati enim sunt multi ex præsentientibus Christi incarnationem, fide, ac virtute futuræ huius mortis,dicente Paulo Hebr.9.Noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum pręuaricationum,quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiãt, qui vocati sunt æternę hæreditatis.

Quem completurus erat in Hierusalem.

COMMENTARIA.

CONnexa est hæc sententia priori; loquebantur.n.de morte, & excessu quẽ Christus erat completurus in Hierusalem: Optimo verbo mysterium explicatur. Cõpleturus dicitur Christus exitum fumturum quia voluntate propria mortem subijt. Oblatus.n.est,quia ipse voluit. Isa.53.& potestatem habeo ponendi aĩam meam, nemo tollit eam a me,ego pono eam. Io.10.tum etiam quia quam mortem subibat,prædicta erat, ac promissa per legem,& Prophetas,ideo dum moriebatur,complebat promissionem:tũ demum, quia non solum mors, sed etiã multæ circunstantiæ mortis,ac passionis prænunciatæ erant,quas oẽs consummauit Christus in morte,vnde dixit: Cõsummatũ est. Hæc omnia verbum(completurus) significat. Eoque verbo insinuat Euangelista de iis omnibus distincte,& sigillatim Moysem, & Eliam locutos fuisse cum Christo.

Petrus vero, & qui cum illo erant, grauati erant somno.

COMMENTARIA.

QVæ præcesserunt sniæ, nempe Christum transfiguratũ esse, & viros duos apparuisse Discipulis,cum Christo colloquentes, ac excessum eius dicentes, per quãdam anticipationẽ dicta sunt:nã prius Discipuli somno sunt grauati,dum Christus oraret, & eo tẽpore transfiguratus est,duoq; viri Moyses,& Elias adducti sunt; illi vero euigilantes post somnum, Christum viderunt transfiguratum,duosque illos viros cum eo, & audierunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ de Christi cruce, & excessu colloquebantur. Dicuntur autem somno grauati, quia profunde dormiebant, diurno forsan labore defessi, aut nocte intempesta vrgẽte, aut diuina prouidentia id disponente.

ANNOTATIO LXVI.

Qualis fuerit sõnus Discipulorum in transfiguratione Christi.

CHrysostomus hom. 58. in Matth. hũc somnũ interpretatur magnam virium resolutionẽ, quæ ab illa visione facta fuit, nam veluti oculi ex nimio fulgore obtenebrantur: sic illis non in nocte, sed in media die accidit, & splendoris excellentia illorũ oculos grauabat. Hæc est sẽtia Chrysostomi, cui adhæret Euthym. Matth. 17. iuxtà quam transfiguratio facta est media die, & vigilantibus Discipulis. Ambrosius in comment. hanc refert expositionẽ, adiungens & alteram, nimirũ fuisse verũ somnũ, quo dormire solemus, quam sẽtiam existimo veriorem, & accõmodatiorẽ verbis Euangelistæ dicit. n. grauatos fuisse somno, & postea euigilasse. Illa aũt oculorum obfuscatio ex splendore prouenientis nõ dr somnus, nec cuasio ab ea dr vigilia. Adde quod si is somnus diceretur, non euigilassent; nam permanebat adhuc splẽdor ille, cum Christum viderent splendẽtem vt solem. Existimo igitur fuisse somno naturali grauatos, sicut etiam Matth. 26. dr: erãt dormientes, & oculi eorum grauati tẽpore passionis Christi. Huius aũt somni solus Lucas meminit, quamuis Chrysost. & Euthym. existiment Matthæũ huius somni sub aliis verbis meminisse, nempe (erant timore exterriti.) Multo tñ accommodatius est hæc esse distincta, somnumq; præcessisse visionem, timorem autem secutum esse.

Christus nocte trãsfiguratus.

Ex hoc igitur somno vtũ deduco, quod mihi est valde probabile, si non diurno, vt Chrysost. & Euthym. sentiunt, sed nocturno tẽpore Christũ esse transfiguratum; nõ .n. Discipuli somno indulgebant, nisi nocte: fuit aũt id tẽpus mysterio accommodatũ; splẽdor. n. faciei Christi, & lux nubis nocturno tempore perfectius perspici potuerunt, & miraculotius apparuerunt; secretiusque mysteriũ peragebat. Quod autem ad connexionem spectat, vsus est Lucas anticipatione, vt in cõmẽtario exposuimus, quæ sæpe solent Euangelistæ vti: nam nõ viderunt Moysem, & Eliã nisi postquam à somno euigilarunt; tunc n. & viderunt illos, & audierunt, qui tamen antequam Discipuli surgerent, Christo aderant, cum eo que loquebantur.

COMMENTARIA.

Et euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros, qui stabant cũ illo.

EXcitantur tres Discipuli à graui somno, Christi virtute, vt eorum, quæ gerebantur, testes efficerentur. Euigilantes ergo viderunt Christi maiestatem, id est, splendorem vultus, ac candorem, fulgoremq; vestimentorũ eius. Viderunt etiam duos illos viros cum eo stantes. Si à somno carnalium nostrarum affectionũ euigilaremus, oculosq; mentiũ fide illuminatos aperiremus, multa diuina mysteria pspicaremus, quę somnus ille magno cum nostro detrimento, & dãno occultat.

Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum:

COMMENTARIA.

DVm Petrus vidit stãres Moysem & Eliam cum Christo, nihil est locutus, sed attente considerabat ea, quæ videbantur, & intẽdebat iis, quæ dicebantur; cum vero videret duos illos viros iam discedentes à Christo, prius quam abirent, & omnino recederent, protulit verba sequẽtia, eos cupiens detinere, conuersusque est ad Christum, soliq; ei locutus est, quia ipse Dominus erat, ipseq; solus poterat illos duos facere permanere.

ANNOTATIO LXVII.

SOlus Lucas huius sententiæ miminit, quæ historiam multum illustrat, & eam sententiam sermonis Petri non obscure ostendit. Cæteri Euangelistæ tantum id narrarunt, Petrum scilicet videntem Christum in maiestate, & duos cum eo adstantes, protulisse verba sequentia. Bonum est nos hic esse; si vis faciamus tria tabernacula: declarat verò nõ expresserunt tẽpus, & occasionem huius sermonis, Lucas verò indicauit, nempe id dictum esse eo tempore, quo iã illi duo viri recedebant, & ipsius recessus occasione, quasi Petrus vellet tabernaculorum oblatione efficere, vt remanerent, ea verba protulit. Verbum autẽ (Discederẽt) non discessionem consummatam, sed inceptam significat. Hæc notanda sunt pro eorum, quæ sequuntur, intelligentia.

Superiora sẽtia sola Lucas meminit.

Ea non expressisse Matthæum & Marcum non est vitio vertendum.

Præceptor, bonum est nos hic esse.

COMMENTARIA.

SPecie tantæ maiestatis Petrus illectus ibi permanere cupiebat, idque persuadere intendẽs, inquit, Bonũ est nos hic esse, sumpto argumento ab vtili, honesto, & delectabili, hæc enim significauit nomine boni. Christum autem præceptorẽ appellauit, apud Marcum, Rabbi, quod idem est, simul etiã Dominum, vt Matthæus testatur, talibus epithetis insinuans statum illũ & Domino, & præceptori conuenientẽ, eoque etiam argumento id ipsum persuadens.

ANNOTATIO LXVIII.

Quo sensu verba Petrus & subsequuntur protulerit Petrus.

AMbiguum est, quo sensu hanc, & sequentem sententiam Petrus protulerit. sunt .n. variæ Patrũ opiniones. Primo quidem Orig. tract. 3. in Matt. asserit Petrũ hæc dixisse per mentis excessum, motum à dæmone per eũ loquente, qui quidem dæmon malitiosè intendebat specie boni illius præsentis Christum illic retinere, auertere à morte subeunda pro hominum redemptione: hæc autem Petrus nõ intelligebat; in dæmon per eum loquebatur ea intentione. Probat aũt Origines Petrũ non esse motũ bono spiritu, quia tũc (inquit) tẽporis nõdũ Spiritus S. erat datus Discipulis, non igitur erat Spiritus bonus, qui per eũ loquebat; supponit .n. Origenes Petrũ hęc non dixisse ex se, sed alieno Spiritu agitatũ, quia statim dicitur, quod nesciens quid diceret, loquebatur. Hæc Origenis sententia non videtur probanda, & præmittis multis argumẽtis aduersus eam, id efficax est, quia dæmon tunc temporis ignorabat Christi mortẽ in redẽptionem hominum futuram, immo parabat eum occidere per Iudæos, dr. n. Ioan. 3. Diabolus miserat in cor, vt traderet eum Iudas, & de Iudeis ait Dominus Ioann. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria eius vultis perficere. Non ergo fieri potuit, vt nunc Christũ a morte subeunda auertere tentaret. Ratio etiã ipsa Origenis infirma est, nam tunc tẽporis Spiritus sanctus non erat datus quantum ad plenitudinem gratiarum; hoc enim factum est in Pentecoste post resurrectionẽ Dominicam; tamen datus erat quantum ad aliquot' gratias, & effectus, aliter nec gratiam iustificationis accepissent, quã cõstat esse per Spiritum sanctum. De sensu autẽ verborum illorũ (Nesciens quid loquatur) paulo infrius dicemus.

Prætermissa igitur hac sẽtẽtia, secũdo loco Chrysost. hom. 58. in Matth. conuenit cũ Origene ex parte; tñ multum differt ab eo: asserit .n. Petrũ nimio affectu, quo Christum prosequebat voluisse auertere Christum à morte subeunda, dixerat .n. paulo ante cum ab ipso Christo mortem hãc, & passionem audiret. Absit à te Domine, nõ erit tibi hoc. Hoc in. oblata occasione persuadere vult, nam palam, ne iterum reprehendatur, vt prius, vade post me Satana, sed occulto; tñ hoc idem fugg. vt aliis verbis, nempe specie præsentis boni, & montis securitate, ac societate Moysis, & Eliæ, non igitur malitiose agebat, nec malo Spiritu excitatus, sed ex timore, quo Christo timebat, & ex affectu, & dilectione, quam gerebat erga eum, procedebat, qui quidem affectus in se laudabilis erat, tamen debita prudentia carebat. Vnde Chrysost. sic inquit. Non .n. quærere debes, quam prudenter hortaberis, se quàm fruens charitate Christi, quamque inflammatus esset; nam quod non pro se tantum, quantum pro Christo timeret, quando mortẽ, & insidias præsticabat, ipsum audire dicentẽ. Animã meã pro te ponam, & si oportuerit pro te mori, non te negabo. Hæc Chrysost. cui consentit Euth. Matth. 17. Hęc sententia non videtur mihi accommodata, non .n. Petrus ageret cum Christo occulte, & artificiose, quę sciebat nihil eum latere posse. Præterea quin eũ tã acriter reprehensus prius esset, quia mortẽ Christo dissuadere tentabat, non aliter esset iterũ de ea re vllo modo agere. Demum non diceretur ab Euangelista quod sequitur, nimirum nescisse quid loqueretur.

Tertio igitur Pico Greg. in lib. Reg. lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.cap 3.à Chrysost. differens, tenet Petrũ ita visioni illi beatificæ Christi transfigurati adhæsisse, vt nollet ab ea vnquam separari. sicque cum Christo esse cupiebat, vt cuperet eũ ad mortis ignominiã nõ descẽdere; affectus quidẽ bonus erat, quia bono inhærebat, tamen nimius erat, quia tantus erat, vt nollet Christum ad crucem pro hominum redemptione, illa deposita gloria, deuenire. Verba Gregorij inter alia sunt hęc: Qui dicit, bonũ est nos hic esse, si posset ab illa visione tantæ gloriæ nunquam deponi voluisset. & paulo inferius inquit: Euangelista non affectum Petri, sed rationem reprehendit, quia cũ Domino assumptus in gloria, seorsum sic esse semper cupiebat, & pro redemptione communi eum ad ignominiam crucis descẽdere nolebat. Nesciebat ergo quid diceret, sed ardenter quod videbat, amabat, quia profecto tantũ bonũ videbat, quod sic non amari nullatenus poterat. Hæc ille. Differt hæc sententia à præcedenti Chrysostomi: nã Chrysostomus censet Petrum præcipue voluisse Christum à morte subeũda remouere, idq; boni illius specie suadere tẽtabat, magisq; Christo, quã sibi consulebat. At Gregorius aliter sentit, nimirum ita Petrũ illi bono præsenti adhæsisse, vt ne eo priuaret, nollet Christum ad crucis ignominiam descẽdere. Hæc autem longe diuersa sunt, vt eõ stat vel minimũ considerãti. Hæc sententia non videtur multum probãda: tũ quia Petrus tunc nesciebat Christi mortem pro mundi redemptione futuram, & si id sciuisset, grauissimum esset peccatum Petri, affectasq; eius valde reprehẽsibilis, si post posita totius mundi salute, sibi soli consuluisset. quod quidẽ de Petro sentire nulla ratio nos cogit, cum Scriptura Euangelica accommodatissime exponi aliter valeat. Quarto igitur loco Ambrosius in commẽtario tenet Petrum illectum dulcedine tã tæ præsentis gloriæ hæc verba protulisse, quibus in ea permanere cupiebat. in eadẽ sententia videtur Hieron. Matth. 17. Hæc enim verba Petri exponens, inquit. Qui ad montana conscenderat, non uult ad terrena descẽdere, sed semper in sublimibus perseuerare. Hæc ille. Idem etiam sentire videtur Tertull. lib. 4. contra Marcion. Leo ẽt in serm. de transfig. Dom. cuius hæc sunt verba: His sacramentorum reuelationibus Petrus Apostolus incitatus, mundana sperans, & terrena fastidiens, in æternorum desideriorum quodam mentis rapiebatur excessu, & gaudio totius visionis impletus, ibi cum Iesu optabat habitare, vbi manifesta eius gloria lætabatur, vnde & ait: Domine bonũ est nos hic esse, si vis faciamus tria tabernacula, &c. Hæc Leo. Atque hæc sententia mihi omnium accommodatissima visa est. nihil ergo aliud cogitauit Petrus, nec mortem Christi impedire voluit, sed tactus tantæ gloriæ fruitione, ac volẽs in ea perseuerare, protulit talia verba, quibus petebat, & optabat in ea manere.

Et faciamus tria tabernacula, vnũ tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ.

COMMENTARIA.

PRosequitur Petrus eandẽ sniam, & quia videbat Moysem & Eliam recedere incipientes, arbitransq; locũ incommodum ad permanendũ, offert tabernaculorum ædificium, quasi diceret, ne loci incommoditate tanto bono priuemur, faciamus tria tabernacula ĩ loco isto, vt permanere possimus, tibi vnum, Moysi vnum, Eliæ vnum. Pro se, & duobus condiscipulis tabernaculum non petit, quia Magistri tabernaculũ sibi sufficere arbitrabatur.

ANNOTATIO LXIX.

MAtthæus refert verbũ Petri, quo Christi voluntatem, ac imperium expetebat, eique se submittebat: Si uis, inquit, faciamus tria tabernacula. Marcus vero, & Lucas id omiserunt, quod ad rem spectat, arguit Hieronymus Petrum de duobus: Erras (inquit) Petre. Noli tria tabernacula quærere, cum vnum sit tabernaculum Euangelii, in quo Lex, & Prophetæ recapitulãda sunt. Si autẽ quæris tria tabernacula, nequaquam seruos cum Domino conferas. Hæc ille. Primum horũ sumptum ex Orig. homil. 6. in Leuit. sed non est cur de hoc Petrus arguatur, qui nec de lege, nec de Euangelio quicquã tunc cogitabat, nec ea diuidere intendebat. Secũdum verò sũptum ex Chrys. homil. 52. in Matth. Quid (inquit) facis o Petre, paulo ante hunc naturalem Dei filium confessus es, nunc autem

Scribit Doctorũ arguentium Petrum ob ignorãtiã.

tem ipsum cum seruis connumeras? Nec in hoc videtur Petrus arguendus; præscit enim Christum, cui primum omnium tabernaculum parabat, sed Moysem, & Eliã sibi, ac duobus cõdiscipulis prætulit, quia illos non se tabernaculo dignos iudicauit. Euthym. Matt. 17. adiunxit tertium, nimirũ quod speraret Petrus, Moysem, & Eliã defensuros, ac conseruaturos Christum, ne Scribis, & Phariseis traderetur: illum, quia multas deuicit gentes; hunc verò, quia ignem fecit descendere de cælo supra quinquagenarios. Quod (inquit) Petre Christũ ab his seruandum speras? Nec hoc etiam ad Petrum spectat, qui (vti diximus) Christi mortem impedire hoc consilio non intẽdebat, sed eo animo hæc protulit verba, quem in commentario exposuimus.

ANNOTATIO LXX.

Quõ Petrus nouerit transfigurationem Domini adstãtes illos viros esse Moysem & Eliã.

DUbitatio est, quomodo Petrus nouerit illos viros esse Moysem, & Eliam. Ad hanc respondet primo loco Tertul. lib. 4. contra Marcion. nouisse eos per Spiritũ scilicet sanctum; non enim Iudęi vtebantur similitudinibus, seu imaginibus.

Secundo loco respondet Druthmarus Matth. 17. ex Orig. quod Moyses apparuit cum tabulis, quæ scriptam legem habuerunt, & Elias cum curru igneo, inde Apostolos cognouisse eos.

Tertio loco respondet Euthym. Matth. 17. quod vestitudines Hebræi in suis libris species virorum illorum descriptas reliquerunt, & inde agnoscebant. Adiungit etiam verisimile esse ex traditionibus quoque tũ traditis in memoria habitas fuisse species illorum, seu figuras. Addit etiam fortasse ex reuelatione eos nouisse. In hoc tertio cõuenit cum Tertulliano. Quidam recentiores arbitrantur aut Dominum eos propriis nominibus compellasse, aut ipsosmet nomina sua aperuisse.

Aduersus opinio.

Mihi id probabilissimum visum est, Petrũ nouisse ex notis in scriptura traditis, quæ erant notissimæ etiam vulgaribus hominibus. Moyses enim cornutam faciem habuit, & Elias senex erat zona pellicea præcinctus. ambos. Ex recitatis autem sententiis, accommodatissima est Tertulliani, nẽpe ex reuelatione nouisse; qui enim eos apparere fecit discipulis, intulit etiam notitiam distinctam ipsorum.

An Petrus præ timore hic dicat nescisse quid loqueretur.

ANNOTATIO LXXI.

ANnotat Euthymius Matth. 17. apud Marcum legi de futuro (nesciebat scilicet quid locuturus esset, seu quid loqueretur) apud Lucam uero de præterito (nesciens (inquit) quid loquebatur). Vtrumq; enim Petro euenit, nã nesciuit, quid aliud melius loqueretur, & nesciuit, quid loquebatur. Insuper notandum est, Marcum huius ignorationis causam expressisse, ait enim (erant enim timore exterriti.) Particula (enim) indicat eam istam causam esse præcedentis, scilicet, Nesciebat quid loqueretur, ut notarunt Tertull. lib. 4. contra Marcion. cap. 22. & Damasc. orat. de transfigurat. ponderantes hanc Marci sententiam, Chrysost. autem hom. 53. in Matth. & ibidẽ Euthym. perseuerantes in sua sententia, nimirum Petrum uoluisse tacite morte Christi impedire, timendo illi, interpretantur hanc Marci sententiam de eodem timore, quem tantum fuisse dicunt, ut præ eo nesciret, quid loqueretur. At uero superiori annotatione ab ista opinione recessimus cum multis antiquis Patribus, idcirco hũc timorem esse existimantes admirationis, & stuporis, præ magnitudine tãti obiecti, qui quidem timor consistere potuit cum gaudio uehementi de eodem bono, sicque & præ magnitudine gaudij Petrus protulit: Bonum est nos hic esse, & præ admiratione, & stupore nescisse, quid loqueretur, quo autem modo intelligendum sit, quod nescisse, quæ loquebatur, Annotatione sequenti declaratur.

ANNOTATIO LXXII.

Quo Petrus dictus sit nescisse quod loqueba-

DIfficultas est non parua, quo modo Petrus dictus sit nescisse quod loqueba-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caetur hoc loco nescisse quid dixerit.

Sunt enim varię antiquorum sententię. Prima est Origenis tract. 3. in Matth. vbi ad defectum mentis, & rationis hāc refert ignorationem, quasi Petrus mente excedēs & alienatus esset, vt non intelligeret, quod dicebat. Putat enim Orig. Spiritū malū, seu Diabolum procurasse auertere Christum a voluntate mortem subeundi, ac per Petrum fuisse aggressum, malitioseque tentasse Christum specie tanti boni presentis. Quam sententiam confirmat illo Matt. 16. quando enim Petrus mortē Christo dissuadebat, datum est responsum à Christo: Vade retro Satana, quasi à Satana illud verbum protulisset. Hæc tñ opinio improbabilis est, quod putat Diabolū id tunc tentasse, quem scimus nō solum tunc, sed post transfigurationem, omnibus vijs procurasse mortem inferre Christo, vt supra notauimus. Secunda sententia est Tertul. lib. 4. contra Marcion. cap. 22. vbi expressius tenet hanc ignorantiam Petri fuisse rationis defectum, appellatq; amentiam, quia non intelligebat quę loquebatur, approbatque errorem nouę suę prophetię, qua affirmat prophetas velut arreptitios, ac amētes fuisse, non intelligentes quę loquebantur. Differt tamen ab Origene, quia hunc mentis excessum existimat factum per diuinā virtutem, & Spiritum sanctum, non autē per Diabolum, vt asserebat Origenes. Preterea iuxta hanc sententiam non possumus dicere hæc Petri verba eo tendisse, vt Christū à mortis subeundæ uoluntate, aut periculo auerteret, tunc namque non essent à Spiritu sancto.

Tertia sententia est Damasceni orat. de transfig. quæ conuenit cum Origene, & Tertull. in hoc, quod Petrū nescisse quid loquebatur, interpretatur, quia a ratione, ac mente exedens, & raptus locutus est: conuenit etiam cum solo Tertulliano in eo, quod raptum hunc, & alienationem à mēte affirmat factam, per Spiritum sanctū: adiungit autem Damascenus unum, nempe Petrum per hæc verba prophetasse, licet nō intelligeret ipse quod prophetabat. Verba Damasceni sunt hæc; Petrus nō ratione, neque consideratione loquebatur, verbum Spiritus futura prædicentis instinctu, non enim sciebat quid diceret: Hæc ille. & iterum: Petrus postquam diuinæ huius reuelationis spectaculo ei frui contigit, tāquam Spiritu afflatus, & extra se raptus dixit bonum est nos hic esse, faciamus tria tabernacula. Hæc ille. Quid autem per hæc verba Petri Spiritus S. prædixerit, ipse Damascenus exponit dicens: O Petre, erit id aliquando, cū hoc spectaculo in sempiternum frueris: Dominus nō tabernaculorū, sed vniuersæ Ecclesię ducē, & moderatorē te constituet; Discipuli tui, hoc est, omnes tuę, quas bonus ille pastor Princeps fidei tuę cōmisit, sermones tuos in opus perduxerunt, vt qui nimirū hodierno die Christo, ipsiusque famulis Moysi, & Eliæ, tabernaculū cōstruxerint. Hęc Damasc. Iste tres sententiæ conueniunt in hoc, quod hanc ignorationē Petri ad rationis excessū, mentisq; alienationem referunt, licet differāt, quod Origenes à malo Spiritu, Tertullianus vero à bono procedere affirmēt, Damascenus autem adiungat Spiritum sanctum per illum prophetasse.

Quarta sententia est Chrysostomi hom. 58. in Matth. & Euthymii ibidem, hi asserunt Petrum dictum nescisse, quod non intelligeret quæ dicebat, sed quod inconsiderate, & incongrue locutus est, non aduertens quæ loquebatur, tunc non expedire. putant autem hi doctores huius inconsiderationis causam fuisse timorem, qui mentem Petri perturbauit, vt non aduerteret, & perpenderet quæ dicebat. hanc sententiam videntur sequi Hieronymus Matth. 17. affirmans Petrum imprudenter locutū, ideo non meruisse responsum a Domino. idē et Leo serm. de transfig. dicit, atq; hęc sententia omnium est accommodatissima, eo adiuncto vt supra diximus, quod nō ex timore, seu admiratione sola, sed etiam ex magnitudine gaudij hæc inconsideratio prouenit; hoc enim magis sentire videntur Hier. Leo, & alij Doctores paulò superius allegati. Aduerte igitur p. maiori declaratione, Petrū tāti præsentis boni dulcedine illectum, ac admiratione elatum non solū affectasse sic permanere, sed oblitum esse, quod paulo ante Christus ei dixerat, oportere se mori, ipso Petro contradicente, adiunxerat: Vade post me Satana, scandalum mihi es, non sapis quæ Dei sunt, sed ea, quę hominum. Horum omnium non est Petrus recordatus. Præterea nō aduertebat sibi consulere, non autē toti mūdo, pro cuius salute venerat Christus. rursus non considerauit, quæ ad Christi gloriam spectabāt, parū. n. erat illi in mōte sal lo

lo eum Moyse, & Elia permanere, qui in cęlos erat ascensurus, & eo innumerabilē illorum multitudinem perducturus: demū pugnabat ea permanentia cum Scripturis Prophetarum, cum Patris voluntate, cum fine, p. p quem Dei filius homo factus erat; nihil horum Petrus animaduerterit, nec arbitratus est se incongruenter loqui; idcirco dictus est nescire, quæ loquebatur, non suggestione diaboli, nec instinctu Spiritus sancti, sed arbitrio proprio, tracto magnitudine obiecti tanti præsentis.

Hæc autem illo loquente, facta est nubes.

COMMENTARIA.

DVm Petrus talia loqueretur, ecce nubes diuina virtute ex aere cōglobata, apparet. rectè aūt nubes in hac Domini transfiguratione intercedit, vt Christus is esse significetur, quē promisit olim Deus missurum, qñ in monte legem dedit; ibi. n. sub nube loquebatur, ac dicebat Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum. Deut. 18. & Exod. 18. Dum autem Petrus loquitur, nubes interponitur, quasi verbis Petri, quæ incongrua erant contradicens.

ANNOTATIO LXXIII.

Ex qua materia etur nubes facta hic est,

MAtthæus rem magis explicās adiecit aduerbium quoddā: Adhuc, inquit, eo loquēte. quo significat nondū Petrum compleuisse sermonem suum, qñ nubes facta est, quod ēt Lucas indicat, sed non ita expresse. Hoc significat Ambr. q sic legit: inter hæc verba facta est nubes. Tertull. li. 4. contra Marcion. c. 22. dicit hanc nubē diuina virtute ex aere illic existente cōglobatā, aut illuc aliunde deductā. Primū vr probabilius, secutique sumus in commentario; dr. n. facta nubes, quasi quę prius nō erat. Cur aūt hęc nubes sit facta, Chrysost. hom. 58. duas adfert rationes. prior est, vt certiores fierent Discipuli de Dei præsentia, intelligerentq; vocem futuram ipsius esse; nam sæpissime Deum solitum in nube apparere audierant. Psal. 117. Nubes, & caligo in circuitu eius. & Psal. 103. Ponis nubem a secessum tuū. & Act. 1. Nubes suscepit eum ab oculis eorum. Posterior ro Chrys. est, vt Petrū dedoceret, ipse. n. dicebat: Faciam⁹ hic tria tabernacula. at Deus nubem ostendit, docens nō indigere Christum tabernaculis manufactis. Priori rōni consentit Euthy. Matth. 17. posteriori verò Druthmarus ibid. Quia Petrus, inquit, tabernacula ædificare volebat, ostendit ei Dominus, quod possit idem vmbraculum habere, quod præbuit Moysi cum populo suo per quadraginta annos. Hęc ille. Adiūgit ēr aliam, quę videtur cōuenire cū priori rōne Chrysostomi. Quia, vsitatissimum (inquit) erat genus locutionis Dei per nubem ad electos suos, vt ad Iob, & ad ipsum Moysem; quia per nubem designatur lene blandimentum. Hæc Druthmarus. Tertia causa est, quæ mihi accōmodatissima vr, quam in commētario exposuimus; mysterium. n. transfigurationis eo tendit, vt supra diximus, vt ostendat se implere, quod promiserat, qñ populus nolebat audire eum, dum dabat legem, tunc. n. acceperat Deus pactū, pollicitusq; est se missurum Prophetam similem Moysi, in cuius ore poneret verba sua. hic Propheta Christus erat, atque ea de causa transfiguratus est in monte, apparet Moyses, adest nubes, quia pactum illud factum fuit in monte, & Moyses aderat, & Deus per nubē loquebatur. Insinuat hanc causam Tertul. lib. 4 contra Marcion. c. 22. dū in hoc transfigurationis mysterio illud agi censet, qđ in monte, vbi lex data est, fuit promissum.

ANNOTATIO LXXIV.

MAtthæus expressit hanc nubem fuisse lucidam: nam Marcus, & Lucas nubis luciditatem non indicarunt. existimo aūt splendorem nubis non ita factum à facie Christi, quam dictum est resplenduisse ut Solem, sed ēt diuina uirtute magnū habuisse luciditatis augmentum, quo maiestas Patris significaretur. vnde 2. Pet. 1. dicitur vox à magnifica gloria prouenisse, ut diceimus paulo inferius. At verò cur nubes hæc lucida facta sit, & præsertim cum illa, in qua olim loquebatur Deus, quando legē dedit, vmbrosa fuerit, inuestigant Doctores. Primo loco respondēt Hieronym. Matth. 17. lucidam factā, vt ea videri posset à Discipulis, agnosceretq; Petrus, quod dixerat de tabernaculis faciendis: Verba Hieronymi sunt: Nubes videtur lucida, & obumbrat eos, vt qui carnale ex frōdibus, aut tentorijs quęrebāt tabernaculū, nubis lucidæ

Cur nubes hæc lucida facta sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lucidæ operirentur vmbraculo. Hæc verba Hieronymi, si ad solam nubem referatur, spectant ad priorem dubitationem, nempe, cur nubes apparuerit, vt in antecedenti annotatione diximus, & conuenit cum ratione Chrysostomi posteriori: si verò ad nubis luciditatem, quasi ea sit causa, cur lucida fuerit, non videtur satis accommodata. eum etiam si vmbrosa esset, videri posset, sicut videbantur illa olim in monte, eaque verbum Petri refutabatur.

Secundo loco Chrysost. hom. 58. in Matt. lucidam esse ea de causa dicit, quia Deus docere volebat: Qui, inquit, minatur, tenebrosam nubem ostendit, quemadmodum in Synai hic verò quia nō terrere, sed docere volebat, nempe ostendere Filium, & Petrum dedocere, lucida apparet. Hanc causā sequitur Euth. Matt. 17. quę non vt textui accommodatam si tenere noluisse, quomodo Discipuli apud Matth. 17. audientes vocem de nube, ceciderunt in facies suas, & timuerunt valde, donec tacti sunt a Christo, atque eis dictū? Surgite, nolite timere.

Tertio loco Orig. tract. 3. in Matth. Nubes, inquit, lucida obumbrans eos, diuinioris rem, & splendidiorem repensationem exeplo suo demonstrabat eis futuram, quæ protegeret eos simul, & illuminaret. Hæc ille. cuius sensus est, nubem lucidam fuisse ad significādam virtutem Spiritus sancti, quā daturus erat suis fidelibus Christus, vt ea protegerentur, & illuminarentur. adde fere sentit Ambrosius.

Quarto loco Damasc. in orat. de transfig. rectam, & accommodatam causam affert, quæ cōsonat ijs, quæ in præced. Annotatione diximus, nimirum vt discrimen signaret inter veros, & nouū testamentum; illic. n. cum lex daretur nubes erat, sed vmbrosa; hic et nubes, sed lucida, quia quę obscurè, & sub vmbris, ac figuris lex continebat, & promittebat, Euāgelium explicate, ac apertè tradit, iuxta illud Pauli 2. Cor. 3. Non sicut Moyses ponebat velamē super faciem suā, vt non intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur. & paulo inferius: Nos aūt reuelata facie gloriā Domini speculantes. Verba Damasceni sunt hæc: Olim quidem ille Dei spectator diuinam caliginē subibat, legis videlicet opacitatem subindicans, vmbram. n. vt ex Paulo audire licet, futurorum lex habebat, nō ipsam veritatē, ac tunc Israelitarum populus in Moysis faciem, quæ abolenda erat, intendere non potuit. Nos autem reuelata facie Domini, gloriam intuemur à gloria in maiorem gloriam transformati, tanquam à Domini spiritu; ac proinde nubes, non caliginosa, sed lucida obumbrat; etenim mysteriorum à sæculis, & generationibus absconditorum, detectum est, ac perpetua, & sempiterna gloria ostenditur. Hæc Damascenus.

Et obumbrauit eos.

COMMENTARIA.

NVbes hæc inter Christum, Moysem, & Eliam ac Discipulos extitit; vnde effectum est, vt Discipuli, qui radijs ex illorum splendore procedēti bus illustrabantur, subumbrarentur, facilliusq; Discipuli potuerunt Christū, Moysem & Eliam perspicere, radiorum vehementia, qui oculos eorū perstringebant, temperata per nubē.

ANNOTATIO LXXV.

NOn potuisset nubes subūbrare Discipulos, nisi aliqua eius pars inter Christum, Moysem, & Eliam resplendentes ex vna parte, ex altera autem Petrū, ac alios duos esset interposita: sicut nec eos, qui Solis radij perlustrantur, nubes obumbrant, nisi sit inter Solem, & obūbrata corpora. Non quod splendor Christi, ac Moysis, & Eliæ diminutus fuerit, sicut nec lux Solis in ipsa ob nubem remittitur; sed quod radij à tpli sore diffusi temperati sunt nubis opacitate.

Et timuerunt, intrantibus illis in nubem.

COMMENTARIA.

INgressi sunt Christus, Moyses, & Elias in nubem, sicut & Exod. 24. Moyses dictus est ingressus in medū nebulæ: Conspicientes autem Discipuli illos in nubē receptos, timuerūt. Ordo igit historiæ est, vt nubes prius facta sit, in quam ingressi sunt Christus, Moyses, & Elias, tūcq; obumbrati sunt Discipuli, & aspexerūt illos intra nubē, ac timuerūt. Fuit aūt timor Discipulorum, ne quid mali eis eueniret, cum viderēt Christum, Moysem, & Eliam in nubem ingressos, se autē obumbratos, & extra nubem, ac solos deseri.

Nubes hæ ab terra ele natæsunt.

ANNOTATIO LXXVI.

QVidam ex recentioribus existimant nubem eminentiorem in terra extitisse, Christumq; cum Moyse, & Elia se in altum extulisse, vt in nubem intrarēt, eaq; de causa dici ingressos in nubem. Mihi aūtem non videtur necessarium id dicere: tū quia sæpissime nubes pertingunt montiū cacumina, vt qui ad cacumen peruenerit, nube circumdetur: tum quia Exo. 19. Moyses dictus est accessisse ad nubem, & tamē non fuit à terra elatus, quia nubes illa erat cacumen montis tangens. Sic nunc est dicendum nubē apparuisse eminentē, & aeris spacium amplum occupantem, partem tū eius attigisse eam montis partem, quę erat proxima Christo, Moysi, & Eliæ, qui accesserunt nubi, & intra eius spissitudinē se receperunt, idcirco dicti sunt ingressi, locum vero vbi Discipuli erant, nubes non attingebat. Euthymius relatiuum (illis) ad solum Moysem, & Eliam refert, quasi illi soli ingressi fuerint nubem at verius etiā ad Christum refertur, sicq; Damasce. orat. de transfigur. interpretatur.

Timor hic vela tus à Luca alius est ab illo, quem et refert Marc⁹.

Quod autem ad timorem spectat, notādum est, timorem, cuius nunc Lucas meminit, non esse eundem cum illo, quem refert Marcus, dicens. Erant. n. timore exterriti: nam hic de quo Marcus scribit, præcessit nubis ostensionem. Marcus. n. causam fuisse asserit, cur nescirent Petrus, q̄d loqueretur, qñ dixit: Bonū est nos hic esse. Hęc aūt verba fuerunt ante nubem. timor igit, qui causa fuit insipientiæ illius, prior fuit nube, at hic timor noster fuit post nubem, vt ex verborū Lucæ contextu constat. Præterea timor prior tactus est ex affectu maiestatis, & gloriæ Christi, & duorum virorum Moysis, & Eliæ, quæ supra diximus, fuisse admirationis, & stuporis; at hic posterior ex aspectu Christi, Moysis, & Eliæ ingredientium in nubem. Huius sententię est Damascenus oratione de transfigur. inquit. n. sic; Discipuli maiore timore obsessi sunt, Iesum saluatorem ac Dominū cū Moyse, & Elia intrā nubem conspicientes. Hæc ille. Cū dicit maiore timore Discipulos nunc esse obsessos, cōparat cum timore præcedenti, qñ viderunt Christum cum illis ante nubis ostensionē. In hac re non existimo esse difficultatē aut cōtrouersiā.

Quāobrē ingredientib⁹ nubem Christo, Elia, & Moyse Discipulos timor inuasit.

At verò quare nunc timuerint, non ita facile est inuenire. Bonauentura existimat timuisse, ob Dei præsentiāmā ex Scripturis nouerant Deum per nubem mōstrari, vt superius diximus, cum causas huius nubis protulimus. huic tñ opinioni obstat, quia Euangelista timuisse eos dicit, nō in nubis aspectu, sed in ingressu Christi Moysis, & Eliæ in nubem. Timuerunt (inquit) ingredientibus illis in nubem. Quidam ex recentioribus eos timuisse arbitratur Christi discessum, ne abiret cum Moyse, & Elia illis relictis. quod cōfirmare possumus, eo maxime, quia nouerant Eliā in turbine raptum in cęlum 4. Reg. 2. & Deuteron. 34. Moysis corpus ablatum à Dño, nec ab vllo vnq̄ visum fuisse; dubitarunt ergo nūc, ac timuerunt, ne & Christus cum illis in nubem ingressus abiret, eosque desereret. Probabilis est sn̄a, sed probabilior mihi vt Discipulos nō timuisse discessum Christi, nec quicquā mali distinctē & determinate timuisse, sed in genere, nimirum ne quid mali eis eueniret, cum viderent, receptis Christo, Moyse, & Elia in nube, se à Christi cōsortio separatos extra nubem remanere. Timuerunt ergo sibi malū, exitū rei ignorantes. Posset et dici, & quidē non improbabiliter, Lucā vsum esse quadā anticipatione, quæ apud Euangelistas frequens est. Prior ergo fuit ingressus in nubē, post hunc facta est vox de cęlo. Hic est filius meus dilectus, &c. Ad hanc aūt vocē Discipuli timuerunt, sicque narrat Matthæus, nempe Discipulos audita ea voce, ceciditse in facies suas, & timuisse valde; Lucas vero describit prius eorum timorem; postea vero vocis prolationem. Si ergo hanc teneamus expositionem, cōuenit hic timor cum eo, qui à Matthæo refertur, factusq; est ad vocis Dei Patris auditum, cuius maiestas, & admirāda potestas Discipulos deterruit, ac valde timere fecit, vti paulo inferius explicabitur.

Et vox facta est de nube, dicens:

COMMENTARIA.

ASuprema nubis parte vox descendit, quæ sententia sequenti explicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

explicatur. fuit autem hæc vox non instrumẽto vllius linguæ, sed diuina virtute in aere formata, sicut & illæ voces, quæ auditæ sunt, quando in monte cũ Moyse olim Deus loquebatur, & sicut illa, quæ facta est, quãdo Christus baptizatus fuit in Iordane. Dicitur autem de nube vox facta, quia in parte nubis superiori formata diffusa est in Discipulorũ auditum, qui erãt in terra, vnde à Marco dr vox venisse,

ANNOTATIO LXXVII.

Vox hæc à tota Trinitate facta, & quomodo Patri tributa.

MAtthæus inquit: Ecce vox de nube: Particula (ecce) maiestatem loquẽtis, ac rei significatæ excellentiam indicat, simul etiam rem hanc inexpectatam fuisse Discipulis, nihil tale cogitantibus. Notat Alcuinus hanc vocem à tota Trinitate effectam esse, sicut & cuncta alia creata; tamẽ soli Patri tribui, quasi ipse sit, qui loquatur, sicut in die aduentus Spiritus sancti igneæ illæ linguæ totius Trinitatis virtute factæ sunt, tamen particulari quadã ratione soli Spiritui sancto tribuuntur, ipsiusque erant signa, quando quod dicit, vni personæ competit, tũc vox ei personæ soli accommodatur, cum igitur vox fuerit: Hic est Filius meus, soliusq; Patris sit habere filium, sit vt vox illa Patris dicatur, non quantum ad efficientiam, quia à tota Trinitate producta est, sed quantum ad significationem, & attributionem.

Lucæ 2. Pet. 1. de hac voce explicatius.

Aduerte etiam Petrum 2. epist. c. 1. huius vocis fecisse mentionem: Accipiens, inquit, à Deo Patre honorem, & gloriam voce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria; Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam, cum essemus cũ ipso in monte sancto. in quorum verborum declarationem nota, Christũ dici accepisse honorẽ, & gloriam à Patre, voce ad ipsum delapsa à magnifica gloria. Honorẽ quidem accepit, vt homo, voce Patris, quia per eã à Patre honoratus est, dũ declaratur, & appellatur filius Patris, ipsi naturalis, & consubstãtialis. Dr ẽt accepisse gloriã, quia vox hæc Patris à magnifica eius gloria prouenit, id est, prolata est magna maiestatis, ac gloriæ demonstratione, nimirum nube luciditissima, & splendenti. Dr aũt vox allata de cælo, nõ quod in cælo ipso, vbi Deus est fuerit formata, sed quod in suprema parte, & eminenti nubis facta sit, & inde ad aures Discipulorum sonus descenderit. Cælum enim in Scriptura sæpe aeris regio dicitur.

Hic est Filius meus.

COMMENTARIA.

HAc voce testimoniũ perhibet Pater de Christo filium suum esse. Pronomen (hic) solum Christum demonstrat, & eo ipso nõ adoptionis filium sed naturalem, & consubstantialem indicat; si enim filiatio adoptionis ista esset, non erat cur solus Christus demonstraretur: nam Moyses, & Elias adoptionis filij erant; immo & Discipuli, qui cum Christo aderant, peculiaris igitur demonstratio singularem, ac soli Christo competentem filiationem, ostendit, quod articulus Græcus adiunctus indicat. Hic est ille filius meus.

ANNOTATIO LXXVIII.

Pronomen hic, & meus significat hoc loco.

PRonomen, hic, demonstrat personam vnitã naturę humanæ, & sensibili, quę demonstrari, & videri poterat, cumq; non sit nisi vnica persona in Christo, eaq; est diuina, & æterna, duas habens naturas, diuinam, in qua consubstantialis est Patri, & humanam, in qua consubstantialis est nobis, ideirco recte, & vere dr: Hic est filius. Filium. n. esse nõ est naturæ, sed personę, vnus. n. est filius, natura verò duplex. Hinc est Christum non esse filium adoptionis dicendum, sed naturalem Dei: nam filium esse personæ est, sic affirmant Ambros. lib. 1. de fide, c. 9. & Hilar. lib. 3. de Trin. Christus (inquit) filius erat origine, non adoptione; veritate, non nuncupatione; natiuitate, non creatione. idem dicit lib. 11. ex quo sequitur illud, meus, non dici per professionẽ, aut per amorem, sicut vocamus res, quas possidemus, nostras, & amicos nostros, quos amore prosequimur, sed per consubstantialem, quia eiusdem, & indiuiduæ est substantiæ cum Patre, à quo genitus est. magis ergo est filius Dei, quam apud nos sint patrum filij; nemo enim filiorum apud nos eandem habet indiuiduam naturam cum suo patre, sicut filius Dei habet cum Patre suo.

A N-

ANNOTATIO LXXIX.

In quem scopũ ferãtur verba hæc. Hic est filius meus, &c.

DVbitatio occurrit, in quẽ scopum hæc verba tendant? sunt. n. varię explicationes. Primo loco Chrysost. hom. 58. in Mat. cui consentit Euthymius in eodem loco, affirmat propter Petrum præcipue hoc dictum esse, ad remouendum eius timorem; nam Christo timens prętendebat mortem eius impedire. Pater ergo huic timori medicinã adferens, inquit: O Petre, qui times morte Christo, ne metũ turberis, scito omnipotentiam eius, esto certior de ipsius resurrectione; filius. n. meus est. Hæc expositio supponit, Petrum Christo timẽtem voluisse impedire mortem suadendo permanentiam in mõte illo cum consortio Moysis, & Eliæ. quam expositionem nos non recipimus, propter ea, quæ superius diximus, idcirco ab hac etiam præsenti explicatione recedimus.

Hieronymus secundo loco in cõmentario Matthæi asserit hoc Patris testimoniũ eo tendere, vt auferat errorem Petri, & per eum cæterorum Discipulorum; dixerat. n. faciamus tria tabernacula, tibi vnũ, Moysi vnum, & Eliæ vnum, quasi æqualitatem faciendo Christi cum Moyse & Elia. Huic ergo errori Deus medens ait: Hic est filius. huic soli tabernaculum est faciendum, nõ illis. Quę expositio videtur Ambrosij: nã hæc verba interpretans, inquit: Non Elias filius, non Moyses filius; hic est filius. huius expositionis vera est doctrina, tñ non videtur ad cõtextum, & sensum pertinere; non. n. Petrus ignorabat Christum maiorem Moyse, & Elia esse, nec tria tabernacula ędificare volebat, quasi æqualibus, vt supra diximus, nec erat oblitus suæ cõfessionis, quam paulo ante pronunciauerat, Tu es Christus filius Dei viui.

Tertio loco dici posset, hoc dictum esse ad remouendum scãdalum futuræ crucis, de qua locuti erant Moyses, & Elias: vt igitur Pater Discipulos contineret in fide, & præcaueret ne futura filij passione, ac morte illi perturbarẽtur, ait: Hic est filius meus quasi diceret, ne puteris illum ex infirmitate, impotentia, aut culpa mortem subiturũ hanc, de qua Moyses, & Elias sermonẽ habuerũt, ecce filius meus est hic, in quo nec infirmitas, seu impotentia, nec culpa inueniri potest. Hæc expositio mihi vr magis accommodata præcedentibus, non tñ omni ex parte quadrat. nam si is est scopus huius testimonij, vtique conueniens erat, vt omnes Discipuli adessent, aut saltem isti tres cæteris ante mortem Christi narrare deberent, ne scandalum paterentur.

Quarto igitur loco mihi visa est alia explicatio accommodatissima: cum. n. mysterium hoc eo tendat, vt Deus Pater ostendat Christum esse, in quo antiqua promissio ex pacto, & fœdere cum populo facta, complebatur, qũ populus nolens præ timore Deum audire, petijt, vt per alium loqueretur, promisitq; se cum auditurum, quod quidem Deus Pater acceptans dixit: Prophetam suscitabo eis, & ponam verba mea in ore eius, & cætera quę supra relata sunt: nunc consequenter Pater declarat, & ostendit Christum hunc esse, per quẽ pollicitus est se locuturum, & quẽ audire Populus se obligauerat, atq; ea de causa Moysem præsentem fecit, quasi testem eorum, quæ olim erant gesta. vt igitur non solum demonstret eum, sed excellentiam ostẽdat supra Moysem, & Eliã, dicit: Hic est filius meus, i. non iam per Moysem, non per Eliam, non per Prophetas loquar, sed per filium meum. Hebr. 1. Multifariam, multisque modis Deus olim loquens in prophetis, nouissimè locutus est nobis in filio. Declarat ergo hoc testimonium præstantiam doctrinæ Christi, & Euangelij supra legẽ, hanc. n. per seruum, illud per filium tradidit. rursus vt ostendat effectum doctrinæ Christi, qui est filios adoptionis Dei facere, Ioann. 1. Quotquot receperunt eum, dedit potestatem filios Dei fieri. Testimonium ergo præbet Patri de Christo filio, significans, quod per eam facturus erat Galat. 4. Misit Deus filium suum, &c. vt adoptionẽ filiorum reciperemus. Hic mihi visus est scopus huius testimonij.

Dilectus.

COMMENTARIA.

APud hoĩes non oĩs, qui filius est, à suo patre dilectus est; fit. n. vt patres filios, & filij patres sępe odio habeant: nõ sic hic est filius, sed dilectus est à Patre, nõ solũ vt Deus, cuius est vna voluntas, vnus amor cum Patre, sed etiam vt homo, cuius voluntas con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conformis est,& in omnibus consentiens cum Patris voluntate,qui omni plenus est gratia,à quo lõgè abest omnis macula culpæ. Hebr.7. Sanctus innocens,impollutus,segregatus à peccatoribus.

ANNOTATIO LXXX.

Extenditur vis illius appositi dilectus.

DVbitatio est, in quem scopum tendat hoc verbum, Chrysost.n.hom.58. in Matth & Euthymius prosequentes expositionem suam,cuius in præcedenti annotatione meminimus, affirmant hoc verbũ eo tendere,vt per id timor,ac perturbatio Petri de morte Christi auferatur,quasi diceret, si adhuc formidas etiãsi filius meus sit,& omnipotẽs,scito esse dilectum mihi: nemo autem,quem diligit,perdit; non potes tu eũ magis diligere,quam à me amatur:ne ergo extimeas, quasi mors malum illi sit futura. Hęc expositio quia nititur in eodem fundamento,non recipitur, vt supra notaui. Accommodatius diceretur iuxta tertiam expositionem, relatam in præcedenti annotatione,nempe Patrem scãdalo crucis per hoc verbum ẽt medetis: nam ostendet non pati Christum, quasi à Deo Patre derelictum,& odio habitum,vt putarunt illi, de quibus prædixit Isai. cap.53. Nos autem putauimus eum quasi leprosum,& percussum a Deo,& humiliatum. vt igitur hunc errorem amoueat,& impediat,dicit nũc:Hic est dilectus a me. Quæ quidem expositio, vt illic diximus, non omnino quadrat.Hilar.can.17.in Matth. hæc tria verba: Hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui; eo tendere affirmat, vt ostendatur Christus idoneus auctor præceptorum Euangelij,cum sit filius dilectus, & Deo beneplacitus, vt ipse dicit;at nõ explicat singula verba. Dicendum ergo est prosequendo eundem sensum,eo hoc verbum tendere, vt significet Pater duo.Vnum est legem per Christum dandam longè diuersam ab ea,quæ tradita est per Moysem,quam hæc timoris fuit, vt pote seruorum: at quæ per Christum danda erat, amoris, & dilectionis, qualis conuenit filijs Rom.8. Non accepistis,inquit, Spiritum seruitutis iterum in timore,sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum.Alterum est,ostendere Christum esse idoneum mediatorem:fidebat olim populus Moysi,per quem sibi volebat Deum loqui,arbitrãs gratum esse Moysem Deo, ob id nunc dicitur hic, per quem loquar vobis,& per quem vos mihi acceditis,dilectus est.& mihi charus,cui vos confidẽter accedere poteritis, & ego libentissime p eum multa bona vobis faciam, & magna vobis per eum loquar. Quod aũt ad verba spectat,Matthæus,& Lucas,habent (Dilectus) apud Marcum autẽ legitur (Charissimus) Græcè tũ in oĩbus tribus Euangelistis legitur ἀγαπητός id est,dilectus.est tñ cũ articulo Græcè,ad notandã singularitatem dilectionis, ideò Latinè rectè vertitur per superlatiuum nomen.Quod si Marcus Latine scripsit,vt probabilissimum est,existimandum est voluisse vim verbi explicare,licet.n.sit positiuum, tñ vim habet superlatiuam(D.I. ctissimus)propter articulum adiunctum, qui indicat Christi dilectionem à Patre esse supra omnes cęteros; filius enim multo charior est Patri,quam omnes serui.

ANNOTATIO LXXXI.

MAtæus,& Lucas omiserunt verbũ, quod recubit Matthæus,nempe in quo mihi bene complacui.& eiusdem ẽt meminit Petrus 2.Epist.c.1. prætermisso aduerbio benè.Hic est filius meus dilectus,ĩ quo mihi complacui,seu,in quo mihi placui; tñ vnicum, & idem verbum est apud Matthæum, & Petrum εὐδόκησα, quod bene placui,seu bene complacui vertitur.

Varie aũt explicatur, primo quidem à Chrys.hom.58.in Matth.nẽpe in quo bene complacui, i.quæcunq; volo, ille vult. Significatur ergo secundum Chrysost. cõformitas voluntatis Christi,& hominis cũ Patre,iuxta illud Ioan.8.Quæ placita sunt ei,facio semper.

Secundo loco idẽ Chrysost. ibidem aliã adfert expositionẽ,cui Euthymius cõsentit,s.in quo bene complacui,id est, in quo quiesco, in quo oblector. cui expositioni consonare videtur illud Isa.11.Requiescet super eum spiritus Domini.

Tertio loco glossa interlinealis,quę sumpta vt ex Gregor. Emysseno,sic interpretatur. In quo mihi bene complacui, i.cuius me non pœnitet: sicut me olim pœnituit, quando dictum est:Pœnitet me fecisse hominem; non sic de Christo dici potuit, in quo mihi est, cuius pœniteat Patrem. Hæc omnia

omnia verè dicuntur,sensui tamen non satis accommodata videntur.

Authoris expositio.

Existimo ergo quarto loco ad sensum, & ad Scripturæ morem magis facere,si dicamus iuxta Paulum Ephe.1,vbi de Christo loquens,ait: Secundum beneplacitum eius,quod proposuit in eo,i. Deus proposuit per Christum executioni mãdare suũ beneplacitum. Est aũt beneplacitum Dei, voluntas illa æterna, qua gratis, & absq; vllo merito hominum,sed ex suo puro amore, & bonitate, saluare eos voluit redimendo à peccato, Deo reconciliando,ac vitam æternam conferendo. Hanc suam bonam voluntatem,quæ beneplacitum dicitur,quia sic ei placuit tñ conferre homini bonum,proposuit perficere per Christum, nempe mittendo filium in carnem,vt homo fieret, & postquam homo factus est, morti tradendo, cæteraque disponendo, quæ Christus ex præscripto Patris fecit, hoc est,quod Paulus dicit. Deus proposuit beneplacitum suum in Christo. Hinc facilè sensus huius verbi deducitur,in quo mihi bene complacui,i.in quo perficiendum est beneplacitum meum,ac per quem decreui salutem hominum operari, eos ad veritatem,& salutem reducere, ac perducere. Quo verbo significauit Pater Christum non tñ legislatorem esse, vt fuit Moyses, sed ẽt Saluatorem,ac Redemptorem, illãque mortem, de qua Moyses,& Elias collocuti erant cum Christo,futuram in salutis humanæ redemptionem.Huic explicationi fauet illud psalmi 68. Tempus beneplaciti Deus,i.tempus redemptionis, tempus salutis humanæ operandæ.quo in loco Hieronymus, & Remigius allegant locum Matthæi, in quo mihi bene complacui. Similiter psal.105.Memẽto nostri Domine in beneplacito tuo. Remigius ibidem allegat hunc locum Matthęi,Christũ affirmans esse hoc beneplacitũ,quia in eo beneplacuit Patri. Hæc igitur explicatio mihi accommodatior visa est.Hanc expositionem sensisse vt Damasc.orat.de Trãsfiguratione,vbi id verbum interpretãs, sic inquit: In eo acquiesco,ac mihi bene complaceo;benigna siquidem Patris voluntas in vnigenito suo filio vniuersi orbis salutem operata est: benigna Patris voluntas in vnigenito filio suo omnium connexionem effecit.Hæc & alia Damascenus.

Potest etiam quinto loco adhiberi expositio non spernenda,quamuis præcedẽs proprior,& aptior sit;ea aũt est,in quo mihi bene complacui, id est, per quem quicunque mihi placuerunt, grati sunt, seu, per quem mihi cõplacui in ijs omnibus, in quibus mihi beneplacitum est;nemo.n. hominum Deo placuit, nisi per Christũ, iuxta illud Sapien.9 Per sapientiam sanati sunt,quicunque tibi placuerunt Domine à principio. Attende autem,licet idem sit homines placere Deo,aut Deo placere in hominibus, tamen hoc rectius dicitur, ad significandum non præcessisse in homine aliquid, ob quod Deo sint grati; sed Deum sua pura bonitate voluisse eos,& in illos complacuisse,ac effecisse in eis, quod ipsi Deo sit gratum,ac placens.

Ipsum audite.

COMMENTARIA.

REddito testimonio de filio,præcepit Pater Petro, & socijs, & in eis, nobis oĩbus, vt illum audiamus, credẽdo,quæ docet,& implẽdo,q̃ precipit;alluditq; ad illud verbũ,qd populus olim promisit,q̃ petijt,ne Deus illis loqueret,sed Moyses,eumq; audire polliciti sunt, qd confirmans Deus dixit Deuter.18. Bene oĩa sunt locuti, Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum,similem tibi,ponã verba mea in ore eius,loqueturq; ad eos, quæ præcepero ei, & qui verba eius non audierit,ego vltor existã offenso ergo hoc Propheta Deus dicit, ipsum audite,id est: hic est,quem promisistis audirẽ,& de quo suscitando, & audiẽdo pactum feci vobiscum; eum igitur audite. Verbum autem audiendi non simplicem auditũ significat, quem ẽt incredduli præstiterunt,nec solam credulitatem, quam exhibẽt peccatores, sed simul quoq; obedientiam mãdatorũ,ut is audiat,qui credit,quæ docuit, & facit,quæ præcepit. iuxta quam significationẽ dictum est Ioann.8. Qui ex Deo est, verba Dei audit. & Luc. 10. Qui uos audit,me audit.

AN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO LXXXII.

RECTÈ Tertullianus libr. 1. contra Marcionem, 22. hoc verbum interpretatur, iuxta historiam, & promissionem factam Deut 18. vt in commentario expositū est: Hic est, inquit, quem promisi, & petijstis audire, ipsum ergo audite. Hinc soluitur dubitatio quædam, nempe cum legamus hoc testimonium Patris in Christi baptismo factum Matth. 3. hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui; quænam sit differentia ab hoc, quod redditum est in transfiguratione. & quidem in sensu verborum nullum est discrimen, solum differunt in fine & causa. Non n. eadem de causa vtrobiq; exhibitum est hoc testimonium: in baptismo quidem ad ostendendū, Christum esse eum, per quem reconciliandus erat homo, & ad Dei filiationem promouendus, qđ per baptismum Christi primo fit: per hunc n. renascimur, & renouamur; at verò in transfiguratione factum est, ad ostendendum Christum esse, per quem promiserat Dominus Deus populo loqui, ac præcepta vitæ dare, vti in commentariis dictum est. ideirco in baptismo non est prolatum hoc verbum: Ipsum audite, sicut effectum est in Transfiguratione.

Quemodo hæc tentata sit in Baptismo Christi prolata. in Transfiguratione vtebantur.

Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus.

COMMENTARIA.

ENallage quædam est; tempus n. pro tpe ponitur, dum fieret vox, id est, edita voce, Iesus solus inuentus est, Moyse, & Elia ī sua loca receptis, vt sic ēt significatum esset, Christū esse, quem Pater audiendum præcipiebat, eumq; filium dilectum esse, in ipsoque beneplacitum esse Patri, non in Moyse, & Elia. Inuentus autem dicitur Iesus, intellige, in priorem formā restitutus, depositā gloria, ac splendore transfigurationis.

ANNOTATIO LXXXIII.

MArcus addit, neminē viderunt, nisi Iesum tm̄ secum. Dicit (secum) quia qñ transfiguratus est, erat seperatus ab eis, & postea intrā nubē cū Moyse, & Elia paratus ver; mysterio recessit Discipulis, qui præ timore ceciderant, ac eos tāgens fecit surgere, ac timorem deponere. Est & aliud notandum, Lucam omisisse nōnulla, quæ solus Matthæus narrauit; refert. n. Matthæus, Discipulos tres, audientes vocē Patris, in faciem eccidisse, & timuisse valde, accessisseq; Iesum, & tetigisse eos, ac dixisse. Surgite, & nolite timere, surgentes autē leuasse oculos suos, neminemq; vidisse, nisi solum Iesum. Lucas aūt & Marcus prætermiserunt totum hoc, nempe casum Discipulorum ex vocis auditu; timoremque magnum eorum, tactum Christi, & quod post verbum, & tactū Christi surrexerint, tantumq; scripserunt, nempe neminem vidisse, nisi solum Iesum, hocq; coniunxerūt cum voce Patris: quod non sic est intelligēdum, quasi statim voce Patris facta neminem viderint, nisi solū Iesum; nam ad vocis prolationem non circumspexerunt nec oculos leuarunt, sed ceciderunt in faciem præ timore, & tacti à Christo, & voce eius confortati surrexerunt, tunc; circumspexerunt. & solum Iesum inuenerunt, sicq; Lucas, & Marcus interpretandi sunt, & cū Matthæo concordandi. Hinc sequitur, qđ vox Patris prolata est, nondum recessisse Moysem, & Eliam, licet Chrysost. hom. 56. in Matth. & Amb. 6. in commentario Lucæ affirmāt, in vocis prolatione nō adfuisse illos viros, sed iam recessisse, vt testimonium Patris non ad illos, sed ad Christum referretur, & de eo solo intelligeretur. Hęc ēn sententia non placet, nec argūm hos, nec verba Lucæ fauent huic sententiæ: non quidem argumentum: nam ex eminentia gloriæ Christi supra alios, satis cōstare id poterat, & ex verbo ipso, Eum audite, qđ non poterat conuenire illis, qui non permānserunt, & quod magis est, quia qñ vox prolata est, tunc ceciderunt, neq; tum quē quam respexerunt, & solum Iesum inuenerunt, eaq; de causa non poterant testimonium illud de alio intelligere. Vnde docte Hieronymus in cōmentario Matthæi notat, illos solum Iesum vidisse, postquā surrexerunt, vt de eo solo testimonium esse prolatum cognoscerent, nec ēt eo opus erat, nam in Baptismo simile testimonium de Christo exhibitum, audierant. Verba autem Lucæ non fauent ei sententiæ, imo aduersantur, nam dicit, inuentum esse Iesum solum, ac scimus ex Matthæo Discipulos circumspexisse, postquā surrexerūt a

Scripserunt gesta, & obscurat Euangelistæ.

non

non autem qñ vox prolata est. tunc ergo inuenisse dicuntur, qñ circumspexerunt, quod fuit non statim ad vocis prolationē, vnde consequitur esse verbum Lucæ per enallagem intelligendum, vt diximus in cōmentario, quæ visitata est à Luca, nam cap. 11. dē: Cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisæus, vt pranderet apud se, id est, postquam locutus est, non n. inter loquendum inuitatus fuisse nunc dī, dū fieret vox, id est, post quam vox edita est, quod ēt Marcus significauit, inquit enim: Circumspicientes neminem amplius viderunt, nisi Iesum tantum secum, hoc fuit postquā surrexerunt à casu, & dicit neminem amplius vidisse. Illud (Amplius) indicat vidisse prius illos viros vsque ad casum, qui fuit post vocem.

Quo discauerunt discipuli se in eccidisse.

ANNOTATIO LXXXIV.

NOnnulla sūt in verbis Matthęi à Marco, & Luca præteritis notanda. Primo Discipulos in faciem ecciduisse, posse duabus de causis procedere: aut ex magno timore, vt ait Hieronymus, n. sunt qui ex veneratione Dei, cuius vocem sentiebant. vtramq; explicationem admitti posse censet Euthymius. Chrysost. aūt hom. 56. in Matth. affirmat ex vtraq; causa eccidisse, nempe timentes simul & adorantes. At Hieronymus in commentario censet eccidisse præ timore timorem n. magnus vires corporis solet; quod ēt factum est, qñ passionis tempore ad vocem Christi eccidere mi lites, vt habetur Ioan. 20. præ terrore, quā uis hi retrorsum. Discipuli verò in faciē eccidere, atq; hæc sententia est verior, & accommodatior, qñ n. a Christo facti, & excitati sunt ad surgendum dictum est: Surgite, nolite timere, significatur hoc verbo, causam, cur eccidissent, fuisse timorē.

Timoris Discipulorū triplex causa.

Secundo notandum est huius timoris causas tres Hieronymum adferre. Triplicem, inquit, ob causam pauore terrentur, vel quia se errasse cognouerant, siquidem tria tabernacula fient; vel quia nubes lucida operuerat eos, vel quia humanā fragilitas conspectum maioris gloriæ ferre non sustinet, ac tota ait, ac corpore contremiscens ad terram cadit. Hæc ille, inter quas causas vtrā est accommodatissima. Maiestas n. Dei voce magna significata, terorem incussit Discipulis, eosq; maxime, quia Christum intrā nubem ab eis sequestratum viderant.

Tertio notādum est, Chrysost. loco allegato inquirere, cur nūc Discipuli timuerint, cum in baptismo simile perceperint vocem, & Io. 12. iterū vocem Patris, velut tonitruum audierint, nec tū expauerint, nō n. ita rūdet sic: Quoniam solitudo, & altitudo montis ingens, & transformatio plena horroris, lux fulgentissima, profunda nubes, & latior. hæc oīa magnū vndiq; illis pauorem inferebant. Hæc ille. Quasi diceret, tpe baptismi, & qñ audita est vox, velut tonitruus, non interuenerunt hęc, quę in transfiguratione facta sunt. hæc causa non vt difficultatē tollat. na cum vox vt tonitruus facta, & Dei maiestas in baptismo ostensa sint causæ sufficientissimę incutiendi timorē, ac pauorē, merito interrogatur, cur tunc no expauerint, sicut modo. Mihi sī dicendū, id factū ex diuina Prouidentia, quæ pōt eodē obiecto, & timorē incutere, & impedire incussus igitur nūc est timor, quia repræsentabatur hoc mysterio, quod actū est, ac promissum in mōte, in quo data fuit lex, vti sæpe diximus, qñ populus præ timore nolebat vocē Dei audire, acceptauitq; Moysem auscultare, & Prophetā à Deo mittendū audire. Volens ergo Pater ostēdere, me hunc esse illū, de quo olim patrū celebratū est, ea reuocat, q̄ illic interfuerant, nempe Moysen, nōbē, lucē, nubē, & nimium pauorem populi, in hoc pauore Discipulorū repsentans, ac illud idē verbū, quod tunc interuenit, nempe (ipsum audite, Hęc igit est causa, cur vox, ac maiestas Patris pauorē incussit, non aūt in baptismo, nec prope passionis tempus, qñ hæc non significabantur, nec repetēbantur. Immo in baptismo significabatur Christi aduētus pacificus, amoris plenus, non timoris; prope passionem autem cōfortabantur Discipuli, ne timerent ob Christi passionem imminentem.

Cur nūc Discipuli timuerint, cū in baptismo audita eadem voce.

Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his, quæ viderant.

COMMENTARIA.

PEracto trāsfigurationis mysterio, dum descenderet Iesus de mōte, præcepit Discipulis, vt nemini mysterium hoc, quod viderant, notum facerent; non quidem, vt nunquam narrarent, sed vt, surgente, & occasum

Universidad de Deusto
Biblioteca

conseruarent toto passionis tempore, donec à mortuis resurgeret, quod præceptum illi obseruarunt tacentes, & nemini dicentes illis diebus aliquid ex ijs, quæ tunc uiderant.

ANNOTATIO LXXXV.

MAtthæus, & Marcus referunt nonnulla, quæ Lucas prætermisit, dicunt. n. Christum peracto mysterio trãsfigurationis descendentem de monte cum Discipulis illis tribus præcepisse, vt nemini dicerent visionem, donec filius hominis a mortuis resurgeret. Descendentib. inquit, illis de monte, quod intelligendũ est, nõ postquam descenderant, sed dum descenderẽt; tunc. n. erant illi tres soli Discipuli, post descensum vero inuenerunt cæteros Discipulos, & turbam, vt paulo post dĩcit. In Græco ẽt est participium præsentis temporis. Hæc tacuit Lucas, adiungens, quod Matthæus omisit, tacuerunt. s. & nemini dixerunt. Addit Marcus, eos verbũ apud se continuisse, tñ inter se conquisiuisse, quid est illud (donec à mortuis resurrexerit) nondum. n. Christi mortem, ac passionem futuram perceperant, nec intellexerant. Addunt ẽt Matthæus, & Marcus, eos interrogasse Christum, quid est, qđ Pharisæi dicunt, quod oporteat Eliam venire primũ? Cui interrogationi Christus respondit.

Cur Xpſ mysteriũ trãsfigurationis celare tribus discipulis præcepit, vsquequo à mortuis resurgeret.

Hæc aũt oĩa explicare non est instituti nostri, qui Lucã explicãdum suscepimus. Hoc autem non est prætermittẽdum, cur Christus præceperit tribus Discipulis, vt hoc celarent mysterium donec à mortuis resurgeret. Chrysost. hom. 58. in Matthæũ duas adfert causas, vna est, quia populis rudibus id visum esset incredibile, nec Discipuli eis possent tale quid pſuadere, minusq; Christus esse crederetur, si id persuasum esset. Altera est, quia scandalum crucis magis augeretur, dum post tantæ gloriæ ostensionem, passionem, ac mortem sustineret. Has duas causas adferunt ẽt Hieron. in commentario Matthæi, & Victor Antiochenus Mar 9. Euthym. autẽ adducit priorem, & addit aliam, quæ tertia est, nempe magis Iudæos ex hoc exacerbãdos esse. quod si quis obijciat, nõne ẽt post resurrectionis tempus eadem est ratio tacendi? Respondet Chrysost. non esse eandem rationem, nec difficultatem, nã misso Spiritu sancto, & resurrectione multis miraculis confirmata, facilius id mysterium susceptum, ac creditum est. Quod si iterum obijciat, cur saltem Discipulis cæteris hoc mysterium occultari voluit? nam generale est præceptum quantum ad personas, vt nemini dicerent. dico duabus eisdem de causis prioribus id factum est; rudiores enim erant, Christusq; tres, qui capaciores erant, elegit.

Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa.

COMMENTARIA.

SEquenti die ab eo, in quo transfiguratus est, post descensum de mõte, turba multa ei occurrit; sciebant. n. in monte eum illa nocte permansisse, illucq; uẽturum, quia uidebant Discipulos, qui remanserant, expectantes, ut hĩ ex Marco. Appellat autẽ sequẽtem diẽ, qui proximè sequebatur noctem, in qua transfiguratus est.

ANNOTATIO LXXXVI.

GRęcè (Descendentibus) participiũ est præteriti, ad significandum, postquã descenderant de mõte turbam occurrisse; illud aũt participium apud Matthæum, quando dicitur, descendentibus de monte, præcepisse, ne cui dicerent, est præsentis, vt significaret, non post descẽsum, sed inter descendendum, illud præcepisse tribus Discipulis, vti in præcedenti Annotatione diximus.

Et ecce vir de turba exclamauit: dicens:

COMMENTARIA.

NArrat Euangelista miraculum, quod Christus post montis descensum fecit. Ecce, inquit, cum Dominus descendisset de monte, accessit setq; Discipulis, & turba ei occurrisset, unus uir de turba ad eum ueniẽs exclamauit, dicens.

ANNOTATIO LXXXVII.

MArcus distinctius, ac copiosius hanc connexionem historiæ describit, sic inquiens: Veniens ad Discipulos suos (post mõtis nempe descensum) Vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes

Series rei gestæ, & cõsensus Euangelistarũ.

rentes cũ illis, & confestim videntes Iesum stupefacti sunt, & expauerunt, & accurrentes salutabãt eũ, & interrogauit eos: Quid inter vos conquiritis? & respondens vnus de turba dixit. Hęc Marcus. Græca habent, interrogauit Scribas, sicque Euthymius legit, legit etiam, interrogauit Scribas: Quid conquiritis aduersus eos? Scilicet Discipulos Christi? Non sunt contraria Græca Latinis, sed explicatoria. Ex his Marci verbis deducitur, hunc virum exclamasse ad interrogationem illam Christi: Quid inter vos cõquirins? Iste de turba exponit, de quo cõquirebant Scribæ cum Discipulis, ob id Marcus dicit: Respondens vnus de turba: merito aũt respõdit, quia conquisitio erat de eius facto; attulerãt enim filium suum ad Discipulos Domini, vt ab eis sanaretur, ipsi vero sanare non potuerunt, ideirco orta est conquisitio Scribarum cum Discipulis, hoc tempore accessit Christus de monte descendens, videnſque Scribas simul cũ Discipulis conquirentes, interrogauit, dicens: Quid inter vos conquiritis? Cum aũt nec Scribæ, nec Discipuli respõdissent, interrogationem hanc audiens homo ille accessit respondens, & non tantum respondens, sed simul etiam deprecans, ac rogans Christum, vt filium eius sanaret, ideirco respondit exclamando. Matthæus autem addit: Accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: hæc est series huius contextus, & cõcordia Euangelistarum in hac parte. Notat autem Euthymius apud Marcum turbam videntem Christũ, quando de monte descendit, expauisse, aut propter accessus opportunitatem; quasi præco cognouerit Christus Scribarum inuasionẽ, ideoq; ad Discipulorum auxilium venerit, aut propter splendorem vultus eius: nam verisimile arbitratur à trãsfiguratione gratiam quandam cõtractam esse. Hoc autem examinare ad locum Marci potius spectat, ideo retulisse satis esse duxi.

Magister, obsecrote, respice in filium meum.

COMMENTARIA.

ROgat, vt respiciat filium, id est adiuuet, & consideret miserias, ac calamitates, quas patitur; hoc enim est vnum ex ijs, quæ mouent ad misericordiam, nimirum si quis oculos conuertat ad eorum, qui patiuntur afflictiones, & mala. Excitare enim ista solent corda, ad compatiendum, & subueniẽdum. Psal. 22. Deus Deus meus respice in me. Psal. 30. Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animã meam. Threno. 1. Vide Domine, quoniam tribulor; conturbatus est venter meus. Quoniã verò non semper, qui aliorũ miserias videt, ad miserẽdum, & subueniendum excitatur, quod ẽt in Deo reperitur, id circo adiecit: Miserere filio meo, quod Lucas prętermisit; Matthæus aũt retulit, ac Psal. 24. & 85. respõdet: Respice in me, & miserere mei. Magistrũ autẽ appellauit, causam tacitè insinuãs, cur ad eum venerit, quia nimirum Discipuli non potuerant sanare filium. Venit ergo ad magistrũ, cuius virtus maior futura credebatur, quia Magister maior est Discipulo. Iuxta Matthęum Dominum ẽt vocauit, honoris gratia; honore. n. afficimus eos, à quibus impetrare aliquid intendimus.

ANNOTATIO LXXXVIII.

HVius miraculi Matthæus, Marcus, & Lucas mentionem faciunt, in quibus nonnulla verborum diuersitas, contradictio vero, aut repugnãtia nulla reperitur, Matthæus sic habet: Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patiẽ, nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam; & obtuli eum Discipulis tuis, & nõ potuerunt curare eum. Hæc ille. Marcus vero sic scribit: Magister attuli filium meum ad te, habentem Spiritum mutum, qui vbicunq; eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit, & dixi Discipulis tuis, vt eijcerent illum, & non potuerunt. Hæc Marcus. Lucas autem noster sic refert: Magister obsecro te, respice in filium meum, quia vnicus est mihi, & ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit, dilanians eum, & rogaui Discipulos tuos, vt eijcerent illum, & non potuerunt. Hæc Lucas. ista omnia cõsona sunt, quod ijs vnus Euangelista omi

Concordia Euãgelistarum in hist. miraculi narratione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit, alius expressius. Quis ergo huius viri ad Christum sermo ex tribus Euangelistis collectus, hic est, Magister, & Domine attuli filiu meum ad te, obsecro te, respice in eu, & miserere ei, quia vnicus est mihi, & male patitur, habet spiritum mutũ, & vbicunque apprehenderit eum, subitò clamat, & elidit, ac dissipat eum cum spuma, stridet dentibus, & arescit, sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam; & vix discedit dilanians eum, dixi; & obtuli eum Discipulis, & rogaui eos, vt ejicerent illum, & non potuerut curare eum. Hæc sunt, quæ vir ille locutus est. Vnum tũ aduertendum est, illa verba Matthæi (sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam) dicta esse ab hoc viro, postquam a Christo interrogatus est, quantum temporis est, ex quo hoc ei accidit? quam interrogationem Matthæus non narrauit, ideirco continuxit hæc verba cum alijs; at Marcus mentionem illorum faciens, retulit ea suo loco, nempe quando interrogatus est de tẽpore; tunc.n. respondit, ab infantia, & frequenter eum in ignem, & aquam misit, vt perderet eum. nisi dicamus Marcum nõ seruato ordine ea scripsisse, tũ prius est multo probabilius, & accommodatius. Verba viri huius tã multa patienter Christus audiuit, nec sermonem interrupit loquentis, non vt ipse nosset miserias illius, qui omnia sciebat, sed vt circunstantes omnes intelligerẽt, eisq; essent manifesta, vt sic magnitudine miraculi fumi eu agnoscerent, ac ad credendum inducerentur. Itaque etiã daret nobis exemplum, aures calamitates suas enarrantibus prębẽdi. Sunt enim, qui voces pauperum, & afflictorum exponentium, quæ patiuntur, nolunt, aut ægre ferunt, audire.

Quia vnicus est mihi.

COMMENTARIA.

Exponit vir iste causas, cur petat misericordiam Christi erga filiũ eius, quæq; permouere possent Christum ad eam faciendam. Prima autem est, quia vnicus (inquit) mihi est, nec alium habeo. Hoc quamuis ad miseriam ac calamitatem vtriusq; spectat: nam Patri miserum erat filium vnicũ habere, & hunc tanta infirmitate oppressum, miserum etiam erat illio, cũ vnicus esset Patri, sanitate carere, tamen magis ad patris miseriam pertinet: nam maior est calamitas Patri nõ habere nisi vnicum filium, quam filio non habere fratres, & esse vnicum patri suo. Vnde supra de filio viduæ dictum est, vnicũ fuisse matri, quia hoc matrem miserabiliorem efficiebat.

Et ecce spiritus apprehendit eum.

COMMENTARIA.

Hæc est secunda causa, nempe filij miseriæ, & calamitatis, quarũ vna est, quia (inquit) hic filius meus à spiritu malo vexatur. Particula (ecce) non solum indicat magnitudinem vexationis, quasi diceret grauissime torquetur, sed etiam repentinam, & inopinatam; non.n. continuo, aut certis locis, aut temporibus vexatur, sed inexcogitata accidit ei vexatio.

ANNOTATIO LXXXIX.

Apud Marcum legitur, hunc puerũ habuisse spiritũ mutũ, dr aũt mutus ab effectu, quia loquelam pueri impediebat, efficiebatque ne loqui posset. Est enim hoc in loco dubitatio, an quod Matthæus refert, nempe, Lunaticus esse, sit idem quod Matthæus, & Lucas dicunt, habuisse spiritum malum. Non enim desunt quidam recentiores, affirmantes esse diuersa, nempe hunc puerum laborasse duplici morbo, nẽpe naturali. qui ex causis naturalibus, vt ceteri morbi, prouenichat, qui dicitur Lunaticus, & comitialis, quia certis lunæ mutationibus incrementa suscipit, vltra hunc etiam laborasse dæmonis vexatione. At si verba Euangelica attente discutimus, comperiemus unicum fuisse morbum, nempe Lunaticum, & à spiritu vexationem, non quod semper, qui morbo comitiali, aut lunatico laborant, vexentur a dæmone, cum ex naturalibus causis iste morbus prouenire possit, sed quod hic puer dictus sit lunaticus ex vexatione dæmonis, non qualicunque; non.n. omnes a dæmonio vexati dñi lunatici, sed ij, qui vexantur certis lunæ mutationibus ad similitudinem eorũ, qui naturali morbo lunatici sunt. Matthæus.n. non solam vexationem dæmonis explicuit, sed qualitatem, & ideo lunaticũ appellauit, in primis non semper Lunaticos

Ad quæstionem Matthæi de puero vexato, solutio. Lunatici esse dicti, qui certis lunæ mutationibus incrementa suscipiunt.

cos à dæmone esse vexatos; sed aliqui naturalibus de causis cum morbum accidere, deducimus ex Matthæo c. 4. vbi sic habet: Obtulerunt ei oẽs malè habentes, varijs lãguoribus, & tormentis comprehensos; & qui dæmonia habebant, & Lunaticos, & paralyticos, & curauit oẽs. Ecce hoc in loco Lunatici distinguuntur ab habentibus dæmonia, & cum paralyticis numerantur, cæterisq; languentibus, quod & Euthym. eo in loco notauit, licet Matth. 17. aliter senserit, sententiamq; mutauerit. Quod autem in hoc puero Lunaticus morbus non naturali causa, sed à dæmone prouenerit, verba Euangelii probãt, nam inquit Matthæus: Lunaticus est, & sepè cadit in ignẽ, & crebro in aquã. Marcus aũt hæc eadem tribuit spiritui malo: nam de eo loquens ait: Misit eam in ignem, & in aquam, vt perderet eum. Si quod Matthæus Lunatico morbo tribuit, hoc Marcus Spiritui adscribit, concluditur Lunaticum morbum à dæmone prouenisse. Accedat ẽt, quod dr à Matthæo: Exijt spiritus ab eo, & curatus est puer ex illa hora. Si igitur dæmonis ejectione puer sanitatem recuperauit, consequitur nõ naturali morbo, sed sola dæmonis vexatione laborasse. Hæc sententia est antiquorum Patrum, Chrysost. hom. 58. in Matth. Noli turberis, inquit, si Lunaticus est a, quibus. Patris.n. de nomine hæc vox fuit. Cæterum & Euangelista multos Lunaticos curatos fuisse alibi ait, à communi consuetudine eos nominans: vt.n. clemẽto illi ac luminari dæmones detrahãt, secundum lunares cursus aggrediuntur, & remittũt homines, vnde hæc falsa opinio apud multos conualuit, quod Luna varietate sui cursus operetur, quod minimè verum est. Hæc Chrysost. Idẽ habet Hieron. Matth. 4. & 17. & Orig. tract. 4. in Matth. qui Lunaticum morbum à dæmone prouenisse affirmant. Quorum sententiã ego probo, maximè in hac parte, quãtum ad probo, maximè in hac parte, quãtum ad hunc puerum, quod verò generaliter nullus sit morbus comitialis, nisi à dæmone, nec Lunam sua mutatione morborũ causam inducere non recipio, nec puto verũ, nec fieri posse cum experimentis infinitis naturalibus, quæ & Philosophi, & Medici sapienter notarũt. Satis sit nunc nobis hîc Lunaticum dictum à dæmonis vexatione, quam certis Lunæ cursus temporibus hic puer patiebatur.

Et subito clamat.

COMMENTARIA.

Vexationis magnitudinem explicat per varios dæmonis effectus illatos in puerum, vt magis ad miserẽdum excitet Christũ. Subito (inquit) clamat, i. statim, ac à dæmone arripit, clamores edit. Nõ quidem voces formabat: nam vt ex Marco hẽ, mutus erat Spiritus, & loquelã pueri impediebat, sed emittebat voces inarticulatas, quales sæpe qui clamant, ac animalia bruta etiam emittere solent, & muti etiam homines.

ANNOTATIO XC.

Clamor iste põt referri vel ad ipsũ puerum, qui præ tormento, ac vexatione clamat, vel ad ipsum Spiritũ qui per puerum ingentes mouet clamores, quibus & audientibus magnam infert molestiã, & puerum ipsum animio conficit labore. Hoc posterius mihi probabilius est. Est aũt Hebraismus, clamat. id est, clamare facit.

Clamor vel ad puerum, vel ad dæmones & puerum clamans potest referri.

Et elidit, & dissipat eum cũ spuma.

COMMENTARIA.

Prosequitur exponere vexationẽ pueri a spiritu illatã: Elidit, inquit, eum, i. caput, cæteraq; membra terræ illidit. Præterea dissipat eũ, seu discerpit, membrorum conuulsione, & agitatione; addit cum spuma, i. spumat haliuam ex ore mittens: solent hęc accidere ijs, qui morbo comitiali laborãt, quæ in hoc puero tãto vehementiora erant, quanto à potentiori causa, nempe spiritu malo, procedebant.

ANNOTATIO XCI.

Græcè non hẽ illud verbum, Elidit, sed tãtum συσπαραττει, id est, discerpit, seu dissipat, paulo tũ inferius Lucas vtroque vtitur verbo. Est autem in hoc loco apud Marcum ῥησσει, id est, illidit. Est etiam apud eundem Marcum verbum, Spumat. Lucas verò nomine vsus est, nempe cum spuma. Nec sunt idem, elidit, & dissipat, seu discerpit, ut quidam recentiores putant: nam discerpere, spectat ad membrorum conuulsionem, violen-

Superioris sententiæ explicatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta,& forti agitatione effectam. Illidere verò,seu elidere,ad quandam membrorũ ad terram deiectionem,ac percussionẽ. Adiũgit autem Marcus,stridet dentibus,& arescit,id est,efficitur, sine sensu,quasi mortuus,vt quidam interpretantur,mihi verò aliud significare hoc verbum vr,nẽpe contabescit, ac virtus naturalis imminuitur, manctq; languidus,ac viribus destitutus.

Et vix discedit dilanians eum.

COMMENTARIA.

DIuturnitatem vexatiõnis explicat: Vix,inquit,discedit ab eo dilanians eum,i. non discedit,nisi relinquat eum velut dilaniatum,& contritum præ nimia vexatione,& adhuc vix discedit,nimia vexationis prosecutione.

ANNOTATIO XCII.

GRæcè est participium σωγιζον à verbo σωγίζω,i. cõtero, vulgatus vertit,dilanians,quod nõ ad alium distinctum effectum refertur, sed ad supra narratos;significat n.clamore,illisione, dissipatione,stridore,& arefactione puerũ effectum quasi contritum, & comminutum, omnibus membris internis,& externis,vexatis,& afflictis. Aduerte aũt hunc discessum dæmonis à puero non solũ esse, quia cessabat tunc vexare eum,sed ẽt quia re ipsa exibat à corpore illius; non.n.continuo manebat,sed ad tempus recedebat,& ad tẽpus redibat ad vexandum,quamuis accidat multoties,vt in hominum corporibus permanentes spiritus aliquando vexent, aliqñ à vexatione desistant: at in hoc puero non sic factum est, sed ad tempus egrediebatur spiritus à corpore,& ad tẽpus redibat ad vexãdum,quamuis accidat multoties,vt in hominum corporibus permanentes spiritus aliqñ vexent,aliqñ à vexatione desistant: at in hoc puero non sic factum est,sed ad tempus egrediebatur spiritus à corpore,& ad tempus rediens intrabat, q̃ Marcus significauit referens verba Christi,quibus puerum sanabat. Increpãs ergo dæmonem,dixit: Ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius nõ introeas in eum, insinuans solitum esse dæmonem aliquando exire à puero,aliquando reuerti.

Discessus ille dæmonis à puero quemodo intelligẽdus.

Et rogaui Discipulos illos vt ejicerent illum non potuerunt.

COMMENTARIA.

CAusam vir iste, cur puerum ad Christum attulerit,quia inquit, rogaui tuos Discipulos vt rogarẽt ejũ, & non potuerũt curare. Soliti erant Discipuli dæmonia à corporib ejicere; supra.n.in principio capitis dictũ est: Dedit eis potestatem super oĩa dæmonia,idcirco homo hic Discipulis obtulit puerum curandum, maiorẽ tñ de Christo cõceperat opinionem, vtpote Magistro, & in cuius noĩe Discipuli eijciebant dæmonia,ea de causa quẽ Discipuli nõ potuerunt curare,magistro obfert curandũ,quamobrẽ vt supra diximus. Magistrum appellauit. Cur autem Discipuli curare hunc nõ valuerunt,inferius explicabitur.

Respondens dixit.

COMMENTARIA.

HOmo iste Christi in filium suũ misericordiam petiuit: eius calamitatem,ac vexationem multiplicem exposuit; Discipulos Christi non potuisse sanare eũ rogarentur,fassus est. Christus ad singula hæc respondet.

ANNOTATIO XCIII.

MAtthæus, & Lucas scribũt Christum rñdisse, ad quem tñ responsionem direxerit,non explicuerunt: at Marcus distinctius scribens inquit; Respõdens eis dixit: Quæ sña in Latinis exemplarib. hẽ in plurali,scilicet,Respondens eis. Græca verò legunt in singulari,nempe respondens ei,s. homini,qui petebat,& loquebatur pro filio. quam lectionem sequitur Euthym. Et verba Matthæi sic ẽt interpretatur Hieronymus,quasi vni illi homini Christus sequentia rñderit. priori lectioni fauent verba sequentia apud Matthæum,& Marcũ: Afferte,inquit, illum ad me, quod uerbũ indicat Christum ad plures respondisse; posteriori verò lectioni consonant vnidictum est. Quæ quidem nouam inducunt difficultatẽ, nẽpe qũo Lucas narret Christum dixisse: Adhuc filium tuũ, cæteri verò scribant dixisse; Afferte illum: dici põt vtramq; lectionem veram esse: nã Christus loquebatur cum illo hoĩe, ideò verum est respondisse illi. sermonem aũt dirigebat ad turbas. nõ credentes, sicq; verum est respondisse illis. De dubio aũt quomodo cõcordantur ista. Affer filium tuum,& affer te illũ, paulo inferius tractabimus, & hęc omnia consona sunt.

Couenientia Euangelistarum.

O generatio infidelis,& peruersa.

COMMENTARIA.

QVamuis homo iste cum aliqua fide accesserit Discipulis Domini; nisi n. credidisset eos sanare potuisse, vtiq; nõ rogasset; tñ ea fides debilis fuit, tum quia no admodũ firmiter vt debuit, id credidit: tum ẽt; quia cum vidisset filium suum non esse sanatum, statim id Discipulorum imperitiæ ad scripsit, nec cogitauit culpa propria ipsius, aliorũue id euenire potuisse; non enim qđ non facit homo, id se euenire, quia non põt. Nec solus iste homo ĩ hoc crimine fuit, sed ẽt multi ex turba, & Scribis, ac Phariseis, qui tũc aderant, quorũ incredulitas non contra Discipulos solos erat, sed ẽt ĩ Christum magistrũ redũdabat, idcirco Dominus audiens verbũ hominis illius (Non potuerũt sanare) & infidelitatẽ eius, ac Iudæorum consideraus, exclamat in eos, vt ad fidẽ illos induçat. O generatio, inquit, infidelis, & peruersa. Infidelis quidem, q̃ argumẽtis multis conuicta ad credendum, adhuc nõ credit. Peruersa verò. i. praua, acdistorta, quæ non intendit, nec intuetur ea, quę debet, auersam habens mentem à verò scopo. Generatio aũt, quia nõ p̃ sentib, solis hoc uitium fuit, sed corũ ẽt progenitoribus commune; erat.n. populus Iudæorũ Deo semper incredulus, & contumax, unde Act. 7. dicebat Stephanus: Dura cervice, & incircumcisis cordibus, & auribus, uos semper restitistis Spiritui sancto, sicut Patres uestri, ira & uos: hac igitur de causa Christus generationem appellat infidelem, & peruersam, ut uitium præsentium magis reprehendat.

ANNOTATIO XCIV.

NOtant Chrysost. hom. 52. in Matth. & Victor Antioch. Christum, ne cõturbaret hoĩem illum, & in desperationẽ adigeret, generaliter sermonem reprehensionis ad vniuersum Iudæorum genus direxisse; credibile.n. est. multos ex præsentibus commotos fuisse, maleq; de Discipulis cogitasse. Hæc rectè notata sunt. An aũt ab hoc numero Iudæorum Discipuli excipiãtur, non explicant hi Doctores. Hilarius verò can. 17. in Matt. ad solos Discipulos rẽ referet reprehensionem, quasi absente Domino non crediderint sanare posse. Mihi probabilius est Iudæos fuisse reprehensos simul, & Discipulos, nõ quidem oĩs; nam tres eorum primi cum Christo in monte erant, qñ homo iste filium attulit Discipulis sanandum, inducor aũt ad hoc opinandum, de Discipulis quidem, nam postea Christus eos infidelitatis arguit, & in ipsorum incredulitatem retulit, qđ puerum non sanauerint. De Scribis aũt certum est, qui ideirco conquirebant cum Discipulis Domini. De multis aũt ex turba insinuat, cum dicit Christus eis: Afferte eum huc, Communis igitur est reprehensio, sicut & infidelitas, quod sola sequens apertè indicat. Dominus.n. vt Discipulorum bonam opinionem apud turbas ẽ uerearet, ne Iudæorũ sermonibus contra Discipulos consentire videretur, noluit distincte eos infidelitatis arguere, eaq; de causa Iudæos generaliter reprehendit, quorum maior, atq; prehensibilior erat in. delitas.

Reprehẽsio hæc Christi ad quos referatur.

Vsquequo ero apud vos.

COMMENTARIA.

QVanta sit Iudæorũ infidelitas, ac peruersitas explicat, duritiẽ, ac tarditatem eorũ ad credendum arguens: Vsquequo, inquit, ero apud uos, i. signa, & argumẽta operibus, ac uerbis sufficientissima, & abundãtissima de diuobis, quib. potuistis, & debuistis iam diu credidisse, quid amplius expectatis? quamdiu me apud uos manere uultis? Exemplũ est: Si magister in Discipulum negligentissimum, & cẽties repetitis doctrinæ præceptis, nondum proficientem, inuectus dicat: Vsquequo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quequo ero tecum, quamdiu te docebo? Non quod Dominus tædio superatus sit; aut in furoris verba prorumperit, sed quod nimiam Iudæorum duritiem, ac peruicaciam significet, hæc verba profert.

ANNOTATIO XCV.

Superiora Domini verba magis explicãtur.

MAtthæus quousque ero vobiscum? Marcus hēt, Quamdiu apud vos ero? eundem sensum faciunt cum Luca. Chrysost. hom. 58. in Matth. interpretatur Dominum hisce verbis ostendisse, quam mori sitiret. quantumq; ad Patrem redire desideraret. Non videtur hæc explicatio accommodata satis: nam Christus solum intendebat ostendere Iudæorum nimiam incredendo tarditatem, ac duritiem, vnde nõ ex mortis propriæ desiderio hæc verba procedebant, sed potius ex quadam iusta, & sancta indignatione non contra personas, sed contra vitium earum, vt in exemplo posito in commẽtario explicatum est. Euthymius in Matthæum dicit Christum esse indignatum, ac mortem quæsiuisse, eo, quod illi essent in infidelitate immedicabiles. Hæc expositio qua parte continet, Christum indignatum esse contra infidelitatem Iudæorum probanda est, qua parte vero in ea dicitur, Christum mortem quę siuisse, non videtur, accommodata vt diximus de expositione Chrys. Adde etiam, quod non omnes Iudæi immedicabiles erant; crediderunt enim multi. Hieronymus autem dicit Dominum ad modum medici operam perdentis in infirmo ipsius culpa, iratum vitio non homini hæc dixisse. Hieronymi verba sunt: Non quod tædio superatus mansuetus, ac mitis, qui non aperuit, sicut agnus coram tondente, os suum, nec in verba furoris eruperit: sed quod in similitudinem medici, si ægrotũ videat contra sua præcepta se gerere, dicat vsquequo accedã ad domum tuam? quousque artis perdam industriam, me aliud iubente, te aliud perpetrante? in tantum autem non est iratus homini, sed vitio, & per vnum hominem Iudæos arguit infidelitatis. Hæc Hieron. Huic expositioni accedit ea, quæ in commentario posita, alteroque exemplo illustrata est.

Et patiar vos?

COMMENTARIA.

NOn solum erant Iudæi ad credẽdum tardi, ac in infidelitate pertinaces, sed etiam erant Christo molesti, verbis, & factis iniuria eum afficiẽtes, eumque persequentes, quæ omnia tolerabat patientissime Christus propter eorum salutem, expectans resipiscentiam ipsorum, ac fidem. ob id dicit: Vsquequo patiar vos? Molestias mihi illatas à vobis, quamdiu pro vestra salute sustinebo? Non quod impatientia aliqua Christus teneretur, hoc dicit, sed quod nimiam Iudęorum ingratitudinem, ac iniquitatẽ argueret, qui non solum Magistro continue docenti non credebant, sed etiam pro eorum salute multum laboranti insultabant. Hæc sententia respondet illi, O generatio peruersa, sicut prior illi, O generatio infidelis, quasi diceret: Vsquequo expectabo vestram incredulitatem, & sustinebo vestram peruersitatem? Exemplum. Si ille Discipulus, de quo in commentario præcedenti diximus, non solum non disceret, magistro omnem operam adhibente, sed eundem etiam magistrum afficeret iniurijs, tunc diceret magister, quousq; te docebo, & quousq; te patiar?

ANNOTATIO XCVI.

CHrysostomus hom. 58. in Matt. notat Christum his verbis ostendisse, qđ non sibi esset tã molesta passio sua, quam cum huiusćemodi hominibus conuersatio. coniuncta est hæc expositio cum expositione præcedentis snię at vt ibi nos diximus, nihil de morte, ac passione sua Christus in vtraq; ista snia significare intendebat, sed tm infidelitatẽ, ac peruersitatẽ Iudaicã nimium cõtinuatam, ac pertinacẽ indicare.

Adduc filium tuum.

COMMENTARIA.

NE Xps videretur tędio affectus, ac illorũ incredulitate, ac puersitate superatus, cũ re vera non esset, ad misericordiã se cõuertit, ac eos ad credendũ excitare prosequit, miraculo facto, quo nõ solũ Patris ac filij misertus est, sed etiã ad credẽdũ, & ipsis & cæteris Iudæis efficacissimũ præbuit argm. Adhuc (inquit) filium tuũ, significans se velle eum sanare. Erat aũt filius remotior à Christo, quã pater, qui propius accesserat ad loquẽdum, ideir co Dns dicit: Adhuc filium tuũ. Non autẽ dixit statim, sanus sit filius tuus, sed adduci ad se iussit: tũ vt se miraculi auctorem magis ostenderet: tũ vt patris, & filij modicam fidem prius detegeret, ac efficacius fieret miraculũ, tã ipsis, quàm cæteris ad credendum.

ANNOTATIO XCVII.

Concordia inter Euangelistas et rei gestæ series.

DIfficultas est, qũo hæc sententia cõcordet cũ illa, quæ est apud Matthæum, & Marcum, referunt n. Christũ dixisse: Afferte huc illum ad me, & Marcus addit (& attulerunt eum.) Quę verba ad turbam referuntur, non ad solum patrem, vt videtur Lucas dicere. Nec rideri põt numerũ pro numero positum, vt aliquando Scriptura facere solet: nam verba cętera sunt dissimilia, nępe; Adhuc filium tuum, &, Afferte illum, diuersisq; cõuenire videntur, ideirco dicendum est, vtrumque à Christo dictum esse. quod vt explicetur, rei gestę series nota nda est. Primo quidem Christus tulit patri pueri, vt filium adduceret, quod Lucas dicit. Adduc filium tuum, quod ille fecit, reuertens ad locum, in quo puer erat, dum puer adduceretur ad Christum, tunc elisit illum dæmoniũ, & torquere incępit, impediebat n. dęmon, ne propius accederet, timens Christi virtutem, quam contra eum exercendam non dubitabat, quod etiã Lucas statim narrat, dicens: Et cũ accederet, elisit illum dęmonium, & dissipauit, est. n. notandum participium Græcum presentis temporis προσερχομένου, cum venit, eo ac cedẽte, quod significat accessus continuationem, ac si diceretur: Cum adhuc accederet, sic enim quidam verterunt, legiturque apud Euthymium, quod Christus videns, dixit adstantibus. Afferte illum ad me, i. facite, vt prope accedat; non enim solus pater virtutem dęmonis resistentis poterat superare, ideirco Dns turbæ, vt auxilium præstaret, præcipit. Et hoc est, quod Matth. & Marcus dixerunt, sicq; concordia in hac parte inter Euangelistas manifesta est.

Et cum accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit.

COMMENTARIA.

DVm puer à patre adduceretur, dęmonium elisit illum, in terrã prosternendo, & corporis membra ad terrã allidendo. Dissipauit etiã eum, i. laceranit, seu dilaniauit, quod ad internam vexationem, & dolorem membris incussum refertur. Ex vna parte intendebat dęmon impedire quo minus accederet Christo: Ex altera vero diuina prouidentiã id permittebat: tũ ob pueri paruam fidẽ, quia minus quàm parerat, credens, accedebat: tum vt morbi vi cognita ab omnibus euidentior fieret virtus, ac diuinitas sanantis, & ad credendum potentius excitarentur.

ANNOTATIO XCVIII.

MArcus habet, cum vidissent eum, nępe cum puer vidit Iesum incipiens accedere, tunc dęmon conturbauit eũ, & elisus in terram volutabatur spumans. Hęc Marcus. Annotatione autem præcedenti notauimus Græcè illud: Cum accederet, esse participium presentis, significariq; actionem nondum consummatam, s. dum accederet, seu cum adhuc accederet, quod aduertendum est, & ad concordiam Euangelistarũ, & ad sensus explanationem, receptamque rei gestę intelligentiam. Moralis doctrina traditur, dęmonem quantum potest, impedire conatus eorum, qui Christo accedere, & eius fidem recipere, ac præcepta amplecti volũ: illius tn conatus Deus infirmat, & ad maiorem sui gloriam profligare facit.

Et increpauit Iesus spiritum immundum.

COMMENTARIA.

REprehendit Christus dęmonem, quasi iniqua voluntate vexãtem puerum, ac impedimenta ponentem, ne accederet ad sanitatem recipiendã: dicitur autem spiritus immũdus, quia immunditiæ proprij peccati maculatus est, & quia homines ad peccatorũ immundities incitat, & solicitat.

AN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO XCIX.

PRætermiserũt Lucas, & Matthæus, quo Marcus distincte, & copiose narrat; post quã. n. turbæ cum Pueri patre attulerunt puerum a dæmone conturbatum, & vexatum, inquit Marcus. Christus interrogauit patrem, quantum temporis est ex quo hoc ei accidit: at ille ait ab infantia, & frequẽter eum in ignem, & in aquam misit, vt eũ perderet (sed) si quid potes, adiuua nos misertus nostri Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Ecce continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo Dne, adiua incredulitatem meam: & cum vidisset Iesus cõcurrentem turbã, cõminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde, & mute Spiritus ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eũ. Et exclamãs, & multũ discerpãs eũ exiuit ab eo, & factus est, sicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manu eius eleuauit eum, & surrexit. Hæc omnia Marcus.

Quorũ explicationem prætermittimus, tũ quia aperta sunt, tũ quia ad institutum nostrũ nõ vtile facere, qui Lucã interpretamur.

ANNOTATIO C.

Increpare quid significet.

SVnt hoc in loco aliquot dubitationes explicãdæ. Prima est, quid verbũ increpandi significet, licet. n. supra id explicuerimus, breuiter tñ aliqua repetenda sunt. in primis Græcè est verbũ ἐπετίμησεν, quod idẽ est apud Marcũ, & Matthæũ. hoc aũt loco interpres vertit (increpauit) similiter in Matthæi versione: apud Marcũ dr: Cõminatus est. Euthymius in cõmentarijs Matth. explicat idẽ significare, quod (præcepit) cui expositioni fauere videtur, quod Marcus scribit; cum. n. dixisset (comminatus est spiritui immundo, dicẽs) statim explicãs quę sit comminatio, seu increpatio, adiunxit, (Surde, & mute spiritus, ego præcipio tibi) igitur increpatio, seu cõminatio fuit præceptum illud, quo præcepit dæmoni exire ab hoĩe. At verò, magis placet, vt ĩ hoc loco acceptum sit pro (obiurgauit) seu reprehendit, ac increpauit, idque cum quadã maiestate, ac potestate, ideo dicitur, quod cõminatus est, in eaq; obiurgandi significatione interpretatur Hieronymus in cõmẽtarijs Matthæi. locus autem Marci pro hac expositione facit: nam verba exprimut, de quo sit reprehensus a dæmon: Surde, inquit, & mute spiritus, quasi diceret, de hoc te arguo, & increpo, quod mutum, & surdum feceris puerum hunc: postea additur præceptum (ego præcipiu tibi) quod ad explicationem præcedentis cõminationis, seu increpationis pertinet; si. n. id intẽderet, vsus esset eodem verbo: at latine, & Græcè, illa (comminatus, & præcipio) distincta sunt verba.

ANNOTATIO CI.

Quis fuerit a Christo increpatus spiritus malus, & puer ab illo vexatus.

ALtera dubitatio est, quis sit iste, qui increpatus sit à Domino. Difficultas autem non est apud Matthæũ, & Lucã; aperte. n. dicunt spiritũ immũdũ, seu increpatũ apud Matthæũ vero ambiguus est sermo: nã dr, increpauit illum. Quod relatiuum Græce potest referri ad dæmonẽ, & ad puerum. Latine vero ad solũ puerũ refertur; nã sic habetur. Afferte illũ ad me, & increpauit illũ, & exiit ab eo dæmoniũ. Cõstat aũt non esse eiusdem generis reuelationũ illum) & (dæmoniũ) præterquã quod cõiunctus est sermo (Afferte illũ, & increpauit illum) qui puero solo conuenit. Adde etiam quod non præcessit aliud antecedẽs, nisi (si lio meo.) Hac de causa varii sunt Doctores. Primo loco Theophilactus Matth. 17. ad solum puerum refert. Secundo loco Hilar. can. 17. in Matth. ad solum dæmonem. Tertio loco Hieronym. in verbis Matthæi, vtramque complectitur interpretationẽ, de priori, i. quod dæmon sit increpatus, inquit sic: Non ille, qui patiebatur, debuerat increpari, quasi velit Hieronymus dare rationem, cur non puer, sed dæmon sit increpatus, quia ille patiebatur, hic autem agebat de posteriori subdit (inquit) increpauit puerum, & exiit ab eo dæmon, quia propter peccata sua à dæmone fuerat oppressus. Quarto loco Euthym. verba Matthæi ad solum puerum refert, fatetur tamen vtrumque increpatum, nempe dæmonem, & puerum; illum apud Lucam, & Marcum; hunc verò apud Matthæum; dicit. n. vtrique Christum præcepisse (sic. n. Euthymius verbum Græcũ interpretatur, vti supra diximus; dæmoni quidẽ vt exiret puero, vt respiceret. Huic ultimæ expositioni fauent verba Euangelistæ: nam cum dicit apud Matthæum increpauit illum, nõ præcessit antecedens aliud, nisi quod de puero dictum est, afferte illum ad me. Hoc tamen argumentũ non est multum efficax, quia phrasis Hebræa est, præponere relatiũ antecedẽti, sicq; dictum est, increpauit dæmonẽ, & ille exiit à puero. Quod autẽ me magis mouet, est auctoritas vulgati interpretis, apud quẽ non potest accõmodari hæc phrasi, cũ relatiuũ sit fœminini generis, dæmonium autem neutri, vnde necesse est ad solũ puerũ referri verba Matthæi. Adde etiam quod ista Hebræa phrasi non vtitur Scriptura, qñ ambiguus sermo efficitur, & describitur cõmunis sensus, cũ. n. sciemo præcesserit de puero, non debuit relatiuum præponere antecedenti sequenti: quia tunc refertur ad id, quod præcessit. Propterea existimo reprehensionem cõem fuisse, & puero, & dæmoni: puero ob modicam fidẽ eius, dæmoni vero pp iniquã vexationem, vti diximus in cõmẽtario. Interpretationẽ pueri Matthæus retulit, dæmonis aũt Marcus, & Lucas, sicq; cõsentio Euthymio. Vtrãq; reprehensionẽ etiã Hieronymus probat, in hoc diuersus ab Euthymio, q verbis Matthæi applicat, quamuis non id distincte scribat, & fortasse ad Marcum, & Lucam respexit. Difficultas aũt occurrit, si puer ob paruam fidẽ eius vexatus est, quare dæmon reprehenditur? Respondeo Deũ iuste puerum ob paruam fidẽ passe permittendo dæmoni, vt vexaret, dæmonẽ vero inique egisse, qa mala voluntate id exequebatur, non ex zelo iustitiæ, sed ex odio contra hominẽ, non vt voluntati Dei obediret, sed vt noceret. de qua re plura diximus in comment in Ioan. fuisse aũt pueri increpulũ, affirmat Euthy. Mar. 9.

Et sanauit puerum.

COMMENTARIA.

NOn ad solam dæmonis eiectionem hoc spectat, sed etiã ad libẽnem à malo, quod dæmon exiens puero intulit, vt. n. ex Marco habemus exiit dæmon mutum discẽpens puerũ ita, vt factus esset velut mortuus, & multi dicerent, quia mortuus est.

ANNOTATIO CII.

MAtthæus dicit, curatus est ex illa hora. Marcus autẽ refert sic: Iesvs tenẽs manũ eius eleuauit eum, & surrexit. explicat etiã idẽ Euangelista perfectã dæmonis eiectionem: nam sic dicit expulsum, vt nõ amplius in eum introiret: Exi (inquit) ab eo, & nõ amplius ne introeas i eũ. Moralis doctrina est, sæpe hominẽ à peccato liberatum, propter quod dæmon in eo inhabitabat, manere velut mortuũ, non quidẽ vere mortuum, cum viuat per gratiam ei datã, sed propter malos habitus ex peccatis præcedentibus remanentes, propter passionũ, & affectuum turbationem, & motum, quę non statim sedantur, nec habitus mali remouentur sine noua curatione, quę fit bonorũ operũ exercitio, & studio, diuina cooperante gratia, & virtute.

Doctrina moralis obseruãda.

Et reddidit eum patri eius.

COMMENTARIA.

NE videretur Christus ob suã vtilitatem miracula facere, puerum sanatũ patri reddidit, vt qui filij ab eius infantia vexationem, & infirmitatem sustinuerat, eius iã perfecte liberati opera, ac sanitate frueretur: q̃ enim Deus bona hominibus confert, in eorundem cedunt utilitatem; gloria tamen Christi erat, quod homines ad eius fidem traherentur.

Stupebant autem omnes in magnitudine Dei.

COMMENTARIA.

QVi miraculum viderunt, mirabantur magnitudinem potentiæ diuinæ in Christo operantis, i. q̃ magna, & insignia Deus per Christũ operabat: non. n. credebãt eũ Deũ esse: si. n. credidissent, in magnitudine eius stupuissent; diuinã tñ per eũ fatebantur potentiam, ac virtutẽ operari. mirabantur autẽ, quod talia, ac tanta per ipsũ Deus faceret. Isti nõ adscribebant virtuti dæmonis miraculũ hoc, sicut illi, qui dixerunt: In Belzebub principe dæmoniorũ eiicit dæmonia. Hi vero fatẽtur in Dei virtute expulisse dæmonium, & puerum sanare.

Om-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnibusq; mirãtibus in omnibus, quæ faciebat, dixit ad Discipulos suos.

COMMENTARIA

ADalia narranda transit Euangelista, nec hęc sententia connexionem habet cum præcedentibus quasi cõtinuo hęc admiratio facta sit, ac puerum sanauit, sed ad alia gesta refertur, quæ paulò post operatus est in Galilæa, quæ admirati sunt omnes, qui ea viderunt, & audierunt; quibus tũc mirantibus dixit ad suos Discipulos, quę sequuntur. Prouidenter, ac sapienter, dũ populi magnalia Christi narrãt, & admirantur, ipse Deus Discipulos de futura passione sua præmonet, vt sic significet eã ex mysterio. Deinque prouidentia futurã non ex propria culpa; non.n. qui tanta operabatur, pati potuit culpa propria, aut imbecillitate.

ANNOTATIO CIII.

Historia series. MVlta Lucas prætermisit, q̃ Matthęus, & Marcus statim gesta narrarũt, refe runt.n. sic, nępe post miraculum factũ, cũ introisset in domũ, Discipuli interrogabant eum secreto: quare nos nũ potuimus eijcere eum, s. (dęmonẽ à puero) dixit illis IESVS: propp incredulitatẽ vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidẽ sicut granum sinapis, dicetis monti huic; transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Hoc aũt genus dęmoniorũ non eijcitur nisi per orationẽ, & ieiuniũ. Et inde profecti prętergrediebantur Galilæam. Hęc ex Matthęo, & Marco, quibus connectuntur, quæ tunc narrat Lucas, eademq; illi duo Euangelistæ referunt, atq; hæc est historiæ series.

Ponite vos in cordibus vestris sermones istos.

COMMENTARIA.

QVæ dicturus erat, alta mẽte retineri præcipit; sẽsus ergo est, quæ modo dicã vobis, diligẽter auscultate, & memori mente tenete, ac conservate. Hẽr aũt emphasim illud (vos), quasi diceret, alijs recognoscentibus, & mirãtibus, magnitudinẽ miraculorũ, vos cogitate humilitatẽ passionis, & mortis meæ, & ejus mysterium percipite. Quæ de passione ac de morte sua Dominus prædicabat, à Discipulis attẽdi, ac cõseruari voluit, vt cũ euenirẽt, minus offenderẽtur, ac scandalizarẽtur, recordari suasit iã ante à Dño, ideoq; volũtariè susceptæ, & ex mysterio, nõ ex imbecillitate, aut culpa illatæ.

ANNOTATIO CIV.

GRęca legunt. Ponite in auribus vestris, i. auscultate diligenter, at quia non solas aures exteriores, sed ẽt interiores Dns postulabat, ideirco, interpres sensum secutus vertit (in cordibus vestris) aut quia fortasse in exemplari, quo vtebatur, Græco, ita legit, quod verisimilius est. sensus aũt non mutatur, siue hoc, siue illo modo legatur. Quod verò ad sensum spectat, Euthymius interpretat hos sermones esse eos, de quibus in hoc capite locutus est, nępe quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus, &c. Mihi ista expositio improbabilis videtur: nã illi sermones, etsi in hoc eodem capite narrati sunt ab Euangelista, tñ multis diebus ante habiti sunt, vnde nõ potuit dici, ponite sermones hos. Quidam recentiores referunt ad id, quod præcessit. s. Omnibus mirãtibus in iis quę faciebat, vt sit sensus, ponite in cordibus vestris sermones laudãtiũ, & mirantiũ opera mea, ne turbemini in passione mea futura. Nec hęc expositio accomodata est, potius dicendum erat, ponite in cordibus vestris facta mea miranda. Dicendum ergo intelligi debere de iis, quę sequuntur, quęq; illis aperuit post hoc, quasi diceret: ponite sermones, quos modo dicam, in cordibus vestris, sunt quidem de passione, & morte, sicut & illi, non tñ sunt iidem, ideo petuntur, vt noscant Discipuli, de quibus loquatur sermonibus, nam illi priores iã diu habiti erant.

Sermones quos Dominus discipuli præcipue mente retinere.

Filius enim hominis futurum est, ut tradatur in manus hominum.

COMMENTARIA.

HI sunt sermones, quos Christus vult, ac iubet Discipulos in suis ponere cordibus, nępe futurum esse, vt is tradatur in manus, id est, potestatem hominum, scilicet Iudæorum, & gentium, de quibus dictum est Matt. 26. Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Fuit autem hæc manus, & potestas, vt ei malum inferrent, ipsumque occiderent. Particula (enim) causam continet, cui sermones ponendos velit in cordibus, cętera verba pertinent ad sermones ipsos.

A quo dicatur Christus in manus hominum tradendus.

ANNOTATIO CV.

MAtthæus cap. 17. magis, & distinctius hos sermones à Christo habitos exposuit, inquit enim sic: DIXIT illis IESVS: Filius hominis tradendus est in manus hoũm, & occident eũ, & tertia die resurget. Marcus aũt sic habet: Docebat Discipulos suos, & dicebat illis, quũ filius hominis tradetur in manus hominum, & occidẽt eum, & occisus tertia die resurget. Dubitatio est, à quo dr tradendus Christus in manus hominum. Aduertte Christum vt hominem dici traditum à multis. Primo à Patre Rom. 8. qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis oibus tradidit illum. Quæ traditio fuit ordinatio, ac dispositio, qua Deus pro sua bona voluntate decreuit filium suum hominem factum in hoium redemptionem sustinere mortem, ac passionem ab hominibus inferendam, eamq; non impedire, sed permittere. fuit hęc traditio ex summa dilectione. D. i erga hoiem Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum dãret.

Secundò dr Christus vt homo, traditus à seipso, de qua traditione dicit Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiã in odorem suauitatis. Fuit enim hæc traditio voluntaria Christi hominis acceptatio passionis, & mortis, quatenus erat ex Patris voluntate, & in hominum salutem. nõ enim ex necessitate mortuus est, aut ex infirmitate, sed voluntate. Isa. 53. Oblatus est, qa ipse voluit, & Ioã. 10. Nemo tollit animam meam à me, ego pono eam. Fuit hæc traditio ex dilectione Christi erga Patrem, & erga homines. de ista scripta est Ioan. 14. Vt cognoscat mũdus, quia diligo Patrem, & sicut mandatũ dedit mihi Pater, sic facio, surgite eamus hinc. De hac vero habetur Gal 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Prior dilectio causa erat posterioris. Non solum autem ex dilectione Christi hominis fuit hæc traditio, sed ẽt ex obedientia erga Patrem, quod loco Ioãnis citato significauit ipsemet Christus, quia diligo (inquit) Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Docuit hoc idem Paulus Philip. 2. Factus (inquit) obediens Patri vsque ad mortem, quo verbo insinuat voluntariam mortis acceptationem, in ea enim consistit ratio obedientiæ.

Tertia traditio fuit à Iuda, hic tradidit Christum Iudæis, Scribis scilicet, & Principibus Sacerdotum, de qua traditione dictum est Matth 20. Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis. & Matth. 26. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam. Hæc traditio iniqua, & impia fuit, ex auaritia procedens, lucri enim cupiditate Magistrum tradidit, ideirco nomen traditoris obtinuit Marc. 14. Traditor (inquit) dedit eis signum.

Quarta traditio fuit ipsorum Principum, & Iudęorũ; tradiderunt enim Christum Pilato, & gentibus, de qua dictũ est Ioan. 18. Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi. Fuit autem hæc traditio omni iniquitate, iniustitia, ac impietate plena, quia ex odio, & malitia processit, & in hoc peior, quam quæ facta est à Iuda. nam hic non tradidit Christum Iudęis eo animo, vt occideretur, immo vt nouit damnatum morte, conatus est impedire mortem pœnitentia, & restitutione pretij, & confessione iustitiæ Christi. Matth. 27. Videns Iudas, qui tradidit eum, q̃ damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos dicens: peccaui, tradẽs sanguinẽ iustum. At vero hi Iudæorum primi tradiderunt Christũ animo occidendi, dr enim Matth. 20. de principibus sacerdotum. Tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, quæ verba significant illos eo animo tradidisse. neceos pœnituit post factum, qui Pilato dixerũt: Seductor ille, cum viueret, dixit post tres dies resurgam, iube custodiri sepulchrum, & pecuniam dederunt custodibus, vt veritatem resurrectionis occultarent.

Quinta traditio est, qua Pilatus tradidit ministris crucifigendum Christum, voluntati, ac petitioni Iudæorum consentiens, de qua dr Ioan. 19. tradidit eum illis, vt crucifigeretur. quæ minus peccatum fuit, quàm Iudæorum traditio, illa enim ex timore

Universidad de Deusto
Biblioteca

more, & cum iustitiæ Christi confessione facta est; hęc verò ex impia, & iniusta malitia. Vnde Aug. in expos. psal. 63. cõparans vtramq; culpam, & Pilati, & Iudæorũ, inquit: In comparatione eorum Pilatus multo fuit innocentior. Idem affirmat Cyril. lib. 12. in Ioan. cap. 27. cum igitur tot traditiones, ac tam diuersæ sint, quęret quispiã, de qua sit sermo præsens. Et quidẽ non de ea sola, quę facta est per Iudam, vt quidã recentiores putant, intelligi debere, verba Matthæi, & Marci indicant: Occident inquiunt, eum; Iudas autem non tradidit Christum animo occidendi: existimo ergo generaliter intelligendam omnem prædictam traditionem, tam bonam, quàm malam; omnis enim traditio cõuenit in Christi passione, & morte, eaque de causa sermo vniuersalis est, & indefinitus; tradetur, inquit, in manus hominum, Deo sic disponente, Christo acceptante, & volente, Iuda vendente, Iudeis tradentibus Pilato, & hoc consentiente, & sententiam ferente, & executionem compleri mandante.

At illi ignorabant verbum istud.

COMMENTARIA.

Discipuli horum verborum nudã significationẽ concipiebant; mortem, ac passionẽ Christi apprehendẽtes, mysterium vero Crucis non assequebantur, nec intelligebant, quanta bona, & ipsis, & toti mundo in hac morte posita erant; idcirco dicuntur verbum ignorasse. Non autem dicitur (ignorarunt) sed (ignorabant) quia nõ modo nũc, sed nec alias à Christo verba similia prolata, vt in hoc capite narratum est, perceperant. Verbum enim est temporis imperfecti, ad indicandã ignorationem incœptam, & perdurantem.

ANNOTATIO CVI.

Quo hũc Domini sermonẽ dicantur Discipuli ignorasse.

Difficultas est, quomodo dicti sint Discipuli ignorasse sermonem hunc Domini; & difficultatis causam augent verba Matt. 17. nam post Christi verba refert Discipulos contristatos fuisse, qua ergo ratione, si non intellexerant, contristari potuerunt? nam tristitia supponit cognitionem mali, de quo contristari contingit. Hanc ignorationẽ Doctores variè interpretãtur. Primo loco Euthy. Matt. 17. non ad mortẽm, sed ad resurrectionem refert, vt verbum de morte perceperint, de resurrectione vero tertia die futura sensum non sint assecuti, sicq; difficultati propositæ ex verbis Matthæi, & Lucæ respondet. Contristati (inquit) sunt de mortis verbo; verbũ autẽ resurrectionis non intelligebant, sed ignorabant. Hæc expositio vt mihi non posse accommodari: nam Lucas non facit mentionem, nisi de sola morte, sed adiungit (ipsi ignorabant verbum hoc) igitur ignoratio referenda est etiam ad mortem, aliter verba Lucæ non possunt verificari.

Secundo loco Hilar. can. 17. in Matth. ac cõmodatius loquens, dicit Discipulos cognitionẽ mortis habuisse, ideoq; mestitia fuisse affectos, tũ sacrũ incundæ mortis virtute resurrectionis nõ esse assecutos, quasi diceret, intelligebant Christum significare se moriturũ, ac passurũ, & resurrecturũ, tñ non intelligebant mysteriũ huius mortis, & resurrectionis, nempe mortẽ Christi esse in mundi redemptionẽ, & ipso surgente Euangelium prædicandũ in remissionẽ peccatorum, & reconciliationem hominum cum Deo, & in consecutionẽ vitæ æternę. Contristati igitur sunt de morte, & mysteria per mortem futura ignorabant. Illud Matthęus, hoc Lucas docuerunt.

Tertio loco Chrysost. ho. 59. in Matth. vtramq; interpretationẽ probat, & priorẽ, cui adhæsit Euthym. & posteriorẽ, quam secutus est Hylarius. collatis. n. verbis Matthæi, Marci, & Lucæ, inquit sic: Atqui quo modo ignorantes cõtristati fuerunt? quia videlicet moriturũ cum non ignorabant, sed mortẽ hanc non duraturam, & mille allaturã bona penitus ignorabant, cũ quibus illa futura esset resurrectio, non intelligerent, dolebãt ergo, quia valde Magistrũ suum diligebant. Hæc Chrysost. adiungẽs Discipulos audientes Christum passurum Hierosolymis, nec videre quidem illam vt bem voluisse. Complectitur igitur vtrãq; expositionem ista Chrysost. interpretatio.

Quarto loco Beda in præsenti cõmentario, dicit Discipulos nõ intellexisse Christi mortẽ, ipsumq; moriturũ, sed existimasse per parabolã quandã loqui, sicut solitus erat: Carnalis, inquit, adhuc, & mysterij crucis ignari, quẽ Deum verũ cognouerint moriturũ credere nequiuerũt, & quia per figu-

ras cũ sæpe loquentẽ audire solebãt, & q̃ de sui traditione loquebat, figurate aliud significare putabãt. Hæc Beda. Cui expositioni opponi põt verbũ Matthæi allegatũ in principio; si. n. non intellexerunt morturum, quomodo contristari dicti sunt?

Quinto loco quidã recẽtiores ad distinctos Discipulos referunt, vt quidam non ignorauerint, & hi contristati sunt, quidã verò ignorauerint, nec cõtristati sunt. Hęc expositio vt accommodata; indistincte. n. Euangelistæ de Discipulis loquuntur. Dicendum igitur existimo cum Hilario, & partim cum Chrysostomo, 1. Discipulos dictos esse ignorasse verbum de passione, morte, & resurrectione, quia mysteria horum ignorabant, neq; assequebantur causas & fines, ac vtilitates, ad quæ ista assumebantur; sed simpliciter verba intelligebant, quantũ ad puram eorũ significationem, quod est corticem literæ attendere, non aũt spiritum; idcirco vehementer contristati sunt, sicut homo cõtristari solet de morte, ac passione alicuius sibi chari, non aliud cogitans, quam passionem, & mortẽ eius, quem diligit. Hunc sensum habẽt ea, quæ paulo ante Matt. 16. Christo cum Petro euenerunt; prædicenti. n. oportere se multa pati à Senioribus, & occidi, respõdit Petrus: Absit à te Dñe, non erit tibi hoc. percepit Petrus, quid Christus diceret, noluitq; cum significare, se passurum, & occidendum, & de hoc reprehendere Christum tentabat, quasi posset si vellet talia effugere, cumq; hoc intelligeret, audiuit à Christo: Non sapis ea, quæ sunt spiritus, i. verborum corticem capis, non spiritum, nec assequeris, quantum interest me pati, & quam necessaria sint ista totius mundi saluti. Ignorabat ergo Petrus verbum Christi, licet intelligeret verborũ significationes; ita nunc Discipuli ignorasse dicũtur, quia ignorabant mysteria, & nudas res cõsiderabant, idcirco, indicantes indignum Christo pati, & mortem malum ipsi putãtes, contristantur valde præ dilectione erga Christum, vt dicit Hierony. Matth. 17. adeoq; mors hæc displicebat, vt nullã consolationem de resurrectione breui futura reciperẽt, nec quòd Petrus increpatus fuerat; nec quòd Elias, & Moyses de ea tractauerint, quasi de re gloriosa, vt rectè hæc omnia notauit, & ponderauit Chrysos. ho. 59. in Matt. qui sic mortem Christi cogitabant, rectè dicuntur ignorasse, cum quod bonum sibi, & omnibus, & ipsi Christo erat, detrimentum, ac malum quoddam existimabant.

Et erat velatum ante eos, vt non sentirent illud.

COMMENTARIA.

Ignorationis causam in diuinæ prouidentię dispensationẽ Euangelista refert; Erat (inquit) verbum hoc coutẽ ctum, & coopertum, vt illud nõ agnoscerent. Metaphora vtitur, sicut si aliquid ante oculos ponatur velatum, vt videri, seu sentiri nequeat; sic verbum hoc, quod ante eos erat, quia significabatur eis verbis apertis, velatum est nẽpe à diuina prouidentia, vt non videretur ab eis, nec intelligeretur.

ANNOTATIO CVII.

Diuina prouidentia hoc verbum occultatũ fuit Discipulis, & hoc ob aliquas causas.

Rectè notauit Euthym. in huius expositione sũæ apud Matt. cap. 17. diuinã hic ostendi prouidentiam, causam etiam exprimens; sic. n. ait; Diuina aũt dispensatione occultabatur ab illis verbi cognitio, tanquam ab imperfectis, & qui necdum poterant ad supernaturale eius penetrare mysterium. Hęc ille. Quæ doctrina vera est, & conformis Scripturæ; dicitur enim Ioã. 16. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Vnum horum, quæ portare tunc non poterant, fuit crucis, ac mortis mysterium, qualiter mors, ac passio satisfactio futura erat pro omnium hominum peccatis, ac per eam reconciliandi Deo, & cęlum aperiendum dæmone superato; expectandus enim erat aduentus Spiritus sancti, quo & discipulorum mentes illustrarentur, & affectus inflammarentur: recte igitur dicitur ob imperfectionem, ac raditatem illorum diuina prouidentia occultatum fuisse verbum hoc. Non solum autem diuina prouidentia occultauit, & abscondit verbum istud, ob discipulorum imperfectionem, sed aliis etiam de causis, quarum vna fuit, vt Spiritus sancti magisterium magis clarescceret, plurimiq; fieret, per quod tam altum, & diuinum sectum reuelatum est. Vnde Act. 1. Discipulis adhuc ignorantibus, & interrogantibus; Si in eo tempore hoc restituet Regnum Isra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rael? dictum est. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem Spiritus sancti in vobis, significans reseruatam mysterij reuelationem Spiritui sancto, de quo dr Ioan. 16. ille me clarificabit. Hinc sequitur particulam illam (vt) non consecutionem, sed finē indicare, quasi dictum esset, ab illo ideirco est à Deo verbum hoc, ne penetraretur, nec intelligeretur à Discipulis, potest esse etiam finalis hic, vt æquivalear participio (iuxta vt) quasi dictum esset, vt clarū est verbum ita, seu adeò, vt non sentiret illud melior est expositio prior, siquidem, nā quæ consilio absconditum fuit verbum ob prædictas causas.

Et timebant eum interrogare de hoc verbo.

COMMENTARIA.

Audieramus paulò ante Petrum reprehēsum à Christo, qui de sua passione loquenti se opposuerat, ideirco non audent interrogare de verbo hoc, scandalis, & finē mortis, ac passionis huius inquirendo, ne forte & ipsi arguantur: erant enim vehementi affecti tristitia, & interrogare timent, ne forte audiant, quod eorum augere possit dolorem, malentes ignorare, quàm dum id fieri tentant, quod magis displiceat, intelligant.

ANNOTATIO CVIII.

Cur Discipuli timuerunt interrogare Christū de eo hoc.

Victor Antiochenus tres adfert causas, cur Discipuli interrogare timuerunt. Non inquit interrogant, siue quod nimia animi tristitia pressi non possent; siue etiā quod metu impediti non auderēt; sepe enim nolle deserris verbis aliquid exponere animaduertunt, silent omnino. Hæc ille. Tristitia igitur, timor, atque animaduersio, quod Christus explicare nollet, effecerunt, ac interrogarent. Sunt hæ causæ probabiles, quibus si adiungas duas in cōmentario propositas, quę distinctæ ab his sunt, erunt quinque. Fuit autē & hoc diuina prouidentia factū, cum nollet Christus eis significare aperte mysterium passionis, & mortis suæ, maluit eos non interrogare timore exterrito, ne si interrogarēt, & explicationem non obtinerent, maiori tristitia absorberentur.

Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset.

COMMENTARIA.

Connexa est sua superioribus: profectus. n. Christus de illa domo, in qua interrogatus à Discipulis, eorum incredulitatem reprehēderat, venit Capharnaū, & in via cogitatio intrasse dr in Discipulos, de primatu inter eos, occasione accepta, quia tres in monte cū Dño ascenderant cęteris relictis, & quia paulò ante soli Petro claues regni cęlorū fuerāt promissę. Humanū in hoc passi sunt Discipuli, nōdū. n. perfecti, adhuc terrena sapiebāt.

ANNOTATIO CIX.

Cogitatio ab ipsis suscepta. Verus & certus historię.

Quidam recentiores nomen Græcum διαλογισμος no cogitationem, sed disceptationē, quæ verbis fit, vertendū censent, quasi diceretur. Incidit disceptatio inter eos, quis eorū esset maior. Verum ut interpres rē melius, ac verius consideras, vertit cogitationem, quæ ad rētū ineptis pertineret, quā versionem manifesto probant verba sequentia, in quibus reperito vocabulo dicitur, Videns cogitationes cordis eorum (illud (cordis eorū) ostendit, non disceptationem, quę verbis fit, sed cogitationē, quæ ad mentem spectat, interpretandū esse. Quod aūt ad seriē rei gestæ, & historiā attinet, notandū est. Lucam prætermisisse, quod Matthæus, & Marcus scripserē; postquā. n. locutus est de sua passione domi, vbi eos incredulitatis arguerat, p̄p quā dæmoniū eijcere non potuerant, inde profectus est Capharnaum: dū autem iter ageret, factum est, quod Lucas narrat, nempe, intrauit cogitatio in eos, quis eorum maior esset, ut diximus in comentario: perfectior autem huius historię cōnexio, ac narratio in sequenti Annotatione continetur.

At Iesvs videns cogitationes cordis eorum, apprehendit puerum.

COMMENTARIA.

Vidit Dominus cordis cogitationes in primatus ambitione positas; docturusq; humilitatis volunt eas removere, ac exemplo sensibili vtens, parumlū autē se collocauit, super quē dogma suū factū confirmat, & ambitionem illorum reprimit, non tam ad interrogata Discipulorum, quam ad eorum mentem, cogitationesque respondens.

ANNOTATIO CX.

Concordia Euangelistarum in hac parte ostenditur.

Non parua difficultas est dicta Euangelistarum concordare in hac parte, nam Matthæus c. 18. habet Discipulos accessisse ad Dūm, dicentes; Quis putas est maior in Regno cęlorum? tunc Iesvs aduocauit paruulū. Lucas aūt dicit Christum vidisse cogitationes cordis illorū, & paruulum tunc apprehendisse. Marcus ca 9. dicit Christum vocasse ad se duodecim, cū Matthæus referat eos accessisse, immo Marcus scribit Discipulos tacuisse Christo interrogāte. Laborantemuit in his concordandis. Oībus aūt diligenter consideratis mihi visa est perfecta concordia hæc, q̄ sequitur. Ab illa domo in qua Discipulos reprehenderat incredulitatis, & de passione, & morte sua loquutus erat, profectus est Capharnaum, quod Matthæus, & Marcus dicūt in via aūt incidit cogitatio in eos, q̄s eorum maior esset, vt habet Lucas: non solum autē cogitarunt Discipuli in se ipsis hoc, sed etiā inter se disputarunt, vt hī ex Marco; posteaquā hæc peruenerunt Capharnaū, & tunc factum est, quod narrat Matthæus in fine cap. 17. nempe postquam intrarūt in ciuitatem, & antequam domum ingrederentur, occurrerunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum dicentes: Magister vester nō soluit didrachma? Ait illis Petrus, etiam: & cum intrassent domum, prevenit eum Iesvs dicens; quid tibi vī Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? à filijs, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesvs, vtautē non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius, invenies staterem, illum sumens da eis pro me & te. Hæc ex Matthæo habemus. Hoc audito verbis, & Petrum sibi præponi existimantes, maiori ambitione exārsērunt, & sequutum, quod narrat Matthæus in principio cap. 18. in illa hora accesserunt Discipuli dicentes; Quis putas maior est in Regno cęlorum? Interrogatio fallax erat, & simulata: nam intra se cogitabant, & scire cupiebant, quis esset tunc inter eos maior, ac quis primas teneret inter illos, sicut in via disputauerant: at interrogant absolute, & de regno futuro cęlorum, occultare volentes ambitionem propriam, & ex responsione existimantes se posse scire, quod intendebant: tunc factum est quod dicit Lucas: videns Christus cogitationes eorū, & non tam verba, quam mentem inspiciens fecit, quod narrat Marcus, nempe, interrogauit, in via quid tractabatis? quasi diceret, aliud est, quod quæritis voce, aliud quod mente retinetis, subdit Marcus: at illi tacebant, siquidem in via disputauerāt quis eorum esset maior. Refedit ergo Christus, vt idem Marcus refert, & vocauit duodecim ad se, & apprehendens paruulum quendam, statuit in medio eorum, ac dixit, quæ concordes Euangelistæ referunt, Ista mihi videtur omnium probabilissima series, & concordia. Non igitur hęc sententia Lucæ refertur ad idem tempus, ad quod præcedens; nam intrauit cogitatio in Discipulos in via, priusquam peruenirent Capharnaum, vt Christus dicerit has cogitationes vidisse, quando ad eum accesserunt, dicentes; Quis putas maior est in Regno cęlorum? quamuis verum est etiā tunc vidisse illas cogitationes. Confirmat nonnulla ex iis, quæ diximus, Chrysostomus hom. 59. in Matth. In illa (inquit) hora, quando cæteris omnibus Petrum prætulit, cum ad vnum delatus est honor, tūc doluerunt, & interrogarunt. addit quod si Lucas non id interrogasse, sed cogitasse scribit, nō sunt hęc opposita: nec semel, sed bis, ac tertio eos hæc cogitasse crediderim, & tunc demum interrogasse. Hæc Chrysostomus. Quæ Euthymius Matth. 18. explicatius affirmat, inquit enim prius cogitasse, ac inter se disputasse; cum tamen viderunt Petrum præferri magis esse irritatos, ac interrogasse. Idem dicit Victor Antiochenus Mar. 9. adiungens Discipulos agnoscētes omnia, quæ cogitauerāt, & disputauerant, Dominō esse manifesta, de disputatis sententiam illius exquisiuisse, quod quidem dictum non videtur probandum: nam vt ex Marco habemus, cum à Christo interrogarentur, de disputatis, in via illa tacuerūt. In hoc ergo dissentio ab his doctoribus, q̄ hi existimant, Discipulos interrogasse Dominum de eorū primatu, de quo disputauerant; ego aliter vero sentio, minime in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

terrogationem non esse de primatu inter eos, nec de hoc sæculo, qualis fuerat cogitatio, & disputatio præcedens inter eos, sed absolute de primatu in Regno cælorũ: ea.n. interrogatione occultabãt, qđ in corde retinebant, sperantes ex rñsione se habituros, qđ intendebãt; ob id dñ Christus vidisse, & respexisse cogitationes cordis, qa vnum exterius interrogabãt, aliud autem scire corde cupiebant. sic mihi videtur oia dicta Euangelistarum cõsentire, & veram intelligentiam harum sentẽtiarum teneri.

Et statuit illum secus se, & ait illis.

COMMENTARIA.

AMbitionem, ac simulationem Discipulorum repellens, exẽplo ante oculos posito vtitur, aspectu eos conuertens, ac persuadens vt absq; simulatione aliqua humilitatẽ, ac innocentiam quæ in paruulo repræsentabatur, imitentur, quem idcirco in medio eorum statuit, vt ab omnibus facile conspici possit, ac prope se collocat, vt quãti innocẽtes, ac humiles faciat, significet; immo eum amplexatus est, vt affectum, quo tales prosequatur, ostendat; in eoque, quãm ipsi se dissimiles exhibeãt, manifestet, & arguat.

ANNOTATIO CXI.

Series rei gestæ.

MAtthæus scribit Dominũ statuisse paruulum in medio eorum, Lucas verò iuxta se. Marcus aũt adijcit; amplexatum esse illum, quæ oia facta fuisse affirmat Euthymius, vt primo loco eum in medio collocauerit, postea iuxta se, & demum amplexatus sit. Chrysost. hom. 59. in Matt. & Victor Antiochenus Mar. 9. asserunt Christum in paruulo duo maxime significare voluisse, innocentiam nempe & humilitatem; quem Chrysostomus valde paruulum arbitratus est extitisse, vt ab omnibus esset passionibus liber. Recte autem hæc in Discipulis notantur: nam & inuidia, & ambitione, ac simulatione tenebantur. idcirco ad candorem, & innocentiam, ac humilitatem in puero significata inuitantur. Hieronymus Matt. 18 hoc explicans: Non, inquit, præcipitur Apostolis, vt ętatem habeant paruulorum, sed innocentiam; & quod illi per annos possident, hi possideant per industriam, vt malitia, non sapientia paruuli sint. Hæc ille. Quæ multo ante docuit Paulus 1. Cor. 14. Nolite (inquit) pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote.

Quicumq; susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit.

COMMENTARIA.

DOminus paruulo ante oculos Discipulorum proposito, multis argumentis vtitur, vt eos ad innocentiam, & humilitatem imitandam, atq; omnem inuidiam, simulationem, ambitionem, contentionemque deponẽdam exhortetur. Vnum horum argumẽtum Lucas præpositis verbis enarrat, à dignitate, excellentia, ac vtilitate simul sumptum. Quicumque, inquit, susceperit puerum istum in nomine meo, me suscepit, quasi diceret: videte quanti referat puerum effici innocentia, ac humilitate, nam qui susceperit vnum ex ijs, siue hospitio excipiendo, siue bonum aliquod ei conferendo, idq; in nomine meo faciat, id est, propter me, siue quia meus est, ac in me credit, is me suscipit, in meq; illud bonum confert: quod ideo est, quia tales pueri mei sunt Discipuli, tales mei similes, tales amore, sicut me, prosequor. Non solum ergo honorificum est puerum effici, puerum imitari, sed etiam vtilissimum; quis enim non honorificabit, ac suscipiet vos si vere nouerit se me ipsum in vobis suscipere, & honore afficere? Cũ ergo Apostoli profiterentur se Christi Discipulos, ac mittendi essent ad Euangeliũ eius prædicandum, oportebat eos effici paruulos, vt ab omnibus susciperentur.

ANNOTATIO CXII.

Ex Matthæo ista asseruntur multa & hoc loco prætermissa.

MVlta prætermisit Lucas, quæ Matthæus scripsit, quęq; argumenta sunt efficacissima ad persuadẽdum Discipulis, vt puerum imitarẽtur, depositis omni malitia & simulatione. Primum est illud. Nisi efficiamini sicut paruuli isti, non intrabitis in Regnum cęlorum, quasi diceret, vos quęritis, quis sit primus in Regno cęlorũ, ego aũt dico vobis, qđ nullum locum habebitis,

bitis, nisi deposita inuidia, contentione, & simulatione efficiamini similes puero huic; Et ne videatur vobis vile quid, à vobis me postulare, scitote, qđ qui hunc puerum susceperit, me suscipiet. qđ Lucas refert vnà cum Matthæo, quibus plura adiũgit idem Matthæus, quæ post hęc sequuntur sic mihi ista suã connecti, & explicari vi. Chrysostomus hom. 59. in Matth. sic cõnectit, & explicat hanc suam cum præcedenti apud Matthæum inquiens: Non solum magna erit vestra merces, si tales efficiemini, nempe intrabitis in Regnum cęlorum, sed ẽt si alios pp me honorabitis, pp vestrum erga illos honorem, vobis regnum retribuetur; quodq; extremum est, me ipsum suscipietis, ita vehemẽter humilitate, & moribus, qui procul ab oĩ simulatione absint, afficiet. Hæc ille. Eadem dicit Victor Antioche. Mar. 9. mihi accõmodatior visa est connexio, & explicatio, vt prima suã apud Matthæum sumpta sit à timore exclusionis Regni, nisi imitentur paruulos: & à mercede in eos, qui imitantur: hęc vero suã à dignitate, & vtilitate, quæ posita est in imitatione eorundẽ, vt diximus in commẽtario: non.n. dictũ est, qui susceperit paruulũ, intrabit in Regnũ cęlorum, sed me suscipit; vnde non pertinet hæc sententia ad Regni promissionẽ.

Et quicunque me receperit, recipit eum, qui me misit.

COMMENTARIA.

PErficit sententiam præcedentem, amplificando dignitatem, & vtilitatem puerorum horum. sensus est: Dixi, qui vnum ex ijs suscipit, me recipit; vt autẽ intelligatis, quam magnũ sit me recipere, scitote, qui me recipit, recipere eum, qui me misit, nempe Deum ipsum; maxima ergo dignitas, ac vtilitas est paruulum effici; nã qui eum suscipit, Deũ ipsum recipit, quique eum honorat, Deum ipsum honore afficit. Vos ergo qui ad hoc vocati estis, vt ab hominibus recipiamini, cum futuri sitis Euangelij prædicatores, oportet vt efficiamini paruuli.

ANNOTATIO CXIII.

MAtthæus sic habet, qui me suscipit, non me suscipit, sed eum, qui misit me. quo verbo significat diuinitatem, quasi diceret, qui me suscipit, non putum hominem suscipit, sed etiam Deum, seu Patrẽ, qui in me est, à quo sum missus. Omittit Lucas multa alia, quæ narrat Matthæus, nimirum cõtra eos, qui tales paruulos scãdalizauerint, impediendo, ne Christo per fidem accedant, aut ne mandata eius impleant; hoc.n. est scãdalizare eos: similiter de Angelorum custodia, quã præcipue paruuli habent, & nonnulla alia, quorum explicatio ad commentaria ista non spectat.

Nam, qui minor est inter vos omnes, hic maior est.

COMMENTARIA.

HIc est finis, propter quem puerum in medio statuit, totiusque responsionis, ac causa præcedentium, sensus est; gradus inter eos, qui me sequuntur, ab humilitate sumitur, vt tãto sit maior vnusquisque inter vos, quanto humilior, & lõge ab omni ambitione remotior, eaq; de causa puerũ ante oculos proposui, & vos ad imitãdum eum exhortatus sum; atq; etiam dixi, qui eũ suscipit me suscipere. Sic Christus ad eorum cogitationes respiciens respondit, quasi diceret: Vos cogitatis, quis vestrum sit maior: ego autem respondeo, eum esse, qui minorẽ se per humilitatem reputat. humilitas est fundamentum, atque mensura spiritualis perfectionis.

Respondens autem Ioannes dixit: Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum.

COMMENTARIA.

AVdiens Ioannes vnus ex Apostolis, doctrinam Christi, dicentis, qui suscipit vnum puerum in nomine Christi, eũ recipere ipsum Christum, incidit in dubitationem quandã de eo, quod ipsi cum cæteris condiscipulis euenerat; nam viderant quendam, qui nõ erat de numero eorum, eijcientem tamẽ dæmonia in nomine

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi; illi vero prohibuerunt, ne id faceret, cum non esset de ijs, qui Christum sequebantur: cum igitur modo audiret Ioannes verbum huiusmodi Christi scire cupit, an recte factũ sit, sicq; deinceps fieri debeat, vt tales prohibendi sint, quasi diceret, doces, qui puerum in nomine tuo suscipit te recipere, quid dices de ijs, qui in tuo hoc nomine dæmonia eijciunt, tamen nõ sequuntur te nobiscum? ij suntne suscipiendi propter nomen tuum? nam nos vidimus vnum talem & prohibuimus eum, ne tuo nomine vteretur, cũ te nõ sequeretur nobiscum*. Quod ad verba attinet, supplendum est (te) scilicet non sequitur te nobiscum. Quosdam autem ex Iudæis præter Apostolos, & eos, qui Christum sequebãtur, in nomine ipsius dæmonia eiecisse, indicat locus ille, sicut & ille Matth. 12. Si ego in nomine Beelzebub eijcio dæmonia filij vestri in quo eijciunt? Qd nõ solum propter Apostolos dictum puto, sed etiam propter illos, qui Christum non sequentes dæmonia eijciebant in eius nomine.

ANNOTATIO CXIIII.

Cõnexio præcedentium.

THeophylactus hanc sniam connectit hoc ordine, nimirum, cum Christus humilitatem commẽdauerit sermonibus precedentibus; dubitat Ioannes, an contra eã aliquid commiserit, impediendo quendã qui in Christi nomine eijciebat dæmonia, poterat enim videri quædã superbia, quasi sibi solis hanc auctoritatem vendicaret. Mihi accommodatior visa est cõnexio posita in commentario, vt occasio huius sniæ nata sit ex eo, quod audierit Ioannes, qui suscipit puerum in nõe Christi, ipsum Christum recipere; inde dubitat, an qui in Christi nomine dæmonia eijcit, sit pp illud nomen suscipiendus, & permittẽdus, an prohibendus, quia non sequitur Christũ. Victor Antiochen. Mar. 9. recte notat, nõ inuidia (inquit) non prava æmulatione pectoris conterti filius, hæc aiebant; verum oẽs, qui Christi nomen inuocabant, Christum itidẽ sequi, vna cum Christi Discipulis ærate agere debere, psuasum habebat. Hæc ille. Idẽ dicit Titus Bostrenus Luc. 9.

Quod verõ ad rem spectat, posset quis. *Esset ne ex numero credentium, an qui ejiciebat dæmonia in nomine Christi, an non.* piam interrogare, an iste, qui in Christi nõe dæmonia eijciebat, esset de numero eorum, qui in eum credebant, an non. Sũt enim duæ opiniones. vna est Euthymij Mar. 9. affirmãtis fuisse de numero ĩ Christum credentium, quamuis eum nõ sequẽtur, sic. n. habet: Quidam eorum, qui credidêrunt, gloriæ amore capti imitabantur Apostolos, & per inuocationem nominis Christi expellebant dæmones; nõ sequebãtur tñ pp continentiam, & asperum viuẽdi modum ipsorũ. Hæc ille. Quæ snia probabilis est; fuisse. n. multos ex Iudæis, qui in Christum credierat, licet cum Apostolis eum non sequerentur, docet Ioannes c. 8. Hæc (inquit) eo loquente multi crediderunt in eum. & c. 10. Multi crediderũt in eum. fieri igitur potuit, vnum ex ijs fuisse hunc, qui in nõe eius demonia eijciebat. Altera opinio est Victoris Antiocheni in eodem loco, negantis hunc fuisse de numero credẽtium. Sic inquit: Rũdere licet multos in Christũ alioqui nõ credentes apud Iudæos extitisse, qui hmõi gratias, & prærogatiuas acceperãt, qualis erat is, de quo hoc loco sermo est. Hæc ille. Cuius ẽt snia probabilis est. Nam & Deus aliqñ per malos, ac infideles miracula operatur, qñ maxime aliquid sanctum interedit, nempe, aut nominis Christi inuocatio, aut alicuius diuinæ veritatis comprobatio quod non tam pp eos fit, q̃ ad ostẽdendam virtutem nominis, aut veritatem comprobãdam. Vnde rectè Augustinus lib. 2. contra litteras Petiliani 80. de hoc loco mentionẽ faciens inquit: Quomodo tunc præter cõmunionem Discipulorum valebat plurimum sanctitas nominis Christi: sic præter cõmunionem Ecclesiæ valet sanctitas Baptismi; igitur potuit iste virtute nominis eijcere dæmonia, licet non credidisset in Christum. Non tñ est negandum hunc alĩ quam habuisse fidem, qua credebat illius nominis virtute potuisse dæmonia eijci, aliter nõ eo vsus fuisset: non aũt credebat Christum esse verum Messiam, ac filium Dei, sicut credebant Apostoli, ac Discipuli Christi. Euthymius Mar. 9. affirmat Deũ voluisse per hunc, & alios similes dæmonia eijcere, & alia miracula facere, tum ad prædicationis Christi confirmationẽ; tum ad emendationem eorum, qui ea miracula

Miracula etiam per malos & infideles Deum aliquando operantur.

cula faciebant. Attende tamen donum miraculorum esse vnam ex gratiis gratis datis, quæ potius dantur in vtilitatem aliorũ, quam eorũ, quibus ebeduntur: idcirco per malos aliquando fiunt, vt veritas Euãgelii eo magis confirmetur, dum nominis virtuti tribuitur miraculosum opus, nõ autem merito operantis, & facientis, videntesq; ud ei eos, qui Christum non sequebantur, in eius nomine miracula facere, & dæmonia eijcere, profecto virtutem nominis magis admirari debuerunt, quę tanta erat, vt etiam per eos, qui non sequebantur Christum operari posset.

Et ait ad illos Iesus; Nolite prohibere.

COMMENTARIA.

REspondet Dñs non esse prohibẽdos eos, qui in eius nõe dæmonia eijciebant, etiamsi cum Apostolis eum non sequerentur; quod n. homo ille faciebat, diuina virtute fiebat, & ad illustrandam Christi veritatẽ, hostesq; conuincendos conducebat. Exhortandus ille potius erat ab Apostolis, vt Christũ sequeretur, quia in nõe eius dæmonia eiciebat, quam prohibẽdus, ne eiceret, quia enim nõ sequebatur.

ANNOTATIO CXV.

Locus Matth. 12. explicatus.

SImile quid legimus Num. 11. cum. n. iussu Domini Moyses congregasset septuaginta viros, descendit Dominus per nubẽ, & locutus est ad eum, auferens de spiritu, qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris; cumq; requieuisset in eis spiritus, prophetarunt. Remanserant autem in castris duo viri Eldad, & Meldad, qui non ascenderant ad Tabernaculum, super quos etiã requieuit Spiritus. Cumque prophetarent in castris, cucurrit puer, & nuntiauit Moysi, dicens, Eldad, & Meldad prophetant in castris. Statim Iosue minister Moysis ait: Domine mi Moyses prohibe eos. At ille: quid, inquit, æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritũ suum? Hæc legimus ibi. Sapienter noluit Moyses prohiberi, quod spiritu Dei agebatur; ita nunc Christus iubet non prohibendum, quod in nomine suo efficiebatur; id enim noa humanę, sed diuinę virtutis opus erat.

Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est.

COMMENTARIA.

CAusam adiungit Dñs, cur nõ sit homo hic prohibendus; ea autẽ est, quia is etiamsi non me sequatur vobiscum, vobis tamen fauet, & cõsentit; cum. n. in eodẽ nomine eiiciat dæmonia, in quo uos eiicitis, nec contrario utatur, profecto probat nostrũ factum, & operam uestram commẽdat. Est autẽ prouerbialis dicendi modus, qui non est aduersum vos, pro uobis est, ad significandam consensionem in opere, & modo, quo ille utebatur cũ Apostolis, quæ cum eadem sint, non erat, cur prohibendus ille esset.

ANNOTATIO CXVI.

Explicatur latius superiora verba.

MAtthæus nõ meminit huius historiæ sed tãtum Marcus, & Lucas; Marcus autem plura habet uerba, inquit enim sic: Nolite prohibere; nemo est enim, qui faciat virtutem in nõe meo, & possit cito male loqui de me: qui. n. non est aduersus uos, pro uobis est. sunt hæc duo argumenta, vnum sumptum respectu Christi, alterum respectu Apostolorum. Primum est, quia dum in nomine meo eijcit dæmonia, & miraculum operatur, non potest mihi de me male loqui, insanire enim, & stultitię arguereturab oĩbus, si de me male loquens, meo nõe uteretur ad uirtutem talẽ exercendam, quia simul male, & bene diceret. Secundum autem argumẽtum est, quia qui non est aduersum uos, pro uobis est. Tota ergo ratio, cur non sit ille prohibendus, est vt unico verbo dicã, quia Christo, & Apostolis eo opere ille fauet. Obiiciet quispiam illud Matth. 12. Qui non est mecum, contra me est. quod uidetur contrariũ huic, qui non est aduersum uos, pro uobis est. Respondeo hæc duo consentire; nam illud (qui non est mecum) non significat nõ sequi Christum cum Apostolis; nã Ioseph uir iustus erat, similiter Nicodemus, & tamen non sequebãtur Christum cum Apostolis, sed is dr non esse cum Christo, qui non probat, nec sentit cum iis, quę docet Christus: is autem homo in hoc opere sentiebat cũ Christo, qui ĩ nõe eius eijciebat dæmonia, quis fieri potuit, ut ĩ aliis nõ eẽt cũ Christo; huc. n. sermo tñ est de hoc ope

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, quod Christus præcepit non esse prohibendum, quia in eo consentit cum Christo, & Apostolis, & eis fauet. Ambrosius in præsenti, hoc ipsum obijcit, ac inuidet, inquiens sic: qui non est aduersum vos, pro vobis est. Bone Dñe, nam & Ioseph, & occulti Discipuli ꝓp metum Iudæorum, in tpe in suum tibi officium non negarunt, sed tñ, quia alibi dixisti: Qui non est mecum, aduersum me est, & qui mecum non colligit dispergit, aperi nobis, ne videatur esse contrarium. Et puto, quia si quis mẽtium consideret scrutatorem, dubitare nõ debeat, vniuscuiusq; actum mente discerni. Hæc ille. quasi diceret, non sequi Christum exterius potest fieri bona, & mala intentione, ac animo; qui bono animo facit, non est cõtra Christum, qui aliter, aduersum est, & hic non colligit, sed dispergit. Hæc responsio cum nostra consentit.

Factum est autem, dum compleren tur dies assumptionis eius.

COMMENTARIA.

ADnarranda alia quædam Euangelista se conuertit, quæ cũ præcedentibus nõn sunt cõnexa, sed multa interceſſerunt, quę cæteri Euangelistę narrant. Factum igitur est, dum cõplerentur dies assumptionis eius, id est, cum iam instaret tempus passionis, ac mortis eius, per quam relictis terris assumendus erat ad cœlos, regnaturus cum Patre iuxta illud Act. 1. Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in Cælum sic veniet.

ANNOTATIO CXVII.

Assumptio quid significet hic loci.

ILlud nomen (Assumptio) græcè est Ἀνάλημψις, cumque præpositio ἀνὰ idem significet, quod Latine sursum, & rursum, siue iterum, fit, vt duplicem sensum faciat. vnus est, cum compleretur tempus suæ sursum, seu in cælum sumptionis. Hunc sequitur Euthymius in commentario huius loci. Alter est, cum compleretur tempus suæ resumptionis, quia descendit de cælo sumpta carne, & iterũ in cælũ ascendit, iuxta Ioan. 16. Exiui à Patre, & veni in mundum iterũ vado ad Patrẽ, & relinquo mundũ. hunc sensum sequitur Titus Bostrenus in hoc cõmẽtario. vterq; sensus verus est, cvtraque significatio accommodata.

Et ipse faciem suam firmauit, vt iret in Hierusalem.

COMMENTARIA.

COnnexa est sententia hæc præcedẽti, sensusq; totus hic est: Cũ instaret iam tempus mortis, ac passionis suæ, ipse constanti animo, ac proposito statuit ire recta in Hierusalẽ, locum mortis, ac passionis suæ, appropinquãte enim hora supplicij, locum supplicij constanter ac tramite recto, non iam in villas, ac loca circumcirca diuertendo adire voluit.

ANNOTATIO CXVIII.

Contradictio inter Euangelistas, & quid sibi velit firmare faciem in aliquem locum.

PRofectio ista à Galilæa fuit vltima: non.n. amplius Christus reuersus est à Iudæa in Galilæam. Huiusq; profectionis meminere Matthæus ca. 19. & Marcus cap. 10. in initio capitum, quam ẽt refert Ioannes ca. 7. factam in festo Scenopegię, qñ fratres ei dixerunt: Transi hinc, & vade in Iudæam, cæteraq;, quæ ibi à Ioanne narrantur. Conuenienter dictum est, firmauit faciem suam, vt iret in Hierusalem, id est, resoluto animo statuit ire Hierusalem, postposito omni periculo: nam Ioannes in eo capite priusquam Christũ hanc suscepisse profectionem narraret, præmittit hęc verba: Ambulabat Iesus in Galilęa; non enim volebat in Iudæã ambulare, qa quærebant eum Iudæi interficere. festo autem Scenopegiæ appropinquante firmauit faciem suam, vt iret in Hierusalem inimicorum insidiis omnibus posthabitis. Et quanuis post hoc factum egressus sit è Hierusalem, & in terram Iudæam, id est, in vicos, & castella terræ Iudęæ ambulaue rit, expectans tempus vltimi Paschatis, qñ passurus erat, vt Ioannes refert, tamen in Galilæam amplius non rediit; sicque isti tres Euangelistæ concordandi in hac parte sunt. Firmare aũt faciem in aliquem locum, idem significat, quod recta ire in eũ locum firmo animo, & proposito, sicut, & firmare oculos in aliquem, est aciem figere in eum absque diuersione, quod quidẽ continuam, & indefinentem significat protectionem, iuxta illud Psal. 31. firmabo super te oculos meos. Sic interpretatur Titus Bostrenus in huius loci interpretatione. Constituit (inquit) Hierosolymam ascẽdere,

dere, nec amplius huc, illuc; diuagari, vicosque, ac ciuitates obire; hoc enim denotatur verbis illis, & ipse faciem suam firmauit, vt iret in Hierusalem. Hæc ille. Euthymius etiam idem sentit: Firmauit (inquit) faciem suam, hoc est, direxit vt iret Hierosolymam progrediens ad passionẽ, nec respiciendo quidem in tergum. Hæc Euthymius.

Et misit nuncios ante conspectum suum; & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi.

COMMENTARIA.

EVntiẽ Galilæa in Hierusalẽ transeundum erat per Samariam, ad quam cum peruenissent, premisit quosdam ex Discipulis, qui significarent aduentum eius, & pararent hospitiũ, & vitæ necessaria ipsi, & ijs, qui cum ipso erant. Intrauerunt ergo nuncij in oppidum quoddam Samariæ ad ea paranda.

ANNOTATIO CXIX.

Quæritũ Christ⁹ Samari tanis nũ nuncios miserit.

QVod ad literam attinet, illud (Ciuitatem) Græcè κώμην legimus, quod magis oppidum seu pagum, aut castellũ significat, quamuis in nonnullis exemplaribus habeatur πόλιν, id est, ciuitatem: verior tamen lectio prior est, nam paulo inferius Euangelista dicit: Abierunt in illud castellum, vbi Græcè scribitur κώμην. dicẽdum est ergo interpretem posuisse ciuitatem large sumpto vocabulo, vt etiam significatio extenderetur ad pagum, seu castellum. Quod vero ad rem spectat, Titus Bostrenus existimat Christum misisse nũcios, qui denunciarent Samaritanis, se cupere apud eos diuertere, quamuis eos repulsam passuros non ignoraret. quæ interpretatio mihi vt accommodata. Non enim dr misisse quosdam, sed nuncios quo verbo significatur eos missos ad aliquid annũciandum, licet Euangelista postea subiungat illos intrasse, vt pararent hospitium; id tamen intelligendum est intrasse ad parandum, significantes, ac annunciantes aduentum eius. Euthymius hos missos fuisse putat Iacobum, & Ioannem de quibus paulo inferius fit mentio, tamen id parũ probabile est. Prudentissime autem Christus præmisit, quamuis sciebat eos nõ admittendos esse. Huius rei duas causas assignat Titus Bostrenus, vna est, vt omne excusationis causam Samaritanis adimeret. Altera est, vt hæc Samaritanorum petulãtia, quasi quoddam præludium, & præexercitamentum esset Discipulis, ne offenderẽtur, animove frangerentur, aut patientiæ, & mansuetudinis obliuiscerentur, si qui eos aliquando iniuria afficerent, vel iniuste insequerẽtur; eo maxime quia tempus passionis Christi instabat, & Hierosolymam ascendebat, insanas Iudæorum furias ibidem experturus. vtraque ratio Titi accommodata est, posterior vero accommodatior.

Et non receperunt eum.

COMMENTARIA.

SAmaritani à nuncijs intelligentes Christi aduẽtum, noluerunt eum hospitio suscipere, nouerant iam ante illum ex fama, & forsan ex visu; nam aliàs per Samariam transiuerat, & in Sichem per biduum cõmoratus erat, quando mulierem Samaritanam ad puteum conuertit, multique ex Sichimitis in ipsum crediderant.

ANNOTATIO CXX.

ADuerte non dici, non receperunt eos, nempe nuncios; nam hi intrarunt oppidum nunciantes Christi aduentum, & parare volentes hospitium ei dicitur autem (non receperunt eum) Quod non tantum intelligitur positum esse, ad significãdum Samaritanos negasse hospitium nunciis quærentibus parare illud Christo; sed etiam, quia intellexerunt Samaritani propediam esse Christum, idcirco egressi sunt, & non permiserunt eum iam aduentantẽ ingredi in oppidum, idq; significat Euangelista, quando dicit, & non receperũt eum.

Quia facies eius erat euntis in Hierusalem.

COMMENTARIA.

CAusam exponit Euangelista, cur Samaritani non receperũt Christum, quia (inquit) præ se ferebat iter in Hierusalem, seu, quia viderunt eũ petere in Hierusalem. Coniecerunt

enim ex celebritatis propinquitate(tẽpus enim Scenopegię instabat)eũ profici ſci in Hieruſalem adorationis cauſa; cumque id Samaritani ægerrime ferrent, contendentes de adorationis loco,an Hieroſolymis, an in monte illorum adorandus eſſet Deus, idcirco eos, qui adorationis cauſa templum illud adorare adibant, non recipiebant intra mœnia ſua,ſed repellebant,hæque de cauſa Chriſtum non admiſerunt:ex ſignis enim exterioribus quibuſdam facile coniecerunt eum ire in Hieruſalem, idque ſignificat, faciem eius eſſe euntis in Hieruſalem.

ANNOTATIO CXXI.

DE contentione Samaritanorum cum Iudæis de adorationis loco meminit Ioannes cap.4 & ibi in commentarijs plura diximus,Græce habetur:Facies eius erat vadens in Hieruſalem,vbi Euthymius notat Synecdochen,nempe partem pro toto ſumptam. Mihi tamen vt non ſolam Synecdochen hic conſiderandam quaſi dictũ eſſet,quia ipſe erat vadẽs Hieruſalem, ſed ẽt ſignificari ſignis exterioribus præ ſe tuliſſe iter hoc. Hoc.n.eſt faciem eius fuiſſe euntis in Hieruſalem:nã ex his ſignis nouerunt Samaritani ſuſceptam itineris rationem. Quæ autem hæc ſigna fuerint,incertum eſt. quidam recentiores putant ex habitu illos id nouiſſe hoc tamen non eſt probabile: non enim habitus mutabatur, quando profectio erat in Hieruſalem etiam adorationis tempore:alia ergo apparebant, vnde id Samaritani conijcere potuerunt,nec fefellit eos opinio.

Cum vidiſſent autẽ Diſcipuli eius, Iacobus,& Ioannes, dixerunt: Domine,vis dicamus, vt ignis deſcendat de cęlo,& conſumat illos?

COMMENTARIA.

IRa accenſi duo Diſcipuli cõtra Samaritanos facultatẽ ſibi dari petũt, Vis inquiunt,vt ignẽ ſupra eos de cęlo cadere iubeamus,qui eos cõſumat? Hic duo Diſcipuli primo fidẽ profitẽtur credentes Chriſtum tantę eſſe poteſtatis, vt poſſit ignẽ de cęlo ſuper Samaritanos demittere. Deinde religionem prę ſe ferunt,dum putant ſe obſequium præſtare Deo. Demũ zelum ſibi eſſe perſuadent contra Samaritanorum crimina, quod Chriſtum filium Dei excluderent, quod innocentibus hoſpitiũ negarent,quod Dei adorationem impedirent,recordatiq; Elię,qui pro Deo zelans ignem ſuper duos ducęs quinquagenarios deſcẽdere fecit, qui eos cum ſuis deuorauit.4.Reg.1. petũt nũc ſimiliter Samaritanos igne de cęlo deſcendente conſumi; errant tamen non habentes ſcientiam,idcirco ſtatim à Chriſto corripiuntur.

ANNOTATIO CXXII.

EVthymius exiſtimat hos duos fuiſſe eos qui miſſi fuerant ad parãdum,qui reuerſi hæc dixerunt:mihi probabilius eſt non hos fuiſſe,qui miſſi ſunt,ſed alios; hi vero non audientes tantum,quæ miſſi retulerunt,ſed etiam videntes Samaritanos Chriſtum ipſum intra mœnia recipere nolentes,hæc irati dixerũt. Aduerte rurſum, verbum, Dicamus,poſitũ pro,iubeamus, vt ſæpe fit in Scriptura. Aduerte preterea Græca exemplaria habere plura verba,nẽpe(conſumat illos, vt etiam Elias fecit,) ſicque legunt, & interpretantur Theophylactus,& Euthymius. Ac vulgata Latina non habent illud (ſicut etiam Elias fecit) notat Ambroſius hos duos Iacobum, & Ioannem hæc protuliſſe,quaſi filios tonitrui,quo nomine à Chriſto appellati erãt.

An Iacobus, & Ioannes miſſi fuerint ad Samaritanos.

Et conuerſus increpauit illos, dicẽs: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis.

COMMENTARIA.

REprehendit eos Dominus quaſi zelum quidem habentes, ſed nõ ſecundum ſcientiam; ignorabãt enim ſpiritum Euangelij,cõfundentes cum legis ſpiritu. hic timoris,ac ſeruorum erat,tranſgreſſoribuſq; ẽt mortis corporalis pœnam imponebat;at ille amoris eſt,non ſeruorum, ſed filiorũ tranſgreſſores morte corporis non punit, ſed eis veniam per pœnitẽtiã ꝓmittit, vnde non erat Chriſtus Eliæ cõparandus,nec lex illa Euangelio. Hoc ignorantes Diſcipuli duo, Samaritanos delin-

delinquentes mortis pœna puniẽdos cenſebant,ac affectabant:conuerritur aũt ad hos duos Chriſtus,quia hi duo ſoli talia locuti ſunt,& verbis hiſce increpat: Neſcitis,cuius ſpiritus eſtis,id eſt, ad quid vocati eſtis per Euãgeliũ, & aduentũ meum, quod longẽ diuerſum eſt à fine,& effectu legis;Et Græce additur pronomen, vos, vt diſtinguat eos ab Elia, & ijs, qui legis ſpiritu ducebantur. Spiritum appellat ipſum donum Spiritus ſancti,nempe timorem, dilectionem,manſuetudinẽ, vindictam. Multos enim ſpiritus eſſe docet Iſaias cap.7.ſpiritus (inquit)ſapientiæ,& intellectus,fortitudinis,& ſciẽtiæ,pietatis, ac timoris. & Paulus Rom.8. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis.

Dnomodo Chriſtus increpauit Diſcipulos.

ANNOTATIO CXXIII.

NOn ſic intelligenda eſt ſententia præcedẽs, quaſi Chriſtus increpauerit Diſcipulos, & vltra verba increpationis adierit iſta, Neſcitis cuius ſpiritus eſtis, ſed hæc eadem verba fuerunt ea,quibus increpauit, quaſi diceret Euangeliſta, Chriſtus Diſcipulos his verbis increpauit, Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Prudenter aũt increpauit illos, vt Euthymius notat, inſtruens eos, vt incredulorũ iniurias patienter ferrent.futurum enim erat,vt cum Euangeliũ annunciarent,à multis repudiarentur.

Vnus eſt Spiritus ſanctus, ob cuius diuerſũ multitudinẽ multi ſpiritus dicuntur.

Aduerte quamuis vnus ſit,& idem Spiritus ſanctus,qui diuerſa operatur in hominibus, diuidens ſingulis prout vult,vt dicit Paulus 1.Cor 12.nũ iuxta effectum, & donorum ipſius multitudinẽ multi ſpiritus dicuntur, ſicque in Scriptura,vti in commentario dictum eſt, varij numerantur.immo quia ſpiritus malus,nempe dæmon excitat homines ad varia opera, ac cogitationes, eſt multitudo in ſpiritibus, & effectibus,qui à malo ſpiritu procedũt; dr.n.ſpiritus ſuperbiæ, ſpiritus blaſphemiæ,& alia huiuſmodi.cumque à ſpiritu malo procedant aliquando quædam, quæ videntur ſimilia ijs, quæ ſunt à Spiritu ſancto,& re vera non ſint,inde eſt,quod à Ioanne.1.Epiſt.4. dictum eſt,Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt. & inter dona Spiritus ſancti Paulus 1. Cor.12. numerat diſcretionem ſpirituum.

Aduerte autem ab eodem Spiritu ſancto legem, & Euãgelium profecta eſſe,ſed fine,& effectu longe diuerſo: lex.n.timorem incutiebat, vtpote hominibus in ſtatu ſeruorum tunc poſitis, gratiam non dabat,tranſgreſſionibus pœnam mortis corporalis in multis caſibus inferebat.vnde à Paulo lex mortis dicebatur, qđ ad cognitionem potius peccatorum; quam ad remiſſionem,ac veniam dabatur. at Euangelium filios adoptionis Dei facit,obtus veniam offert,gratiã præbet,pro nullo peccato pœnam mortis infligit,ſed omnium per pœnitentiam promittit indulgentiam. Ideirco legis ſpiritus dr timoris, quia data eſt lex à Spiritu ſancto ad timorem; Euangelij uero ſpiritus dilectionis. Hoc ignorantes Apoſtoli Samaritanis ignẽ de cœlo petebant, cũ per Euangeliũ ad pœnitentiã inuitandi eſſent,& uenia peccatorũ eis offerenda,ac a Deo petenda. De his,ſpiritu, & lege plura diximus in commentarijs Epiſt ad Romanos. Quidam recentiores putant hoc in loco poſitum ſpiritum indifferenter pro bono vel malo. quaſi diceret:Neſcitis quo ſpiritu ducamini:putatis.n.vos bono duci,nempe zelo. & tamẽ ducimini malo,nempe affectu iracundiæ, ac vindictæ. hæc tamen interpretatio non eſt accommodata; verus enim eſt ſenſus, qui hactenus eſt expoſitus. Ambroſius in hoc loco deducit nõ ſemper peccantes puniendos eſſe. Quod vero(inquit)Diſcipulos increpauerit,quia ignem de cęlo ſupra illos deſcendere cupiebant, oſtenditur nobis nõ ſemper in eos, qui peccauerint vindicandum, quia nonnunquam amplius prodeſt tibi clementia ad pœnitentiam, lapſo ad correctionem. denique Samaritani citius poſtea crediderunt,à quibus hoc loco ignis arcetur. Hæc ille quæ ſunt mo ralitei dicta.

Lex, & Euangelũ ab eo dẽ ſpiritu proferẽtia, ſed fine, & effectu diuerſo.

Filius hominis non venit animas perdere,ſed ſaluare.

COMMENTARIA.

CAuſa eſt hæc præcedẽtis ſententiæ, nẽpe cur nõ debeãt Diſcipuli cupere,ac petere ignẽ de cęlo deſcẽdere, qui Samaritanos conſumat;

nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec ad spiritum hunc eos esse vocatos: nam Christus non venit in hunc mũdum, nec carnẽ sumpsit, vt homines perderet, sed vt saluaret, vt dictum est Ioan. 1. Nõ misit (inquit) Deus filium suum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per eum. Non ergo peccantibus Samaritanis ignis consumans demittendus erat, qui, & corporibus, & animabus eorum omnino ruinam inferret. Tales igitur oportebat esse Discipulos, qualis erat magister in hoc suo priori aduentu.

ANNOTATIO CXXIV.

GRæce hẽ particula causalis (enim) filius enim hominis non venit. Illud autem (animas) potest accipi pro ipsis hominibus, quasi dictum esset non venit homines perdere, sed saluare. Potest etiam accipi pro ipsis animabus: nam si pro peccato Samaritanis ignis de cælo missus tunc esset vtique anima in æternam damnationem abirent in suo mortales peccato. Accommodatior prior est expositio, nec alienum est à Scripturæ phrasi, animam pro toto homine ponere: dictum enim est Gene. 24. Da mihi animas, cætera tolle tibi. & cap. 17. Delebitur anima illa de populo, & alias sæpe.

Et abierunt in aliud castellum.

COMMENTARIA.

EO relicto à quo repulsi sunt, in aliud diuerterunt castellum, nempe in eadem Samaria, in quo recepti fuerunt. Quos enim afflictio, & repulsa probauit, consolatio subsecuta est, sic diuina sapientia cum suis agente

Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidã ad illum: sequar te, quocunque ieris.

COMMENTARIA.

HOmo hic, qui in via secuturum Christum quocunq; ierit, se offert, de illius viuendi modo falsam cõceperat opinionem; existimabat enim eũ lautam vitam agere, ac seculi commoditatibus abundare, quippe qui insignia opera erga multos faciebat, à quibus gratitudinis officia illum recipere quotidie credebat. Hac de causa facilem, ac prõptum se exhibet ad eum sequendum; non quidem animo renunciandi omnibus, quæ habebat, vt Apostoli fecerant; nec subeundi labores, in quibus Christus versabatur, sed potius quiescẽdi, & abundãdi.

ANNOTATIO CXXV.

MAtthæus ca. 8. hanc refert historiam, hunc que hoiem Scribam fuisse refert; quo autem tempore hoc euenerit incertũ est. Probabilius credo hoc factum, vti refert Lucas, quando Christus à Samariæ castello repulsam passus ad aliud diuertit. Matthæus ordine temporis nõ seruato huius facti meminit. quamuis Augustinus lib. 2. de consen. Euang. cap. 23 teneat contrarium, nempe Matthæum ordinem seruasse, hocque factum non in via, qua ibat ad aliud castellum, sed in alia via, qua ibat in Hierusalem, quod etiam probabile est.

Sententia patrum de hoc homine.

Quod autem ad sensum spectat, variæ sunt Patrum sententiæ. Primo loco Augustinus lib. quæst. in Matth. cap. 5. existimat hunc hominem miraculis Christi commotum voluisse eum sequi ob iactantiã quandam inanem, ideoque fuisse Discipuli obsequium fictus igitur, & superbus accessit, quod Dominus significare voluit, postea vulpium, & volucrum exẽplo, vt paulo post dicemus. Hoc idem repetit Augustinus ser. 7. de verb. Dom. & lib. de sancta virg. cap. 51.

Se præmium ex habet ad Christũ sequendum.

Secundo loco Chrysostomus hom. 28. in Matth. censet hunc hominem superbia, & auaritia excitatum esse ad Christum sequendum. Superbia quidem, ac fastu non quidem ea superbia, quam Augustinus affirmat, scilicet inani iactantia, vt gloriosus appareret cum sequens, qui tam mirabilia operabatur; sed quia dedignans se turbæ connumerari, & ostentans se tanquam supra eos multo excellentiorem, offert se sequi Christum. Auaritia autem, nam quæstui seruiens, cum propter multitudinem signorũ multos vndique affluere videret, putauit Christum inde diuitiis, & se ẽt inde pecunias collecturum si Christum sequeretur, credidit. Superbia igitur, & auaritia excitatus Christũ sequi cupit.

Tertio

Tertio loco Hieron. Matth. 8. & ibidem Euthymius, vnam tm causam assignant, nempe auaritiam, consentiuntq; cum sententia Chrysostomi in hac parte; additq; Hieron. hunc intendisse illud idem quod Simon Magus emere volebat ab Apostolis, nempe gratiam faciendi miracula, vt sibi diuitias congregaret.

Quarto loco Gregor. lib. 19. mora. ca. 1. alteram partem amplectitur, nimirũ hũc hoiem motũ fuisse superbia, sic. n. inquit: Cuidam diuiti superbia sapienti dicitur: Vulpes foueas habent; qualis autem hæc fuerit superbia, Gregorius non explicat, forsan idem sentit, quod Chrysostomus, aut quod Augustinus.

Quinto loco Ambros. lib. 3. off. cap. 11. & serm. 79. affirmat hunc cum mentis versutia, dolo, ac fraudulenter accessisse. Quis autem dolus, & quæ versutia fuerit, nõ exprimit Ambros. Hæc sunt, quæ in hac parte Patres senserunt; quæ quidem probabilia esse non nego; mihi tñ visa est accommodatior expositio, quam in commentario sum interpretatus, ea autem ratione sum maxime motus, quia verba sequẽtia, quibus Christus respõdit, ad hunc sensum magis facere videntur, vt in eorum interpretatione manifestius erit.

Dixit illi Iesus: Vulpes foueas habent; & aues cæli nides; Filius autem hõis non habet vbi caput suũ reclinet.

COMMENTARIA

NOn sunt verba repellentis, sed eius, qui falsam opinionẽ illius dedocet, ac poenitentiam dat, si vellet sequi se cum ea vitæ conditione, quasi diceret: Tu cupis me sequi, arbitrans me laute viuere, & opibus, atq; huius sæculi voluptatibus abundare, longè aberras à vero: nam ego nec hospitium proprium habeo, in quo reclinẽ caput, aliquantulumq; requiescã, perpende an cum hac vitæ conditione cupias me sequi: vtitur Christus exẽplo vulpium, & auium ad significandam suam summam paupertatem, quã plurima vitæ incõmoda sequuntur, quia hæc animalia paruas, & paupertimas habet domũculas, in quas se recipiũt, & in quibus quiescunt. at Christus nec tantum loci habuit proprii, quantum concessum est animalibus istis.

ANNOTATIO CXXVI.

Sensus superiorum sententiæ explicatur copiosius.

NOn longè abest expositio nostra ab ea, quæ est Hieronymi, & Chrysostomi; nam vtrique admittũt Christum hisce verbis voluisse opinionem prauam hominis illius repellere, ostendendo se summã paupertatem profiteri, à qua non erat sperandum, quod ille sperabat, nempe diuitiarũ cumulationem. Quod isti Doctores dicũt de diuitiarum collectione, existimantes hũc hoiem auaritia, & studio lucri voluisse Christum sequi; hoc idem ego dico de vitæ huius commoditatibus, quibus Christum abundare putans eum sequi cupiebat. Alij verò Doctores aliter interpretantur superiorem sententiam.

Primo quidem Aug. ser. 7. de ver. Dom. sequens sententiam, cuius paulo superius meminimus, hũc hoiem superbia, & fictione accessisse, interpretatur, quasi sic Dominus diceret: vulpes habent foueas in corde tuo, quia dolosus es, & volucres habent nidos in corde tuo, quia elatus es idem dicit in lib. de sancta virg. cap. 51. Arguebat (inquit) nomine vulpium astutiam dolosi tatem, & nomine volucrum, vẽtosam elationem, in quo, vbi requiesceret, piam nõ inueniebat humilitatem. idem confirmat in lib. Quæst. in Matth. ca. 5. vbi dicit per capitis reclinationem, Christi humilitatẽ significari. Hoc idem ex parte Ambros. secutus est ser. 79. licet de solis vulpibus loquatur, quibus hũc assimilasse Christum dicit, ad eius versutiam, & dolum insinuãdum: verba ipsius sunt. Saluator noster, qui cogitationes hominum, sensusq; præuideat, audiens quidem vocis obsequium, mentis aũt versutiam recognoscens, tali illum animali comparat, quod aliud voce insinuet, aliud moribus operetur; vulpes enim latratu canis resonat, dolo rapinam fraudis exercet. Hęc ille.

Secundo loco Gregorius lib. 19. mor. ca. 1. non per vulpes, & aues astutiam, & superbiam seu iactantiam cum Augustino interpretatur, sed dæmones ipsos; quasi Dominus voluerit hunc hominem reprehendere, quod plus loci dæmones in mente eius haberent ob eius superbiam, quam Christus. Verba Gregorij sunt hęc: nullus

nullde

Universidad de Deusto
Biblioteca

valde fraudulenta sunt animalia, quæ in fossis, seu specubus se abscondunt, cumq; apparuerint, numq̃ rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currunt. Volucres verò, alto volatu se in aera sublenant. Nomine ergo vulpium dolosa, atq; fraudulẽta, nomine verò volucrum hæc eadem superba dæmonia designantur, ac si dicat: fraudulenta, & elata dæmonia in corde vestro, id est, in cogitatione superbiæ inueniunt habitationem suã, filius aũt hominis vbi caput suum reclinet, non habet, id est, humilitas mea requiem in superba mente non inuenit. Hæc Grego.

Tertio loco Euthymius refert quandã expositionem non multum ab hac diuersam, quæ videtur Origenis hom. 4 in cantica, licet hic de vulpibus mẽ loquat. Verba Euthymij sunt hæc. Quidam dicunt, quod præcognoscens eum Christus nõ solum pecuniarum amori seruientem, sed aliis quoq; affectibus, ananogicè respondebit, uolueres, ac uulpes appellãs dæmones propter dolum eorũ, & quod seminibus, ac fructibus virtutum insidientur, ac si diceret: Dæmones quidem foueas, & nidos in te habent; ego autem neq; hanc uilissimam requiem apud animam tuam inuenio. Foueæ, ac nidi dæmonum, affectiones sunt, in quibus occultantur, & requiescunt. Hæc ille. Hi omnes Doctores existimant in hac responsione Christum voluisse reprehendere hominem de superbia, aut uersutia, aut iactãtia, minhi uer- vẽ potius Christus illum dedocuisse errorem, ac falsam ipsius opinionem; ac instituisse, qualis deberet esse, qui cum sequi uellet. unde consequitur hanc Domini responsionem non esse repellentis hoiem, quasi indignum cõsortio suo, ut putant, & affirmant Ambr. serm. 79. Aug. ser. 7. de uer. Dom. & Greg. ho. 13. in Ezech. quin potius sunt uerba instituentis, & dantis potestatem si uellet cum ea cõditione paupertatis sequi Christum, ut recte dicit Chrysost. hom. 28. in Matth. Ipse homo se repulit, ac Christum deseruit, qui ueritatem doctus noluit Christum sequi, paupertate, & austeritate uitæ territus. Quæ ergo illi Doctores dicunt, magis ad sensum spiritualem, quam ad literalẽ facere uidentur; existimoq; usum Christũ exemplo uulpium, & auium ad exprimendam paupertatem, & humilitatem suam, qui filius hominis, & Dei unus esset, non haberet tantum loci proprij ad requiem, & habitationem, quantum concessum est animalibus non solum minimis, quales aues cœli, sed etiã perniciosis, quales sunt uulpes.

Ait autem ad alterum: sequere me.

COMMENTARIA.

HIc uocis obsequio non se offerebat, sicut is, de quo modo diximus, & tñ ad ie sequendum Christus inuitat: sequere, inquit, me. Discretor. n. cordium, & futurorum omniũ præcognitor Christus, quid uterque mente uersaretur, & quid uterque facturus erat, prænoscebat, & intuebatur.

ANNOTATIO CXX.

HVius hominis meminit Matthæus cũ scribens unum de Discipulis Christi fuisse refert, multos namq; Discipulos habebat Christus, qui in ipsum credebãt, licet non continuo sequerentur eum, uti Apostoli faciebãt. Vnus ex ijs hic est, qui ad sequẽdum inuitatur. an autem ista uocatio facta sit eodem tempore, quo euenit id quod narratum est de homine, offerẽte se ad sequendum, nõ est omnino certum. Probabilius creditur alio tempore hoc gestum esse: Euangelista aũt cõiungere eos noluit simul cum eo, de quo paulo post dicetur, ob doctrinam, quæ ex collatione, & coniunctione horum deducitur. Ambrosius ser. 79. erga hos duos sapienter interrogat. cur, inquit, Dominus cum ab altero interpellatus fuerit, ut eum quocunque iisset, causa religiosi officij sequeret, alteri magis dixerit, sequere, & illo spreto, atq; despecto, alium potius tacentem, neque opinantem delegerit? Et cum acceptius uoluntarium obsequium esse soleat, quam coactum, & seruitium plus placeat, non quod imperio exigitur, sed quod spõte refertur, cur ego respuitus, cur etiam uelut indignus recusatur? Ad hoc respondet Ambrosius sic. Est Dominus æquus Iudex, & iustus, & pro qualitate eorum rependit dilectionis affectum, & cum eligit, non qui uerbis promptus, deuotione piger, sed qui fuerit lingua tacitus, mente deuotus. Hæc Ambr. In cõmẽt. ẽt in Luc. idẽ dicit. Ille (inq;) cogit, iste remouet, vt sciat, quia deuotus admittit, indeuotus excludit. & paulo inferius. Eius obsequium non admittitur, cuius non probatur officium. Similem interrogationem facit Augustin. ser. 7. de verbo Dom. idemq; rñdet adjungẽs, Christũ futura prouidentẽ intellexisse hũc hominem, si ad sequelam fuisset admissus, sua quæsituruin, non quæ Christi. idem ẽt de his duobus Gregor. hom. 13. in Ezech. proponit, & rñdet Dominũ ad interna eorũ respexisse, quę erant valde contraria. Sic inquit, quid est, quod ille promittit se ire, & deseriturum iste domum vult redire, & tamen, vt sequi debeat iubetur? Ille non suscipitur, iste nec ad horę momẽtum ab obsequio relaxatur? interno ergo, occultoq; iudicio funiculus; & mensuræ calamus ducitur, in quo iste trahitur, & ille relinquit, vt celestis fabrica nõ sine pio, & iusto examine cõstruaẽ. Hæc Greg. In hac Patrũ doctrina illud notãdum est, Christum verbis precedentis snię, vulpes fouęã habent, &c. non repulisse, nec reiecisse hominẽ illũ, vt notauimus in annotatione precedẽti, quin potius quodam modo incitasse, docendo ea, quæ eũ facere oportebat, si vellet sequi. Hoc quidem uera est, Christũ potuisse attrahere eum, & disponere. e ex indeuoto, deuotũ facere, si id fecisset, gratia fuisset; quod autem non fecit, iuste fecit ob illius peccatum, & quia per ipsum fecit stetit, quo minus uenisset, proposita doctrina, quã seruaturus erat, & non deficiente gratia, quasi voluisset, uenisset. Quod si maiori gratia Christus non extraxit eum, ipse se indignum fecit. Quantum igitur ad hoc, repulsus, & reiectus dici potest, sicq; isti Patres sunt intelligendi, quando dicunt vnu horum reiectum, alterum receptum, & tractum fuisse; Christus enim corda inturbatur amborum.

Quis fuerit homo iste, & quo tempore a Christo vocatus, et quare alterum sequi iusserit, alterum non, & hunc nõ se offerentem aliquit.

Ille autẽ dixit: Domine permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meũ.

COMMENTARIA.

NOn negat, qui dicit, primum, sed significat se postmodum secuturum, idq; causa rei honestæ, ac piæ, nẽ pe sepulturæ paternæ. facultate etiam à Christo petita permitte inquit mihi, & adhuc reuerenter petit: Domine (sit quit) non sicut ille prior Scriba: Magister. quod minus est, quam Dominus. Arguméta sunt hæc animi deuoti, pij, humilis, & fidelis, longe diuersi à Scriba, qui se obtulit sequi, & audita vitæ difficultate recessit, vt merito hic acceptus, ille vero relictus sit. quantum in Scriba fuit, tantum in hoc homine boni fuit, vt Augustinus dixit serm. 7. de verb. Dom.

ANNOTATIO CXXVIII.

VIdetur quædam dissonantia inter Lucam, & Matthæum: nam Matthæus prius refert hanc sententiam: Domine permitte me primum sepelire patrem meum, & post hanc Christum respondisse, sequere me. Lucas verò narrat Christum dixisse: sequere me, post verò hũc hominem dixisse: sine me sepelire patrem. Augustinus lib. de cons. Euang. cã. 23. rñdet vnũ, & idẽ esse, vnum tamen ordinem non seruasse ordinem in referendo, ut sepe fit ab Euangelistis. Mihi tamen verisimilius est Christum bis dixisse, sequere me, semel a principio, idq; refert Lucas, & silet Matthæus, iterum etiã repetijt post petitionem hominis dę sepeliẽdo patre, licens, sequere me, & sine mortuos, & id Lucas prętermisit, & Matthęus expressit.

Concordia inter Matth. et Lucã.

Admiranda est sapientia Saluatoris. nõ prius hunc hominem uocauit, quam eius pater mortuus esset, Ioannem autem, & Iacobum etiam patre viuẽte ad se traxit; siquidem est enim de iis illi uero ichtis retibus, & patre, secuti sunt eum forsan huius opera necessaria erat viuenti patri, idcoq; differre Christus uoluit uocationem, ne imperfecta honor ille, quo patres afficiẽdos præcepit Deus. forsan etiam non itase iste facilem exhibuisset Christo uocanti, si tali detineretur impedimento: scimus enim, etiam ut mortuo subueniret, petiuisse dilationem. Expectauit igitur Dominus totius impedimenti ablationem; nec distulit, ne uocatus nouis se impedimentis inretiret, ac ligaret. Opportuna igitur est uocatio, immo dulcissima, & cha-

Admirabilis sapẽtia Salvatoris apparet i huius hominis uocatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

charitate plena, perinde enim factum est, quasi diceret: mortuus est iam pater tuus, sequere me, ego ero tibi pater, non perdidisti patrem, sed in multo meliorem, & potentiorem commutasti; ille tua, tu mea potius indiges opera. Aduertendum aũt hoc in loco est, hũc hominẽ motum fuisse pietate, quæ debetur parentibus; inquit.n. Augustin.ser.7.de verb. Dom. Pietas cordis eius Domino se ostendebat, sed pietas differebat. Ambrosius verò in commentario imprudẽtiã quãdã in hoc homine notat, nimirum eam, quod minus præponebat maiori; maius.n.erat Christo vocãti obedire, quam patrem sepelire, vt dicit Augustin. loco citato. Verba autẽ Ambrosij sunt hæc. Videigitur, quia quos Dominus miserãt, etiam imprudentes aduocat. Hæc Ambro. Quam quidem imprudentiam excusabilẽ existimo ob ignorationem & quia non id tentauit absolute facere, nisi impetrata facultate, quam humiliter petiit, eaq; donec grata acquieuit, & vocanti consensit.

Dixitque ei Iesus: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos.

COMMENTARIA.

NOn respondet absolute, ne eas, ne patres despiciendos esse significare videretur, ipliq; molesti, & turbationis causam inferret, sed dicit: Sine mortuos sepelire mortuos suos. quibus verbis Christus sic vetat Discipulum ire ad Patris sepulturam, vt simul reddat suæ prohibitionis causas, quibus êt hoiem, & doceat, & cõsoletur. Vna est, quia eius opera necessaria nõ est; erant enim qui sepelirent nec insepultus manebat pater, etiamsi ipse nõ accederet. Altera est, quia non erat eius opera decens: nam infideles decebat sepelire infidelem, vt tales sint sepelientes, qualis est sepultus quos omnes mortuos appellat; infideles.n. sepelientes mortui sunt anima, sepeliendus vero, etiam corpore, cũ igitur Discipulus hic viueret etiam anima, qui credebat in Christum charitate cõnectus, indecens erat, si cum mortuis se immiscerer. Tertia est propter periculum, ne dum mortuis, & non credentibus se coniungit, efficeretur vnus ex eis. Quarta, ne dum sepulturę indulgere cupit, multis alijs emergentibus negotijs sęcularibus implicaret, quibus, plusquam cogitabat, retardaretur, aut aduerteretur. Sine ergo mortuos sepelire mortuos suos. Hęc enim verba hi sce verbis insinuantur.

ANNOTATIO CXXIX.

LVcas (vti diximus) omisit verbũ, quod refert Matthæus. s. Sequere me, & sine mortuos, &c. Ambrosius in commentario, duas hic mortes distingui notat, vnam cul pæ, alteram naturæ. qui mortui erant peccato, ac culpa sepeliebant eum, qui mortuus erat natura. adde tu etiam, & culpa, ob id enim dicit, mortuos suos. Amplius etiam est, quod Augustin. lib. Quæst. in Matth. cap 6. cenfet, nẽpe in hac sententia mortuos sepelientes dici infideles, quia gratia Dei, quæ sine fide non est, priuati erant, mortuos autem sepultos, eos, qui sine fide a vitis recesserant, quos appellat mortuos suos, id est, similes sepelientibus, quia sine fide omnes erant. Idem affirmat serm. 7. de verbo Domin. ex quo recte collegit Chrysostom. hom. 28. in Matth. hunc Discipulum fuisse filium patris infidelis, qui mortuus dictus est similis sepelientibus. idem sentit Hieronymus. Hæc omnia intelligenda sic existimo, non quod hi gentiles essent; non enim vocatus fuisset ad sequendum Christum, nisi Iudæus esset, vnde pater etiam ipsius Iudęus erat, quales etiam ij, qui sepulturæ eum traditurí erãt; at quia in Christum post tot miracula nõ crediderant, cum credere tenerentur, dicti sunt infideles ab Augustino, & Chrysostomo, mortui autem propter infidelitatis huius peccatum: nisi dicere velimus, hunc hominem fuisse filium Samaritani, Samaritanosque dictos mortuos, quia fidem Dei non habebant; nam etiamsi Deũ Iudæorum adorarent, qui verus est Deus, legemque Moysi magnã ex parte reciperent, tamen admittebant falsos Deos, & idola colebant, ideo mortui, & infideles censebantur homo autem iste, & veram fidem Dei tenebat, & Discipulus Christi erat, pius, ac deuotus.

Notat Augustinus ser. 7. de verb. Dom. *Parentes* significatum esse in hoc loco, parentes qui *honorandi*

Qui dicitur mortuos suos.

Parentes significatum.

& sed Deo postponendi sunt.

dem honorandos, sed postponendos esse Deo, illud bonum esse, hoc tamen melius. Ambrosius autem in commentario idem confirmat, dicens: paterni funeris sepultura prohibet, vt sic intelligas humana posthabenda diuinis. Bonum studium, sed maius impedimentum: nam qui partitur studium, derĩuat affectum, qui diuidit curam, differt profectum. ergo prius obeunda, quæ maxima sunt. Nam & Apostoli ne occuparent studium disputandi, ministros pauperibus ordinarũt, & ipsis cũ à Domino mitterentur, neminem in via salutare præscriptum est, non quo benevolentię displiceret officium, sed quod persequendæ deuotionis intẽtio plus placeret. Hęc Ambros. id etiam Chrysos. eleganter explicat, dicens: Putasne aliquis dicet, non ingẽs ingratitudinis crimen illud incurrisse, qui in sepeliendo parente non affuit? Ego vero ingratissimum hominẽ cum iudicarem si negligentia id fecisset. Si autem ne rẽ maioris momenti impediret, tunc abire potius extremę fuisset temeritatis. Dominus enim ipse, non quia despiciendi sunt parẽtes, abire vetuit; sed quia discere nos hinc voluit, nihil esse magis necessarium, videri que debere, rebus cęlestibus, quę tanto studio obeundę sunt. vt, & si magna sunt, quę abire vrgeant, incumbere tamen omni diligentia, atque inuigilare debeamus. Quid .n. magis necessarium videtur, quam dum sepeliuntur parẽtes, adesse? Quid vero facilius, aut quid breuiori tempore peragi potest? Quod si nunc tam breue tempus propter sepeliendos parentes abesse a spiritualibus vetitum est, perpende, quo supplicio digni sint, qui semper ab ijs, quę dignę sunt Christo, rebus, recedunt, quia vilia nimium, & abiecta sæcularium rerum negotia necessarijs anteponunt nullo vrgente. Hæc Chrysosto.

Causa, ob quas tenetur ad se sepeliendũ homo iste prohibetur.

In commẽtario autem plures addimus causas, ob quas Christus vetuit hominem abire ad sepulturam patris. vnum eorum fuit periculum, ne ex Deo deuoto efficeretur non deuotus, rebusq; huius sæculi implicaretur, quod quidem idem Chrysosto. eleganter notauit, dicens: Ego doctrinæ Christi efficaciam vehementer admiror, nã cũ adolescentẽ sibi perpetuo affixerit, a mille malis, veluti ab immoderato fletu, ac dolore, aliorumq; quæ hic orirí solent, cripuit; erat enim necesse post parentis sepulturã ad testamenti considerationem deuenire, & hęreditatis diuisionem, deinde in aliud ex alio quasi vndarum fluctibus distractus procul à portu salutis iactaretur, quę ne illi accideret, secum esse ipsum iubet, eumque sibi coniungit. Hæc Chrysosto. à quo discordat, quod docet Basilius in Const. Monast. cap. 21. ostendens quantum detrimẽti in spiritualibus afferat affectio erga parentes, atque consuetudo idemque hoc præsenti testimonio Christi confirmat.

Tu autem uade, & annuncia regnũ Dei.

COMMENTARIA.

MEliorem rẽ exponit Christus, cui postposita sepultura patris, incumbendum erat: Vade (inquit) & annuncia populis Regnum Dei. perpende quanto sublimius, utilius, & magis necessarium sit regnum Dei, quam sepultura, & hoc annunciare, quã adesse, & coniungi sepelientibus mortuũ. illo igitur postposito fac hoc. Regnum Dei appellat aduentũ suũ, quem credere necesse est ad salutem, & vt perueniatur ad vitam æternam, quæ dicitur Regnũ cęlorum. Hęc prędicatio, & annunciatio est, quam fecit & Christus: appropinquauit (inquit) Regnum cęlorum, similiter Ioannes Baptista, & Apostoli. hoc idem Discipulus hic annunciare, & prædicare iubetur, & ad id dimissa patris sepultura vocatur.

ANNOTATIO CXXX.

DOctrinam commentarij confirmat Chrysost. hom 28. in Matt. multo inquit, melius est Regnũ Dei promulgare, & alios à morte retrahere, quam mortuũ, qui nulli vsui est, sepelire, maxime, cũ sint, qui hęc munia obeãt. Hoc idẽ Greg. li. 19. Mora. cap. 14. docuit. Aliquando (inquit) in actionibus nostris minora bona prętermittenda sunt pro vtilitate maiorum, nã quis ignoret esse boni operis meritũ mortuum sepelire? & tũ cuidam, qui ad sepeliẽdũ patrem se dimitti poposcerat, dictu est: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu aũt vade, & annuncia Regnũ Dei; postponendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nendum namq; erat obsequiũ huius ministerij officio prædicationis, quia illo, carne mortuos in terram conderet, isto autẽ animã mortuos ad vitam resuscitaret. Hęc Gregorius.

Et ait alter: sequar te Domine: sed permitte mihi primum renunciare his, qui domi sunt.

COMMENTARIA.

Minera bona qũ que præterittẽ da p uti anathema eorum.

TErtius offert Christo sequelam, sed petit dilationẽ, vt liceat prius abire, & consanguineis id nunciare, vt sciat, quid de eo actum sit, ne sollicit, & anxii de eius mansione inquirant. Hic autem homo cũ homine illo primo in exteriori conuenire videt, quia sponte offert, se secuturum, sed in interiori longe dissimilis est: primus.n. sine deuotione, & rebus seculi huius addictus accessit, vnde ab eo, quod promisit, statim recessit. Iste vero animo renunciandi omnibus breui dilatione petita sequi Christum cupit, vnde, & permansit. Homini autẽ secundo dissimilis videtur in exterioribus, quia secundus à Christo inuitatur, hic verò non vocatus venit, tamẽ in interioribus similis est, quia in vtroque bonus animus, & studium veritatis inerat, & à Christo intus vterque trahebatur.

ANNOTATIO CXXXI.

HVius hominis Matthæus non memi nit, sed a solo Luca relata est historia. Basilius autem in constit. monast. cap. 21. tenet hunc fuisse vnum ex Christi Discipulis, sicut, & præcedẽtem, qui mortuum sepelire veritus est. Quidam recentiores verbum renunciandi interpretantur, pro eo quod est valedicere, quasi diceret, Sine me prius valedicere meis domesticis, valedicimus a quibus recedimus, nunquam reuersuri, quam significationem non admittit verbum Græcum: Augustinus vero serm. 7. de verb. Dom. interpretatur, pro eo, quod est significare, seu certiorem facere aliquem, dicitque petisse cernere facere suos, ne ambiguitate præteritum,

Qui fuerit terti⁹ iste homo à Xpõ vocatus accedens & quãdiu hoc loco rumpitur. Ita significat.

ignorantes, quid de eo actum esset, sensus (inquit) est, vt nunciem meis, ne forte quo modo solet, quærant me. quam etiam significationem verbum Græcum admittit, eamque vetus interpres, & Titus Bostrenus secuti sunt; tamen differt Titus ab Augustino in explicando fine huius renunciationis, seu notificationis; existimat enim hunc voluisse renunciare suis, vt consilium caperet cum eis; vnde infert, eum fuisse animo ancipiti, & diuiso. Basilius autem loco proxime citato eandem amplectitur verbi significationem: tamen diuersam interpretationem adhibuit, nempe vt eo fine renunciare suis voluerit, vt cum eis res suas componeret. Ex Discipulis (inquit) suis cuidam, ne id quidem permisit, vt res suas cum propinquis componeret. & iterũ ei, q̃ res suas cũ propĩquis cõponere volebat, sic ait: Nemo qui misit manum suam ad aratrum, respiciẽs retro aptus est regno Dei. Mihi autem communis verbi significatio probabilior visa est, quam Augustinus, Titus, & Basilius probarunt; is autem finis, quem Titus interpretatur, non placet, nam iuuenis istius oblatio, quando dixit; sequar, absoluta est, & sine vlla conditione, non.n. dixisset absolute sequar, si consilium prius capere intendisset. Accommodatior est hæc Basilii interpretatio, licet magis probauerim eam, quæ est Augustini.

Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciẽs retro, aptus est Regno Dei.

COMMENTARIA.

VEtat Christus Discipulum ire ad renunciandum cõsanguineis, adhibita doctrina, parabolæ cuiusdam breuissimæ, & apertissimæ verbis expositæ, sensus est: Qui bonum opus inceptum intermittit, ac procrastinat, non est aptus capessendo regno Dei, id est, cœlestibus; ac spiritualibus bonis adipiscendis, sicut qui mittit manum ad aratrum, & opus seminandi incipit, & retro respicit, opus arandi intermittendo, idoneus non est ad munus agricolæ subeundum, fructusque ea seminibus colligendis. Incœpti ex hac

ex hac tua voluntate, ac spontanea oblatione ad me sequendum, ne interrumpas, ne procrastines: nam ineptus efficieris, vt me sequaris, meusque Discipulus individuus sis.

ANNOTATIO CXXXII.

Expositio huius parabolæ iuxta Dõinum sentẽtiæ.

VAriè exponitur hæc parabola à Doctoribus. Primo Gregor hom. 3. in Ezech. illum mittere manum ad aratrum, ac respicere retro, interpretatur qui cũ semel ad Deum à malis, & peccatis sit conuersus, iterum ad mala, & peccata quæ reliquit, cõuertitur; Manum, inquit, mittere ad aratrum est per quendam quasi compunctionis vomerem ad proferendos fructus terrã sui cordis aperire, sed retro post aratrum aspicit, qui post exordium boni operis ad mala reuertitur, quæ reliquit. Hęc Gregor. Licet autem per accommodationem quandam possit hæc parabola de huiusmodi hominibus verificari, tamen ad sensum præsentis loci hæc interpretatio non facit: nam homo hic, de quo hoc dictum est, non reuertebatur ad mala, quę prius reliquerat, cum renunciare suis non esset malum ex se.

Secundo loco Euthymius in præsenti interpretatur hanc parabolam iis conuenire, qui cum spiritualibus rebus incumbant, ad temporalia respiciunt: Oportet enim (inquit) eum qui sequitur Christum, confestim omnia despicere, & sequi, ne oculos quidem ab eo diuertendo, ne forte habitu, & specie eorum, quæ à tergo sunt, retineatur. Hoc idem ante Euthymium sensit Titus Bostrenus, & adhuc magis declarauit, dicens ad ea omnia temporalia non esse respiciendum amplius, quæ nos auertere, aut à studio rerum spiritualiũ auertere, aut quouis modo retardare possunt: in quem sensum illud accipiendum existimo, quod Paulus dicit, Philip. 3. Quę retro sunt obliuiscens, ad ea, q̃ sunt priora extendens me ipsum. & illud Psal. 44. Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. & hic sensus accommodari potest huic loco, sicque etiam interpretatus Basil. de constit. monast. cap. 21.

Tertio loco idem Basil. serm. 1. de Baptismo, aliter interpretatur, nimirum cũ dicit respicere retro cum miserit manũ ad aratrum, qui vel brevem moram interponit obedientiæ, quæ sine prætextu velocitet, & sine suspensione Domino præstãda est. Huic expositioni consentit ea, quæ posita est in commentario, vt non solũ respicere retro sit cõuerti ad opera temporalia, sed ẽt cessare ab opere incepto, & id intermittere, sicut hic iuuenis faciebat, quod intellige absq; causa vrgenti, & maximè cũ periculo perdendi opus inceptum: sicus in præsenti casu significatum est: non.n. solum occasio sequendi Christum tollebatur, sed ẽt periculum magnum erat mutãdi propositum sequendi Christum, quod quidem sæpe ijs accidit, qui rem similem cum domesticis, ac parẽtibus cõicauit, qui perfectioris vitæ institutum plerumq; nõ probant, vt rectè notauit Titus Bostrenus. Vnde iuuenis iste non solum retardabat Christum sequendi propositum, sed periculo se exponebat id mutandi, & conuertẽdi se ad sæcularia, ideo manũ aratro mittens retro respecturus pronunciatur, si vera alia faceret: quam doctrinam amplexi illi Apostoli relictis retibus, ac patre Christũ nulla interposita mora secuti sunt. Non omittam autem sensum, quem Orig. trac. 33. in Matth. huic sẽtiæ adhibet, prędicatoribus.n. verbi accommodat, eos, dicens manum mittere ad aratrum i. actum docendi doctrinam Christi, quos oportet non respicere retro, i. a verbi prædicatione desistere, & saluti animarum incumbere: quãuis.n. alia recta vitæ opera habeãt, vel hoc solo damnabantur tamquam talẽtum abscondentes, quod ab Euangelizando cessãrunt, iuxta illud 1. Cor. 9. Væ mihi si non euangelizauero. Atq; hic sensus applicari põt huic Discipulo Christi, qui forsan iã Christum annunciare incœperat, saltem ipsa disciplinæ professione, cui dicitur, ne respiciat retro, negotijs sæcularibus intendens, sed eat ad annunciandũ Regnũ Dei.

Finis Capitis Noni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI CARDINALIS TOLETI IN SACROSANCTVM LVCÆ EVANGELIVM COMMENTARII.

CAPVT DECIMVM.

POst hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suã. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam salutaueritis. In quamcumque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem ad uos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate, quæ apponuntur vobis, & curate infirmos, qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit in vos regnum Dei. In quamcumque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem, qui adhesit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. tamen hoc scitote, quia appropinquauit regnũ Dei. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remissius erit quam illi ciuitati. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere sedentes pœniterent; verumtamen Tyro, & Sidoni remissius erit in iudicio quam vobis. Et tu Capharnaum usq; ad cœlum exaltata, vsque ad infernum demergeris. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil uobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur: gaudete autem, quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. In ipsa hora exultauit Spiritu sancto, & dixit: Cõfiteor tibi pater, Domine cœli, & terræ, quod abscõdisti hæc à Sapientibus, & prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Etiam pater: quoniam sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et conuersus ad Discipulos suos, dicit: Beati oculi, qui uident, quæ uos uidetis. Dico n. uobis, quod multi Prophetæ, & reges uoluerunt uidere, quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire, quæ auditis, & non audierunt. Et ecce quidam Legisperitus surrexit tentans eum, & dicens: Magister

gister, quid faciendo uitam æternam possidebo? At ille dixit ad eũ: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens, dixit: Diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mẽte tua, & proximum tuum sicut teipsum. Dixitq; illi: Rectè respondisti, hoc fac, & uiues. Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalẽ in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem, ut sacerdos quidam descenderet eadem uia: & uiso illo præteriuit. Similiter & Leuita cum esset secus locum, & uideret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit secus eum, & uidens eum, misericordia motus est. Et appropians alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum, & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius age; & quodcumq; supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Quis horũ trium uidetur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. & ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter. Factum est autem, dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum: et mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam, et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat uerbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ stetit, & ait: Domine non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, ut me adiuuet. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, solicita es, et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Mariam optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAPVT DECIMVM.

Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos.

COMMENTARIA.

TRansit Euãgelista ad aliqua narranda, quæ etiamsi post ea, quæ in præcedentis capitis fine referũtur, gesta sint, non tñ cum eis immediatã habent cohærentiam, sed nonnulla interceserunt, quæ ab alijs Euangelistis sunt descripta. Post hæc ergo, quæ dicta sunt, licet non proximè, & immediatè, Dñs vltra duodecim illos Discipulos, quos Apostolos uocauit, nũcupauerat, & ad prædicandũ miserat, decreuit alios ad id munus numero septuaginta duos. Particula, &, augmẽtum notat, nempe vltra duodecim delectos etiam esse septuaginta duos.

ANNOTATIO I.

Nexio historiæ. AVg. lib. 2. de cons. Euãg. c. 23. notat illud (post hæc) non indicare immediatè post præcedentia factã fuisse hãc designationem Discipulorum, sed multa intercessisse, quæ narrãtur à Matth. c. 8. Quantũ aũt fuerit tps huius interualli, dicit nõ apparere. qd quidem uerum est; facta n. est hæc missio anno tertio prædicationis Christi, & post multa, quę narrantur à Ioan. c. 7. 8. 9. & 10. atq; hæc d. connexione. Quod aũt ad literã spectat, aduertendum est, exẽplaria Græca non hãe illud (duos) sed tñ (septuaginta) sicq; legunt multi Patres, inter quos sunt Ambr. in præsenti, & Hiero. in Epist. ad Fabiolã manifeste non solum refert Lucam scribentẽ septuaginta, sed ẽt huic numero applicat illas septuaginta palmas, q̃ inuentæ sunt in deserto cũ duodecim fontib. aquarũ. Exo. 15. quos significasse Apostolos testatur. cadẽ dicit Tertul. lib. 4. contra Marcion. eundẽ numerũ probant Euseb. lib. 1. hist. c. 12. & Iren. lib. 2. c. 27. & li. 3. c. 13. ac Dorotheus in Synopsi, non tñ septuaginta, sed nomina ẽt eorũ refert. sic et legit Euthym. At uerò non desunt Patres antiqui, tam Latini, q̃ Græci, qui legãt sicut uulgatꝰ, septuaginta duos, nẽpe Titus Bostr. Græcus, antiquior Hieronymo in huius loci commentar. Epiph. lib. 1. to. 1. in fine sæpè affirmat septuagin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta duos, & multorum nomina narrat, quod argumento manifesto est exemplaria Græca ita habuisse apud illos, sicut vulgatus interpretatus est. Inter Latinos aũt Augus. quæs. Euang. c. 14. non solũ septuaginta duos affirmat fuisse, sed etiam numeri huius mysteriũ explicat. & lib. 2. de cons. Euang. cap. 23. legit hunc eundem numerum. Idem etiam Beda in præsenti. Mihi in hac parte videtur non discedendũ à vulgato interprete, cũ habeamus auctores Græcos consentientes, & Augustinũ sic exponẽtẽ. imo forsan nulla est discordia: nam illi antiqui, qui septuaginta legerunt, secuti sunt morẽ vsitatissimum Hebræorũ, qui numeros fractos sæpissime silent, & integros referũt, quod de temporibus notauit Augus. lib. 2. quæs. in Exo. q. 47. Idcirco septuagintaduos, dixerũt septuaginta. quod ẽt factũ est in illis septuaginta duobus interptibus, quos sæpe dicimus septuaginta, cũ sit certũ delectos fuisse septuagĩta duos, sex ex singulis tribubus, vt testaẽ Iosephus lib. 2. antiq. cap. 2. ita factum est in hoc discipulorum numero. Aduerte aũt hoc in loco duos ordines Discipulorũ Christi, vt notauit Hiero. epis. ad Fabiolã, mans. 6. nẽpe primũ, & secundũ. Primũ quidem Apostolorum, quos duodecim elegit, ac super oẽs, quasi principes, & capita constituit; secundũ autem horum septuaginta duorum illis inferiorũ; vnde Euãgelistę nomina duodecim, nõ aũt septuaginta duorum retulerunt. Hinc in Ecclesia duo sunt ordines, nẽpe Episcoporum, qui successores sunt Apostolorum, & minorum Sacerdotũ, qui illos septuaginta duos repræsentant. quod Clemens Roman. epist. 1. ad Iacobũ, testaẽ Petrũ ipsum docuisse Episcopos, inquit, vicẽ Apostolorum gerere. Dominum docuisse dicebat, & reliquorum Discipulorum vicem tenere presbyteros debere iasinuabat. Hæc ille.

Episcopi successores Apostolorum sunt, vel qui aũt sacerdotes aliorum Discipulorum.

cem excitent: tum demum, vt maiorem ab auditoribus fidem prædicationi concilient, cum ex verbo Domini, in ore duorum, vel trium stet omne verbum. Sic etiam Apostolos binos misserat, vt refert Mar. cap. 6.

ANNOTATIO II.

Cur Dñs binos misit Discipulos.

GRegor. hom. 17. in Euang. cur Dñs binos miserit Discipulos, assignat causas tres. vna est ad insinuandum duo esse pcepta charitatis Dei, & proximi. Altera, quia charitas minus, quam inter duos esse non potest, cum nemo dicatur erga se habere charitatem, sed potius dilectionem. Tertia ad significandum eum, qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere, nullatenus debere. Hęc omnia magis ad sensum spiritualem pertinere, quã ad literalem vñr Ambrosius in comment. causam aliã adfert: qua inquit ratione misit binos, quia bina missa sunt animalia in arcam, cum mare fœmina, immunda per numerum, sed mũdata Ecclesiæ sacramento, per quæ verba significat Ambrosius Christũ misisse binos, vt ostenderet, quod sicut numerus binarius imperfectus est, tã ij, ad quos mittebat Discipulos binos, imperfecti erant, per ficiendi vero Christi fide, & charitate, quę etiã ad spiritualem sensum magis spectãt; ad literalem enim ea, quę in comentario dicta sunt, magis facere videntur.

Et misit illos binos ante faciem suã.

COMMENTARIA.

DEsignatos mittit ad annũciandũ, & prædicandũ regnũ Dei, ante faciem suam, i. ante se, & quasi præuenientes eum. Binos aũt mittit: tum vt mutuo auxilio, ac consilio sibi esse possint: tum vt ad operam magis se inui-

In omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus.

COMMENTARIA.

EXponit Euãgelista, quo Discipuli missi nũc sint ad pdicãdũ: In oẽm, inquit, ciuitatẽ, & locũ, i. villas, castella, pagos, ad q̃ ipse venire disponebat, vt essent quasi præcursores eius. Hæ ciuitates, & loca sunt Iudææ regionis, in qua Christus tunc erat, qñ hos septuaginta miserat, cũ prius Apostolos in Galilæam, reliquumque Israel misisset, vt supra cap. 9. narratum est.

ANNOTATIO III.

Cur ibat Dñs Discipulos præmisit.

GRegorius homil. 24. in Euangel. causam exponit cur Discipulos pmiserit. Bene, inquit, dicitur, quia misit eos ante faciẽ suam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus. Prædicatores enim suos

suos Dñs sequitur, quia prædicatio præuenit, & tunc ad mentis nostrę habitaculum Dñs venit, quãdo verba exhortationis præcurrunt, atq; per hoc veritas in mente suscipitur. Hinc namq; eisdem prædicatoribus Esaias dicit: Parate viam Dñi, rectas facite semitas Domini Dei nostri. Hæc Gregor. Quæ spiritualiter dicta sunt, & de aduentu Christi spirituali in mẽtes hominum proceduntꝫ. At hoc in loco agitur de aduentu sensibili, & corporali, quo Christus ciuitates, & loca Iudææ visitauit, præmitteus Discipulos suos; cuius missionis causa realis illa esse videtur, quæ fuit, vt Ioannes Baptista præcurreret aduentum eius, nimirũ vt explicata lege, & expositis Prophetis de Christi aduentu convictos hoẽs de suis peccatis, ac per pœnitentiam præparatos, disponeret ad facilius recipiẽdã Christi prædicationẽ. Cum. n. ipse non posset longo tempore in singulis locis permanere, quia iam ad mortem properabat, ante se misit suos, vt homines diu, & mature rem tantam considerarent.

Et dicebat illis: messis quidem multa, operarij autem pauci.

COMMENTARIA.

EXplicat Euangelista, quomodo Christus designauerit, & miserit Discipulos hos, primo quidẽ causam designationis, & missionis illis exposuit, dicens: Messis multa est, operarij autem pauci, id est, numerus eorum, qui in me credituri sunt ex Iudæis, magnus est; numerus vero prædicatorũ, & eorum, per quos credere debent, paucus est; nam hactenus duodecim tantum mecum habeo, qui tanto numero non sufficiunt. His verbis indicauit causam, cur promoueret, & augeret prædicantium, & mittendorum numerum vltra Apostolos duodecim. Cur autem metaphora messis, & operariorum vsus sit, & quid per messem significauerit, in annotatio. declarat.

ANNOTATIO IV.

Cur messis dicta sit Iudæa.

ADuertenda sunt nonnulla. Primo quidem, quando Dñs misit duodecim Apostolos in Galilæam, & reliquũ Israel ad prædicandum, similibus vsus est verbis, vt refert Matth. cap. 9. in fine; Messis quidẽ, inquit multa, operarii aũt pauci; erat. n. ipse tunc solus, & præcursor Ioannes, qui pauci erant, ideirco auctus est numerus missis duodecim; nunc ẽt auctuus numerũ hũc, vt mitteret prædicatores in Iudeã, eisdem vsus est verbis; Messis multa, operarii, aurẽ pauci, significãs etiam numerũ Apostolorum paucum esse, pluresq; operarios esse necessarios, eaq; de causa septuaginta designauit Discipulos. Aduertendum est secũdo ex Augus. ser. 52. de Sanctis. hanc messem non esse in Gẽtibus, sed in populo Iudeorũ: cuius rationẽ sapienter reddit: nam messis nõ dicitur nisi vbi seminatũ est; at in gẽtibus nũ præcesserat semẽ. i. verbũ de Christo, cum lex, & prophetię Iudęis datę fuerint; horum. n. legislatio, testamentũ, obsequiũ, & promissa, vt testatur Paulus Rom. 9. ideirco in aduentu Christi messis erat Iudęorum, quibus per prophetas seminatum erat, vnde Ioan. 4. dicit Christus, alius est qui seminat, alius est, qui metit, ego misi vos metere, quod vos non laboraßis. Gentibus aũt seminandũ erat verbũ per Apostolos missos à Christo. Vnde Matth. 13. hanc prædicationem gẽtiũ parabola seminantis Christus significauit. Atq; hęc est causa cur Christus sit tali metaphora vsus, qũ dixit: Messis quidẽ multas: loquebatur. n. de Iudęis. Similiter qũ misit Apostolos in Galilęam, eadem verba protulit, nã ea prædicatio facta fuit etiã Iudęis, i. his, quibus lex, & prophetię datę erant, vt quando Christus veniret, in eũ crederent, ipsumq; reciperent, quod erat tẽpus messis: ea aurẽ messis, quę ex seminato Euangelio colligẽda est, vltimo tẽpore in secundo Christi aduentu fiet, quã Dñs alia parabola explicauit apud eundem Matth. cap. 13. vbi dicit Messis eo summatio sęculi est, messores autẽ Angeli sunt. possumus etiam dicere in primo aduentu messem esse et gentium, nam prędicatio Euangelii fuit quasi seminatio per Apostolos, & successores facta, messis vero fides, & religio susceptа ab eis, seu illi oẽs, qui audito Euangelio obedierũt, quãuis proprius conueniat Iudęis vti dictũ est. Messem ergo hoc in loco appellat eos ex Iudęis, quibus Christus annunciãdus erat, quiq; ad eũ recipiẽdũ parati erãt, in eũq; credituri, vt notat Hier. Mat. 9. Messis inquit, erat eis turba credentium.

Quod intellige de Iudæis, quibus Christus legē, & ppheras quasi seminatus iā erat.

Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

COMMENTARIA.

EXposita causa designationis, & augendi numeri prædicantium, hortatur Discipulos omnes ad rogādum Deum, vt uelit mittere operarios, & augere prædicatores, quasi diceret, cū sint multi crediturī, & pauci operarij, qui verbum prędicent, rogate Deum, qui Dominus est messis, vt augeat numerum hūc, & multiplicet operarios pro multitudine, ac magnitudine messis huius. Exhortatur aūt Christus Discipulos ad orationem, & preces, vt significet eis munus hoc prædicandi, & annūciandi Christum à Deo esse, nec fructū prædicationis expectari posse, nisi ab iis, qui missi fuerint à Deo. Rom. 10. Quomodo prędicabunt, nisi mittantur? vnde de falsis prophetis dictum est Iere. 23. Non mittebam Prophetas, & ipsi currebāt; non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Fecit etiā hoc, vt agnoscerent quantum esset donum, & munus, ad quod designabantur, quod precibus à Deo impetrandum, & ab eo solo postulandum erat. Non autē dicit, Rogate, vt mittat vos in messem, quia nemo debet à Deo petere Episcopatus, & munia Ecclesiastica, sed rogate, vt mittat operarios in messem suam. pro messe roganda sunt ista, non pro nobis.

ANNOTATIO V.

Explicatur magis proxima sententia.

AVgustinus serm. 42. de Sanctis, distinguit duas messes, vnā ex Iudæis, alterā ex gentibus illam dicit significatam in verbis præcedentibus, scilicet, messis multa, operarij autem pauci. Hanc vero in præsenti sententia, rogate Dominū, vt mittat operarios in messem suam, nēpe in eos, qui crediturī sunt ex gentibus. Quæ interpretatio mihi vt difficile accōmodari posse contextui, pp particulā illativā (ergo) quæ ostendit, quia multa messis est, & operarij pauci, ideirco rogandum esse Dominū, vt mittat operarios plures. Igitur in eadem significatione vtrobiq; accipienda est messis, aut pro Iudæis, aut pro gētibus, aut pro omnibus indistincte. Euthymius in præsenti aliter interpretatur, notat. n. hanc sūam cum præcedenti bis à Christo prolatam, nēpe quādo misit duodecim Apostolos in Galilæam, quod refert Matthæus cap. 8. in fine, & nunc quando misit Discipulos hos: dicit ergo in illa Apostolorū missione messem accipi pro ea, quæ erat ex Iudæis; messis nempe Iudæorū multa est, operarij aūt .s. Apostoli pauci: iubet autē Apostolis, rogate Dominum, vt mittat operarios, nempe hos septuaginta Discipulos, hæc enim missio facta est post illam. At in hoc loco dicit messem accipi pro ea, quæ futura tūc erat ex gentibus, rogareq; præcipit, vt mittat operarios, nēpe Episcopos, & prædicatores, qui postea secuti sunt. Hæc est Euthymij sūa, quæ etiā non videtur magis accommodata, quia Discipuli nunc non mittuntur ad gentes, sed ad solos Iudæos; ratio ergo missionis, nēpe quia messis multa, & operarii pauci nō potest extendi nisi ad eosdem. Adde quod supra diximus cū Augustino messem nō tam Gentibus, quā Iudæis conuenire, in illis. n. non erat verbū seminatū, sicut in illis. Existimo ergo dicēdum quantum ad litteralem cōtextū apud Matthæū, messem accipi pro ijs, ad quos tunc mittebātur Apostoli, nēpe ciuitatib⁹, & oppidis Galilææ, iubetq; Christus Apostolos, vt rogēt Dūm, vt mittat operarios, nempe eosdē Apostolos, qui quando hæc verba proferebat Christus, nondum eos elegerat, ac miserat, hoc. n. statim fecit, post quā præcandum monuit, sic. n. habet Matthæus: nam post illa verba, rogate Dominū messis, vt mittat operarios, conuocauit eos, elegit, & misit, vt principio capitis noni narrat. Hoc autem in loco messis accipitur pro Iudæis, qui erāt in regione Iudęa, vbi tunc Christus erat, & in quem mittebat Discipulos monetq; eos, vt rogent Dominū ad mittendum operarios, qui quidē erant ipsimet. Sed nōdū missi, nā post hæc verba misit eos, dicēs: Ite, sicut qui destinauit mittere aliquos ad aliquod opus, prius eos monet ad rogandū Deum, vt velit operarios mittere, licet ipsimet postea sint eligendi. Sic factū est hic, & apud Matthæū. Messis ergo multa erat, quando misit Apostolos,

stolos, quia multis per totā Galilæam prædicandum erat verbum, operarii autē pauci, quia ante missionē Apostolorum Christus erat, & præcursor eius Ioannes: nunc etiā messis multa Iudæorum, operarii pauci, quia etiāsi Apostoli essent duodecim, adhuc paucus numerus erat, augendus autem per Discipulos. Hic mihi videtur sensus accommodatus contextui.

Ite.

COMMENTARIA.

POstquam reddidit causam, cur numerus operariorū augendus esset, ac etiam monuit, vt rogarent Dominū messis, vt mittere dignaretur operarios, mittit eos, quos ad se traxerat, Discipulos: Ite, inquit, quo uerbo seipsum indicat Dūm messis: ti. n rogandum dixit Dominum messis, vt operarios mitteret, & post hæc ipse mittit, igitur ipse Dūs messis est. Est aūt hoc uerbum non tm significatiuum missionis, & prædicationis faciendæ, sed etiam efficax, conferens potestatem prædicandi, & munus hoc obeundi.

Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.

COMMENTARIA.

ADmonet Christus periculi, qd in missione erat, tum ut cautiores reddat, caute. n. agit, qui pericula præuidet; tum, vt confidentiores, ac securiores, fortioresq; efficiat: ti. n. Christus præscius periculorum eos mittebat, profecto facile intelligere poterāt, se ab eo oēm opem, & auxilium habituros, non. n. qui non casu, sed cōsilio exponit suos piculo, id facit, nisi sciēs eos ab ipsis periculis euasuros liberos: Ecce, inquit, mitto vos, sicut agnos inter lupos: nam vti lupi aduersantur, & insidiantur agnis, sic Iudæi vobis; vtq; lupi potentiores, ac validiores sunt agnis, sic Iudæi temporali potentia, ac uiribus superant uos, sed ecce ego mitto uos ecce, inquit, aduertite, cauti estote, ne uos inopinatos, ac impræmeditatos pericula inueniāt. rursus, ecce ego sum, qui mitto, confidite, timorē deponite, sicut mihi nocere nō potuerunt, sic nec poterunt lædere vos.

ANNOTATIO VI.

Cur Dominus hæc verba nō dixit Apostolis qū eos misit.

NOn immerito interrogabit quispiā, cur quādo Christus misit Apostolos, cum multa eis dixisset, quæ nunc Discipulis repetit, non hoc dixit, Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos: supra. n. cap. 9. Lucas illius missionis meminit, nec huius sententiæ mentionē vllā habuit. Mihi respondendum videtur, causam inuestigandam esse ab iis, ad quos missi sunt, Apostoli namque in Galilęe ciuitates, & loca missi fuerunt, Discipuli vero nunc in Iudæā; erant autem Iudæi infensi Christo, eumq; maxime persequebantur, multasque illi insidias parabant; contra vero Galilęis acceptus erat, securiusq; apud eos versabatur, vnde sæpe insidias Iudæorum fugiens in Galilęā se recipiebat. legimusq; apud Ioann. 11. volēti ire in Iudęam dixisse Apostolos: Nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterū vadis illuc? respōdisseque Thomam: eamus, & moriamur cum illo, quasi sciret Iudęorum odium, & insidias. Hoc autem idē Ioannes apertius docuit ca. 7. Ambulabat, inquit Iesus in Galilæam, non. n. volebat in Iudęam ambulare, quia quærebant eum Iudęi interficere. Hoc consequitur missionem Discipulorum fuisse multo periculosiorem illa, quæ fuit Apostolorū, eo maxime, quia non solum fuit ad Iudæam, sed etiam anno tertio prædicationis Christi, iam passione eius imminente, quando Iudęi maxime in illum sęuiebant. Hinc est, quod Discipulos admonuit dicens: Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos, non autē Apostolos, qui tunc eunte, parū, aut nihil periculi subibant. quod si quis obiciat apud Matthęum cap. 10. quando misit Apostolos in Galilęam, scriptum esse: Ecce ego mitto vos sicut oues inter lupos. respondeo eam sententiam non pertinere ad missionē, quando missi sunt Apostoli in Galilæam a Christo, quā Matthęus verbis præcedentibus narrauerat, sed ad missionē generalē tam ad Iudęos, quam gentes, quę facta est post resurrectionem, cuius Matthęus sequentibus verbis meminit, vnde talis sententia coniungi debet sequentibus, non autem antecedentibus, quod ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

mento manifesto, pbatur, nam sequitur: Cauete ab hominibus, tradent enim vos in concilijs,& Synagogis suis flagellabũt vos,& ad præsides, & reges ducemini &c. Hæc autem non euenerunt, quando missi fuerunt in Galilæam ante Christi passionem,sed post resurrectionem,quando palam Iudæis,& gentibus Euangelium prædicarunt, & tunc maximis versabantur in periculis,ideirco præmonentur à Christo; ante passionem vero missio parum,aut nihil periculi habuit apud Galilæos,hæc vero multũ periculi habuit, quia erat apud Iudæos,eaque de causa his,non autem illis,dixit; Ecce ego mitto vos,sicut agnos inter lupos.Quod si Discipulis in hac missione nihil mali euenit, id factum est ex Christo protegente, non autem ex parte Iudæorum,qui si permissi essent,deuorassent Discipulos,sicut lupi agnos:tales autem Galilæi tunc non erant,idque significauit Dominus de Iudæis dicens: Mitto sicut agnos inter lupos.

Cur non misit Dominꝰ Apostolos ꝛ Iudæam.

Dicet quispiam,cur non misit Apostolos in Iudæã?Respondeo Apostolos,quia cum Christo continuo aderant,fuisse etiã infensos Iudæis,sicut erat Christus,nõ autẽ Discipulos,qui minus noti erãt,ideirco non illos misit, ne odium in eos impediret omnino prædicationem, prædicator enim verbi minus sentitur,quanto magis odio habetur, quod recte Greg.2.par.pastor.cap.8. aduertit dicens: difficile est vt recta denuncians prædicator, qui non diligitur,libenter audiatur:contra vero gratiores erant Galilæis, sicut & Christus,sapientissime igitur Christus egit,in eligendis prædicatoribus, auditorũ habita rõne.

Quamobrẽ misit Christus Apostolos post resurrectionem dixit: Mitto vos sicut oues, & nõ dixit sicut agnos.

Poterit quispiam iterum interrogare, cur Christus loquens de missione,quando misit Apostolos post resurrectionem, dixit; Mitto vos sicut oues,& non dixit sicut agnos. Apostolos ouibus, Discipulos autem agnis conferens? Respondeo id factum propter significationẽ, nam oues adultum sunt animal,& perfectum, agni vero,imperfectum, & nondum adultum; sic Apostoli,quando missi sunt post resurrectionem, erant homines perfectissimi iam in eos misso Spiritu sancto, eiusque plenitudine accepta; at nunc Discipuli etiamsi sancti,ac iusti essent, plenitudinẽ ac robur Spiritus sancti nondum acceperant,ideirco per agnos, non per oues significantur. Adde quod Apostoli innumeros populos,ac fideles paritur erant Christo, ideirco oues dicuntur animal fecunditati aptum:at Discipuli nunc parum fructus allaturi erant,ideo agni dicuntur,qui nõdum generationi apti sunt. Vtrumque autem animal, tam ouis, quam agnus animal est inerme, quia prædicatio Christi non temporalibus armis,viribus,opibus, scientijs inducenda erat,sed efficacia verbi Dei.2.Cor.10. Arma militiæ nostrę nõ carnalia sunt,sed potẽtia Deo, & Leo serde Petro, & Paulo: minus est, ô Roma, quod tibi labor bellicus subdidit, quam quod pax Christiana subiecit.

Nolite portare sacculum neque peram.

COMMENTARIA.

VT essent Discipuli Deo confidentiores, totamq; spem in eo, qui misit illos ponerent, ac ab omni auaritiæ suspicione apud eos, quibus prædicaturi erant verbum, carerent, omniq; huius sæculi solicitudine deposita prædicationi incumberent,sæculum in quo asseruantur pecuniæ, peram in qua reconduntur cibaria, prohibet.

Neque calceamenta.

COMMENTARIA.

NOn per hoc nudis pedibus vult Christus Discipulos incedere, prohibetur enim vsus tantum calceamentorum, quæ totum pedum contegunt,non autem sandaliorum,quæ inferiorem tegunt partẽ, nempe plantam, & corigijs in parte superiori ligantur, vti supra cap.9.cum de missione Apostolorũ ageremus, vbi de hoc, & de præcedentibus mẽtio fieret, explicuimus. Voluit enim Christus eo, quod necessarium erat,retento,quod superfluum erat,etiam in pedibus cõtegendis resecare, & paupertatis argumenta præbere.

ANNOTATIO VII.

GRegorius hom.17. in Euang.hæc tria explicans sic inquit: Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta. Prædicatori etenim tanta debet in Deo esse fiducia vt præsentis vitę sumptus quamuis non prouideat, tamen sibi hoc non deesse certissime sciat, ne dum mens eius occupatur ad temporalia, minus alijs prouideat æterna. hæc Greg.

Et neminem per viam salutaueritis.

COMMENTARIA.

PRæcipit Christus Discipulis,vt celeriter,& omni mora reiecta,cunctisque sublatis impedimentis, verbi prædicationi incumbant, opusque impositum obeant. idq; hyperbolica oratione significat: Neminem,inquit,salutaueritis in via,id est, prætermittite omnia, quæ retardare, aut impedire possunt, quo minus prædicandi munus impositum exerceatis.

ANNOTATIO VIII.

Expositio superiorꝭ tertia in verba dicta Patrum.

SImili oratione vsus est Eliseus.4.Reg.4.quando misit Giezi famulum suum ad suscitandum puerum cum baculo; Si, inquit,occurrerit tibi homo nõ salutes eũ; & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi. Vtrumque locum Ambrosius exponens inquit. considera non hoc esse solum,neminem salutaueritis; sed non frustra additum:in via.denique,& Eliseus cũ mitteret seruum,vt baculum eius poneret supra corpus pueruli defuncti, mandauit ei,ne per viam aliquem salutaret. festinato etenim iubebat ad eum contendere, vt celebrandę resurrectionis exequeretur officium,ne cõsabulatione alicuius obuij mãdato reflecteretur à munere ergo & hic nõ salutationis officiũ,ac sedulitas aufertur, sed obstaculum impediendæ deuotionis aboletur, vt quando diuina mandantur, pauliſper sequestrentur humana. Pulchra est salutatio,sed eo pulchrior, quò præceptorum maturior executio diuinorum, quæ per moram sæpe trahit offensam: Ideo autem & honesta prohibentur,ne solemnis gratia obrepat officij, & impediat ministerium, cuius mora culpa sit. hæc Ambro. Augustinus etiam ser.42. de sanctis,idem sentit,dicẽs: Quid est neminem salutaueritis in via? potest quidem etiam simpliciter sic accipi,quia iussit nos festinanter agere iniuncta,& hoc ita dixit, neminem per viam salutaueritis, tamquam diceret,omnia prætermittatis, dum quod iniũctum est,peragatis, ea locutione, qua solent dicta exaggerari consuetudine sermocinandi. Hæc August. Idem dicit Gregorius hom.17.in Euang. Cui per viam, inquit, neminem salutare conceditur, vt sub quanta festinatione iter prædicationis peragere debeat,ostendatur. consentit his Euthymius sic inquiens. Hoc iussit,nõ inhumanos eos fieri volens, aut moribus asperos,quos nemo possit compellare, sed impedimento carentes. Solet enim salutatio per viam vehementiæ studij vt plurimum obstare.præcepit itaque illis,vt soli operi eis commisso intendant,& oblatam prædicationis occasionem non consumãt in ea, quæ necessaria non sunt, sed præter intentum sese offerunt. Hæc ille. Ex quibus consequitur non esse litteraliter sic ista intelligenda, vt nemo in via vlla ratione salutandus esset,cum sint per hyperbolem,& figuram dicta, sed quod festinanter, & omni impedimento abiecto, ac remoto prædicationi esset incumbendum.

ANNOTATIO IX.

Moralis Gregorij expositio de nõ portãdo sacculo, pera, calceamentis, & non salutando in via.

GRegorius homil.17.in Euangel hęc præcepta de non portandis sacculo, pera, calceamentis, & non salutando in via, moraliter,& per allegoriam interpretatur, ac prædicatoribus verbi accommodat.primum quidem de non portando sacculo sic explicat: In sacculo,inquit,pecunia clausa est; pecunia autem clausa significat sapientiam absconditam,& occultam. Qui igitur sapientiæ verbum habet, sed hoc erogare proximo negligit, quasi pecuniam in sacculo ligatam tenet. Vnde scriptum est Ecclesiastici 41. Sapiẽtia abscondita,& thesaurus occultus, quæ vtilitas in vtrisque? Hæc allegoria sumpta est ab Augustino serm. 42. de Sanctis. De non portanda autem opera sic inquit Gregorius;Quid per peram,nisi onera sæculi? Qui ergo officium prædicationis suscipit, dignum non est, vt onus sęcularium negotiorum portet, ne dum hoc eius colla de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

la deprimit, ad prædicanda cœlestia non assingit. Augustinus autem ad eandem significationem refert peram, & sacculum. De calceamentis vero Gregorius sic habet: Quid per calceamenta, nisi mortuorum operum exempla signantur? Qui ergo prædicationis officium suscepit, non debet stultorum operum exempla conspicere, ne sua opera, quasi ex mortuis pellibus credat munire. Sunt etenim multi, qui prauitatem suam ex alienis prauitatibus tuentur. Quia enim alios talia fecisse considerant, se hæc facere licenter putant. Hi qui aliud faciunt, nisi pedes suos ex mortuorum animaliū pellibus munire conantur? Augustinus vero loco citato allegoriam interpretatur: Calceamēta, inquit, quibus vtimur, cornia mortuorum sunt, nobis tegmina pedum: per hoc ergo iubemur renunciare mortuis operibus. Hæc Augustin. De non salutando aūt in via, idem regis habet: Omnis, qui salutat in via, ex occasione salutat itineris, non ex studio optandæ eius salutis. Qui igitur non amore æternæ patriæ, sed præmiorum ambitu salutem audientibus prædicant, quasi in itinere salutant; quia ex occasione, & non ex intentione salutem audientibus exoptant. Hæc Gregorius. Hanc allegoriam eodem modo licet pluribus verbis exponit Augustinus loco citato.

In quamcunque domum intraueritis, primum dicite: pax huic domui.

COMMENTARIA.

ADiungit Christus quintum præceptū Discipulis, quos mittebat, iubet enim domum, in quam intrauerint ante omnia salutandam, dicendo: Pax huic domui, quæ salutatio est significatio aduentus ipsorum pacifici, & amici, & imprecatio quædam est, optantium à Deo pacem domui illi. Est aūt pax hæc reconciliatio cū Deo, per gratiam à Christo factam, qua & peccata remittuntur, & amicitia cum Deo restituitur, hanc Discipuli imprecari, & annunciare iussi sunt, quam & angeli annunciarunt, dicentes: In terra pax hominibus. Per domum nō parietes, & tecta, sed habitatores intelligūtur. Simile præceptum iedit primis Apostolis, quando misit illos in Galilæam, vt refertur Matth. 10.

Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra.

COMMENTARIA.

PRædicit Discipulis, quæ euenient ex salutatione hac, vt eos consoletur, & exciter ad prædicandum cum fiducia, & lætitia; Si in domo inquit, illa fuerit filius pacis, hoc est, Dei cultor, non contentiosus, sed veritatis amator, & suę salutis cupidus requiescet super eum pax vestra, hoc est illi proderit vestra salutatio, & fructuosa erit prædicatio vestra in eo, recipietque vos.

ANNOTATIO X.

Quis dicatur filius pacis.

GRegorius homil. 17. in Euang. filiū pacis, in hoc loco interpretatur, qui prædestinatus est. Aut erit, inquit, prædestinatus ad vitam, & cœleste verbū sequetur, qđ audit. Hæc interpretatio patitur difficultates duas. Vna est, nam quamuis quicunq; prædestinatus ex illis certissime crediturus esset, non tñ consequitur, quod tunc credet Discipulorū prædicationi; multi.n. ex prædestinatis Christo prædicanti non crediderunt, immo cum persecuti fuerunt; postea vero fidem susceperunt Apostolis annunciantibus Euangelium; sic et fieri potuit, vt multi fuerint tēpore prædicationis huius à Discipulis factæ, qui prædestinati erant, & tñ non crediderunt tūc, nec pax illa requieuit in eis; sicut ēt fieri potuit, vt aliqui tunc crediderint, & ea pax in eis requieuerit, qui tū postea recesserunt, & dānati sunt. Altera difficultas est ex loco Matth. 10. vbi hoc idem dixit Apostolis, quando misit eos; Si fuerit, inquit, domus digna, veniet pax uestra super eam. Quod igitur apud Matthæum dr domus digna, nunc appellatur filius pacis. Hanc aūt dignitatem non posse ad prædestinationem referri, conuincit antecedentia apud Matthæum, vbi Dominus ait: In quamcunq; ciuitatem intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, hoc aūt prædestinatis non pōt accōmodari, qui soli Deo noti sunt, nec de his homo hominē interrogare potuit. Erit ergo homo dignus vir bonus, Dei cultor, & salutis suæ cupidus, nō contentiosus, sed veritati acquiescens, multiq; falsa fama, & opinione hominū noti sunt. de his interrogare iubentur Apostoli, & in talibus pax eorum mansionem habitura prædicitur, & eos nunc filios pacis vocat Dñs; quos Paul. ad Rom. 2. explicuit à contrario sensu; ijs, inquit, qui sunt ex cōtentione, & non acquiescunt veritati, credunt aūt iniquitati, ira, & indignatio. Filij igitur pacis sunt, qui non ex contentione sunt, sed acquiescūt veritati, de quibus ēt Dominus Ioan. 3. dixit: qui facit veritatem venit ad lucem. sic Paulus dr Act. 18. migrasse in domum Titi iusti, colentis Deū. Quod si quis dicat aliud esse, quod locutus est Apostolis apud Matthæum, aliud, quod nūc dicit Discipulis apud Lucam, nec esse domum dignā, & filium pacis, velitque cum Gregorio sentire, nempe tunc credidisse Discipulis eos, quos Deus prædestinauerat ad vitā, probabiliter sentiet, & non sine exemplo Scripturæ sacræ: nam prædicantibus post Dñi resurrectionem, & sancti Spiritus aduentum Apostolis, dictum est Act. 13. crediderunt, quotquot, erant præordinati ad uitā æternam. Quidam recentiores interpretatur filium pacis, id est, dignum pace: mihi tamen accommodatior videtur interpretatio, quæ posita est in commentario. Euthymius autem filium pacis explicat pacificum, quæ explicatio consentiens est nostræ expositioni, & est Hebraea phrasis. Vtūtur.n. Hebræi genitiuo substantiuo pro adiectiuo; appellant enim filium diuitiarum, id est, hominem diuitem, sic filium pacis scilicet pacificum.

Sin autem ad vos reuertetur.

COMMENTARIA.

COmplet Christus præcedentem sententiam, adiuncta parte oppositā nimirū, si filius pacis ibi non fuerit, super quem requiescat pax vestra, ad vos reuertetur, hoc est, non propterea inutilis erit salutatio vestra, nec inanis labor vester, nec perditis mercedem vestram; reddetur enim vobis pro vestra vōlūtate, charitate, labore, & opere. Hoc magnæ cōsolationis argumentū est prædicatoribus verbi, vtilis.n. est eorū labor, & fructuosus ipsis, siue auditoribus prosit, siue non.

ANNOTATIO XI.

Cōfirmatur expositio ex memoria posita.

AVgustinus serm. 42. de sanctis in fine, hanc sententiam explicat, sicuti nos in commentario expositimus. Reuertetur, inquit, ad vos, quæ non discessit à vobis. hoc dicere voluit, vobis prodest, quod annūciastis, nihil profuit, qui non suscepit. non quia ille inanis remāsit, ideo vos perdidistis mercede, reddetur vobis pro volūtate vestra, reddetur vobis pro charitate, quam impendistis. Hæc Augustinus. Gregorius ēt homil. 17. in Euang. pax, inquit, quæ ab ore prædicatorum offertur, aut requiescit in domo, si in ea filius pacis fuerit; aut ad eundem prædicatorem reuertitur, quia aut erit quisqi prædestinatus ad vitam, & cœleste verbū sequetur, quod audierat si nullus audire voluerit, & ipse prædicator sine fructu non erit, quia ad eum pax reuertitur; quorum ei à Domino pro labore sui operis merces recompensatur. Hæc Gregorius.

In eadem autem domo manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt.

COMMENTARIA.

QVi sacculum, & perā prohibuit, sumptus, & alimenta ex eadem prædicatione concedit; In ea ipsa, inquit, domo, in qua filius pacis fuerit, & pax vestra quieuerit, manete; id est, hospitium habetote, & comedite, & bibite de ijs, quæ ipsorum sunt, & ab ijs terrena stipendia consequamini, quibus salutem spiritualem, & vitam æternam annunciatis. Hoc Paulus à Christo edoctus dixit 2. Cor. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimꝰ, magnū est, si carnalia vestra metamus?

ANNOTATIO XII.

ADuertendum est quosdā recentiores existimasse, hoc in loco Christū præcepisse Discipulis, vt bini diuerterent in hospitium, nec separarentur inuicem; sic enim interpretantur illud, in eadē domo. & non considerant id relatiuum esse, referrique ad præcedēria, nimirum, in qua domo filius pacis fuerit, & requieuerit pax vestra, in eadem manete, & hospitiū habete, & de ijs, quæ ipsorum sunt, comedite, & bibi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& bibite: quem sensum Græca ēt faciunt; In ipsamet, inquiunt domo manete, vt referatur ad præcedentia. Notat hic Euthymius Christum permisisse Discipulis, edere, & bibere, quæ ab illis quibus prædicabant, porrigerentur, non simpliciter, sed sicut Discipulos eius decebat, quod quidē notum illis erat, quæ doctrina vera est, frugalissime enim, & temperatissime viuebant; sicut & Christus, quamuis cibis communibus vterentur.

Dignus est enim operarius mercede sua.

COMMENTARIA.

CAusa est præcedentis sententiæ; Manete, inquit, in ea domo edētes & bibentes de illorum substantia, quia dignus est operarius mercede sua, hoc est, nullo vobis opus est viatico, digni enim estis, qui alamini ab ijs, apud quos operamini. non donū hoc est, sed debitum; non gratia, sed merces, quia vobis alimenta debentur ab ijs, quibus verbum prędicatis, sicut operarijs merces debetur.

ANNOTATIO XIII.

Gregorij in hunc locū pulchra expositio.

GRegorius hom 17. in Euang. hunc locū pulchre, & docte interpretatur sic dicens: Quia iam de mercede operis sunt ista alimenta sustentationis, vt hic de labore prædicationis merces inchoetur, quę illic de veritatis visione perficitur. Qua in re considerandum est, quod vni nostro operi duæ mercedes debentur. vna in via, altera in patria: vna, quæ nos in labore sustentat; alia quæ nos in resurrectione remunerat. Merces ergo, quæ in præsenti accipitur, hoc in nobis debet agere, vt ad sequentem mercedem robustius tendatur. Verus ergo quisque prædicator non ideo prędicare debet, vt in hoc tempore mercedem recipiat, sed ideo mercedem recipere, vt prædicare subsistat. Quisquis namque ideo prædicat, vt hic vel laudis, vel muneris mercedem recipiat; æterna proculdubio mercede se priuat. Quisquis verò vel ea, quę dicit, ideo placere hominibus appetit, vt dū placet, quod dī, per eadem dicta non ipse, sed Deus ametur, vel ideireo terrena stipendia in prędicatione consequitur, ne à prędicationis voce per indigētia lāsetur; huic proculdubio, ad recipiendam mercedē nihil obstat in patria, quia sumptus sumpsit in via. Hęc, & alia multa digna lectione, & consideratione Gregor.

Nolite transire de domo in domum.

COMMENTARIA.

PRosequitur optimis, & vtilibus præceptis Discipulos suos instituere: Ne, inquit, transite de domo in domum, id est, cum inueneritis filiū pacis, in ciusque domum recepti fueritis, ne mutetis hospitium, in eadem ciuitate cursitando de domo in domū, ne vel leues, ac mutabiles, aut gulę dediti videamini, sed permanete dum, qui vos hospitio recepit, sustinet. Plura diximus in cap. 9. vbi hoc idē Apostolis suis Christus præcepit. non prohibetur de domo vna in aliam transire causa rationabili: nam & Paulus Act. 18. de domo Aquilæ transiit in domum Titi, sed vetatur frequens, & voluntarius sine iusta causa, vel necessitate transitus.

Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate, quæ apponuntur vobis.

COMMENTARIA.

DOcumentum tradit, qualiter se cum ciuitatibus, ad quas pernenerint, gerere debeāt; In quamcunq; igitur ciuitatem intraueritis, si in ea vos susceperint, id est, hospitio excepe rint, ibi primum manducate, quæ vobis apponuntur, id est, non cureris, quidnam apponatur, sed estote simpliciter quocunque cibo contenti, nō petentes quæ vobis placent cibaria, sed accipientes, quę vobis offerūtur. Hoc præcepit Christus, vt alijs sit argumētum, illos non propriam commoditatem quærere, nec ea de causa, ac eo fine illuc aduentasse, sed ob aliorum vtilitatem, aliaque prærendere, quę magis sunt necessaria.

ANNOTATIO XIV.

Duæ obiectiones

DVæ difficultates se offerunt, prior est, nam superflua vī hęc sinia, cū dictum sit

Obiectio superiora soluuntur.

sit paulo superius in domo eadem manete, edentes, & bibētes, quæ apud illos sunt: superfluum igitur videtur id nunc repetere. Respondeo non esse repetitionem, nec has sententias idem continere documētū, nam prioris sententiæ sensus est, vt edant de ijs, quæ sunt de substantia eorum, quibus prædicauerint, quasi diceret, non est, quod emaris, aut pretio comparetis vobis dictum, sed ijs, quæ aliorum sunt, vtimini, ac si vestra essent, propterea adiunxit Christus. Dignus est operarius mercede sua: nec dictum est, edite, & bibite, quæ apponuntur vobis, sed dicitur: Quæ apud illos sunt. At in posteriori hac sinia documentum datur distinctum, nimirum, vt in ijs, quibus vti conceditur, non curēt, quid, aut quale sit, quod eis offertur; sed quolibet cibo, & potu dato sint cōtenti, sic enim significabant se non cibum corporalem, sed spiritualē inquirere, nec propriæ vtilitati, sed aliorum incumbere.

Posterior difficultas est, cur Dominus prius de domo egit, quam de ciuitate, cum potius prior sit ingressus in ciuitatem, quā in domū priuatam. Respondeo duplicem ingressum fecisse Discipulos in ciuitates, & villas Iudææ, vnum priuatum, & ignotum, alterum manifestum, & publicum. à principio, quidē priusquam annunciarent Christi aduentum, miraculaq; facerent, ignotus erat introitus eorum, sicque nō recipiebātur nisi in domibus priuatis, & ad singulares domos diuertebant: at postquā eorum prędicatio innotescere incepit, eorumq; miracula diuulgari, vix accedebant ciuitatibus, & villis, quin tota ciuitas occurreret, aut ad excipiendū, aut ad repellendum eos. Christus ergo omnium horū prę scius, documenta dedit de singulis, eaque de causa de ingressu, domorum prius meminit, quia is fuit prior. postea vero de ingressu publico, & manifesto, qui fuit posterior, immo in vna, eademque ciuitate prius ingrediebantur priuate, quam eorū fama diuulgaretur, potuitq; euenire, vt qui ingressi erant priuate, post publicationem à tota ciuitate repellerentur, sicut etiam e contra, vt qui excepti erāt priuate publicè etiam susciperentur. Qua ratione istæ duæ sententię concordant, ieiusumque accōmodatum faciunt.

Et curate infirmos, quæ in illa sunt.

COMMENTARIA.

POstquam ingressi, & excepti fueritis in ea ciuitate, curate infirmos qui in illa inuenti fuerint; si enim duo efficiuntur; vnum quidem, magnitudīne operum mentes hominum illustrātur ad concipiendam, & apprehendendam veritatem verbi prædicandi: alterum voluntates eorum beneficio tanto alliciuntur. Hæc enim duo maxime ad fidem Christi percipiendam faciunt, si intellectus illuminentur, & voluntates excitentur cum enim, quę fidei sunt, non nitantur demonstrationibus necessariis, sintq; supra naturalem captum hominis, opus est vtroq;, & intellectuum illustratione, quæ ex parte habetur miraculorum operatione, & pia voluntatis affectione; quæ fit beneficiis, & vtilitate factorum, nēpe in curatione infirmorum.

Et dicite illis: Appropinquauit in vos regnum Dei.

COMMENTARIA.

POst cibum corporalem, quo sustētatur corpus; sitq; instrumentum aptum labori, & post infirmorum curationem, qua disponuntur homines ad susciendum verbum prædicationis, prædicate, & annunciate illis appropinquasse regnum Dei, id est, aduentum messiæ, seu aduenisse Christum in Lege, & Prophetis promissum, & à Iudæis creditum, & expectatum. Hoc appellatur regnum Dei, vt aliàs diximus.

In quamcumque autē ciuitatem intraueritis, & nō susceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite.

COMMENTARIA.

DOcumentum dedit eorum, quæ gerere debent in ciuitatibus, in quib. susceptī fuerint: nunc docet, qualiter se gerere debeant cum iis, qui susci-

susciperе,id est,hospitio excipere noluerint. Ingressus quidem cõis est, tñ quidam nolũt hospitio excipere, nec permittere mansionem; quidam verò contrario se habent modo; cum ijs igitur,qui noluerint excipere,hoc faciẽdum præcipit: Ite ad plateas ciuitatũ talium,quo multitudo hominum maior concurrere solet, vt quod dicere vos volo,plurimi audiãt,& in omnes diuulgetur, neminemque lateat, vt excusatio nulla sit.

Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in vos.

COMMENTARIA.

HOc est,quod in plateis dicere debent.sensus est: nõ solũ eximus de vestra ciuitate, in qua non vultis nos susciperе , sed si quid nobis ex ea adhæsit, vel minimum.s.puluerem pedũ,excutimus,& repellimus in vos.i. contra uos , quasi significantes culpã esse vestram,neq; quod nostrum erat fecisse: vos autẽ restituisse, nos voluisse non rem nostram agere,sed vestram, non nostris commodis,sed uestris inseruire. Hanc eandem sniam protulerunt Apostoli,qñ missi sunt,vt habet cap.9. vbi eam fusius explicauimus.

Tamen hoc scitote, quia appropinquauit Regnum Dei.

COMMENTARIA.

QVamuis aũt exeamus,& puluerem ẽt ex vestra ciuitate excutiamus, & nobis relinquamus , hoc tñ non possumus, nec nolumus præterire,nempe annũciare uobis, appropinquasse regnum Dei,i.Messiæ tempus aduentasse, Christumq; adesse, culpa sit uestra non credidisse ; non autem nostra,qui prædicauimus,& fecimus, quod nostrum erat.

ANNOTATIO XV.

Euangelium ẽt ADuertendum est maximẽ inter hæc duo magnum esse discrimen, nempe prædicare Euangelium,qđ ad Christi discipulos,& successores pertinet; & credere Euangelio prædicato,qđ est audientium: nam audiẽtib.liberum relinquitur, vt credant, nec sunt inuiti trahendi ad recipiendum Euangelium ij,qui numq̃ ante credi derunt.licet.n.peccent,& æternæ damnationi obnoxij sint, diuino præcepto nõ obedientes,cũ non sint cogẽdi si nolint. At verò verbum prædicãdum est, ẽt si nolint ij,quibus prædicatur; cum.n.hoc præceptum prædicandi sit datũ prædicatoribus, quotiescunq; ij possunt prædicare,ẽt inuitis auditoribus prædicare debent, relictis his in sua libertate, si Euangelium prædicatũ acceptare velint. Hoc docet nos Christus,nam præcipit suis, vt si susceptі in ciuitate aliqua non fuerint, egrediãtur,nec cogant illos ad credendum,in quod suum est faciant,nempe per plateas annuncient dicentes; scitote quia appropinquauit regnum Dei. Hoc ipsum docuere nos Apostoli suo exemplo Act.5.cum.a Principes sacerdotum post Domini resurrectionẽ, & Spiritus sancti aduẽtum illis dixissẽnt Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto,& ecce replestis Hierusalem doctrina vestra Petrus respondit, & Apostoli cæteri dixerunt; Obedire oportet Deo magis,quam hominib. Ecce nolẽtibus,& inuitis Principibus Apostoli prædicarunt Euangelium, & rõnem dederũt, allegantes hoc esse Dei præceptum,& cui magis obediendum est,quam hoiũ mãdatis. & paulo inferius cum Apostoli flagellati essent,iterum cõuocati sunt à Principibus & annunciatum est illis, ne omo loquerentur in nomine IESV; at illi omni die non cessabant in templo,& circa domos docentes , & Euangelizantes Iesum Christum.

Tollitur lentium prædicatũ, licet non sint inuitis molestiæ inferẽdæ ad credẽdũ Euangelio, quãdoq; ẽtiam ad horam

Dico uobis,quia Sodomis in illa die remissius erit,quam illi ciuitati.

COMMENTARIA.

NOn impune abituros illos, qui prædicatum Euangelium non susceperint, docet grauissimam pœnã infligendam significans. Sodomi,inquit, mitius punientur in iudicij die, quàm isti,id est, cum aduenerit dies ille vltimus, quando vnicuique peccantiũ pœna digna infligetur, minor erit punitio Sodomorum quam istorum, quod argumẽtum est, illorum minus fuisse peccatum, quàm istorũ. Exemplum ponit Sodomorũ , quia hi igne consumpti sunt de cœlo misso,& eorũ subuersæ ciuitates ob nefanda eorum peccata. Vnde quando alicuius peccati grauitatem significare voluit Scriptura,hos Sodomos,& Gomorrheos adduxit in exemplum . Isai.1. Audite verbum Domini Principes Sodomorum;percipite auribus legem Dei vestri populus Gomorrhæ . Thren. 4. Maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento. Ezech.16. Viuo ego,dicit Dominus Deus, quoniã non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius sicut fecisti tu,& filiæ tuæ.rectè ergo dictum est:Excutite puluerẽ in eos, nam grauissime puniẽdi sunt.

ANNOTATIO XVI.

Inter peccatores diuersa esse supplicia & alijs grauiora esse peccata.

SImilis sniæ hĩ Matth.10.cõtra eos,qui Apostolos non susceperunt,nec audierunt. vbi rectè notat Hieron. ex hoc loco colligi inter peccatores diuersa esse supplicia,puniuntur.n.Sodomi,punientur & isti, qui non susceperunt Euangelium prædicatum,sed illi tolerabilius,& mitius, quã isti.qđ argumento est,peccata esse diuersa,& quædam grauiora aliis, non.n.esset inæqualis pœna,nisi ẽt esse impar & culpa. Notandum simul est, quantum sit istorũ peccatum,quod maius est eo,quod cõmiserunt illi,de quibus dicitur Gen.13. Homines Sodomitæ pessimi erant,& peccatores nimis coram Domino.

Dico in intelligendum Euangelium affirmans quædam peccata puniri in hoc sæculo, & in futuro.

Notat etiam eodem loco Euthym. quædam peccata puniri in hoc sæculo,& in futuro:nam ex Scriptura nouimus peccata Sodomorum esse punita, igne.n.cum suis ciuitatibus consumpti fuerunt; si autẽ in die iudicij pœna infligetur,licèt remissior, q̃ quæ non susceptientibus prædicationẽ Christi,igitur in hoc sæculo,& in alio pœna infertur. Quod non sic intelligendum est,quasi dupliciter peccata puniantur pœna condigna , non.n.sic est,sed eadem est pœna,quæ incipit in hoc sæculo,& continuatur grauior in futuro,quod Gregor. sapienter docuit lib.18.mor.c.13. Assensum, inquit, præbemus quamlibet culpam bis ferri non posse:hoc ex peccato percussis , & in peccato suo morientibus debet æstimari,quia eorum percussio hic cepta,illic perficitur, vt in correctis vnum flagellum sit,quod temporaliter incipit,sed in æternis supplicijs cõsummatur. quatenus eis, qui omnino corrigi renuunt,iam præsentium flagellorum percussio, sequentiũ sit initio tormentorum. Hæc ille.

Posset autem quispiã interrogare, qua ratione sit maius peccatum istorum, quã Sodomorum? Quidam recentiores respondent non conferri hic oĩa peccata,nec omnium peccatorum pœnas,sed illud solum peccatũ Sodomorum, quod inter alia numeratur Ezech.16. Nempe quod egeno,& pauperi manum non porrigebant. hoc igi quam sotur peccatum inhospitalitatis minus fuit, quam inhospitalitas, qua hi non receperunt Apostolos,quibus magis tenebantur subuenire,quia spiritualia seminabant,q̃ illi pauperibus nõ seminantibus spiritualia.& sic horum peccatum minus est, minoriq; pœna puniendum, quam horũ, de quibus nunc est sermo, cætera verò peccata non cõferuntur,nec eorum pœnæ. Hęc autem sniа & explicatio textui nõ accommodatur , simpliciter.n.dicitur Sodomos minus puniendos. Quidã alij recentiores peccata illa nefanda carnis conferri putãt, asseruntq; minus esse grauia infidelitate , qua isti premebantur non credentes. Discipulis annunciantibus aduentum Christi verbis & miraculis;grauius.n.est peccatum infidelitatis,peccato carnis,ex genere suo. Quidquid aũt de hoc sit,mihi vt agi hic de peccatorum omnium circumstantia, nempe impœnitentia, pp quam tam hi,quam illi puniuntur,graunsq; hi,quã illi; maior.n.culpa fuit impœnitentia horum, qui habuerunt Discipulorum prædicationem exhortantium ad pœnitentiam, & ostendentium viam veniæ consequendæ , quam impœnitentia Sodomorum , quibus non est sic prædicatum . Vnde in hac parte obstinatio horum grauior est . Huic non obstat, quod alia potuerint esse peccata grauiora,& plura in Sodomis, pp quæ grauius puniendi sint in die illo. Hęc expositio vt Hieronymi, nam Matth.10. sumi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

similem explicans sententiam inquit sic: Idcirco tolerabilius erit Sodomis, quia eis non fuit prædicatum, his autem fuit prædicatum, & non receperunt Euangelium. Sermo igitur est de impœnitentia peccatorum, cæteris paribus, non autem de peccatis ex se, nec de pœnis, quæ ijs debentur. Hanc interpretationem verba sequentia indicant; exprobrans enim Dominus malitiã hanc inquit: si signa, & virtutes quæ factæ sunt in te, factæ fuissent in Tyro, & Sydone, pœnitentiam egissent, quasi diceret: Tua impœnitẽtia grauior est, & peccata tua ex hac circunstantia grauiori pœna punientur, non tñ propterea fit, vt absolute ex se oĩa sint grauiora. sicut si quis commisit homicidium, alius furtum, vterque aũt sit impœnitens, vnus quidem maiora, ac plura habuit argumenta pœnitentiæ, profecto non propterea homicidiũ minus est peccatũ, etiamsi minus habuit pœnitentiæ argũ, nec minori pœna afficitur, sed hæc impœnitẽtia in vno minus punitur, minusq; grauis est in homicida, licet ex alio capite, grauiori peccato, nempe homicidio magis torquebitur. Quando aũt cætera paria sunt, & peccata æqualia, tũc absolute vnus alio magis torquebitur, scilicet cuius impœnitentia grauior fuit, sicque ista sententia intelligenda est.

Qño in vltimum iudicio dicẽtur Sodomi remissius puniẽdi.

Nota postremo, qñ dicitur in die illo, s. vltimo iudicio Sodomos remissius puniẽdos, non intelligas pœnam peccatis debitã differri ad vltimum diem, cum statim à die obitus singulorum, aut in infernũ detrudantur animæ iniquorum, aut in purgatorium animæ iustorum, si indiguerint purgatione, aut statim in cœlum recipiuntur, si purgatione non indiguerint, aut si purgandi fuerint, post purgationem; sed id dictum est, tum quia in illo die manifestabitur omnibus iudicium, notaque erit omnibus singulorum pœnarum quia nõdum est tota inflicta pœna damnatis, nondum enim corpora resumpta sunt vsque ad illud tempus, cũ quibus & animæ coniunctæ in æternum insequebantur.

Væ tibi Chorazain; væ tibi Bethsaida.

COMMENTARIA.

VT confirmet, quod dictum est, per quandam apostrophen exprobrat ciuitatibus illis, in quas missi ante fuerant Apostoli, & non fuerũt ab illis suscepti, significans simile euẽturum ijs, quæ non erant susceptura Discipulos, qui nũc mittebantur. Væ tibi, inquit, Bethsaida, væ tibi Chorozain. ciuitates sunt istę Galileæ, ĩ quas prius missi Apostoli non fuerunt suscepti, nec ad eorum prædicationem, & miraculorum operationes crediderant, nec pœnitentiam egerant. Similem pœnam comminatur ciuitatibus Iudææ, quæ non erant susceptura Discipulos.

ANNOTATIO XVII.

TOta hæc sententia habetur apud Matthæum aliæ historiæ connexa. Vnde posset dubitari, an hoc tempore, quod refert Lucas, sit prolata, an eo quod narrat Matthæus, an bis à Domino dicta. mihi probabile est Lucam ordinẽ seruasse temporis, eandemq; esse sententiam.

Quia si in Tyro, et Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis: olim in cilicio, & cinere sedentes pœnitterent.

COMMENTARIA.

CAusa est comminationis factæ, ea autem est, quia tot, ac tãta miracula facta sunt apud eos per postolos, ac per Christum ipsum, vt ad pœnitentiam cõuerterentur, ac veritatem reciperent, quæ si facta fuissent apud Tyrum & Sidonem Gentilium ciuitates, & idololatras, vtique isti pœnitentiam egissent, & tamen illi noluerunt eam agere, cum essent de populo Dei, Deique veri notitiam, & cultum haberent, ac Christum expectarent, ipsiusq; promissiones haberent, cumque minoribus auxilijs diuinis debuissent conuerti, nec maioribus conuersi sunt.

ANNOTATIO XVIII.

QVærit Hieronymus Matt. 11. vbi scriptum sit, quod in Chorozain, & Bethsaida Dñs signa fecerit, & videt supra c. 4. Matthęi scriptũ esse vbi dr, Circuibat ciuitates oẽs, & vicos, curans oẽm infirmitatẽ, & reliqua. Mihi vr Christus nunc nõ tam loqui de ijs, quę ipse gessit per se, q̃ de iis, quæ

quæ fecerunt Apostoli missi ab eo, de quamissione & virtutibus dictum est supra c. 9. Vult.n. nunc significare Judæos, qui nõ susceperint Discipulos, quos nunc mittit, obnoxios futuros grauissimæ pœnæ, sicut fuerunt inter Galilęos Chorozain, & Bethsaida, qui non susceperũt Apostolos prius missos.

De auxilijs diuinis pro expositione superiorum sententię.

Pro declaratione aũt huius sñiæ nota primo, Deum quidem non negare ea auxilia diuina, quibus peccatores ẽt Idololatręque possint, si quod suum est, exhibent, conuerti, & à peccato eripi, gratiamq; consequi; si.n. non reciperent hæc à Deo, excusationem quandam haberent, cum sine auxilio tali, & ope nemo possit emergere à peccato. Vnde Tyro, & Sidoni non defuit Deus in his ministrandis, quę necessaria erant illis, vt possent facere pœnitentiam, si vellẽt, idcirco imputatum est illis, quod non pœnituerunt, & punientur in iudicio diuino, vt statim dicit Dominus.

Nota secundo Deum non æqualia dare auxilia sua diuina oĩbus, sed quibusdã ministrare ẽt superabundantia, maiora ingẽ iis, quæ necessaria erant, & quibus potuissent conuerti si voluissent. hoc.n. cum ciuibus harum ciuitatum Chorozain, & Bethsaida factum est, dedit.n. Deus plura, quã erant necessaria, ac superabũdantia: quod argumẽto eo probatur, quia data sunt eis talia, ac tanta, quibus Gentiles idololatręque, & remotiores à Deo possent conuerti, si data eis fuissent.

Nota tertio quanto superabundantiora dat Deus auxilia peccatoribus, tanto grauior est eorum culpa, si eos non pœnitet. quanto.n. est maius beneficium oblatum, tanto maior est ingratitudo, si contemnitur. vnde culpa istorum grauior facta est, quia plurib. acceptis virtutibus, quæ sunt diuina auxilia prouocantia, & inducentia ad pœnitentiam, illi non resipuerunt.

Nota quarto, Deum quibusdã dare talia auxilia, quæ si alijs daret ẽt magis peccantibus, vtiq; hi conuerterentur, & tñ illi, quibus dantur, non conuertuntur. Ecce hic vides virtutes datas Galilęis superabũdantes, & non sunt conuersi, & quidem si datę fuissent Tyrijs, pœnitẽtiam egissent, nec est, quod conqueranitur Tyrij, aut ii, quibus illæ datæ non sunt, quia habuerũt ipsi necessaria, & forsan abundantia, quibus si voluissent, potuissent conuerti. vnde à culpa excusari nõ possunt, quod aut maiora, & superabundantia non habuerint; iustitiæ Dei est, qui eos priuat, quia necessarijs auxilijs sibi datis abusi sunt: est etiã voluntatis diuinæ; ad gratiam.n. non ad iustitiam, aut debitum id pertinet, nec ẽt est, quod quidquam Deo ex hac sua volũtate imputetur. iuxta illud: Accipe quod tuum est, an non licet mihi quod volo facere? de priori inquit Augustinus in Enchiridio cap. 95. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone factę fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, olim in cilicio, & cinere pœnitent am egissent, nec utique Deus iniustè noluisset salvos fieri, cum possent salui esse, si vellent. Hæc August. iustè igitur omnes indicabũtur, quia acceperunt quantum opus illis erat, grauius tamen illi, quibus superabũdantia data sunt.

Nota quinto horum arbitrium; vnde.n. est, quod Galilæi non sunt conuersi tantis virtutibus? quia noluerunt. Vnde autem esset, quod si eædẽ factę fuissent apud Tyrios, & Sidonios, pœnitentiam egissent, quod hi Deo sic vocanti consensissent? sæpẽ enim fit vt Deo vocanti vnus consentiat, alter non, arbitrij libertate, quod sicut cum Dei auxilio operari potest, ita & eidẽ resilire, & resistere valet.

Nota postremò, per virtutes intelligi miracula diuina, quæ ad prædicationis virtutem persuadendam adhibentur: nec existimes solis his exterioribus argumentis moueri posse arbitrium ad fidem, aut pœnitentiam, nisi interius Deus etiam operetur suæ gratiæ auxilio, & ope, quod quidẽ non defuit oĩbus istis: aliter non exprobraret Christus virtutes has, nisi etiam significaret ea data interius, quæ cum virtutib. ipsis ad pœnitẽtiam abundanter sufficiũt. Hæc dicta sint in huius loci explicatione, quæ longius persequi non est instituti huius. Quid autem sit in cilicio, & cinere pœnitentiam agere, spiritualiter explicat Gregor. lib. 35. moral. cap. 5.

Verumtamen Tyro, & Sidoni remissius erit in iudicio, quam vobis.

COMMENTARIA.

ECce, quod comminatur, nempe grauissimã pœnã pro culpa eorũ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit enim maior, quam ea, quę infligetur Tyro, & Sidoni, ciuitatibus idololatrarum, nomina ciuitatis ponũtur, pro habitatoribus. particula, veruntamen, Græcè πλὴν, est aduersatiua in hunc sensum, quãuis plures virtutes factæ sint in vobis, quam in Tyro, & Sidone, prælatiq; sitis in beneficijs, & misericordia Tyro, & Sidoni in hoc sæculo, tamen in die iudicij grauiori, & acerbiori pœna puniemini, quã Tyrus, & Sidon.

ANNOTATIO XIX.

EVthymius in Matthæum, particulam, πλὴν quam vetus interpres vertit, veruntamen, illatiue intelligit, nempe propter hoc, siue ideo, & est sensus accommodatus. Quidam alij interpretantur quasi particulã asseuerationis, & assertionis cuiusdam, nobis autem visa est interpretatio posita in commentario conueniens, & quæ veteri interpreti magis consentit.

Et tu Capharnaum vsque ad cœlum exaltata, vsq; ad infernũ demergeris.

COMMENTARIA.

INuehitur nunc, & comminatur Capharnaũ, in qua ipsemet Christus prædicauit, innumerasque virtutes operatus est, nec tamen conuersa est ad pœnitentiam, nec Christo credidit: Et tu, inquit, ò Capharnaũ, quę vsque ad cœlũ exaltata es, meo hospitio, mea prædicatione frequentissima, plurimis meis miraculis, & signis, & tamen non es conuersa: demergeris in infernum, ab hac celsitudine in oppositum cades extremum, sæuissime. nã punieris in inferno. Si enim ciuitates, quæ Discipulos velut pertranseuntes non susceperunt, acriter punientur, quanto acrius illa, quæ Magistrũ non suscepit, diu apud eam commorãtem, multipliciter docentem, & mirabiliter operantem?

ANNOTATIO XX.

APud Matthæum cap. 11. hanc sententiam sic legimus: Et tu Capharnaum, numquid vsque in cœlum exaltaberis? vsque in infernum descẽdens. ibi notat Hieronymus priorem partem huius sententię dupliciter in exemplaribus legi. vno quidem modo, vti relatum est, altero modo, vt cum verbis Lucæ conueniat, & tu Capharnaum, quæ vsque ad cœlum exaltata es. Chrysost. hom. 38. in Matth. & Euthymius hanc posteriorem lectionem sequũtur; vulgatus autem priorẽ, quæ lectio mihi videtur legitima, ita vt non sit eadem cum ista Lucæ, sed vtraque coniungenda sic: Et tu Capharnaum vsque ad cœlos exaltata es, numquid autem vsq; ad cœlos exaltaberis? vsque ad infernum demergeris, quasi diceret, non solum non permanebis in hac exaltatione, quin potius vsque ad inferos deprimeris. Lucas autem adiunxit, quod siluit Matthęus. quod si quis contendat, vnam esse sniam Matthęi, & Lucę, respõderi poterit sensum eundem esse, nã interrogatio illa vim habet affirmatiuæ. Mihi autẽ magis placet, quod prius dixi.

Cur vsq; ad cœlos exaltata.

Quare autem dicatur vsq; ad cœlũ exaltata, duplicem intelligẽtiam adhibet Hieronymus. vna est, quia superbissime resistit prædicationi Christi, ideoq; dicitur vsque ad infernum demergenda. Altera est, quia exaltata est hospitio Christi, signis, ac virtutibus, tãtumq; habens priuilegiũ credere noluit; ideo maioribus plectetur supplicijs. vsque ad infernum detrahẽda. Hanc posteriorem explicationem amplexi sumus in commentario, quæ Scripturæ est conformior, nam de hac exaltatione, & gloria ciuitatis huius Capharnaum scriptum est Matth. 4. adducto Isaiæ oraculo sic: Relicta ciuitate Nazareth habitauit in Capharnaum ciuitate maritima, in finibus Zabulon, & Nephtalim, vt adimpleretur, quod dictum est per Isaiam prophetã, terra Zabulon, & terra Nephtalim via maris trans Iordanem Galilæa gentium, populus qui habitabat in tenebris vidit lucem magnam, sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Illud autem vsque in infernum demergeris, videtur alludere ad simile verbum Isa. 14. prætermisit autẽ Lucas, quæ Dominus adiecit huic sententiæ, causam exponẽs quæ Matthęus refert, dicẽs: Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent vsque in hãc diem. veruntamẽ dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quam tibi. Horum expositio ex prædictis patet.

Quia vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit, qui autem me spernit, spernit eum, qui me misit.

COMMENTARIA.

PRædicationem commissam Discipulis commendauit Christus à pœna grauissima, non suscipientibus inferenda: nunc eam commendat ab auctore, docetque doctrinæ prædicandę doctorem, & auctorẽ Deum ipsum esse. Deique potestate, & auctoritate eos prædicare: qui vos, inquit; audit, me audit, id est, qui pedicationi vestrę fidem adhibet, & obedit, mihi credit, & obedit; vos enim me ipsum repræsentaris, meas vices geritis; contra vero, qui vos spernit, me spernit, id est, qui vestræ prædicationi incredulus, & inobediẽs est, mihi ipsi incredulus, & inobedieus est, illataque vobis per incredulitatem, & inobedientiam iniuria, mihi illata est, neque in hoc solo res ista consistit, nam in Deum ipsum conuertitur; Deo enim non credit, nec obedit, qui mihi non credit, nec obedit, ipsique Deo iniuria infertur, qui namque ei, qui missus est à Deo hæc facit, Deo mittendi facit, iniuriaque facta misso, mittenti ipsi fit, contra vero, qui vos audit, Deum ipsum audit.

ANNOTATIO XXI.

NOta non dici, qui vos non audit, me non audit, sed qui vos spernit, me spernit, quia non adhibere fidem, & obedientiam prędicanti, contemptus quidam est prędicantis, & prædicationis. Nota rursus, auctoritatem prælatorum quorum est prędicare Euãgelium, & quibus debetur obedientia, non esse ab hominibus, sed à Deo, ipsisque fidem, & obedientiam deberi, nõ tantum quia Christus præcepit, sed quia etiam vices Dei, ac Christi gerunt, ipsumque repræsentant. Nota demum quanta debet esse sanctitas eorum, qui tãta auctoritate eminent, non quod auctoritas non sit, qñ talis vita non est comes, sed quod maxime indecens sit multo magis, quam qui pretiosas, & lucidissimas gemmas portat in vase vili, & immundo quæ nõ propter

Quanta sit auctoritas prælatorũ, & quam sanctam eos deceat sanctitas esse.

gemmæ non sunt, nec pretium amittunt; sed indecẽtissime portatur. Paulus 2. Cor. 4. Habemus, inquit, thesaurũ istum in vasis fictilib⁹, vt sublimitas sit virtutis Dei. Vasa fictilia appellabat hoĩes pauperes, corporũ infirmitatibus, & afflictionibus expositos, mundi huius bonis carẽtes, quales erant Apostoli, quod quidem factum dicit, vt eo magis virtus, ac potentia Dei innotesceret, qui per tales hoĩes tam mira operabatur: at sunt alia vasa fictilia nimirum, qui vitiis indulgent, quorum vita reproba est, qui in talibus vasis thesaurum hunc Dei portant, portant quidem, non vt sublimitas virtutis Dei innotescat, sed potius vt implearur illud: Per vos blasphematur nomen Dei in gẽtibus, qui scãdalo sunt subditis, qui occasionem præstant, vt vilescat apud alios thesaurus Dei, hi vasa vilia, & immunda sunt, quæ cibum contentum faciant potius nauseam, & horrorem gignere, quam desiderium.

Reuersi sunt autem Septuaginta duo cum gaudio dicentes.

COMMENTARIA.

QVæ discipuli in hac missione egerint, Euãgelista noster siluit, & ad reditum eorum à prædicatione, narrandum conuersus est: Reuersi sunt, inquit, Discipuli à prædicatione eis commissa, ad Christum, gaudentes, causamq; gaudij explicantes, quæ in sequentibus ab Euangelista exponitur.

ANNOTATIO XXII.

EVangelistę prętermiserunt narrare ea, quæ Discipuli isti gesserunt in ciuitatibus Iudææ, ad quas missi sunt, immo solus Lucas huius missionis facit mentionẽ. Hoc tã tacite insinuatur, nẽpe eos fructũ aliquem fecisse, postquam cum gaudio reuersi sunt, quod ẽt in sequenti snia magis explicabitur, vt ibi notabimus. quod autẽ ad verba attinet, nonnulla Græca non legũt illud, Duo, de hoc vero diximus in annotatione 1. nec est quod nũc repetamus.

Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.

COMMENTARIA.

EXponunt Discipuli causam gaudij, cum quo reuertebãtur, ea autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem est, de potestate sibi data à Christo, qua in nomine eius miracula ediderunt, & dæmonia eiecerunt, particula (etiam) cumulatiua est, nimirum multa mirabilia edidimus, atque dæmonia etiam nobis subiecta sunt, dū ea expellimus. gaudebant quidem Discipuli de tanta potestate, non tamen sibi eam vsurpabant, sed agnoscebant, & confitebantur, non propria se ea fecisse opera, sed nominis Christi virtute, per cuius inuocationem ea omnia fecerant. Non autem vtuntur verbo præterito dicentes: Subiecta sunt nobis, sed quasi de potestate adhuc perseuerante, & permanente in eis, loquuntur de præsenti, dicentes: Subijciuntur nobis, non quod tunc, quando hæc dicebant, expellerent dæmonia, sed quod potestas in eis perseueraret. Hoc Discipulorū gaudium argumento est, eos à ciuitatibus Iudææ multis susceptos fuisse; habuerunt enim præceptum à Christo talia opera faciendi in locis, in quibus fuissent susceptī, ab alijs vero exeundi, & puluerem adhærētem pedibus in eos excutiēdi.

ANNOTATIO XXIII.

Gaudiū Discipulorū eo, quod in nomine Christi dæmonia subijcerēt, quodnā fuerit.

TRiplex potuit esse Discipulorum gaudium de eo, quod dæmonia subijcerētur eis. Vnum propter mirabilem potestatem sibi datam, vt gaudij causa, & materia esset bonum sibi collatum à Christo. Alterum propter Christi gloriam, & exaltationē nominis eius, quippe quod in ipsius nomine tam mira facta erant. Tertiū, propter fructum spiritualem auditorum, qui tantis virtutibus commoti prædicationi Christi assentiebant, & ad ipsum cōuertebantur. Discipulorum gaudium fuit primi generis; gauisi enim sunt de dono sibi collato, quasi de bono proprio, non quod sibi vsurparent, quasi virtute propria id essent assecuti, taliaque opera facerent; fatebantur enim non sua virtute, sed nominis Christi se ea fecisse; gaudebant tñ quod eis ea potestas esset data. Hoc fuisse gaudium Discipulorum testantur Patres sacri. Cyprianus tract. de tentationibus, & ieiunio Christi. Titus Bostrenus in hoc cōmentario. Chrysostomus hom. 33. in Matth. Gregorius i multis locis, nimirū hom. 19. in Ezech. lib. 9. epist. epist 58. & lib. 23. moral. c. 4. quorum Patrum verba sequenti annotatione referemus. id ipsum Euangelica verba indicār, nam explicantes causam gaudij dicunt, quod dæmonia subijciuntur nobis, quod clarius verba Christi ostendunt: Nolite, inquit, gaudere, quod Spiritus subijciuntur vobis, & non repetit illud in nomine meo, indicans illos gauisos, quia expellebant dæmonia, non aut pp nomen Christi, in quo expellebant, quibus agnoscerent se in eo nomine expulisse. adde, comparationem, quæ sequitur. Gaudete quia noīa vestra scripta sunt in cēlis, significare eos gauisos pp donum sibi collatum, cui Christus præponi debere censet, ac præcipit bonum, quod vere bonum est, nimirum quod electi sunt à Deo.

ANNOTATIO XXIIII.

Gaudiū istud Discipulorum an fuerit laudabile.

POsset quispiam interrogare, quale fuerit hoc gaudium Discipulorum, nempe an laudabile, & bonum, an reprehensione dignum, & vituperabile. consideranda hoc Patres prius citati, & non eodem modo respondent. primo quidem Cyprianus loco proximè citato, nempe tract. de tentationibus, & ieiunio Christi, cēset ipsi se gaudium ex quadam vana gloria, quod non solum reprehēsione dignum, sed etiā à Christo reprehensum est verbis sequētibus, quæ postea explicāda sunt. Verba Cypriani sunt hæc: Gloriabātur aliquando Discipuli, & complacebant sibi in miraculis, gratulabundi, quod eis etiā dæmonia obedirent, sed repressa est, increpante Domino, simplicitatis eorum præsumptio. Hæc ille.

Secundo Gregorius lib. 23. moral. c. 4. elationis vitio notat hoc gaudiū, quæ elatio licet à vana gloria distinguatur. tñ proximum illi vitiū est. Verba Gregorij sunt: Sancti, inquit, Apostoli ab hoc elationis vitio reuocantur, qui de prædicatione redeuntes cum elati dicerēt, Domine in nomine tuo et dæmonia nobis subiecta sūt, ne de hac singularitate miraculorū gauderent, illico respondit eis Dominus; Videbam Satanam velut fulgur de cęlo cadentem. Hæc ille. Idemq; affirmauit hom. 19. in Ezechiel. & lib. 9. Registri epist. 58.

Tertio

Tertio loco Titus Bostrenus gaudium Discipulorum expresse non reprehendit, sed tantum dicit eos magis fuisse gauisos de potestate tradita sibi, quam de prædicationis munere, & participatione Apostolicæ sanctionis. verba ipsius sunt: Hæc dicebant Discipuli, quia impensius gaudebāt, quod signorum effectores cuasserant, quā quod diuinæ prædicationis ministerium acceperant, Apostolicęq; gratiæ cōione digni habiti fuerint. Hęc ille. quibus verbis, non tribuit vitio gaudium: hoc nam gaudere magis de eo, quod minus est, quā de eo, quod maius est, maioremq; concipere lætitiam de bono temporali, quam spirituali, nō semper est peccatum, aut vitium, nisi quando præfertur minus maiori, & temporale spirituali. potest aūt esse maius gaudium absque prælatione. In eundem sensum Chrysostomus ire videtur, qui hom. 33. in Matth. docet Christum monuisse, ne gauderent Discipuli in hac potestate, quia maius bonum est virtus, quam potestas miracula faciendi.

Quarto loco Euthymius dicit hoc gaudium fuisse superfluū, ideoq; prohibitū, vt paulo inferius dicemus, fallitur aūt; nō enim omne gaudium de re ad salutem nō necessaria superfluum dici debet, ita vt superfluitas inducat vitium, & culpam.

Hæc sunt quæ Patres docuere. Pro quorum dilucidatione aduertendum est, inter illa tria Discipulorum gaudia, quæ superiori annotatione distinximus, nempe de potestate miraculorum sibi collata, de fructu prædicationis in ijs, qui eos susceperunt, & de gloria, ac exaltatione nominis Christi, hunc esse ordinem; primum enim gaudium ex se non est malum, nec illicitū, quin potius bonum, ac licitū; licuit enim Discipulis gaudere de potestate tali sibi concessa. hoc dictum non est in dubium, reuocandum, nam talis potestas donum Dei est, & inter Charismata Spiritus sancti numeratur à Paulo 1. Cor. 14. licet igitur gaudere de eo recepto. Si enim bonum est gaudere de sanitate recepta, & de alijs bonis temporalibus à Deo collatis; multo magis de dono Spiritus sancti. Hinc sequitur gaudium Discipulorum de eo, qđ etiā dæmonia subijcerentur eis in noīe Dñi, non fuisse ex se vlla reprehensione dignū. Dico (ex se) quia potuit esse cum elatione, ac vana gloria, aut plusquam oportebat, sicq; fieri vitiosum; tñ ex Euangelio non constat talis circumstantia, vnde non est, quod eos arguamus. Quod si à Christo dictum est, nolite in hoc gaudere, non id pronunciatur, quasi malum fuerit, sed alia de causa, quæ explicabitur in eorum expositione verborum. Secūdum gaudium perfectius est, ac melius primo: nam sicut melior est dilectio, qua diligimus proximum quantum ad bona spiritualia, & ad salutem eius spiritualem pertinentia, quam qua diligimus nos ipsos, quantum ad bona temporalia, & quæ ad salutem nostrā spiritualem non sunt necessaria; ita & gaudium, quod ex dilectione procedit, perfectius est illud, quo gaudemus de bono spirituali alterius, quam quo gaudemus de nostro bono ad salutem non necessario. Cum igitur potestas miraculorum nō sit de attinentibus ad salutem habentis, cum possit esse cum peccato mortali, & possit homo iustificari sine ea, potius est gaudendum de fide, ac pœnitentia proximorum, quam de hac potestate nobis data. vitium fuisset Discipulis, si præposuissent potestatem sibi datam saluti audientium, quibus Christum annunciarunt, tamē eos id fecisse non habemus ex Euangelio, nec nobis persuadere debemus sine causa. quod ergo gaudium perceperunt, & manifestarunt de potestate sibi collata, non præponendo saluti proximorum, nō fuit culpa. Tertium gaudiū oīum est perfectissimū; sicut. n. dilectio perfectior est, qua diligit Deus, qua diligitur proximus, & qua homo se ipsum diligit, ita perfectius est gaudium, quod cōcipitur de Dei gloria, & iis bonis, quæ ipsius sunt, quam ea, qua diligitur proximus, & idemmet se ipsum diligit. Si ergo comparemus primum gaudium duobus vltimis, imperfectum quidē est, non tamen propterea malum, & vitiū.

Et ait illis: Videbam Satanam, sicut fulgur de cęlo cadentem.

COMMENTARIA.

GAudentibus Discipulis de potestate sibi collata subijciēdi dæmones, respondit Christus, primo quidē magnificando potestatem talem: dein de docendo non eam esse de qua præcipue illis gaudēdū est, sed de eo quod electi sunt, nominaq; eorū scripta in

Universidad de Deusto
Biblioteca

cęlis. Ad magnificandam autem, ac ostendendam potestatis huius magnitudinem, declarat Satanæ, ac dæmonis formidabilem potestatem, dicens: Videbam Satanam cadentem de cęlo, sicut fulgur; fulgur enim lucidum est, timorem hominibus, terroremq; magnum incutiens, breui tamen durans; talis cecidit Satan, lucidus quidem, qa amplissimum in terris obtinuit principatum, fereque totum orbem ad se cõuertit, eique timorem incussit, quia gentes vulnerauit, vt dicitur Isa. 14. Et summopere hominibus nocuit tã corporibus, quam animabus, cum sit tantæ potentiæ, vt non sit in terra potestas, quæ comparetur ei. Iob. 41. quę breui durabit, nempe huius sæculi tẽpore, quod collatione æternitatis momentum est. talé ergo videbam à principio Satanam cadentem quasi diceret: Videte quantus sit, & quam formidabilis hostis, qui vobis subijcitur, hoc sequenti sententia exprimetur: nomine Satanæ omnes eius milites complectitur.

ANNOTATIO XXV.

Propositio, & cõnexio superioris sententiæ iuxta dicta Patrum.

Doctores sacri varie hanc Domini sententiam interpretãtur, & præcedenti connectunt. Primo Cyprianus tract. de tentationibus. & de iciunio Christi sic explicat; cum enim vti in annotatione præcedẽti diximus, existimauerit Discipulos complacuisse sibi in potestate expellendi dæmones, dicit Dominum eorum præsumptionem increpare, ac reprimere voluisse, hisce verbis, quorum sensus est: videbam à principio Satanam deiectum de cęlo sicut fulgur, ob affectatæ dominationis ambitionem; hęc enim fuit ruinæ illius causa, quasi velit Dominus admonere suos, ne sibi complacẽat in potestate collata, ne in ruinã incidant etiam ipsi, exemplo Satanæ. Cęlum interpretatur Cyprianus orbẽ cęlestem, à quo expulsus est Satan cũ Angelis suis, hęc est mens Cypriani. cui adhę sit Hieronymus in illud Isa. 14. quomodo cecidisti Lucifer, vbi sic ait: Saluator ad Discipulos loquitur: Videbã Satanam sicut fulgur de cęlo cadentem, nõ modo video, sed prius videbam, qñ corruit. Et si ille, pter superbiam de tanta magnitudine cecidit, vos quoque non debetis gloriari, quia vobis dæmonia subiecta sunt, sed quia nomina vestra scripta sunt in cęlo, vt vnde ille cecidit per superbiam, vos ascẽdatis per humilitatem. Hęc Hieronymus. Eidem cõsensit Gregorius lib. 23. moral. cap. 4. cuius verba inter alia sunt hæc: Mire Dominus, vt in Discipulorum cordibus elationem premeret, mox iudicium ruinæ retulit, qđ ipse magister elationis accepit, vt in auctore superbiæ discerent, quid de elationis vitio formidarent. Hæc expositio supponit elationem, & vanam gloriationem in Discipulis, quod quidem precedenti annotatione exclusimus.

Secundo loco Basilius in hom. quod nõ sit Deus auctor malorum, aliter interpretatur. quasi vellet Dominus cõfirmare potestatem eis datam expellendi dæmones, inquit, Videbam Satanam sicut fulgur de cęlo cadentem, id est, de proprio principatu ad ima ruentem, ità vt plane ab ijs, qui in Christo sperant, cõculcaretur. Hæc sunt verba Basilij, qui cęlum in hoc loco non accipit pro cęlesti orbe, sed pro aere, à quo fulgur emittitur, connectitq; non cũ participio (cadentem) sed cum nomine præcedenti sic: Videbam Satanam cadentem, sicut fulgur de cęlo, scilicet cadit, putaque metaphoricam locutionem: qua significatur casus à gloria in ignominiam, à principatu in abiectionem, sicut fulgur ab alto in ima emittitur, quod accidit dæmoni aduentu Christi; prius enim obtinebat in orbe dominatum, per orbem enim adorabatur, vt Deus, obsidebat homines, multaque potestate pmissa nocebat eis; at Christi aduentu ciectus est à principatu, ita vt Discipulis subijceretur. Hanc sententiam Basilij secutus est Cyrillus clarioribus verbis eam explicãs, quem citat Titus Bostrenus in suo commentario, vbi sic referens Cyrillum, inquit: Videbam Satanam sicut fulgur de cęlo cadentem, id est, à sublimi in terram, à gloria ad ignominiam, à summa fortitudine, ad summam infirmitatẽ deiectum. nam ante Christi aduentum toto passim terrarum orbe terũ potiebatur, colebaturq; ab omnibus propemodum gẽtibus, & nationibus, vbiq; extabãt delubra in illius honorem erecta. vbiq; aræ, vbiq; sacrificia. Postquam autem vnigenitum Dei

Dei verbum de cęlo descendit; ruit ille vt fulgur: nam qui paulo ante eos omnes cultores habebat, quos malis artibus in errorem pertraxerat, is illorum pedibus non subijcitur, qui supplices olim, prostratiq; illum adorauerunt. hæc ille. Basilius ergo, & Cyrillus de casu interpretantur, quẽ dæmon fecit aduentu Christi; Cyprianus vero de casu illo primo, quando ob peccatũ de cęlis expulsus est. Hæc interpretatio nõ videtur satis accommodata: nam hoc non esset magnificare potestatem datam Discipulis: parum enim erat subijcere eum, qui ceciderat iam in magnam ignominiam, & in ima. Dominum autem voluisse potestatem eiiciendi dęmonia extollere, indicant verba illa sequentia: Verumtamen nolite in hoc gaudere.

Tertio loco Titus Bostrenus interpretatur, quasi velit Dñs rationem reddere, qđ dæmones Discipulis subijciantur. inquit sic: Videbam Satanam de cęlo cadentem, quasi diceret: si dæmonum antesignanus, & princeps de cęlo decidit, serui illius in posterum efficere quid poterunt? Huic interpretationi cõsentit Euthymius, cui obstat idem, quod oppositum est contra secundam sniam. Cur aũt fulguri comparetur, idem Titus exponit sic dicens: Tamquam fulgur addit, quia licet prauo voluntatis proposito effectus sit obscurus, & tenebrosus; secundum naturam tñ qñque illustris, & clarus existit: quod enim Deus cõdidit, hoc venustum, & pulchrum erat; id aũt in qđ draco ille infernalis se transformauit, hoc malum, & turpe est. Hæc ille. quod idem docuere Ambrosius lib. de fuga sæculi cap. 7. & ante illum Origenes lib. 1. periarch. ca. 5. & hom. 1. in Ezech. & Hieron. in illud Isa. 14. Quomodo cecidit lucifer? & in Michæam, c. 1. & lib. 2 contra Iouinianum, omnes hi docẽt fulgur dictũ ꝑ dignitatem. & pulchritudinem in qua creatus est, quam perdidit cadens de cęlo, sicut fulgur lucidum progrediens, statim extinguitur. Basilius autem vti iam diximus, insinuat fulguri comparatum Satan, quia sicut fulgur ab alto in ima descẽdit; sic Satan à principatu in ignominiam.

Auctoris sententia.

Quid in hac parte mihi probabilius videatur, paucis exprimam. Primo quidem Dñm hisce verbis de casu dæmonum de cęlo per peccatum mentionem facere, accommodatius, & verius puto, nec sentẽtię secundæ in hac parte consentio, & præterquam quod communis est Patrum sna, in quam Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Origenes, Gregorius, Titus Bostrenus locis citatis conuenerunt, ipsa verba id indicant. qñ enim sensus literalis pótest haberi ex significatione verborum propria, non est recurrẽdum ad figuratam; propria autem significatio verborum continet casum illum de cęlo per peccatum primum. Vnde recte notat Hieronymus loco citato, non dictum. Video, sed videbam, quasi is casus nõ tunc, sed à principio factus sit. Quamuis autem mentio facta sit Satanę, non tñ de solo illo sunt verba intelligẽda, sed de oĩbus Angelis prauis, qui eius peccato cõsenserunt; nomine enim principis, reliqui qui sub eo militarunt, & militãt, significati sunt. Secundo non ẽt vẽ satis accommodatum, Dñm hisce verbis voluisse remouere Discipulos à vana gloria; & elatione, sicut doctores primę sententię consenserũt: tum quia vti probauimus in annotatione precedenti, non fuit elatio, nec vana gloria in hoc gaudio, tum etiam qa hæc verba de casu dęmonis exposita in eo sensu, non cohærent sequentibus: ecce dedi vobis potestatem: dicendum enim erat, non lite ergo gaudere. eadem ratione nec tertia sententia accommodatur, quę non habet cohærẽtiam cum sequentibus. Tertio, licet comparatio fulguris, quam explicant doctores citati, veritatem habeat in se; tamẽ non satis accommodatur cõtextui, in quo non confertur Satan fulguri propter id, quod habuit ante peccatũ, sed propter id, quod habuit, & habet post casum. venit. n. in mũdum inferiorem vt fulgur, & vt fulmen, vtrumq; enim vocabulum Græcum ἀστραπὴ significat propter tria illa in commentario posita: tum principatum, quem in terra obtinuit, secundum quem Rex dictus est super omnes filios superbiæ, Iob 41. & princeps huius mundi, Ioan. 14. Luce enim fulguris maiestas, ac principatus significatur. vnde & Christus venturus dicitur vt fulgur Matt. 24. tum potestatem maximam nocendi, fulgur enim terret, & nocet. vnde Psal. 17. Misit fulgura, & conturbauit eos. & 2. Reg 22. misit fulgur, & consumpsit eos: tum breuitatem; potestas enim nocẽdi data est tẽpore huius sęculi: non ergo Dns voluit Discipulos à vana gloria, & elatione auertere, nec eos increpare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pare, quin potius magnificare potestatem datam in eum, qui vt fulgur cecidit in terram, quo se ipsum Deum ostendebat, qui talem poterat dare hominibus potestatē. & rursus indicabat se veniſſe ad destruendum regnum Satanæ. Monuit tñ non esse hoc maximum beneficium datum Discipulis, sed esse aliud longe excellentius, & absq; comparatione melius, & eligibilius, de quo potius est gaudendum, quam de illo, nimirum quod nomina eorum in cœlo essent scripta. Hic sensus mihi vē legitimus, & cōtextui accommodatus, qui in sequentium explicatione magis innotescet.

Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.

COMMENTARIA.

EXposita magnitudine, ac fortitudine inimici, explicat potestatem datam, quasi dicat, cum tantus sit Satan, ecce dedi vobis potestatem cōculcandi nō solum eum, sed omnes eius milites, quos nomine serpentum, & scorpionum appellat, propter multiplicem, & grauem eorum nocendi virtutem. super hos ergo serpentes, & scorpiones, & demum supra omnē inimici, id est Satanæ virtutem, dedi vobis potestatem, qua eos conculcetis, vt qui prius in cœlo erant, modo sint sub vestris pedibus per imperiū supra eos, expellendo à corporibus hominum, & deponendo illos à suis principatibus, & reprimendo vires eorum. Particula, ecce, admirationē indicat, quasi diceret, videte quāta sit potestas vobis data, qua subijciatis eum, qui de cœlo vt fulgur cecidit.

ANNOTATIO XXVI.

Per serpētes & scorpiones hoc loco qui significentur.

SErpentum ac scorpionum noīe dæmones hoc in loco significari affirmat Athanasius hom. in Psal. 28. in illud (vox domini præparantis ceruos) oīa, inquit, venenum eiaculantia iniquis, & aduersis virtutibus in sacro eloquio comparantur, dicēte Dño; Dedi vobis potestatem conculcandi serpentes, & scorpiones, & supra omnē virtutē inimici: quin & Psalmus promittit Propheræ: Super aspidem, & basiliscū ambulabis. hæc ille. idem asserit Titus Bostrenus in commentario, idq; probat verbum illud sequens (supra oēm virtutē inimici) Euthymius interpretatur virtutem inimici, tētationes dæmonis multiplices: dicit etiam quosdam interpretantes animalia fera, quę nocēt hominibus, quia his etiam vtitur inimicus dæmon contra nos: accommodatius tamen intelligimus totā multitudinem, & exercitum Satanæ, quibus pugnat contra homines; exercitus enim & multitudo, ac magnitudo bellatorum, robur est, & virtus Principis.

Et nihil vobis nocebit.

COMMENTARIA.

COnnexa est hæc sententia superiori in hunc sensum, conculcabitis scorpiones, & serpentes, & oēm virtutem inimici, & nihil horum nocebit vobis; nō erit vobis, sicut ijs, qui calcāt scorpiones, & alia similia; solēt enim veneno inficere conculcantes: at non sic vobis, calcabitis, & nullum inde detrimentum patiemini. Ostendit Dominus hac sentētia Discipulos ira futuros victores, & conculcatores dæmonum, vt ab eis nihil mali repatiantur, agent sine repassione, vincent sine diminutione.

Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur.

COMMENTARIA.

MAgnificata potestate eijciendi dæmones, monet ne gaudeant in ea. sensus est, quamuis mirabilis, & magnifica sit potestas hæc, qua spiritus vobis subijciuntur; tamen nolite de ea gaudere, nō debet esse hoc præcipuum, de quo vobis est gaudēdum, aliud vobis datum est, de quo verum, & solidum gaudium est. non prohibet absolute gaudium hoc, quasi malum, & vitiosum, sed ostendit non esse id, de quo præcipue gaudendum erat, nec eam esse rem, pro qua vehemens gaudium concipi debeat, quod in annotatione magis elucidabitur.

ANNOTATIO XXVII.

HAec sententia probat expositionem nostram, & infirmat cæteras; hęc adnectiua particula (veruntamen) indicat supplendam esse alteram, nempe (quāuis) sic: quānis hæc potestas data sit uobis, tamen nolite in ea gaudere, quæ suppleta particula probat Dominum magnificasse potestatem subijciendi dæmones, in præcedenti sententia, vt nos fumus interpreta-

Verba ſ tendentia non tam esse prohibitiua nē quā instructiuam.

ti, cæterisque expositionibus non accommodatur hæc aduersatiua. Quod autem ad rē attinet, aduerte Patres illos, qui Discipulorum gaudium reprehendunt, quasi vanæ complacētiæ, aut elationi coniunctum, quos in annotatione superiori vigesima quinta allegauimus, censere esse absolutam prohibitionem tanquam de re viciosa, ne omnino in ea gauderēt. Titus Bostrenus & Euthymius censent absolutam prohibitionem, non quia gaudium illud vitiosum erat, sed propter periculū, ne ex eo gaudio inciderent in aliquam elationē. addit Euthymius prohibitum etiam, quia superfluum. Huic expositioni argumentū non parui momēti obstat, quod etiam militat contra eos, qui censent prohiberi gaudium, quia vitiosum: est autem argumentum, nam ratio, ob quam dicitur, nolite gaudere in hoc, insinuatur sequenti uerbo, nimirum; Gaudete autem, quia nomina uestra scripta sunt in cœlis, quasi diceret; dico, ne gaudeatis, non quia malum gaudium, non quia periculosum, sed quia nō est solidum; aliud enim est, de quo magis est gaudendum. Vnde iuxta sententiā nostram dicendum est, non tam prohibitionem hanc esse, quam instructionē, nempe hanc dæmonum subiectionem nō esse causam magni, ac præcipui gaudii, sed aliud esse, de quo magis esset gaudendū illis, uerbaque sunt sic exponenda; Nō tam de hoc gaudete quam de eo, quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. quæ phrasis familiaris est Scripturæ sacræ. 1. Reg. 8. non te abiecerūt, sed me, id est, non te præcipue, seu nō tam te, quam me abiecerūt, Matth. 10. Non estis uos, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, id est, non tam uos, quā Spiritus Patris. & est similis omnino locutionis forma in uerbis præcedentibus apud Matthæum Nolite, inquit, cogitare quomodo, aut quid loquamini. nō hic prohibet omnis cogitatio, sed ea, qua quis cogitat, quasi ex sola sua cogitatione assecuturus sit, quid respondeat. est etiam communis loquendi modus, quando aliquis est, quem de bono minori gaudere uidemus, cui scimus maximum aliquid præparatum, dicere solemus, non est cur de hoc gaudeas, aliud te expectat, de quo maxime tibi est gaudendum. quibus uerbis nō excludimus gaudium primum, sed significamus comparatione sequētis, quasi non esse gaudendi causam, nec illud esse solidum gaudium.

Gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cœlis.

COMMENTARIA.

OStēdit id, de quo illis potius gaudendum est, & de quo certum, & solidum gaudium est, nimirū, quia ad æternam beatitudinem sunt prædestinati: Qui potestatem habet expellendi dæmonia, non est securus de sua salute; multi enim qui talem potestatem obtinuerunt, non eijciendi dæmonia tantum, sed miracula etiā magna faciendi in damnationem incurrere, & damnati sunt, de quibus dictum est Matth. 7. Multi dicent in illa die, Domine nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus, in nomine tuo prophetauimus, in nomine tuo dæmonia eiecimus? & tunc cōfitebor illis, quia numquam noui vos, discedite a me: at qui prædestinati sunt, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ, omnino saluabūtur. Ioan. 10. Ego vitā æternam do eis, & non peribunt in æternū, & nemo rapiet eas de manu mea. Apocal. 20. qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnū. ignis de hoc vere est gaudēdum; quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, & animæ detrimentū faciat: nō igitur solidum nec securum est gaudium de eo, quod ad salutē æternam nō est necessarium, & cum quo homo potest eam perdere; dæmonia enim eijcere propter salutem aliorū datum est; scriptum vero esse in cœlis propter propriam eorum, qui scribuntur, distinctam Dei scientiam, & prædefinitam voluntatem eorum, qui ad ad salutem electi sunt, appellat scripturam in cœlis

A. N-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO XXVIII.

Explicatur quid sit illud, Nomina vestra scripta sunt in cœlis.

METaphora quædam est, sicut nomina ciuium solent in ciuitatibus inscribi, ita notitia, & memoria Dei eorum, quos nouit, & voluit futuros ciues cęlorum, est velut liber, in quo scripti dicuntur saluandi, propter permanentiam voluntatis diuinæ, ac propositi erga salutem eorũ: scriptura enim permanens est. vnde Psalm. 3. dicitur: In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Non autem dictum est, Vos scripti estis; sed, Nomina vestra scripta sunt, propter eandem metaphoram; nomina enim scribi solent, & ad significandam distinctissimam prouidentiam singulorum. Cyrillus autem lib. 4. de Adoratione in spiritu. docte hunc locum interpretatur, exponens illud Num. 1. Accipite summam omnis cognationis filiorum Israel per cognationes suas, & per domos familiarum suarum per numerum, ex nomine ipsorum per capita, omne masculinum à viginti annis, & supra, omnis, qui ingreditur in exercitu Israel numerate eos cum exercitu eorum, tu, & Aaron numerate eos. Inquit ergo Cyrillus sic: Qui igitur mas sit, & ad progeniem aptissimus, & ad iuuẽtam peruenerit, id est, ad firmitatem spiritualem, & ad mensuram ætatis plenitudinis Christi, cum in descriptionem diuinam, & in librum Dei relatum esse perspicuum esse poterit, vel maxime ex his verbis, neque alia de causa numerat, vt opinor, masculus & vigesimus annus, & supra natus, quam vt nos quoq; intelligamus reijci à Deo, atque improbari, quod imbelle sit, atq; sensu minime perfecto, quorum vtrumque messe dicimus eis, qui adhuc adolescentes sunt, nec dũ ad iuuentutis mensuram peruenerunt, quam quidem mensuram diuersa lex & nouit, & definit, ifq; est annus vigesimus. In precio autem is est, & in numero habetur, & a Deo cognoscitur per populum, & genus, & capita, & nomen, quisquis iam ętate adulta, & masculus est. Sanctis enim Apostolis, qui eiusmodi iam virili ætate essent, & in cã peruenissent rationis mensuram, dictum a Christo est, gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cęlis. Hæc Cyrillus.

In ipsa hora exultauit in Spiritu sancto, & dixit.

COMMENTARIA.

EOdem momento, quo hæc dicebat, exultauit, ac gauisus est, vt homo, gaudio à Spiritu sancto proceden te, considerauit enim salutem electorum per se ipsum efficiendam, & gaudium est lætitia, gaudio animæ resultante in carnem, hoc. n. est exultare, quę quidem exultatio à Spiritu sancto, & à diuinitate unita, humanitati communicabatur.

ANNOTATIO XXIX.

IN quibusdam Græcis exemplaribus nõ legitur illud (sancto) nec ab Euthymio, qui solum legit (in spiritu) interpretaturque pro anima Christi, secundum quam exultasse dr, tñ in alijs Græcis hr (in Spiritu sancto) & in Latinis etiam vetustis, sicque antiqui Patres legerunt, inter Græcos Titus Bostrenus, inter Latinos vero Augustinus lib 2. de consen. Euang. c. 33. sicque legendum est. Dr autem exultasse in Spiritu sancto ad significandum gaudij, & exultationis causam, quia non erat de humana re, sed de supercęlesti mysterio, & non in viribus hominis, sed per Spiritum sanctum effecta; eaq; phrasi vsus est Paulus 1. Corin. 12. Nemo, inquit, potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, id est, virtute, & gratia Spiritus sancti.

Quid sit illud de quo Christus nũc exultasse dicitur.

Interrogabit autem quispiam, quid est de quo Christus nũc exultasse dicitur? Euthymius respondet exultasse propter eorũ salutem, qui a Discipulis iuuandi erant. Mihi ex ijs, quæ sequuntur, elici vr causa exultationis huius: in sequentibus autem tractat de reuelatione mysteriorum salutis facta Apostolis, & Discipulis suis, & eorum vocatione ad Euangelium, etiam de ea, quæ facienda est cęteris creditutis in eum, qui ad ipsum venturi sunt, & onus legis suæ, & Euangelij suscepturi, requiẽque animabus suis inuenturi, pro his confitetur Patri, pro ijs lętatur, & exultat, cõsiderans salutem eorum ęternam, & hanc per ipsum, suumque aduentum. gaudet ęt in eo, quod hęc abscondita sunt a sapientibus, vt paulò inferius explicabimus. Ad uerte autem quamuis Christus quantum ad intellectum semper habuerit præsentia omnia

omnia obiecta, scientia non tantum diuina vt Deus est, sed humana, s. animę, scientia nempe visionis in sua diuinitate; non tamen semper quantum ad effectum mouebatur ad gaudium particulare de hoc, vel illo, nisi quando, quantum, & quomodo uolebat, sicque nunc ex consideratione saluandorum voluit exultare, nõ quod ante, ea non considerabat, sed quod nunc affectũ voluerit excitare. Aduerte rursus ex Augustino lib. 2. de consen. Euang. c. 33. eandem esse hãc historiam cum ea, quam narrat Matthęus c. 11. Hic tamen dicit: in illo tempore. at Lucas: In hac ipsa hora. Causa autem mihi videtur, quia Lucas ordinem temporis, reique gestæ seruabat, cohærent enim hęc antecedentibus, Matthęus autem, non, vt sępe notatum est Euangelistas facere.

Confiteor tibi Pater.

COMMENTARIA.

NArrat Euangelista, quæ Christus in Spiritu sancto exultans protulit. Confiteor, inquit, tibi Pater, id est, gratias ago tibi, & laudo te simul, ò Pater. quid sit id, pro quo agit gratias, quodq, laudat, & commẽdat, sequentia declarant. Christus confitetur quidem, quia homo, Patrem uerò appellat, quia Deus, gratias enim agere, & laudare humanitatis erat, Patrem habere Deum, diuinitatis.

Confessio in Scriptura quatuor modis dicitur.

ANNOTATIO XXX.

QUadruplicem in Scripturis legimus cõfessionem. Vna est peccatorum, de qua dr Psal 32. Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. & Matth. 3. Baptizabantur in Iordane confitentes peccata sua. Altera est fidei, de qua dr Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. 1. Io. 4. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet. Tertia est laudis, de qua Psal. 48. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei, id est, laudabit te. & psal. 106. Confitemini Domino, quoniam bonus. Quarta est gratiarum actionis, de qua dicitur psal. 117 Cõfitebor tibi Domine, quoniam exaudisti me. In primis, hanc non esse peccatorum confessionem nemo dubitat, vt dicit Aug. ser. 8. de verbis Domini. Christus enim nullum habuit peccatum. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Certum etiam est non esse confessionem fidei. Christus nãque auctor est fidei, non confessor, qui nõ habet fidem, sed claram visionem. Superpersunt aliæ duę, de quibus est uaria opinio: nam Hilarius in psal. 137. & Aug. ser. 8. de verb. Dom. affirmant hanc confessionem esse laudis, vt sit idem cõfiteri, quod laudare. at Hieronymus Matt. 11. & Chrysost. hom. 39. in Matth. asserunt esse gratiarum actionis. Mihi accommodatior visa est sentẽtia, si vtrumq; complectamur, nempe laudem, & gratiarum actionem; in his enim, quæ sequuntur, vtriusq; materia reperitur, vt in eorũ expositione manifestabitur. Vtrumq; autem facit, vt homo, nempe gratias agere, vt notat Chrysost. similiter etiam laudare, hę enim actiones sunt humanitatis. Patrem autem, quia hoc est personæ, vocat vt Deus est.

Domine cęli, & terræ.

COMMENTARIA

QVem Patrem appellauit, nępe suum, hunc Dominum cęli, & terrę, i. omnium creaturarũ nominat, ut se super omnem creaturam esse significet, filius. n. est Dei, ipsi connaturalis, & consubstantialis, idem cum eo habens in omnem creaturam dominium. Cur autẽ his epithetis utatur, in annotatione require.

ANNOTATIO XXXI.

Notationes aliquot ex Patribus hũc locũ explicãtibus præmissæ collatæ.

NOtanda sunt nonnulla. Primo quidẽ ex Ambrosio Epist. 47. ad Irenæum illud, Pater, ad Christum: illud vero, Domine, ad cęlum, & terram referri, quasi diceret. O Pater mi, qui es Dominus cęli, & terrę. Hinc est, legendum esse absque copulatione. Pater, Domine cęli, & terrę. non autem. Pater, & Domine. ne vtrũq; ad cęlũ, & terram, aut ad Christũ referri videatur.

Secundo ex Cyrillo lib. 5. thesau. cap. 5. quando dicitur, cęli, & terrę. omnem comprehendi creaturam: sic. n. Scriptura solet loqui sępe, hoc Deo tribuens, quod fecerit cęlum & terram, omnium creaturarum

vni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersitatem comprehendens à loci vniuersitate, in qua omnes continentur. hinc infert Cyrillus Christum hoc sermone significasse se esse Deũ, dum se sequestrat, & separat ab omnibus creaturis. Hoc idẽ etiam notauit Hieronymus Matth 11.

Tertio, ex Irenæo lib. 4 cap. 2. hoc loco conuincitur hæresis Marcionem, & eos, qui affirmabant Deum, qui fecit cælum, & terram, alium esse ab eo, qui Pater est Christi: at ex hoc loco contrarium deducitur? quem enim Patrẽ appellauit Christus, eundem Dominum cæli, & terræ vocauit.

Quarto, inter hæc duo, Pater, &, Domine cæli, & terræ, latissimum est discrimen: nam maius est, ac perfectius in Deo esse Patrem, quàm esse Dñm, sicut maius est generasse filium, quàm creasse creaturas; immo summa perfectio est in Deo Filiũ esse, creasse autem mundum, & Dominũ esse creaturarum, in Deo ipso, non ad perfectionem; qui æqualiter perfectus erat etiam ante creationem, & ẽt si non creasset. Præterea esse Patrem, æternum est, Dominum autem, quantum ad relationẽ dominij, temporale est, & ab extrinseco dicitur Dominus, nempe quia creaturæ ipsius sunt. Adiũgo his maioris, ac perfectioris esse fidei Deum patrem confiteri, quam Dominum: illud enim est articulus Trinitatis; hoc creationis: illud in Euãgelio maximè omnibus credendum propositũ est; hoc in veteri Testamento. Trinitas. n. paucis reuelata tunc fuit, vt aliàs notauimus.

Quinto, non sine magni mysterij significatione Christus his nominib. vsus est, Pater, & Domine cæli, & terræ. in primis quod ad primum spectat, nempe, Pater loquens Christus de reuelatione Euangelij sui, & de iis, qui ad ipsum vocãdi sunt, Patris nomine Deum appellat, ad significandum, se ad Euãgelium vocatos in hanc dignitatem euecturũ, vt filii Dei sint, ipsum Patrem appellent, vt quod ipse habet per naturam, nobis conferat per adoptionis gratiã, quasi diceret: Patrem te voco, quia quod tu mihi es per naturam, & essentiæ communionem, per me, & Euangelium meum communicaturus es per gratiam, vt filii tui sint. Ioan. 1. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. 1. Ioan. 3. Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filii Dei nominemur, & simus. Galat. 4. Misit Deus filium suum, clamantem Abba pater. Quod aũt ad secũdum pertinet, nempe, Domine. aduerte nũc vocasse Dominum, vt ostendat Christus iustitiam Dei in eo, quod narrat, nempe abscondisse hæc quibusdam, alijs vero reuelasse, non esse aliquid iniustitiæ, cum Dominus sit omnium, & pro sua voluntate liceat ei quodcunq; facere Sic Eli 1. Reg. 3. respondit Samueli reuelanti punitionem futuram: Dominus, inquit est, quod bonum est ante oculos suos faciat. Sic Paulus Rom. 9. Nunquid, inquit, dicet figmentum ei, qui se finxit, cur sic me fecisti? nunquid non habet figulus potestatem luti, ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? Ecce cur Dominus Pater nũc appellatur. Quod ad tertium spectat, nempe, cæli, & terræ, tria mysteria in eo significare voluit. Primum est vocatio omnium, non solum Iudæorum, sed etiam Gentium ad Euangeliũ, vt qui pro omnibus mortuus est, omnibus salutem impertiret. Vnde omnes vocat, dicẽs paulo inferius; Venite ad me omnes, qui onerati estis. hoc significant verba hæc quasi diceret: Dominus est cæli, & terræ, & omnium non solum Iudæorum, sed etiam Gentium, ideo omnes ad salutẽ per meum Euãgelium vocas, omnibus reuelare eius gratiam voluisti. Hoc argumẽto visus est Paulus ad probandam vniuersalem Gentium, & Iudæorum ad Euangelium vocationem. ad Rom. 3. Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. An Iudæorum Deus tantum? nonne & Gentium? immo & Gentium, quoniam vnus est Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Alterum, quod per hoc significatur, illud est, per Euangelii gratiam aperiri ianuam cœli, vt qui in terra per eam iustificati fuerint, in æterna cælorum tabernacula recipiantur, statim ac à peccatorum maculis, vel hic, vel in Purgatorio fuerint purgati, quasi diceret, Dominum cæli, & terræ te voco, quia quos per Euangelium meum saluos feceris, ad cælestia habitacula transferes, cælosque tuos per me eis aperire voluisti; quod Paulus 2. Corin. 5. docens, inquit: Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, æternam in cælis. Tertium, quod his vocibus signi-

significatur, id est; dicturus enim Christus de iudicio in terris facto, nempe quod absconditum est mysterũ aduentus eius sapientibus, & reuelatum paruulis, depositique sunt superbi, & exaltati humiles. Dominum cæli, & terræ appellat, significans iudicium simile discretionis factum in cælis de Angelis, quasi diceret, ô Domine cæli, & terræ, id est, qui quod iudicium in cælis fecisti inter Angelos, nunc in terris facis, repulsis superbis, & electis humilibus; immo sicut loco repulsorum Iudæorũ Gentes accersis. Rom. 11. Diminutio Iudæorum diuitiæ sunt Gentium: ita etiã ruinas Angelorum in cælis, reparas hoibus; sicque instaurator es omnium, per me filiũ tuũ, siue quæ in cælis, siue quæ in terris, vt habetur Ephes. 1. Hæc omnia hisce verbis significantur.

Quod abscondisti hęc à sapientibus, & prudentibus: & reuelasti ea parvulis.

COMMENTARIA.

EXponit ea de quibus Patrem laudat, ac cõmendat, pro quibusque gratias agit. Hæc aũt duo sunt. Vnum est, quod sapientibus, ac prudentibus abscondita sint hæc, i. sacra aduentus sui, quæ Discipuli partim prædicauerant, quæq; ipse statim explicat. Sapientes aũt ac prudẽtes, Pharisæos, & Scribas, primosq; illos Iudæorũ appellat, qui sibi sapiẽtes, ac prudẽtes, nulliusq; doctrina, ac cõsilio egere videbantur. His Pater æternus mysterium aduentus Christi, gratiæq; ipsius abscondit, ob eorum peccata: dictus est autẽ abscondere, quia lumen, quo de facto id agnoscerent, non concessit. Alterum est, quia quę illis abscõdita sunt, paruulis, i. Apostolis, Discipulis, cæterisq; similibus, qui coram propriis oculis, ac ipsius etiam mundi, videbãtur paruuli, reuelata sunt; & nouerunt Christũ, non quidem propter eorum merita, sed ex reuelantis gratia. Hæc sunt, pro quibus Christus Patrem confitetur, gratias agendo, & laudando. Sapientes dicuntur à peritia, & scientia, prudentes vero à praxi, & vsu rerum. Sic enim hæc duo distinguuntur.

ANNOTATIO XXXII.

Qui sapiẽtes, et prudẽtes in hoc loco dicantur.

NOnnullę dubitationes occurrunt discutiendæ, & elucidãdæ pro perfecta præcedentis sententię explicatione. Primum est, quid per sapientes, & prudentes significetur, in quo sunt varij doctores. Primo. n. loco Ambrosius serm. 17. in psal. 118. Hieronymus Matth. 11. & Chrysost. hom. 39. in Matth. interpretantur Scribas illos, & Phariseos, qui sibi sapientes, ac prudentes videbãtur; per paruulos autẽ, Apostolos, & simplices, qui de sapientia, ac prudẽtia nõ præsumebant, illis reuelatus non est Christus, his verò sic.

Auctoris sui.

Secundo loco idem Ambrosius in præsenti commentario, August. serm. 8. de verbis dom. Hilarius can. 11. in Math. latius extendunt hoc, nempe tã ad Iudęos, quàm ad Gẽtes; inter hos enim qui sibi sapere visi sunt, suoque ingenio iudicare de rebus fidei voluerunt, non sunt assecuti Christũ, eiusq; mysteria; qui verò paruuli fuere, id est humiles, nec suo intellectui innitentes, sed subdentes se prædicationi diuinę, hi nouerunt Christum: & Euãgelium receperunt, iuxta illud 1. Corin. 3. Si quis est inter vos sapiens in hoc sęculo, stultus fiat, vt sit sapiens, id est non regulet diuinam sapientiam humano ingenio, regulisq; humanę sapientię.

Tertio loco quidam recentiores sapientes, & prudentes interpretantur illos antiquos Patriarchas, & Prophetas, qui vere sapientes, ac prudentes fuerunt, paruulos autem Apostolos, & Discipulos; illis autem dicuntur hęc abscõdita, quia Christum videre oculis corporeis non obtinuerunt, hoc autẽ paruulis istis datũ est. Hęc sunt, quę doctores sentiunt in hac parte.

Quę aũt mihi probabiliora, & accõmodatiora sunt visa, proponã. Primo q. dẽ tertia expositio recẽtiorũ nõ vt probabilis, tũ quia est contra antiquos Patres. tum quia verba antecedentia, & sequentia cum hac sẽsa sic explicata non conueniũt; nec enim Christus gratias ageret, quod illis Patrib. sit negata præsentia sua corporalis, & quę sequuntur: Nemo nouit patrẽ, nisi filius, &

& cætera. Vnde non de corporali præsentia, sed de notitia, quæ per fidem est, intelligi possunt: nec reuelatio ista est visio corporalis, quæ communis fuit bonis, ac malis, fidelibus, & infidelibus; quæ vero fidei est, & ad salutē necessaria, etiam data fuit illis Patribus: tum etiam, quia non est cur illi dicti sint sapientes, & prudentes, non aūt Apostoli, & Discipuli; nam si de mundi sapientia sermo est, fuerunt etiā inter illos aliqui ea sapientia, ac prudentia non præditi, sed pastores, & simplices; si autem de vera sapientia loquimur, quę est per fidem, fuerunt etiā Apostoli sapientes. Ista igitur expositio recens non est probanda. Secundo: Secunda expositio veram continet doctrinam, diuina enim sapientia mysteriorum Christi ignorata est à sapientibus mundi inter Gentes, atq; paruulis, & humilibus reuelata, tū præsentibus verbis id non significauit Christus, sed tantum de Iudæis loquebatur, quibus iam de præterito facta erat discretio hæc, vt quibusdā mysterium aduentus fuerit absconditum, quibusdam reuelatum, iuxta illud Ioan. 9. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant: & qui vident, cæci fiant. quæ sententia etiamsi Gentibus accommodari possit, tamen Christus Iudæos per eam significare voluit, ita existimo in præsenti factum.

ANNOTATIO XXXIII.

Reuelare quid sit, quid ēt absconde re.

ALtera dubitatio est, q̄d reuelare, quid absconderе sit. in cuius rei declarationem aduerte, abscondere, & reuelare metaphorice sumi: quod ignoratum.n.est, dicitur absconditum: quod verò agnitum, reuelatum. Lucæ 19. Nunc aūt abscondita sunt ab oculis tuis, id est, tibi ignorata, & incognita. Galat. 1. vt reuelaret filium suum in me, id est, vt faceret me cognoscere filium suum, siue vt per me faceret filium suum cognosci ab alijs. Aduerte rursus fidei nostræ mysteria cognosci non posse solo naturali intellectus lumine, nec humana sola ratione, ideo necessarium est supernaturale lumē. Christum quidem in terris existentem potuerunt oculi corporum videre, eum tamē esse Christum promissum, ac Dei filium humana mens supernaturali, ac celesti lumine destituta, assequi non valuit Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Matth. 16. Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus. Quando igitur Deus lumen infundit, quo mysteria ignorata agnoscantur, dē reuelare: qñ vero id negat, abscondere. de hac tamen re plura dicemus in sequentibus commentarijs.

ANNOTATIO XXXIV.

Quæ sint ea, quæ ā pronomē illud hæc significāt hoc loco.

TErtia dubitatio est, quid p illud. Hęc, qā dē, abscondisti, & reuelasti hæc, intelligendum sit. Respondet Hieronymus Matth. 11. hęc esse sacramenta sui aduentus, quod quidem verū est: tū ad litteram illo, hæc, etiam significantur, quæ ipse statim explicat sequētibus sententijs, cum dicit: Omnia tradita sunt mihi à Patre, & nemo nouit Filium &c. quæ licet Discipuli nondum omnia perfectè tunc assecuti essent; tamen in suo principio iam intelligebant, credentes Christum esse verū Messiam promissum, cuius aduentum prędicauerāt, & paulo post Spiritu sancto aduenięte perfectissimè edocendi erant. Quæ forsan Hieronymus intellexit sub illis verbis (sacramenta aduentus sui.)

ANNOTATIO XXXV.

Quid sit illud, pro quo hic Patri Christus cōfitetur

QVarta dubitatio est de sensu huius sententiæ, nimirum quid sit, pro quo Christus Patri confitetur. Chrysostom. homil. 39. in Matth. dicit, hanc cōfessionem, quam ipse gratiarum actionem interpretatur, non comprehendere vtramque partem huius sententiæ, sed posteriorē, hoc est, Christū non agere gratias Patri, quod absconderit hæc à sapientibus, sed solum quod reuelauerit ea paruulis, vt sit sensus: o Pater ago tibi gratias, quod cum hæc absconderis à sapientibus, reuelaueris ea paruulis. Illud enim primum non videtur materia gaudij, nec gratiarum actionis. simile illud est. Rom. 6. Gratia Deo, quod serui fuistis peccati, nunc autem obedistis in eam formam doctrinæ; non est sensus, quod gratia sit Deo pro vtroque per se, nimirum, qđ serui fuerint peccati, & quod obedierint Euāgelio, sed quod cum prius fuerint serui peccati, nunc obedierint Euāgelio. Ita etiam nunc intelligenda est præsens sententia. Mihi accommodatior, & verior intelligentia videtur, si verbum confessionis vtrique per se applicemus, & non solum vt confessio gratiarum actionē, sed etiam vt laudem significat; itaque gratias agit Patri, eumque laudat pro absconsione, & similiter gratias agit, & laudat pro reuelatione. Quomodo autem hæc sint intelligenda, explicandum est. Aduertenda igitur est doctrina vera Augustini lib. de prædesti. sanct. cap. 6. & lib. de bono perseuer. cap. 8. cui consensit Gregorius lib. 25. Moral. c. 13. nimirum hæc duo, scilicet diuina mysteria quibusdam abscondi, quibusdam vero reuelari; & quod prædicato verbo Dei hi credant, illi autem non credant, non procedere ex eodem principio ex parte Dei; vnum.n. misericordiæ, alterū iustitiæ est; nam quod Deus uni lumen suum infundat, quo veritatem agnoscat, & eam prædicāti credat, misericordię est, cum nullum in homine præcedat meritū, immo demeritum præexistat, cum peccator sit. Quod autem alteri neget lumen illud, & gratiam, quæ si darentur vtiq; crederet, & conuerteretur, iustitiæ est, ob eius peccatum, & arbitrii resistentiam. Potuisset ergo Deus Pharisæis, & Scribis illis eā gratiam dare, idq; lumen infundere, quo de facto consensissent, ac credidissent verbo suo, Christumq; recepissent; tamen ob eorum superbiam, & abusum eius gratiæ, & auxilij, quę concessa illis fuere ad credendum, illa negauit iusto iudicio. Potuisset etiam his paruulis, quia peccatores erant, negare lumen datum, tamen misericorditer largiri dignatus est, non quidem ex iustitia, sed ex gratia, quia nullum saltem præcessit in eis meritum. De his duabus virtutibus Paulus Rom. 11. dicit; Vide seueritatem & bonitatem Dei: seueritatem in ijs, qui ceciderunt, bonitatem autē in te. Cum igitur in absconsione iustitia Dei, in reuelatione misericordia splēdeāt, recte in vtroque per se laudatur, & commendatur Deus: nam laus est manifestatio quædam virtutis. Non solum autem iustitia, & misericordia in hac discretione elucent, sed etiam summa Dei sapientia in cōtemperanda iustitia, & misericordiæ, modis, & vijs inuestigabilibus, dicente de hoc mysterio Paulo Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei. confitetur ergo, & commendat Christus Patris iustitiam, misericordiam, ac sapientiam. Inuenimus etiā in his duobus, pro quo Christus vt homo gratias agat Patri: nam gratiæ aguntur pro beneficiis acceptis, Christus autem beneficium a suo Patre accepit, & in absconsione, & in reuelatione ista. Nam in absconsione facta Deus vindictam sumpsit de incredulis, ac persecutoribus Christi; ob eorum enim iniuriā, quam Christo sua infidelitate, ac malitia intulerunt, priuati sunt lumine veritatis, & permissi sunt in sua cæcitate, ac peccato permanere. Ioan. 7. si.n. non credideritis, quia ego sum, in peccato vestro moremini. Christus ergo gratias agit Patri ob vindictam pro eo sumptam; licet.n. vindicta non sit petenda, tamen si a Deo inferatur, qua parte Deus vltor noster est, beneficium est, & pro collato licet gratias agere. 2 Reg. 25. dixit Dauid benedictus Deus, qui iudicauit causam opprobrii mei de manu Nabalis; ita nunc Christus gratias agit Patri, qui duritiem, ac superbiam Pharisæorum contra Christum, veritatis absconsione puniuit. Quā prędixit Deus per Moysem Deuter. 18. Qui non audierit, inquit, verba, quæ loquetur I nomine meo, ego vltor existam. Ioan. 8. hoc Christus cōfirmans dixit; Ego non quęro gloriam meam, est qui quęrat, & iudicet. in ipsa etiam reuelatione beneficium a Patre accepit Christus vt homo, credētes enim, Christi serui sunt; pro ipsius honore, ac nomine sanguinem effundere parati sunt, & multi de facto profuderunt. in quibus omnibus clarificatus est Christus. Vnde de ijs, tamquam de dono sibi a Patre collato dicit Io. 17. Rogo pro iis, quos dedisti mihi, quia tui sunt, & mea omnia tua sunt: & tua, mea sunt, & clarificatus sum in eis. Ex omnibus his liquet confessionem tam laudis, quam gratiarum actionis inueniri in absconsione hac, & reuelatione.

Etiam Pater: quoniam sic placuit ante te.

COMMENTARIA.

CAusam exultationis suæ exprimit Christus, nam in Spiritu sancto exultans confessus est Patri. Etiā, inquit, Pater. Vox est consentientis, & applaudentis, quasi diceret, ò Pater huic

Universidad de Deusto
Biblioteca

luic suæ dissentioni absconsionis, & reuelationis cõsentio, applaudo, eam probo, & cum gaudio suscipio, ac manifesto, ea de causa, qa sic tibi placuit, sic bene visum est tibi, ea est voluntas tua, quam solam ego vt homo ante me habeo, hanc facere studeo, eã quæro, non enim veni facere voluntatem meam sed tuam, quæ tibi placita sunt, mihi placent, & facio semper. Hæc respondent superioribus, Dominus cœli, & terræ, vt ibi notauimus: quia .n. Dominus est, ideo pro ratione, & causa sufficit voluntas eius. Nam Dominus est sub nullius alterius potestate, sed primus, & supremus.

Cõformitas humanę voluntatis Christi cum diuina.

ANNOTATIO XXXVI.

EAdem verba habentur apud Mathæũ Græcè, quamuis interpres aliis verbis interpretatus fuerit apud Lucam, quam illi, idem tamen significantibus; Græce nomen est εὐδοκία, id est, beneplacitum, seu bona voluntas, quasi diceretur ad veritum, sic fuit beneplacitum tuum. Quod autem ad rem spectat, hisce verbis exprimit conformitatem humanę suæ voluntatis cum diuina etiam in eo, quòd sapientes, & prudentes puniti sunt, absconsione diuinorũ mysteriorum, in qua non solum Christus consentit voluntati Patris, sed etiã gaudet; quamuis enim non sit gaudendum in pœna, & vindicta illata alicui, tamen qua parte diuina voluntas impletur, & iustitia Dei in eo exaltatur, gaudere licet. sic Basilius, & Theodoretus interpretantur illud psal. 95. Lætabitur iustus, cum uiderit vindictam. & lætabitur, inquiunt, propter diuinam prouidentiam. Sic etiam dictum est psal. 144. iustitia tua exultabũt. De hac tamen re alibi est plenius tractandum.

Omnia tradita sunt mihi à Patre meo.

COMMENTARIA.

EXponit, quæ sint hæc, quæ abscõdita sunt sapientibus, & reuelata ea paruulis à Patre. omnia, inquit, tradita sunt mihi à Patre meo, quasi diceret, sacramenta abscondita sapiẽtibus, & reuelata paruulis sunt, mihi esse omnia à Patre tradita. Christus Dei filius, & homo, redemptor fuit hominum, & doctor; venit enim vt à peccatis liberaret, Deoque reconciliaret hominem, sicque æternam conferret salutem. Venit etiam vt doceret uiam assequendæ salutis, erroribus, & ignorantijs expulsis. De priori officio inquit, omnia tradita sunt mihi à Patre meo, quasi diceret, constitutus sum à Patre Redemptor, & Saluator, & in mea manu, ac potestate posuit vniuersa, ut ea reparem, & restaurem, ut sicut per me, vt Deum omnia creauit, sic per me carne assumpta recreet, & reparet. Ad hoc ueni, & ad hoc sum homo factus. Abscondita igitur sunt à sapientibus sacramenta, scilicet, legatio mea, incarnatio mea, finis aduentus mei, officium meum; paruulis autem ex parte iam reuelata, postmodum uerò perfectè reuelãda sunt. Hic est sensus, & connexio huius sententiæ.

ANNOTATIO XXXVII.

ADuerte pro maiori explicatione commentarij, Dei filium ad hoc maxime carnem sumpsisse, vt saluaret, & vt doceret. Saluauit redimendo suo sanguine a peccatis, Patri reconciliando, ea merito, & satisfactione sua obtinendo, & conferẽdo, quibus liberamur a peccato, iustificamur, bene operamur, eo digni efficimur, uita æterna, demum iudicando, & uitam æternam conferendo. Hæc omnia facit Christus, vt saluator est. Docuit autem fidem veram Dei, ac mysteriorum eius, aperiendo suum aduentum, & quę per eum gessit manifestãdo, præcepta morum, & eorum, quæ ad salutem facienda sunt, tradendo, illuminando etiam hominum mentes supernaturali lumine, vt doctrinæ per eum traditæ consentiant. Hęc omnia ad duo hęc reducuntur, quod Saluator, & Magister, seu doctor noster fuit. De priori officio in Euangelio dẽ Ioan. 3. Misit Deus filium suum, ut mũdus saluetur per ipsum, & Mar. 10. Venit Filius hominis, vt ministraret, & daret animam suam in redemptionem pro multis, & in veteri testamento scriptũ est. Isa. 8. Deus redẽptor tuus, sanctus Israel. & Isa. 35. ipse veniet, & saluabit nos. De posteriori autẽ dẽ in Euangelio

Christus Saluator & doctor noster.

gelio Ioann. 13. Vos vocatis me Magister, & bene dicitis. Ioan. 18. Ego veni vt testimonium perhibeam veritati; in veteri autem testamento. Isa. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducem, & præceptorẽ gentibus. Iohel. 2. Dedit vobis doctorem iustitiæ. Sunt sexcenta testimonia in Scriptura de his duobꝰ Christi operibus, seu officiis. De priori igitur dicit, omnia tradita sunt mihi à Patre. De posteriori est sequẽs sententia, atque hęc sunt, quæ abscondita fuere sapientibus, & reuelata paruulis. Hi nouerunt Christum, illi verò non.

ANNOTATIO XXXVIII.

QVod ad verba spectat, in quibusdam Græcis exemplaribus ante hanc sententiam leguntur hæc verba (& conuersus ad Discipulos dixit) sicq; legit Euthymiꝰ; at verò Latina non habent, nec ét multa Græca, nec nos censemus legenda, præsertim, quia paulo inferius ea habentur, nec possent illi legi, si in loco hoc legerentur: si .n. conuersus nunc est, non erat, cur post hæc conuersus diceretur. De hoc tamen inferius aliquid aliud notabimus. Quod aũt ad rem pertinet, celebris est ista sẽtẽa, super quam Athanasius longam habuit orationem contra Arianos, quos refert hoc loco abusos ad probandum Filium minorem Patre, cum illi tradita fuerint omnia; argumẽtabantur .n. Si Pater tradidit illi omnia, ergo prius non habuit ea Filius: igitur minor est Patre. Duæ aũt sunt huius sententiæ interpretationes. Vna est eorũ, qui interpretantur de Christo ratione diuinitatis, cui Pater tradidit oĩa: nam communicando ei propriam essentiam, communicauit potentiam, dominium, & omnia, quæ habet. verbum aũt traditionis nõ est humano more intelligẽdum, quasi Filius prius non habuerit, aut Patri se omnibus priuauerit, sed indicat filij à Patre processionem, ſm quam Deus est de Deo, Dominus a Domino, habens eandem naturam cũ Patre, sed Pater à se, Filius a Patre, absque vlla prioritate, aut posterioritate durationis. Hæc interpretatio est Athanasij, ser. 4. contra Arianos. Irenæi lib. 4. c. 37 Hilarij lib. 6. de Trin. Ambrosij lib. 3. de Spirit. san. c. 12. Chrysostomi hom. 39. in Matth. Altera expositio est eiusdem Athanasij in oratione super hãc Lucæ sẽtiam, vbi affirmat eã intelligendam de Christo rãne dispensationis per carnẽ gerendæ, ceu-

Quomodo omnia tradita Christo à Patre.

setq; tũc tradita oĩa ad reparãdũ, & instaurãdũ, qñ hõ factus est: Quãuis .n. vt Deus est, oĩa sint ei tradita semper, tñ vt hõ est, accepit, qñ carnem sumpsit, q̃ prius vt hõ non hẽbat. Verba Athanasii, qa eius mentẽ declarant optime, referã ex parte; sic .n. inquit. Postq̃ peccarat, & lapsus esset hõ, eiusq; lapsu perturbatis oĩbus, mors inualuisset ab Adã vsq; ad Christum, terraq; execrationi data esset, Infernus apertus, Paradisus clausus, cœlũ infensum, & tandẽ corrupto, & interẽpto homine insiluisset diabolus contra nos: tunc Deus hominũ amator, ac nolẽs perire hoĩem ad suã imaginẽ conditum, in hæc verba locutus est, quẽ eminã? Et quis proficiscetur? oĩbus obticẽtib. locutus est filius, Ecce ego, emitte me. Quo tpe illi rñdit Pater, vade ergo. Tunc dedit illi hoĩem, vt ipsum verbũ caro fieret, carnẽq; assumptã in oĩbus instauraret: tradita .n. sunt illi ut medico, qui sanaret morsum serpentis. & vt vitæ, qua excitaret mortuum; & vt luci, quo illuminaret tenebras. & ut tõi, quo redintegraret vim rõnalẽ. Postq̃ igitur tradita sunt illi oĩa, & factus est hõ, correcta sunt oĩa, & ꝑfecta, tenta ꝑ maledictione benedictionẽ obtinuit. Paradisus reseratus est. Infernus se metu cõtraxit, monumẽta aperta sũt re surgẽtib. mortuis. Portæ cœli clausę sũt, vt ĩtraret ille ex Edẽ; Hęc & alia multa Atha. quib. signãt oĩa tradita Xpo hoĩ, in reparationẽ, instaurationẽ, & maximè hoĩes in redẽptionẽ, & salutẽ: ad hoc .n. venit Xps, hic fuit scopus, & finis aduẽtus sui in carnem. Huic interpretationi consensisse vr Hieron. Matth. 11. q̃uis per illud, oĩa, cẽseat nõ esse intelligenda cęlũ, & terrã, cęteraſq; creaturas, sed eos, qui per filiũ accessum hũt ad Patrẽ. q ante rebelles, postea Deũ sentire cęperũt: at Athan. gñaliter interpretatꝰ nã Christus oĩa instaurauit, q̃ in cęlis, & q̃ in terris, vt hꝰ Ephes. 1. licet non eodẽ modo instauratio oĩbus competat; q̃uis ẽt possũmus hoĩbus accommodare, pro quorũ redẽptione, ac salute uenit: oĩa aũt dñr, quia ꝑꝑ hoĩem cũcta sensibilia facta sunt. Hęc interpretatio mihi visa est accommodata, eamq; secuti sumus in cõmentario, multisq; Scripturæ sacræ locis consonat, dẽ .n. Io. 3. Pater diligit Filiũ, & oĩa dedit in manu eius, nẽpe oĩum reparatorem fecit, ac quæ ad hoĩum salutem spectant, ei cõmisit. simile est illud Ioann. 13. sciens, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia dedit Pater in manus; & Ioan. 17. dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hoc idem docuit Paulus Ephe. 1. Vt notum inquit, faceret sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporis, instaurare omnia, quæ in terris, & quæ in cœlis sunt. Nota beneplacitum suum, id est, voluntatem salutis hominis, & reparationis vniuersi, positam à Deo in Christo, quia ipsum constituit reconciliatorem, mediatorem, doctorem, medicum, redemptorem, ac reformatorem. Hoc est tradidisse oĩa illi; id ipsum prædixit Dauid psal. 3. postula à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Hũc ergo existimo sensum legitimum huius sententiæ. Adde cum oĩa creata sint in tempore, nec fuerint, qñ Pater genuit ab æterno Filium, non ita propriè dici Patrem Filio tradidisse omnia, quando genuit, quia tunc non erant. Proprius tradidit, quando hominem fecit, eumq; eorum instauratorem constituit, & præcipuè hominum, qui per peccatum ceciderant, & reparatione summopere indigebant.

ANNOTATIO XXXIX.

Cõnexio sententiæ proximæ cum præsedentib.

IN connectenda hac snĩa cum antecedentibus est aliquid discriminis inter doctores; Chrysost. n. hom. 39. in Matth. dupliciter connectit, primo sic; Ne, dũ Christus confitetur Patri, videretur illo minus potens, & à natura paterna alienus, dixit, oĩa tradita sunt mihi à Patre meo, sicque ostẽderet æqualitatem cum eo. Huic priori connexioni consentit Euthym. Addit etiam Chrysost. alteram connectendi rationem, dicens hanc snĩam dictam esse ad Discipulos, qui lætabantur, qm dæmones sibi parerent, quasi diceret, quid ita gaudetis frustra, potestate vobis data? mea omnia sunt, tradita mihi a Patre meo. Voluit enim Christus Discipulos diligentiores; & moderatiores facere, ideo hoc dixit; sic Chrysostomus connectit. Neutra autẽ connexio mihi videtur accommodata; nõ quidem prior, nam innititur in eo, quod hæc sententia intelligenda sit de Christo ratione diuinitatis, quam intelligentiam superiori annotatione non probauimus. Non etiã posterior: tum quia Christus iã huic gaudio respondit, & noua aggressus est, nempe Patris confessionem: tum quia data vĩ expositio, non. n. apta ratio est, propterea non esse gaudendum Discipulis de potestate eis data, quia oĩa tradita sunt Christo à Patre; immo tanto maius gaudium esse debuit, cum scirent Christo, in cuius nomine dæmonia expellebant, omnia tradita esse à Patre; sic. n. potestas eis data nobilior, & firmior videbatur. Igitur connexio in commentario posita visa est mihi accommodatior; cum. n. cõfessus fuisset Patri gratias agendo, & eum laudãdo de absconsione, & reuelatione horum, nec explicuerit, quę ea sint, sed indistinctè pronunciauerit (hæc) nunc exponit, & reuelat Discipulis. Potest etiam alia connexionis ratio adiungi: cum. n. dictum esset; Sic placuit ante te, Græcè; sic fuit bona voluntas, seu beneplacitum ante te, explicat sequentibus his verbis hoc beneplacitum, quasi diceret, hoc beneplacitum Patris ego veni implere, Paterq; meus in me posuit, ac decreuit hoc beneplacitum complere, omnia tradendo mihi. Paulus huic fauet veritati Ephes. 1. dicens: Secundum beneplacitum eius, scilicet Patris, quod proposuit in eo, nempe Christo. Quod Paulus dixit, Pater proposuit beneplacitum suum in Christo, hoc nunc ipse Christus significat, dicens: Omnia tradita sunt mihi à Patre meo. Hæc de connexione.

Et nemo scit, quis sit filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius.

COMMENTARIA.

PRæcedẽti sententia ostendit se redemptorem omnium, nunc declarat se doctorẽ, & ad hæc duo venisse, nẽpe saluare, & docere veritatẽ Dei; vt autem doctrinæ suæ veritatem, & certitudinem commendet, præmittit se scientiam hãe diuinam, eam nẽpe, quam Pater habet, cum sit eius Filius, eiusdem cum eo substantiæ, & sciẽtię, & dicit, nemo scit quis sit Filius, nisi Pater, nec quis Pater nisi Filius. Sermo est cõparatiuus, s. sicut nemo scit quis sit Filius nisi Pater, sic nemo scit quis sit Pater, nisi Filius, quasi diceret. Patris,

tris, & Filij cognitio, & notitia ipsius est Patris, & Filij, nemoq; extra eos id assequi potuit, põt, aut poterit à se, aut ex se, sed talis notitia eis est propria. Attende non excludi ipsas personas à notitia, & sciẽtia, cum. n. dĩ, nemo scit quis sit Filius nisi Pater, non excludit Filius à sui cognitione: nam & Filius se ipsum cognoscit. Similiter cum dĩ nec quid sit Pater nisi Filius, nõ excluditur Pater à sui notitia. Id ergo significatur, personarum harum notitiam ipsarum earũdem esse, nec vllum aliũ quempiam id nosse quasi à se, nisi deriuata, & cõmunicata cognitione à Patre, & Filio. Attende ét non excludi à notitia eadem Spiritum sanctum, sed cum non sit nunc facta mentio tertię personæ, non exprimitur eius notitia, sed non excluditur, sed tm̃ id, quod extra Deum est, quod notitiã Patris, & Filij, & Spiritus sancti hãe non valet, nisi ab ipso Deo sit emanata, & reuelata. Ratio. n. nulla naturalis, nec vlla creatura ex se arcanum hoc, & sacramentum assequitur. Iuxta illud Matt. 16. caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cęlis. Attẽde postremo supplendum esse, eos ẽt nosse, quibus Pater reuelauerit, nam dictum est Patrem reuelasse paruulis.

ANNOTATIO XL.

Patrum expositio contra Macedonianos hoc loco Euangelij abutentes.

ADuerte Ambrosiũ lib. 2. de Spir. sanc. cap. 12. referre Macedonianos hoc abusos loco ad probandum Spiritum sanctum minorem esse Patre, nec eiusdẽ substantiæ cum eo, quia dictum est, Nemo nouit Filium, nisi Pater: inferebant, ergo Spiritus sanctus non nouit, cum nõ sit Pater. Huic aũt cauillationi respondit ipse Ambros. doctè, & verè, his exclusiuis locutionibus non remoueri personas, sed creaturas, quod loco Pauli manifesto probat. 1. Cor. 2. Nemo, inquit, nouit, quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei. Ecce Spiritus nosse dicitur, q̃ sunt Dei, nõ igitur excludebatur Spiritus ab hac locutione. quod si personæ excludentur, nec Pater cognosceret, quia dictum est, nemo cognoscit, niã Spiritus Dei. Hęc doctrina Ambrosij est ẽt Basilij, lib. 3. contra Eunomium, aliorumq; patrum, & omnino verissima. Aduerte præterea Athanasium in oratione cõtra Gregales Sabellij, hanc snĩam connectere sic, inquit enim: Cum dicit, confiteor tibi Pater Domine cęli, & terræ, homo esse vĩ. recte tu quidem: habet. n. humanitatem sibi adiunctam deitas illa, quæ in mũdum venerat, sed ne ob prætextum carnis ignorares Deũ, statim de seipso ita subiungit, & in hunc modũ loquitur: Nemo cognoscit Filium, nisi Pater: neq; Patrem cognoscit quispiam nisi Filius, & nisi cui voluerit Filius reuelare. Hæc Athana. Chrysost. autem hom. 59. in Matthæum sic nectit: Quoniam, inquit, dixit: Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: intulit, quasi diceret, quid miramini, si omnium ego sum Dominus, qui & aliud qd multo maius possideo, quod Patrem nouerim, quod eiusdem cum eo substantiæ sum? Hæc ille. At vtraq; sententia consideranti dura videbitur, & violenta. Mihi magis probatur ea, quæ posita est in commentario, meliusque in sequenti explicatur.

Et cui voluerit Filius reuelare.

COMMENTARIA.

EXposita notitia, & scientia, quam habet sui, & Patris, manifestat suũ magisterium, & se esse doctorem, & uenisse, ut Dei nobis notitiã daret. Sensus est, hanc notitiã, & scientiã Patris, & Filij ego doceo; ego cui uolo, reuelo, nec assequi ullus poterit, nisi meo magisterio, & doctrina. Idem est sensus huius, & illius Ioan. 1. Nemo Deum uidit umquam, Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse reuelauit. Hoc est, quod nunc dicitur, ego sum ille, qui video me, & Patrem, & nemo alius, nisi is, quem docuero, videre poterit; quæ vidimus testamur. loquitur hic de se, vt homine, & de sua doctrina per se tradita, quæ verissima est, & certissima, qa Deus est, & Dei Filius, qui vnã cũ Patre habet sciẽtiã. Hęc sunt, q̃ abscõdit Pater sapiẽtibus, & reuelauit paruulis, me esse Filium eius, me redẽptorẽ, me doctorẽ vitæ.

ANNOTATIO XLI.

Obnexio superiorum verborũ, & explicatio.

HAnc sniam sic connectit Chrysost. homil. 39. in Matth. Quia, inquit, de Patre dictum erat, Reuelasti ea paruulis; idcirco de se dixit: Cui voluerit filius reuelare, vt eiusdem potestatis cum Patre se esse significaret. Notatq; non esse dictum, cui iussus sit reuelare, aut, cui iniunctum sit reuelare, sed cui voluerit. Sic. n. ostẽdebatur æqualitas. Ambrosius autẽ lib. 2. de Spir. san. cap. 12. consentire vr. hæc. n. verba recitans ait: Plus dixit de Filio, non quod plus habeat, quam Pater, sed ne minus habere videretur. Hæc ille. Hi duo doctores hanc sniam interpretantur de Christo, vt Deo, qui, quibus vult, reuelat, vt Pater. Quod etiam affirmat Irenæus lib. 4. cap. 14. notans illud (voluerit) non tm futurum, sed etiam præteritum, tempusq; omne complecti, vt significet, & ante Incarnationem per Filium reuelatam fuisse Deinotitiam. Mihi certè vr in hac sententia Christum de se loqui vt homo est, & ratione carnis suę, secundum quam, seu per quã redemptor, & doctor est hoium factus, sicut etiã illud Ioan. Vnigenitus enarrauit nobis, scilicet per carnem, ad hoc. n. venit, vt doceret salutis viam, & Dei perfectam notitiã, præmisit. n. se habere scientiam Dei vnam cũ Patre, vt ostenderet doctrinam, quam per carnem, & in carne tradebat esse verissimam, & infallibilem, & eam cui vult reuelat, & cui vult abscondit, non solum vt Deus, sed ẽt vt homo; cui sensui illud consonat Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita, nemo venit ad Patrem, nisi per me, & illud Ioann. 3. Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, nempe quod vidimus, & scim⁹ diuinitate, & vt Deus, loquimur, & testamur in carne. Hebr. 1. Nouissime locutus est nobis in Filio. Declarat ẽt his verbis se, vt homo est, conformem habere cum Patre voluntatem, & potestatis exercitium, cui Pater reuelare vult, ipse ẽt vult, cui Pater abscondit, etiam & ipse, quia Deus est, qui in carne, & per carnem docet, & operatur.

ANNOATIO XLII.

Expositio huius

IRenæus lib. 4. cap. 14. & Chrysost. hom. 39. in Matth. referunt Marcionem hæreticum hanc superiori sniã abusum esse ad probandum Deum Patrem Christi non esse Deum veteris testamenti, & Prophetarum, sed alium ab hoc. argumẽtabatur autem sic; Si nemo nouit Patrem nisi Filius, & cũ voluerit Filius reuelare, igitur antequam Christus carnem indueret, Pater hic non erat ab vllo agnitus, cum Christus nemini reuelauerit antequam homo esset; at ille Deus veteris testamenti multo prius notus, & reuelatus est; igitur alius est à Patre Christi. Ad hanc obiectionem si rectè perpendimus, aliter respondet Chrysostomus, aliter Irenæus. Primo quidem Chrysostomus dicit, non de qualibet cognitione hic haberi sermonem, sed de perfecta, & exquisita notitia Patris, & Filii, qualem de Filio, & Patre, solus Filius, & Pater habent, nos enim ex parte cognoscimus. Vnde cum dicitur, Nemo cognoscit Filium nisi Pater; neq; Patrem nisi Filius, non dicitur Deum ignorari ab omnibus alijs, sed ab alijs non cognosci ea cognitione, quã Pater, & Filius se cognoscunt. Hæc est responsio Chrysostomi, quæ mihi vr nec ac commodari posse textui, nec satisfacere obiectioni, non quidem textui accommodatur, nam dicitur, Nemo cognoscit, nisi cui reuelatur; igitur cui reuelatum est, is cognoscit Filium, & Patrem, & tm non est ista reuelata cognitio exquisita illa, & perfecta; non ergo loquebatur Dominus, quando dixit, nemo Patrem cognoscit nisi Filius, de perfecta, & exquisita cognitione, si. n. de hac sermo esset, non oportebat excipere eum, cui reuelatum est; excepto enim non fit, nisi ex eo, quod est cõmune. Vnde necessario est dicere, Dominum absolutè loqui de scientia, & notitia, qua Pater, & Filius cognoscũtur, siue à se, siue ab alijs, hæc. n. nõ est nisi in ipso Filio, & Patre, & iis, quibus per Patrem, & Filium reuelatum fuerit. Verum quidem est aliter Filium à Patre, & Patrẽ à Filio cognosci, quam à nobis; illi se comprehendunt, nos fide, & participata notitia nouimus: tm in his sententijs absolutè loquitur Dominus de cognitione Patris, & Filij, & sic vsus est exceptione, nimirũ neminẽ nosse nisi eos, quibus reuelatũ fuerit. Vnde interpretatio Chrysostomi, cui ẽt adhæsit Euthymnon accõmodatur cõtextui. Nec ẽt satisfacit difficultati, & obiectioni Marcionis: nã si nemo nouit Patrẽ, nisi cui voluit Filius reuelare, si Filius quantum ad carnis assũptionem, fuit post Patres veteris testamenti; igitur hi non nouerunt Patrẽ, quia Christus non dum homo, nondum potuit velle reuelare illis. Huic obiectioni non satisfit per ea, quæ Chrysostomus dicit.

sententia contra Marcionem obtenta.

Secundo loco respondet Irenæus, dicẽs Verbũ, Filiũq; Dei extitisse ante carnẽ, & per eum, Patrem reuelatũ esse Patribus, & omnibus à principio mundi, quibus reuelatum est. cum igitur dicit, neminem nosse Patrem nisi Filium, & cui voluerit Filius reuelare, id loquitur ratione suæ diuinitatis, secundum quam verum est neminem nosse potuisse vmquam Patrem, nisi cui ipse reuelauit, aut reuelauerit: vna. n. cum Patre vt Deus reuelat, & Pater per ipsum vt Verbum reuelauit Patribus illis, & reuelat nunc omnibus, quibus reuelatio datur. Sic satisfit obiectioni Marcionis, qui hanc sententiam humanæ Christi naturæ accommodabat. Sic Irenæus respondet; nam notitiam hanc Patris, & Filij absolutè interpretatur, non vt Chrysostom. de perfecta, & exquisita, quę propria est ipsis personis Patris, Filij, & Spiritus sancti, non autem communis creaturæ.

Auctoris explicatio

Mihi autem non probatur hæc responsio, eo quod hanc sententiam, cui voluerit Filius reuelare, de Christo ratione diuinæ naturæ interpretatur; existimo enim intelligendam de Christo ratione humanæ naturæ. cum. n. Christus vnica sit persona, diuinam, & humanam habens naturam, modo ratione vnius, modo ratione alterius loquitur sicut Ioan. 3. Quod, inquit, scimus loquimur, & quod vidimus testamur. Quod scimus, & vidimus vt Deus, loquimur, & testamur vt homo, & per carnem. sic nunc dicitur; Nemo scit quis Pater, & quis Filius, nisi Filius. hoc vt Deus dicit; cum autem additur, Et cui voluerit Filius reuelare: loquitur vt homo. Obiectioni autem hæreticorum respondetur, hic loqui de cognitione comprehendente aduẽtum suum in carne, quam ipse primus docuit, & quam nemo habet, nisi cui Christus homo reuelat. hanc Patres nõ habuerunt, qui solum nouerant cum venturum, eo autem veniente noua doctrina effulsit de aduentu iam existente, quæ ad Euangelium pertinet, cuius primus Magister, & doctor Christus est in carne. Sic obiectio hæreticorum nullius est momenti.

Et conuersus ad Discipulos suos, dixit.

COMMENTARIA.

COnuersus dicitur quia corporis aspectu, & gestu quodam ad Discipulos se conuertit, vt solent hi facere, qui aliquid cuipiã loquũtur quod ad ipsum pertinet. locuturus igitur cũ Discipulis de ijs, quę ad eos spectabãt, ad ipsos conuertitur.

ANNOTATIO XLIII.

Conatio exemplarium.

QVædam Græca habent (conuersus ad Discipulos seorsum) sicque legit Euthymius, quę lectio consonat illi, cuius meminimus in Annotat. 39. vbi notauimus quædam Græca exemplaria habere. Et cõuersus ad Discipulos dixit: omnia tradita sunt mihi à Patre meo. cum aũt hæc quæ sequuntur etiam cõuersus dixisse legatur, videtur illud superfluũ fuisse: nam si tunc conuersus est, non est cur modo conuertatur. Ob id quidam legunt conuersus ad Discipulos seorsum, quasi primo conuersus sit ad Discipulos, & alios adstantes, modo verò ad solos Discipulos. At Latina exemplaria, & nonnulla etiam Græca non legunt illud, seorsum, in hoc loco, nec etiam legunt priora illa verba. conuersus ad Discipulos. Mihi vr legendum esse sicut vulgatus legit, quantum ad verba ipsa; nec. n. priori loco legimus: cõuersus ad Discipulos; nec in hoc, illud, seorsum; existimo. n. Christum qũ confitebatur Patri, ad ipsum conuersum fuisse oculis corporeis; cum verò docuit, omnia sibi tradita à Patre, & neminem nosse Patrem, nisi Filium, ad omnes respexisse, quibuscum loquebatur, etiamsi absentes essent; quod, quæ sequuntur verba apud Matthæum, indicant, nempe. Venite ad me omnes, qui onerati estis. Post quæ conuersus ad Discipulos dixit quæ sequuntur. Beati oculi, &c. quia illis tunc propriè loquebatur.

Beati oculi, qui uident, quæ uos uidetis.

COMMENTARIA

ERant Discipuli de eodem numero, quibus Christus Filius Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprio ore reuelauerat mysteria salutis, & aduentum suum; idcirco conuersus ad eos, beatos appellat, quod inter illos oës, qui aduentum eius crediderunt, ipsi tanto beneficio, & priuilegio cumulati sint, vt obtinuerit Christum ipsum videre, miracula conspicere, prædicantem audire. Modestię causa, non dixit, qui me uidetis, sed qui vident, quæ uos videtis, se ipsum significans. Hoc aũt dixit, & ut illos in fide magis cõfirmet, & ut ipsi beneficium Dei magnum in se recognoscant.

ANNOTATIO XLIV.

PRætermisit Lucas multa, quæ adiũxit Matthæus, consequentia ad præcedentes suas, nimirum. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: tollite iugũ meũ super vos &c. cum. n. dixerit sibi omnia tradita, & se reuelare cui vult, incipit opere complere vocando ad se omnes. hæc Lucas omittit, & ad alia post hæc narranda se conuertit. Beati, inquit, oculi &c. Similem ferè sententiam refert Matthæus cap. 13. sed alio tempore à Christo prolatã. non enim hæc historia est eadem cum illa Matthæi, sed longè diuersa, immo Matthæus non eisdem vtitur verbis, sed sic: Vestri oculi beati, quia vident, & aures, quia audiunt, posset q; non improbabiliter uideri alicui nõ eadem; communiter tamen existimantur eadem. bis à Deo pronunciata, idemq; est sensus apud vtrumq, Euangelistam.

De quibus oculis hoc loco Euangelista loquatur.

Est aũt difficultas, de quibus oculis sit sermo. Chrysost. n. hom. 46. in Matthęum existimat non de visu corporeo, sed de spirituali esse sententiam intelligendam. At verò sequentia verba interpretans, vbi dicuntur multi prophetę desiderasse videre, quæ Discipuli videbant, & non vidisse, quæ tamẽ Prophetæ oculis spiritualibus viderunt quibus verbis significatur, Discipulos prælatos esse illis, & beatos appellatos, quia visu corporeo intelligi. Quare vt vtrumque dictum Chrysostomi coniungamus, sentire videtur, de vtroq; visu, seu oculo intelligendam esse sententiã, vt beati dicti sint, quia spirituali, & corporeo oculo Christum viderunt, credideruntq; enim in eum, & corporali præsentia fruiti sunt.

Eadem omnino habentur apud Hieronymum Matth 13. quamuis Hieronymus aliam adiungat solutionem, vt sustineat de solo spirituali oculo sententiam hanc esse intelligendam; dicit. n. nõ omnes prophetas, & iustos vidisse spiritualiter omnia, quæ Discipuli videbant, & intelligebant, & sic præpositi sunt illis in hoc sæculo ẽt visu spirituali. at se ipsum Hieronymus corrigit, ne videatur iustos conferre velle, dicitq; idem, quod & Chrysostom. Eadem cum Hieronymo habet Euthym.

Auctoris sententia.

In hac parte mihi videtur dicendum, Christum loqui de visu corporeo, similiter de auribus corporis, felicesque, ac beatos appellare Discipulos, quod viderint, & audierint Christum ipsum prædicãtem, & mira facientem, sicut viderunt, & audierunt. De talibus oculis, & auribus Christũ loqui verba sequentia omnino demonstrant: nam prophetæ, & iusti multi, qui Christum secundum carnem antecesserũt, dicuntur desiderasse videre, & audire, quę audiebant, & uidebant Discipuli. hoc autem desiderium non fuit de visu, & aure spirituali; nam fide, & visu spirituali Christum uiderunt; oportet igitur de corporali oculo, seu uisu hæc intelligere, in quo præferuntur Discipuli, & in eo beati dicuntur, sicut Ioannes Baptista dicitur plusquam propheta, quia non solum Christum prænunciauit venturum, sed præsentem indicauit.

Obiectio nisi fortè.

Quod si obijciat quispiam illud quod permouit doctores, ad affirmandum de visu spirituali intelligi sententiam, nempe quia etiam persecutores, & increduli Iudæi visu hoc corporeo, & aure, Christum viderunt, & audierunt, & tamen nõ ob hoc beati fuerunt, respondeo dupliciter. Primo quidem Christum loqui de Discipulis, qui credebant in eum, vnde non conferebat nisi solos fideles, & credentes in eũ, nempe præsentes cum præcedentibus, & inter eos, qui Christi fideles erant, censet beatos eos, qui non solum crediderunt in Christum, sed etiam eius præsentia corporali fruiti sunt, miracula aspexerunt, prædicantem audierunt. De solo ergo oculo corporis, & aure sermo est, tamen beatificatio, & comparatio est inter credentes in Christum. Respondeo secundo, sentẽtiam extendi posse etiam ad omnes, tam credẽtes, q̃ non credentes, qui corporalem Christi

sti præsentiam viderunt, omnesque beatos eo priuilegio appellatos, quantum est ex parte beneficii, & priuilegij huius, non enim quia illi non crediderunt, ideò desinit esse magnum beneficium, quod eis collatum est; immo eo damnatione digniores fuerunt, quod tanto priuilegio abusi sunt, quod Christus præsentialiter eis præ dicauit, & miracula fecit. magna igitur felicitas fuit hæc, qui tamen abusi sunt, maiorem inde culpam, & pœnam contraxerunt: qui verò bene vsi sunt credentes, verè beati fuere. Sicut etiam beati dicuntur, & sunt credentes, & fidem Christi habentes; tñ si opera non habeant, peius illis est habuisse fidem: hoc quidem non ex se, sed eorum visio, nam quantum ex se est, beatitudo quædam est, credere, & fidem habere.

Beati diuersis de causis dicuntur in Scriptura.

Aduertẽdum. n. est in Scriptura beatos dici diuersis de causis, non qd̃ singulę integram, & perfectam faciant beatitudinem, sed partem aliquam; dicuntur. n. beati, qui intelligunt super regnum, beati qui lugent, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, beatus qui nõ offendit verbo. singula per se non faciunt totam beatitudinem, sed partem aliquam, aut ad eam conducunt: Sic nunc uidisse Christũ beatos facit, non ex hoc solo est integra beatitudo, sed maximè ad beatitudinem consequendam id faciebat. Sic est illud Lucæ 11. Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. hoc solum non erat integra beatitudo, immo Christus respondens huic soli aliud prætulit, nempe beati, qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud, quasi diceret, hæc quidem beatitudo fuit, tamen si sola consideretur, maior est alia, nempe credere in Christum, & mandata eius seruare. Sic mihi ista sententia de visu corporeo explicãda uidetur. Huic tamen posset quispiam obiicere illud Ioã. 20. Beati qui no viderunt, & crediderunt: Respondeo non esse similem rationem in his sentẽtijs: nam Thomas ipsum visum sumpsit pro argumento credendi, quia vidit enim Christum uiuentem, ideo credidit resurrexisse, & in hoc præponitur, qui cum non uiderint, crediderint, quia non sunt ipsius ad credendum visui; at verò in nostra sententia non fit sermo de argumento credendi, sed simpliciter, & absolutè consideratur aspectus, & præsentia Christi: hoc autem fuit insigne beneficium, & priuilegium, nec ob eam præsentiam Discipulorum fides minor fuit: nam etiam si Christum viderunt, ipsum tamen Messiam, & Dei filium esse non viderunt, sed crediderunt.

Obiectio alia contra eius sententiam soluitur.

Dico enim vobis, quod multi prophetæ, & reges, voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt; & audire, quæ vos auditis, & non audierunt.

COMMENTARIA.

CAusam, cur beatos ex visione illa appellauerit, profert; ea aũtẽ est, quia reges multi, & prophetę, qui ante eos fuerunt, hoc desiderio flagrarunt, nempe videndi Messiam, & audiendi verba ipsius, & nõ obtinuerũt, quod tantopere desiderarunt: id autẽ Discipulis concessum est. Argumentum est magni beneficii ex tanto, multipliciq; desiderio Regum, & Prophetarum, qui Deo charissimi fuerunt. Quibus negatum esse, Discipulis verò datum argumentum est insignis prærogatiuæ.

ANNOTATIO XLV.

Explicatio superioris sẽtentiæ.

GEnes. 49. appellatur Messias à Iacob, desiderium collium æternorum, quia eius aduentus à principio mundi desideratus est à patribus illis. Pleni sunt libri psalmorum, & Prophetarũ hoc desiderio. Recte Irenæus lib. 4. cap. 24. interpretãs de desiderio Christi præsentiam videndi locum hunc sic deducit. Si aũt inquit desiderarunt videre Dñm, igitur credebant in eum, fidemque aduentus ipsius habebant. Aduerte Bedam affirmare, quos nunc Lucas Reges appellat, apud Matthæum iustos uocari. mihi non ut satis accommodatum, nam distincta sunt hæc, per Reges enim Dauid, Salomon, & alij, quibus reuelatus est aduentus Messiæ, significantur; per iustos autem multi alij, qui Reges non fuerunt; licet enim aliqui ex Regibus fuerint iusti, non tamen omnes iusti, fuerunt Reges, nec omnes Reges, iusti. Adde hanc, & illam Matthæi non esse eandem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem historiam. Posset quispiam opponere huic loco illud Ioã.8. Abraham exultauit, vt videret diem meũ, vidit, & gauisus est. Si Abraham vidit, qũo nunc dr, non viderunt Rũdeo non dici Abraham desiderasse, seu exultasse, vt videret Dominum, nec dici vidisse Dñm, sed diem Dñi seu Christi, quod longe distinctum est: nam vidisse diem Dñi est nouisse tempus signatum, qñ carnem erat sumpturus, & hoc vidit Abraham, non visu corporeo, sed spirituali, reuelante Deo, quæ reuelatio non fuit oĩbus concessa; credebant quidem venturũ Christum, tempus aũt præcisum non sunt assecuti oẽs. id aũt concessum est Abrahę. Locus autẽ noster procedit de visu ipsius Domini, nempe quia eius corporalem presentiam, & verba ipsius audire, & videre cupierunt, quod non fuit illis datum.

Quomodo Abraham diẽ Domini viderit.

Et ecce quidam Legisperitus surrexit.

COMMENTARIA.

ADalia describenda se conuertit Euangelista, quæ prædictis non ita cohærent, quasi statim post ea hoc gestum sit, sed alio tẽpore, quod à nobis ignoratur. Vt autem videtur cum Dominus populo prędicasset, quidam Scriba, seu legis doctor surrexit, vt Dominũ alloquęretur; verisimile enim est multos Dominum auscultasse sedentes, quod forsan in Synagoga factum est, cum hic surrexisse dicitur.

ANNOTATIO XLVI.

QVidam recentiores existimãt hanc historiam esse eandem cum ea, quã Matthæus cap. 22. & Marcus ca. 12. referunt, de legis doctore illo, qui Dominum interrogauit, quod esset mandatum magnum in lege. at vero Augustinus lib. 2. de consen. Euang. ca. 73. contrariam tenet sententiã, eamque rationibus hisce confirmat. Prima est, quia apud Matthæum, & Marcum Christus dicitur interrogatus à Legisperito, respondisse duo illa mandata, diligendi Deum, & proximum. Apud Lucam autem Legisperitus dicitur interrogatus à Christo, ea respondisse. Hæc autem sunt omnino contraria, nec ad eandem possunt pertinere historiam. Alia duo argumenta profert Augustinus, quæ apud eum lege. Quibus adde apud Matthæum, & Marcũ Legisperitum interrogasse, quod esset mãdatum magnum in lege; apud Lucam vero, quid faciendo vitam æternam possideret. Tenendum igitur est, aliam hanc esse historiam, cuius illi duo Euangelistæ non meminerunt, sicut nec Lucas meminit historiæ ab illis descriptæ. Huic sententiæ accessit etiam Euthymius.

Sit ne Legisperiti illius historia eadem cũ ea, quã Matthæus, & Marcus referunt de legis doctore.

Tentans illum, & dicens:

COMMENTARIA.

NOn discendi animo interrogatus accedit, sed tentandi an aliquid de se, suaque doctrina contra legem responderet, vnde calumniandi occasionem haberet. Christus enim legis transgressor ab illis reputabatur.

ANNOTATIO XLVII.

ILle legis doctor, cuius Matthæus, & Marcus fecere mentionem, quemque recentiores quidam huic eundem esse existimant, de quo nunc Lucas scribit, vt in annotatione præcedenti diximus, etiam tentans accessisse legitur; nos autem credimus hunc, etiamsi distinctus ab illo sit, simili tamen tentandi studio interrogasse, licet de primo mandato, hic de vita æterna interrogauit, ideirco quæ de illius tentatione scribit Hieronymus, referam. Hieronymus ergo Matthæ. 22. illius tentationem explicans sic inquit: Interrogat vnus ex legis doctoribus, non scire desiderans, sed tentans an interrogatus nosset, quod interrogatur. Hæc ille. Existimo Hieronymum hoc idem de hoc Legisperito sensisse; mihi tamen non admodum probatur: non enim Christus ita legis ignarus tenebatur, vt suspicari ille posset eum nescire primum mandatum, & idem etiam de hoc dicimus, cuius Lucas meminit, Chrysostomus ho. 72. probabilius de illo dicit, quod suspicabatur aliquid Christum de se dicturum, quia Deum se faciebat; simile nos de hoc Legisperito dicimus, vt in cõmentario expositũ est. Augustinus aũt lib. 2.

Quando fuerit ille Legisperitus.

lib. 2. de consen. Euang. cap. 73. de illius tẽtatione loquens dicit fieri potuisse, vt bono animo accesserit; non enim omnis qui tentat, calumniandi studio accedit, sed aliquando discẽdi. At verò cum Hieronymo consentit Chrysost. hom. 72. in Matth. nimirum illum non animo discendi, sed calumniandi accessisse, quod nos de hoc nostro asserimus. Apud Euangelistas enim sẽper tentandi verbum, cum de his, qui ad Christum accesserunt, sermo est, in malam accipitur partem. Et Basilius hom. in diuites auaros de hoc Legisperito Lucæ tractans; Hic, inquit, tentator erat, simulatorias, & ironię plenas proponens interrogationes. Hæc ille.

Magister, quid faciendo, vitam æternam possidebo?

COMMENTARIA.

HOc est, quod interrogat, quid nẽpe oporteret illum facere ad cõsequendam vitam æternam. Commẽdanda est interrogatio, qua non curiosa petuntur, sed necessaria; non quę ad alios, sed quæ ad se spectant: nõ leuia, sed maximi momenti, quæ ad animæ salutem pertinent: nõ is interrogatur, qui nesciat respondere, ob id enim Magistrum appellat. Hæc autem omnia, quæ interrogationem commendabilẽ reddunt, animum interrogantis condemnant, quia his omnibus artificiose vsus est, quæ ad respondendũ inuitẽr, & quasi compellant, vt ex responsione ad quam trahebat, calumnietur.

ANNOATIO XLVIII.

ADolescens quidam Luc. 18. hanc eandẽ quæstionem Christo proposuit, sed vt dicit Basilius hom. in diuites auaros. non animo eodem. Nam hic salubriter interrogauit, licet non finit se persuaderi; at magister Legisperitus tẽtandi causa, vti supra diximus. Aduerte Iudęos in veteri testamento habuisse notitiam vitę æternæ, quam Deus iustis daturus erat: nõ solum notitiã, sed promissionem etiam, & spem. Thobiæ 2. Filij, inquit, sanctorũ sumus, & vitam illam expectamus, quã Deus daturus est illis, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. & cap. 12. Eleemosyna, inquit, à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiã, & vitam ęternam. Eccles. 24. qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Daniel. 12. euigilabunt alij in vitam æternam, alii in opprobrium. Sunt plurima huiusmodi testimonia, quibus, & resurrectionis, iudicii vltimi, æternæ vitæ, & supplicii fidem habuisse illos constat; vti enim nobis fides Christi est, etiam illis fuit, sed illi venturũ sperabant, nos venisse iam, & redemptionem compleuisse confitemur; tam vero illis, quam nobis fides Christi ad salutẽ necessaria fuit, & est, vt paulo inferius magis explicabitur. Hoc verò discriminis est in vita æterna cõsequẽda, quod illi iusti ante Christi aduentum etiam purgati non admittebantur ad vitam æternam, nec beati tudo eis conferebatur, sed detinebantur in limbo, donec Christus redemptione peracta eos liberaret. Modo vero iusti purgati admittuntur ad vitam, nobisque ianua cęlestis aperta est, de qua re supra etiam locuti sumus. Condemnat autem legisperitus hic hæreticos nostri temporis, qui in sola fide salutem, & vitã collocãt. at hic nõ sola fide contentus interrogat, quid faciẽdo vitam ęternam possidebo? cuius interrogationi consensit Dominus.

Iudei in veteri testamẽto vitã æternã notitiam, promissionẽ & spem habuerunt.

Hæreticos nostri temporis negantes opera sola fide cõtentos legisperitus ille condemnat.

At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis?

COMMENTARIA.

CHristus sapienter priusquam respondeat, interrogãtem Legisperitum interrogat de lege, cuius se doctorẽ profitebatur. Hic enim petebat, quid illum facere oporteret ad vitæ cõsecutionem; Christus quærit ab eo, quid diuina lex faciendũ iubeat, quid, inquit, in lege scriptum est? & non solũ hoc, sed quomodo legat, id est, quæ sint verba legis. Volebat enim Christus vt non tantum nude responderet præceptum legis, sed cum suis circũstantiis, & modis, sicut Legisperitus respondit, idcirco quomodo legat, inquirit. Christus de lege sine additione (Moysis) interrogans, non quæ Moyses, sed quæ Deus per seipsum præceperat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat, quæque ad Decalogum spectant, intellexit: nec interrogat quid lex significet faciẽdum ad vitam æternam, hoc enim ipse Christus postea docturus erat, sed tantum quærit, quid scriptum sit in lege, quasi diceret; tu peritus a me quid te facere oporteat, vt vitam possideas æternam, tu qui legis es peritus respondemihi prius, quid lex diuina homini præcipiat facere, & quomodo, quibusq; circumstantiis faciendum iubeat. Dum autem legi ipsi detulit, se non esse legis transgressorem ostendit, occasionemque calumniandi tentanti abstulit.

Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua.

COMMENTARIA.

INtellexit Legisperitus Christi interrogationes, & recitat quid scriptum sit, & quomodo legat, diligendus, inquit, est Deus. Ecce quid in lege primum scriptum sit. Modus autem hic est, ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus, & ex omni mente. Ecce quomodo lego. Horum explicationem in annotatione sequenti inuenies.

ANNOTATIO XLIX.

Quid sit diligere Deũ corde, anima, viribus, & mente.

NOnnullę dubitationes occurrunt, ex quarũ elucidatione propositę sentẽtię declarationẽ assequi quisq; poterit. Prima, quid sit diligere Deum corde, anima, viribus, & mente. Respondeo, quando sic diligimus Deum, quod omnes partes nostras eius obsequio accommodamus, & ijs omnibus ipsi inseruimus. Sunt autem partes hominis quatuor: mens, seu intellectus: voluntas, seu affectus, quæ di cor: sensus, seu pars sensitiua, in qua appetitus sensitiui sunt, & sensus, quæ appellatur anima: corpus diuersa, & multa membra habens, quod significatur per vires, seu virtute. Hæc sunt hominis partes. qui ergo ex Dei amore, ac dilectione, quæ in voluntate est, omnes has accõmodat Dei seruitio, & implendæ eius legi, is, diligit mẽte, corde, anima, ac viribus, seu virtute. De primis duobus dicitur Psal. 1. In lege Domini voluntas eius, & in lege Domini meditabitur die, ac nocte. Prior est dilectio cordis, posterior mẽtis. Diligit enim corde, qui vult legem Domini facere; diligit mente, qui meditat, & inquirit in lege omnia, quæ facienda sunt, vt ea impleat. De anima dictum est psal. 34. humiliabã in ieiunio aĩam meã. & psal 43. humiliata est in puluere anima mea, quamuis enim anima mea multiplicem in Scriptura habeat significationem, hoc tamen in loco, quem nũc explicamus, pro sensitiua complectente sensus, & appetitue vsurpatur. De membris corporis dicit Paulus Ro. 6. Exhibete membra vestra arma iustitię Deo. Ecce, qd sit diligere Deũ mente, anima, & viribus, seu virtute. Aug. autem lib. de spiritu, & anima, cap. 35. cor, intellectum animam, voluntatem mentẽ, memoriam in hac sua interpretatur: alij alias adhibent interpretationes. Mihi autẽ accommodatissima, & ad dilectionis præceptum. & ad eius generalitatẽ, & ad verba, ipsa, ea interpretatio vita est, quę posita est in commentario.

ANNOTATIO L.

Quid sit toto corde, tota anima, &c. diligere Deum.

ALtera dubitatio occurrit, quid sit toto corde, tota anima, omnibus viribus, & omni mente diligere Deum. Dupliciter autem potest hoc explicari. Vno modo, vt nec intellectu, nec voluntate, nec sensu, nec corporis membris aliquid fiat, quod Deo displiceat, sitq; voluntati eius contrarium: nec solũ hoc, sed his partibus omnia adhibeantur, quæ Deo placent, voluntatiq; eius sunt consona. talis dilectio est ex toto corde, tota anima, viribus omnibus, & omni mente, ea tamen in hoc sęculo, vbi Deus per fidem, & ęnigma cognoscitur, non potest haberi. Non enim est homo quantumcunq; iustus, qui sine peccato viuat, priusque sit ab omni macula etiam leui; si dixerimus enim, quod peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nõ est, vt dicitur 1. Ioann. 1. Altero modo dilectio exhibetur, vt nihil nec intellectu, nec volũtate, nec sensu, nec corporis membris committatur, quod sit contra Dei præcepta, nihilq; prætermittatur, quod sit mandatum. Qui ergo mente, voluntate, sensu, corpore, quæ præcepta sunt, implet, nullũque

que transgreditur, vel omittẽdo, vel cõmittendo, potiusque omnia dimittere, quam mandatum transgredi, paratus est, etiam si vita sit exponẽda propria, ille diligit Deũ, vti in hac sententia continetur, & hæc dilectio reperitur in via hac, in qua per fidẽ ambulamus, quæ etiam si comparata prioti, quę in patria est, imperfecta sit; tamen collata vitę huic, & cognitioni Dei per fidem perfecta est, & ad iustitiam sufficiens. Deus autem vt significaret nobis, quantũ sit diligendus, quantũque amore dignus, præceptũ illis verbis vniuersalissimis edidit, toto corde, tota anima, omni mente, & omnibu viribus: non autem quod in via hac esset sic obseruandum, vt verba pure significant, sed vti diximus, habita ratione viæ huius. Hinc doctores deducunt Deum diligendum super omnia, etiam supra nos ipsos. Doctrina hęc est sumpta ex Augusti no lib. de spiritu, & litera, cap. 36. & lib. de perfect. iusti. vbi quod dicitur impleri, hoc præceptum non posse in hac vita, nõ intelligas non posse impleri, quod præcipitur faciendum: nã præceptum non est de impossibili, vt male intellexerunt hæretici nostri temporis; sed hoc voluit significari quantum ad verborum absolutam significationem non posse impleri in hoc sæculo, vti dictum est. Quod autem præceptũ, quo ad integritatem præcepit, impleri possit in hoc sæculo, Scriptura aperte significat. testificans de ijs, qui in hoc sæculo id præstiterunt. 3. Reg. 14. Non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo. 4. Reg. 23. de Iosia dicitur, quod conuersus sit ad Deum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta omnem legem Moysis. Hoc ipsum Dauid de se affirmat sępe psal. 118. Cõfitebor tibi in toto corde meo, & deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo, & exquisiui te in toto corde meo, & consonat doctrinæ Pauli, inquit enim Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Non dicit, non fit, quia sine peccato omnino nõ viuit homo in hoc corpore, sed nõ regnet, quod tunc est, & regnare dicitur, qũ præponitur aliquid creatum diuino mãdato, & vt nobis placeamus, Dei præceptũ transgredimur. & ad Rom. 7. Mente seruio legi Dei, carne aũt legi peccati. Nihil ergo dãnationis iis, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulãt. Hęc ille. Carere igitur omni concupiscentię motu non potest homo, at non consentire, nec secundum concupiscẽtias carnis ambulare, hoc potest per gratiam; illud in patria, hoc in isto sæculo fit. Vnde Rom. 6. quãdo dixit Paulus; Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, adiunxit, ad obediendum concupiscentiis eius. Sic nobis hanc dilectionem declarauit Christus Ioann. 4. Qui seruat, inquit, mandata mea, ille est, qui diligit me. & Ioan. 1. can. 5. Hæc est, inquit, charitas, si mãdata eius custodiamus. Hoc in via impleri potest etiamsi non simus in omnibus plene conformes uoluntati diuinæ, quæ conformitas omnimoda est in patria. Hęc, & alia multa docent, & Paulus, & alia Scripturæ testimonia, Patrũ doctrinis comprobata, quæ longius prosequi nõ est instituti huius, alibi diffuse discussimus.

Aug. explicatur citra hæreticos huius tẽporis.

ANNOTATIO LI.

Concordia Scripturæ de hoc præcepto.

TErtia occurrit dubitatio; nã in Deuteron. cap. 6. vbi hoc continetur præceptum, non leguntur nisi tria, nimirum, toto corde, tota anima, & tota fortitudine. Apud Matthæum autem cap. 22. aliter legitur, nẽpe, toto corde, tota anima, tota mente: Lucas autem quatuor numerat. Ad hãc difficultatem respondeo primo, Lucam cõcordare cum Deuteronomio quantum ad sẽsum, nã in Scriptura cor, aliquãpro mẽte aliquã pro volũtate accipitur, aliquã vtrumque complectitur, suntq; multa testimonia Scripturæ ad hoc confirmandum, quę prętermitto, quia res est aperta, & sine cõtrouersia. In Deuteronomio cor, vtrumq; complectitur, ideo tria numerantur in verbis, quia cor, duo comprehẽdit: at Lucas distinguere volens cor pro uoluntate, & affectu posuit, quæ est frequentissima significatio, ideo adiunxit alterũ, tota mente, sicque in sensu concordat cum Deuteronomio. Respondeo secundo, etiam concordare cum Matthæo, nam hic non omnia numerauit, sed tria, reliquit vnum, quod Marcus eandem scribens historiam expressit, quatuor partes referens, sicut Lucas facit; non enim Euangelistę singuli omnia narrãt. sicque est concordia etiam cum Matthęo. Quod autem Lucas dicit, omni mente, omnibus viribus, Marcus autem, & Matthęus

Universidad de Deusto
Biblioteca

thæus, tota mente, tota uirtute, parui momenti. id est idemq; significatur, & Græce idem est nomen in omnibus his quattuor, non solum apud Lucam, sed etiam apud Matthæum, & Marcum.

Et proximum tuum, sicut te ipsum.

COMMENTARIA.

SApienter Legisperitus post primũ præceptum legis, secundum exposuit, quod cõplectitur ea, quę de proximo in Decalogo præcepta sunt, sensus est, petis Dñe, à me, quid in lege scriptum sit faciendum, & quomodo legã; ecce sic scriptum est, sic lego, vt diligamus Deum ex toto corde, tota anima, tota mente, tota virtute; Et diligamus proximos, non vteũq;, sed vt nos met ipsos diligimus, nõ quidem quantum nos, quia ordo est in dilectione, sed sicut nos, vt quæ nobis nolumus fieri, aliis non faciamus, & sicut nobis bonum volumus, ita & aliis velimus, & quando opus fuerit, faciamus.

ANNOTATIO LII.

Nõe proximũ qui cõprehendantur; & quod sit differentia inter hęc duo præcepta

QVmp um est hoc præcetum non ex Deuteronomio, vbi primũ de diligẽdo Deo cõtinetur, sed ex Leuit. 19. vbi dr: Diliges amicum tuum, sicut teipsum. In Hebræo est nomen ריע quod septuaginta vertunt, πλησιον, id est, proximus, eoque vsi sunt Euangelistę Matthæus, Marcus, & Lucas. Quod nomen generalius est, quam nomẽ amici. Significat aũt non cognatos modo, & amicos, ac familiares, aut qui aliqua nobiscũ necessitudine coniuncti sunt, sed etiã eos, qui nobis incogniti sunt, ẽt inimicos; sunt. n. omnes proximi, cũ ad imaginẽ Dei creati simus, & ad vnum finem destinati, & vno redẽpti pretio. Sunt hi oẽs diligẽdi non tantum quia homines sunt, sed etiam propter ipsum Deũ. De qua dilectione supra tractauimus, cum de dilectione inimicorũ egimus. Nunc autem illud est notandum, inter hęc duo præcepta esse diterimẽ magnũ, nã præceptũ diligendi Deũ no impletur sine gratia, & charitate, cui. n. Deus diligendus sit super omnia, qui sic Deũ diligit, à Deo diligitur, & charitas Dei manet in eo. At proximi dilectio impleri pũt ẽt ab existente in peccato, quia non diligit super oĩa. & ad diligendũ eũ, ẽt si diligatur propter Deum, satis est diligere Deũ modo aliquo: nã qui sunt in peccato diligũt Deum, & pp eum multa faciunt, quamuis non ex toto corde, tota anima, mente, & virtute; sicq; ex hoc perfectissimo amore possunt etiam diligere proximũ, sicut etiam, qui in eodem sunt peccato, possunt facere eleemosynam pp Deũ. Multa erant tractanda de huiusmodi dilectione, quę tñ prętermittimus. tum quia partem diximus supra: tum etiam quia in scholasticis diligentissime, vt puto omnia discussimus.

Dixitq; illi, rectè respondisti.

COMMENTARIA.

PRobat Christus respõsionem Legisperiti: tum quia vera respondit: tum quia responsio fuit ad interrogãtis mentem, & intentionem: tum etiã vt legem commendet: tum demum vt eum commendatione alliciat, & deposito animo tentandi conuertat eum ad se, inducatque ad facienda, quæ subiungit.

ANNOTATIO LIII.

Quõ respõdet Legisperitus respondisse dicitur.

CVm multa sint præcepta, Dñs q; interrogaueris absolute, & generaliter, quõ recte dr respondisse, si duo tantum respondit. Dico duo hęc cætera complecti, eorũque causam esse: nam ex dilectione Dei consequitur complementum cæterorum, quæ ad Deum pertinent, nam qui diligit Deum, vt oportet, nõ iurabit vana per eũ, sabbataq; eius sanctificabit, qui ẽt diligit proximũ sicut se, non occidet, nõ furabit, nec alia cõmittet, quę sunt contra proximum, immo qui diligit sic Deũ, omnia ceremonialia præcepta seruabit, quę nõ aliud sunt, quã cultus Dei expressio, quõ nimirũ sanctificandus sit. Sicut qui diligit proximum, seruabit iudicialia mãdata, quę maxime iustitiam proximo exhibendam continẽt. Vnde velut epilogus legis totius sũt hæc duo mandata, quod ille legis doctor Matth. 22. dixit; In his, inquit, duobus mãdatis vniuersa lex pẽdet. & Paulus Rom. 13. Qui diligit proximum, legem, inquit, impleuit, nimirum de his, quę ad proximũ pertinent. Vnde subdit: nam non occides, non furaberis, nõ falsum testimonium dices,

cos, non cõcupisces, & si quod aliud est mãdatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum sicut teipsum plenitudo ergo legis est dilectio. Hæc Paulus. Recte igitur respõdit, qui recapitulationẽ legis in duobus primis mandatis respondit.

Hoc fac, & viues.

COMMENTARIA.

FActa responsione à Legisperito, respondet Christus ad eius interrogationẽ; interrogauerat enim quid faciendo vitam æternam possidebo, dicit Christus, fac quæ tu dixisti secundum legem facienda, & viues, i. consequeris vitam æternam. Quasi diceret, dilige Deum, & proximum tuum, eo modo quo lex à te recitata præscribit, & hac via vitam æternam possidebis.

ANNOTATIO LIV.

Hæc opera sine fide, nec fides sine operibus sufficiũt ad salutem, sed utraque necessaria.

ADuertendum est maxime Dñm interrogatum esse à Legisperito de faciendis, ideò nõdisse de operibus, supponebat autẽ credenda, & fidem præcedere debere, sine fide. n. Ipossibile est placere Deo. Hebr. 11. nec de credendis est interrogatus, Iudæus. n. fidem habens veri Dei, & Messiæ promissi, non interrogauit de credẽdis, sed de ijs, quæ facere oportebat, ideirco Christus ad vitam consequendam æternã respondit, Deum, & proximum vt oportet diligendos, sub his reliqua præcepta, vti diximus, significare volens. Vt igitur sine fide opera non sufficiunt, sic nec fides sine operibus. Vtraque ad salutem necessãria sunt, nec in hoc sęculo diligi potest Deus, vt oportet, sine fide.

Ille autem volens iustificare se ipsum, dixit ad Iesum; Et quis est meus proximus?

COMMENTARIA.

PRosequitur Legisperitus interrogare, non quidem vt ante, nã prius tentans interrogauit, nũc vero audita Christi responsione, ac sui ipsius commendatione, animum mutauit, & iterum interrogauit, volens seipsum iustificare, i. animo, & studio incumbendi iustitiæ, & bene operandi, sicq; quæ ignorabat, à Christo explicari petit. Particula (&) scilicet, & quis est meus proximus? augmentum significat, quasi diceret, dixisti quid faciam, vt vitam æternam possideam, dic etiam, & declara, quis sit meus proximus, quem docuisti me diligere debere ad vitam consequendam.

ANNOTATIO LV.

Animi ex rogatio hac Legisperiti sit in bonam, vel in malã partẽ intelligẽda

BAsilius hom. in diuites auaros, hanc ẽt interrogationem in malam partem interpretatur, quasi tentando, & simulando propositũ, vt in annotatione superiori 48. ex ipso notauimus, ipsius verba recitantes. Titus autem Bostrenus explicat sic, ni mirum, quod hic Legisperitus laudatus à Domino in superbiam, arrogantiamque proruperit, putaritq; se nullum habere in virtute, & scientia parem, cui comparari posset, ideoq; interrogauit, quis meus est proximus? quasi diceret, ostende mihi aliquem tantum, quantus sum ego, nõ enim inuenietur, hoc est, quod Euangelista dicit: Volens se iustificare. i. se iustum demõstrare, quanto sq; in virtutibus, & iurisprudentia progressus haberet, ostentare. Consentit Tito in hac explicatione Isidorus Pelusiota, dicens: Hũc legisperitum putasse solum iustum iusto proximum esse, eũ autem iustum censebat, qui ad vestigium virtutum peruenisset. Non. n. hominũ cogitationem, aut excellentiam ex natura, aut naturæ similitudine spectandam arbitratur, sed ex dignitate, & actione. Cumq; neminẽ in his æqualẽ sibi iudicaret, dixit, quis meus est proximus? Hæc ex Tito, & Pelusiota. In eadem sententia est Euthymius, in qua fateor id verum esse, verbũ iustificandi in Scriptura sæpe vsurpatum esse, vt idem significet, quod iustum se, vel alium ostendere, & declarare, iuxta quod Luc. 16. dicitur: Vos estis, qui iustificatis vos corã hominibus. Quod autẽ iste Legisperitus sic se voluerit iustificare, vt neminem sibi æqualem iudicauerit in iustitia, aut scientia legis, isq; sẽpius interrogationis; Quis meus est proximus, non vt accõmodatum tum quia ad parabolã Dñi respondens dixit; Samaritanũ fuisse proximũ Iudęo illi, cui benefecerat, nec ex virtutis æqualitate, rationem proximi accepit: tum quia ea accessio proximi, quam hunc arbitratum fuisse dicunt isti doctores, est contra

tra Scripturas, quas ille Legisperitus recte nouerat, tū quia talis tumor, & superbia, vt neminem sibi æqualem putaret, non est verisimilis, tum demum quia Christus notasset verbo aliquo tantam hominis arrogantiam, si in eo inuenta fuisset. Non ergo interrogat, quis meus est proximus ex tumore, & superbia. Nec in hac significatione verbum iustificandi accipiendum est, sed vt in commentario diximus, vt idē sit, quod iustitiæ incumbere, & bonis operib⁹ studere, quā significationē ēt verbū hoc in Scriptura habet. nam in Eccles. 18. dicitur ne vereris vsq; ad mortē iustificari. & Apoc. 22. Qui iustus est, iustificetur adhuc. Ita nunc accipiendum est verbū hoc. recta igitur intentione hic Legisperitus interrogat. Vnde nec sine fructu fuit Domini cōmendatio: qua dixit: Recte respondisti, mutauit. n. aīum hōis, & ex tentante conuertit in studiosum voluntatis diuinæ implendæ, vnde à Dño obtinuit explicationē perfectā, & mirabilē suæ interrogationis. Habuit autem Legisperitus magnam occasionem interrogandi, quis proximus esset, iuxta præceptum Dñi, nam nomen proximi in Hebræo ר֫ע multipliciter in Scriptura accipit. aliqñ. n significat amicū, vnde vulgatus interpretatus est Leui. 19. Diliges amicum tuum sicut teipsum; vbi Septuaginta, & Euangelistę legunt proximū. Et inde Iudæi doctrinam hauserūt illam, quā Dñs Matth. 5. reiecit: Dictum, inquit, est antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Aliquando significat sociū, aliquando proximum, vnde non videbatur manifestum, quis esset proximus, si n. amicus, vel socius, cēsendus tantū est proximus, non oēs homines sibi inuicem sunt proximi: si vero generaliter accipiatur proximus. s. naturæ similitudine, tunc ēt inimici sunt proximi: & quicūque homines: interrogat aūt iste, quis eius proximus, non quidē ex superbia, aut hypocrysi, sed studio iustitiæ faciendæ, & veritatis addiscēdæ vti diximus. Hęc mihi vī huius snīę accōmodatior interpretatio.

Suscipiens autem Iesus, dixit:

COMMENTARIA.

CHristus respondet non quidē Legisperiti arrogantiam, aut tumorem reprimens, quia non ea dispositione ille interrogabat; sed benigne, & exacte explicans, quis esset proximus. Dicitur autem suscipiens, supplēdum est (sermonem) nimirum sermonem accipiēs, id est, exorsus: nam longa parabola id explicaturus erat, vnde quasi à re dicere incipit exponere.

ANNOTATIO LVI.

QVædam exemplaria corrupte legūt (suspiciens) cum legendum sit vt in emendatis multis legitur. Suscipiens, Græce ὑπολαβών, quod aliqñ significat idem, quod (respondens) sicque quidam verterūt. Aliquando idem, quod sermonē excipiēs, sicq; Euthymius interpretatur, eāq; significationem accommodatam censuit: nam Christus non tantum respondit, sed ēt quādā parabola mirabili, quis esset proximus, declarauit. Sicq; Num. 23. legimus de Balaam, qui ter respondēs, dī assumpta parabola: seu assumens parabolā dixit. ita nunc sermonem assumens, seu suscipiens dixit.

Homo quidam descendebat de Hierusalem in Iericho.

COMMENTARIA.

PArabola est, qua explicatur, quis sit proximus, quem diligendū præcepit Deus. Est igitur parabolæ narratio: Quidam homo descēdebat de Hierusalem in Hierico. Illa ciuitas est Iudææ, hæc vero Galilææ, cumque Galilæa inferior sit Iudæa, hinc est, vt venientes è Galilæa in Hierusalem, dicantur ascendere. Matth. 20. Ecce ascēdimus Hierosolymam. contra autem profecti de Iudæa in Galilæam dicuntur descendere, quod nunc huic homini accidit, qui de Iudæa in Galilæam profectus est.

Et incidit in latrones.

COMMENTARIA.

IN via incidit in latrones, i. casu, & inopinate latronibus occurrit. Sunt autē latrones, qui in viis deprędantur. non autem in vnum, sed in plures latrones incidit, idcirco defendere se nō valuit, sed eorum viribus succubuit.

Qui

Qui etiam despoliauerunt eū: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto.

COMMENTARIA.

HOc effecerunt latrones, deprędati sunt omnia, quæ ille habebat. Rursus despoliauerunt eum, nempe exuerunt vestibus; nec his contenti, grauiter percusserunt, multisq; sic affecerunt vulneribus, vt semiuiuus, seu semimortuus maneret. Demum abierunt, & reliquerunt eum in via iacentem. Solent hæc latrones sæpe facere, ne is, quem deprædati sunt, possit ad loca circumuicina cito confugere, & auxilium, ac opem contra latrones inuocare. Particula illa (etiam) nempe (etiam despoliauerunt eum) indicat præcessisse aliquid, quod latrones fecerunt homini, hoc est, quod communiter, ac primo faciunt, scilicet deprædari, ac pecunias, cæteraque similia rapere. Quatuor ergo mala intulerunt, bonorum deprædationem, vestimentorum spolium, vulnera, derelictionem absque vlla ope.

ANNOTATIO LVII.

Varia lectio Patrum.

BAsilius hom. in aliquot Scripturæ locos, prope finem, legit ordine inuerso, nempe plagis impositis despoliauerūt eū, notatq; mysteriū in hoc significari, nēpe prius peccati plagā fuisse in hoīe, deinde nuditatem, & immortalitatis ereptionem, & gratiæ priuationem. Sic. n. inquit: Post plagas spoliatus est. Si corporea fuissent vestis, prius spoliassent, deinde plagas addidissent, vt vestis seruaretur; nunc autem plagæ præcedunt, & plane discas, quemadmodum culpa gratiæ priuationē, atque amissionē præcedit. Hæc ille hūc locū Lucæ interpretans. At vero non inuenitur exēplar ēt Græcum, vbi sic legatur, oīa prius legunt despoliatū, postea plagas impositas fuisse. Tituſq; Bostrenus antiquissimus Græcus sic legit, & ponderat, dicens: Dæmones hoīem illum temperantia, fortitudine, cæterisq; virtutū indumentis misere exutū, peccatorū vulneribus sauciatū, semiuiuumque reliquerunt; nec is. n. facile est illis lethalia vulnera prius alicui inferre quā virtutū præsidiis, & monumentis ipsum despoliarīt. at vbi primum virtutū arma abstulerunt, statim citra intermissionē cædunt, & sæuiunt. Hęc ille. Tenenda ergo est lectio nostra. Attende rursus illud (semiuiuo) Græce semimortuo legi. sensus autē idē est; si. n. semiuiuus erat, consequitur, vt esset semimortuus. Euthymius legit semimortuo, & ante eum Origen. in prologo, in Cantica. Titus verò Bostrenus legisse vī semiuiuo. Sic etiam legit Ambros. libr. de pœnitentia cap. 10. Similiter August. libr. 2. quæst. Euang. c. 19. & Chrysost. hom. de hac parabola, quæ habetur tom. 2.

Accidit autem, vt Sacerdos quidam descenderet eadem uia: & uiso illo præterijt.

COMMENTARIA.

PRosequitur parabolam, illo igitur hoīe semiuiuo iacente, Sacerdos pillam viam descēdit, illumq; vidit, nec tñ vllam opem ferens transiuit. nota autem verba, quibus Dñs huius prætereuntis crudelitatem exprimit. Sacerdos. n. erat, cui ex officio, ac dignitate incumbebat misericordiam facere. Rursus descendebat eadem via, sicut ille miser descenderat; si. n. vnus ascendisset, alter descendisset, poterat modo aliquo Sacerdos se excusare à subueniendo, nimirum ne iter suum interrūperet, aut reuerti cogeretur: at non sic fuit; descendebat enim sicut ille percussus, poteratq; Sacerdos secum illū ducere sine itineris detrimento. Rursus etiam vidit; si enim nō vidisset, culpa non esset: at Sacerdos erat, eadem via descendebat, & vidit, ac præteriit, nulla lata ope, neque uerbo, neq; opere, nec ulla misericordia commotus. Maxime igitur immisericorditer erga hominem illum se gessit.

ANNOTATIO LVIII.

VErbū Græcū ἀντιπαρῆλθεν, quod interpres vertit, præterijt, maiorē habet significationē ratione illius præpositionis; significat. n. ex aduerso ꝓteriit, velut deflectēs à via, ne quasi mortui cōtagione polluereī, aut quasi abhorrens semimortuo accedere, & q maiori charitatis vīculo tenebaī ferre opem, magis ab ea ferēda abfuit.

Simi-

Similiter & Leuita cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit.

COMMNETARIA

HOc idem Leuita fecit, qui etiam si ministeret sit sacerdote inferior, in hoc tñ magis deliquit, quod secus locũ, in quo homo iacebat, fuit, vidirq; illũ, & pertransiit, poteratq; ex vicinitate maiori loci, minori suo incõmodo aliquam opem ferre, saltem verbũ consolationis aliquod impendere.

ANNOTATIO LIX.

GRæce habetur idem verbũ, quod superius de Sacerdote, interpres vero illic vertit, præteriit, hic vero pertransijt. Græce tamen ἀντιπαρῆλθε, habentq; eandẽ energiã. Sacerdos enim, & Leuita, quippe quippe qui in templo ministrabant, deflexerũt à via, ne modo aliquo pollucrentur, irreligiosumq; existimarunt facere cum semiuiuo, quod religioni maxime consentaneum erat.

Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit secus eum, & uidens eum, misericordia motus est.

COMMENTARIA.

SAmaritanus eadem via trãsiuit, & dum iter faceret, accidit, vt secus locũ, vbi ille iacebat, ac ederet, accedẽsq; vidit eum, ac misericordia motus est, condoluit nẽpe iacenti, spoliato, & percusso. Quodq; nec Sacerdos, nec Leuita fecerunt, cũ Ecclesiasticæ, & religiosæ personæ essent, & eiusdẽ cũ percusso nationis, quia oẽs Iudæi erant; hoc Samaritanus alienigena, & Iudeis maxime infensus, & irreligiosus, quia cum Deo Israel vero, falsos deos colebat, effecit.

ANNOTATIO LX.

NOta, prius venisse Samaritanũ secus percussum, & postea vidisse eũ, quod indicat casu, & dũ iter faceret, secus illum venisse, non aũt quod a proposito venerit ad illum: hoc.n. facere non poterat; quia nondũ viderat eum, nisi postquam secus locum astitit. Quod ad rem spectat, Hieronymus epist. ad Algasiam quæst. 5. rectè dicit Samaritanum in hac parabola poni pro signo, & miraculo, quod malus benefecerit. Hoc etiã exemplo confirmatur doctrina illa Gregorij in pastora. p. 2. admoni. 29. vbi sic habet: Plerumque actione sæcularium, vita continentium cõfunditur, cum illi vltra habitum assumunt opera, & isti, iuxta ordinem proprium, non excitant corda. Vnde bene per prophetam dicitur Isa. 23. Erubesce Sidon, ait mare, quasi enim per vocem maris ad verecundiam Sidon adducitur, quando per comparationem vitæ sæcularium, atque in hoc mundo fluctuantium, eius, qui munitus, & quasi stabilis cernit, vita reprobatur. Hęc Gregorius. Quæ in Sacerdote, & Leuita, ac Samaritano completa legimus.

Samaritanus in hac parabola, ex cuius rei signũ proferat.

Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum.

COMMENTARIA.

NOn solo cordis affectu, sed etiã operis beneficio misericordẽ se exhibuit Samaritanus, appropiauit. n. & accessit percusso, deinde vulnera vino lauit, quod putridum sanguinem abstergit, partesq; percussas carnis constringit; postea oleum infudit, quod dolorem lenit, partesq; percussas mollificat, vt facilius vniantur, ac confortat: demum fascia ligauit, quæ percussas partes ab aere, cæterisque circumadiacentibus defendit, & disiunctas comprimit, & conseruat. Vt autem unico verbo dicam, medicum se erga percussum præstitit.

ANNOTATIO LXI.

GRegor. lib. 20. Moral. cap. . hęc moraliter interpretatur, dicẽs; Circa subditos suos inesse Rectoribus debet, & iuste consolans, misericordia, & pie sæniens disciplina. Hinc est, quod semiuiui illius vulneribus, q à Samaritano in stabulũ ductus est, & vinũ adhibetur, & oleum, vt per vinũ mordeantur vulnera, per oleũ foueãtur; quateaus vnusquisque qui sanandis vulneribus præest, in vino morsum districtionis adhibeat; in oleo mollitiẽ pietatis: per uinum mundẽtur putrida; per oleum sananda foueantur. Miscenda est ergo lenitas

Morale expositio de Samaritano, & oleum in plagas infundente.

scenda est ergo lenitas cum seueritate, faciendumq; ex vtraq; tẽperamentũ, vt neq; multa asperitate exacerbent subditi; neq; nimia benignitate soluãtur. Hæc Gregor.

Et imponẽs illum in iumentum suũ, duxit in stabulum, & curam eius egit.

COMMENTARIA.

NOn reliquit Samaritanus hominem in eo loco, sed impositum in suo iumento, à quo eum descendere oportebat (pcussus enim, & semiuiuus pedes venire nõ poterat) duxit in diuersorium, seu hospitium, & illa die apud eum manens, curam eius gessit, prouidẽs ei necessaria ad cibum, & ad lectum, in quo quiesceret, exteraque, quibus opus illi erat. Insignis pfecto hæc misericordia fuit, vel se superans conditionẽ hominis, qui Samaritanus erat, nomini verò apprime respõdẽs: nã Samaritanus cultos interpretatur.

Et altera die, protulit duos denarios, et dedit stabulario, & ait: Curam illius age.

COMMNETARIA.

OPus misericordię Samaritanus adhuc perficit; iter enim die sequẽti prosecuturus duos denarios de suo profert, & hospiti tribuit in vsus hominis illius; curam, inquit, illius habẽ, id est, prouide homini necessaria, sint tibi istiduo denarij in sumptum erga eum. Absens, & præsens prouidit egẽti.

Et quodcunq; supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi.

COMMENTARIA.

NIhil prætermisit Samaritanus, quod indigẽti necessarium erat: si forte, inquit, maiores feceris expensas supra duos hos denarios, de tuoq; aliquid insumpseris in hominis istius vtilitatem, nullum inde detrimẽtum, aut damnum patieris: nam totum id ego reddam tibi cum rediero. Verisimile est Samaritanum notum fuisse hospiti illi, cuius verbo fidem præstare poterat, securus de restitutione, & reparatione omnium expensarum. id circo plures Samaritanus nummos non protulit vltra duos. Vide quã perfectam in miserendo se Samaritanus præbuit; totum.n. fecit, quod ad hominis illius opem necessarium erat.

Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi, qui iciderit in latrones?

COMMENTARIA.

PRoposita parabola, interrogat Dominus Legisperitum, quis ei videretur ex tribus illis, nẽpe Sacerdote, Leuita, & Samaritano, proximus esse illi homini, qui incidit in latrones, à quibus spoliatus, & vulneratus fuerat, id est, quis tibi videtur magis exercuisse charitatem, seu dilectionẽ proximi, quam præcepit Deus erga illũ hominem? Interrogat autem Dominus, vt ex responsione ipsa magis conuincat respondentem; est n. efficax argumentandi, & docendi genus, quod interrogatione procedit, quo cogit interrogatus, prio ore fateri veritatẽ, nempe proximũ esse quemcunq; hominem ẽt extraneũ, & aduersarium.

ANNOTATIO LXII.

DIfficultas occurrit: nam ex hac interrogatione, & responsione Domini vt colligi proximũ esse eum, qui benefacit, seu à quo beneficio affecti sumus. Rursus Sacerdotem, & Leuitã non fuisse proximos illi homini, sed solum benefactorẽ. Quod si ita est, excusati sunt Sacerdos, & Leuita; cum.n. proximi non essent, non tenebãtur præcepto diligendi proximum erga illũ hominem. Rũdeo Christum mira sapientia vsum esse ad instituendum Legisperitum. Putabat.n. hic proximos esse Iudæos inter se: non aũt exteros, & maximè inimicos. vt aũt Dñs ostendat omnes homines esse proximos, omneſq; diligẽdos, assumit benefactores, & eos, qui benefaciunt quibuscunq; etiam extraneis, vt ratione beneficij cogatur Legisperitus confiteri proximum esse eum, qui benefacit; ex hoc enim recte concluditur, Si proximus est, qui benefacit ẽt extraneo, etiã aduersario, ergo

Difficultas, quæ ex verbis præcedentibus videtur orta, explicatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

extraneus, & aduersarius proximus ēt est benefacienti. correlatiua.n. simul esse, necessāria est. Si.n. Samaritanus proximus fuit homini Iudæo; ergo & Iudæus proximus erat Samaritano, quantumuis aduersario, & extero; & si Samaritanus dilexit, & benefecit Iudæo, vt sibi proximo, profecto cuicunq; est benefaciēdum, si indiget, & quicunque nobis est proximus, etiamsi non sit benefactor: nam homo vulneratus proximus erat Samaritano, cui non benefecerat, quin potius ab eo affectus est beneficio. Qn autem interrogat Dñs de tribus, Sacerdote, Leuita, & Samaritano, nō significat non esse illos proximos, sed non se gessisse vt tales, vt sit sensus, quis tibi videt proximus illi homini? id est, quis tibi vī magis quantum ad effectum proximus fuisse, quiue magis proximi dilectionem habuisse? Vis igitur argumenti posita est in correlatiuis, nempe, si hic mihi proximus est, & ego illi sum: posita est in effectibus; is enim magis vī, & iudicandus est proximus, qui signa, & opera proximi, qū necessaria sunt, præstat. Voluit enim Dñs hac parabola significare proximum diligendum non tantum quantum ad effectū animi, sed etiam quando opus est, quantum ad opera, & subuentionem.

At ille dixit: Qui fecit misericordiā in illum.

COMMENTARIA.

REspondet Legisperitus, is, qui benefecit illi homini, nempe Samaritanus, videtur mihi magis illi proximus fuisse: non negat Sacerdotem, & Leuitam proximos, sed nō se gessisse, vt proximos, iuxta Domini interrogationem. Propria sua responsione conuictus est, & edoctus Legisperitus. Si igitur Samaritanus Iudæo proximus est, igitur & Iudæus Samaritano: non ergo à iustitia, non à cognatione ratio proximi accipienda est; si enim inimicus Samaritanus proximus est, igitur quicunque etiam alius alienigena, & demum omnes homines sibi inuicem proximi sunt, & vnicuiq; benefaciendum est indigenti, sicut Samaritanus fecit Iudæo, & à contrario debuit Iudæus facere Samaritano, si hic fuisset in ea necessitate. Sacerdos autem, & Leuita non prestiterunt dilectionem, quam debuerunt.

Ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

COMMENTARIA.

PRobat Dominus responsionem legisperiti, dicēs: Vade, scilicet ad negocia tua alia gerenda, & fac similiter, scilicet benefac cuicunque indigenti, curam habe eius, qui tuo auxilio indiget, etiam si sit alienigena, etiamsi aduersarius, sicut tu iudicasti recte fecisse Samaritanum cū Iudæo, sic implebis præceptum Domini: Diliges proximum, sicut teipsum, sic cognosces, quis tibi sit proximus ad dilectionem exhibendam.

ANNOTATIO LXIII.

Varijs ium para bole ex positio nes.

DOctores hanc Domini parabolam primo nostro patri, ac protoplasto Adamo accommodant, interpretantes, ipsum esse, qui in descensu de Hierusalem in Iericho spoliatus, & vulneratus fuit, cui nec Sacerdos, nec Leuita, id est, nec sacrificia vetera, nec lex opem ferre potuerunt; solus Samaritanus, id est, Christus, qui custos hominum est (hoc enim Samaritanus significat, nempe custodem) sanauit, & superimentum carnis suæ imposuit; per eam. n. nostra peccata destruxit, & in stabulū Ecclesiæ conduxit, prælatis tanquam hospitibus curam commisit; vinum, & oleum Sacramentorum reliquit; denarios duos, nouum, & vetus testamentum dedit; innumera alia dona contulit, quasi superogāti reddendo. Vide Orig. in prologo in Cantica. Basilium in homil. in aliquot Scripturæ locos. Titum Bostrenum in commētarios omnes hi parabolam Adamo accommodant. Totam autem quoad suas partes interpretantur Chrysost. in quadam homil. de hac parabola, quæ habetur tom. 2. Similiter Augustinus lib. 2. quæst. Euang. cap. 39. & lib. 3. Hypognost. & serm. 37. de verb. Dom. quendam alium sensum spiritualē adhibet Ambros. lib. 1. de pœnitentia. c. 10. Hanc eandem parabolam Doctores scholastici discutiunt, & vires arbitrii humani post peccatum per eā explicare conantur. Quæ omnia persequi, esset longe ab instituto nostro discedere. Quæ dicta sunt, satis esse duxi, solum verba Athanasii referam, quæ breuia seu compendiosa sunt. in quæst. ad Antiochū quæst. 51. sic inquit. Homo quidam à Hierusalem descendit in Iericho, & incidit in latrones. Homo ille est Adam; Hierusalem paradisus; Iericho mundus; latrones sunt malæ cogitationes, & transgressio; Sacerdos, Prophetæ; Leuita, Mosaica lex; Samaritanus est Christus; oleum, & vinum, pretiosum corpus, & sanguis, & sanctum baptisma: Diuersorium autem est Ecclesia; & hospes sanctus Paulus. Duo denarii sunt uetus, & nouum testamentum. Hæc Athanasius. Cæteri Patres latrones interpretātur dæmones, multaque alia diffuse tractant.

Factum est autem, dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum.

COMMENTARIA.

PRosequitur Euangelista narrare ea, q̄ in hoc itinere Christus gessit, nempe in Iudæa quo misit Discipulos prædicare, priusquam ipse veniret, & vbi ipsi à prædicatione reuersi, Christo obuiauerunt. Dū igitur Christus iter prosequeretur cum eis, factū est, vt diuerteret in quoddam castellū, seu in vicum, & pagum Iudææ, cuius nomen Euangelista tacet, ex narratis tamen deducimus fuisse Bethaniam castellum Marthæ, & Mariæ.

ANNOTATIO LXIIII.

Ordo rerum, & rei gestæ.

AN autem hoc, quod nunc narratur, immediate gestum sit post historiam de legisperito, non est omnino certū, probabile est autem tunc factum, aut paulo post. Non est autem dubitandum euenisse eo tempore, quo Discipulorum missio in Iudæam, & reuersio facta est, quōdo Christus proficiscebatur per Iudæam. Hoc autem castellum esse Bethaniam Ioan. c. 11. & 12 cōfirmat, quod distabat stadiis quindecim à Hierusalem, vt ibi dicitur, ibi erat Martha, & Maria. Attende autem non esse dictum sic factum est, vt intraret in quoddam castellum, sed (dum irent, intrauit in quoddam castellum) vt significaret Euangelista Christum non esse profectum in id castellum, vt ibi maneret, sed in transitu, dum alio proficiscebatur, vt solent ij, qui aliquo euntes diuertunt ad loca intermedia. Posset aūt alicui videri, solum Christus intrasse, non autem Discipuli nam dicitur, dum irent, nempe Christus & Discipuli, ipse intrauit, quasi solus ipse, non autem cæteri, qui cum eo ibant, id tamen nō est verisimile; non. n diuertisset ad cibum capiendum sine suis Discipulis, quos etiā conuiuio huic interfuisse affirmat Euthymius. Sed id existimo significatum esse, omnibus euntibus solum Christum cogitasse, & voluisse diuertere in castellum, Discipulis non opinātibus, aut existimantibus eum diuersurū. dicitur ergo ipse intrasse, non quod illi non intrarent, sed q̄ ipse solus in eum locum diuertere voluit, aut quia castellum non erat in recta via, quam peragebat, aut quia nondum erat tunc tempus diuertendi, vnde Discipuli de tali introita non cogitabant.

Et mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam, & huic erat soror nomine Maria.

COMMENTARIA.

PRosequitur historiam Euangelista. In eo castello erat mulier Martha nomine, quæ ibi habitabat. Hæc Christum hospitio excepit. Habebat autem Martha sororem nomine Mariam. Martha autem, aut quia natu maior, dī recepisse in domum suam, nō autem Maria; aut quia domus ad solius Marthæ partē pertinebat. Magna virtus hospitalitas est & Deo grata; Christum aūt excepisse valde commendādū est, præsertim apud Iudæos, qui eum summo prosequebant odio.

ANNOTATIO LXV.

HAE mulieres sorores Lazari erant, cuius nulla nunc fit mentio, quia tunc ibi ille non aderat, q̄ Christus diuertit; si enim adfuisset, non vtiq; Euangelista prætermisisset: nam & ille aliquid erga Christum fecisset; nec Martha solam se in ministerio relictam doluisset, aut non de sola Maria, sed etiam de Lazaro apud Dominum conquesta esset. Bernardus in hom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius lectionis adfuisse putat Lazarum, sed alia de causa non esse mentionem factam: nam applicans hanc historiam Beatæ Virgini, sic inquit: Intrat domum Saluator, quam Lazarus mundat, ornat Martha, & Maria replet, internæ dedita contemplationi. Sed forte curiosus quisquã requirat, cur in præsenti Euãgelica lectione nulla prorsus Lazari mentio fiat. Arbitror sanè, ne id quidem à proposita similitudine dissidere. Virginalem. n. domum intelligi volens, spiritus siluit non incongrue penitentiam, quę malum vtiq; comitatur. Absit. n. vt proprii quidquam inquinamenti domus hæc aliquando habuisse dicat, vt in ea proinde scopa Lazari quę reteretur: Hæc Bernardus. sunt tamen spiritualiter magis, quam literaliter, & historice dicta.

Quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.

COMMENTARIA.

PONit inter sorores discrimen, Maria quidem Domino prædicanti, ac docenti assidebat, ad pedes eius sedens, & auido auditu cordis, & corporis excipiens, quæ ille dicebat. Ex hac sententia colligimus duo. Vnum est, Dominum simul ac intrauit doctrinę suæ verbum effudisse. Alterum est, non solam Mariam audiendo verbo attendisse, sed etiam Martham. Dictũ enim est: quæ etiam sedens. particula enim (etiam) indicat alteram sororem etiã consedisse, non quidem sicut Mariam; hæc enim, vt statim dicitur, assidua erat audiendo verbo; Martha vero frequenter distrahebatur ad ministerium eorum, quæ ad cibum præparabantur. Perpende assiduam, & indesinentem Domini verbi sui prædicationem: nam hospitio exceptus, dum quę ad cibũ corporis necessaria erant, parabantur, docere non destitit. Quæ autem Christus tunc docuerit, Euangelista non expressit.

ANNOTATIO LXVI.

Martha & cum Maria, ad pedes Domini docentis consedit.

ILla particula (etiam) cogit nos affirmare Martham simul cum Maria sedisse ad pedes Domini ad audiendum verbum eius. licet Martha frequenter diuerteret ad ministerium, præparandasq; escas: Maria autem assidua, & permanens sederet intenta doctrinæ. Cum enim nulla fiat mentio in hac lectione aliorum, nisi sororum, oportet cum dicitur, Maria etiam sedisse, referre particulam ad Martham, vt etiam ipsa cõsideret, sed non assidua, vti diximus. Ratio etiam ipsa id postulat; non enim est verisimile Christo intranti domum, & sedẽti, ac docenti Martham, nec ad minimum temporis consedisse, vt sermonis verbum aliquod audiret, hoc etiam quadrat uitæ actiuæ, cuius Martha figuram gerebat; licet enim magis operi, quam contemplationi studeat, nõ tamen omni contemplatione, & meditatione vacua est.

Martha autem satagebat circa frequens ministerium.

COMMENTARIA.

NOn sic altera soror Martha, sed satagebat, id est, anxiè torqueba tur, circa frequens ministerium, scilicet dum frequenter cogebatur distrahi, & diuerti ab audiendo verbo, & incumbere ministerio, & ijs, quæ præparabantur ad conuiuium Christi, & Discipulorum eius. Cum enim Martha esset, quæ Dominũ exceperat in domum suam, cura, & solicitudo conuiuij præparandi magis ei incũbebat.

ANNOTATIO LXVII.

Collatio Græci, et Latini textus in hoc loco.

ILlud (frequens ministerium) Græce legitur πολὺν διακονίαν. id est, multum ministerium; præparabat enim multa ad conuiuium tanti hospitis, cui respondet verbum Domini: turbaris erga plurima, seu multa, vt Græce legitur, videturque accommodata interpretatio. Interpres uero uertit, frequens ministerium, seu assiduum, quia assiduo oportebat eam interesse ijs, q̃ præparabantur, & manus admouere ministerio, & à verbo Christi audiẽdo disturbari, & hanc secuti sumus cũ interprete explicationem,

cationem, & est expositio non minus accommodata. Nam & Græcum verbum sic potuit verti. Illud autem, satagebat, Græce, περισπᾶτο, quidam vertunt, distrahebatur, seu distinebatur: congrue autem interpres noster vertit, satagebat, vt diximus in commentario.

Quæ stetit, & ait.

COMMENTARIA.

MArtha huc, illucque discurrẽs nõ laboris pertæsa, sed quod videret pro votis se non posse conuiuiũ præparare, cum sola relicta esset in ministerio, sorore apud pedes Dñi quiescente, ante Dominum adstitit, ipsiusque sermonem interpellans dixit, quę sequuntur.

Locus Gregorij expositur, qui Graecis videtur suspectus, de Martha quæ etiã sederit ad pedes Domin.

ANNOTATIO LXVIII.

GRegorius lib. 5. in lib. Reg. cap. 4. prope finem hæc verba põ derans, inquit: Martha, quæ circa frequens ministerium satagebat, stetit, & locuta est. Quæ. n. stetit, ei nimirum sedere non licuit: quia si ad audiendum sederet, imparatum fortasse ministerium, & insufficiens impendisset. Hæc Gregor. Videntur autem hęc aduersari ijs, quæ diximus paulo superius. Martham nempe sedisse, sed frequenter ad præparandum conuiuium discurrisse; si enim non sedisset per breuem saltem temporis moram ad audiendum cum sorore verbũ Christi, non diceretur de Maria, etiam sedisse ad pedes Domini. Dico igitur Gregorium sic intelligẽdum, postquam Martha frequẽter à sessione ad ministerium discurrisset, semel stetisse, & locutam esse Domino. Quod si hæc non possunt accommodari Gregorio, vt pote affirmanti illam semper discurrisse, nec vmquam sedisse, vt magis ad mentem Gregorij facere vi, dico eius sententiam esse probabilem, magis tñ accommodatam nobis esse visam, quam secuti sumus; vix. n. interpretari illa verba possumus, (quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.) Particula namque illa (etiam) probat Marthã simul aliquando sedisse, & audiuisse verbum Christi. Videns autem Gregor. non posse in Martha vitam actiuam significari, nisi aliquo modo Christo adstitisset, quod nos explicamus, dicẽtes, per aliquot morulas, & interrupte sedisse, & audisse Christum, ipse id accommodat aliter, nempe dum discurrebat Martha huc, & illuc ministrando, vidisse Christum, & in hoc significari vitam actiuam habere aliquando meditationem, & Christo adsistẽtiam. At verò non legitur in Euangelio, quod discurrendo, & transeundo viderit Christum, habemus autem insinuatum, quod sederit, idcirco hoc probamus magis, quã illud. Verba Gregorij sunt ista, quæ nos nostræ interpretationi accommodamus; quod enim Gregorius visioni transeunti dat, nos damus breuibus sessionibus, & interruptis. Notãdum, inquit, esse, quod Martha transeundo Dominum vidit, non tamen transeundo, sed stando locuta est; nã Euangelista cautè expressit, dicens, Quæ stetit, & ait. Quo profecto exemplo instruimur, vt qui fratribus ministeria exhibemus, si per moram sedere ad redemptoris pedes non possumus, per aliquãtulam morulam redemptori adsistere debeamus. Sed bene ei adsistimus, si transeundo, & seruiendo videamus. Quid est autem transeundo Dominum cernere, nisi in omni nostro bono opere ad ipsum dirigere cordis intentionem? transimus enim quando huc, illucque discurrendo in membris suis Domino ministramus, sed tũ sedendo Dominum cernimus, si per omne, quod agimus, præsentem nobis ipsum, cui placere cupimus, contemplamur. Hæc ille.

Domine, non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare?

COMMENTARIA.

NOn incusat Martha Christum, sed sororẽ apud Christũ, quod eã solã reliquerit ministrare, ipsa aũt sederet ad pedes Christi; sensus est, Domine non est tibi curæ? id est, tuæ curæ est, ad te spectat, tibique incumbit prouidere de hoc, quod solam me soror reliquerit in ministerio.

Explicatio fusior superioris suæ.

ANNOTATIO LXIX.

QVod diximus Martham non incusare Christum, sed sororẽ apud Christũ tanquam iudicẽ, consonat Augustino ser. 26. de verb. Dom. Interpellat, inquit, Martha hospitem, ad iudicem deponit postulationem piarum querelarum, quod eam

soror deseruerit,& sic laborantem in ministerio adiuuare neglexerit. Hæc ille. Illud autem, Non est tibi curæ, similis phrasis est apud Marcũ 4. Magister non ad te pertinet,quod perimus? Græce cadẽ sunt verba in Marco.quæ nũc in Luca, non est curæ tibi? id est,curæ tuæ est,& ad te spectat aduertere,& prouidere,quia perimus. Ita ẽt nunc in præsenti loquitur Martha,interrogationes.n.hę æquiualent affirmatiuis. Notat autem Gregor.lib.5.in lib.Regum, c.4. prope finem,hæc verba Marthæ processisse ex quadam confidentia erga Christum, quam ei dabat labor pro eo assumptus in cibis præparandis, accommodatq; laborãtib.in vita actiua.verba ipsius sunt: Notandum,inquit,est quia Martha confidenter loquitur, dicens, Domine non est tibi curæ,quod soror mea reliquit me solã ministrare? Quod certe perfectis quibusdã operarijs sanctæ Ecclesiæ cõuenit,qui omnipotenti Deo preces tanto fiducialius offerunt, quanto laboriosius ei in membris suis ministrasse meminerunt. Hæc ille.

Dic ergo illi vt me adiuuet.

COMMENTARIA.

PEtit Martha Christum, vt iubeat sorori opem ei ferre; Iube inquit, illi vt vnà mecum ministerio manum admoueat. Notanda est particula illationis(ergo) ex præcedẽti sententia inferens,quasi diceret,cum tibi curę sit, tibiq; incumbat prouidere, quod me solam reliquerit, iube ergo vt me adiuuet. Prudenter,& reuerenter Martha non ad sororem, sed ad Christum sermonem conuertit; sciebat enim sororem Christi eloquio ita illectã esse, vt nullis dimoueretur precibus, nisi iussu Christi. Animaduertebat etiam non decere eam propria voluntate à Christo auerti, nisi ipso iubente, ideo prudenter, & reuerenter non sorori, sed Christo loquitur.

Et respondens dixit illi Dominus: Martha,Martha,solicita es,& turbaris erga plurima.

COMMENTARIA.

REspondet Dominus ad tria,nimirum ad causam, quæ inducebat Martham ad incusandã sororem, petendumque ipsius in ministrando iuuamen; & ad ipsam accusationem; & demum ad petitionem. Ad primum quidem respondet dulci quadam reprehensione; taxat.n. eam non facti, quia bonum, & laudabile erat,sed nimietatis in rebus, & superfluæ solicitudinis,dicens: Martha,Martha solicita es, & distraheris in multis pluscuã oportet præparandis; si pauciora, & quæ satis essent, parares,non ita solicita,& distracta esses:modum ergo non tenes,nec in solicitudine,& distractione,nec in ipsis rebus,quas ad escã prę paras. Turbatio,& distractio in multis,causa erat solicitudinis nimiæ. Geminata aũt uox, Martha, Martha,familiaritatẽ & dulcedinem quandam cum reprehẽsione admistã significat.

ANNOTATIO LXX.

QVod ad literam spectat,Græce non legitur superlatiuum,plurima,sed positiuum, multa, sicq; legit Augustinus ser. 27.de verb.Dom. quod aũt ad rẽ attinet, conueniunt Doctores,Dñm reprehendisse Martham, non quidem de opere, quod bonum,& laudabile erat,sed de circunstãtia quadam;quæ aũt hæc sit, non vniformiter explicãt. Chrysostomus.n hom.43. in Ioann.dicit,esse reprehensam, eo quod temporis rationem non habuit, sic.n.inquit:Quod ad Martham locutus est Iesus, non in operando reprehensionẽ dixit, sed quod tempus considerandum sit, & distribuendum, ne audiendi verbi Dei occasio, in carnalium rerum cura consumatur. Non ergo desidiam laudat,sed ad audiendum allicit: Veni,inquit,vt vos docerem; tu aũt circa prandium occuparis,variis ciborum generibus me vis excipere, aliũ cibum para, sermonibus meis attende,sororis desiderium imitare. neque coarguebat Iesus hospitalitatem, absit, sed doctrinæ tempore alijs non esse vacãdum negotiis, admonebat. Hæc Chrysost.Cuius sentẽtia vix accommodari potest contextui, cũ verba ipsa significent Martham reprehẽsam, non quod eo tempore occuparetur ministerio,cũ tunc esset opportunitas prępărãdi,sed quod nimium solicita esset, & multa supra necessitatẽ pararet. Vnde recte di

xit Titus Bostrenus,Dñm non submouisse Martham ab opere illo. Verius igitur interpretatur Gregorius loco allegato in præced.annot.qui iis, quæ in comment. diximus,consonat. Quia in ipsis inquit,quæ actiuæ vitæ deseruiunt, animetas sollicitudinis cohibenda est, Martha reprehenditur, quæ tã solicita asseritur, vt erga plurima turbetur. Actionis quidẽ feruor tunc recte disponitur,cum sic insistimus operi,vt trã quillo corde eũ,cui opera nostra consecrare nitimur,videamus.Hæc Gregorius.Cui adiungendum est non solum nimietatem in solicitudine, & turbatione fuisse notatam,sed ẽt in ipsis rebus ad escam præparatis superfluitatem;immo hęc erat illius causa.dictum est.n.turbaris erga plurima. Aduerte illius repetitionis, Martha,Martha,duas adferre causas Augustinũ ser.26. de verbis Dñi.sic.n.inquit: Repetitio nominis est indiciũ dilectionis;aut forte mo nẽdę ītionis,vt audiret attẽtiꝰ. Hęc ille.

Porro vnum est necessarium.

COMMENTARIA.

COnnexa est hæc sententia præcedenti;taxat enim multitudinem ciborum, quæ causa erat nimiæ solicitudinis,& turbationis, seu distractionis, Vnum.inquit,est necessariũ,quasi diceret; turbatio superflua est erga plurima, cũ unum sit necessarium, id est, cũ ad usum uitæ satis sit vnũ, aut alterum, nec tam multis indigeamus.

ANNOTATIO LXXI.

Maria ex Origine. Patres circa illum.

GRęca magis explicãt expositionem in commentario positam, ad verbum.n. verti põt, vno opus est. Est aũt multiplex Patrum expositio huius sniæ. Primo loco Titus Bostrenus in comment.hisce verbis explicat,vt idẽ sit ac si diceret, paucis natura contenta est. Cui expositioni consentit ea,quam secuti sumus in commentar. Secundo loco Basilius in regul. fusi.dispu. interrog.20. duas affert interpretationes. Vna est eadem,quæ Titi allegati,s.paucis cibis opus est,quantum ad apparatũ,quasi diceret,non est opus tam multa parare, pauca sufficiunt. Altera est,vt vnum non accipiatur pro paucis, sed pro vere vno,referaturq; ad uitæ necessitatẽ, vt sit sensus, non est cur tam multa præparet;vnum.n. solum necessarium est, nempe vt uitę necessitati fiat satis. Vnde non est, cur ergo multa turberis,cum sine his vitę necessitati satisfieri possit.Mihi magis placet prior expositio, vt vnũ referatur ad cibos ipsos: sic.n.respõdet verbo illi, turbaris erga plurima, nempe plura fercula, vno aũt opus est,non tam multis. Cum Basilio consentit Hieronymus epist.ad Eustochium, de custodia virginita. Tertio loco Augustin. ser.26.de verb Dñi,& Gregor.lib.1. in lib. Reg.c.4.& alii ẽt Patres,ad finem vltimũ, qui est summum,& vnicum bonum referunt, in quod nostra mens est dirigenda, & à quo non distrahẽda. Quę quidẽ expositio magis ad Spiritum, quã ad literã spectat. Quarto loco Euthymius hoc unũ interpretatur auscultationem uerbi Christi. Omnia hęc mihi uidentur minus accommodata,cum olim appositissima interpretatio sit ea,quę est Titi, Basilii,& in commentario posita. Illa autem particula,porro. Græce est,δὲ,ac si diceret,unũ aũt, seu, atqui unum est necessarium. Augustinus uero sermo.27.de uerb.Dom. legit,quando unum est necessarium.

Maria optimam partem elegit.

COMMENTARIA.

REspondet nunc Dominus querelæ Marthæ cõtra sororem, quod eam reliquerit solam ministrare; præfert autẽ quod Maria fecit, illi, quod Martha exhibebat.sensus est, non est, quod queraris de sorore, quod te solã reliquerit ministrare, quasi in hoc minus benefecerit, scito optimam partem elegisse, bonũ est, quod tu facis, ministerium melius tamen, & eligibilius est,quod facit Maria; præstat spirituale corporali, & cibus mentis cibo corporis.

ANNOTATIO LXXII.

Positiuũ pro cõparatiuo in Scriptura sacra sæpe sumptum.

GRęce non hẽ superlatiuum, sed positiuum,Bonã,inquit,partẽ elegit:at positiuum in hoc loco positũ est pro cõparatiuo, nã Christus conferebat quod Maria faciebat,Marthę officio, quia Martha suũ præferens petebat Mariam a proposito removeri, & ad suũ trahi, sicq; August.ser. 27.legit,& interpretat. Maria,inquit,melioręm partẽ elegit,non tu malã,sed illa meliorem.Sicq; notat Euthymius,positiuum hoc uim habere cõparatiui. Quę phrasis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebræa est, & vsurpatur sæpe à Scriptura. 1.Cor.7. Dico nuptis, & viduis, bonum est si sic permanserint i. melius est. & in psal. 117. Bonum est cõfidere in Dño, quam cõfidere in hoïe. Bonum est sperare in Dño, quam sperare in Principibus. Ecclesiast.20. Quam bonum est arguere, q̃ irasci. & in Euangelio Matt.18. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, aut claudum, quam duas manus, aut duos pedes habentẽ mitti in ignem æternum, & bonũ est tibi vnũ oculum habentem ad uitã intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennã ignis. Sunt multa huius rei exempla. Hoc exemplo Apostoli Act.6. prætulerunt prædicationẽ verbi, ministerio erga pauperes; dicunt.n. Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Hoc quidem bonum est; si.n. non esset, non elegissent Diaconos, qui ei officio incumberẽt, illud tñ melius, ac magis necessarium.

Quæ non auferetur ab ea.

COMMENTARIA.

VLtimo loco respõdet Dominus ad petitionem Marthæ, nempe, dic illi, vt me adiuuet. Hæc pars, inq̃t Christus, quæ est ad meos pedes sedere ad audiendum verbum, nõ auferetur ab ea, quasi apertius diceret: nunquam ego illi dicam, vt deferat, quod facit, & adiuuet te. Non dẽt quod maius est dimitti pp id, quod minus est. Nec ex hoc est, qd velim te nimio labore cõsumi, nã vno, aut altero opus est ad victũ meũ, si hoc facis, non est, qd Maria adiuuet te. Hæc omnia insinuat Dñs in hac sua responsione.

ANNOTATIO LXXIII.

Quæ sit pars Mariæ, quã Dominꝰ dicit ab ea nõ auferendã.

AVgustinus ser.27. de verb. Dom. hanc sniam sic intelligit, vt à Maria pars eius non sit in æternũ auferenda, quia contemplatio Dei in altera ẽt vita perdurat, quæ fuit pars Mariæ. infert ẽt ex hac snĩa, Marthę partem auferendam, quia cum in altero sęculo nulla sit futura beatis calamitas, nec necessitas, nec infirmitas, nõ erit materia, erga quã se actiua vita exerceat, auferetur igitur pars Marthæ, sed in meliorem commutabitur. Hæc oĩa existimo intelligenda spiritualiter, ꝓm quẽ sensum Patres interpretãtur duas in his sororibus vitas significari. In Martha quidẽ actiuã, q̃ laboriosa est, & in iis, quæ ad proximũ spectant, operibus versatur, ac bona, & laudabilis, & in Ecclesia necessaria est: In Maria vero cõtẽplatiuã, q̃ magis in sui ipsius perfectione, ac progressu posita est, & corporis laboribus, ac operibus magis caret, perfectiorq; est priori, similiorq; est uitæ beatorũ, & erga Deũ proximius versatur. Quę vero ex vtraq; componitur, ac de vtraque participat, perfectior censetur, qualis est vita Prelatorum, quę actionem hẽt, & contemplationem. de his multa Patres scripsere, quę prosequi non censui necessarium, quia frequentissime scripta inueniũtur apud plurimos. Quod aũt ad locũ ꝓsentem spectat, literalem sensum existimo cum esse, qui in comment. explicatus est; cum.n. Martha peteret a Dño, vt Marię iuberet ab audiendo verbo desistere, eamq; in ministerio iuuare, respõdit Dñs se hoc nolle facere, cum melius, ac perfectius esset hoc, quam id, cui Martha incumbebat: Non, inquit, auferetur ab ea, & vis est in verbo, auferendi, quasi diceret, dum ipsa uoluerit, non eam cogam iubendo discedere. Nec ex hoc infertur (à te aũt auferetur, quod facis) nõ hoc inquã sequitur, immo confirmat Martham in eo monẽdo, ne superfluo labore fatigetur. Erga plurima, inquit, turbaris, cum unum est necessarium, huic uni incũbe, & sola perficies, nec erit, quod Maria te adiuuet. Hunc puto ad litteram esse sensum. Rectè hic Titus Bostrenus notauit, cum Discipuli per orbem essent mittendi, & a multis hospitio excipiẽdi, voluit Dominus hoc suo hospitio eos instituere, qualiter se gerere deberent. Hoc autem est, a uerbi prędicatione quacunque data occasione non desistere, eam omni cibo corporis pręponere, superflua corporis uitare, uno cibo necessario esse contentos.

Finis Capitis Decimi.

FRAN-

FRANCISCI
CARDINALIS TOLETI
IN SACROSANCTVM
LVCÆ EVANGELIVM
COMMENTARII.

CAPVT VNDECIMVM.

ET factum est: cum esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit & Ioannes Discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra, si quidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod ponam ante illum, & ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, etsi non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi, quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis Patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se? Et erat eiciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eiicere dæmonia: Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia: filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eiicio dæmonia: profecto peruenit in vos regnũ Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, & non inueniens dicit: Reuertar in

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur in domum meam vnde exiui. Et cum venerit inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi: Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem, cum hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. At ille dixit: Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Turbis autem concurrentibus cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit & Filius hominis generationi isti. Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quam Salomon hic. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam: quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ, & ecce plus quam Ionas hic. Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisæus vt prandaret apud se. Et ingressus recubuit. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis, & catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate. Stulti nonne qui fecit quod deforis est, etiam id, quod deintus est, fecit? Verumtamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Sed væ vobis Pharisæis, quia decimatis mentham, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. Væ vobis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ vobis, quia estis vt monumenta, quæ non apparent, & homines ambulantes supra, nesciunt. Respondens autem quidam ex Legisperitis, ait illi: Magister hæc dicens etiam contumeliam nobis facis. At ille ait: Et vobis Legisperitis uæ: quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas. Væ vobis, qui ædificatis monumenta prophetarum: patres autem uestri occiderunt illos. Profecto testificamini quod consentitis operibus patrum uestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, uos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea, & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos, & ex illis occidēt, & persequentur. Vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista, à sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare, & ædem. Ita dico uobis, requiretur ab hac generatione. Væ uobis Legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos, qui introibant, prohibuistis. Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisæi, & Legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius ut accusarent eum.

CAPVT XI.

Et factum est cum esset in quodam loco orans.

COMMENTARIA.



REQVENS erat Christus in oratione ad Patrem, vt nobis exemplo & opere prodesset; omnis enim eius oratio meritoria erat, & satisfactoria pro nobis, nosque ad orandum pro nobis ipsis exhortatur; si enim ille pro nobis orat; debemus profecto nos ipsi pro nobis orare. si qui liber est, orat pro captiuo, equum est vt & captiuus pro se ipso oret. illius oratio nostram fecit orationem acceptam: efficaciaq; illius nostræ contulit virtutem.

ANNOTATIO I.

QVis locus hic esset, in quo Christus nūc orasse dicitur, quoc uc tempus, & an post ea, quę narrata sunt, aliqua alia ab Euangelistis narrata incercesserint, ignoratur à doctoribus, idcirco nihil de connexione cum ijs, quæ in fine capitis præcedentis dicta sunt, dicimus. Hoc certum est, extra domum Marthæ hæc euenisse.

Vt cessauit, dixit vnus ex Discipulis ad eum.

COMMENTARIA.

PRudenter fecit Discipulus, dum orantem Christum non interpellauit, sed finem orationis expectauit. Erat quidem Christus in perpetua contemplatione ad Deum, nec ab hac vllo vmquam temporis momēto cessauit, de quo scriptum est Psal. 15. Prouidebam Deum in cōspectu meo semper: particulares tamen quasdam preces, & orationes ad Patrem fundebat, corpusque suum orationi accommodabat, quarum vna erat hæc, & ab huiusmodi aliquando cessabat. Quis autem esset Discipulus hic, in annotatione discutitur.

ANNOTATIO II.

AVgustinus serm. 28. de verb. Domi. & tract. 7. in Ioannem hanc petitionē, cuius nunc meminit Lucas, ab Apostolis ipsis factam interpretatur, iuxta quam interpretationem necesse est dicere, hūc Discipulum fuisse vnum ex Discipulis, qui non proprio nomine, sed communi cæterorum Christum petierit, vt eum doceret orare. Euthymius autem existimat hunc Discipulum non fuisse Apostolum, sed vnum ex septuaginta.

Quis fuerit hic. *de quo in hoc loco fit mentio.*

Videtur Augustinus sentire hanc historiam de orando eandem esse cum illa Matth. 6. vbi Christus Apostolos docuit orādo eandem orationem, quæ nunc habetur à Luca, cuius sententię videtur aduersari, tū quod apud Matthæum Christus non interrogatus, sed multiloquium gētium repellēs, docuit Apostolos orandi modum; hic vero requisitus respondit: tum quod illic Apostolos omnes hunc orandi modū docuisse dicitur; hic vero vnum tantū Discipulum: tum quod apud Matthæum dicitur eum orandi modum tradidisse, cum ascendit in montem, & sedens aperuit os suum, & sermonem ad Apostolos multis documētis, & præceptis refertum habuit; nunc autem cum in quodam loco orasset, tum demum quod hic dicitur, doce nos orare, sicut Ioannes docuit discipulos, qđ Christus audiens, orandi modum dedit: at apud Matthęum nulla mentio fit Ioannis Baptistæ, nec ea occasione aut ratione motus docuit orare, sed absolute vt instituere t Apostolos non esse orandum, sicut gentes orabant. Existimo ergo diuersam hāc historiam esse, primoq; Christum Apostolos docuisse hanc orandi formam, quando in monte fuit, postea vero ad petitionem Discipuli huius, qui vnus erat ex Septuaginta, nec tunc aderat, qui pro se & alijs suis condiscipulis, qui modum à Christo non audierant, id petit. bis orandi ergo hunc modum à Christo traditum Euangelistæ referunt.

Ad hęc historiam Matth. 6.

Domine doce nos orare, sicut docuit & Ioannes discipulos suos.

COMMENTARIA.

MOdum orandi sibi & condiscipulis tradi petit, argumento vtens quia Ioannes Baptista suis etiā discipu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

discipulis moduni orandi dedit; cum videret enim Christum nouum vitę institutum docere, nouum orādi modum quæsiuit; oratio enim ad Deum necessaria est, sine qua recte viuere nemo potest. Cum autem dicit. Doce nos orare, rogat quæ in oratione petēda sunt doceri, & merito dicente Paulo Rom. 8. quid oremus sicut oportet, nescimus. dum autem pluraliter, inquit: Doce nos, non pro se solo, sed pro alijs etiam petit.

ANNOTATIO III.

Oratio, quā Ioannes Baptista docuit, quam fuerit, cur Scriptura nō loquatur. Orationis necessitas, efficacia, et antiquitas.

QVæ fuerit oratio, quam Ioannes docuit Scriptura non meminit, vt Tertullianus in tract. de oratione affirmat. eiusque causam reddit: ideo, inquit non ...tat, in quæ verba docuerit Ioannes adorare, quod terrena cœlestibus cessérint, qua si diceret, cessit Euangelio lex, & id quod ad eam quodammodo pertinebat, vt baptismus Ioannis, ac eius oratio, orationē autem necessariam esse, & vtilissimā, multaque per eam impetrari à Deo, antiquissimamque & à mundi exordio, Scriptura sacra frequentissime testatur. actus est virtutis religionis adeo ei connexus, & cohærens, vt ij etiam, qui falsam religionem tenent, oratione vtantur, vt videre est in idololatris, & infidelibus. de ea dicemus nonnulla in sequentibus commentarijs, & annotationibus.

Et ait illis, cum oratis, dicite &c.

COMMENTARIA.

IVstæ, & pię petitioni annuit Christus, & non petēti soli, sed ijs etiā, qui per eum idem scire cupiebant, respondet; ait enim illis, vnus petijt, sed pluribus loquitur, quia in eo vno plures petebant: Cum oratis, inquit, dicite, id est, sic orabitis, hæcque erit oratio, quam vos tamquam meos Discipulos doceo.

Pater.

COMMENTARIA.

PRæponitur persona, ad quam dirigitur oratio: Deus autem est sub nomine Patris. Optimum autem orādi principium hoc est, per quod gratia Euangelij nobis declaratur, spes impetrandi roboratur, ad orādum, ac petēdum excitamur, religionis cultus commendatur. Gratia quidem Euangelij declaratur, per quod in adoptionis filiorum dignitatem euehimur, qui antea eramus per legem in statu seruorum. Rom. 8. Non accepistis, inquit, iterum spiritum seruitutis in timore, sed accepistis spiritum filiorum Dei. Spes autem impetrandi roboratur; quid enim nō dabit Patris amor? quid nō obtinebit filiorum affectus? Rom. 5. Gloriamur, inquit, in spe filiorum Dei. Ad orandū vero excitamur; quid enim ad petendum æquè excitat indigentes, quam impetrandi fiducia, quā Patris nomen offert. Religionis demum cultus commendatur, in quo cum reuerentia dilectio coniungitur; patres enim & amamus, & reuerемur; Domini enim timentur magis, quam amantur. præstat autem amor timori. Malach. 1. Si pater ego sum, vbi est honor meus? Dicit Dominus. Si ego Dominus, vbi timor meus? Hæc omnia prima hæc orationis pars indicat, nempe Pater.

ANNOTATIO IV.

Discrimen mortis et vitæ in ijs qui ad filiorum Dei adoptionem.

DE differentia noui & veteris testamenti quantum ad filiorum Dei adoptionem. diximus in commentarijs in Ioannē in illa verba (dedit eis potestatem filios Dei fieri) per gratiam enim quę per fidem Christi à principio mundi data est, fiebāt homines Dei filij adoptione; tamen ante Euangelium erant homines iusti in statu seruorum, dicente Paulo Gal. 4. Quanto tēpore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium: at per Euāgelium & Christi aduentum prouecti sumus ad statum filiorum. vnde subiungit ibidem Paulus: Cum venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, & adoptionem filiorū reciperemus. intellige quantum ad statū abiecta seruitute legis, de qua adoptione dī 1. Ioan. 3. Videte qualem charitatē dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus. Simus dicit, quantū ad rē ipsam, & ratio-

nationem filiationis; nominemur aūt quā tum ad statū. Vt igitur significaret Christus hanc adoptionis perfectionem, iubet nos Deum vocare Patrem, & ad eum orationem dirigere Patris inuocatione; & idcirco Euangeliū lex amoris dr, quia filiorum est; vetus autē testamentum timoris lex; seruorum enim est timor, filiorum dilectio. Hac eadem de causa Athanasius in epistola de decretis Nicænæ Synodi contra Arianam hęresim, docet Christum formam baptismi instituisse sub ijs verbis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, quia in eo per Spiritum sanctum in filiorum adoptionem initiamur, & filij Dei Patrem habemus, & vocamus Deum. Nondum autem hæc adoptio suum habet complementum, donec in resurrectione corpus ēt à seruitute, & à corruptione, ac passione liberetur. Hanc adoptionis perfectionem expectamus, in hoc sæculo dicente Paulo ad Rom. 8. Gemimus adoptionem filiorum Dei spectantes, redemptionem corporis nostri. medium igitur est Euangelium inter statum legis & statum gloriæ in iustis: nā iusti & gratia Dei perfidem venturi Christi iustificati, etiamsi filij adoptionis essent, in statu seruorum erant corpore, & anima, sub elementis huius mundi, vt dicit Paulus Galat. 1. seruiētes; in Euangelio aūt seruitutis status quātum ad animam remotus est, & in filiorū Dei statum euehimur, expulsis figuris & vmbris, ac oneribus legis illius: at corpora seruiunt corruptioni ac mortalitati subiecta; in resurrectione autē erit adoptio oīno perfecta, qualis decet filios Dei. vbi & corpora ab oī seruitute redimētur; Animæ ēt a quibusdam seruitutibus liberabūtur: nam iusti venialibus culpis velut pulvere quodam fœdantur, expositi ēt sunt potestati peccandi, & amittēdi gratiæ statum, alijsq; passionibus, & imperfectionibus subijciuntur, quę oīa deponenda sunt in statu illo perfectissimo gloriæ, & filiorum adoptationis Dei. His adiūgēda sunt verba Chrysostomi hom. 20. in Matthęū, qui eleganti, & docto compendio ostēdit, quæ hoc nomine indicentur. Verba ipsius sunt: Patrem dicendo, & veniam peccatorum, & pœnarum interitum, & iustificationem, & sanctificationem, & liberationem, & filiorum adoptionem, & hæreditatem, & fraternitatem cum vnigenito copulatā, & sancti Spiritus dona largissima, vnico hoc vocabulo confessus est: impossibile. nō est Deum Patrem vocari ab eo, qui nō oīa hæc bona fuerit consecutus. Hæc ille.

ANNOTATIO V.

Explicatio particulæ illi, Orationi Dominica, Noster, qui es in cœlis, à Luca prætermissę, & à Matthęo positę.

PRætermisit Lucas duo verba, quę explicuit Matthæus, nempe. Noster, qui es in cœlis. Hęc enim duo vulgatus interpres nō habet, vt ex vetustis exēplaribus, ēt manuscriptis cōstat, & ex nuper impressis emēdatis per Sixtum Quintum, & Clemētem Octauum. Ea ēt Græca exemplaria multa nō legunt, licet in quibusdam reperiantur. Cum igitur Lucas non hēat incertū est, an Christus ēt nō dixerit, qñ interrogatus fuit à Discipulo hoc, an potius dixerit oīa, sicut prius protulerat, qñ docuit Discipulos; Lucas autem non narrauerit omnia, quia iam Matthæus scripserat. Vtrum horum sit, incertū est, verisimilius est Lucam retulisse, quæ Christus pronunciauit interrogatus. quidquid de hoc sit, breuiter hæc duo explicanda duxi.

In primis illud, noster, obseruat Cyprianus tract. de oratione Dominica, in his omnibus petitionibus non esse verbū singulare, sed plurale; dē enim Pater noster, panē nostrum da nobis. dimitte nobis debita nostra, ne nos inducas. libera nos. hęc indicāt charitatem mutuam, qua nos inuicem diligere debemus, & per quam vnum sumus: verba ipsius sunt hęc. Ante omnia pacis doctor, atq; veritatis magister singillatim noluit & priuatim precē fieri, vt ijs cum precatur, pro se tantum precetur. Nō enim dicimus, Pater meus, qui es in cœlis, nec panem meum da mihi hodie; nec dimitti sibi tantum vnusquisq; debitum postulat. aut in tentationem non inducatur, atque à malo liberetur, pro se solo rogat. Publica est nobis, atq; communis oratio; & quando oramus, non pro vno, sed pro toto populo oramus, quia totus populus vnum sumus. Deus pacis & concordiæ magister, qui docuit vnitatem, sic orare vnum pro oībus voluit, quomodo in vno omnes ipse portauit. Hęc & alia Cyprianus. dum igitur Christus Patrem nostrū singulos in oratione appellare iussit, fraternam charitatem commendauit, significās se non exauditurū eos, qui à charitate fraterna discedūt, nec debent Patrē vocare nostrum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostrũ,quod & docuit Matthæus illis verbis:Si offers munus tuũ ad altare,& ibi recordatus fueris,quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relique ibi munus tuũ ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniẽs offer munus tuum, quasi diceret,si vis accedere Patri, & impetrare ab eo , fac vt possis vocare eum nostrum,reconciliatione, & vnitate facta cum fratre, aliter non erit accepta oratio , nec oblatio tua. Hæc est vna ratio,cur plurali voce vti nos voluit,dicentes: Pater noster. Altera mihi etiã videtur,nempe ad significandam distinctionem inter nos, ac Christum ipsum;ipse enim filius est naturalis, consubstantialis Patri,ac vnicus,nos vero adoptionis ac plures filij, ad hanc filiationem per vnicum filium proiecti. vnde illius est dicere Pater mi,nostrum aũt,Pater noster,quod Christus Ioan.20. ostendit dicens:Ascẽdo ad Patrem meum, & Patrem vestrum . Hinc est,quod in oratione sua Matth.26.dixit: Pater mi,si non potest calix hic transire:Chrysostomus hom.20 in Matthæum hanc vocem, Noster,compendio docto exposuit dicens:Non dicit Pater meus,sed Pater noster. pro communi corpore preces fundens, & vbiq; non tã propria commoda quam proximorum petẽs. Quo quidẽ ipse , & inimicitias interimit, & superbiam reprimit , & explodit inuidiam , & introducit matrem omnium bonorum charitatem,& humanarum rerum inæqualitatem prorsus eliminat , & mirã regis cum paupere æqualitatem honoris ostendit;siquidem in maximis,& ad æternam gloriam necessarijs consortes sumus oẽs;quid enim noxæ de terrena cognatione metuẽdum est , cum cœlesti cognatione oẽs simus cõiuncti? cumq; nullus alio amplius de illo honore possideat,neque locuples pauperẽ, neq; dãs seruo,neque princeps subdito,neq; rex milite,neq; Philosophus barbaro,neq; sapiens imperito; cunctis enim vnam atq; eandem cognationẽ donauit, cum dignatus est oĩum ex æquo Pater vocari. Hæc Chrysostomus. Illud aũt aliud , quod apud Matthæum hĩ, est, (qui es in cœlis) positum est aliis de causis, primo quidem ad indicãdam hæreditatem, quam ex hac filiatione à Patre Deo speramus;ea autem non est terrena,sed cœlestis & æterna; filiorum enim est hæreditas. Rom.8. Quod si filij,inquit, & hæredes : hanc aũt quatis sit, insinuat,nunc Christus,& explicat Petrus 1.epist.c.1. Regenerauit, inquit, nos in spem viuam , in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem,cõseruatam in cœlis. hac igitur de causa dictum est: Qui es in cœlis Altera causa est Chrysostomi hom.20.in Matth. nempe,vt orãtes à terrenis cogitationibus & affectionibus abstrahat, & transferat in cœlestia,iuxta illud Coloss. 3. Quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens , quæ sursum sunt,sapite, non quæ super terram.& illud Philip.3 Cõuersatio nostra in cœlis est . verba Chrysostomi sunt hæc:Cum vero dicit: In cœlis,nos ibi Deum hoc dicendo cõcludit,sed à terris abducit orantem; eumq; supernis habitaculis ac regionibus affigit excelsis . Hæc ille. Tertia huius causa est,vt significet nobis,quæ sint à nobis præcipue,& ante omnia in oratione petenda,nempe ad cœlestẽ patriam conducunt,& peruenire faciunt, iuxta id,quod Matt.6.docuit. Primum,inquit,quærite regnum Dei & iustitiã eius. Origenes autem lib 2. Periarchon. cap.4. aliam adiunxit causam,sic ictibens:Quod dicit, quia orantes oporteat dicere , Pater noster , qui es in cœlis. quid aliud videtur ostendere, nisi Deum in melioribus mundi,id est, creaturiæ suæ partibus requirendum . Hæc ille. quæ non sic intelligenda sunt,quasi velit dicere Deũ in solis cœlis esse præsentẽ,cum vbiq; esse non neget ille doctor,sed quod ibi sit per suæ gloriæ manifestationem;ibi enim beati eo fruũtur, vnde eũ ad Deum oratio dirigatur, & oculos & manus in cœlos attollimus.

Sanctificetur nomen tuum.

COMMENTARIA.

HOc est primum, quod orandũ & petẽdum docet, id autem est dilatatio,& propagatio cultus,religionis,ac venerationis Dei, omni idololatria, ac errore,falsoque cultu expulso. Sanctificare enim Dei nomen,est colere,ac venerari Deum,ipsiusq; religionem amplecti, quod nemo hominum efficere potest,nisi Deus id præstet,ac propterea id ab eo petimus.cõuenienter autem id primo petitur tum quia ad primum Decalogi præceptũ spectat,quodque ad Dei gloriam tendit,& hominibus ad salutem necessariũ est; vbi enim non est vera religio, cultusque Dei,salus esse non potest : tum maxime,quia in Euangelio , vbi est filiorum status , & Deũ habemus Patrem, nouus cultus in Christo , & per Christum , institutus est . poterat autem dicere,sanctificetur Deus, seu sanctificeris ò Pater, at significantius dicitur, nomen tuum sanctificetur, quia in hoc sęculo Deum nõ visu, sed auditu noscimus; fides enim,quę religionis est fundamentum, ex auditu est, idcirco dicitur, nomen tuum sanctificetur.

ANNOTATIO VI.

Varię expositio nes Patrum in ipsam petitionẽ.

CHrysostomus hom.20. in Matthæum rectè perpendit hanc orationis partẽ dignam eo , qui Deum patrem appellat, nempe nihil oĩno prius quam illius gloriam peteret; oĩa vero reliqua secundo loco ducere, in fraque laudes eius numerare. At vero ipsam petitionem varie doctores explicant . Primo loco sic interpretatur, vt sensus sit dignare nos adeo viuere pure, vt per nos cuncti te glorificent, iuxta illud Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videntes opera vestra bona glorificent Patrem vestrum, qui est in cœlis. Sanctum autem Deum confiteri est glorificare: nam Isa. 5. Seraphim hac voce Deum glorificabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus . Sic explicat Chrysostomus hanc sententiam eodem modo exponunt Hilarius in Psal. 134. & Hieronymus Matth. 6. & Gregorius Nyssi tract. de oratione.

Secũdo loco Augustin. epist. 121. de orãdo Deo, c. 11. & 12. paulo differentius interpretatur,nam conuenit cum Chrysostomo sanctificationem hanc esse clarificationem,& glorificationem , tñ non conuenit modo,nempe vt per bonam vitam nostrã Deus glorificetur ab alijs,sed exponit absolute peti Deum clarificari apud eos, qui eum non noscunt in cap. enim 11. sic ait : Cum dr sanctificetur nomen tuum,nos ipsos admonemus desiderare,vt nomẽ eius , quod semper sanctum est , ẽt apud hoĩes sanctum habeatur,hoc est,vt non contẽnatur,quod non Deo,sed hominibus ,pdest. Hęc ille.cap. aũt 12. hæc verba sic explicat: Qui dicit clarificare in oĩbus gentibus,sicut clarificatus es in nobis, quid aliud dicit,quam sanctificetur nomen tuum? Hæc Augustinus. neutra interpretatio satisfacere vr: nam qui petit Deum glorificari,seu clarificari, petit fidem solam; Deum enim glorificare est de Deo veram , & dignam ac cõuenientem notitiam hre, quod fidei est sic Ioan. 16. Ego clarificaui te super terram,& nũc clarifica me tu Pater,id est, manifestaui quis sis,manifesta me,ẽt qs sim, quæ ad fidei veritatem pertinent:at in hac petitione amplius est,quod petitur, nempe nominis sanctificatio,quod ad fidem simul & religionem ac cultum pertinet ; Deum.n. is sanctificat, qui non solum in eum credit,vereq; de eo sentit,sed ẽt cultu ac religione digna prosequitur . sanctitas enim cultus,ac religionis nomen est. Hęc cõprobari possunt ex illo Eccles. 36. Sicut in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis ab eis. nota distinctionem Iudæorum & gentiũ. Deus in Iudęis sanctificabatur, quia non solum credebatur vera fide, sed colebatur religionis cultu;gẽtibus aũt magnificandus dr per opera admiranda, quæ videbant eum patrare; p.ea enim eum timebãt,ac magnificabãt. iuxta illud Exod. 15. Magnificatus est in nobis , equum , & ascensorem proiecit in mare,id est, p.p insignia facta,quæ pro nobis fecit,magnũ, ac potẽtissimum se declarauit Aegyptijs , talisq; reputatus est. Hæc dicta sunt in cõfirmationem expositionis in commẽtario positæ , quæ ab ea,quæ est Chrysostomi , & Augustini,aliquanto est differentior.

Tertio loco Tertullianus tract. de oratione, exponit, vt absolute petatur Deum in nobis sanctificari, quod idẽ est, quod sanctos homines facere, ac sanctitatem pro omnibus petere.

Quarto loco Cyprianus in tract. de oratione Dñica , diuersam adfert interpretationem,quæ talis est, sanctificetur nomen tuum,id est, sanctificatio,quam in baptismo accepimus, per quam à peccatis abluti,iustificati,& sanctificati sumus , conseruetur in nobis ac in eo quod esse cœpimus perseueremus:opus,inquit,nobis est quotidiana sanctificatione, vt q quotidie delinquimus , delicta nostra sanctificatione assi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

assidua repurgemur. Hæc interpretatio, sicut & ea, quæ est Tertulliani, non videtur satis accommodata; qui enim sic petit, nō tam videtur immediate petere sanctificationem nominis Dei, quam propriam sanctificationem, licet hæc tendat in Dei nominis honorem, ac sanctificationem.

Adueniat regnum tuum.

COMMENTARIA.

HOc est secundum, quod in oratione petere docemur, quod Patris appellationi quadrat: nam cum filii simus Dei, & sub Patris appellatione cum innocemus, hæreditatem filiorum petimus, quæ est regnum cœleste, & gloria illa sempiterna, in qua filij adoptionis regnabunt cum Deo sine fine, dicente Paulo Rom. 8. Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. & 2. Tim. 2. Si sustinebimus & cōregnabimus; præterea cum patrū habeamus Deū, ipsius faciem desideramus. hoc enim filiorum est, nempe desiderium manēdi cum Patre, dicente Paulo Rom. 8. Intra nos gemimus, adoptionem filiorum expectantes, & Philipp. 7. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, merito autem in hoc Euangelico statu petitur regnum cœleste; cius enim ianua per Christum aperta est, vt qui à peccatis omnino purgati sint siue in hoc sæculo, siue in purgatorio, statim in regnū cœlorum admittantur: illis autem, qui sub veteri testamento concludebantur quantumuis iustis, ac purgatis, vsque ad Christi aduentum ianua hæc clausa erat, detinebanturque in limbo donec Christus veniens post mortem liberauit eos, & regni participes effecit.

ANNOTATIO VII.

GRegorius Nyssl. lib. de oratione, apud Lucam, loco huius (adueniat regnum tuum) quod Matthæus refert, legit sic, Adueniat sanctus Spiritus tuus super nos, & purificet nos. quam lectionem nec Latina, nec Græca nostra exemplaria habent; nec apud aliquem alium doctorem reperi, cum omnes legāt, Adueniat regnum tuū.

Quid sit regnum, quod petimus vt adueniat, in ora. Dn.

Quod autem sit regnum hoc; duæ inueniuntur explicationes. vna est de regno spirituali, quo regnat Deus in hominibus, qui eius voluntati, ac præceptis obsequuntur; id enim est Deum regnare, & dominari in homine; qui suis verò obtemperant appetitibus, Dei postposita voluntate, ac mandato, in ijs peccatum, & dæmon regnant, ac dominantur, de quo regno, ac dominio dicit Paulus Rom. 6. Non regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. & c. 5. Sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, de hoc regno Dei dr Rom. 4. Regnum Dei non est esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in Spiritu sancto. petimus hoc regnum aduenire, id est, vt hostes Dei voluntati obediant, eius præcepta ac mandata seruent, abnegatis proprijs concupiscentijs, & dæmonum suggestionibus. hāc expositionē amplexus est Hieronymus lib. 3. aduersus Pelagianos, vbi in comprobationem adducit locum Pauli allegatū. Nō regnet peccatū in vestro mortali corpore. consensit & in eandem expositionem Euthymius Matth. 6 quamuis & probet eam quæ modo recitabitur. Altera ergo explicatio est de regno cœlesti, quod expectamus, qñ deuicta morte, ablatis oībus peccatis, expulsa oī miseria, & corruptione iusti Deo fruētur corporibus reassumptis in cœlo in vitam æternā; hoc regnū est, quod Christus petere nos vult quotidie, quod Paulus Rom. 8. vbi cum iustis cum gemitu desiderabat: Intra nos, inquit, gemimus, adoptionem filiorum expectantes redēptionem corporis nostri. Hęc est expositio cōis Patrum, q̄ amplectitur Chrysostom⁹ hom. 20. in Matthæū, & hom 44. in Ioan. Gregorius Nyss. lib. de oratione. Tertullianus tract. de oratione. Cyprianus in eodem tractatu, & Augustinus Epist. 121. cap. 12. addēs hanc eandem petitionē fuisse Dauid dicentis Psal. 79. Dñe virtutum conuerte nos, ostende faciem tuam, & salui erimus: eadē est expositio Hieronymi Matth. 6. & reuera hæc est multo accōmodatior, quam priorinam hæc nō distinguitur à petitione sequēti (fiat voluntas tua) quæ regnum spirituale continet. si igitur distinguenda hæc sunt, oportet de cœlesti futuro regno hanc interpretari, Adueniat regnum tuum. Addit Cyprianus post hāc expositionem quandam aliam, quæ re nō differt à secunda, nimirum, vt Christus sit regnum hoc, & petere regnum Dei aduenire, idem est, ac petere Christi aduentum posteriorem, quando iudicare veturus est, & iustis reddere præmium. At vero secunda expositio propriorem locutionem habet, & eundem sensum, ideirco ea est amplectenda. voluit autem sapiēter Christus nos petere quotidie aduentum huius regni, vt sic viuere semper studeamus, vt digni simus eo regno, atque vt continua memoria eius postponere nos faciat terrestria, quippe qui continuo petimus cœlestia, quæ non assequemur, nisi illis post habitis.

ANNOTTIO VIII.

Dei voluntas fiat sicut per fit, est quo pro explicatione illius partis. fiat in cœlo, & in terra.

PRætermisit Lucas, qđ apud Matthæū est; fiat voluntas tua, vnde nec habetur in antiquis exemplaribus etiam Græcis, nec legitur à Beda, aliisque doctoribus, nec habetur in emendatis vulgatis. nos ve ro interpretabimur, inquit igitur, fiat voluntas tua. Petito regno iubet nos petere id, sine quo regnū adipisci nō valeamus, id aūt est voluntatem Dei facere mādatis eius omnibus obtemperando, nā Matth. 19. dicitur: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, quod quidē à Deo petimus, quia ea sine auxilio eius implere non possumus. dictum est Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. merito aūt Patris appellatione conuenit eius voluntatem implere; hoc. n. est filiorum, nec filius Dei quisquā aliter erit; dicit. n. Christus Mar. 3. Qui fecerit voluntatem Dei, hic meus frater est; si igitur frater Christi non est, nisi qui facit Dei volūtatem, nec erit Dei filius; Christus aūt frater noster, ac Dñs hoc idem fecit, qui Io. 6. dixit: Descendi de cœlo, non vt faciā voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me: multo ergo magis id facere debemus, qui filij, & serui sumus. Volūtas hoc loco non pro potentia, seu facultate, sed pro re ipsa, in quam voluntas tendit, accipitur, nempe fiat, quod tu vis, seu quæ nos facere vis. Tertul. tract. de orat. prius legit (fiat voluntas tua) posterius autem (adueniat regnum tuū) huic vero lectioni nulla fauet exemplaria tam Græca, quam Latina, nescio quo fundamento eam sit secutus lection em. posset in eius aliquam defectio

nem ea adduci ratio, quia prius est facere voluntatem Dei, quā adipisci eius regnū: huic tamen facile respondetur, prius quidem id esse in executione, tamen posterius in intentione, sicut de fine, & medijs ad finem dici solet; prius enim volumus sanari, posterius ea exhibere, quæ conducunt ad sanitatem, quamuis prius sit adhibere media, quam sanitatē recuperare, ita prius intendimus, & appetimus regnum, & post ea adhibere volumus media, licet ordine executionis media præcedant. Christus ergo præmisit, quod prius est in intentione, quasi finis, post a media adipiscendi illud: in explicatione autem huius sententiæ concordes sunt sacri Doctores. Est autem aduertendum petitionem hanc, qua petimus fieri voluntatem Dei, id est, vt nos faciamus, quæ Deus vult, nostraque voluntas sit subdita diuinæ voluntati, esse iustiorem, ac meliorem, & vtiliorem, quā si absolute peteremus, vt fieret quod nos volumus, iustius, siquam, illud est; cum enim serui, filij, creaturæ simus, omnis iustitia postulat, vt voluntas nostra conformetur, & subdatur voluntati Patris, Domini, & creatoris, vt faciamus, quod ipse vult. non autem vt ipse faciat, quod nos volumus, nec ipsi quod volumus, melius etiam id est, quoniam cum nostra voluntas sæpius per se in malum vertatur, si fieret quod volumus, in infinita peccata nos laberemur, & à recto, & vero recederemus tam per malitiam, quam per ignorātiam: at voluntas Dei semper est recta. Si ergo voluntas nostra ei conformabitur, semper erit recta & bona, vnde qui petit diuinam voluntatem fieri, id est, vt nos velimus & faciamus, quod Deus vult, petit omnium peccatorum expulsionem, & omnium virtutum inductionem, vt Chrysost. homil. 20. in Matthæum, & Cyprian. lib. de oratione docuerūt. Id etiam est vtilius nobis, quia sæpissime volumus, quæ nobis maximo sunt nocumento, sæpe ignoramus quæ profectura sunt nobis, vnde voluntas nostra cæca, & periculosa frequenter est, si sibi relinquatur: at Deus omnia scit & nos amat, plusquam nos ipsi nos: erit ergo vtilissima nobis, quæ Deus nos vult velle, & facere. Nostra igitur voluntas iuste, optime, vtilissime subditur diuinæ, & regulatur, & dirigitur per eam, vt non quod nos volumus fiat, sed quod ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos facere, & velle vult, idcirco docet nos Christus petere, Fiat voluntas tua.

ANNOTATIO IX.

Dei voluntas semp fit, et quo q explicatione illius particulæ, si aut in cœlo, & in terra.

APud Matthæum etiam adiecit Dominus (sicut in cælo, & in terra) id est, fiat, quod tu vis, in terra, sicut quod tu vis, fit in cœlo. in cuius declaratione aduerte semper fieri Dei voluntatem; nisi enim Deus vellet, nihil fieri posset tam bonorum, quam malorum, tamen non eodem modo, quædam enim vult Deus permittendo fieri, qualia sunt peccata; hæc enim nisi Deus permitteret fieri, numquã fierent: quædam vero vult volendo, & cõplacendo in eis, qualia sunt reliqua præter peccata, omnia tamen à diuina pendẽt voluntate, semperq; diuina impletur voluntas, & in cælo, & in terra. Differẽtia aũt est, quod in cælo, quia nullum ibi peccatũ cõmittitur, fit voluntas Dei beneplaciti, & quæ ibi fiunt à Sãctis, semper Deo placẽt. at in terra cũ multa peccata fiant, non semper fit, quod Deo placet, sed impletur voluntas eius permissiua perpetranturq; ea, quæ sunt contra voluntatem Dei complacentiæ petimus ergo, vt fiat voluntas Dei in terra, sicut fit in cælo, vt scilicet homines cõformes sint in omnibus diuinæ voluntati, ac mandatis, quæ ex ipsa procedunt, nihilq; admittant, quod Deo displiceat, sed sit pax, & gratia cum Deo, sicut est in cælestibus. Merito autem hoc petiẽ, vt notat Chrysostomus hom. 20. in Matthæum, vbi sic inquit: Cum desiderium imperauerit futurorum, (nempe adueniat regnum tuum) atque ad peregrinationem illam nos iusserit semper contendere: quãdiu tamen illuc non pergimus, etiam hic degentes iubet conuersationem cum cœli habitatoribus habere communem, nam desiderare quidem cœlos conuenit, & ea, quæ habentur in cælis, tamen antequam superna illa præstetur habitatio, cœlum quodammodo facere iussit terram, vt scilicet tales sint, etiam dum in ea degunt, in dictis, & factis, quasi qui conuersentur in cælo. Deniq; posit hoc etiam esse Dominũ deprecandum. Nihil est enim quod propter terrenarum rerum habitaculum ad supernarum virtutum perfectionem homines prohibeat peruenire, est quippe possibile, vt in terrarum adhuc regione degẽs, quasi iam in cælis habitet, ita cuncta perficiat. quod igit dicit, hoc tale est, sicut omnia, ita fiunt libere, & non in his quidem obtemperant Angeli in alijs immorigeri sunt, sed voluntati cedunt diuinę, & in omnibus obsequuntur: Sic nos effice dignos, qui nõ ex dimidio, sed prorsus ex integro ea, quę in tua sunt voluntate faciamus. Hęc Chrysostomus, cuius vltima verba de Angelorum similitudine habet etiam Hieronym. Matt. 6. Similiter Augustinus epist. 121. cap. 2: Hæc, quæ diximus, non sic intelligas, quasi Ommnibus possit esse cõformitas: nam in terra sine venialibus peccatis non uiuitur, quæ præter diuinã voluntatem sunt, nec ei placent; sunt etiam multa aliæ imperfectiones; tamen quoad obseruantiam diuinorum præceptorum, quę Deus nos vult implere omnino, potest esse aliqua similitudo, vt plene, & sine dimi nutione faciant homines, quæ vult Deus, ipsomet auxiliante. Tertullianus tract. de oratione, dupliciter hęc interpretatur, vno modo, vt idem sit, fiat uoluntas tua sicut in cælo, & in terra, ac dicere, in nobis; nos enim figurate propter spiritum, & carnẽ dicimur cælum, & terra. Legit. n. Tertullianus, fiat voluntas tua in cælo, & in terra. altero modo, vt sit hic sensus, fiat voluntas tua in terra, vt sic possit fieri in cœlo, id est, vt obediamus in terra, vt salui esse possimus, & ad cælos perduci. at prior expositio accommodatior est; legitur enim particula sicut.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

COMMENTARIA.

CVra ac desiderio regni cælestis præpositos; hoc enim ante omnia desiderandum, & petendum est, fragilitati carnis condescendẽs, iubet victũ corporis necessarium petere: Panem, inquit, id est, cibum, & victum: nostrũ quidẽ, quia Pater, & qui in cælo sunt, non eo vruntur, sed nos, qui in terra sumus, quotidianum autem, quia singulis diebus eo indigemus. Nunc ergo panem da nobis; non enim tantum ad te pertinet dare regnum cęleste, sed etiam terrenum cibum, & sustentationem, & a te hæc quærenda & petenda sunt. temperantia, & modestia commendatur, dum panis solius ad victum nostrum fit mentio, non quod solo pane vtendum sit, nec quod is solus petatur.

ANNOTATIO X.

QVis sit panis hic, & cur quotidianus dicatur, inquirũt doctores, nec in iis concordant. Quod ad primum spectat, cõmunis sententia Patrum est, panẽ hoc significari victum hominis, seu cibum, ad vitã corporis necessarium. in hac sententia sunt Chrysost. hom. 20. in Matth. Gregor. Nyssen tract. de orat. Basil. interrog. breuiss. 252. Tertul. tract. de ora. Cyprianus eodem tract. Hierony. Matth. 6. August. epist. 121. cap. 12. allegans illud prou 30. Diuitias, & paupertatem ne dederis mihi, sed victui meo tantum tribue necessaria, affirmatq; hoc idem peti, quando dicimus, panem nostrum da nobis. Solet autem Scriptura nomine panis non solum panem, sed & alios simul cibos significare, quibus ad vitam conseruandam vti solemus quotidie. Genes. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Exod. 2. Vocate eum, vt comedat panem. Marc. 3. Ita vt non possent mãducare panem. his in locis, & alijs multis pro cibo positus est. Sicq; Cyprianus, Gregorius Nyssenus, Hieronymus, & Augustinus interpretati sunt panem, nempe pro victu, quod factum est ad commendandã fragilitatem, vt notant Gregorius, & Chrysostomus, & quia is est cibus cõmunissimus, & fere homini necessarius ad ciborũ fundamentum. Huic communi expositioni adhæsimus in commentario, eumq; sensum literalem esse existimauimus.

Patres vero alias adduxerunt interpretationes, quas in medium proferamus. Primo loco Athanasius li. de incarnatione Christi, hunc panem interpretatur Spiritum sanctum, quem panem petimus nobis dari, & cuius primitias nunc in hoc sæculo accipimus in Eucharistia, in qua caro Christi vi unificanz sumitur. Secũdo loco Cyprianus, & Tertullianus locis citatis, & August. epist. 121. cap. 2. Christum ipsum interpretãtur, qui in Eucharistia sub speciebus panis accipitur; dicit enim Ioann. 6. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. ponderat autem Cyprianus illud, nostrum, quasi proprius sit hominibus cibus, sicut. n. dicitur: Pater noster, quia credentium pater est, sic panis noster, quia in Sacramẽto nobis datur. Augustinus Eucharistiam appellat Sacramentum fidelium. Hieronymus Matth. 6. tres has refert sententias, seu interpretationes non citatis auctoribus, vt panis significet Christum in Eucharistia, aut eum, qui super omnes creaturas est, nẽpe Spiritum sanctũ, vt dicit Athanasius, aut victum corporis necessarium, nec vllã harum respuit. Nos vero cõmunem secuti sumus interpretationem tanquam literalem, ceteras autem spirituales reputamus: nec est, quod illud, nostrum, nos deturbet ab ea interpretatione. nam panis noster dicitur ad differentiam eorum, qui sunt in cælo, qui non hoc pane vtuntur, aut etiam quia panis, hominum cibus proprius est; non enim propter alia animalia panis est confectus, sed propter solum hominem.

ANNOTATIO XI.

POsteriori loco inuestigandum est, quid sit illud: Quotidianum, quod Græce ἐπιούσιον dicitur, cuius varias interpretationes Hieronymus Matth. 6. refert. Primo inquit, Septuaginta interpretes, quod nos dicimus ἐπιούσιον, vertere περιούσιον; hoc enim nomine solent interpretari illud Hebræum vocabulum סְגֻלָּה segula, quod vulgatus vertit peculiũ, seu peculiare. sic dt Exod. 19. Eritis mihi in peculiũ de cunctis populis. Deut. 14. Vt sitis ei in populũ peculiarẽ. Septuaginta vertunt περιούσιον, qđ idem significat, qđ opulentum, seu peculiare, nam περιουσία, idẽ est quod Latine, suppellex, seu opulentia, aut abundantia, refert etiam Hieronymus idem Hebræum nomen à Symmacho aliquando verti peculiare, aliquando ἐξαίρετον, id est, præcipuum, seu egregiũ. Erit igitur panis quotidianus, id est, panis peculiaris, seu panis egregius, quem Hieronymus interpretat Christum, qui panis dicitur, vt in præcedẽti annotatione retulimus.

Secundo loco Hieronymus refert aliam interpretationem: ex Euangelio Matthæi Hebræo, vbi habet מָחָר mehar, id est, crastinum, seu futurum, quam interpretatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne.n secutus est Athanasius lib.de incarnatione Christi,qui panem interpretatus est Spiritum sanctum,ut in annotatione præced.diximus, quo pane in futuro frui speramus, & uocabulum Græcum ἐπιούσιον, etiam significat idem quod crastinum.

Tertio loco idem Hieronymus interpretatur ex propria opinione ὑπερούσιον,idest, supersubstantialem,ut panis hic dicatur supersubstantialis, quia super omnes substãtias,& creaturas sit,cum sit Christus, seu sanctus Spiritus. Hæc ex Hieron.habẽtur.

Quarto loco Euthymius Matth.7.interpretatur sicut Hieronymus supersubstantialem,non tamen eodem sensu,quasi supersubstantias omnes sit, sed quod sit ad nostram substantiam, & uitam conseruandam necessarius.

Quinto loco Chrysost.ho.20.in Matth. quem etiam Euthy.allegat,interpretatur, quotidianum.nam & Græca uox id etiam significat, quam interpretationẽ uulgatus secutus est,similiter Cypria. tract. de orat. & Tertull.eod. tract. & August.epist.121. ca.2.dicitur autem quotidianus,quia quotidie cibo & pane corpus reficitur.

Sexto loco Basil. interrog.bre.resp 252. duas significationes complexus est, nẽpe quotidianum & substantialem,quia panis ad uitæ & substantiæ sustentationẽ quotidie necessarius est. Hæc sunt,quę doctores sensere; ex nominis enim Græci uaria & multiplici significatione uarias & multiplices secuti sunt interpretationes, quidã enim uertunt panem peculiarem,quidam egregium,quidam futurum, quidam crastinum,quidam supersubstantialem, quidam quotidianum: uarie etiam panẽ hũc interpretantes,uti explicatum est. ex quibus omnibus nos communem complexi sumus interpretationem.

Hodie.

COMMENTARIA.

IVbet Christus panem hunc nõ pro toto uitæ tempore,sed pro præsenti die petere, quippe qui de uitæ tempore futuro nihil certi habeamus; diaria enim est uita nostra,& solum præsens certum est. intendit etiam per hoc inducere nos ad frequentem orationẽ, & accessum ad Patrẽ, ut salrem necessitas cibi petendi impellat nos,ut recurramus,& mentes, ac affectus nostros ad eum frequenter conuertamus. Ad de hoc ipso Patris beneficia distinctius agnoscimus,singulis diebus ea repetẽtes, & ad agendas gratias debitas magis disponimur,& excitamur.

ANNOTATIO XII.

AVgustinus epi.121.cap.11. hoc aduerbium non pro die,sed pro tempore interpretatur,quasi dictum esset,hoc tempore,nempe huius sæculi. At uero contraria est cæteroru Patrum interpretatio, qui pro præsenti die intelligunt,& causam explicant, Gregorius enim Nyssenus trac.de orato. & Chrysost. homil.20. in Matth. addunt id dictum esse ad significãdum uitæ huius incertitudinẽ, cuius nihil est certum,nisi præsens. adiungit Chrysost. aliã huius causam, nempe, ut accincti simus ad cœlestia quærenda, & de cibo hoc non aliud quæramus, quam necessarium. hoc autem est pro præsenti. Cyprian. autem tract. de oratione, notat Christum noluisse in longum tempus petere cibum, sed pro præsenti die, pulchramq; adducit causam, & subtilem: nam cum petamus regni cœlestis aduentum, non debemus cibos huius sęculi in longum desiderare aut petere,sed pro tempore præsenti, Hieronymus id etiam affirmat, adiungens causam aliam,quæ etiam est Cypriani, & Tertulliani nempe ad remouendã à Sanctis suis curam, & solicitudinem futuri temporis, iuxta id,quod postea Dominus dixit: Nolite,inquit,soliciti esse in crastinum;crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi,sufficit diei malitia sua. Huic Doctorum communi interpretationi in commentario adhæsimus, aliquas explicantes huius rei causas, quarum prima ex allegatis Patribus sumpta est.

Hodiernum uerbum quo in oratione Dominica ponitur.

Et dimitte nobis debita nostra.

COMMENTARIA.

QVia etiam post gratiam susceptã peccare in hoc sæculo cõtingit, & non est iustus, qui nõ peccet iubet remissionem peccatorum à Deo petere;ipsius.n.est peccata dimittere,cui p peccatum debitores efficimur;cum.n. peccata sint offensa Dei, & ipsi per ea fiat iniuria,ad ipsum tamq; ad creditorem spectat peccata dimittere, ideireo veniam, & remissionem ab eo petere iubet nobis Christus. q̃ petitio ad peccatorũ humilem confessionẽ inducit: nam qui veniam petit,se peccasse fatetur humiliter,simul etiam cõmendat gratiæ diuinæ magnitudinẽ, quæ post tanta beneficia recepta,quibus Deum patrem habemus,peccãribus veniam promittat;qui enim petere iubet,tacite dare,quod petitur,pollicetur.

ANNOTATIO XIII.

Cur petitis hac petitione uitios corporis postposita sit.

NOnnullæ dubitandi nobis occurrunt erga politam sententiam. Prima est, cur Christus præposuit petitionem victus corporis petitioni remissionis peccatorũ, cum prius sint petenda spiritualia, quam temporalia, & quæ ad animam, potius quam quæ ad corpus spectant. cum dictũ sit ab ipso Domino: Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, cætera autẽ adicientur uobis. Respondeo,Dominum prius locutum esse de statu filiorum Dei, in quo clamamus, & uocamus Patrem Deum,& in quem ipse gratia sua per baptismum collata nos restituit,& in hoc sanctificari petimus Dei nomen, regnũ eius aduenire rogamus, & uoluntati ipsius nõ stram conformamus,& post hæc quæ corporis sunt,petimus:at quia post hæc peccamus,& à gratia cadimus,aut non secundũ eam operamur,ab eoq; statu declinamus, iubet nos petere ea, quæ tali statui competunt, sicut qui de sano homine loquitur, ea docet, quæ statui sanitatis conueniunt, postea uero quę ad infirmitatem,si à sanitate cadere contingat. Sic nunc docet Christus, post baptismum ergo peccantibus pœnitentiæ Sacramentum medicina est, unde secunda tabula post naufragiũ dr, & est.

Per debita, quæ dimitti petimus, quid intelligẽdũ.

Secunda dubitatio est, quid per debita intelligendum sit. Facilis autem est responsio ex Cypriano lib.de oratione,peccata dici debita,nec est in hoc ulla controuersia, cum doctores in eo sint concordes. at uero cur debita dicantur, explicatione indiget. Sciendum igitur est, peccatum dici debitum ab effectu, quia inducit debitum, facitque hominem debitorem;qui enim peccauit, Deum offendit, iniuriaque afficit,& inde debitor satisfaciendi remanet pro cõmissa culpa,quã satisfactionem nisi Christus pro nobis sua morte ac passione Deo Patri obtulisset,semper debito debitor permansisset, ac inde reus pœnæ æternæ esse uenisset. cũ ergo debita dimitti petimus, peccata delenda & auferri à nobis rogamus, gratis quidem & sine pretio respectu nostri, non tamen respectu Christi, qui pretium pro nobis soluit peccatorum. Merito autẽ peccata uocauit debita,ut significaret quantum peccata nocent peccantibus, qui debitores sunt satisfaciendi Deo, & obnoxij pœnæ,nisi remissionem & ueniam assequantur ab eo, quem peccantes offendunt. Tertullianus lib.de oratione,peccatũ putat figurate dici debitum. Debitum,inquit,in scripturis delicti figura est, quod pertinde iudicio debeatur, & ab eo exigatur, nec euadat iustitiam exactionis, nisi donetur exactio, sicut illi seruo Dominus debitum remisit. Hæc ille. accommodate id dicitur,sed accommodatius dictum est. nam peccatum proprie debitum est,uti diximus; habet autem similitudinem cum debito inter nos.

Quę peccata tantum dimitti.

Tertia dubitatio est,quæ peccata intelligantur in hac sententia,ad quod respondendum est generaliter peccata omnia significari tam mortalia,quam uenialia,sicque Patres uniuersaliter hanc sententiam interpretantur,& uerba Saluatoris sequentia id ipsum probant: Sicut,inquit,nos dimittimus debitoribus nostris, at nos dimittere debemus ,proximis grauia,& leuia, igitur id ipsum petimus Deum cõfirmat etiam idem parabola Matth. 18. Omne, inquit,debitũ dimisi tibi,quia rogasti me; at ex eadem parabola constat debitũ fuisse decem millium talentorum,quod profecto peccato mortali contrahitur, ut sciamus non tantum uenialia,quæ leuia dicuntur, petenda dimitti; sed etiã mortalia,at grauia;in tanta.n.summa etiã quadrans comprehenditur, per quod modicũ peccatum intelligitur,ut notat Tertul.tract. de orat. Hinc est hanc petitionem generalem esse omnibus fidelibus adultis, tam iustis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm peccatoribus, cum nemo viuat sine peccato, quod multis locis Augustinus probat ex quibus illum proferam li. 1. 3. de peccat. meri. & remiss. & ca. 13. Quisquis, inquit, hanc orationem, dimitte nobis debita nostra, cuilibet etiam homini sancto, & Dei voluntatem scienti, atque facienti præter vnum Sanctum Sanctorum dicit, in hac vita necessariam non fuisse, multum errat: nec pôst oîno illi ipsi placere, quem laudat, si autem seipsum talè putat, ipse se decipit, & veritas in eo non est. 1. Ioan. 1. non ob aliud, nisi quia falsum putat. Hæc Augustinus, nec ex ijs Augustini verbis existimes voluisse eum affirmare Virginem matrem vllum tale habuisse peccatũ, nam lib. de nat. & gratia cap. 36. ipse palã profitetur se, cum de peccatis agit, nullũ de Virgine Matre propter reuerentiam filij, se velle habere sermonem, quod iã Cõcilium Tridentinum tamquam dogma fidei habendum decreuit, declarans Beatam Virginem nullum toto vitæ tempore actuale habuisse peccatum, nõ ex gratia ordinaria, sed ex singulari priuilegio. nec propter hæc existimes Beatam Virginem nõ fuisse in hoc sæculo vsam hac Dominica oratione; vsa enim est, non quidem in hac parte pro se, sed pro corpore fidelium; petitiones. n. hæ sunt communes, vti verba declarant, in quibus generaliter pro omnibus fidelibus petimus, & pro se si quis etiã indiget, cum sit de corpore. Aduerte postremo ex Chrysostomo hom. 20. in Mat. duo. vnum est, hac sua aperte cõcludi post baptismum dari in Ecclesia peccatorũ remissionem; alterum est, ex quo primum dictũ colligitur, hanc orationem esse fidelium, qui iã per Baptismũ Deũ appellat Patrẽ, hi post baptismum peccantes veniã petũt, Christo obedientes: Dimitte nobis debita nostra.

Beata Virgo Maria, etsi nullum habuit actuale peccatũ, hac erõ ne vsa est, Dimitte nobis, &c.

Siquidem, & nos dimittimus omni debenti nobis.

COMMENTARIA.

VOluit Dñs hanc petitionem dimissionis debitorum quadã lege coarctare, vt nẽpe nos dimittamus ẽt nostris debitoribus, non vni, aut alteri, sed oibus, si qui fuerint, significans nõ solum se non aliter daturum veniam, nec condonaturum nobis, nisi nos pariter condonauerimus nostris; sed etiã nec debere nos accedere ad petẽdum, nisi condonatione facta, vt dicere possimus, dimitte tu Pater nobis, quia iã dimisimus nos aliis. Magnũ profecto lucrum in hoc cambio nobis accedit, qui cum modica sint, quę dimittimus, maximorum debitorum accipiamus dimissionẽ. quod parabola illa Matth. 18. indicauit, vbi ille Regi decem millia debebat talenta, ipsi vero à conseruo centum debebantur denarij; quantum enim decem millia talenta excedunt centum denarios, tantum debita nostra erga Deum superant omnia, quæ ab hominibus debentur nobis, & multo plus, positus enim est numerus finitus pro infinito.

ANNOTATIO XIV.

APud Matthæum legitur: Sicut & nos dimittimus, apud Lucam verò: Quia & nos dimittimus, siue. Si quidem & nos dimittimus. oîa eundem habent sensum, nempe causalem, quasi causam impetrandę veniæ iubeat nos Christus adferre, ac proponere. Voluit. n. clemẽtissimus Deus nos prius dimittere debitoribus, q uod ẽt expressit, quãdo Matth. 6. præcepit nos relinquere munus ante altare, & prius recõciliari, & postea offerre. Nouit n. ingeniũ hominis, qui si obtineret pro se veniam, quam dimitteret fratri, lentus esset dimittendo, aut propositum mutaret. Ieg orius Nyssen. in lib. de oratione, ponderat tria. vnum est diuina bonitas, qua vult quodammodo se facere imitatorem nostri; per inde. n. vt dicere, dimitte nobis, sicut, & nos dimittimus, quasi imitare nos, sicut nos fecimus, dimittimus nos, dimitte tu. Alterum est diuina liberalitas, quę nos enim dimittimus, minima sunt, at quę dimitti nobis petimus, maxima, quod in cõmentario notauimus. Tertium est diuina æquitas, si enim nobis clementem Deum, ac misericordem petimus, omni profecto iure & nos debemus tales nos exhibere; qualis enim esset amentia, & iniquitas, vt homo diceret Deo, Dimitte mihi debẽti, ego autem nolo dimittere meo debitori?

Hic verbis, siquidem non dimittimus, etc. Bonitas, liberalitas, æquitas quibus diuina misericordia.

Quod

Quod eo maxime comprobatur, quia ingẽtia debita nobis petimus condonari, modicissima aũt sunt, quæ nobis debẽtur. quę aũt sunt hæc debita, & quomodo dimittenda, & qñ, explicuimus supra c. 6 annot. 70. & 71. vbi retulimus sniam Augustini in Euchir. ad Laurentium c. 73. qui hanc sententiam sic intelligendam cẽset: Dimitte nobis petentibus veniam, sicut & nos dimittimus ex corde nostris debitoribus petentibus, quasi Dominus voluerit nos dimittere debitoribus, quando petierint veniam, non autem non petentibus. at vero absq; limitatione tali hæc verba esse intelligenda aliis locis Scripturæ ostensum est, quibus absolute Dominus præcipit dimittendum esse, vt in loco alleg. dictum est.

Et ne nos inducas in tentationem.

COMMENTARIA.

COmmissorum uenia posita, iubet nos Dñs petere à futuris præseruationem, nempe ne deinceps in peccata incidamus: Ne nos, inquit, inducas in tentationem, id est, ne nos patiris inimico tentanti, & ad peccandum prouocanti consentire. non petimus, ne tentemur, sed ne tentationi succũbamus; tentatione enim probamur, exercemur, certamus, proficimus, ac perficimur; succumbentes autem, & consentientes peccamus, uincimur, & ruimus. Admonemur hac petitione infirmitatis, & imbecillitatis nostræ, qua tentationi resistere nostra uirtute nõ possumus, nisi ope & auxilio diuino suffulti: instruimur etiam aduersariũ tentantẽ nihil in nos facere, nec proficere posse, nisi Deo permittente, idcir co petimus ab eo, ne nos in tentationem inducat.

ANNOTATIO XV.

MVltipliciter ista sua à Patribus explicatur, in primis. n. Gregorius Nyssen. per tentationem, ipsum diabolum interpretatur, qui inter alia noîa hoc etiam sortitus est, vt tentatio dicatur, ab effectu scilicet eo, quo homines tentat, & ad peccandum inducit. At verò cęteri ferè doctores, non ipsum aduersariũ, sed actionem, qua inducit ad malũ, tentationem intelligunt; Diabolus. n. tentare potius dr. q tentatores ea, per quam tentat, & inducit ad malũ, aut actio ipsa, proprie tentatio dr. Non autem omnis tentatio à diabolo est; sicut. n. non hic solus, sed etiã caro & mundus nobis aduersantur, ita etiã non solus ille tentat, sed caro etiã & mundus. vnde Iaco. 1 dr. Vnusquisq; cum tentatur, à propria cõcupiscentia tentatur. quia uero diabolus p concupiscentia, & carnem, & per mundum frequentissime nos tentat, idcirco ipse tentator præcipue dicitur, vnde Cyprian. & Chrysost. de tentatione à diabolo facta interpretatur hanc sententiam, idq; probabilius est, quia ipse est, qui fortius tentat. potest autem generaliter de quacunq; tentatione intelligi, cuius non semper diabolus auctor est.

His suppositis doctores varie exponunt sententiam hanc. Primo loco Chrysostomus ho. 20. in Matth. sic explicat, Ne nos inducas in tentationem, id est, ne patiaris nos à nobis ipsis induci in tentationem, insiliendo in eam, & ipsam prouocando; tentatio enim si ingeratur nobis, fortiter est ferenda, non tamen debemus immittere nos in eam. verba ipsius sunt hæc: Docet quidem nos non recusare certamina, nec tamen in ea audacius insilire. Hoc. n. modo & nostra clarior erit victoria, & clades diabolo maiore risu prosequenda: nã protractos in medium virtiliter stare oportet, ac fortiter; non prouocatos vero quiescere, & tempus expectare certaminis, vt nos ostendamus vacuos amore gloriæ, & plenos virtute cõstantiæ. Hæc ille. Eadem expositio videtur Basilij in moral. reg. 62. cap. 2. Quæ quidem doctrina vera est, non tamen accõmodatur petitionis huius verbis; potius enim passionem indicãt, quam actionem. minus etiam ad rem facit, cum petitio sit eius, quod in plurimum accidit; rari enim sunt, rarissimeque eueniunt, vt homo tentationem aggrediatur, frequentissimum autem est pati tentationem, & nobis eam inferri potius, quàm nos in eã inferre.

Secundo loco Gregorius lib. 3. moral cap. 3. aliter interpretatur, nempe: Ne nos inducas in tentationem, id est, ne permittas nos tentari vltra id, quod possumus, iuxta illud Pauli. 1. Cor. 10. Fidelis Deus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui nō patiētur vos tētari supra id quod potestis. Verba Gregorij sunt hæc. Neque enim in tentationem Dominus inducit, qui semper à tentatione subditos misericorditer protegit, sed tamen in tentationem quasi eius inducere, est à tentationis nos illecebra non munire. Et tunc nos in tentationis laqueos non inducit, cum tentari nos vltra quam possumus, non permittit. Hæc Gregorius, quæ expositio nimis est restricta; quamuis enim verum sit Deum non permittere nos tentari supra id, quo possumus, idque sit beneficium petitione dignum, tamen plus est quod petimus, & quo indigemus; multi .n. sunt, qui tentati non supra, sed infra id quod possunt, succumbunt tentationi, vincunturque ab eo, quem vincere possent; vix enim est, qui destituat auxilio diuino, quo possit tentationem superare; multi tamen succumbunt tentationi: nam non omnes agunt, nec faciunt, quod possent, petendū que est a Deo, vt non solum præsto sit dādo id, quod possemus vincere, sed impediēdo id, quod de facto vinceremus, si occurreret, similiter præstando id, quo non solū possumus vincere tentationem occurrentem, sed etiam id, quo vincamus, cum longe distincta sint posse vincere, & vincere, sepeque separentur, & distinguantur.

Tertio loco Hilarius can. 32. in Matth. hanc petitionem interpretatur iuxta illā sententiam Matt. 26. Orate ne intretis in tentationem, & vtrumq; in hunc sensum explicat, orandum esse ne tentemur; infirmitatem enim nostram sciens Dominus, præcepit orandum, ne tētatio veniat, vt præ fragilitate nostra non succumbamus. Druthmarus Matth. 6. eodem modo interpretatur, sed limitatius, & verius, nēpe ne in tentationem incidamus, quæ sit futura nociua animæ, vel corpori.

Hæc expositio non videtur accommodata propterea, quæ dicemus annotatione sequenti, idcirco amplectēda est expositio communis, quæ quarto loco ponitur, nempe, ne nos inducas in tentationem, id est, ne nos sinas, nec permittas succumbere tētationi, nec vinci ab ea, sed da victoriam contra insurgentes tentationes inimicorum. Nō est autem intelligendum Deum inducere aliquem in tentationem, quasi ipse tentet ad malum, sed inducere dicitur, quoniam permittit eam tentationem insurgere, cui succumbemus; nec dat id auxilium, quo non solum possimus vincere, sed etiam vincamus. ista est expositio Tertulliani, & Cypriani, & Gregorij Nisseni in lib. de oratione. vnde Tertullianus expresse dicit, Ne nos patiaris induci in tentationem ab eo, qui tentat. eandem interpretationem sequitur Augustinus, generaliter de quacumque tentatione interpretans hanc sententiam in epist. 121. cap. 11. verba ipsius sunt: Cum dicimus: Ne nos inferas in tentationem, nos admonemus hoc petere, ne deserti eius adiutorio, alicui tentationi vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti. quibus verbis Augustinus indicat duplex genus tentationum, quarum meminit Basilius in homil. in dictum Lucæ (Destruam horrea mea) nempe quæ fit per aduersa, & quæ fit per prospera mundi; vtroque enim modo tentamur. & ca. 12. sequenti sic ait, qui dicit: Auferà me concupiscentias ventris, & desiderium concubitus, ne apprehendat me, quid aliud dicit, quam, Ne nos inferas in tentationem.

ANNOTATIO XVI.

An sit à Deo petendum, ne vlla accidat nobis tentatio.

IN maiorem declarationem eiusdem petitionis, difficultas occurrit, an petēdum sit à Deo, ne in vllam tentationem incidamus, nempe ne vlla nobis tentatio accidat. Basilius in reg. breu. respon. 221. tenet id esse petendum; inquit enim sic: Cum Dominus doceat orandum esse, ne intremus in tentationem, nūniquid orandum nobis est, vt ne in dolores corporis incidamus, & si is inciderit, quomodo in iis gerere se debet? respondet: Tentationum Dominus discrimen nullum adhibuit, sed in vniuersum præcipiens dixit; Orate ne intretis in tentationem. Qui autem iam inductus sit, huic à Domino petendus exitus talis est, quem possit sustinere, vt illud compleatur in nobis: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hæc ille. & in Mora. reg. 62. cap. 2. iterum dicit, petendum esse à Deo, ne incidamus in tētationem. & in probationem allegat idem testimonium Lucæ 22. Orate ne intretis in tentationem. Hilarius etiam can. 32. in Matthæum in eundem sensum interpretatur, non solum sententiam Matthæi, Orate ne intretis in tentationem,

tionem, sed etiam hanc: Ne nos inducas in tentationem, nimirum, vt orandum sit, ne nobis veniat tentatio.

Pro huius solutione sunt nonnulla dicēda. Primo licet aliqua negotia, & opera aggredi, etiamsi sciamus inde nobis tentationem incutiendam. hoc satis patet illo, Eccles. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. hinc est, quod iusti incumbant operibus bonis, etiam si sciant, se persequutionem passuros: persecutio autem tentatio est, multa autem licet facere, licet inde præuideantur impedimenta; & obstacula, quæ tentationes sunt, nec hoc est se ingerere & immittere in tentationem, sed quando id fit quod omittendum erat, nempe malum aliquod, aut indifferens opus, quam doctrinam docte tradit Orig. tract. 11. in Matth. docens aliquando obuiandum periculis, & occurrendum tentationibus, aliquādo cauendum, idq; ibi probat exemplis Christi, & Apostoli.

Secundo non licet ea opera facere eo animo, vt tentatio insurgat; hæc enim est præsumptio quędam, & se ingerere in tentationes.

Tertio, licèt aliqñ petere à Deo, vt aliquam a nobis tentationem auferat, aut ne proueniat, concedat, quādo nempe cognoscimus aut dubitamus, ne nobis nocumentum inferat, aut à maiori impediat bono. hoc fecit Paulus, quando 1. Cor. 11. sibi stimulum carnis auferri rogauit.

Quarto non est rogandus Deus, vt omnem impediat tentationem generaliter loquendo. neutrumq; est petendum, nec vt tentemur, neque ne tentemur, quia illud est temeritatis & præsumptionis, hoc formidinis, & pusillanimitatis, quasi certamen refugiamus. vnde in præcedēti annotatione reiecimus interpretationē Druthmari interpretantis, Ne nos inducas in tentationem, id est, ne permittas incidere in tentationem, quæ nociua futura est corpori, vel animæ. esset quidem hæc petitio bona, sic limitata, tamen cum verba Christi non habeant limitationem vllam, dicendum est alium esse sensum illius, Ne nos inducas, vt illic diximus. Locus autem Lucæ & Matthæi allegatus à Basilio, accommodatius exponitur a Hieronymo Matth. 26 qui ea verba interpretans dicit sic: Non ait, orate, ne tentemini, sed ne intretis in tentationem, id est, ne tentatio vos superet, & vincat, & vos intra casses teneat. Martyr, qui pro confessione Domini sanguinem fudit, tentatus quidem est, sed tentationis retibus nō ligatur, qui autem negat, in tentationis plagas incurrit. Hæc ille, vbi & doctrinam datam confirmat, & intelligentiam iuxta eam adhibet, cumque esse sensum contextus indicat: nam dixerat Dominus: Ecce Satanas concupiuit eribrare vos, & oēs uos scādalum patiemini in me; non igitur præcipit rogare ne tentarentur: nam prædixerat tentationē. monet ergo orare ne tentationi succumbant, ab eaq; superentur, quod est intrare in tentationem. Chrysost. aūt hom. 13. in Matt. & sermo 30. in epist. ad Rom. interpretatur, orate, ne intretis in tentationem, i. ne uos insiliatis in tentationem, & eam aggrediamini. vterq; sensus ab eo, qui est Basilij, diuersus est. tñ accommodatior est is, quem Hieronymus adhibet, qui sensus fuit Origenis tract. 35. in Matth. vbi duarum expositionum facit mentionē, nempe eius, quæ est Basilij, & Hilarij, & eius, quæ est Hieronymi, hancq; amplectitur. Orate, inquit, ne intretis in tētationē, hoc secundum quod multi intelligunt, tale est, ac si dicat, orate vt non tentemini, si aūt placuerit Deo, acquiescite Deo, sicut me audistis orantem. considera autem si possibile est magis sic intelligere, qñ uita nostra ipsa tentatio est secundum Iob. Intrare autem aut venire in tentationem, est cadere in tētationem. & uinci ab ea. Hæc Origen. eū demque sensum secutus est Tertullianus lib. de baptismo in fine.

ANNOTATIO XVII.

Expositio petitionis vltimæ orationis Dom. prætermissa à Luca, videlicet Sed libera nos à malo.

APud Matthæum legitur vltima petitio, quæ non habetur apud Lucam, nempe, Sed libera nos à malo. Cuius sensus petitionem præcedentem auget, quasi diceremus: Non solum ò Pater petimus, ne permittas nos in tentationi succumbere, sed etiam vt liberes nos à malo, id est, oī eo, quod nobis aduersatur, quodque nos tentat, in quo primū locum tenet diabolus, vt cesset iam oīs tentatio, omni inimico & tētante expulso, & reiecto. Hæc petitio nō cōpletur perfectè in hoc sęculo, in quo data est potestas inimicis in Sanctos: at in futuro oīs inimicus excludiē, bi

nullus

nullus aduersarius erit, nullum malum, nulla tentatio, nihil quod dolorem incutiat. hanc optamus & rogamus liberationem. Tunc implebitur illud Apocal. 20. Diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia, & pseudoprophetæ cruciabũtur die ac nocte in sæcula sæculorum. Adiungitur particula Amen, quæ est aduerbium affirmationis, quasi verè & fideliter, quo significatur veritas & certitudo diuinæ promissionis, nempe nos exaudiendos à Patre, si petierimus vt oportet. Hic mihi uidetur sensus huius petitionis.

Gregorius autem Nyss. & Chrysost. malum in hoc loco interpretãtur diabolum, qui nos ad mala perpetranda prouocat, & nobis malum inferre studet. immo Gregor. putat eandem esse petitionem cũ præcedente, nempe ut non inducamur in tentationem, sed potius ab ea liberemur, tamque tentatio, quam malum, vt ipse putat, pro diabolo accipitur. Cyprianus aũt non pro diabolo, sed pro omni malo, quod cõtra nos ille molitur, interpretatur, quasi petamus opem contra omnia aduersa, quæ diabolus excitat. Secundum igitur hos Patres petitio hæc in hoc sæculo completur. idem dicit Augustinus epist. 121. cap. 11. & 12. qui generaliter de omni malo & inimico interpretatur. verba ipsius sunt: Cum dicimus, libera nos à malo, admonemur cogitare nondum nos esse in eo bono, vbi nullum patiemur malum, & paulo inferius. Qui dicit erue me de inimicis meis Deus, & ab insurgentibus in me libera me, quid aliud dicit, quam libera nos à malo? Hi omnes Patres de hoc sæculo interpretant petitionem. quæ sententia est probabilis, mihi tñ vt accommodatior ea, quæ posita est in commentario: nam illa comprehẽditur in præcedenti sñia; omne. n. malum tẽtatio est, in quam non induci petimus: at hæc petitio auget petitionem, vt etiã ab omni tentante liberemur, cunctis inimicis expulsis. Potest aũt malum diabolum significare, quia ipse cẽs alios aduersarios excitat, ac mundo & carne contra nos vtitur, & qñ ab eo liberabimur, omnis inimicus, & aduersarius cessabit. Græce est πονηρόν, cum articulo, quasi ille malignus, qui in se malus est, & alios ad malum trahit, & malum eis inferre conatur. quo vocabulo vsus est Ioannes 1. epist. 5. Mundus, inquit, totus in maligno positus est, significans diaboli potestatem quam multipliciter exercet contra omnes in hoc mundo. Hic ejicietur foras, nec locus ei erit in cælo, vbi iusti, & sancti regnabunt in sæcula, & in æternum, & cum eo ejecto omnia aduersantia tollentur.

ANNOTATIO XVIII.

Totus Pauli. Rom. 8. Quid oremur, sicut oportet, nescimus, explicatur.

Avgust. epist. 121. cap. 14. quæstionem proponit conferens hanc Dominicã orationem cum verbis Pauli Rom. 8. quid oremus, sicut oportet, nescimus. cum autẽ Paulus non ignorauerit hanc Domini instructionem in petendo, nec mentiatur, quo dicere vere potuit, Nescimus, quid oremus, sicut oportet? Respõdet vera Pauli intelligenda de huius sæculi tribulationibus, à quibus sæpè liberari petimus, cũque sæpe in nostram vtilitatem cedãt, fit, vt nesciamus, quid petamus; petimus. n. arbitrantes liberationem vtilem esse, & re vera non est. Exẽplum ex ipso Paulo adfert 1. Cor. 12. qui ter rogabat stimulum carnis sibi auferri, & tñ audiuit à Domino: virtus in infirmitate perficitur; quo ostenditur nescisse, quid peteret: expediebat namq; stimulum non auferri ab eo. Frequenter hoc accidit hominibus etiam sanctis, vt in his, quæ ex se nec bona sunt, nec mala respectu spiritus, petant, quæ re vera non expediunt, ea expedire existimantes: sicq; nulla est repugnantia inter verbum Christi, & Apostoli.

Et ait ad illos.

COMMENTARIA.

TRadita forma orandi, duabus parabolis dat duo documẽta maximi momenti in oratione ante oculos habenda, & obseruanda. vnum est, vt non si continuo nõ assequamur, quæ petimus, ab orãdo desistamus, sed perseueremus, & sæpius repetamus orationem instantius; non. n. promittitur nobis exauditio semper, si semel petamus. Alterum est, non dari nobis, quæ petimus aliqñ, quia nõ sunt nobis vtilia: hoc autẽm non est non exaudiri, immo tunc maxime exaudimur, si petentes noxia, quæ arbitramur vtilia, nobis negentur. Hæc duo Christus sapientissime duabus parabolis sequentibus explicat, & hæc sunt, quæ post formam orandi datam, ait ad illos.

Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes.

COMMENTARIA.

INcipit prior parabola, cuius scopus præcipuus est docere, vt diligenti animo orationi insistamus, neue si forte prima oratione exauditi nõ sumus, ab orando recedamus; fiet. n. vt perseuerantes, & quidem maiore contentione, quę petimus, impetremus: sicut homo hic, qui intempestiuo noctis tẽpore ab amico dari sibi mutuo panes rogauit, quod semel non obtinuit, demum insistendo magis cõsecutus est. Sapienter autẽ hic homo eum à quo petit, appellat amicum, quod nomen non solum est epithetum, sed ẽt impetrandi augmentum; amicorum enim est in necessitatibus mutuo se iuuare. Magna aũt in verbo, amici, diuinæ dignationis ostensio, & dandi quod petitur, nobis certitudo indicatur; amicus enim noster Deus dici, & esse voluit.

ANNOTATIO XIX.

Parabolæ scopus propositi, sanctorũ auctoritate probatur.

QVod ad litteram spectat, verbum cõmodandi, quãuis propriè ad ea, quæ vsu non consumuntur, referatur, tñ aliqñ ijs ẽt, quæ consumuntur vsu, & mutuo dari dicuntur, applicatur, sicque Plautus semel atq; iterum locutus legitur. Scopum aũt parabolæ eum esse, quem diximus, affirmat Titus Bostrenus in commentario, vbi sic inquit. Hæc per modum parabolæ proponuntur, ne ignauo negligentiq; animo præcationi insistamus, neue si prima forte oratione fusa auditi non fuimus, secundam statim, tamquam quæ nullũ nobis operępretiũ adferre queat, auertemur, insulse aliquid istiusmodi animo pertractantes; en sępenumero iam accessi lachrymatus sum, obtestatus sum, nihil hactenus consecutus sum, non ita ratiocinari decet. Hæc ille. Basil. aũt regul. breu. respon. 261. magis expressit scopum parabolæ, vbi sic inquit, si non audiamur, intelligẽdum est, opus esse perseuerantia, aut contentione maiore, quemadmodũ admonemur ex ea parabola Domini, per quã docemur semper oportere orare, & non defatigari, & quemadmodũ alio in loco dictum est ab ipso eodem Domino, cum ait, p̃p improbitatem eius tñ surget, & dabit quotquot habet necessarios. Hæc ille. in quibus verbis docet, per parabolam hanc non solam perseuerantiam significari, sed ẽt quadam contentione, & maiori feruore repetitam, sicut homo hic, qui primo petijt verbo, nõ exauditus autem verbo, & pulsatione institit, de qua re dicemus paulo inferius.

Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum.

COMMENTARIA.

PRosequitur parabolam. artificiosè autem hic homo impetrare conatur; simul. n. se excusat, quod importunus sit media nocte accedens, & impetrando argumẽta multiplicat: Amicus, inquit, meus, hoc est vnum argumentum, quo se excusat, & impetrare confidit, amicus, inquit, quasi diceret, ne videar tibi importunus, quia ꝓ amico meo facio præterea, cũ sit amicus meus, ad te etiã, qui simul amicus meus es, eius cura pertinet. Secundũ est: Venit de via, quasi ẽt diceret excusandus est, quod media nocte accedat; viæ. n. necessitas hoc effecit. præterea, tanto magis subuenire oportet, quia itineris labore fessus venit. Tertiũ est, non habeo, quod ponam ante illum, hoc ẽt argumentum excusationis est, cum media sit nox, nec habeam quicquam domi, nec aliunde conquirere valeã, cogor ad te venire. Similiter ẽt argumentum est impetrandi, nimirũ vtriusque necessitas amici; nec. n. ego habeo, nec ille. Monemur hui⁹ hominis in orãdo, studio, Deo accedere maxima & diligenti cõsideratione nostrę pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

propriæ fragilitatis ac miseriæ, & quã tum ipso indigeamus; nemo n. perfectè agnoscit beneficium collatũ, nec gratias, vt debet, agit, nisi qui nouit suam indigentiam, & hic multum ad impetrandum dispositus est.

ANNOTATIO XX.

Oratio à seuerans & perpetuæ orãdi opportunitas, tum etiã hospitalitatis i homine i stius parabolæ elucent.

AMbrosius in præsenti notat non solũ perseuerantem in hoc hoīe orationẽ, sed et perpetuam orandi opportunitatem significari: media. n. nocte vsus est oratione: verba ipsius sunt. Alius precepti locus est, vt omnibus momentis non solum diebus, sed et noctibus oratio deferatur; vides. n. quod iste, qui media nocte perrexit, tres panes ab amico suo postulans, & in ipsa petendi intentione persistens, non defraudat oratio Hæc ille. Commẽdanda et mihi vt huius hominis hospitalitatis charitas, qui media nocte venientẽ ad se amicum nõ solum excepit, sed et eius causa, tam sapienter, instanter, ac diligenter alterum amicũ vsque ad importunitatem requisiuit.

Et ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi.

COMMENTARIA.

AVdiens amicus studiosam petitionem, dat ei repulsam, & ne amici officio deesse ac repellere irrationabiliter videatur, causam explicat; ea aũt est molestia, quam par oportebat in commodando: noli inquit hãc molestiam exhibere mihi; nam ostium iã est clausum, & pueri mei, i. parauli, & filioli mecũ sunt in cubili, idcirco non possum surgere, vt dem tibi, nisi filios expergefaciam, & perturbẽ, quod valde molestum est.

ANNOTATIO XXI.

ILlud (pueri) Græcè τὰ παιδία, diminutiuũ est, si puerulii quod nomen, & filijs, & famulis, seu feminis accommodatur. mihi magis placet pro filijs vsurpatum esse, quos secum in lecto cubare dicit, vt excusset à surgendo, ne puerulorum quietem perturbet. posset et accipi A seruis, seu famulis quos secum dicit esse in cubili, nõ quidẽ in vno lecto, sed in vno cubiculo & conclaui. Græca. n. vox vtramq; recipit significationem. huic aũt secundæ expositioni cõsensit Augustin. ser. 29. de verb. Domini, vbi seruos interpretatur: at probabilior visa est prior, quę efficaciorem, & iustiorem reddit excusandi se causã. cui expositioni Titus Bost. videtur fauere, & apertè adhæsit Euthym.

Et si ille perseuerauerit pulsans.

COMMENTARIA.

PRosequitur parabolã, Audita igitur repulsione amici, adhuc homo perseuerat, non tm voce, vt prius, sed pulsando ad ianua, vt si non precibus, saltem pulsationis molestia ad surgendum excitetur. Prudenter aũt homo hic licet importunè, uocibus addidit pulsationem, excusabat. n. se amicus à surgẽdo, ne expergefaceret pueros ac perturbaret, ille aũt rollens excusationis argumentum, fores pulsat, vt strepitu expergefaciat, ac perturbet, eóq; magis amicus cõpellatur surgere. Nõ ergo destitit à petendo ob repulsã amici, sed maiori conatu continuauit petitionẽ, unde factũ est, ut sit exauditus.

Dico vobis, etsi nõ dabit illi surgẽs, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.

COMMENTARIA.

COncludit parabolam: Dico. inquit, uobis, quod si cuipiam uestrum hæc acciderent, quod surgeret, & daret, & qd non fecit ob amicitiã, faceret ob improbitatem illius, i. assiduam & molestam petitionem; & nõ solum daret, quod petijt, s. tres panes, sed et quotquot habebat necessarios, ne forte si tres tm daret, iterum ille molestiam ei exhiberet. Hic est scopus parabolæ, nimirum docere, assidue & instanter petitionem continuandam: quæ assiduitas tanti fructus est, ut maiora, quam petit, obtineat.

AN-

ANNOTATIO XXII.

Improbitas quid hoc loco significet

IMprobitas Græcè ἀναίδεια, quæ Latine dr impudentia, hoc autem in hoc loco significat assiduam, ac constantem in oratione ac petitione perseuerantiam, vt notat Titus Bostrenus, & Euthym. quam quidam importunitatem vertunt, quæ est effectus impudentiæ; qui. n. postposito pudore petit, importunus esse solet: accommodatius autem interpres noster appellauit improbitatem, quam vocem amplexus est Augustin. ser. 29. de verb. Dom. & ser. 171. de tempore; qui. n. vrget & non cessat, dicitur improbus, vnde illud est Poetæ; Labor improbus omnia vincit, quæ improbitas nõ solam assiduitatem, sed quandam habet admistam afflictionem; labor enim improbus est, qui assiduus est & affligens, ac improba petitio quæ assidua, & quasi tædio afficit eum, à quo petimus, vt sic impellatur ad dandum. Quæ improbitas etiam effectus est impudentiæ, quæ nõ semper est vitium. Vt. n. pudor aliquãdo vitiosus, aliquando studiosus est, sic & impudentia. Quo significat Dominus nos non statim ab oratione cessare debere, sed instanter. & assiduo perseuerare, vt impetremus. Est autem vnum hic iudicio meo consideratione dignum, quod Dominus etiam docere nos intendit, nimirũ oratione hac assidua non solum iustos, & amicos, sed etiam peccatores à Deo impetrare, inquit enim: Si non quia amicus est, propter improbitatẽ tamen dabit, quasi diceret, licet amicus nõ esset, exauditus esset assiduitate & improbitate petitionis; exaudit. n. Deus etiã peccatores, qui licet in peccato sint, ad eum tamen conuertuntur voluntate peccandi abiecta. Præterea non solum hæc improbitas obtinet, quæ petuntur, sed adhuc maiora. nam & hic dicitur, quod surget & dabit non tres tantum, sed & quotquot habet necessarios, quod etiam nobiscũ Deus agit, qui abundantiora quam petamus, & desideremus, confert, si petamus vt oportet, & maxime si iustus est qui petit, iuxta illud Iacob. 5. Multum valet deprecatio iusti assidua, atque hæc est vna causa, cur Deus rogari, ac peti voluerit, vt nimirum petitio ipsa maiora nobis accumulet beneficia. De alijs etiam huius rei causis copiose egimus in commentarijs in Ioannem cap. 16.

ANNOTATIO XXIII.

Patrum dicta ali quot cir tuum ea hanc emereri. parabo-lam.

REctè notat Ambrosius ex hoc colligi diligentes Deum exaudiri, et petẽtes pro alijs: Si diliges inquit Dominum Deũ tuum, non solum tibi, sed et alijs poteris. Hæc ille. Titus Bost. conatur hãc parabolã Anagogicè interpretari, ac tres hos panes ad fidem Trinitatis, & petentẽ ad Angelos refert, aliaq; huiusmodi adducit, quę difficilè accommodantur, vt notat Euthym. nomine tacito. Augustin. etiã ser. 29. de ver. Dom. & ser. 171. de tempore, & lib. 2. quæst. Euang. cap. 21. tres hos panes Trinitatis consubstantialitatem significare affirmat, multaque moralia explicat rectè, & vtiliter; sicut & Ambrosius, quæ ibi vnusquisque legere poterit. ad sensum autem literalem hoc solum spectat, nimirum assiduam & constantem orationem multũ valere, adeo vt & peccatores impetrent, atque etiam plus, quam petant, vt per hęc intelligamus, non si statim orauerimus, nec impetrauerimus, ab oratione esse cessandum. Ne autẽ omnia prætermittamus quæ Augustinus dicit, illud tantum referam, quod lib. 2. quæst. Euang. c. 21. dicit, non quidem omnia, sed particulam quandam. Amicus, inquit, ad quem venitur media nocte, vt accommodet tres panes, vtique ad similitudinem ponitur, secundum quam quis Deum rogat, in media tribulatione constitutus, vt ei tribuat intelligẽtiam Trinitatis, qua præsentis vitæ consoletur labores, sed comparatio est à minore: si enim amicus homo surgit à lecto, & dat, non amicitia, sed tædio compulsus, quanto magis Deus dat, qui sine tædio largissime donat, quod petitur Hæc August. Notandum autem est in his vltimis eius verbis, non videri argumentum à minore, sed vt supra diximus, significatur hoc, scilicet Deum etiam peccatoribus dare sic petentibus, & non tantũ iustis, & amicis.

Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

COMMENTARIA.

EXponit parabolæ significationẽ, Ego, inquit, dico vobis, petite,

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& dabitur vobis, quod peritur. quod si non datur petentibus, non desistatis, sed quærite maiori studio, & diligentia adhibitis; hoc.n. est quærere, & qđ negatũ erat, inuenietis, i. post studiũ, & diligentiam præstitam in oratione, obtinebitis. Quod si adhuc non obtinueritis, quia difficile est, quod petit, vel alia causa dilatum, non deficiatis, sed pulsate, i. constanti instantia, & vehementi, quasi importuni petite; aperietur.n. vobis, & quod toties negatũ erat, quasi intra portas clausum, cõsequemini velut ianuis apertis, & aditu facto, sicut factum est ab amico cum homine isto, qui pulsanti & importune petẽti concessit surgens, & aperiẽs ianuam etiam intempestiuo tempore.

ANNOTATIO XXIV.

Quatenus erãdum.

MAtthæus cap. 7. hanc eandem sententiam refert dictam tm̃ à Domino ipsis Apostolis, quam nunc repetit alijs etiã Discipulis dictam, vt Lucas narrat. Quantum autem ad sũmæ explicationem Chrysost. hom. 24. in Matth sic explicat, inquit enim; Petere præcepit, ersq; daturum spopondit, nec tñ obiter postulare iussit, sed cum sedulitate multa, & magna intentione, hoc.n. est quod ait, quærite: Siquidem ille, qui quærit aliquid, cuncta alia è mente proijciens, vni illi intentus est, quod quærit, ac præsentium rerum nihil considerat. Ab eo verò, quod dixit, pulsate: cum vehementia, & mente feruida accedere significauit. Hæc Chrysost. Druthmarus autem Matth. 7. sic interpretatur, petite animo, quærite verbis, pulsate operibus. rursus: Petite verbo, quærite operibus bonis, pulsate perseuerantia. rursus petite fide, quærite spe, pulsate charitate. Hęc ille. Mihi magis placet expositio Chrysostomi, vt hæc tria nõ differant, quod vnum verbis, aliud operibus, aliud animo fiat, sed quod primum indicet simplicem petitionem, siue animo solo, siue verbis fiat. secundum aũt augeat, nempe maiori studio, & attentione fiat oratio. tertium autem vehementi fiat constantia, ac perseuerantia, vt faciunt hi, qui ab hominibus importune petunt. Huius orationis habemus exemplũ in Moyse, de quo Exo. 32. dicitur. Orabat Moyses, dicens: Cur Domine irascitur furor tuus contra populum, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna & manu robusta? ne quæso dicãt Aegyptij. Callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. recordare Abraham, & Isaac, & Israel, seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum dicens: Multiplicabo semẽ vestrũ, sicut stellas cœli; & vniuersam terrã hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Hæc Moyses. Qui pulsauit, & quasi importune orauit, & ideò apertum est ei, nam statim dicitur: Placatus est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum. iterum eadẽ oratione vsus est Moyses ibidem, quando audacter illa protulit verba. Obsecro peccauit populus iste peccatum maximum, fecerunt q; sibi deos aureos; aut dimitte eis hanc noxã, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Hac etiam oratione vsa est Magdalena Luc. 7. ob quã audiuit à Domino; Remittuntur tibi peccata tua. de qua Greg. hom. 33. in Euang. scribit dicens: Noluit moderari, quid faceret; super conuiuãtes ingressa est; non iussa venit; inter epulas lachrymas obtulit. Discite, quo dolore ardet, quę flere etiam inter epulas non erubescit. Sic Chananæa, sic cæcus iuxta viam petierũt & obtinuerunt, multa passim & in Scripturis, & apud sanctos huius orationis importunæ, & quasi impudentis exempla reperiuntur.

Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

COMMENTARIA.

ADpetendum, quęrendum, & pulsandum excitat, exposita causa cur petere, quærere, & pulsare debeamus, nempe ob fructum petitionis, inquisitionis, & pulsationis; nam qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. cum igitur certi simus de assecutione, excitari ad hæc præstanda debemus.

AN-

ANNOTATIO XXV.

Quomodo omnis qui petit accipit.

OPponet quispiam, si omnis, qui petit accipit, non est cur quærendũ & pulsandum sit; sufficit.n. petere. Hoc autem dici non potest; nam & homo hic in parabola petijt, & tñ nisi quæsiuisset, & pulsasset, vtiq; non accepisset panes. non igitur omnis, qui petit accipit. Mihi vẽ respondẽdum, hæc tria inuicem colligata esse in hunc sensum, qui petit, accipit, quod si petitione simplici nondum accipit, quærat; quod si adhuc non assequitur, pulset: certissime autem obtinebit, si hęc præstiterit: distincta autẽ, & separata sunt hæc, quia Deus aliquando petentes exaudit, etiam si non quærant; aliquando quærentes, etiãsi non pulsent, aliquando expectat usque ad pulsationem.

Explicatio Tertulliani cõtra hęreticos hoc loco abutentes.

Aduertendum est Tertullianum lib. de præscript. aduersus hæreses, aliter hanc sẽtentiam interpretari; refert.n. hęreticos ea abuti ad indaganda noua dogmata, præter ea, quæ in Euangelio, & ab Apostolis tradita sunt, quasi semper quærere, & pulsare debeamus. Catholicos etiam abuti ad curiositatem incundam; ipse verò Tertullianus sic intelligendam censet, nempe dictam Iudæis solis antequam Petrus Christum filium Dei esse pronunciaret, vt hac sententia illi monerent inquirere de Christi veritate, & pulsare ianuam Scripturarum, Legis, & Prophetarum, vt veram agnitionem assequi possent, eũdemque putat huius sententiæ esse sensum cum illa Ioan. 5 Scrutamini Scripturas. nobis autẽ iam fide manifestata aliter hæc sententia conuenit, qui alia non debemus inquirere, quam quę fide tam nobis sunt notificata. alia adfert Tertullianus in hunc sensum. At verò ex ijs, quę & in commẽtario, & in annotatione dicta sunt, constat hæc verba non ad inquisitionẽ intellectus, sed ad conatum voluntatis referri debere, vt petamus magna intentione, & cõstantia, vti dictum est; idq; contextus manifesto indicat, Chrysostomus q; ęteriq; Doctores sunt interpretati.

Quis autem ex vobis Patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem?

COMMENTARIA.

POst primum documentum, nẽpe non si statim, quod petimus, non obtinemus, ab oratione, & precibus cessandum, sed perseuerandum esse quærendo, & pulsando; adhibet secũdum documentum in oratione obseruandum, nempe Deum non dare petentibus, quæ petunt, qñ illi putant se bona petere, ac conuenientia, & re uera non sunt; sæpe.n. ignorant hoĩes, quæ petunt arbitrantes perita sibi cõducere; Deus aũt, qui nihil ignorat, tã quam uerus, & clemẽtissimus Pater, ea non dat, quę si sciuissent, qui petũt, ea non peterent. hęc aũt sunt triplicis generis, nempe inutilia, nociua, & mala, puta peccata, & illicita. qñ ergo aliquid petimus Patrem, existimãtes bonum nobis, & tñ aut inutile, aut noxium, aut malum est, non dat Deus, quia patris est consulere filijs, & ignorantias eorum emendare. Hoc documentum tribus explicat exẽplis. Quis est, inquit, qui petat patrem panẽ, & dat illi lapidem pro pane? quis est, qui petat pisce, & ille dat serpentem? quis est qui petat ouum, & ille dat scorpionẽ? profecto nullus pater sic se gerit erga filios: nec ergo Deus, quẽ patrẽ oramus, per lapides inutilia, per serpẽtes noxia, per scorpionem mala, & illicita significantur. docemur igitur orationem debere esse assiduam, & quasi importunam; & Deũ aliqñ negare petita, quia non sic petimus. rursus oratione debere esse vtilium, & bonorũ, ut exaudiamur à Deo tamq̃ à Patre; si.n. illa non dat, qñ sub specie boni, & utilis petũtur, nempe panis, piscis, & oui, multo minus dabit, quando talia esse agnoscentes petimus.

ANNOTATIO XXVI.

ADuertendum est Cypriani epist. 52. Qua de ad Antonianũ, quæ hĩ lib. 4. ad epist. *cent, qua* 2. assimare, scopum huius parabolæ, seu *qua vi* exem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tria sunt à Deo petenda.

exempli eum esse, scilicet docere pietatem Patris cœlestis, qui si viderit filium, à quo offensus est, conuersum, & penitentē, non irascitur contra eum, sed misericorditer suscipit, non scorpionem, non serpētem, aut lapidem porrigendo. connectit. n. Cyprianus hanc paraboläm, seu similitudinem cum illa de filio prodigo, eandemque scopum vtriusq; tradit. At reuera contextus hic non admittit hanc explicationem, loquitur. n. de qualitate, & modo orandi, ac petendi, vt assiduc, & constanter petamus, & sciamus petenda vtilia, & conuenientia, non noxia, & inutilia. Rectius Chrysostomus hom. 24. in Matthæum, scopum, ac finem horum exemplorum explicat, nempe eum esse, petenda esse, quæ decent, & quæ vtilia sunt, Deumq; tamquam Patrem negare perita, quia talia non sunt sicut & patres apud nos negant filijs suis, non tamē Chrysost. distinxit hos tres gradus inutilium, noxiorum, ac illicitorum, seu malorum, quæ his tribus exemplis indicantur, vt in commētario exposuimus, licet apud Matthæum duo priora tantum legantur, scilicet de pane, & lapide, ac de pisce. & serpente Lucas solus addidit tertium de ouo, & scorpione. Aduertendum autem est nō sic dictum esse, quis est, quisi petat, lapidē, serpentem, aut scorpionem, det illi? quia nemo est, qui talia petat, sicut nemo est, qui petat noxia, mala, & inutilia à Deo, agnoscens esse talia, & si peteret, vituperabilis esset oratio, & vtique non exaudiret à Patre Deo; quod si Deus concederet, aut permitteret talia, non exaudiret ut Pater, sed potius puniret, vt iudex His ergo exēplis intrēdit Dominus docere, homines sæpe petere, quæ vtilia putant, bona ac conuenientia, etiam oratione laudabili. (execrantur. n. ignorantia) petita verò talia non sunt, qualia existimantur, quæ Deus cum Pater sit, non dat, cum nec qui petit, talia petere, aut obtinere intendat, neq; hoc est non exaudire rogantes, imo maxime exaudiuntur, si eorum intentio consideratur: non enim vellent obtinere noxia, mala, & inutilia, immo vti diximus, talia petentibus dare, non exaudire, sed punire est. Hāc doctrinam extendimus & exemplis cōfirmauimus in commentarijs in Ioannem c. 16. Anno. 31. idcirco nunc hac brevitate contenti sumus, quæ ad explicationē præsentis sententiæ sufficere existimamus.

ANNOTATIO XXVII.

Quid Dominus significauerit his tribus exemplis propositis.

DVbitatio occurrit, quid Dominꝰ his tribus exēplis significauerit, ad quā respondet Augustinus lib. 2. quæst. Euang. cap. 22. & Epist. 121. ad Probam. cap. 8. nē pe panē charitatem significari, cui opponitur cordis duritiēs per lapidem significata: pisce uero fidem. vt. n. piscis aquarum vndis non retinetur, sic fides fluctibus huius sæculi non frangitur, cui opponitur serpens, significās fallaciam, quam primo homini male suadendo præseminauit. Ouo autem significauit spem; ouum enim nondum est fœtus perfectus, sed fouendo speratur. cui opponitur scorpio, cuius aculeus venenatus retro timendus est, quod contrarium est spei, quæ respicit ea, quæ ante, non quæ retro sunt. Sensus igitur est. Deus petentibus charitatem, fidem, & spem, non dat duritiem cordis, fallaciam, & ea, quæ contraria sunt spei. Hæc ex Augustino. Quę non uidentur scopo harum similitudinum respondere, qui ut ante diximus, est, Deum non semper petita concedere, eo quod quæ petuntur, conuenientia non sunt, etiamsi talia petentibus videantur, quod de charitate, fide, ac spe dici nō potest. Idcirco aliter dubitationem soluendam duximus, quæ. n. petimus, bona sunt: bonorum autem quædam honesta, quædam utilia, quædā delectabilia sunt. illa nempe honesta panē significantur: vt enim panis cibus est solidus, & quotidianus, sic honestis uti potioribus, & solidioribus continuo pasci debemus. Vtilia autem significantur pisce, qui obsonium potius est, non ad victus necessitatem, sed ad quandam utilitatem pertinens. Ouo autē delectabilia indicantur, eibus. n. delectabilis, & communis et pauperibus est. Christus. n. exempla posuit eorum quæ ad victum moderatum spectant. Hæc tria bona petitione digna sunt, & tam in spiritualibus, quam in temporalibus reperiuntur. opposuit aūt Dominus his tribus, pani, pisci, ouo, lapidem, serpentem, scorpionē, non solum quia his tribus significantur tria mala opposita, inhonesta, inutilia, & noxia, sed ēt quia istæ locutiones sunt proverbiales. Existimo enim sicut apud Latinos, & Græcos sunt prouerbia hæc, nempe (Altera manu fert lapidem, altera panē ostentat) & (pro Perca scorpium) est enim perca genus quoddam piscium apud Hebræos fuere hæc tria, quæ Saluator proponit, quibus significat, filijs petentibus bona non solere patres reddere mala, & contraria ijs, quæ petuntur. vnde concludit, multo minus Deum id facere cū ijs, qui eum petunt, vt oportet.

Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quāto magis Pater vester de cœlo dabit spiritū bonum petentibus se?

COMMENTARIA.

EX similitudinibus positis infert, & concludit per locum à minori. Si igitur, inquit, vos, qui mali estis, id est, soliti, & inclinati alijs malum inferre, nostis, id est, cōsueuistis, filijs vestris data, & munera bona dare, quanto magis Pater vester de cœlo, id est, qui de cœlo est, seu cœlestis, scilicet nō malus, sed bonus, benignus, & beneficus (in cœlo enim nihil malum est) dabit spiritum bonum, id est, bona spiritualia, ac cœlestia ijs, qui petūt ab eo? argumentum à minori est, nempe si ijs, quibus minus ineſt bona dare, dat, potius dabit is, cui magis inest. Spiritum bonum appellat bona vera, & spiritualia, quæ non inutilia, noxia, aut inconuenientia sunt, sed necessaria, vtilissima, & salutifera, quæ Matthæus bona simpliciter vocauit. quod si dat maiora, dabit, & minora, quę sunt tēporalia.

Deus dicitur esse Pater in cœlo, & de cœlo.

ANNOTATIO XXVIII.

Varia lectiones superioris sententiæ.

QVod ad literam spectat, Ambr. lib. 1. de Spiritu sancto ca. 5. testatur apud Lucam legi, Pater vester de cœlo dabit. sicque legunt aliquot exemplaria Latina, eamque lectionem recepit editio præsens emendata. in multis vero exemplaribus Græcis, quę nunc sunt, legitur. Pater vester, qui est de cœlo; sicq; legit Euthymius, vnde aliqui vertunt, Pater vester cœlestis; quædam habent vtrumque, scilicet. Pater vester cœlestis de cœlo dabit. Nos autem emendata exemplaria secuti interpretati sumus (de cœlo) connectentes tamen cum verbo (Pater) tum vt exemplaribus Græcis conformaretur Latina editio (in illis enim est articulus relatiuus, nempe, qui de cœlo) tum quia Matthæus in eadem sententia habet, (qui est in cœlo), tum demū vt responderet illi, vos cum sitis mali, Pater autem vester bonus, vtpote de cœlo. Dicitur autem Deus pater esse in cœlo, & de cœlo. in cœlo propter præsentiam, quia ibi est, & ibi videri solet à beatis: de cœlo autem propter bona cœlestia, & spiritualia, quæ ad nos inde mittit, vnde in Litania Ecclesię canimꝰ, Pater de cœlis Deus miserere nobis. Dicitur autem de cœlo Pater ad significandum Deum vera bona dare; in cœlo enim malum nullum est, sed quod vere bonum. Aduerte rursus illud (Data) esse substantiuum nomen, ac si diceremus, bona dona. Aduerte præterea ex Ambrosio in citato loco, vbi affirmat in quibusdam exemplaribus non legi (Spiritum bonum) sed (bonum datū) Augustinus vero Epist. 121. ca. 8 legit, bona. sicut apud Matthæum cap. 8. legimus (bona) absque alio substantiuo adiuncto. Communis tamen lectio, quam ipse Ambrosius magis sequi videtur, habet (spiritum bonum) & interpretatur Spiritum sanctum ipsum, qui dicitur dari ratione donorum, & gratiarum, quæ sunt ipsius effectus: at accommodatius intelligemus spiritum hic appellari dona ipsa, & gratias Spiritus sancti, sic enim Lucas cum Matthæo conuenient, qui non spiritum, sed bona in plurali numero dixit, quamuis enim quæ Matthęus narrat, dicta fuerint Apostolis, & alio tempore; quæ vero Lucas Discipulis postea; eadem tamen sunt.

Cur homines dicantur mali.

Superest ergo explicare, cur mali dicantur homines. quando enim dicit, vos cum sitis mali, omnes homines significare voluit. Chrysostomus hom 2 . in Matthæū, dicit homines dici malos cōparatione bonitatis diuinę; & eorum amorem, malignitatem respectu dilectionis Dei. verba eius sunt: Malos dicit non vituperans humanam naturam, neque mortalium genus malum esse pronuncians, sed ad exprimendum ignorantiæ inter Deum & homines pergrande discrimen, amorem patrum malignitatem vocat; tanta quippe est in illo excellentia charitatis. Hæc ille. Hieronymus aūt Matth. 7. eodem modo interpretatur; causam tn in comparatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

expiimit, nempe homines dici malos respectu diuinæ clementiæ, propter eorum inclinationem ad malum, sic enim ingt. Notandum quod Apostolos malos dixerit, nisi forte sub Apostolorum persona omne hominum damnatur genus, cuius, ad comparationem diuinæ clementiæ, ab infantia cor ad malum positum est. Nec mirum si homines huius sæculi dixit malos, cum & Apostolus Paulus memoret, Ephe. 5. Redimẽtes tempus, quoniam dies mali sunt. Hæc ille. Aduerte autem Græce haberi nomen. πονηρος, quod non malum, sed malignum, id est, qui malus est, & malum infert, significat vnde hoc vocabulum dęmoni mihi tribui solet in Scriptura, qui per antonomasiam malignus dicitur. dicũtur autem maligni homines, quia malignitatis capaces sunt, & ad malignitatem procliues, & soliti inuicem sibi iniquè nocere. At Deus ab his longe abest, qui natura malignus esse nõ potest, sed benignus, & misericors. hinc argumentum à minori affirmatiue deducitur: Si homines tales cũ sint, filijs suis petentibus bona tribuunt, non mala, quanto magis Deus Pater non bona, qualia homines dant, sed maiora, cęlestia, nempe & spiritualia dabit? & si dat maiora, consequens est, vt det etiam minora, qualia sunt temporalia, quibus iusti opus habent.

Et erat eijciens dæmonium.

COMMENTARIA.

TRansit Euangelista ad miraculũ quoddam narrandũ, quod quantum ad ordinem temporis, cum præcedentibus non habet connexionem, quod etiam significat Euangelista, dũ non vtitur particula aliqua tempus indicante, sed absolute sermonem continuat: immo miraculi huius historia tempore precedit missionem Apostolorum, & eam, quæ Discipulorũ fuit, cuius meminit Lucas. Erat ergo Christus eijciens dæmonium à quodam homine obsesso ab illo. Modus hic locutionis per verbum imperfectum, nempe (erat eijciens) notat Pharisæos protulisse verba sequentia cõtra Christum tunc, quando Christus dæmonium hoc eiecit.

ANNOTATIO XXIX.

Series, et ordo rũ gestarũ.

REfert hoc idem miraculum, & historiam Matthæus, sed non seruato ordine temporis cum præcedentibus: nam vt ex Marc. 3. deduci videtur. hæc gesta sunt ante missionem vtramque Apostolorum, & Discipulorum ad prædicandum: Marcus autem solus ordinem temporis in hac parte seruasse videtur. nec enim semper Euangelistæ tempora obseruarunt in narrandis Christi gestis. Aduerte autem Matthæum cap. 9. Simile miraculum alterum referre, nempe de dæmonium habente, & muto, quem curauit Christus, sicut & hũc; tamen is non est, cuius nunc meminit Lucas, sed alter, quem etiam Matthęus c. 12. refert, cuius causa Christus sermonem copiosum habuit, probans se non dæmoniũ virtute dæmonica eijcere. quem sermonẽ narrat Matth. cap. 12. in præsenti.

Et illud erat mutum.

COMMENTARIA.

DEicitur dęmonium mutum ab effectu, quia hominem, quẽ obsidebat, effecerat mutum, impedita loquendi vocemque proferendi facultate. potest enim dæmon Deo permittente membrorum corporis, ac corũ facultatem, actiones, motus, & opera impedire. non ergo natura, sed dæmonij malitia homo iste mutus erat.

ANNOTATIO XXX.

Quales fuerit, et quam dæmonis malitia mutã fe cit.

CHrysostomus hom. 41. in Matthęum, & Euthymius in præsenti asserunt hunc hominem non natura, sed dæmonij malitia mutum fuisse, idq; Euangelista significat dicens dęmonium fuisse mutum, quod non est, nisi quia dæmonium effecerat hominem mutum. Aduerte præterea Matthęum affirmare hunc hominem non tantum mutum, sed & cæcum fuisse. oblatus est, inquit, dæmonium habens, cęcus, & mutus. Tertullian. lib. 4. cõtra Marcion. Chrysost. hom. 41. & Titus Bostrenus in Lucam, ac Euthymius in præsenti, addũt fuisse etiam surdum, quod deduci videtur ex vocis significatione: nam κωφος, mutũ, & surdum significat. idque videtur factũ, quia qui natura muti sunt, auditu etiã cazent. Huic consentit Augustinus lib. de

vera, & falsa pœnitentia cap. 9. vtens enim hoc testimonio ad ostendendum: vnum mortale peccatum non dimitti manente altero, sed simul vtrumque, inquit: Sunt plures, quos pœnitet peccasse, sed non omnino, reseruantes sibi quædam, in quibus delectentur: non animaduertentes, Dominum simul surdum, & mutum à dæmonio liberasse, per hoc docẽs nos numquã, nisi de omnibus sanari. Hæc ille. At nõ mihi videtur hoc esse adiungẽdum, cum Lucas vocabuli Græci ambiguitatem, & multiplicitatem, tollat dicens, locutus est mutus. Si enim nomen præcedens κωφοῦ, pro muto, & surdo accepisset, vtique dixisset, locutus est, & audiuit. Nec obstat natos natiuitate esse surdos: nam qui accidente aliquo muti fiunt, auditus facultate non priuantur. quod si supra diximus, Zachariam patrem Ioannis opera Angeli mutũ effectum, fuisse etiam surdum, id ea ratione affirmauimus, quia Scriptura insinuabat; dicitur enim, innuebant patri eius, quasi verbum non posset percipere auditu. at de hoc muto potius indicat Scriptura surdum non fuisse, vti diximus. Huic consentit Hieronymus Matth. 12. & post eum Beda. Tria, inquiunt signa in vno homine perpetrata sunt. cæcus videt; mutus loquitur; possessus à dæmone liberatur. Hæc illi. Permittit autem dęmonio hæc facere exterius, vt significet ea, quæ facit interius in ijs, qui per peccatum se ipsos illi dedunt; procurat enim tenebras multiplices inducere in intellectum, ne videant, nec considerent mala, quæ agunt, & bona, quæ perdunt: hæc voluntatem, quantum potest industare, & retardare, ne ad Deum se affectu, quasi voce, se conuertant. sicq; mutum, & cæcum facit peccatorem. Augustinus lib. 1. quæstionum Euang. cap 3. hunc cæcum, & mutum significare dicit eum, qui non credit corde, nec confitetur ore, quæ duo ad salutem necessaria docet Paulus, dicẽs: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Rom. 10.

Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus.

COMMENTARIA.

ADdæmonis expulsionem mutus locutus est; tũ enim impedimẽtum rem otium erat; non enim hic homo mutus erat natura, sed exterinseco obstaculo dæmonis. muti autem locutio circumstantibus liberationis eius à dæmone manifestum fuit argumentum. Quid autem locutus sit, Euãgelista non explicat: probabile tamen est fuisse verba laudis, & encomium illius, qui eum à tanto malo liberauerat.

ANNOTATIO XXXI.

An ad solam ejectionẽ dæmonis locutus fuerit esse mutus.

MAtthæus, qui hominem hunc cæcum, & mutum dixerat, ab vtroque liberatum fuisse refert. Curauit, inquit, eum ita, vt loqueretur, & videret. Difficultatem autem facit, quod dicit (curauit cũ ita vt loqueretur, & videret) verbum illud (curauit) videtur non ad solam expulsionem dæmonij illum hominem locutum fuisse, & vidisse, sed vltra eiectionem aliquid aliud Christum fecisse, vt loqui posset ille homo, ac videre eo maxime, quia dicit: Curauit eum ita vt loqueretur, & videret. Respondeo primo, verbum curandi etiam extendi ad liberationem à dæmone, ita vt qui ab eius vexatione ereptus est, dicatur curatus, idque ex Matth. 4. constat, vbi sic dicitur; Obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & Lunaticos, & paralyticos, & curauit omnes. Ecce verbum curandi ad omnia antecedentia refertur, inter quæ natura tur, qui erant à dęmonibus obsessi, & dicuntur curati. Respondeo secundo (quod probabilius existimo) dęmonium effecisse hominem mutum, non solum detinendo organum, & instrumenta loquendi, sed ẽt nocumentum & læsionem inferẽdo; vtroque enim modo dęmoniũ facere potuit, ne homo loqueretur: posteriori modo factum esse cum hoc homine existimo: vt enim dęmonium Deo permitteate nocet corporibus hominum, ac membris, ita permissum est vt lęderet organa vocis, & visus hominis huius. Vnde eo ejecto remanserunt læsa, & percussa, vt nõ posset homo loqui, ac videre, nisi Christus repararet, & refarciret, quod saucium erat; ob id Matth. dicit, curauit eum ita, vt loqueretur, ac videret. Lucas aũt cum aitecum ejecto esse dæmonium mutum esse locutum, intelligendus est, quia simul Dominus virtutis q

Universidad de Deusto
Biblioteca

præstitit,& expulsionem dæmonij,& læsorum instrumentorum sanationem. Huic doctrinę consonant,quę supra ex Hieronymo,& Beda retulimus,nempe tria miracula in vno homine conuenisse.mutũ loqui, cæcum videre,obsessum liberari. Si autem ex solo dæmonis extrinseco impedimento mutus & cęcus ille esset, vnicum tantum miraculum esset, scilicet liberatio à dæmonij obsessione.

Et admiratæ sunt turbæ.

COMMENTARIA.

SImplices turbæ, quæ nullo inuidię,aut odij contra Christum tenebantur affectu,tam insigne, & insolitum effectum cernentes,admirantur; nondum enim eum esse Christum,filiumque Dei crediderant; ideo admiratæ sunt.

ANNOTATIO XXXII.

Admiratio tanti miraculi quid in turbis effecerit.

MAtthæus magis hoc explicat,dicens, & stupebant omnes turbę,& dicebãt; Numquid hic est filius Dauid? admiratio tãti patrati miraculi induxit turbas in suspicionem,& inquisitionem quandam,an esset Messias promissus, quem soliti erant Iudæi per quandam excellentiam appellare filium Dauid, quia ipsi promissus,& de eius semine venturus erat,quem admiranda effecturum ex prophetarum oraculis didicerãt; solet enim admiratio magni & insoliti alicuius effectus inducere homines in causę inquisitionem, indagationę, & notitiam, sic istę turbæ admiratę veniũt in suspitionem,& disceptationem eũ esse Christum & Messiam. Aduerte turbas admiratas etiam fuisse, quando similem alium hominem dęmonium habentẽ mutum liberauit Christus,tunc autem turbę non dixerunt,Numquid hic est Christus; sed aliud minus,scilicet,Numquam sic apparuit in Israel: at vero in hoc miraculo maius quid conceperunt dicentes; Numquid hic est filius Dauid?

Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia.

COMMENTARIA.

QVi vero odio, ac inuidia Christum prosequebantur, tanto miraculo viso non in suspicionem,ac disceptationem,an esset Messias, inducti sunt;sed in malam partem accipiẽtes, affirmarunt Christum dæmonia eijcere in virtute superioris cuiusdam dæmonij,dicti Beelzebub, quasi cum eo conuenerit, pactusque sit vt dæmonia inferiora sic ille expelleret, vt ipse Christus expellere videretur; sunt enim dæmonia superiora, & inferiora, nec omnia æqualem habent virtutem, vnumque superat alterum, sicut fit inter homines. Videbant hi Iudæi maligni opus factum esse supra vires hominis,& præ odio nolentes diuinæ adscribere virtuti,in dæmonij superioris potestatem retulerũt, peiores multo in hoc,quam Magi Pharaonis, vt recte notauit Athanasius in tractatu de blasphemia in Spiritumsanctum ad Serapionem: nam Magi videntes signa Moysis dixerunt; Digitus Dei est hic. at Pharisæi maiori opera Christi experti sunt, & dixerunt: In Beelzebub eijcit dæmonia.

ANNOTATIO XXXIII.

Concordia Euangelistarum.

MAtthęus sic habet: Hic non eijcit dęmonia, nisi in Beelzebub Principe dęmoniorum. quę verba eundem habent sensum cum verbis Lucę. Marcus autem cap. 3. Sic scribit. Beelzebub habet,& quia in principe dęmoniorum eijcit dęmonia. illud,Beelzebub habet,idem significat, ac Beelzebub familiarem,& amicum habet, & cum eo pactum fecit, inde est, quod in eius virtute eijcit dęmonia. Hanc blasphemiam Matthęus dicit Pharisęos protulisse, Marcus autem Scribas. veritas ex vtroque colligitur,nempe hos & illos hęc verba protulisse. Lucas vero generaliter dicit quosdam sic dixisse; Matthęus autem explicat occasionem verborum; Audientes,inquit,hoc Pharisęi dixerunt: nimirum cum audissent turbas, dicentes: Nunquid hic est filius Dauid? Pharisęi, vt ab hac credulitate turbas auerterent, dixerunt: In Beelzebub eijcit dęmonia. Scelus profecto, & peccatum grauissimum hoc est; qui enim debuerant turbas docere,& ad agnitionem Christi eas adducere, non tantum hoc non prestant, sed aà recta via

via auertunt,& lumen accensum in eis extinguere conantur,vt verum sit,quod contra eos dixit Dominus Matth.23. Claditis regnum cęlorum ante homines; vos.n. nos intratis,nec introeũtes sinitis intrare.

Beelzebub q.d.

Aduerte autem Beelzebub nomen fuisse idoli Accaron, quæ est ciuitas Palestinę,vt cõstat ex 4. Reg.1. dicebatur.n.Baal, seu Beel; at Hebræi, vt testatur Hieronymus Matt.9.nõe spurcissimo illud nominabant,nempe Beelzebub,id est,idolũ,seu deum muscarum; musca enim spurcũ est animal,vt dicit Hieronymus,quę extermi nat suauitatem olei. Vt autẽ ex hoc loco constat,is princeps dæmoniorum putabatur,qui supra omnia dæmonia erat. Iudęi enim existimabant dæmonia Palæstinę fortiora ijs,quæ erant in Iudæa. Illud autem Accaron,quod omnium putabãt primum,Beelzebub forsan ironice appellabant,falsam diuinitatem eius illudentes, cum ipsi eum, qui verus est Deus colerẽt.

ANNOTATIO XXXIV.

An quisquis potest in principe dęmoniorũ eijcere dęmonia.

DVbitatio est,an quispiam in principe dæmoniorum possit dęmonium eijcere. Origenes hom.23.in Num.& Athanasius lib. de corporali aduentu Christi hũc locum adducũt,idque fieri posse affirmãt. & ratio est, quia sicut inter nos homines vnus alio potentior est,maioribusque viribus præditus potest ab aliquo loco alterũ expellere;sic etiam dæmones id inter se efficere valent. Duobus igitur modis potest vnus alterum expellere. aut vi,quia potentior est;aut pacto aliquo,quia vt homines peccare faciant,ac perdant cõueniunt inter se,vt ad imperium vnius alius recedat. de priori modo isti blasphemi Iudæi locuti sunt; idcirco principi dæmoniorum id adscripserunt, qui potentior est alijs. Est etiã altera causa, cur principis huius meminerunt, nempe quia Christus multa genera dæmoniorum, & plurima eijciebat, ideo non alteri, quam principi eorum, id tribuerũt,qui omnium est robustissimus; non enim dixerunt in singulari,eijcit dæmonium. sed eijcit dæmonia. Attende autem Athanasium in decretis Nicænæ Synodi cõtra Arianam hæresim, ponderasse horum calumniatorum malitiam. qui nõ timuerunt, nec erubuerunt tantum miraculum adscribere dæmoni apud eos, qui propter illud in opinionẽ venerant,Christum esse Messiam. Verba illius sunt hęc: Malebãt se potius impios haberi, dũ Beelzebub operum Christi auctorem volunt, quam repudiare suam ipsorum malitiã. Hæc ille. De calumnię huius falsitate dicemus paulo inferius in explicatione argumentorũ Christi cõtra calũniatores hos. Aduerte adhuc alias eandem calumniam hos Christo imposuisse, nam Matthęi 9. Christo eijciẽte simile dæmoniũ, dixerũt, In principe dęmoniorum eijcit dęmonia.

Et alij tentantes, signum de cęlo quærebant ab eo.

COMMENTARIA.

PRiores miraculum dęmonij eiecti calumniati sunt,virtuti principis dæmoniorum adscribentes;hi vero,de quibus nunc est sermo, non sic calumniati sunt, sed de eo miraculo non cõtenti,maiora miracula à Christo non exigunt, nempe de cęlo,sicut Elias fecit, qui ignem de cęlo descendere fecit in quinquagenarios viros, & sicut Iosue,qui Solem stare fecit,aliaque similia;hæc autem petunt tentantes Christum, non vt ei credant, sed potius vt confundant; putabant enim illum talia facere non posse.aut etiam tentantes dicuntur, quia experiri virtutem eius volebant per talia signa, priusquam ei crederent.

ANNOTATIO XXXV.

Diuersi effectus ex eisdẽ miraculis in animis Iudęorum.

DAemonio eiecto,& homine muto statim loquẽte, tres effectus valde diuersi consecuti sunt:turbæ enim admirantur; quidam vero Scribę & Pharisæi dęmonio rum principi miraculum adscribunt;quidam autem alij etiam ex Pharisęis,& Scribis tentant Christum, miraculum de cęlo petentes. pro quorum declaratione sunt aliqua notanda.

Tentantes isti ex Scribis, & Pharisæis erãt.

Primo quidem,vt ex Matthęo constat, cap.12.hi, qui sic tentant, ex Scribis, & Pharisęis erant, nec statim accesserunt ad petendu signa hæc de cęlo,nisi post verba Christi, quibus calumniatores redarguit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendens se nõ in principe dęmoniorum eijcere dæmonia. post hunc enim sermonem, inquit, Matthæus, tunc respondẽrũt ei quidam de Scribis, & Pharisæis, dicẽtes: Magister volumus a te signum videre: quibus etiam Christus respõdet, eosq; arguit. Lucas autem vtrumque prius coniunxit, nempe calumniam & tentationem, postea vero ad vtramque responsum Christi.

Quomodo hi tentasse dicantur.

Secundo Euthymius existimat hos dicei tentasse, quia credebant Christum talia signa non posse facere, quasi vt ex impotẽtia eius eum confunderent, & subsannarent. & hoc probabile est. Possumus etiam dicere, tentasse dictos esse, quia experiri volebant virtutem eius, nondum certi an id facere posset, siue facerent ob fidem, sibi ob curiositatem, arguendi tamen & reprehẽdendi erant, vt inquit, Hieronymus Matt. 12. quia sic petunt noua signa, quasi quæ facta erant, signa non fuissent; aut vt dicit Chrysostomus hom. 44. in Matth. petunt signa quasi nulla facta fuissent.

Quid nunc cęli intelligatur, cum petũt isti signa de cęlis.

Tertio idem Euthymius cęlum interpretatur ipsos cęlestes orbes, quasi peterẽt signa circa Solem, Lunam, aut stellas fieri: at Hieronymus & Beda aerem interpretantur, qui in Scriptura sæpe cęlum dicebant, inquit, de cęlo signa, siue quia in morem Eliæ ignem de sublimi venire cupiebant, vel in similitudinem Samuelis tẽpore æstiuo contra naturam loci mugire tonitrua, corruscare fulgura, imbres tucre. Hæc Hieronymus. At nos in commentario vtrumque complectimur: nam in Scriptura vtraque miracula per Prophetas tã de cęlo, id est, aere, quam de cęlo, id est, orbe cęlesti facta legerant: nam Iosue Solem stare fecit, & per Isaiam Dominus reuerti fecit Solem decem lineis in horologio, vt habetur Isa. 38. & Isaias cap. 7. dixit Achaz: Pete tibi signum, siue de cęlo sursum. de aere autem iam retulimus exẽpla ex Hieronymo. Hæc ergo isti per Christũ fieri cupiebãt, & vt recte Hieronym. dicit, vane, quia calumniari etiam ista potuissent, dicentes etiam magos signa de cęlo dedisse. potuissent etiam alijs modis calũniari, sicut fecerant de alijs miraculis.

Quarto. hoc ipsum postea petierunt quidam ex Pharisæis, & Saducæis, vt refert Matthæus ca. 16. accessẽrunt, inquit ad eũ Pharisæi, & Saducæi tentantes, & rogauerunt eum, vt signum de cęlo ostẽderet eis. Cur autẽ Dominus huic petitioni annuere, de cęloq; signa dare noluerit, dicemus inferius, cum explicauerimus, quæ Dominus ad hos responderit.

Ipse autem vidit cogitationes eorũ.

COMMENTARIA.

REsponder primo ijs, qui calumniabantur eum in Beelzebub eijcere dæmonia. respondet autem ad cogitationes illorum; quamuis enim quidam eorũ verbo calumniam protulere; alij tamen siue ab his seducti, siue propria malitia excitati, eandem calumniam corde solo conceperunt, ipsamque mẽte retinebant. ad omnes autem hos Dominus respondet, ideo cogitationes vidisse dicitur. per hoc ẽt Euangelista significat hos Pharisæos, & Scribas, qui exterius calumniati sunt, non solũ verbo adscripsisse Beelzebub opus Christi, sed etiam mente, quia ita credebant, sicuti loquebãtur. cætera lege in annotatione.

ANNOTATIO XXXVI.

Cum calũniatores isti fuerint sermone, & cogitatione, cur adeo singulares illorum cogitationes refellat.

HOs calumniatores non tantum cogitatione, sed etiam verbo protulisse calumniam Euangelista significat: Quidã, inquit, ex eis dixerunt, in Beelzebub eiicit dæmonia. Verbum dixerunt, loquelam indicat exteriorem. Dicit autem Chrysostomus homil. 42. in Matthæum, hos summissa inter se voce protulisse ita. vt putarent Christum audire nõ posse. verba eius sunt: Arcana, inquit, cordium ipsorum, quæque inter eos secrete agitabant profert. Cur autem non fuerint ausi palam hæc loqui ita, vt scirent Christum audire. factum puto, tum timore, ne tam falsa, & impia calumnia à Christo repelleretur cũ ipsorum dedecore; tum ne locum darent Christo sua respõsione dedocendi turbas, quibus illi persuadere tentauerat in Beelzebub eiecisse dæmonia. Hæc ille. Quod autem Christus ad cogitationes eorum responderit, vt virtutem suam, in qua miracula edebat, manifestaret, sicque illos conuinceret se non in Beelzebub eijcere dæmonia, testantur Hieronymus Matth. 12. & Chrysostomus homil. 42. in Matthæũ. verba Hieronymi sunt hæc: Dominus nõ ad

ad dicta, sed ad cogitata respõdit, vt vel sic compellerentur credere potentię eius, qui cordis videbat occulta. Hęc ille. Chrysostomi autem verba sunt: Quod ideo per egit, vt hoc signo mentitos eos esse aduersus ipsum, confirmaret, quoniam non sit dęmoniaci arcana hominum nosse. Hæc ille. Huic doctrinæ posset opponi, quia Pharisæi calumniatores non cogitatione sola, sed verbo etiam calumniam protulerunt, quamuis occulto, & inter se: hoc autẽ scire non erat argumentum virtutis diuinę: nam & dæmõ verba occulta nosse potest. respondeo vt in commentario, nõ omnes verbo protulisse calumniam, sed sola mente; Dominus autem omnibus respondet: aut etiã quia plus malitiæ mente retinuerunt, quam verbo expresserunt; Christus autem etiam ad ea, quæ cogitarunt, respõdet. hoc autem est argumentum diuinæ virtutis, vt hi doctores notarunt.

Dixit eis.

COMMENTARIA.

NE calumnia tam impia, & falsa Pharisęorum, & Scribarũ, turbæ remouerentur à sua admiratione, & opinione recta, quam de ipso conceperant, Christus respondet, efficacibus argumentis refutans, & diluens oppositam calumniã. Similiter etiã, vt quantum est in se, à calumniantiũ mentibus tam pernicioſas auerteret cogitationes, eos de falsitate, & impietate conuincens; demum vt suam mãsuetudinem, & clementiam omnibus manifestaret, qui tãta iniuria affectus, nec ira commotus est, nec veritatem docere renuit.

ANNOTATIO XXXII.

Summa sua clemẽtia, et mansuetudine Christus docet se non ejcere dæmonium de dæmonis virtute.

MArcus cap. 3. refert Christum conuocasse hos calumniatores, vt conuinceret eos calumniæ: Conuocatis, inquit, eis, in parabolis dicebat illis. parabolas appellat exempla, quę subsequuntur. Chrysostomus hom. 42. in Matth. notat non sola cognitionum notitia, sed ẽt hac tanta clemẽtia, & mãsuetudine Christum ostendisse, se non in virtute dæmonis dęmonium eiecisse, & miracula facere: Non est, inquit, dęmonij, tanta clementia, mansuetudine, humanitateq; vti. docet nos etiam Christus ita nos mites erga inimicos esse. vt quãuis aduersus nos ea dicant, quæ nulla ratione nituntur, quorumq; ipsi nequaquam conscij simus; non conturbemur tamen, neq; commoueamur, sed æquo animo ipsis omnium rationem referamus. Hæc ex Chrysostomo. Qui rursum inquirit, cur cũ alias hanc calumniam Pharisæi protulerint, vt constat Matth. 16. non respondent Christus tam efficacibus rationibus, sicut nunc respondet autem, dicens. tum quidem non increpauit, nec quicquam ad hoc re spondit, sed partim à dignitate doctrinæ ad cognoscendam omnipotẽtiam suã inducebat. verum quoniam in nequitia eo rum perseuerantes eadem dictabant, rẽdit nunc, vt deitatem suam ostẽdat. Hęc Chrysostomus. Adde si nunc ẽt dissimulasset calumniam repetitam efficaciter refellere, & illi audaciores efficerentur ad eandem inferendam, & turbæ in suspicionem aliquam venire potuissent tanto silẽtio viso.

Cur Christus aliu hac calũnia respondit à Phari sæis affo ita effica cater re spõderit, vt nunc

Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet.

COMMENTARIA.

PRobat Dominus, se non eijcere dæmonia in virtute Beelzebub, sumitque argumentum à communiter accidentibus. accommodans se audiẽtium capacitati, ac propositionem argumenti statuit. Regnum, inquit, in se, id est, aduersum se diuisum discordia, & mutua contentione, non stabit diu, sed desolabitur: domus etiam supra domum, id est, contra se ipsam diuisa, cadet; si enim domus partes non cohærent, cito domus corruit. concordia enim paruę res crescunt, discordia autem maximæ dilabuntur. hæc est argumenti, & syllogismi propositio.

ANNOTATIO XXXVIII.

ILla sententia: Domus supra domum, sic intelligenda est, vt subintelligaẽ participium (diuisa) nempe domus aduersum se diuisa cadet. sic interpretatur Euthymius, & ad sic interpretandum inducunt verba Matthæi 12. Omnis, inquit, ciuitas, vel domus aduersum se diuisa non stabit. vt sint duo exẽpla regni, & domus. eodem modo dicit Marc. c. 3. Si domus, inquit, super se-

semetipsam dispartiatur, non potest domus illa stare. quæ verba declarant apud Lucam non intelligenda esse hæc sic, qua si domus sint multæ, vna contra alteram, sed vna contra se diuisa. more autem Hebræo loco relatiui ponitur idē antecedens, domus supra domum.

Si autem, & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnū eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia.

COMMENTARIA.

PErficit argumentum, & syllogismum, assumpta secunda propositione, & facta illatione sic; Satanas diuisus est in se ipsum, id est, regnum Satanæ, & dæmoniorum in se diuisum est: igitur regnum eius stare, & perdurare non potest; totus igitur syllogismus hic est: omne regnum in se diuisum desolabitur: regnum Satanæ est in se diuisum. igitur eius regnum desolabitur. illam autem secundam propositionem probat ex ipsorum Phariseorum dictis: Quia, inquit, vos dicitis me in Beelzebub eijcere dæmonia, quasi diceret, si verum est, quod dicitis, me eijcere dæmonia in Beelzebub, consequitur regnum eius in se ipsum esse diuisum, & sic non poterit diu permanere. Huic argumento supplēdum est sic. at cum notum sit regnum Satanæ diu permansisse, & permanere; necessario sequitur non esse diuisum, & consequenter me non eijcere dæmonia in Beelzebub. argumentum enim hoc est deducens calumniatores ad confitendum; quod aperte falsum est. Satanam appellat omne dęmoniū, quod nobis aduersatur, id enim nomen Hebręum significat. dicit autem Satanā, id est, regnum dæmonij.

ANNOTATIO XXXIX.

Satanę nominis varia apud Patres interpretatio.

QVod ad nomē Satanæ spectat, varia est apud Patres interpretatio; nomē .n. est Hebræum. Primo quidē Irenęus li. 5. c. 21. Satanam idem significare dicit, qđ apud nos apostatā, seu desertorem. Hic n. doctor videtur hoc nomen deriuasse à verbo Hebręo שטה quod significat præuaricari, auertere, declinare inde שטן Satan, seu Satanas, quasi declinator, auersor, seu desertor, & apostata apud Græcos.

Secundo loco Iustinus in dialogo cum Tryphone, conuenit ex parte cū ista interpretatione, differt tū qā cōpositum putat à Sata, à verbo שטן qđ significat deserere apud Hebręos, & à Vas, qđ significat serpētē; נחש nachas. n. apud Hebręos significat serpētem, eoq; noīe appellat Gen. 4. & ab vtroque nomen compositum est Satanas.

Tertio loco Hieron. in epist. ad Marcellam de ægrotatione Blesillæ, & in Matth. ca. 16. & ante ipsum Origenes tract. 1. in Matth Satanā interpretantur aduersariū, seu contrarium: deriuant. n. à verbo שטן, qđ significat detrahere, aduersari, cōtrariū esse, & hæc est cōis interpretatio, cui Scriptura fauet, quę in ea significatione vtitur noīe isto. dr enim 3. Reg. 5. Non est Satan, neq; occursus malus, & 1. Paralip. cap. 21. Consurrexit Satan aduersus Israel, & Matth. 16. vade post me Satan. quibus in locis apertum est significare aduersarium, neq; illa terminatio, Satanas, mutat nomen, sit enim additio Græca, sicut in multis nominibus Hebraicis assumuntur in Græco, & Latino quędam terminationes; qđ. n. Hebræi Satan vocant, Græci, & Latini dr Satanas, sicut qđ est apud Hebręos Saul. dr Græce, & Latine Saulus. non aūt qđ sit nomen cōpositum, vt putat Iustinus. Est aūt aduertendum nomen hoc esse cōe, nempe vt significet aduersariū, vt in locis allegatis constat. per quandam aūt excellentiam appropriatus dæmoni, qui supra oēs aduersarios contra nos est. sic dr. 1. Pe. 5. Aduersarius vester diabolus circuit quærens, quem deuoret, sicq; accipitur Zach. 3. Satan inquit stabat aduersus eum, vt aduersaretur ei. Hoc igitur in loco nō accipitur p aliquo dęmonio singulari, quasi sit nomen proprium vnius, sicut Beelzebub nomen est principis, sed significat oē genus dęmoniorū, vt sit sensus, si dęmonia nobis aduersaria, iter se diuisa sūt, regnū eorū nō stabit; nō. n. dixit Beelzebub, qā vn⁹ cū sit, nō pōt esse diuisus ī se, sed noīe vsus ē cōi & principi, & oībus sequacib⁹, & ministris eius, iter multos nāq; diuisio, & pugna est.

Quid sit Regnum Satanæ.

ANNOTATIO XL.

REgnum huius Satanę appellatum potestas ꝓmissa dęmonib. à Deo in homines, qua eos tentant, & ad peccandum inducunt, quā maxime in eos exercent, quos ad peccatum trahunt. ab hac potestate dicitur princeps huius mundi Ioann. 14. & princeps potestatis aeris huius, spiritus qui operatur in filios diffidentiæ, vt dicit Paulus Ephes. 2. de qua potestate, & principatu alias plura diximus, & adhuc infra dicemus. Dicit ergo Christus, si dæmonia inter se diuisa essent, ac mutuo pugnantia, non esset potestas hæc tandiu in mundo perdurans: cum igitur regnum dæmoniorum istud tam antiquum, & perseuerans sit, argumentum est ipsa nō dissidere, sed concordia esse in his, quæ contra homines sunt. Huic rationi, & argumēto posset quispiā obijcere, quod supra diximus, & verum est, posse vnum dęmoniorum eijcere alterum. Huic obiectioni respōdeo primo. non negari à Domino posse per vnum dęmonium potentius expelli alterū, sed non posse id fieri sine diuisione, & ruina illorum regni, sicut nō negat Christus posse vnum regnum esse in se ipsum diuisum, sed posse sic esse sine desolatione sui. Secundo non est sermo de vno aut altero dæmonio expulso, nā & regnum hominum non desolabitur, si vnus aut alter homo diuisi sint inter se, sed quando magna multitudo, & præcipuè regni partes diuiduntur. sic autem res se habebat cum Christo, nam non vnum aut alterum dæmonium, sed innumera, & legiones eorū expellebat, & hoc ipsis repugnantibus, & reclamantibus, vt constat ex Euangelio, hoc autem non poterat fieri per principē dæmoniorum sine diuisione, & consequēter sine desolatione regni illorum. Quod notauit egregie Athanasius lib. de Christi incarnatione, & corporali eius aduētu. vbi sic hunc locum explicuit, Non igitur ex pacto expellebat Christus dæmonia, quia renitentia, & illato eis dolore ac tormento eijciebat, quod, & ipsis Iudæis erat manifestum, nec etiam vi per virtutem principis illorum, quia sic regnum diuisum esset, nec permanere poterat, & hoc est, quod Christus primo isto argumento probat. ob id non in singulari, sed in plurali loquitur, eijcit inquit dæmonia, non vnum aut alterum, sed integras legiones eorum, & quodcunque siue magnum, siue paruum.

Confirmatur ratio data ex solutione obiectionis.

Si autem ego in Beelzebub eijcio dęmonia, filij vestri in quo eijciunt?

COMMENTARIA.

ALtero argumento calumniā eorum repellit, est aūt argumētū, quod logici appellant ad hoīem, qn ex dictis, aut factis proprijs quispiam cōuincitur. Erant apud Iudæos multi exorcistæ, qui adiurabant dæmonia, & expellebant; cum. n. ille populus fidelis esset, ac verū cultum Dei hŕet, non deerāt in illo, qui Dei inuocatione talia facerent. Iudæi igitur viderant hos dæmonia multa eijcere, nec talem calumniam illis inurebant, sed eorū facta commendabant. argumentatur ergo Dominus, si ego in Beelzebub eijcio dęmonia filij vestri in quo eijciēt? quasi diceret, vnum, & idem opus in illis probatis, quia filij vestri sunt, in me autem damnatis. non igitur rem, sed personam respicitis, cum & illi multo inferiores sint me in hoc ipso opere præstando. nam ego in propria, ac virtute mea, nō vnum, aut alterū, sed innumera dæmonia eijcio, & hominibus ipsis confero sanitatem.

ANNOTATIO XLI.

Quidcātur à Christo cum Iudæis loquente, filij vestri.

CHrysostomus hom. 41. in Matth. illud (Filij vestri) interpretatur Apostolos, & Discipulos Domini, qui iam eo tempore dęmonia eijciebant. superiori. n. cap. dictum est: Domine in nomine tuo etiam dæmonia subijciuntur nobis. Addit Chrysostomus non dixisse Dominum: Discipuli mei. aut Apostoli mei. sed filij vestri. vt siquidem, inquit, ad eandem cum illis animi nobilitatem venire velint, magnam hinc opportunitatem, & occasionem nanciscantur. si autem ingratitudine ac sopore mentis in nequitia permaneant, nulla sibi ratio ad excusationem relinquatur. Hæc ille: quasi diceret, ut nomine filiorū Iudæos calumniatores aut conuertat, aut inexcusabiles faciat.

Hieronymus autem Matth. 12. duas profert interpretationes, vna est, vt per filios hosce intelligantur exorcistæ, qui in eo populo erant, & dęmonia ad Dei inuocationem eijcere solebant, vt sit sensus. Si dæmo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæmonum expulsionem in filijs vestris non dæmoni, sed Deo tribuitis, cur in me idem non facitis? Altera est, vt per filios intelligamus Apostolos, qui de stirpe gentis illius erãt, & dæmones eijciebant. quæ interpretatio magis à Hieronymo probatur, & est Hilarii can. 12. Matthæi, & Athanasii lib. de cõmuni essentia Patris, Filii, & Spiritus sancti, & cõuenit cum Chrysosto. aliqua ex parte. dico autẽ, aliqua ex parte, quia Hieronymus Apostolos interpretat, at Chrysost. Apostolos & Discipulos, qui plures erant, quos dæmonia tunc tẽporis expulisse superius ostẽdit Lucas, qũ à prædicatione reuersi dicebant. Etiam in nõe tuo subiiciuntur nobis dæmonia. Quamuis aũt non negem vtramq; sniam Chrysostomi nempe, & Hieronymi, probabilẽ esse, mihi tñ magis accommodata videtur ea, quam priori loco refert Hieronymus, nempe populi exorcistas appellari filios, non quidem generaliter intelligendo, sed de exorcistis Christo aduersarijs, quibus Pharisæi calumniam imponere non poterant. Et iuxta illam alteram sniam de Apostolis, & discipulis, eidem calumniæ expositum est argumentũ; cum. n. exosos haberẽt Apostolos, & discipulos Christi pp ipsum, dicerent ẽt ipsos in Beelzebub eijcere dæmonia: cum præsertim dictum sit Matth. 10. Si Patrẽfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? quam calumniam non insserunt Christo non adhærentibus, sed potius partes cæterorum Iudæorum, & Pharisæorum sequẽtibus, quos ideo Christus vocauit filios eorum, non solo sanguine, sed ẽt moribus et incredulitate. fuisse autem exorcistas in illo populo etiam ante Christi aduentum, constat ex Actis Apostolorum c. 19. vbi legimus septem filios cuiusdam Sacerdotis, qui appellanẽ exorcistæ: refert ẽt Iosephus lib. 8. Antiquitat. c. 12. quendam Eleazarum nomine de illo populo, coram Vespasiano, & toto exercitu illius, dæmonia eiecisse; cum. n ille populus veram fidem, & cultũ Dei habuerit, ẽt prophetas, & exorcistas à Deo obtinuit. Druthmarus vero affirmat quod à Iosepho sumptũ, nempe Salomonem docuisse quosdã adiurãdi modos per inuocationem nominis Dei, quibus illi vsi expellebãt dæmonia, quod probabile est: iam tñ apud eos virtus hęc defecit fide & cultu Dei ablato. De horũ exorcistarum numero existimo fuisse illum, de quo supra cap. 10. dixerunt Apostoli: Vidimus quendam in nõe tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. existimoque non hũc solum, sed alios multos hoc idem fecisse, qui in nomine Christi dæmonia expellebant, quis ipsum non sequerentur, quod ẽt illi filii Sceuæ tentarunt post resurrectionem facere. Act. 19 Vt aũt virtus Christi manifestaretur, placuit Deo ẽt per illos, qui Christum non sequebantur ante resurrectionem & mortem, dæmonia eiicere, & forsan de his est sermo nunc, filii vestri in quo eiiciunt? quasi diceret, multi eiiciunt dæmonia, nec eos criminati estis, quin potius recepistis, & eorũ opera vsi estis, quia filii vestri sunt, & partes vestras sequunt, & tã illi in meo nomine ea expellũt, quomodo ergo potestis hanc mihi calumniã imponere? Iuxta istam explicationem argumentum Christi efficacius est, & magis conuincit aduersarios. Recte autem notat Tertullianus lib. 4. contra Marcionẽ, non esse hoc dictum, quasi Christus sugillaret filios istorum in Beelzebub eiicere dæmonia; tunc. n. argũ procederet, nempe si Satanas aduersus Satanã diuisus est, qũo stabit regnũ eius? quin potius significare voluit illos ẽt ĩ virtute Dei eiicere dæmonia.

Ante Christi aduentũ fuerunt in populo Iudaico exorcistæ.

Ideo ipsi iudices vestri erunt.

COMMENTARIA.

DEducit ex argumento facto hoc filios eijcientes dæmonia futuros argumentum iudicij & damnationis calumniatorum, non quod ipsi iudicabunt eos, quasi iudices, sed quod argumentum & ratio iustę damnationis accipietur ab illis; iuste enim damnantur isti calumniatores, quia dæmoniorum expulsionem per Christum adscripserunt Beelzebub, & eandem per filios suos factã tribuerunt Deo, cum hi & Christo inferiores multo essent, nec tam mirabiliter ea expulerint, immo eorum multi in nomine Christi eiecerint. Sumitur ergo ratio iustæ damnationis, & iudicij cõtrã calumniatores Christi ex filijs istis.

ANNOTATIO LXII.

Quamuis do hi futuri iudices dicãtur ea calumniatorum.

HIeronymus Matth. 12. duas interpretationes adfert, vna est, vt dicantur iudices, non quod ipsi proferant iudicium, sed quod erunt quasi & causa, & ratio, ex qua sumetur argumentum iusti iudicij, & damnationis calũniatorum; cui interpretationi adhærere vt Chrysost. hom. 41. in Matth. Altera est, vt dicantur iudices, quia ipsi iudicabunt, sicut dictum est de Apostolis: sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. & huic interpretationi accedit Hieronymus ipse, & est Hilarii can. 12. in Matthæũ, & quadrat eorum expositioni: nam per filios vestros ipsi interpretantur Apostolos: at vero nobis magis placet prior interpretatio, eaque phrasis frequens est in Scriptura; dictum. n. est Matth. 12. de Niniuitis, & Regina Austri, quod in iudicio surgent, & condemnabũt generationem Iudæorum, non quod sententiam damnationis proferent, sed quod ab eorum pœnitentia, & opere, apparebit iusta damnatio Iudæorũ, suntq; alia multa loca in Scriptura in hac significatione, conuenit autem hęc interpretatio cum nostra expositione, qui per filios interpretati sumus exorcistas, quorum non erit in iudicio proferre sniam.

Porro, si in digito Dei eijcio dæmonia: profecto peruenit ĩ vos regnũ Dei.

COMMENTARIA.

POstquam calumniatores falsa, & impia dicere conuicit, ex rationib. & argumẽtis factis tacite infert, se in digito, id est, virtute Dei expellere dæmonia, vt sit sensus, & connexio sic: Cum non eijciam dæmonia in Beelzebub, consequitur me eijcere in Spiritu sancto & virtute Dei, id est, & Messias promissus, cuius aduentu regnum Dei, id est, gratiæ, & iustitiæ, ac sanctitatis futurum est, quasi diceret, expelletur regnũ diaboli, quod in homine exercuit, & regnabit Deus in hominibus; si. n. virtus Dei est, quæ dæmonia eijcit, regnũq; eius destruit, consequitur aduentasse regnum Dei, desolans dæmonij regnum; non enim hoc nisi per illud potuit destrui & desolari, particula (porro) loco (autem) posita est, vt ex Græco nomine constat.

ANNOTATIO XLIII.

Collatio variarũ lectionũ huius loci.

IN primis, quod ad verba spectat, notanda est lectio, quã sequitur Augustinus, eamq; interpretatur lib. 1. quæst. Euangel. ca. 3. nimirum sic: Quod si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. interpretatur aũt in hũc sensum, si ego vt uos dicitis, eiicio dæmonia in Beelzebub ẽt ſm vestram opinionẽ peruenit in vos regnum Dei, nam Beelzebub regno diuiso & consequenter desolato, necesse est Deum regnare, regnumq; eius aduenire. Hanc lectionem habet Euthymius in commentario in Lucam, licet ipsemet in commentario Matthæi. affirmet legẽdum, si ego in digito Dei, vt nos legimus. quę lectio est communissima in Græcis, & Latinis exemplaribus; ac Hieronymus Matth. 12. ac Chrysost. hom. 41. in eundẽ affirmant, quod apud Matthæũ dr: Si in Spiritu Dei, apud Lucã haberi; si in digito Dei. si. q; legit Athanasius orat. 2. contra Arianos; & in lib. de incarnatione Christi, & Ambrosius in psenti, & Tertullian. lib. 4. contra Marcio. & Gregor. hom. 10. in Ezech. & hęc lectio amplectẽda est, adde illam lectionem facere sensum incongruum; non. n. tm mysterium aduentus regni Dei probandum erat ex suppositione tã impia, si ego in Beelzebub eiicio dæmonia. Aduertẽdum ẽt est Tertullianum lib. 4. contra Marcio. legere interrogatiue posteriorem partem, nimirũ, ergone appropinquauit in vos regnũ Dei? at nostra exẽplaria legũt affirmatiue, & sensus est idẽ.

ANNOTATIO XLIIII.

Quanta valeat hęc cõsequentia, Si in digito Dei, &c.

AT interrogabit quispiam, cui principio nitatur ista consequentia, si. si in digito Dei eijcio dæmonia, pueuit in vos regnum Dei, nonne ante aduentum Christi in carnem, eiiciebantur dæmonia ab exorcistis, vti prius diximus? non tamen inde sequebatur aduenisse regnum Dei. sensit hanc difficultatem Chrysostomus hom. 41. in Matth. idcirco dixit, quia prædictum fuit per prophetas hæc futura tẽpore aduentus Christi, ideo recte deduci, si eiiciebantur dæmonia, regnum Dei i. Christum

Universidad de Deusto
Biblioteca

stum aduenisse. Hæc responsio non oĩno quadrat; non.n.hoc signum aduẽtus Christi expresse in prophetis legimus. facilius dici posset, Christum dæmonia eiecisse, sicut & alia signa faciebat, nimirum in suæ prædicationis veritatem,& testimonium, quo se missum a pãtre probabat, seq; esse Messiam ostendebat, si autem id ita non esset; non vtique in digito Dei dæmonia expulisset;non enim miracula virtute diuina fiunt,in falsitatis testimonium.Hæc autem in commentarijs in Ioannem plenius discussimus.

Quidper Spiritũ, & digitum Dei intelligẽdum. Et quare Spiritus sãctus dicitur digitus.

Quod verò ad rem pertinet, cum apud Matthæum legatur, si in Spiritu Dei eijcio dæmonia,apud Lucam verò,si in digito,Hieronymus, Chrysostomus, Ambrosius,& alij affirmarũt,idem esse, digitum, & Spiritum. At verò quid per Spiritũ Dei intelligendum sit,non constat;nam Ambrosius in præsenti, Hieronymus, & Gregorius locis citatis dicunt esse Spiritũ sanctum, inferũtq; Spiritum sanctum dici digitum Dei, idque etiam Athanasius lib. de incarnatione Christi,& Greg.Nazianz. orat.5. theologica indicarunt, dicentes in Scriptura Spiritum sanctum appellari digitum Dei. Cur autem Spiritus sanctus dicatur digitus,explicat August.lib.2.quæst. Euang. cap.17. r imirum propter multiplicitatem donorum eius, verba ipsius sunt ha ec:Idcirco dr Spiritus sanctus digitus Dei propter partitionem donorum, quæ in eo dantur,vnicuique propria siue hominum,siue Angelorum; in nullis enim mẽbris nostris magis apparet partitio,quam in digitis.Hæc August. eademque docuit Gregorius hom.10.in Ezech.possumus,& alterã rationem assignare; vt.h.notat Athanasius lib.de incarnatione Christi, & Hieronym.Matth.12.Sicut Spiritum sanctum Scriptura appellat digitum : ita Filium vocat brachium.,Isa.53.Brachiũ Domini cui reuelatum est? aut vt dicit hic Ambrosius,dextera Patris dr. dicimus,ergo,sicut brachium a corpore,digitus autẽ ex brachio,& corpore,ita filius a Patre,& Spiritus sanctus a Patre,& Filio,procedũt. vnde infert Hieronymus,sicut corpus,brachium,& digitus,vna sunt substantia, ita etiam Pater,Filius,& Spiritus sanctus,nec est attendenda inæqualitas membrorum, quia ees personæ æquales sunt,sed vnitas potius corporis & substantiæ adiũgit Hieronymus hũc esse illum,quem Magi Pharaonis confessi sunt in Moyse, quando Exod.8. dixerunt digitus Dei hic est, & in quo tabulæ lapideæ scriptæ sunt in monte Syna.Deuter.9.

Hæc sunt,quæ isti Patres docent. At verò possemus dicere,tam Spiritum, quam digitum significare virtutem Dei,vt idem sit,in Spiritu,& digito Dei facere,quod in virtute Dei facere, & non in virtute dæmonis, vt illi calumniabantur. vnde per Spiritum non persona Spiritus sancti, sed virtus Dei significatur,sicq; interpretatur Euthym.Matth.12. & vt id sentire Chrysost. hom.41. quod nos in commentario recepimus, & huic magis consonant loca allegata à Hieronymo Exod.8. & Deut.9. in quibus Moyses dicitur in digito operatus,& tabulæ in eodem digito scriptę. Hoc ẽt sensit antiquissimus Tertull.lib.4.contra Marcion. vbi affirmat digitũ Dei hoc in loco appellari virtutem creatoris, eaq; voce vti voluisse Christum, vt ostenderet se commemoratorem,non obliteratorẽ ue tustatis suorum; dictum. n. erat à Magis Pharaonis, digitus Dei hic est, idest,virtus & potentia creatoris, subiunxit etiam Tertullianus causam, cur virtus Dei digitus appelletur, ad significandum, inquit, quod vel modicum virtutis Dei fortissimum est.

ANNOTATIO XLV.

Quidper regnum Dei hic in loco ꝓ gustetur.

EXplicandum adhuc est,quod sit hoc regnum Dei,& quid sit quod regnũ hoc dicatur peruenisse ad eos,scilicet Iudæos, quibus loquebatur Christus. Quãtum ad primum scilicet regnum Dei, Hieronymus tres interpretationes affert, vna est, ut regnũ hoc sit ipse Christus,de quo Luc. 17.dictum est:Regnum Dei intrà vos est, quia scilicet,medius vestrum stetit,quem vos nescitis. Altera est, vt regnum hoc sit id, de quo Matthæi 3.dictum est,Appropinquauit regnum cœlorum. Tertia est: ut regnum sit sacra Scriptura,de quo dicitur Matthei 20.auferetur à nobis regnum Dei. Hæc Hieronymus. Primam interpretationem sequitur Chrysost. hom.41. in Matt.vt idem sit peruenisse regnũ Dei, quod aduenisse Messiam & Christum. secundam interpretationem non explicat Hieronymus, nam cęlorum regnũ potest intelligi vita æterna,quæ est in cęlesti patria, sicq; intellexit Druthmarus, aut potest intelligi Ecclesia militãs Euangelica, in qua regnat Deus in hominibus data remissione peccatorum, & reconciliatione facta hominis cũ Deo, & data gratia per quam iustificantur,& digni fiunt Deo, & victoriam contra dæmones, cæteroſq; inimicos consequuntur, sicque intellexit & interpretatus est Aug.lib.1. quæst.Euãg. c.4.nos in commentario primam & secũdam interpretationem Hieronymi cõplexi sumus,nempe Christũ aduenisse.& statum Ecclesiæ eius,in qua regnat Deus,dæmonis potestate contracta & debilitata, quam exercet contra eos,qui volunt ei adhærere,& gratia Christi vti nolunt.

Hinc sequitur responsio ad secundum, nempe peruenit ad vos regnum Dei,idem enim est quod aduentasse Messiam,& eius regnum,ac Ecclesiam in ipso fundandam. sic Hieronymus,sic Chrysostom. explicarunt. At verò Druthmarus existimans illud,peruenit ad vos regnum,significare illos impios & incredulos Iudæos de regno esse,interpretatus est hæc verba,quasi per ironiam dicta,& in sensu contrario, nimirum si in digito Dei eijcio dæmonia,non peruenit ad vos regnum Dei,propter incredulitatem & impietatem vestram.ista autem interpretatio prꝛterquam quod singularis est, & cõtra communem interpretationem Patrum, dura est,& vix accommodata sententiæ, nam peruenisse ad eos regnum Dei,est iam Messiam ad eos missum esse,iam Euangelium illis prædicari, ad Christi fidem, & Ecclesiam eos primos ante omnes gentes vocari, quæ omnia vera sunt,etiamsi ipsi increduli,& impij extiterint.

ANNOTATIO XLVI.

Soluitur argumẽtũ quod ex verbis Christi posset aliqs retorquere in ipsum

DIligenter consideranti hunc contextũ occurret difficultas quædã circa eius intelligẽtiam,nimirum. Christus sic argumentatus est contra calumniatores. si Sathanas in se ipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius ? significare volens, si in Beelzebub eijceret ipse dæmonia, tunc diuisum regnum esse, nec stare posse, quod tamen stare ac permanere notum erat. Hoc argumentum posse retorqueri nũc,alicui videri posset, nempe si regnum Dei peruenit, si virtus Dei est contra dæmonia, quomodo stat regnum Satanæ ? nam multo efficacior est virtus Dei ad desolandum regnũ Satanæ,q̃ virtus Beelzebub pugnantis contra alia dæmonia. Ad hanc difficultatem tollendam respondeo nonnulla. primum est.argumentum Domini procedere de præterito tempore, nimirum si dæmonia inter se diuisa sunt,& inter se exercent dissidia, ac mutuas habẽt pugnas, quomodo stat hactenus regnum eorum, nam si in Beelzebub Christus dæmonia eijciebat, id esse non poterat, nisi quia dæmonia etiam ab antiquo inter se diuisa erant, vtebaturque Christus vna parte nempe eorum principe contra aliã. Secundum est,argumentum hoc de digito Dei est de tempore futuro, quod in Christo incipiebat, per quem regnum dæmoniorum erat desolandum, multo potentius, quam si dæmonia inter se dissiderent. Tertium est,argumentum primum procedere de integra desolatione regni dæmoniorum,si enim diuisa essent,perijsset iam omnino regnum,quod in hominibus tenent,tentando,persequendo, inducendo in peccata, nihil horum efficerent occupati mutuis dissidiis,& alterutrum se impedientibus,his eijcientibus illa,& quibusdam defendentibus,ac protegentibus, quibusdam oppugnantibus homines, & maxime priorem partem sequentibus potentioribus, nempe eorum principe cum sequacibus. Omnino ergo desolaretur regnum eorum tali diuisione. At regnũ Dei hoc præsenti tempore non omnino tollit regnum dæmonis;adhuc enim tentat,adhuc nocet.adhuc in peccatum inducit,sed diminutum est magna ex parte, data hominibus virtute per gratiam, vincendi, & resistendi. & dæmonis opera in propriam vtilitatem conuertendi, hoc est regnum Dei, quod tunc incipiebat peruenire ad Iudæos, postea vero in fine temporis omnino desolabitur regnum dæmonis,quando ablata potestate tentandi,& nocendi iustis, dæmonia in infernum detrudentur, iusti autem in uitam æternam, & in cœlestem patriam transferentur, vbi nullus est aduersarius, nũc ergo manet dæmonis regnum cum regno Dei, sed debilitatum, & conquassatum.

Quomodo nunc regnum dæmonis à regno Dei non sit omnino sublatum, postea in fine tẽporis omnino desolãdum.

Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt ea, quę possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.

COMMENTARIA.

TErtio argumento calumniã eandem refellit, quod ab exẽplo, & similitudine quadam sumit, & vtrũq; probat, nẽpe se non in Beelzebub, sed in digito, ac uirtute Dei expellere dæmonia. argũ tale est: Ego Beelzebub alligo, eius arma in quibus cõfidebat, aufero, vasa diripio, spolia distribuo, ergo eo fortior sum, probat hanc consequentiam similitudine, quia cũ fortis armatus defendit atrium, conseruat, quę habet, ar si fortior eum inuadit, & vincit, eius arma aufert, cęteraq; facit, quæ dicta sunt; nec ea efficeret, nisi eo fortior esset. igitur in uirtute atq; in digito Dei ejicio dęmonia, non humana, quæ inferior est uirtute dæmonis, Dei iam aduentasse, nempe Messiã & regnum eius. Hęc est argumẽti uis & explicatio, & perpẽde efficaciam eius, illi dicebant: In Beelzebub eijcere dæmonia: at Christus probat non solum non in eo eijcere, quin potius ipsum ligasse, uicisse, arma abstulisse, &c. fortẽ appellat Beelzebub principem dęmoniorum propter uires, & potẽtiã eius, quia non est potestas in terra, quæ cõparetur ei, vt dr Iob. 41. Armatus dr armis peccatorum nostrorum; tãto. n, maiores uires exercet in hoiem, tantoq; minus ei resistere, eumq; lædere possumus, quanto magis peccaris inficimur, & debilitamur. atrium suũ in pace possidebat, quia hoies peccato subiugatos habebat, nemine eorũ uasente ab eius tyrannide se liberare. fortior hoc est Christus, qui inuadẽs eũ, & uincens abstulit arma; agnus. n. est, qui abstulit peccata mundi, in quib. dęmon confidebat se uictoriam cõsequi cõtra hoiem, spolia eius distribuit; magnam. n. hoĩum partem, quę illius imperio uincta tenebãtur, liberauit, eos qui in limbo detinebantur, educẽdo, & plurimos, qui in terra illius partem sequebantur, ad se cõuertendo, & nariis gratię ac Spiritus sancti donis, muneribusq; implendo.

ANNOTATIO XLVII.

OMisit Lucas quædam, quæ Matthęus c. 12. & Marcus c. 3. referunt, quibus, si quæ Lucas dicit, connectamus, sententia fiet manifestior. Matthæus sic habet: Aut quõ potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum eius diripiet? Hæc eadem dixit Marcus nõ interrogando, sed negando; interrogatio. n. æquialet absolutæ locutioni, sic. n. inquit. Nemo põt vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget, & tunc domum eius diripiet. His adiungit Lucas, quasi reddens causam, nempe, cum. n. fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt, quæ possidet; si aũt fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia distribuet. Hic est totus contextus huius argumenti: ex Matthæo aũt constat hoc esse nouum argũ ad probandum, non ejci à Christo dæmonia in Beelzebub; illa. n. particula (aut) posita loco (alioqui) id indicat, quasi diceret, alioqui si in Beelzebub, & non in digito Dei eiicio dæmonia, qũo possem ipsum ligare, & eius vasa diripere? ex toto hoc cõtextu colligimus, quæ Christus aduersum hunc fortem effecit, ipsum inuasit, vicit, arma abstulit, ligauit, ingressus domum eius, vasa diripuit, spolia distribuit; quorum singula explicanda sunt.

Ex collatione cũ aliis Euangelistis hic explicatur.

ANNOTATIO XLVIII.

IN primis Beelzebub principem dæmoniorum esse cum, qui comparatur forti armato custodienti atrium suum, testantur Chrysostomus hom. 41. in Matth. & Augustinus lib. 1. quæst. Euang. cap. 4. & ex ipsomet contextu argumenti deducitur, quamuis in ipso qui caput est, totum reliquum corpus inferiorum dæmoniorum quæ ipsi adhærent, & contra nos cũ eo

Dæmoniorum princeps quare fortis armatus cõparatur.

eo conueniunt intelligatur. dicitur autem fortis, vt expliceat Irenæus lib. 3. c. 8. respectu nostri, quia fortior est nobis, iuxta illud Iere. 31. Redemit Dominus Iacob. & eripuit eum de manu fortioris eius. Christus solus Deus & homo, est absolutè fortis; quæ aũt fuerit fortitudo hæc, exponit August. lib. 1. quæst. Euang. c. 4. quia tenebat hoĩes in peccato, ne se ab illo possint viribus suis eruere; nemo. n. à peccato, nec à tentatione inimici propria virtute liberatur, sed succumbere necesse est; gratia autem per Christum facti sumus illo fortiores, & vt à peccato liberemur, & tentationibus illius resistamus. Dici etiam posset diabolus fortis absolute, quia re vera magnæ potentiæ est & virtutis, quamuis finitæ; vt. n. ex Aristotele habemus, quędam dicuntur magna respectiue; gigantum enim milij magnum dicimus respectu alterius minoris, licet re vera parum quantitatis habeat, ac montem magnum absolutè dicimus, quia absolute quantitatis & molis plurimum habet: ita dæmonium fortẽ vocare possumus absolute, sicq; Hieronym. & Chrysostomus appellant, licet Christus sit illo fortior; non enim obstat aliquem dici absolute fortem, quod sit alter eo fortior. Ecce quis sit fortis hic, nimirum princeps dæmoniorum. Armatus autem dicit, & rectè; habet enim arma offensiua, quibus nocet nobis, & quibus defendit se etiam, ne lędatur à nobis. In cuius declarationem nõtandum est, quod dicit Basil. in hom. quod non simus affixi his rebus temporalibus. vbi assimilat dæmonem latronibus viarum, qui se abscondunt sub arboribus, ne videantur à viatoribus, prius quam deprædentur. sic dæmones faciunt cum suo principe, abscondunt se sub specie bonorum huius sæculi; nemo. n. cõsentiret dæmoni tentanti, si per se ipsum accederet, appetitus. n. hominis refugeret, & abhorreret; sed accedit proponendo delectabilia, vtilia, & apparentia bona huius sæculi, vt ad vere malum, scilicet peccatũ, attrahat; aut deterrendo sub specie apparentium malorum, vt a vero bono retrahat, sicq; tentat tamquam latro, vnde Saluatorem tentaturus accessit panes præsentando, & gloriam huius mundi offerendo, aut demum per aliqua, quæ in creatura sunt bona, in errorem inducendo. sic persuasit multis, creaturas esse deos. Hęc sunt arma huius fortis offensiua, quibus nocet ad peccatum inducendo, & defensiua, quibus se tuetur, ne repellatur, & repulsus vincatur ab homine. propter hæc omnia dictum est à Salomone sap. 14. Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationẽ animabus hominum, & in muscipula pedibus insipientium. Prauæ etiam affectiones animi nostri sunt potentissima arma defensiua & offensiua dęmonis cõtra nos, nostris. n. prauis concupiscentijs appetitibus, ac dissidijs abutitur sub ijs se abscondit, ea contra nos excitat, ac per ea ad perniciem trahit. sunt etiam vitia ac peccata arma ipsius offensiua, nam per vnum vitium trahit ad multa: mirum est, quanta mala in homine per ambitionem, & auaritiam operetur. Demum nostra mẽbra corporis arma sunt ipsius offensiua, de quib. dicit Paulus Rom. 6. neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. His omnibus diabolus cum suis satellitibus armatus est contra hominem, & hæc dicuntur arma fortis.

Dæmonis arma quæ.

ANNOTATIO XLIX.

EXplicandum nunc est, quæ sit huius fortis domus, Matthæus. n. & Marcus domus istius meminerunt. Hieron. y. hanc domum interpretatur mundum istum sẽsibilem, in quo diabolus versatur decipiẽs homines, vnde Ioann. 14. dicitur princeps huius mundi, & Ephe. 2. dicitur princeps potestatis huius aeris. Irenæus lib. 3. c. 8. domum hanc interpretatur homines, qui erant in apostasia, nempe idololatræ, in quibus habitabat dæmon per peccatum, & apostatam a vero Deo, & hæc interpretatio accommodatior est, nam paulo inferius dicitur: Reuertar in domum meam, vnde exiui. quæ verba sunt dæmonis respectu hominis, quem possidebat. cum igitur ante Christi aduentum maximam hominum partem detineret in idololatria, & diuersis scelerum & peccatorum generibus, dicebatur habitare, quasi in domo quadam in homine. possumus vtranque interpretationẽ coniungere, vt & domus principis dicatur hic sensibilis mundus, in quo ille uersabatur cum suis ministris, & homines etiam, in quibus modo particulari per peccatum inhabitabat. Hæc de domo.

Domus fortis huius quæ.

AN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO L.

Quid atrium fortis armati.

DIcitur etiam, vt ex Luca constat, habuisse atrium, cum inquit, Fortis custodit atrium suum. Atrium Græce αὐλὴ dicitur: Est autem atrium locus quidam apertus, & vacuus ante ædes ipsas expositus, Itali *Cortile*, vocant, soleteq; esse in magnis & amplis domibus. Quidam recentiores positum putant pro domo ipsa, at reuera distinctio est: nam custodiæ solent poni ante primam portam domus, vbi atrium est. Hoc dicitur fortis iste custodisse, & dum hoc custoditur, aditus in domũ non patet inuadenti. Atrium igitur dæmonis erant ignorantiæ, & tenebræ, quibus totus fere mundus inuoluebatur, notitia veri Dei, & eorum, quæ ad salutem necessaria erant, exclusa; hoc atrium conabatur diabolus custodire, & conseruare, ne lux cœlestis intraret, sciens dum hoc atriũ custodiebatur, & tenebatur, in pace esse omnia, quę possidebat, nec ab hominibus, in quibus habitabat, expelli se posse, nec Deum in homine habitaturum. De harum tenebrarum atrio dictum est Isa. 60. Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. sunt etiam alia multa Scripturæ loca, tàm noui, quam veteris testamenti, satis cuilibet nota.

ANNOTATIO LI.

Quæ sint huiusmodi vasa

ADhuc explicandum est, quæ sint vasa huius fortis. Primo loco Irenęus lib. 3. c. 8. interpretatur eosdem hoïes, qui dicti sunt domus fortis. domus quidem, quia inhabitat in eis dæmon per peccatum, & maxime per idololatriam; vasa autẽ, quia vtitur eis dæmon, quemadmodum vult. Hoc idem Hieronymus sentit.

Secundo loco Chrysostomus hom. 41. in Matt. dupliciter interpretatur; vno modo, vt vasa diaboli, & Beelzebub dicantur dæmones inferiores eius ministri, quorũ opera vtitur contra nos; altero modo, vt vasa dicantur omnes homines, qui male viuendo adhærent illi, & vtranque interpretationem complectitur.

Tertio loco August. lib. 1. quæst. Euãg. c. 5. & lib. 20. ciuit. c. 7. & 8. vasa dicit esse infideles, eos maxime, qui ad Christum cõuertendi sunt.

Quarto loco Euthym. in Matt. dicit, vasa apud Matthæũ idem significare, quod arma apud Lucã: nam in Scriptura arma dicuntur vasa Psal. 7. In eo parauit vasa mortis, nempe sagittas: at verò non sic est; distincta. n. sunt, vt ex interpretatione cõstat.

Quinto loco Druthmarus putat ipsos homines à dæmonio vexatos dici vasa illius, cuius sententiæ meminit Euthymius nomine tacito. adducit Druthmarus aliã interpretationem, nimirum homines potentes, per quos diabolus multa operatus est, dici vasa eius. In cuius declarationem nota, vasa dæmonis non dici quoscumq; malos, sed quosdam, per quos tamquam per instrumenta suum principatum conseruabat, & promouebat, eos nimirum, qui alios decipiebant, falsam eius religionem tuebantur, quales erant philosophi illi gentium, qui graues, & pernicioſos errores seminarunt in populis contra salutis veritatem; quales etiam principes terræ ni, qui idololatriam tuebantur, populosque in ea tenebant, & promouebant; hi vasa dæmonis dicuntur, & vasa iniquitatis. tales sunt nunc hæresiarchæ, & alij similes. in hac significatione accipitur Gene. 49. vas. Nam Simeon, & Leui, qui homicidia in populo Sichen multa commiserãt, Iacob vocauit vasa iniquitatis, quia aliis nocuerunt. & Act. 9. Paulus dicitur vas electionis, quia per ipsum populi innumerabiles erant ad Euangelium conuertendi. nam nomen hoc tam in bonam, quam in malam partem accipitur; vt enim sunt vasa dæmoni, sic sunt èt vasa Deo. At hæc significatio non satis accommodatur huic cõtextui, sicut nec vlla ex allegatis, præter eam, quæ est Chrysostomi, prior, nempe dæmonia inferiora appellari vasa, per quę princeps eorum nocebat hominibus, idẽ tenet Euthym. licet hic arma, & vasa idem significare existimet. Hæc expositio accommodatissima est contextui; vis enim argumenti Christi hæc est: Quomodo ego possem dæmonia innumerabilia diripere expellendo ea ab hominibus, nisi prius fortem principem eorum alligassem? non ergo in eo eiicio dæmonia.

ANNOTATIO LII.

Quæ sint dæmonis spolia.

VLtimo loco explicandum est, quæ sint spolia dæmonis, vbi notandum est, non dici spolia respectu dæmonis tantũ, sed

sed ét respectu Christi: quę. n. prius sub dęmonis erãt potestate, & postea ablata sunt ab eo per Christũ, & Deo reddita, dũr spolia; sic Patres in limbo detẽti olim, & quodam modo ad dæmonis potestatem attinentes, qñ per Christum liberati sunt, dũr spolia dæmonis, non quæ ipse accepit, sed à quo accepta sunt; sic ét homines mali, infideles, idololatræ conuersi ad Dei fidem, & cultum, dũr spolia: sic ét innumera loca, templa, prouinciæ, in quibus dæmon prius colebatur, ab eo iam erepta, & cultui Christi deseruientia, vocantur spolia.

ANNOTATIO LIII.

Christus Dom. n., quid contra humanam fortem eo fortior fecerit.

COnsideremus modo, quæ aduersum hũc fortem Christus noster eo fortior fecit, superuenit. n. id est, inuasit, vicit, ligauit, arma abstulit, domum ingressus vasa eius rapuit, spolia distribuit. Hæc ex Matthæo, Marco, & Luca simul, colliguntur facta per Christum. in primis Christus noster dr fortior Beelzebub principe dæmoniorum, sicuti reuera est, non solum ut Deus, sed ét vt homo, propter diuinitatẽ humanitati vnitam, in qua, & per quam uicit, ac superauit oẽm inimici potestatẽ. vnde Isa. 7. dictum est per excellentiam de Christo: vocabitur nomen eius fortis, & Psal. 23. Dns fortis, & potẽs. Dns fortis in prœlio. merito à Ioanne Baptista Matth. 3. prędicatẽ: Fortior, inquit, me est, cuius fortitudinem Habacuc eleganter descripsit, dicens, cap. 3. Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius. iste ergo fortis noster inuasit, seu superuenit, qñ carne indutus venit in hunc mundum: maxime aũt incœpit inuadere, qñ abiit in desertum, tentãdus à principe dæmoniorum, & cũ eo certamen initurus, tunc vicit eum, & nobis in tentatione victoriã contra illum obtinuit; quã passione, & morte, ac resurrectione, egressque actionibus mirandis compleuit, ac perfecit.

ANNOTATIO LIIII.

Quo dicatur fit à Christo alligatus.

QVo autem modo Christus hunc principem ligasse dicatur, non paruę est difficultatis explicare. Primo loco Ambrosius Apocalyp. 20. docet alligationem diaboli tribus modis posse intelligi. Primo, vt virtute Dei omnipotentis in abyssum relegatus teneatur vsque ad tempus præfinitum.

Secundo, vt per abyssum corda impiorum intelligamus, vt à cordibus electorũ exclusus intra angustias cordium reprobo rum constrictus, & alligatus teneatur.

Tertio, cum diabolus nihil aliud desideret, quam deceptionem hominum, quã do per custodiam Dei omnipotentis, qui electos suos custodire, & defendere non desistit, ab eorum deceptione arcetur, quasi quibusdam uinculis eius impiissima volũtas relegata teneatur. Hæc Ambrosius, qui de hoc loco Euangelij non tractat, sed de loco Apocalypsis, cuius paulo post faciemus mentionem, vbi etiam de alligatione diaboli sermo habetur. vnde de qua colligatione Ambrosius hãc nostram sententiam Euangelicam intellexerit, non constat; eam verò, quam in Apocalypsi legimus, tripliciter interpretatur, sicet paulo post de prima intelligendum cum locum censeat, cuius verba paulo inferius citabimus.

Secundo loco Augustinus lib. 20. ciuit. cap. 7. & 8. multa dicit, ex quibus ea proponam, quæ mentem ipsius, & sensum significant. In primis conabitur hunc locum Euangelij cum illo Apocalypsis 20 ad eandemque sententiam pertinere arbitratur. Verba autem Apocalypsis sunt ita: Vidi Angelum descendentem de cœlo, habẽtem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni, & post hoc oportet illum solui modico tempore. Hæc ibi. Augustinus ergo existimat hanc esse alligationem, de qua nunc dicit Dominus, nemo potest ingredi domũ fortis, nisi prius alligauerit eum. Secundo loco explicat Augustinus hãc alligationem sic, vt ligatus dicatur dæmon, ne noceat quantum põt, nec ẽm totas vires suas dolos ac fraudes tentet; vt sic ligato dæmone locus detur iis, qui ad Christum conuertẽdi sunt, ac saluandi. verba ipsius in cap. 8. sunt hęc: Alligatio diaboli est non permitti exercere totam tentationem, quam potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel vi, vel dolo ad seducendos homines in partem suam, cogendo violēter, fraudulenter ue fallendo. Quod si permitteretur in tam longo tempore, & tanta infirmitate multorum, plurimos tales, quales Deus id perpeti non vult, & fideles dejiceret, & ne crederent, impediret. Hæc ille. Et in cap. 7. magis explicat dicens ligatum, & impeditum esse, ne electas gentes ad Christū venire vetet, quas vocat vasa erepta a dæmone. Tertio inquit Augustinus diabolum dici missum in abyssum, quia permissus est & restrictus in infidelibus illis, qui electi nō sunt, vt eorum possideat corda, quasi respectu horum non sit ligatus. Quarto dicit soluendum in vltimo tempore, nimirum Antichristo veniente, tuncq; permitteretur tētare ſm totas vires, ob causas quas cap. 8. narrat. Interrogat aūt Augustinus, si tunc impediet infideles oēs, ne conuertantur ad Christum, ex ijs, qui nondum conuersi fuerunt, qñ ligatus erat, & respōdet, quod etiam tunc conuertentur multi. Objcit autem sibi hunc locum Matthæi, seu Lucæ. Quomodo potest quis rapere vasa fortis, nisi prius ligauerit? Si igitur solutus est, quomodo vasa aliqua rapientur ab eo? respondet aūt satis esse, quod semel ligatus fuerit, licet aliquo tēpore postea solutus sit, sicque istam sententiam intelligendam censet. multa alia in ijs duobus capitibus dicit Augustinus; hæc tñ sunt præcipua, quę ad nostrā rem faciunt. Cui sententię consensit Gregorius lib. 32. moral. cap. 12. explicans alligationem diaboli, & abyssum, in quam detrectus est, sicut Augustinus. Hæc sūa iudicio meo patitur difficultatem. Primo quidem, si non aliud est ligari diabolum, quam impediri eum, ne secundum totam suam potentiam & vires sæuiat in homines, colligi tenetur, iā ligatus diceretur & esset, multo ante aduentum Christi ſm carnem; cum a principio mundi non permiserit vnquam Deus tētari homines supra vires, & supra id, quod poterant, dicēte Paulo 1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis. cum igitur Deus semper fuerit fidelis, nunquam tale fieri passus est. Quis autem non videt si diabolo permissum esset secundum totam suā potentiam sæuire, multos tentatos fuisse supra id, quod potuerunt, cum non omnibus tanti auxilij diuini sit datum, vt oēm inimici virtutem superare valerent? confirmatur hoc exemplo Iob, in quem non est datum dæmoni sæuire nisi cum limitatione: animā inquit, illius serua. at in hac sūa tam Euāgelii, quam Apocalypsis sermo est de ligamine diaboli post Christi aduentum. Secundo hoc ipsum probatur, quia etiam ante Christi aduentum nō est permissus diabolus impedire electos, quominus conuerterentur, & salui fierent: nā Iudęi multos habuerunt proselytos ex gētibus, & inter ipsas gentes, qui electi fuerant, à Dei veri notitia non sunt excluſi: iam ergo diabolus ligatus fuerat, si alligatio non aliud est, q̄ facere, ne diabolus gētes electas impediat, quominus salutē cōsequantur. Tertio, quod vrgentissimū est argūm, ea alligatio Augustini cōis est omnibus dæmonibus: at hęc, de qua nunc & in Apocalypsi agitur, particularis est, & solius principis dæmoniorum, vt ex ipso contextu satis cōstat. Quarto abyssum nō posse intelligi corda reproborum, in quæ diabolus relegatus sit, Ambrosius Apocal. 20. probat argumento potentissimo, tetra atque se, quia eam sūam paulo ante tenuerat. verba ipsius sunt hæc: Superius inquit quorundam opinionem sequens dixi per abyssum impiorum corda designari, in quibus diabolus à cordibus fidelium expulsus, religatus teneatur. Si ergo per abyssum corda reproborū designantur, quomodo de abysso. i. de reproborum cordibus exire dī, quos nunquam derelinquit? Nunquid reprobos derelicturus est, & inuasurus electos? Alligationē ergo diaboli ſm literam intelligendam puto, vt in aliquo abyssi loco virtute diuina religatus teneatur, vel certe in inferno vsque ad diem solutionis suæ. Hæc Ambrosius, cui interpretationi consonat illud Luc. 8. vbi rogabāt dæmones Christum ne eos in abyssum detruderet. propter hęc & alia, quæ ad rem nostram nō faciunt, sententia Augustini non videtur accommodata.

Tertio loco Hilarius can. 12. in Matth. & Iren. lib. 5. cap. 21 locum Euangelicum interpretantes, duo dicunt, vnum est hanc alligationem euangelicam esse quandam contusionem, & contritionem potestatis Satanæ. Alterum est, hanc alligationem factam fuisse, quando tentauit Christum, & in tentatione victus repulsus est, inde princeps dæmoniorum ligatus est. quo autem modo

modo vires illius contritæ & contusę dicantur, non explicant hi doctores.

Quarto loco Hieronymus Matth. 12. aliter sentit, cuius hæc sunt verba: Alligatus est fortis, & religatus in tartarum, & Domini contritus pede. Hæc ille. quibus adiungimus verba ipsius Matth. 4. explicans illud: Vade Satana: Nō, inquit, vt pleriq; putāt, eadem sūa Satanas & Petrus Apostolus condemnantur, Petro enim dī: Vade retro me Satana, id est, sequere me, qui contrarius es voluntati meæ; hic vero audit, Vade Satana, & nō ei dicitur, retro me, vt subaudiatur; vade in ignem eternū, qui pparatus est tibi, & angelis tuis. Hæc ille. Ex quibus colligimus Hieronymi sententiam hāc esse, nimirum principem Satanam detrusum in abyssum, id est, infernum, vt iam amplius, donec in vltimo tēpore soluatur, per se non valeat tentare quenquam, sed per suos ism satellites. hāc que est alligationem eius, nimirum detētionem, ne per se ipsum nocere aut tentare valeat, rursus hāc alligationem tunc esse factam per Christum, qñ in deserto Satanam tentare præsumentem deiecit, & victum repulit, dicens: Vade Satana. Hæc est mens Hieronymi iudicio meo fideliter iuxta ipsius verba explicata. Huic safę nō nulla obstant, primo quidem, quia etiam post tentationis illius tempus adhuc princeps in mundo erat, & in Christum insurrexit, mortem eius procurando, quod ex Ioanne colligimus. c. 12. Nunc, inquit, iudicium est mundi, nunc princeps huius mūdi ejicietur foras. igitur ante hoc tempus nō erat ejectus. & c. 14. Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquā. quæ verba cum de præsenti sint, indicant principem hunc nondum ligatum. vt per se nocere non valuerit; de eo enim dictum est, Luc. 22. Ecce Satanas expetiuit eribriare vos sicut triticum. simile est illud Ioā. 13. cum Diabolus misisset in cor Iudę, hęc enim de principe dicta sunt.

Secundo, quia Apoc. 20. legimus eundē per Angelum detrusum & ligatum in inferno, quod postea factum esse Ioannes vidit, nondū ergo ista alligatio facta erat, eo maxime, quod non per Angelum, sed per Christum ipsius hic nunc ligatus dicitur, licet Ambrosius Angelum hunc interpretetur Christum ipsum, non tamen ea interpretatio videtur accommodata.

Tertio, quia expediebat relinqui principem hunc, vt totas vires suas exerceret in Christi passione, vt illustrior de eo victoria per Christum reportaretur, quod Christus significauit, quando dum à militibus comprehēderetur, dixit Luc. 22. Hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum. pp hęc omnia mihi vī dicendum, non esse eandē alligationem hanc cum ea, quam Ioannes in Apocalypsi enarrat; in hac enim sic ligatus est princeps dæmoniorum, vt nequeat per se quemquam tentare, nec solū hoc, sed etiam in tartarum est conjectus, nec inde egredi permissus, vsque ad vltimum tempus, quan io egrediendi dabitur facultas, & permittetur, per se ipsum nocere & tentare, & quod potest, efficere aduersus homines. Quæ quidam alligatio facta est post Christi mortem, quando ad inferos descendit, & prędam sanctorum de manibus eripuit, tunc enim probabile est factum esse, quod Ioannes narrat in sua Apocalypsi, & quod significat Ambrosius in Apoc cap. 20. At verō, quę in hoc Euangelio narratur alligatio, facta erat, quādo Christus hęc protulit verba, i quibus eius fit mentio, quasi iam ligatus esset fortis, & ideo vasa direpta, & arma ablata. in quo Hilarius, Irenęus, & Hieronymus conueniunt, affirmantes hanc alligationem factam tempore tentationis Christi. Est aūt hęc alligatio, non qualis facta fuit postea, sed uti Hilarius & Irenęus docuerunt, si modo eos explicem ic, nempe Principem ex illa victoria a Christo contra eum obtenta manisse debilitatum timore, & horore tum diuina Christi virtute, tum efficacia illius verbi, & præcepti Vade retro me Satana. vt non amplius auderet accedere Christo ad eum tentandum, nec per seipsum resistere operibus illius, nec valeret exequi multa, quę desiderabat contra Christum, ac eos, qui eum sequebātur, sicut in passioni proximus, verbā illud (ego sum) sic perterrefecit aduersarios vt ruerint, & ceciderint retrorsum, sic ēt illud: Vade Satana, in deserto diaboli vires timore & virtute repressit, & debilitauit, vti diximus. Sic ligatus dī nunc in Euangelio princeps hic, nondum tñ plene ligatus, nec tunc in tartarum relegatus, ibique detentus. & iuxta hanc expositionem argumentum Christi procedit. Quomodo potest quispiam fortis domū ingredi, vasa diripere, nisi prius

Universidad de Deusto
Biblioteca

vincat, & liget fortem? Aduertendum aũt est, post Christi aduentum dæmones minores habere vires contra fideles, nõ quod illorum diminuta sit virtus, sed quod fidelibus per Christum abundantior sit concessa gratia; quo.n. fideles robustiores fiũt, eo minus possunt dæmones contra eos; sicque dicuntur minus posse, quam ante.

ANNOTATIO LV.

Christus quomodo arma fortis abstulerit, vasa diripuerit et spolia distribuerit.

SVpereſt reliqua explicare, nẽpe quomodo Christus arma fortis abstulit, vasa eius diripuit, & spolia distribuit.

Quod ad primum spectat, exposuimus ante varia armorum genera, quibus princeps, & fortis iste vtebatur, quibusque fidebat, quorũ aliqua Christus, cũ hæc protulit verba, abstulerat nã peccata multorum remiserat, & quos à dæmonibus liberarat sanctificauerat; his.n. armis multum fidebat fortis iste contra homines, vt & animabus & corporibus noceret; at quando fortem omnino ligauit, tunc omnia arma abstulit, iam.n. relegatus & interni carcere detentus per se neminem tentat, nec armis vtitur quibus prius vtebatur, mundumq; fere totum captiuauerat.

Quod ad secundum de vasis, si per vasa intelligamus dæmonia, quæ sub forti illo militant, Christus ea diripuisse dicitur, quia à multis hominum corporibus ejecerat, & dissperserat, & in varias partes relegauerat, dissipatis legionibus eorũ. Quod si intelligamus homines peccatores, hos et rapuit quasi violenter, & eripuit a tyranni de fortis, & ad Deũ cõuertit, qđ perfectius & abũdãti' effectũ est post resurrectionẽ.

Quod ad tertium de spoliis, quæ dñr hoies à potestate dæmonis erepti, & ad Dei partes attracti, hæc distribuisse dr, qa variis donis Spiritus sancti ornauit, quę in diuersa munera elegit; quosdam enim Discipulos, quosdam Apostolos, quosdam credentes constituit. Hæc oia cumulatissime post resurrectionem facta sunt, qũ nõ solum innumerabiles populos quasi spolia ad se traxit, sed & internum, vbi Patres erant, spoliauit, templa, locaq; infinita in quibus impius cultus præcipi, & forti huic impendebatur, in suum cultum conuertit, variisque modis Deum in ipsis honorari fecit. Optime ergo oĩa hæc probant Christum nõ in principe dæmoniorum, sed in digito Dei ejecere dæmonia.

Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit.

COMMENTARIA.

HOc est quartum argumentum, quo calumniatores cosdẽ confutat, & falsitatis conuincit. Sensus est, quorum opera sunt contraria, non sunt concordes; at opera mea, & opera Beelzebub cõtraria valde sunt; igitur non potest esse mihi concordia cum illo. dicit ergo. Qui non est mecum, contra me est, id est, qui meis operibus dissentit, & aduersatur, cõtra me est, nec vllam mecum habet concordiam; at princeps dæmoniorum cum suis, meis operibus aduersatur; ego enim prædico pœnitentiam peccatorum, obseruantiam mandatorum Dei, humilitatem, patientiam, sobrietatem, cæteraque virtutes, ab innumeris & multiplicibus infirmitatibus corpora hominum libero; ille vero ad omnia contraria animos solicitat hominum, corporibus multipliciter nocere conatur; quomodo ergo possum cum eo habere cõcordiam? Præterea, qui non colligit mecum, dispergit, id est, ego colligo homines ad vnitatem fidei, ad charitatem, ad vnius Dei religionẽ, ad pacem; at fortis hic & princeps dęmoniorum dispergit in multiplices idolorum cultus, & impietates, seminat dissidia, discordias, & contentiones, auocat ab obedientia Dei, & à legis obseruantia: fieri igitur non potest, vt vllam cum eo habeam concordiam.

ANNOTATIO LVI.

Explicatur quis sit qui non colligit mecum, qui dispergit, ex dictis Patrũ.

CHrysostomus hom. 42. in Matthæum, hanc suam suprædictã existimat esse quartum argũ, quo Christus vlus est contra calumniantes eum ejicere dæmonia in Beelzebub, & in eundem sensum interpretatur, dicens: Quid ego quæro? aut quid volo, inquit? vniuersos ad Deum reducere, vera ipsis virtutum tradere documenta, regnum cęlorum cunctis annũciare. Quid aũt diabolus, aut dæmones ipsi quęruntiquippe quę eis opposita sũt? Quomodo igitur, qui mecum nõ colligit, neq; mecum oĩno est, sua me operatione iuuat? cur non iuuare ipsum dixi solum, qui et spargere, atque dissipare mea desiderat? Qm qui non iungit solum, verum et cũcta mea dispergit, quomodo mihi adeo assentiret, vt mecum vellet dæmonia ejicere? Hæc ille. Hieronymus et Matth. 12. eodẽ modo interpretatur, inquit.n. Nõ putet quisquam hoc de hæreticis dictum, & Schismaticis quamquam & ita ex superfluo posset intelligi, sed ex consequentibus, textuque sermonis ad diabolum refertur, eo quod nõ p̃ssint opera Saluatoris Beelzebub operibus cõparari. ille cupit animas hoĩum tenere captiuas, Dñs liberare. ille prædicat Idola, hic vnius Dei nomitam: ille trahit ad vitia, hic ad virtutes reuocat. Quomodo ergo possunt inter se habere concordiã, quorum opera diuersa sunt? Hæc ille. Notare vt Ambrosium, qui lib. 2. de pœnitẽt. cap. 4. hanc Domini sententiam de hæreticis, & Schismaticis interpretatus est. Similiter Cyprianum, qui lib. 1. ad Quirin. nu. 86. de Schismaticis etiam intelligit.

Cum immundus spiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquosa, quærens requiem, & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui.

COMMENTARIA.

REfutata argumentis efficacibus calumnia Scribarum, & Phariſæorum, Christus mira sapientia ingratitudinis, incredulitatisq; eorum, cęterorumque similium Iudæorum, punitionem prædicit, totusque & integer sensus propositæ, & sequentiũ sententiarum hic est: Cum ego Spiritus immundos, seu dæmonia à vobis expellam, vos & increduli & ingrati ita estis, vt me in virtute Beelzebub ea ejicere calumnemini; prædico ergo vobis hoc euenturum, vt agitemini à dæmonibus pluribus & peioribus, quam ante; nec erit, qui vos liberet. populus enim Iudaicus incredulus traditus est potestati dæmonis, grauiusq; se habet, ac in peiori statu est, quam ante, quando in Dei populum nondum erat vocatus. Huius argumẽti prius ponit exemplum hominis à dæmonio vexati, qui cum liberatus esset ab eo, nec diligentiam vllam adhibuerit, sed otio vacauerit, peius est à dæmonio vexatus quam ante. Applicationem autem omisit Lucas, quia hoc eodem exemplo significabatur; tamen Matthæus eam expressit, inquit ergo, Cum ab aliquo homine expellitur dæmonium (quod ob peccatum, quo infectum est, & ad quod homines trahere conatur, spiritus immundus dicitur,) sic ejectum dæmonium recedit in loca inhabitata, arida, & inaquosa, vbi non est commercium hominum, cumque non inueniat ibi requiem, eius enim requies est nocere hominibus, quos ijs in locis non inuenit, procurat reuerti quatum in se est ad hominem, quem prius vexabat. reuertar inquit in domum meam, vndè exiui prius expulsus & ejectus.

ANNOTATIO LVII.

Singula verba ꝓposita parabolæ explicãtur.

VErba singula huius exẽpli, seu parabolæ, aut similitudinis explicãda sunt. primo, cum exierit, inquit, ab aliquo spiritus immundus, non quod sponte exierit, sed virtute diuina, ejectus, & expulsus, vt notauit Euthymius Mat. 12. nam esse dæmonium, etiamsi vi expulsum sit. Mat. 17. Increpauit illum, & exijt ab eo dæmonium. & Luc. 8. Exierunt ab eo dæmonia, et intrauerũt i porcos. his i locis dæmonia esse dñr, & in Christi virtute expulsa sũt. Secundo, Perambulat per loca inaquosa, apud Matthæum legimus loca arida, idem tamen est Græcũ vocabulum apud vtrumque Euãgelistam. Quæ autem sint hæc loca arida varie explicant Doctores.

Primo Hieronymus Matt. 12. interpretatur gentium populos, antequã ad Christum conuersi essent, in quas recessit dæmon à populo Iudaico, quando idem Dei recepit, expulsus; huius sententiæ fuit Gregorius Nazianz. in oratio. in sanctũ baptisma, appellans gẽtes inaquosas, & aridas, quasi nondũ aqua baptismi irrigatas.

Secundo loco Gregorius lib.33. Moral. c.3.loca hæc arida, & inaquosa interpretatur corda iustorũ,quæ per disciplinę sortitudinem ab omni carnalis concupiscentiæ humore siccantur, in hæc abiens dæmon,non inuenit requiem, vt paulo inferius explicabimus. Hæ duæ interpretationes potius ad spiritualẽ sensum, quam ad literalem faciunt: nam Dominus hoc exẽplo significare intendit,quę populo Iudaico euenerunt ob incredulitatem eius, vnde exemplum non est spiritualiter, sed literaliter interpretandum, vt postea apparebitur, & accommodetur significato à Domino intento. Tertio loco magis accedẽs ad literã Origenes hom.9. in Leuit.interpretatur hęc loca arida, infernum ipsum, in quod dęmonium eiectum ab homine detruditur. hoc quidem magis accommodatur,tñ probabile non vſj raro.n.dæmonia eiecta,in infernum detruduntur. vnde Luc 8.rogarunt Christum dęmonia,ne ea in abyssum abire cogeret,& obtinuerunt. Addę si locus hic atidus infernus esset, nõ ita facilis esset egressio, nec assumptio septem aliorum dęmoniorum,vt paulo inferius dſ. Existimo ergo loca hęc inaquosa esse loca solitaria,& deserta, & à cõmunione hominum se questrata: vbi n.aqua non sunt, ab hominibus loca talia non habitantur.vnde Hieronymus interpretatus est solitudines,in hęc loca solẽt ij, qui virtute diuina dæmonia expellunt, ea abigere,vt nec hominibus,nec eorum rebus nocere valeant.sic legimus Tobię 8. Angelũ ligasse dæmonium in deserto Aegypti,ad literam.n.intelligenda sunt sic loca hęc arida, in quæ expulsus dęmon recedit,& abiicitur. Tertio dſ in iis locis requiẽ non inuenire. quod ẽt verbũ varie exponitur: nam Hieronymus dicit dęmonium nõ inueniſſe requiem in gentibus, qñ Christo credere cęperunt,& sic reuersum esse ad Iudęos incredulos, à quibus expulsum fuerat a principio, qñ ad fidem & cultũ Dei vocati sunt.Quę interpretatio est spiritualis,& non potest accõmodari,nam postea Christus dicit: Sic erit generationi huic scilicet Iudęorum. oportet ergo exemplũ hoc in eũ sensum exponere, cui simile sit, quod factum est cum Iudęis. Idem dicimus ad Gregorii interpretationem,qua iustorum corda explicat loca arida, in quibus non inueniet requiem diabolus, quia non consentiunt operibus eius.accommodatius est, quod ẽm Origenem dicere possumus, in inferno dęmonia non inuenire requiem,quia ibi magis torquentur, ideir eo deprecabantur in eum locum non detrudi.Vera tñ & germana intelligẽtia mihi vſ, dici dęmonium nõ inuenire requiẽ in ijs locis desertis, quia studium & cibus eius,ac desiderium est nocere hominibus: vbi igitur non inuenit, cui noceat,requiẽ non habet:non quod dæmonia, quę in statu damnationis sunt,requiem habeant veram, sed requies eorũ est maioris fastidij, & tormenti priuatio: sicut inuidus requiẽ dicitur habere in malo proximi, quando nõ torquetur bono illius; sic dęmonia torquentur bono hominũ, & eorum prospero successu:cum autem nocent, eo tormẽto carent, sicque requiem habere dicũtur. Quarto cum non habeat requiem, ubi nõ nocet, prematurque desiderio,& appetitu vehementi nocendi, tẽtat reuerti ad hominem,quem prius vexabat, hoc est(dicit:reuertar in domum meam,vnde exiui) non quod liberum sit illi reuerti,sed quod tentat & conatur,& Domino permittente id efficit, non autem tentat in aliam domum ire, sed ad eũdem reuerti hominem, quia expertus est iam se pręualuisse in eum, & sperat denuo posse, quod prius iã potuit. Perpende conatum & studium dęmonis ad nocendum hominibus, & quantum sibi promittat in eos, quos semel subiecit. Hęc de sensu literali huius sententię.

Et cum venerit inuenit eam scopis mundatam.

COMMENTARIA.

PRosequitur exemplum & similitudinem. Dæmonium igitur venit ad hominem illum, à quo eiectus erat,ac nõ statim ingredi audet,sed statum eius considerat, inuenit autem eum quasi domum scopis mũdatam, id est, præparatam suæ habitationi, nempe virtutibus, ac donis Spiritus sancti carentem, vitijsque incumbentem absq; vlla vitæ emendatione. Nota non prius dæmoniũ tentare ingredi in hominẽ,nisi negligentẽ, ac vitijs incumbentem viderit. hæc sunt, quæ locum parant diaboli ingressui, & ipsum animosũ faciunt ad introeundũ.

ANNOTATIO LVIII.

Explicatio copiosior verborũ præcedẽtiũ.

MAtthæus plura hẽt verba, inquit.n. Inuenit domum vacantẽ scopis mundatam,& ornatam, quæ quidem per proprietatem dſr de domo materiali,per metaphoram aũt de homine,significantq; dispositionem prauam in eo,propter quam permittente Deo dæmonium semel exclusum reuertitur,peius quam prius,vt habetur paulo infra. Dſr aũt domus vacare,qñ non est qui habitet in ea: sic homo huic domui similis est, qñ Deo vero habitatore priuatur, nempe quando sine gratia & charitate est, per quas Deus inhabitat in nobis; adhuc etiam otio & negligentia deditus est homo. Dſr autem scopis mundata,qñ non habet immunditiem,quæ solet remouere homines ad habitandum: mundities vero inuitat, & trahit animos ad habitationem. sic per similitudinem homo dſr scopis mundatus in malam partem,qñ caret virtutibus, & supellectilibus spiritualibus,non quod hæc sint immundities sed qđ horum priuatio prouocet dæmones ad habitandum in eo,sicut mundities domus inuitat ad habitationem hominum. Ornata autem dſr, quando ornamenta habet, quæ spectabilem eam faciunt,& delectant oculos inhabitantium: sic homo dſr ornatus,sed respectu dæmoniorum,quãdo pravis habitibus & consuetudinibus vitiorũ plenus est,ipsisque inhæret. Demum similitudo sumpta est à domo disposita, quæ solet facilem ingressum habitatoribus facere,sic homo,qui dispositus est ad dæmonis habitationem, huic domui assimilat, qua de causa permittit Deus ut iterum regressus dęmon habitet in eo.Hæc oĩa conueniunt,& adaptant Iudęis explicabimus aũt ea in huius exempli accõmodatione.

Tunc vadit, & assumit septẽ alios spiritus secum,nequiores se,& ingressi habitant ibi; & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

COMMENTARIA.

COmplet exemplum, & parabolam. Vidés ergo dæmoniũ prius eiectũ,dispositionem hominis, à quo eiectus erat,prauam, accommodatãque sibi, inuitat secum alia dæmonia septem nequiora se, vt secum ingrediantur in hominem illum, ne ita facile iterum eijciatur, sicut prius fuerat eiectum; quæ dæmonia utpote ad nocendum paratissima, consentiunt, ueniuntque cum illo, & Deo permittente simul ingrediuntur in hominẽ; unde fit ut multo peius se habeat homo ille, quam prius ante liberationẽ se habebat; ante enim ab uno dæmonio possidebatur,& torquebatur: nũc uerò ab octo, illo nempe primo,& septem alijs nequioribus. Dicuntur autem dæmonia nequiora, non solum quia sceleratiora, sed etiam quia fortiora, & promptiora erant ad nocendum, & torquẽdum,ac ad peccata,& scelera prouocãdum, ut homo ille nocumentum grauius, & in anima, & in corpore pateretur, fierẽtq; nouissima peiora prioribus,quia beneficium liberationis nõ agnouit,nec eo,ut debuit,usus est.

ANNOTATIO LIX.

Triplici modo possideri, & est quis à dæmone ne possidẽri.

PRo huius exempli intelligentia sunt aliqua notãda. Primo tripliciter aliquę posse à dæmonio possideri, vno quidem modo spiritualiter, ſ. propter peccatum letale; qui enim in tali peccato est,seruus est peccati, ac sub dęmonis potestate à qua proprijs viribus se eripere non valet, nisi per gratiam Christi. Altero modo corporaliter tantum, quando dęmonium in corpus hominis intrat, Deo permittente, ipsumque vexat, ac torquet, hique homines dicuntur energumeni, id est, exercitati; vexatio enim ea data est in exercitium, & in probationem hominum eorum frequenter. dixi autem corporaliter tantum, quia non semper, qui sic à dęmonio vexãtur, in peccato sunt, vt affirmat,& probat Augustinus lib.21. ciui.c.14. & lib.22.ca. 22. vbi testatur nonnullos baptizatos infantes etiam huiusmodi pati vexationem. Tertio,corporaliter,& spiritualiter simul, quando homo in peccato est, ac propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum traditus corporaliter dæmonio, qualis fuit ille fornicarius. 1. Cor. 5. quem Paulus tradidit Satanæ corporaliter vexandũ, vt spiritus saluus fieret: cõmiserat. n. pessimam fornicationem. Origenes hom 2. in Iudic. dicit hoc aliquũ fieri à Deo solo propter peccatũ hominis aliquod graue, quomodo Saul 1. Reg. 16. permissus est à dæmonio vexari; aliquando aũt per potestatem Ecclesiæ, vt factum est per Paulũ vti diximus, & refert Origenes in primitiua Ecclesia hoc ipsum fieri solitum. cũ igitur sint tria genera eorum, qui a dæmonio tenentur, in præsenti sermo est de tertio, nẽpe de homine, qui propter peccatum aliquod traditus erat dæmonio corporaliter vexandus, a quo liberatus iterum propter negligentiam illi traditus est dæmonio. Huius generis enim erant oës fere, quos Christus liberauit à dæmonio, eos corpore, & anima sanans.

Secundo notandum est ex Origene hom. 15. in Iosue. licet omnes fere dæmones hominibus nocere, cosq; ad peccandũ excitare studeãt, tamen non oës ad omnia peccata præcipue tentant, sed diuisum est studium eorũ; quidam. n. ad luxuriam potius, quidam ad auaritiam, quidam ad ambitionem, quidam ad rixas, & homicidia tentant, sicque de aliis peccatorum generibus. quod etiam docent Ambrosius lib. de Paradiso. c. 12. & Augustinus lib. Quæst. ex vtroq; mist. cap. 105. addens quosdam dæmones ad peccata tentare, quosdam corpora vexare, quod intelligendum puto de studio præcipuo eorum: nam oës quantum possunt, eisque concessum est, ad peccandum trahere homines quærunt. Non solum hoc est, immo sunt diuersa capita, sub quibus militant multi inferiores dæmones, vt vnus sit, cui præcipue cura incũbit tentandi ad gulam, sub quo sunt multi inferiores, alius ad superbiam, alius ad auaritiam, & sic de aliis; quamuis. n. mutuo fœdio habeant, ad nocendum tamen homini contra Deum sunt omnes concordes, suntque alij alijs potentiores, & nequiores, ac scelleratiores, vt refert Athanasius in vita sancti Antonij. Vt. n. ante peccatum erat ordo, & inæqualitas inter eos in bonum, sic etiam manet ordo, & distinctio eorum ad malũ quæ Paulus insinuat Ephes. 6. dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mũdi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus. Existimo Paulũ uocare spiritualia nequitiæ dæmones inferiores, qui sub principibus, & rectoribus militant. hinc licebit intelligere, quod in hoc exemplo dr, vnum scilicet dæmonium sumpsisse secum alia septem nequiora se, nimirum potentiora ad nocendum tam corpori, quam animæ, & scelleratiora; non enim omnes æqualiter peccarunt.

Dæmones oës hoĩes nocere student, sed nõ oës ad oĩa peccata præcipue tẽtant.

Dæmones mutuo se inuant ad nocendũ hoĩbus.

Tertio notandum est ex eodem Origene hom. 8. in Exod. quando aliquis homo ab vno spiritu seu dæmone nẽpe luxuriæ, aut auaritiæ possidetur, non abhorret, quin ét ab alio dæmonio alterius peccati possideatur simul, immo mutuo se inuitãt; adducitque causam; cum enim dæmon non sit sponsus verus animæ, non est Zelotypus, nec curat, vt idem homo pluribus dæmoniis teneatur; addæ mutuo se iuuare ad nocendum. pluribus autem dæmonibus vnum simul possideri posse testatur historia Euangelica: nam supra cap. 7. legimus a Maria illa septem ejecta, & legimus a quodam integram legionem expulsam.

Quarto notandum est, huius hominis grauiorem fuisse culpam, quam erat prius, cum post beneficium liberationis adhuc peccato incubuerit, & ingratus existens liberum ingressum fecerit dæmonio, propter quod Deus permisit, & in grauiora cum incidere, & peius torqueri. Ex his omnibus exempli huius sensus expositus est, cuius accommodatio postea sequitur.

ANNOTATIO LX.

PRætermisit Lucas exempli applicationem, quia in ipso exemplo insinuabatur; tamen Matthæus eam explicuit: narrato enim exemplo adiecit verbum Christi: Sic, inquit, erit generationi huic pessimæ, id est, hoc eueniet populo Iudaico incredulo, qui prius spiritualiter a dæmonio tenebatur, cum in idololatria viuebat, a quo liberatus fuit, cum ad veram Dei fidem, & religionem in Abraham, & prioribus illis vocatus est; qui non agnoscens beneficia Dei, & vocationem suam, ac promissiones factas, nec legem

Exẽplũ allatum à Christo populi Iudæi applicatũ.

legem seruauit, nec fidem custodiuit, incredulus Christo existens; propterea iterũ dæmonio traditus est, non vni, sed multis, & peioribus, id est, in peiori statu est, maioribus usque tenetur peccatis, quam antequam à principio liberaretur, & vocaretur. Non ergo exemplum hoc vni, aut alteri Iudæo accommodatur, sed ipsi populo, & nationi incredulæ, vt notat Hieronymus, quã pessimam merito appellat ob multa peccata, & scelera, & ob perfidiam, & obstinationẽ ejus contra Christum.

Populi Iudaici quatuor status.

Distinguendi igitur sunt quattuor status in populo, primus, quando spiritualiter à dæmone possidebatur, ante vocationem suam, & legem, ac fidem susceptam, nõdum separatus ab idololatrijs, sed cum eis viuens; sic Hieronymus, & Chrysostomus hom. 44. in Matth. hunc statum explicant. Secundus post vocationem suam ad fidem veram Dei, & legem postea susceptam, in quo à dæmone liberatus est, accepta fide vera Dei, & religione, & cultu, ac lege, in quibus viuebat placens Deo, hunc que esse secundum statum, in quo liberatus dicitur populus à dæmone, docet Hilarius can. 12. in Matth. Tertius, quando legis obseruantia neglecta non audiuit uoces prophetarum, & vltimo venientem Christum nõ susceptt, immo occidit, & resurgentem spreuit, Euangeliumque prædicatum respuit, & prædicatores persecutus est, in hoc tertio statu se præparauit domũ apertam reuertenti dæmonio: in eo enim vt exponit Gregor. homil. 9. in Ezech. dicitur domus vacans, quia desiuit esse populus Dei iuxta illud Dan. 9. Non erit populus eius, qui eũ negaturus est, & iuxta prophetiã Osc. 1. Vos non populus meus. Templum etiam vacabat, vt dicit Hieronymus, quia iam Christum hospitem nõ habebat, vacabat etiam ut idem Hieronymus dicit, quia angelorum custodia antiqua populus erat destitutus. Dicitur scopis mundata, quia mansit sine fide, spe, charitate, cæterisque virtutibus, vt ibidem interpretatur Gregorius: dicitur ornata secũdum Hieronymum, propter superfluas obseruationes legis, & traditiones Pharisæorum. non solum autem legis obseruationes sunt nunc superfluæ, sed etiam pernicioſæ, quia antiqua sacrificia, & cæremoniæ, quæ ante Christi aduentum signa erãt vera Christi vẽturi, erãtq; veræ religionis opera, aduenientẽ Christo, iã sunt illis incredulis mendacia, & impiæ religionis opera, seruiuntq; per ea, non Deo, sed dæmonio. Hinc statui succedit vltimus, in quo à publicato illis Euangelio nunc sũt perfidi Iudæi, in quo à salute remotissimi sunt, à primo dæmone cum alijs septem dæmonijs, id est, plenitudine vitiorum vt dicit Hieronymus referti, de quo statu dicitur: Erũt nouissima hominis peiora prioribus, quod quidem in sequenti annotatione magis explicatur.

ANNOTATIO LXI.

Qũo populus Iudaicus i peiori nunc statu esse dicatur q̃ fuit in statu primo Idololatriæ.

DVbitabit forsan quispiam, quomodo populus Iudaicus incredulus dicatur nunc in peiori statu esse, quàm fuit in idololatriæ statu, priusquã à Deo in patribus illis vocaretur. Multa enim videntur huic assertioni contradicere.

Primo ratione diuinæ veritatis, tũc enim quando in idololatria viuebat, plures Deos colebat, notitiamq; veri Dei nõ habebat: at nunc vnũ Deum creatorem cœli, & terræ confitẽr, nec idololatra est, quod quidẽ prædictũ est Osc. 3. Multos, inquit, dies expectabis me, nõ fornicaberis, & non eris virorumque verba ibi Hieronymus inter. prætatur sic: Non eris idololatra, nec tamẽ meam religionem, quæ vera est, habebis. Ecce igit, quomodo minus erret in cognitione Dei nunc, quam prius.

Obiectio nes assertioni cõtrariæ.

Secundo ex parte notitiæ Christi, ante enim nullam Christi notitiam habebat, at nunc Christum, & Messiam confitentur, licet errent, existimantes nondum venisse.

Tertio ex parte legis naturalis, legem enim naturalem, & Decalogi præcepta agnoscunt ex Scriptura sacra: at gentiles nõ sic notam habebant; vt enim dicit Hieronymus Isa. 24. propterea per Moysem Deus hanc legem iterum euulgauit, quia in hominibus multum erat propter peccata obscurata.

Quarto ratione veteris testamẽti, quia Scripturas sacras habent nunc, legem, & prophetias, cæteraq; veteris testamenti, ob quam causam Paulus Rom. 3. affirmat Iudæos in hoc præferri gentibus, quod illis eloquia Dei tradita sint.

Quinto ratione facilitatis, & viæ conuertẽdi se ad Christũ, & salutẽ assequẽdi; nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam habet Iudæus Scripturas communes nobiscum, ex quibus conuinci potest veritatis.qñ.n.quidam in principiis cõueniũt aliquibus,facilior sit inter se persuasio, q̃ si non conuenirent.qua de causa Irenæus lib.4.cap.41.interpretatur Paulum plus laborasse in conuersione.quam cęteros Apostolos, qui cum Iudæis conuersabantur; quia ille gentibus prædicauit, qui nec sacræ Scripturæ veritatem, nec prophetias admittebant,quorum testimonio conuinci possent.

Sexto,quia nõ apparet,quę peccata nũc committant,quæ ante non committebãt; immo multa prius faciebãt,à quibus nũc abstinent: sacrificabant enim falsis diis; à tali autem sacrificio nunc abstinent, quomodo ergo dicuntur peius nunc se habere,quàm prius?

Aduertendum est pro resolutione vnũ infidelem posse in peiori statu,seu peioris cõditionis esse altero tripliciter, primo ex parte intellectus,quia vnus in pluribus errat,quàm alter,qui enim plures errores habet altero, magis à luce veritatis remotus est,tenebrisque obscurioribus tenetur,idcirco peioris conditionis est, ac in peiori statu. Secundo ex parte affectus,quando vnus errat malitia,aut pertinacius inhęret erroribus,peioris est cõditionis,quam qui errat ignorantia,aut non ita pertinax, & obstinato est animo, etiãsi in pluribus erret. Vnde rusticus ignoranter in pluribus errans melioris est conditionis, minusque peccat,quam vir doctus,qui nouit,quę Ecclesia tenet,etiamsi erret in paucioribus;similiter iter doctos,aut rusticos,minus obstinati animi excusabilior est, & melioris conditionis. Tertio ex parte facilitatis conuersionis, & recipiendæ veritatis; fieri enim potest,vt quispiam minus erret, tamen difficilior est via conuersionis eius, ideo erit in peiori statu; sicut si quis homicida sit,alter carnalis, licet ille grauius peccet,tamen facilius cõuerti potest, cum ab homicidij peccato facilius homo abstineat,quam a carnali. Hacde causa Hieronymus in commentario Matthæi hunc locum explicans affirmat hæreticos peioris conditionis esse,quam gentiles,quia in illis minor est spes fidei recipiendæ, cum pugnẽt contra veritatem sibi iam notam, eamque respuant;gẽtiles vero non norũt, faciliusque quispiam recipit, quod prius ignorauerat,quam quod nouit, & respuerat,contraq; ipsum contenderit. In his tribus modis aduerte rationem peccati,& culpæ magis attendi ex parte voluntatis, & affectus,quam intellectus;qui enim ex malitia errat,aut qui pertinacior est,& obstinatior,grauius peccatum committit, licet in paucioribus erret. Similiter etiam aduertendum est,non semper, qui difficiliori via, & modo emendari potest, grauius peccare,quãdo difficultas nascitur ex qualitate peccati, vt in exemplo posito satis constat;grauius.n.est periurium,& homicidium,quam fornicatio,tamen difficilius est abstinere ab hac,quam ab illis.

Vnus in fidelis peioris conditionis esse altero tripliciter. Primo ex parte intellectus. Secundo ex parte affectus. Tertio ex parte facilitatis.

His suppositis ad propositã dubitationem sequentibus dictis respondemus. vnde quidem.Iudæus etiamsi pauciores errores habeat,quam idololatræ, tamen peius se habet, quam ille,etiam ex parte intellectus. hoc dictum sic confirmo,& explico. Gẽtilis qdẽ, & idololatra habet,& habuit multos errores contra veritatem Dei, contra statum animarum,erga mundi creationem,& alia multa dogmata fidei nostræ, in quibus non errat Iudæus;tñ habet vnũ aliud in quo peioris est conditionis, nam Gentilis nullam habens Christi notitiam, nec Euangelij,nec mysteriorum,solam habet ignorantiam simplicis negationis; at Iudæus horum habens notitiam,& incredulus,ignorantiam habet contrariam, & prauæ dispositionis, expresse negans Christum,& totum Euangelium.& in hoc peius se habet etiam ratione intellectus, & veritatis fidei;quæ enim Gentilis non credit,non solum non credit,sed iis dissentit, & mente aduersatur,& ex hac parte peius se habet nunc, quam cum Gentilis erat.

Secundo,ex parte affectus Iudęus peiori in statu est,quam Gẽtilis:tum quia sciẽs, & prudens errat,& notæ veritati Euangelicæ,ac multipliciter confirmatę malitiose resistit, vnde excusationem nullã habet sui erroris. Ioan.15.Si non venissem, & locutus fuissem,peccatum non haberent; at nunc excusationem non habent: tũ quia obstinatissimus est in sua perfidia,odio hz bens Euangeliũ:tũ quia ex proposito non vult aures aperire veritati,nec intelligere, nec aduertere,quod Act.7.factum est, quã do prædicante Stephano Iudæi aures continuerunt.

Tertio ex parte etiam facilitatis, & remedij Iudęus est in peiori statu,quã quando erat gentilis,idque multipliciter,tũ ex parte intellectus,quia contraria tenet Euãgelio,tum ex parte affectus,quia odio habet Christum,ipsiusq; veritatem.tum etiã quia ipsis Scripturis sacris, quæ datæ sũt ad eius illuminationem, propter peruersas suas interpretationes, ac corruptiones magis obscuratur,tum præterea, quia innumeris traditionibus impiis, & contra Euangelium,ac perniciosis,falsisque fabulis Talmudicis & contra Dei ueritatem,& naturale lumen ab infantia est imbutus; tum demum, quia est immersus peccatis grauissimis vsurarum, & aliorum criminum,quibus maxime tenetur,ne ad Euangelium cõuertatur, postremo quia est sub ira Dei,& vindicta,expulsus, & iectus à Deo propter ipsius perfidiam. Psal.68.Effunde super eos iram tuam,& Osc.3.Voca non populum meum,quia vos non populus meus,& ego nõ ero uester Deus, vnde dictum est à Domino. Luc.21. Non præterębit generatio hæc,donec omnia fiant. & Matt.23.Relinquetur domus vestra deserta,& Isa.5.multa narrantur contra hũc populum,quæ ostendunt difficillimã eius conuersionem,sub uineæ parabola. diruã maceriem eius,& erit in conculcationem, auferam sepem eius,& erit in direptionẽ, ponam eam desertam, non putabitur, & non fodietur,ascendent uepres,& spinę super eam,& nubibus mandabo, ne pluant super eam. Horum singulorum explicatio non est præsentis instituti. Hoc satis est significari omnia ista difficultatem conuersionis populi post negatum Messiam. propter hæc, & alia difficillime conuerti potest populus Iudaicus. Ex quibus omnibus satis liquet eum esse in peiori statu, quam cum gentilis erat.

Solutio obiectionum.

Soluamus igitur argumẽta proposita, quorum solutione res ista magis explicatur. Ad primum respondeo, licet plures errores habeat gentilis, non inde sequitur, eum esse peioris conditionis,quia Iudęus in ijs,quos habet, ex maiori malitia peccat, pertinaciorque est,ac etiam,quia minor est spes conuersionis Iudaicę,uiaq; salutis magis est ei pcluſa vti diximus. Adde Iudæum plures errores expressos habere contra Euangelium;cum enim eius habeat notitiam contradicit, & aduersatur, unde etiam ex hac parte peius se habet, quam cum gentilis erat'.

Ad secundum respondeo,prius non habuisse notitiã Christi, eiusque ignorantiã fuisse simplicis negationis: at nunc cum notitiam habeat Christi,eum negat, quæ est ignorãtia,& error prauæ dispositionis, quod peius est.

Ad tertium,fateor legem naturalem notiorem esse Iudæo,& eorum,quę facere oportet,maiorem habere notitiam,quã gẽtilem;ex hoc tamen potius sequitur Iudęũ magis,ac grauius peccare,sciens enim voluntatem Domini,& non faciens,vapulabit multis. notitiam enim legis non faciẽti eam,maius infert nocumentum.

Ad quartum dicimus eos habere sacras Scripturas,non tamen eorum sensum asse qui,ideo magis obcęcantur eorum culpa, quam per ipsas illuminentur. vnde dictũ est Psal.68.Fiat mensa eorum ipsis in scãdalum.obscurẽtur oculi eorum ne videãt. Lex autem veteris testamenti, vt circuncisio, & alia legalia, seruantibus sunt mortifera, quia ea obseruare, est profiteri Christum non uenisse;non enim iam habent suam significationem.quod si nõ obseruat Iudæus, peccat,non quia obseruanda sint;sed quia contra conscientiam agit, nam putat obseruari debere.hæc igitur potius constituunt Iudæum in peiori statu, meliusque esset illi non nosse legem hãc.

Ad quintum respondetur, quamuis habeant Scripturas communes,& ex parte intellectus habeant Iudęi,quantum ex parte Scripturarum maiorem facilitatem, vt doceantur veritatem tamen obstinatio,& pertinacia maior est. Adde ipsis Scripturis obcæcari culpa eorum, & illę impedimento sunt conuersionis eorum, non ex se,sed propter eorum malitiam.de qua ęcitate scriptum est Isa.29 Erit vobis visio omniũ: sicut verba libri signati,& cętera. Quod autem Irenæus dicit,verum est, nã multa sunt,quæ Iudæi admittunt,nec opus est turbatione ad eos instruẽdũ, seu conuincendum; nã confitentur Messiam à Deo promissum,negant tamen venisse;admittunt etiam multa alia,quæ gentes negant,& hoc est,quod Irenæus dicit, ea tamen in quibus errant, pertinacissime tenent, difficillimeque persuaderi possunt, & Euangelium Christi odio summo prosequuntur, qua de causa dicuntur in peiori statu.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad sextũ respondetur. Iudęum, licet nõ habeat peccata quædam, quæ cum idolatra erat, habebat, multa tamen habere nũc grauissima, & quæ cum inexcusabilem faciunt, nã erat ex malitia, odio habet Christũ, contradicit Euangelio. Scripturas sacras peruertit, miracula innumera Christi spernit, signa manifesta Christi aduentus tacti contemnit, aliaque multa perpetrat, propter quæ vere dictum est de illo; Etũt nouissima hominis illius peiora priorib⁹.

ANNOTATIO LXII.

Ordinationis diuersis non mutat ueritatem.

DVo sunt in hoc exemplo, seu parabola notanda. Vnum est in narrationis ordine differre Lucam à Matthęo, nã Matthæus eius meminit post historiam, quę sequitur, nępe, quod quidã accesserunt tentantes eum, & signum de cęlo quærentes, quasi hac parabola voluerit Dominus tã calũniatores, quod in Beelzebub dęmonia eiiceret, quam hos tentantes, & petẽtes signa de cęlo hac cõminatione coprehendere. At verò Lucas exẽplum hoc describit, quasi dictũ ad eos, qui calumniabãtur eũ, eiicere dæmonia in Beelzebub. Hæc autẽ differentia non mutat veritatem rei, nec Euangelistæ semper seruant ordinem rerum gestarum. Probabile autem est Matthęum seruasse ordinem, ut quidam existimant, mihi tñ nõ vẽ minus probabile Lucam ordinem seruasse, nam exẽplum ipsum de immundo Spiritu habet quandam accommodationem cum calumnia illa, quod in Beelzebub dęmonia eiicere, scilicet vt ij, qui calumniabantur Christum in Spiritu immundo dæmonia eiicere, merito audiãt in eos Spiritũ immũdum, cum septem alijs reuersurum.

Hoc loco multa ꝓtermissa a Luca, ꝙ Matt. retulit.

Alterum in hoc loco notandum est, Lucam prætermisisse multa, quę Dominus protulit aduersus eos, qui calumniabãtur eiicere dęmonia in virtute Beelzebub, nam postquam eos argumẽtis efficacibus falsę calumnię cõuicit, quæ etiam Lucas narrat, adiecit grauitatem huius peccati, dicens esse blasphemiam contra Spiritum sanctum, quia quod Spiritus sancti erat, tribuebant Spiritui immundo, nec tale peccatum remittendum in præsenti, nec in futuro sęculo, postea arguit eos, quod loquerentur incompósita, & implicantia, aut facite, inquit arborẽ malam, & fructum malũ, aut facite arborem bonam, & fructum bonum, quasi diceret, vos implicantia loquimini, si bonũ opus est dæmoniorum eiectio, nec id negare potestis, non debetis tribuere malo principio, qa hoc est facere arborẽ malã, & fructũ bonũ. post hęc adiecit causam, à qua procedebat ista calũnia, & sermo implicans à malitia nępe eorũ; Progenies, inquit, viperarũ, qũo potestis bona loqui, eũ sitis mali; post hęc addidit, quam seuere puniendi erant in vltimo iudicio; Si enim verbi otiosi reddenda est ratio in eo iudicio, quanta reddetur de verbo tali, ac calũmnia contra Spiritum sanctum? Hę omnia prætermisit Lucas, & retulit, quod post illa, secutum est. nępe exẽplum, & parabola de Spiritu immundo; quæ explicata iam est. ad commentaria autem in Matthęum, spectat illorũ, quę Lucas omisit, perfectio explicatio.

Factum est autem, cum hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi:

COMMENTARIA.

EFficax iste, & copiosus Christi sermo, nullum fecit fructum in calũniatoribus Pharisæis, ac Scribis, sed in vna quadam muliere, & quidem de media plebe, in illorum confusionem, & damnationem. Hæc enim audiens verba Christi, non erubuit, nec timuit palam, & alta voce inter medios calũniatores, qui ab oĩbus magnifiebant, & doctores habebantur, vocem extollere, & Christum mirifice laudare; & quem illi dæmoniacũ prædicabãt, ista non solum beatum, sed & ventrem eius, quæ eũ portauerat, & vbera, quæ suxerat, beata pronunciare, & profiteri. Conuersa igitur ad Christum, cæteris omnibus posthabitis, protulit, quæ sequuntur verba.

Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.

COMMENTARIA.

COnceptionem Christi, ac natiuitatem cõmendat; si enim beatus est venter, qui Christum portauit, igitur venter ille nõ portauit peccatorẽ, quomodo enim beatus esset venter, q concepit, & gestauit peccatorem? conceptio igit Christi fuit sancta. Præterea, si beata vbera, quæ lactarunt Christum, igitur eadem de causa non lactarunt peccatorem, sed sanctum. sancta ergo natiuitas eius fuit. Non aũt commendauit mulier virũ, sed matrẽ; insinuabat. n. Spiritus sanctus per mulierem hanc, Christũ per carnẽ, ratione cuius portabatur in vẽtre, & lactabat vbera, non habuisse patrem, sed matrẽ solam. Non autem Christũ ipsum beatificauit dicendo, Beatus es tu, sed matrem; sic Christũ magis laudabat, quẽ talem, ac tantum prædicabat, vt matrẽ efficeret beatam. Perpende, quam oppositа, & contraria calumniatoribus mulier ista proferat verba: quemenim illi dæmoniacum blasphemantes dicebant: hæc non tunc solum, cum dęmonia eiiciebat, sed ab ipsa conceptione, & natiuitate sanctum proclamat.

ANNOTATIO LXIII.

AVgustinus tract. 10. in Ioã. nõ vnius mulieris, sed multorum vocem hanc esse affirmat; inquit enim sic: Cum Dñs in turba admirabilis videretur, faciens signa, & prodigia, & ostendẽs quid lateret in carne, admiratę quædam animæ dixerunt: fœlix venter, qui te portauit. Hæc ille. hoc autem intelligendum sic est, credibile esse voci mulieris, alios ẽt consensisse, non quod plures sic exclamauerint, cum Euangelũ vnius tantum mulieris meminerit.

At ille dixit: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei.

COMMENTARIA.

TRansfert Dñs beatitudinẽ ad eos qui audiunt, & custodiunt verbũ Dei, quod Christus prædicabat, quasi diceret: Tu prædicas matrem meam beatam, quia me portauit, & lactauit, ego potius dico illos beatos, qui quæ prædico, & doceo, audiunt credendo, & custodiunt complendo: illa beatitudo magna est, sed hæc maior. Inuitat his verbis & mulierem, & audientes omnes ad sermoni suo credẽdum, & obediendum, quasi diceret: Beatã prædicas matrem meam, quæ me portauit, & genuit: hæc beatitudo solius illius est. at est alia maior, quæ & tibi, & omnibus dari potest, si nępe verba mea audiatis, & custodiatis. magnum dicis lactasse me, & portasse me, maius, & felicius profectò est mihi credere, & sermones meos custodire.

ANNOTATIO LXIV.

REcte Titus Bostrenus notauit, opportune Christũ hæc verba pronunciasse, nępe qñ multi erant, qui eũ nõ solũ audiebant, sed ẽt eos, qui audiebant, arguebant, in ius vocabant, & damnabant. adde, his verbis, & illos persecutores incredulos reprehendisse, & eos, qui audiebant, confortasse omnesque ad audiendum sermones eius excitasse. Tertullianus li. 4. cõtra Marcion. hac sententia probat Christum verã habuisse matrẽ, quo veritas carnis eius cõprobatur. Felicitatem inquit ab vtero, & ad vberibus matris suæ transtulit in discipulos, à qua non trãstulisset, si eam nõ haberet, Hæc ille.

An hisce verbis negauerit Christũ matrem suã beatam, ex qua per te eũ genuit, & lactauit

Posset quispiam dubitare, an hisce verbis negauerit Christus Matrẽ beatam ex ea parte, quia ipsum genauit, & lactauit. Augustinus enim videtur ita sentire tract. 10. in Ioann. cuius verba sunt hæc. Felix venter, qui te portauit, at ille, immo felices, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud: hoc est dicere, & mater mea, quam appellatis felicem, inde felix, quia verbum Dei custodit, non quia in illa verbum Dei caro factum est, & habitauit in nobis, sed quia custodiuit ipsum verbum Dei per quod facta est, & quod in illa caro factum est. Hæc ille. Mihi verius, & accommodatius dicendum videtur, non esse hæc verba negatiua, seu comparatiua, nõ negare beatitudinẽ, sed præferre in hunc sensum; Beata quidem mater mea est, sed si hoc tantum consideratur, quod mater est, maior est beatitudo, & beatiores sunt, qui audiunt verbum Dei, & custodiũt illud. negari. n. nõ potest magnũ fuisse beneficiũ Dei Sanctissimę Virgini collatum, ꝙ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit effecta mater Dei, maximāq; hanc esse dignitatē, & consequenter ex hoc solo dici potuit beata, nam beatū appellamus locutione communi, qui bonis abundantiat maiori est beatitudo esse charū, & gratū Deo, si vnū alteri precise conferatur: nam beata virgo cumulatissimè gratiam habuit, & verbū Dei custodiuit, vnde simpliciter beata est. Quod etiam confirmatur ex superioribus illis verbis, beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, si beati erant, qui viderūt Christum oculis corporeis quanto magis, quæ genuit eum? nō enim semper beatus dicitur, qui integre, & cōplete beatus est; aliter enim nō essent dicendi beati, qui audiunt, & custodiunt verbū Dei, quia nōdū gloriam assecuti sunt, quę est perfecta beatitudo; cadere etiam possunt à gratia. Ad *Quid sit illud:* Qui audiunt verbum dicunt omnes generationes quod procul dubio non solū est propter gratiæ abundantiam, sed ēt propter multa alia beneficia, inter quę unum fuit singulare, quod nempe Dei mater effecta est: Quia fecit, inquit, mihi magna, qui potens est. Nō ergo Christus matris huius verba negauit, sed eam rexit adiungendo, quod per se beatius erat. Quod autem Augustinus verbū hoc interpretatus ipsum filiū Dei, de quo dictum est. Verbum caro factum est, violēta est interpretatio. nam nō de hoc verbo sermo est, sed de Christi prædicatione, & doctrina, quam qui audiunt, & custodiūt, beati dicuntur.

Posset autem quispiā interrogare, quid per auditum intelligendum sit. Respondere ad hoc possumus illos dici audire, qui credunt: eos autem custodire, qui quod credūt, opere cōplent; aut ēt illos audire, qui auditum exteriorem præstāt; illos vero custodire, qui quæ audiunt, credunt, & quæ facienda sunt, faciunt.

Turbis autem concurrentibus cepit dicere.

COMMENTARIA.

DVm quę dicta sunt contra calūniatores loqueretur, turbæ exiſſent, & auditū maior copia accessit; tunc; cepit omnibus dicere, videns ad eos, qui eū tentantes signū de cælo quærebant, quorum supra mētio facta est. Turbæ igitur hæ, quæ nunc cōcurrisse narrantur, non aderant, qñ illos, qui in beelzebub eū dæmonia eiicere calūniabātur, corā aliis turbis calūniæ conuicit. quæ autem nunc locutus est Christus, tam illæ, quam hæ audierūt.

Generatio hæc, generatio nequam est.

COMMENTARIA.

SCribas, & Pharisæos signū de cælo petentes acriter reprehēdit, exprobrando eis inueteratū nequitia ab ipsis patribus, & genitoribus tractam. eos igitur nequam appellat, i. homines nō solum malos, & sceleratos, sed etiam ad nocendum, & malefaciendum aliis paratos; tales. n. hi erant, qui Christū tētare, & populos ab eo auertere, quātum in ipsis erat, procurabant, fidē, & auctoritatem illius minuendo; tentabant. n. quasi ij, qui Christū non posse talia facere existimatēt, vt sic apud turbas illum vilescere facerent. Appellat autem generationem, vt malitiā, & nequitiem eorum magis explicet: quasi qui ab auis, & atauis eā hæreditariſēt, illis similes se reddentes. ob quam etiā causam, & à Ioāne Matth. 3. dicti sunt progenies viperarum, & ab ipsomet Domino Matth. 12. sensus ergo est; vos sicut patres vestri nequam estis.

ANNOTATIO LXV.

APud Matthæum legimus: Generatio mala, & adultera illud aūt (mala) Græce est (πονηρὰ) eodemq; vocabulo vtitur hoc in loco Lucas, interpres autē variè interpretatus est, illic enim (mala) hic vero (in quam) vertit. cūdem tamen sensum vtrumque habet, cum vni, & eidē nouo Græco respondeat. Matthæus autem adiecit (adultera) quod Lucas prætermisit, idque sępe Euangelistæ facere solent. vtrumque autem explicabimus in præsenti. Quod ad primum spectat, Chrysostomus hom. 44. in

in Matth. verbi Græci significationem sequens, malos interpretatur dictos, quia beneficiis acceptis ad malignitatem excitantur, quod extremę vitiositatis esse dicit. Euthymius autem interpretatur dictos malos, quia animo tentandi accesserunt, quasi praui, & distorti, aliud verbis, aliud corde gerentes. aduerte vocabulum Græcum πονηρὸς significare multa, scilicet, prauū, malignum, sceleſtum, improbum, noxiū: mihi autem præcipua significatio ea videtur, qua significat hominem sponte, & sine causa malum aliis facientem, quasi inclinatum consuetudine, aut mala affectione nō solum ad vitia, sed etiam ad aliis nocendum; hos homines malignos appellamus, & Græcum vocabulum his accomodatur. qua de causa diabolus in Scriptura πονηρὸς vocatur; tales erant hi, qui dolo, & animo tentandi Christum accesserunt; Ad hanc significationem respexit Chrysostomus; nec nomen latinum alienum est, nam malum aliquando significat etiam prauum, & malignum; nisi velimus dicere Græcum vocabulum secundum omnem suam significationem hoc in loco esse positum, sicut & Latinum, vt dicti sint isti mali, & sceleſti propter vitia, & peccata ipsorum, praui, & distorti propter simulationem, & maligni ob animum, & volūtatem pessimam nocendi etiam absq; causa, & hoc probabilius est. Dicuntur autem adulteri propter infidelitatem, quia dum Christū à Deo missum, & promissum non receperunt, à Dei fide recesserunt, sicque Chrysost. interpretatur infidelitatē enim, & idololatriam quoddam esse adulterium spirituale Scriptura sacra sæpe testatur. Adiicendum autem est, non dici hos solos, seu in propria eorum persona prauos, malos, & adulteros, sed etiam generationē eorum, vt significetur a suis primogenitoribus quasi hęreditate accepisse malitiam hanc, & adulterium, vt prædicti doctores interpretantur; de patrū enim malitia habetur act. 7. Vos Spiritui sancto restitistis, sicut & patres vestri, ita & uos, quem prophetarum nō sunt persecuti patres vestri? & occiderunt eos, qui prænunciauerūt de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores, & homicidæ fuistis. Hæc ibi. Quibus verbis explicatur verbum hoc, Generatio prava, seu mala, de adulterio patrum constat psal. 77. Non crediderūt mirabilibus eius. idololatria enim patrum adulterium appellatur, vt notat hic Hieronymus ex Ezech. 16. quam isti imitati sunt infidelitate, & perfidia contra Christum Dei filiū. adultera ergo generatio, quia infideles, & incredduli, ac infidelium, & incredulorum filii, dicūtur. Quibus verbis tacite insinuet se Deum, filiumq; Dei esse, quasi diceret: Tales vos exhiberis erga filium, quales patres vestri se exhibuerunt erga Patrē meū Deum. ita notauit Chrysost. hom. 44. in Matthæum.

Cur Xpus malitiā Iudeorū reprehēdit patrum suorum meminit quibus similes erant.

ANNOTATIO LXVI.

DVbitabit quispiam, quid est, quod dominus malitiam præsentium Iudæorum arguens, patrum eorum mentionem facit, quibus hi similes erant, cum videntur minus esse vituperabiles filijs, qui parentes habent malos, quam qui bonos; filii enim bonorum patrum male viuētes vituperabiliores sunt; malis filiis improborum parentum. Respōdeo absolute loquēdo ita esse, tamen ex circumstātijs quibusdam, quales erant in his Iudæis, non sic esse: nam malitia parentum Iudæorum in Scriptura est acriter reprehensa, & commiratio facta cōtra imitatores eorum filios; ob id filii, ipsorum vitia sequētes grauius multo peccarunt, cum Scripturarū admonitiones, & comminationes haberent. rursus ipsi filii acceperunt beneficia magna à Deo, quibus omnino indigni erant. nā viderunt Christum eius miracula perspexerunt, prædicationem audierunt: continuare ergo vitia, & scelera patrum tot beneficiis nouis acceptis, quibus iuste priuari poterant, grauius fuit crimen, quam si eorū patres non peccassent. præterea, quia dum parentum peccata sic imitantur, sceleraq; continuātur per multas generationes, ira Dei magis prouocatur in filios, vt habet Matth. 23. Vt veniat, inquit, super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est ab Abel. quæ sententia explanabitur in fine huius capitis, quia igitur hæ circumstantiæ conuenerunt in istis, idem eo actiori reprehensione digni fuerunt propter parentes eorum malos. Quomodo autem malitia parentū noceat filiis, diximus supra cap. 1. Annotatione 9.

Signum

Signum quærit.

COMMENTARIA.

HÆc est causa, propter quam tam acriter eos carpserit, nimirum quia signũ quærebant. miracula signa appellat, quia ad significandã, & confirmandam veritatem eduntur. Attende autem, quam sapienter Christus illos reprehẽdat; ipsi. n. signum de cęlo quærebant: at Christus eos acriter increpat, quod vel signum aliquod petant; nõ enim repetiuit illud (de cęlo) scilicet signum de cœlo quærit; arguũtur autem vel quod signum aliquod petant; tum quia multa, & magna signa iam facta essent, propter quæ illi poruerant, & debuerant credere; tum etiam quia malo animo, & studio tentandi petebant: tum demum, quia accedebant cum infidelitate, existimantes Christum facere non posse, quę ipsi quærebant signa.

ANNOTATIO LXVII.

Quamobrẽ Xp̃s reprehẽdit Iudæos qđ signa q̃runt.

DVbitabit quispiam, quid est, cur Dominus reprehẽdat Iudęos hos, quod signa quęrunt. Primo quidem, quia Iudic. 6. Gedeõ signũ petit: Si inueni, inquit, gratiam coram te, da mihi signũ, quod tu es, nec fuit ob hoc reprehensus, immo signũ obtinuit. Secundo Achaz Isa. 7. redargutus est, quod signum non petierit. Pete tibi, inquit, signũ à Dño Deo tuo. & dixit Achaz: Non petam, dictumq; est ei: Non satis vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo. Tertio per prophetas prædictum erat Messiã facturum multa miracula, quasi signa sui aduentus; nõ igitur videntur isti reprehensione digni, quod signa petant ab eo. Diximus multa de hac materia in commentarijs in Ioan. cap. 4. annot. 17. idcirco breuius nunc respondebimus, dicentes, non reprehẽdi hos nunc ob id tantum, quod signa petant, sed alijs de causis, quarũ vnam adfert Cyrill. li. 2 in Ioan. cap. 32. nimirum tentationem, quia tentantes Christum petebant. Alteram tradit Hieron. Matth. 12. & Chrysost. hom. 44. scilicet quia signa petebant, quasi nõ accepissent. ī quo similes sunt Regulo. Ioã. 4. cui dictum est per impropериũ à Dño: Nisi signa, & prodigia uideritis, non creditis; quasi diceret, accepistis plurima signa, quibus debueratis iam credidisse. His duabus adiecimus tertiam, nimirum quia ex infidelitate petebant, non vt crederent, sed potius existimantes illum non posse signa talia facere. Has tres causas insinuauit Dominus in reprehensione facta in illos, quã Matthæus refert: Generatio, inquit, mala, & adultera. malam appellauit ob malum animum tentandi; adulterã autem, id est, infidelem, ob perfidiam, & incredulitatẽ, qua nec tot, ac tantis signis factis crediderant; nec signa de cęlo cũ facere posse credebant. His igitur de causis meritò isti carpuntur. nec obstant, quę in principio diximus: Gedeon enim non animo tentandi signum petiit, sed studio discendi, & credendi, vti fecit. nec vlla ante acceperat signa. Achaz verò signum renuebat, nec si fieret, Deus exaltaretur supra Idola, quæ ipse colebat; credebat tamen oblata signa illa fieri potuisse à Deo, in quo isti iudet peiores sunt, qui non credebant Christum facere posse signa de cęlo. Quod si per Propheras prędicta erant signa, iam Christus effecerat ea, quibus omnino poterãt, & debuerant credere. vnde nõ crediderant, quia noluerãt. Quod Christus illis obiecit Ioã. 25. Si nõ, inquit, venissem, & opera non fecissem, quę nemo alius fecit, excusationẽ haberent de peccato suo, nunc autẽ excusationem non habent.

ANNOTATIO LXVIII.

Cur Dominus miracula Beelzebub tribuebant Iudæi blasphemantes, in hoc ipsũ cęcare & mentiri non verebantur.

ALtera dubitatio se offert; cur Dominus blasphemos illos, qui calũniose eius miracula Beelzebub tribuebant, non reprehendit; hos verò, qui minus peccare videbantur petentes signum, tam acriter increpauit. Respondet Chrysostomus hom. 44. in Matth. id factum esse, vt Dominus ostẽderet se superiorem esse affectionibus, & commotionibus animi: cum enim ab illis iniuria esset grauissima affectus, noluit acriter sic carpere, ne ex ira, & vindicta potius, quam ex zelo veritatis loqui uisus esset. Hos uero si non increpasset, uisus esset quærentes id fecisse, quia adulatione agebatur: hi. n. petebant signum de cęlo, quasi magnificè de eo sentientes. Hæc causa Chrysostomi non est vniuersaliter probanda: nam & illos blasphemos acrius reprehendit; & reprehensioni addidit maiorem comminationem: nam dixit in eos: Progenies viperarum, quo potestis loqui bona, cum sitis mali? &, Spiritus blasphemiæ non remittetur, multaq; alia, quæ Matthęus narrat. Hoc tñ fecit prudẽtissime Christus, quod blasphemos prius rationibus conuicit, & demonstrauit sibi non posse talem calumniam impingi, & in hoc se animo sedato, & non ira commoto respondere ostendit; postea verò, vt auditores cæteros, & ipsos ẽ. calumniatores deterreret, & à talibus calumnijs auerteret, reprehensionem, & comminationem adiunxit. cum his aũt, qui eũ tentantes signum petebãt, aliter egit: eos enim statim reprehendit, & dolum, peruersamq; intentionem illorum aperuit; vt omnibus innotesceret se iuste in eos agere, negando signa petentibus.

Et signum non dabitur ei.

COMMENTARIA.

IVsta pœna eorum, qui signorum abundantia accepta, non solũ non crediderunt, sed ẽt noua quærunt tentantes, vt omnibus priuentur, nec amplius signum vllum accipiãt. signum, inquit. non dabitur, non solum ex ijs, quæ petunt, sed nec vllum aliud, excepto vno, quod statim explicat.

Nisi signum Ionæ Prophetæ.

COMMENTARIA.

EXcipit ab vniuersali negatione vnum, quasi diceret, non dabitur generationi huic signum iam vllum, prẽter vnum, illud nempe, quod significatum est per signũ Ionæ; Ionas. n. in uentre ceti tribus diebus detentus, & euomitus inde signum fuit Niniuitis, eum à Deo missum esse ad prædicandũ: sic Christi mors triduana, & resurrectio signum fuit eum uere esse Christum. Hoc igitur est signũ, quod solum Christus se datum Iudæis his dicit, nempe mortem, & resurrectionem suam, signum profecto admirandum, & efficacissimum Christi.

ANNOTATIO LXIX.

Cur Xp̃s signũ Ionæ dare voluerit Iudæis dolose petentibus.

QVod ad literam spectat, Iustinus in explicat. quæst. gent. resp. 64. sensum literalem sic exponit: non dabitur signũ, nisi signum Ionæ, id est, signum simile signo Ionæ; signum n. Ionæ fuit typus & figura signi Christi, nempe mortis, & resurrectionis eius. Interpretatur ergo Iustinus sic; sicut Ionã fuisse in ventre ceti, & postea euomitum, datum fuit in signum Niniuitis, quod ipse esset a Deo missus, sic Christus moriem, & resurrectionem suã post triduum, dedit in signum, & in testimonium, quod ipse Christus esset. Hæc expositio confirmatur verbis sequentibus; sf enim (sicut Ionas fuit signum Niniuitis) quæ verba non aliud significãt, quam Ionam euomitum à ventre ceti fuisse datum in signum Niniuitis, vt crederent eũ à Deo missum. Signum ergo Ionæ fuit signũ Niniuitis, quod Ionas a Deo missus erat, & fuit simul typus & figura signi dati per Christum: miracula namque, qua ratione in veritatis attestationem fiunt, dicuntur signa. Hoc autem signo, nempe qđ Ionas viuus ex ventre ceti euomitus fuit, Niniuitas permotos fuisse, licet Scriptura non dicat expresse, affirmat tñ Chrysost. hom. 25. in Gen. Dicet quispiam, cur Christus hoc voluit signum dare Iudæis dolose, & tentandi animo petentibus? respondet Cyrillus lib. 2. in Ioan. c. 32. dicens id factum, quia mortis, & resurrectionis mysterium erat in salutem humani generis. Ideo id signum non negauit ẽt illis: aliter illud ẽt negasset. verba Cyrilli loquẽtis de hoc signo sunt hęc Quod, inquit, signum, nisi propter salutem eorum futorum omnino esset, numquam tentantibus illis dedisset. Hæc ille. paulo autem inferius aliam etiam causam huic adiungemus.

ANNOTATIO LXX.

Cur Xp̃s aliud signum nõ daturũ Iudæis dixerit, nisi signũ Ionæ, cum post hęc verba

GRanior est difficultas in hac sententia; nam Christus ante mortem, & passionem suam post hæc nunc narrata, edidit miracula multa, quæ à Matthæo, & Luca sequentibus capitibus describuntur; quomodo nunc dicit, se non daturum amplius aliud signum, nisi signum Ionæ. Ad hanc Primo loco respondet Glossa ordin. restringendum esse hoc verbum, nimirum, non dabitur signum de

Universidad de Deusto
Biblioteca

multa ediderit miracula.

cœlo, quale petebant illi. ista verò responsio non satis accommodata esti nam Christus ait, solutè negauit signum: causam aût in commentario explicuimus. rursus, quia restricta sententiæ non quadrat exceptio (nisi signum Ionæ) signum. n. hoc nõ erat de cælo, quale illi quærebant; id aût quod excipitur, debet esse eiusdem generis cum eo, à quo fit exceptio. rursus licet sic esset, adhuc nõ potest accommodari: nam post hæc signum de cælo datum est legimus. n. Ioan. 12. vocem Patris intonuisse de cælo, Christumque dixisse, non propter me vox ista venit, sed propter vos.

Secundo loco Chrysost. hom. 44. in Matth. hanc excitauit dubitationem, & respondet signa quidem multa facta fuisse post hanc petitionem ante mortem, tũ non esse facta pp illos incredulos, quos sciebat obstinatos esse, sed propter alios, vt eos alliceret. sicque verum est, quod nunc dr, signum non dabitur ei. Huic consentit Euthym. Matth. 12. Hæc autem ratio non vr probabilis: cum. n. post hæc omnibus prædicauerit, etiam incredulis; nec à prædicationis suæ auditu quemquam retraxerit, consequenter miracula, quæ erant in confirmationem doctrinæ, omnibus cõmunia fuere. præterea, quia, si negata sũt miracula incredulis post hæc, eadem ratio ne multa ex iam factis negari debuerant; nouerat enim Christus semper, qui in eũ erant crediturí.

Tertio loco idem Chrysost. ibidem aliã exhibet interpretationem, nimirum, non dabitur signum, quale Ionæ: nã signa omnia facta, fuerunt beneficia, quibus allicie batur populus ad credẽdum. at post resurrectionem contra factum est cum illo: quẽ enim populum non allexit beneficijs, innumeris calamitatib. afflixit, ut uidere est in captiuitate à Romanis facta, & tunc, quem nõ agnouit beneficijs allectus, agnotus. tale ergo signum non dabitur, nisi signum Ionæ. Hęc expositio non omnino accommodatur. calamitates enim & afflictiones populi non sunt similes signo Ionæ, sed mors & resurrectio.

Quarto loco quidam recentiores respõdent, Christum non dedisse post hæc signum vllum petentibus, nisi signum Ionæ, vt sit sensus. Generatio hæc signum quærit, & non dabitur ei petenti signum aliud, nisi signum Ionæ. quæ ergo alia miracula fecit, non fecit petentibus, & quærentibus illis; petentibus. n. non aliud dedit signum, nisi hoc. Ista expositio parum firmitatis habet; absolute. n. non negat Christus se non daturũ generationi huic signum aliud, præter signum Ionæ, siue petierint, siue non.

Mihi igitur aliter dicendum videtur: in cuius gratiam, aduerte, Iudęos ter petiisse à Christo signum. Primo, qñ Ioan. 2. Christo eijcienti eos de templo dixerũt: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? tunc Christus non aliud signum dedit, quam mortem, & resurrectionem suam: Soluite, inquit, templum hoc, & tribus diebus excitabo illud. Secundo, qñ post liberatum hominem à dæmonio accesserunt Scribæ, & Pharisæi tentantes eum, quod nunc narrant Lucas, & Matthæus ca. 12. quibus respõdit per mortis, & resurrectionis signum in Iona significatum. Tertio, qñ Matth. 16. accesserunt ad eum Pharisęi, & Saducæi, tentantes, & rogauerunt eum, vt signum de cælo ostenderet eis, quibus eadem respondit, quæ secundo respõderat, adiectis alijs, quæ ibi refert Matthæus. cur autẽ hoc signum proposuerit, causa est, quia ipsi petebant signum, quo agnoscerent eum esse Christum; at interea talia hoc fuit, nempe passio, mors, & resurrectio; quamuis. n. cætera signa prius facta sufficientissima fuerint ad agnoscẽdum & credẽdum, in de facto populus ille non agnouit eum, nisi mortis, & resurrectione eius commotus: tunc. n. eum agnouit, quod & ipse Dominus prædixit eis, Ioã. 8. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. & Ioã. 12. Si exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad me ipsum. Hoc etiam ipsum factum ostendit: nam, ipso adhuc in cruce existẽte, multi reuersi sunt percutientes pectora, & dicentes: Vere hic filius Dei erat, Luc. 23. & post aduentum Spiritus sancti, Petro prædicante mortem, & resurrectionem illius, maxima multitudo cõuersa est, & pœnitens baptizata est, vt dicitur Actor. 2. Tanta aût virtus huius signi fuit, vt increduli ęt, & persecutores agnoscerent eum esse Christum; ut notat Euthym. Ioan. 8. licet pp pertiem quidam non cõsentiant. quod patet ęt in illis senioribus populi Matth. 28. qui audientes a militib. Christum

Aliter sentẽtia.

sum resurrexisse, pecuniam dederunt eis suadentes, vt dicerent Discipulos venisse, & furatos esse corpus. agnouerunt ergo, & præ malitia negauerunt. Sensus igitur est: signum petunt, nimirum quo de facto agnoscant me, & quo de facto mũdo manifestet; non aût dabo aliud signum tale, nisi mortem, & resurrectionem meam. tunc ipsi vel nolentes me agnoscent; tunc populi in me credent, & ad me conuertentur. hic mihi vr accommodatissimus sensus, à quo non multum differt, quod Chrysost. dicit: nam loquitur ipse, de signo, quo de facto agnoscendus erat Christus; at hoc signum calamitates existimat esse, quas passi sunt Iudæi post Christi resurrectionem: ego vero etiam ante calamitates agnitum esse dico, signumque hoc mortem, & resurrectionem puto, quæ & facta, & prædicata, innumerabilem multitudinem Iudæorum Christum agnoscere, credere, & confiteri effecit.

Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit & Filius hominis generationi isti.

COMMENTARIA.

CAusa est, & explicatio, cur signũ Ionæ dicatur dãdum; ea aût est, quia sicut Ionas fuit Niniuitis signũ, ita & Christus Iudæis: ille. n facto illo mirando, quod tribus diebus extitit in ventre ceti, & postea viuus est euomitus, tantam fidem prædicationi suę cõciliauit, vt Niniuitas ad pœnitentiã cõuerterit, seq; à Deo missu esse eis persuaserit; sic Christus morte sua, & resurrectione post triduum, se filiũ Dei, & Christum verũ esse ostender, agnoscetq; generatio illa cum esse Messiã.

ANNOTATIO LXXI.

MAtthæus ca. 12. apertius hoc scripsit. Sicut, inquit, Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. quæ verba sunt cõnectenda post ea, quæ Lucas refert; sunt enim omnia à Christo prolata, in quorum declarationem. Aduerte, nonnullos in hãc sententiam Domini impegisse. Primo qui

Quomodo quidã impegerint in hęc Domini verba.

dem August. epist. 49. ad Deogratias. q. 6. refert Paganos irrisisse, & cachinnos excitasse contra hanc historiam Ionæ, quasi impossibile esset tribus dieb. viuũ hoiem permansisse in ventre ceti, vnde id fabulosum reputarunt. Eorum meminit Hieron. in commẽtario Ionæ 2. contra quos opponit August. quædam facta maiora, quę tũ Pagani non irridebant, nec subsanãt, maius, inquit, fuit tres pueros in ignis fornacem iniectos viuos, & illæsos permansisse: potẽtior. n. erat ignis ad comburendum, quam vẽtre ceti. Maius ęt fuit Lazarum quatriduanum in sepulchro viuificare, quam viuum in ventre ceti triduo conseruare. qui igitur hæc potuit efficere, potuit ęt Ionã in ventre ceti custodire. Theodoretus in Ionæ commentario cap. 2. adfert ad hoc idem confirmandum vnum quid naturale, nempe infantem in ventre matris nouem tribus diebus, sed nouem mensibus in fœmine angustissimo ventre viuum seruari. multo maius est hoc, & qđ nisi vnusquisque experiret, fabulosum reputaret, & impossibile. si igitur natura hoc facit, quanto maiora efficiet auctor naturę ipsius, Deus. Radix erroris Paganorum istorũ illa est, quam notat Hilar. lib. 3. trinit. quod. n. suo ingenio, & intellectu non assequuntur, impossibile ducunt. Deq; potentiam infinitam, & incõprehensibilem meiura limitata, & deficiente propriæ rõnis coarctant.

Secundo, impegerunt in hanc eandem sniam ęt Pagani, quorum meminit Iustinus in explicat. quæst. gen. resp. 61. qui nõ quidem negarunt historiam, sed existimarunt non posse accommodari Christo: Ionam. n. dicebant viuum fuisse in ventre ceti, at Christus mortuus clausus est in sepulchro. non igitur apta est similitudo. ad hos respondet Iustinus in typo, & figura non esse requirendam omnimodam similitudinem. quod in figuris omnibus videre est. sic etiam in hac, quæ in hoc posita est, quod sicut Ionas cum in ventre ceti esset, post tres dies euomitus est viuus; quod opus mirabile signum fuit Niniuitis virtutis Dei mittentis illum; sic Christus, cum tribus diebus extitisset in sepulchro, resurgens viuus, argumentum fuit uirtutis, & diuinitatis suæ, & veritatis doctrinæ abipso prædicatæ. Athan. serm. 4. contra Arianos, huius figuræ meminit, notatque illã particulam (sicut) non significare omni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

modam similitudinem, alias Christus debuisset in mare mitti, & à pisce deglutiri, vnde recte notat Origen. Matth. 13. parabolas, & figuras non esse in oibus similes rebus ipsis, sed sicut figuras, & imagines in pictura, quæ non in oibus similes sunt rebus ipsis. Adde quod dicit Theodor. Ionæ 2. Ionam legeviuentium mortuum esse; diuina. n. sola virtute seruatus fuit: in hoc autem quod lege & omnium opinione mortuus est, figura fuit Christi: sicut & sopor Adæ fuit etiam figura mortis Christi, quamuis Adam mortuus tunc non fuerit. Adde etiam Ionam viuum in ventre ceti repræsentasse corpus Christi in sepulchro, quod licet animæ non erat vnitum, erat tn diuinæ personæ coniunctũ, & non quale est corpus hominis meri. Vnde Ionas viuus magis repsentabat corpus Christi in sepulchro, quam si mortuus esset. paulo iterius hoc magis explicabitur. Tertio loco quidam in eandem sniam impegerũt, quorum meminit Origen. tom. 32. in Ioannem in fine; legentes. n. filium hominis fuisse in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus, reiecerunt tamquã apocryphum ab Euangelio Lucæ 23. illud: Hodie mecum eris in Paradiso, putarunt enim non posse hæc concordari; si. n. fuit Christus tribus diebus in corde terræ, quo potuit esse primo die mortis in Paradiso. Origen. respondet illud, Hodie, non vnum diem significare, sed totum tempus huius sæculi. Theophylact. autem Luc. 23. refert quosdam illud (Hodie) cõiunxisse cum verbo præcedenti, nempe ego dico tibi, Hodie mecũ eris in Paradiso. ipse verò Theophylactus Paradisum interpretatur locũ amœnum, in quo conseruantur animæ iustorum purgatæ, vsque ad diem iudicij, in quem admissus est latro ille bonus cum iustis illis Patribus, quos Dominus à limbo extraxit. At vero, salua fide catholica, hæc doctrina non potest iam sustineri. Augustin tract. 3. in Ioan. & epist. 57. ad Dardanum, longissimam habet disputationem super hanc rem. Quidquid de hoc sit, quia ad nostrum præsens institutum non spectat; in illiusque loci explanatione plura dicenda sunt: dicimus Paradisum appellari beatitudinem, quæ est in visione, & fruitione essentiæ diuinæ posita. ad quam latro ille eo tunc die proiectus est vna cum aiabus sanctorum Patrum, qui enim diuina fruuntur essentia, vbicumq; sint, beati sunt, & in Paradiso, licet non dũ peruenerint ad locum illum cœlestem. Vnde, & angeli, qui in terras descendunt, videntque Deum, in Paradiso esse dici possunt. Locus enim non facit ad essentialem beatitudinem, & gloriam.

Quarto demum loco, quidam alij impegerunt: legent. 3. n. Christum tribus diebus, & tribus noctibus fuisse in corde terræ: cum surrexerit die Dominica ante lucem; vt hos tres dies assignarent, dixerunt eum mortuum fuisse die Iouis in cœna, quando obtulit sub speciebus panis, & vini carnem, & sanguinem suum. tunc separata est anima à corpore, præueniti; mortem, quam illaturus erat inimicus, quamuis non apparuerit tunc mortuus. ita sensit Greg. Nyss. in orat. 1. de resurrectione, motus uerbis præsentibus. eius tñ sententia non est à catholico amplectenda: contradicit. n. scripturis multis, nam & post cœnam vere dixit. Tristis est anima mea vsque ad mortem, & in cruce: In manus tuas commendo spiritum meum, & emisit spiritum, aliaque sunt multa opposita huic sniæ. Doctores communiter hos tres dies per synecdochen interpretantur dictos, posita parte pro toto: est. n. communis, & vsitatissimus loquendi modus, etiam in Scriptura. Sic Hieronymus Matth. 12. & Augustinus Epist. 49. ad Deogratias, quæst. 6. & alij respondent. & in hoc est similitudo rei cum figura; licet non sit in æqualitate temporis, seu integritate dierum: Ionas enim tribus integris diebus mansit in ventre ceti. cuius rationem reddit Tertullian. lib. de resurrect. carnis, nimirum vt toto eo tempore mansisset in ventre, quo naturaliter solet venter digerere cibum illum; vt sic miraculũ appareret, quod post tale tempus viuus esset euomitus. at Christus, cum in cruce mortuus omnibus esset manifestus, non indigebat ea probatione: voluit autem non prolongare tempus, sed partem minuere dierum, ne, vt dicit Leo serm. 6. de resurrect. turbatos discipulorum animos longa mœstitudo cruciaret.

ANNOTATIO LXXII.

SVpereſt explicandum illud verbum, quod apud Matthæũ habetur, nimiriũ, sic illud (in

Quid sit illud

Matthæi. In corde terræ.

(in corde terræ) quidam cor terræ interpretantur sepulchrum, quam interpretationẽ sequuntur Chrysost. homil. 44. in Matth. Augustin. epist. 49. ad Deogratias, quæst. 6. & Glossa interline. & insinuat ét Iustinus explicat. quæst. gen. resp. 64. quidam alij interpretantur limbum, in quem descendit secũdum animam Christus, qui est in medio terræ, ideo cor dicitur. huic interpretationi adhærent Origen. lib. 5. in Epist. ad Rom. Gregorius Nyssen. orat. 1. de resurrect. Theodor. Ionæ 2. Vtraq; sententia est accommodata; mihi tamen accommodatior ea visa est, quæ vtrumque complectitur. nam Christus filius Dei, & homo, quãdo mortuus est, animam quidem à corpore separauit; tamen diuina persona animam, & corpus vnita sibi seruauit; idemque Dei filius secundum animam in dimbo, secundum corpus in sepulchro fuit. idcirco dicitur secundum vtrumque fuisse in corde terræ: tam enim limbus, quam sepulchrum, dici possunt cor terræ, quia subtus terram sunt. & in hoc etiam procedit aliqua ex parte similitudo: ut enim Ionas secundum animam, & corpus fuit in ventre ceti, ita vnus, & idem Christus fuit in corde terræ quantum ad animam, & quantum ad corpus, licet non eodem modo, quia anima in Christo fuit separata à corpore, & illa in limbo, hoc in sepulchro fuit, quorum vtrumque cor terræ est. Hãc interpretationem visus est probare Augustinus in Epist. citata: cum enim cor terræ interpretatus esset sepulchrum, per divisionem addidit (vel profundum, inquit, terræ) profundum autem terræ, & limbũ, & sepulchrum comprehendit. Vltimo loco notandum est; licet ad hoc inducta sit similitudo Ionæ, nempe ut mors, & resurrectio Christi significaretur; in multis tamen alijs procedit, quæ docte, & copiose explicat Augustin. Epist. 49. quæst. 6. illic legere facile est.

ANNOTATIO LXXIII.

Cur Xps hoc signo Ionæ vsus sit ad illud oppositum fuerit Iudæis.

INterrogabit autem non immerito quispiam, cur Dominus hoc signo Ionæ cõtra incredulos Iudæos vsus sit adeo, vt ter id opposuerit: ad quod nonnulla respondeo. primo quidem cum Chrysostomo homil. 44. in Matth. vt significaret Iudæorũ incredulorum subuersionem, & ruinam propter eorum perfidiam. Ionas enim prædicatione sua illa facta Niniuitis, nempe, Ab hinc quadraginta dies Niniue subuertetur, indicabat ob Iudæorum perfidiam contra Christum, in quem non solum credituri nõ erant, sed etiam ipsum occisuri, eos esse subuertendos, & calamitatibus summis opprimendos, quas post annos quadraginta à morte Domini, à Romanorum exercitu passi sunt. Vt enim Deus dedit Niniuitis quadraginta dies ante subuersionem, vt pœnitentiam agerent, haberentque pœnitendi tempus, sic, & Iudæis post Christi mortem dedit quadraginta annos; illi autem pœnitentiam egerunt tã breui tempore; hi uero non, in tot annis. Ideirco Iudæi puniti sunt: illi autem veniam obtinuerunt. Signum ergo Ionæ à Saluatore propositum, erat comminatio futuræ punitionis.

Secundo, vt hoc eodem signo significaret gentium futuram conuersionem. in cuius rei declarandæ causam notandum est id, quod Gregorius Nazianzenus in Apolog. 1. scripsit, à quo Hieronymus mutuatus est in commentarijs Ionæ. cap. 2. mirum, Ionam iussum à Deo prædicare Niniuitis, ea de causa fugisse, quia Gentiles erant: eique reuelatum fuerat reprobandos Iudæos, gentiles vero vocandos. fugit ergo, non quidem inuidens saluti gẽtium, sed nolens populum suum Iudaicum perire; fugiebatque, ne tanta populi sui ruina in eo significaretur. Dominus ergo, hoc proponens exemplum Ionæ, in se implendum significat; ac post mortem, & resurrectionem suam, celerem eorum subuersionem futuram indicabat, similiter gentium vocationem; vt impleretur illud, auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Tertio, hoc vsus est signo, vt scandalum futuræ mortis suę minueret, & spes breuissimæ resurrectionis cõciperetur ab ijs, qui eum mortuũ conspecturi erant. Nouerunt hoc impij, & perfidi Iudęi, qñ post mortẽ adierunt Pilatum dicentes, Seductor ille, cum adhuc viuus esset, dixit, post tres dies resurgam. hoc autem non habuerunt isti, nisi ex uerbis illis Ioann. 2. soluite templũ hoc, & tribus diebus excitabo illud; & ex istis, quæ nunc per signum Ionę expressit. His igitur de causis hoc exemplo usus est Christus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regina Austri surget in iudicio cũ viris generationis huius, & condemnabit illos.

COMMENTARIA.

POst negata signa, vno excepto, inuehitur contra incredulitatem Iudaicam, quę tot ac tantis visis signis, tãque mira audita doctrina, adhuc non uincebatur. ea igitur de causa inuehit in eos, & gentium collatione facta, seueriorem prædicit pœnam supra gentiles. Regina, inquit, Austri in die iudicij (qñ & illa, & viri generationis huius, i. ætatis, seu temporis huius, qui signa petunt, & sunt increduli, surgent iudicandi) cõdemnabit eos, id est, erit argumentum efficax iustæ damnationis istorum; in eaq; apparebit, quanta isti digni sunt punitione.

ANNOTATIO LXXIV.

HVius Reginæ, & eorum, quæ fecit, ob quæ Iudæi hi digni punitione, ac dãnatione apparebũt, mentio fit 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9 Dicitur aũt ibi Regina Saba, quæ nunc appellatur Regina Austri. Hieron. autẽ in tradit. Hebra. in Genesim duplicem distinguit Saba: vna est ciuitas Arabiæ felicis, quæ non multum distat à terra promissionis, & in Hebræo scribitur cum Schin; altera est in Aethiopia, & scribitur cum Samech. vtriusq; fit mentio in Psal. 71. Reges, inquit, Arabum, & Saba dona adducent. In Hebræo, loco illius, Arabum hf Saba, cum Schin, quæ est ciuitas Arabiæ, à qua Iustin. in dialog. cũ Tryphone existimat Magos uenisse ad adorandũ. communis autẽ snĩa doctorum tenet Reginam hãc uenisse ex Saba, Aethiopiæ, ita putant Orig. hom. 2. in Cant. Hieronym. Iohe. 3. Augustin. ser. 253. de tempore, Anselmus lib. de imaginibus cap. 19. & Iosephus lib. 3. antiquit. cap. 3. idq; ex Euangelio deducitur: nam dicitur uenisse à finibus terræ, id est, de partibus longinquis. Arabiæ autem Saba non multum distat à terra promissionis. Dicitur autem regina Austri: nam duplex est Aethiopiæ pars, vna Orientalis, altera Meridionalis, seu Australis, in qua sita est Saba; aut qa Aethiopia respectu terræ promissionis est Meridionalis, seu Australis; aut vt dicit Anselmus loco citato, quia Aethiopia est pars Arabiæ meridionalis. Hæc igitur est regina Austri, seu Saba, quæ in iudicio dr condẽnatura Iudæos incredulos. Dicitur aũt condemnatura non quidem potestate, aut actu iudicandi, quasi ipsa prolatura sit sententiam damnationis, aut iudicium pronunciatura aliquod; sed collatione; quia comparatione eius, isti increduli dignissimi damnatione apparebunt: illa. n. minori cognitione, & beneficijs paucioribus diuinis acceptis, plura bona fecit, quam Iudæi, qui cumulatius receperunt. Sic Hieronymus Matth. c. 12. & Chrysost. hom. 44. in eundem interpretantur hanc condẽnationem. Similiter Basilius hom. in Psal. 7. ibi (Dominus iudicat populos.)

Saba duplex, & ex qua venerit Regina hac.

Condemnatio tribus modis fieri posse ex Scriptura.

Aduerte igitur ex Scriptura condemnationem tribus modis fieri posse. primo ex potestate, sicut qñ iudex in reum profert sententiam: sic Dani. 13. dicuntur illi iudices condemnasse Susannam: condemnauerunt, inquit, eam ad mortem. & Matth. 20. & condemnabunt eum morte. Secũdo, qñ non ex potestate, sed ex proprio iudicio, quo vnus temere apud se iudicat alterum dignum pœna: sic dr Matth. 7. Nolite cõdemnare, & non condemnabimini. Tertio comparatione, seu collatione; qñ ex facto vnius declaratur, aut cõuincitur grauitas malitiæ alterius: sic dicitur Sap. 4. Condemnat iustus mortuus impios viuos; & inuentus celerius consummata longam vitam iniusti. Iob 15. Condemnabit te os tuum, non ego, id est, ex tuis verbis cõuinceris reus, & punitione dignus. In præsenti autem loco, non primo, nec secundo modo accipitur, sed tertio, vt dictum est, & in sequenti sententia magis explicabitur: cõparatione enim Reginę huius Iudęi increduli apparebunt; & cõuincentur maxime rei, & grauissima pœna digni; eorumque culpa maxime innotescet, si, quæ facta sũt cum Regina, & cum ipsis, conferantur.

Quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quam Salomon, hic.

COMMENTARIA.

CAusam exprimit, ob quam Regina Austri condemnabit incredulos Iudæos. ea autẽ est, quia illa venit a finibus terræ, id est, de lõginquo, puta ab Aethiopia. venit aũt ad audiendam sapientiam, & doctrinã Salomonis; at hi Iudæi non longè, sed præsentem habẽt me, qui sum plusquam Salomon: præstantior. n. & vtilior est doctrina Christi, q̃ Salomonis: hic purus homo; Christus filius Dei est. perpẽde ergo, q̃ fecit Regina: primo venit de longinquo; secundo audire doctrinã Salomonis; tertio, hominis cuiusdam: Salomon. n. erat vnus homo, sicut & nos. at Iudæi habuerunt Christum filium Dei, qui plusquam Salomon erat: rursus, hic, i. præsentem. rursus cuius doctrina erat saluifera, & viuifica; & tñ audire detrectauerunt. cõuincentur ergo rei, & digni damnatione, exemplo, & facto Reginæ huius: si. n. cum Salomone talia fecit, quid faceret, si notitiam habuisset Christi? notanda est Saluatoris modestia, qui de se in tertia loquitur persona; ne diceret: ego sum plusquam Salomon. illud, hic, aduerbium est loci.

ANNOTATIO LXXV.

NE deducas ex hac Domini snĩa Reginam Austri saluam esse: non. n. id ex hoc sequitur: nam non solum boni, sed ẽt mali, & reprobi in die illo condemnabunt alios multos, collatione, vti dictũ est: malus. n. habere potest aliquid boni, vel minoris mali, quo conuincatur malitiæ grauioris alter malus. Quamuis. n. Regina illa mala, & reproba esset, id tñ laudabile fuit, quod de finibus terræ venit audire Salomonem. quo facto arguitur Iudæorum infidelitas, qui Christum filium Dei seriorem, & maiorem Salomone, quem præsentem habuerunt, audire noluerunt. Sic etiam in die illo multi damnabunt alios, qui cum minus auxilium recepissent, paucioresque occasiones benefaciendi sortiti essent: minus tamen mali egerunt, quam alij, qui maiora bona præstandi facultatẽ habuerunt.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cũ generatione hac, & condemnabunt illam: quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ; & ecce plus quam Ionæ, hic.

COMMENTARIA.

QVod facturam dixit Reginã cõtra Iudæos, hoc ipsum facturos affirmat Niniuitas illos, ad quos missus est Ionas: hi. n. crediderunt prædicationi Ionæ, & pœnitentiam egerunt de peccatis suis; Iudęi aũt isti habẽtes, & audiẽtes Christum, qui plusquam Ionas erat, non solum quia Dei filius, sed quia excellentior eius erat doctrina; & mirabiliora, ac plura opera; nec pœnitentiam egerunt, nec ei crediderunt. Adde Ionam non prędicasse illis pœnitentiam, nec spem veniæ dedisse, sed absolute pronunciasse ruinã eorũ post dies paucos; & tñ illi pœnitentiã egerunt, nec veniam desperarunt. at Christus pœnitentiam prædicauit, & ueniam promisit; & tamen non receperunt: in iudicio ergo, horum collatione facta, iusta, & digna Iudæorum dam natio apparebit.

ANNOTATIO LXXVI.

MAtthæus cap. 12. horum duorum exẽplorum meminit, non tñ eodem ordine; sed priori loco Niniuitarum exemplũ descripsit: qui ordo videtur is, quem Christus habuit, vt continuaret sententiam hanc cum præcedenti signo Ionæ. Lucas autem rem ipsam considerauit, non ordinem; quod sæpe Euangelistæ faciunt. In his autem duobus exemplis considerandum est vnum, quod recte notauit Clemẽs Rom. epist. 3. nempe significata esse duo genera Iudæorum, qui Christum non receperunt, nec in eum crediderunt: quidam enim fuerunt, qui notitiam eius habentes non curarunt doctrinam eius audire, nec sermones percipere; & hi significantur exemplo Reginæ. hæc enim venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: isti verò Iudæi contempserunt ac neglexerunt diuinã, & uiuificam Christi sapien-

Iudæorũ qui Christum nõ receperũt, duo genera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam,ac doctrinam. ac de talibus explicat hoc Reginæ exemplum Basilius hom. in Psal.7.Quidam alij ipsum audierunt,sermones de eius ore perceperunt, & tñ non crediderunt,nec,quæ audierant, fecerunt. isti aũt indicantur per Niniuitas : vt.n.illos Regina condemnabit,sic istos Niniuitæ.Attende ẽt hos,s.tam Reginam,quam Niniuitas fuisse gentiles, qui maiora præstiterunt,quam Iudæi, qui erant de populo Dei.quibus exemplis notat Hieronym. Matth.12.Christum occulte prætulisse fidem futuram gentium Israeli. Nota rursus,quod etiã de Regina diximus, ex hac sententia non deduci illos Niniuitas saluos fuisse:nam ẽt mali condemnabunt alios.de his aũt Niniuitis dicit Hieronym. in proemijs Ionæ,& Naum;post hanc pœnitentiam ad Ionæ prædicationem factũ, rediisse ad vomitum ; & ideo post Ionam missum esse ad eos Naum, & destructos, & euersos fuisse à Deo, quia in bono non perseuerarũt. Nota demum a multis aliis iudicandos fore Iudæos istos;at Christus horum duorum exemplorum meminit, quia erant notissima omnibus.

ANNOTATIO LXXVII.

Quomodo Regina Austri & Niniuitæ,quin fideles fuerunt dicãtur in iudicio resurrecturi.

POsset cuipiam dubitatio suboriri, qũo Regina Austri,& Niniuitæ,qui infideles fuerunt, dicãtur surrecturi in iudicio, cum scriptum sit Psal.1.Non resurgẽt impij in iudicio. Respondeo duo in hac parte esse certa fide tenenda,vnum est omnes homines,etiam infideles, & absque vlla exceptione resurgere debere. Hoc Paulus expresse testatur 1.Cor.15. Sicut, inquit,in Adam omnes moriũtur,sic in Christo omnes viuificabuntur. Si igitur nõ est homo ẽt infidelis,in quem peccatum Adæ nõ sit transfusum, mortique corporis sit obnoxius, ita oĩs homo virtute Christi à mortuis resurget. quod iterum confirmat Paulus dicens: Omnes quidem resurgemus ; sed non omnes immutabimur. Alterũ est, oẽs,ẽt infideles comparitos in iudicio illo extremo, ac iudicandos esse à Christo iudice supremo, & vniuersali omnium. Hoc idem Paulus docuit Rom.14. Omnes, inquit, stabimus ante tribunal Christi:scriptum est enim: Mihi flectetur omne genu,& omnis lingua cõfitebitur Deo. citat testimonium Isa 45. iterum idem Paulus 2.Cor.5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi,vt recipiat vnusquisque,prout gessit in corpore.Sunt multa alia testimonia huiusmodi pro his duabus veritatibus confirmandis. Surgẽt ergo in iudicio Niniuitæ, & Regina Austri cũ oĩbus ẽt infidelibus, & idololatris. locus autem allegatus ex Psal.1. non est contrarius huic doctrinæ,quem Greg.lib. 26.Moral.c.20.interpretatur, distinguens duplex iudicium,vnum est discussionis, alterum est sententiæ. dicit ergo infideles, & impios resurrecturos quidem iudicio, non quidem discussionis, quia eo ipso, quo sine fide fuere,absq; alia discussione, damnationis obnoxij sunt: qui.n.non credit, iudicatus est; surgent tamen ad iudicium sententiæ, quia tunc in eos feretur sententia damnationis æternæ. Sic Greg. locum interpretatur,& ex interpretatione tollitur omnis dissonantia inter locum psalmi,& hunc præsentem. Est tñ interpretanda doctrina Gregorij,ac limitanda: nam discussio duplex est, vna quidem ad damnationem,vel approbationem:& quãtum ad hoc non est necessaria discussio in infidelibus:nam eo ipso,quo infideles fuisse apparuerint, rei erunt mortis æternæ absq; alia discussione factorum,& operũ: & hoc est,quod Gregor.dicit, & verba psalmi significant. Altera est discussio ad quãtitatem pœnæ inferendæ : non.n.damnati pœnam æqualem patientur ; & quantum ad hoc erit discussio etiam in infidelibus, licet enim omnes damnabuntur; non tñ pœna sensus æquali, cum non fuerint æqualia eorum peccata,sed quidam minus, quidam magis peccarunt: vnde discutientur opera omnia singulorum;vt vnusquisque referat, prout gessit in corpore, siue magis, siue minus, quam doctrinam tradidit Hieronymus Ierc 25.in illud (iudicium Domini cum gentibus) similiter Basilius homil.in psal.7.& est certissima, & in presenti loco insinuata: nam nec Niniuitæ, nec Regina damnare poterunt incredulos Iudæorum; nisi tam horum,quã illorum singula facta discutiantur. surgunt igitur impij in iudicio damnationis,& discussionis,vt parem factis pœnam recipiant ; non tamen surgunt, ad discussionem absolutæ damnationis ; nam eo ipso, quod increduli, & sine fide fuerunt, & alio examine damnationis sententiam ferent.

ferent.Sic licet locum psalmi interpretari, & recte: quamuis possemus alteram interpretationem non minus accommodatam adhibere,si vim verbi Hebrei attẽdamus : idem enim significat quasi si diceremus, non stabunt, seu non subsistent impij in iudicio: nam repellentur à facie iudicãtis, quando audient;Ite maledicti. hæc autem interpretatio conuenit cum verbis antecedentibus; nimirum non sic impij,non sic, sed tanquam puluis,quem proijcit ventus à facie terræ.siue igitur hoc,siue illo modo interpretemur,certũ est impios & ifideles venturos in iuditio ante tribunal Christi.

Nemo lucernam accendit,& in abscondito ponit,neque sub modio:sed super candelabrum,vt qui ingrediuntur, lumen videant.

COMMENTARIA.

POstquã multipliciter arguit Pharisæos, & Scribas calumniantes, & signum quærentes,radicem & causam manifestat, à qua hæc omnia, & similia procedebãt;nimirum,quia eorum mens obscurata erat infidelitate, & affectionibus prauis: si enim eam haberent veritate succensam,non vtique talia perpetrarent. sicut qui oculum habet luce carentem, corporis motus,& actiones inordinate,& peruerse efficit;qui vero oculum sortitur sanum,& lucidum,corporis actiones recte exercet: hæc enim omnia parabola sensibilis Lucernæ explicat. Dicit ergo: Nemo accendit lucernam,& ponit in abscondito, aut sub vase, sed in manifesto,& sine obstaculo,vt omnibus ingrediẽtibus lumen spargat. qua si diceret ; si vos haberetis lucernam accensam,id est mentem sanam,& veritate ac virtute ornatam,vtique omnia vestra exteriora opera, & sermones lucidi,& recti essent : nemo enim lucernam accendit, nisi vt alijs omnibus luceat : at non sic est in vobis. sequẽti sniã hoc explicat; pens vero est velut maior quædam propositio in argumẽto,quæ sequenti determinatur, vt in eius explicatione constabit.

ANNOTATIO LXXVIII.

Commendat. primo ad discipulos in monte, doctrinam Euangelicam (cuius discipuli futuri erant præcones) non ad vnum superiorem populum & gentem esse prædicandam, sed per totum mundum : ideirco eos lucẽ mundi,& salem terræ appellauit, ac lucernas positas super candelabrum Hęc refert Matthęus cap. 6. quo in loco possumus etiam per lucernam accensam intelligere ipsum Christum : quasi per ea verba reddat rationem,& causam, cur Apostolos lucem mundi dixerit ; nimirum quia ipse Christus magister lucerna est accensa, quę super candelabrum posita est,vt omnibus luceat. Discipuli igitur doctrinam eius prædicantes debent esse lux non vnius,aut alterius, sed totius mundi. Secundo hanc eandem sentẽtiam repetiuit eisdem Discipulis,post parabolæ illius explicationem, de semente in diuersas terræ partes spargẽdo.tunc adiunxit eadem verba,significans se esse lucernam accensam. quæ omnibus lucet, doctrinamque ipsius tradendam esse omnibus bonis,& malis. Hæc referunt Marcus cap.4.& Lucas cap.8.Tertio hanc eandem sententiam replicauit hoc in loco contra calumniatores,& signa quærentes: quod solus Lucas refert;vt significaret radicem,& causam,à qua talia eorum dicta, & facta prouenirent; vti in commentario diximus.Hæc mihi huius sentẽtię,& cum præcedentibus connexio,& explicatio videtur.

Quidam vero Patres antiqui aliter interpretantur. primo quidem Ambrosius in præsenti, lucernam accensam intelligit intellectum hominis fide, ac verbo Dei lucentem:quam fidem dicit non esse ponendam sub modio,id est,nõ coarctandam lege illa veteri, sed transferendam ad Euangelium, & Ecclesiam. quæ interpretatio, quantum ad hoc, quod lucernam interpretatur mentem fide, & veritate accensam, mihi visa est accommodatissima cæterarum, quæ sequuntur ; & accedit proxime ei,quæ in commentario posita est:quantũ vero ad reliqua,& ad accommodationem, non videtur mihi apta.

Secundo loco, Thæophylactus hanc, & sequentem sniam de Pharisæis interpretatur in hũc sensum:ò Pharisæi,vos estis lucernæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

cernæ accensæ, quia vobis est datum lumen, & sciētia, vt alios instruatis; quia nemo accendit lucernam, & abscondit, sed ponit in cādelabro, vt luceat oībus: at vos sub vitio eam abscondit is, dicentes me in Beelzebub eijcere dæmonia. Hęc interpretatio, qua parte vtramq; suiam ad eosdem refert, & lucernam mentem scientia, seu veritate ornatam intelligit, mihi placet, & conformis est nostræ expositioni; qua parte vero eam accommodat interpretās Pharisæos esse lucernam accensam, non probo: erant enim obtenebrati incredulitate, perfidia, & prauis affectionibus.

Tertio loco, Beda diuidit hanc snīam à sequenti, & interpretatur de Christo: ipse enim est lucerna ardens, & accensa super candelabrum, lucens doctrina, & operibus mirandis. sic aūt Beda connectit, quia dixerat Christus se non daturum signum nisi Ionæ, incredulis, subdit se non denegaturum fidelibus; sed lumen lucis suæ diuinitatis eius daturum promittit; quia lucerna est succensa posita super candelabrum. Hæc interpretatio, qua parte diuidit hanc snīam sequenti, quasi duæ sint parabolæ, non vī mihi multum accōmodata, vt paulo post dicemus. adde quod infidelibus nō denegauit etiam signa, vti prius diximus.

Quarto loco quidā recentiores diuidūt ēt hanc à sequenti parabola, & de Christo interpretantur cum Beda; aliter tñ connectunt, nempe velle Christum reddere causam, cur infidelibus, quos arguerat, nō obstantibus calumnijs, & tentationibus eorum, non desistat prædicare, & miracula facere; nimirum, quia ipse est lucerna succensa, lucens oībus; vtpote posita super cādelabrum. ista explicatio in hoc non probatur, quia diuidit snīam hanc à præcedēti, & re vera, si diuidenda est possumus accommodatiorem adhibere interpretationem, & connexionem; nimirum, vt hanc priori snīa Christus reijciat à se culpam calumniarum, & tentationum factarum, quasi diceret, cur vos calumniam inferatis, & à me signa quæratis, tot ac tantis iā factis spretis. non sum ego causa, nec mea est culpa, quia inter vos sum vt lucerna accensa, non sub modio, nec in abscondito, sed super cādelabrum lucens omnibus doctrina diuina, & efficacissimis operibus diuinitatis. posteriori vero & sequēti snīa culpam in eos reijcit. lucerna, inquit, corporis tui est oculus tuus: quasi diceret, tenebræ vestræ, & mentes obscuratæ infidelitate, ac vitio, causa sunt, quod vos ista in me faciatis. iste sensus forsan prædictis accōmodatior est. verūtamen omnium accōmodatissimus visus mihi est, quem in cōmentario exposuimus; vt vna & eadem sit snīa, & parabola contra Pharisęos, & scribas illos, qua Christus docet eorum mentem errore, & vitio obscuratam; indeq; esse, vt calumnias inferant, signa petant, aliaq; multa mala faciant: quam si haberēt illuminatam sine tenebris erroris, infidelitatis, ac prauarum affectionum, vtiq; corpus, id est omnia exteriora eorum opera lucida, & recta essent; quia nemo lucernam habet accensam, & abscondit, sed ponit in candelabro, vt luceat intrantibus domum: sic est omnis, qui mentem omni ex parte lucidam habet, nec vllis obscuratam tenebris; huius opera profecto lucida etiā sunt. Hæc in sequentis sententiæ expositione magis explicabuntur.

Lucerna corporis tui, est oculus tuus: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.

COMMENTARIA.

APplicat sententiam præcedentē. lucerna, inquit corporis oculus est. perseuerat in eadem metaphora, & similitudine; sensusque est, dixi, neminem accendere lucernam, & eam abscondere, sed ponere in propatulo, vt omnes videant lumen. Quod in lucerna exteriori fit, id etiam in oculo corporis fieri contingit: est enim oculus velut lucerna. quando hic oculus simplex, id est sanus est, nō permistus humoribus malis, tunc totum corpus lucidum est, id est illuminatur; vt eius membra recte operentur: sicut lucerna accensa omnes qui ingrediuntur domum, vident lumē. at si oculus nequam est, & infirmus, tunc corpus tenebrosum est: partes enim eius non efficiūt opera sua; vt videre est in cęco: sicut lucerna non accensa in tenebris versantur, qui in domo sunt, nec operationes suas dirigere valēt. significat hæc metaphora, mente, quæ oculus est animæ, sana, & veritate omni ex parte instructa, exteriores operationes hominis rectas esse; illa vero obcæcata errore, aut prauis affectionibus operationes consequenter esse prauas, & obliquas: non enim stat mētem sanā esse, & operationes esse prauas: sicut non contingit lucernam accensam, & poni sub modio, aut in abscondito.

ANNOTATIO LXXIX.

Quid per oculum hoc loco significetur.

SVperiori annotat. retulimus eos, qui hanc esse parabolam diuisam à præcedenti sentiebant; quasi quæ ad duo genera personarum referatur, & diuersa significet: nobis autem visum est durum, ac violentum, vaū & idem vocabulū lucernæ in tam paucis verbis ad diuersa referre; cum possit facile, & accommodate ad vnum & idem pertinere, vti expositum est. superest ergo pro præsentis snīæ explicatione, quæ metaphora quædam est, inuestigare, quid per oculū significetur; in quo doctores nō consentiunt. Beda in præsenti commentatio oculum significare dicit intentionem animi, quæ interpretatio sumpta est ab Augustino lib. 2. quæst. Euang. c. 15. & lib. 2. de ser. Domini in monte c. ... & à Gregorio lib. 28. mora. c. 6. qui similia verba apud Matthæum interpretantes, oculum intentionē explicant. Verba Gregorij sunt hæc: Quid per oculū exprimitur, nisi opus suum præueniens intentio, quæ priusquā se in actione exerceat, hoc iam, quod appetit contemplatur? Hęc, & alia Greg. cui expositioni nonnulli ex recentioribus cōsentiunt. At vero Chrysostomus hom. 21. in Matthęum. & Hieronymus Matth. 6. eadē verba explicantes, mētem ipsam seu intellectum interpretantur. Et re vera si per intentionem intelligamus actum voluntatis erga finem, non possumus oculum interpretari intentionem, non solum quia oculus est potentia agnoscendi, & lumen ad cognitionem pertinet, quæ magis intellectui, ac menti accommodantur, quam voluntati; sed ēt quia si per oculum intelligatur intentio snīa Dñi patietur oppositionem: non.n. intentio ēt recta, & bona facit opus exterius bonum: nam contingit malum opus ex bonā intentione procedere; mendacium enim, ēt ob bonum finem, malum est. nec satisfit huic obiectioni per rnīsionem recentiorum dicentium, de operibus bonis ex se, aut indifferentibus, intelligendam esse snīam Dñi: hęc.n. si ex bona intentione procedant, recta sunt. Hæc inquam rātio parum satisfacit; tum quia generalis est snīa Dñi; tum quia ēt in bonis operibus ex se, & indifferētibus, non sufficit bona intentio. nam posita bona intentione finis, & operibus bonis ex se, aut indifferentibus, contingit fieri opus malū, & peccatum, si fiat indebito tpe, aut loco: ad bonitatem.n. operis multæ circunstantiæ necessariæ sunt prēter intentionē bonam. Rectius igitur, verius, & accommodatius cū Hieronymo, & Chrysostomo sentiemus, si per oculum interpretemur mentem: hęc enim si sana est, abiq; vllo errore, & vitio, opera exteriora vtiq; bona sunt; nec contingit malū opus exterius, nisi præcedente vitio aliquo in intellectu, nempe errore, aut falso iudicio, saltem practico, aut incōsideratione aliqua. vnde qui facit bonum opus ex se, ēt bono fine, sed tpe indebito, aut loco, aut deficiente aliqua circumstantia necessaria, opus vitiosum est. Ideoq; si consideret quispiam, inueniet errasse intellectum, dum iudicauit id opus sic debere fieri: denique generale est, opus malum ex vitio aliquo intellectus procedere, etiamsi bona sit intentio. Hæc expositio accommodata est contextui, vti verba indicant, & quæ sequuntur, id ipsum confirmant. Nec hoc est contra Augustinum, aut Gregorium, qui per intentionem, non purum actum voluntatis, qui tendit in finem, intellexerunt, sed simul mentis attētionem, & inspectionem. Aduerte autem sanum oculum appellari simplicem, quia qui sanus est, externis humoribus non miscetur, qui visum perturbant.

Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.

COMMENTARIA.

COncludit ex metaphora. vide, inquit, ne lumen, quod in te est, id est, lucerna, & oculus, ac mens, quę ad illuminādū data sunt, tenebræ sint, id est, tenebrosę, & tenebris obfuscatę:

multum

Universidad de Deusto
Biblioteca

multum enim id refert. nam si oculo existente nequam, totum corpus in tenebris versatur; cõtra vero simplex si sit, totum corpus lucidum est; sic ẽt si mens tenebris affecta sit, actiones exteriores, quæ à tenebris procedũt, tenebrosæ sunt, ac vitiosæ; contra vero si lucida sit, actiones rectæ sunt; interest profecto mentem lucidam habere. vide igitur, ne in mente tua, quę ad lumẽ data est, tenebrę sint erroris, ignorantiæ, & infidelitatis.

ANNOTATIO LXXX.

APud Matth. cap. 6. hæc sñia magis explicatur; dicit enim, si lumen, quod in te est, tenebræ sunt, tenebræ quantæ erũt? id est, magnæ erunt in te tenebræ, si quod ad lumen tibi datum est, tenebrosum sit: si enim oculus exterior talis est, totum corpus est tenebrosum; si autem mens, actiones, quæ ex iis tenebris procedunt, vitiosę erunt. lumen in hac sentẽtia appellat oculum in corpore, & mentem in anima, quæ ad illuminandum data sunt; quo verbo probatur non posse per oculum intelligi intentionem; hęc enim non est lumen, sed procedit ex lumine: recta enim intentio procedit à mente veritate informata, & illustrata. Quidam recentiores interpretantur particulã. μή, loco, num, seu, an: nẽpe, considera, num lumen, quod est in te, tenebræ sint: particula enim Græca, &, non, & num significat. Vtraque tamen lectio in eundem recidit sensum.

Lumen quid hoc loco.

Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

COMMENTARIA.

HAec est conclusio totius similitudinis, seu metaphoræ, si igitur, inquit, totus oculus lucidus fuerit, non habens aliquam partem tenebrosam, id est, nihil habens, quod lumen eius obscuret, erit totum corpus lucidũ, & illuminabit te, scilicet oculus talis, sicut lucerna fulgoris, id est, sicut lucerna lucida, & perfecta; sic est in anima: quãdo tota mens lucida est, nihil habens ignorantiæ, erroris, falsitatis admistum, actiones exteriores rectæ, & lucidæ sunt. in hac sentẽtia illud (corpus) ad oculum refertur; pars enim corporis etiam corpus dicitur: sic enim sensus fit perfectus, & absque vlla battologia.

ANNOTATIO LXXXI.

INterpretes illud (corpus) ad totum corpus referunt, & tunc sensus efficitur parum, & accommodatus cum battologia quadam, nec verba vltima respondent; nõ enim corpus totum est, quod illuminat, sicut lucerna, sed oculus. idcirco visum est mihi id referre ad oculũ. nã & oculus corpus quoddam est, eo maxime; quod mihi suspicio est illud nomen Græcum, σῶμα, quod corpus Latine dr, positum forsan a Typographis, aut ab aliquo, loco ὄμμα, quod significat oculũ: quod si non positũ est, debet intelligi pro oculo, tuncque quadrat illi, quod sequitur (& sicut lucerna fulgoris illuminabit te.) nõ. n. totum corpus est, qđ illuminat, sed oculus. ducendum aũt est Græca nunc exemplaria habere sic (erit lucidum totum, sicut si lucerna fulgoris illuminet te) quæ lectio magis cõuenit cũ præcedẽti lectione, si corpus pro toto corpore accipiatur. sicque legit Euthymius, cum quibusdam recentioribus; non tñ vitatur battologia. at vero vulgatũ non sic legisse, certum est. qua lectione stante, oportet per corpus interpretari oculum, fitq; sensus verbis valde accommodatus.

Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisæus vt pranderet apud se. Iesus autem ingressus recubuit.

COMMENTARIA.

NOn sunt hæc connexa superioribus, sed alio tempore euenerunt. loquebatur igitur Christus verba doctrinæ, vt solebat; quo absoluto sermone, à quodam Pharisæo inuitatus est ad prandium, quod Christus non recusans, ingressus est domum illius, & recubuit ad mensam. acceptauit autem Dominus Pharisæi conuiuium, vt instruendi eum occasionem haberet, & vt ostẽderet se communia hominum officia non spernere.

AN-

ANNOTATIO LXXXII.

Connexio superior.

QVod ad connexionem spectat. Euthymius cum præcedentibus coniunxit, quasi dictum esset, cũ hęc, quæ dicta prius sunt, loqueretur Christus, eum Pharisęus quidam rogauit, vt apud se pranderet. Beda vero ponderans non esse dictum, cum hæc loqueretur, sed absolute cum loqueretur, affirmat non referendam esse hanc sententiam ad verba immediate precedentia, sed ad alia quæ post illa Matthæus c. 12. & Marcus cap. 3. explicant; nimirum, dum quæ dicta sunt, loqueretur accessisse quendam & dixisse: Mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes alloqui te. at ille dixit: Quæ est mater mea, & fratres mei? & extẽdens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit volũtatem patris mei, qui in cęlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Cum igitur hęc loqueretur, inquit Beda, Pharisæus hic accessit. Aliis non placet hoc, sed existimant, nec post hęc, quæ Matthæus narrat, Pharisęum hunc accessisse. sed alio post tpe, quod incertũ nobis est. & reuera id probabilius est: nam post illa verba vetisimile est cũ matre, & fratribus quærentibus eum abijsse: non aũt cũ Pharisæo hoc inuitãte. Quod aũt ad litteram pertinet. verbum illud (rogauit) Græce, ἠρώτα, quod Euthymius dupliciter interpretatur; aut rogabat, aut inuitabat. priorem interpretationẽ secutus est vulgatus: ea enim est frequentior verbi significatio.

Quod demum ad rem ipsam attinet. Euthymius existimat hunc Pharisæum inuitasse Christum, vt ostenderet se præstantiorem cæteris Pharisæis, atque ab eorum inuidia liberum. Titus Bostrenus vero, cũ de numero persecutorum, ac peruersorum fuisse arbitratur, cuius conuiuium dicit Christum non recusare, non quod ignoraret Pharisæorum peruersitatem, sed vt causam, & occasionem instruendi illum haberet. Quo autem animo Christum inuitauerit, bonone, an malo, Titus nõ explicat. mihi magis placet, si dicamus, hunc bono, & benuolo animo inuitasse Christũ: si enim aliter esset, Euangelista explicuisset, vt fere semper facere soleti quamuis. n. plurimi ex Pharisęis de Christo doctrina non recte sentirent; non tamen omnes eo odio ipsum prosequebantur, vt à communibus officijs erga illum abhorrerent, talẽ existimo hunc fuisse Pharisęum.

Pharisæus ipse, bonone, an malo animo Christum inuitauerit.

Pharisæus autem cepit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium.

COMMENTARIA.

ACcubuerat Dominus mensæ priusquã manus ablueret, quod videns Pharisęus, cepit intra se dicere: Quare non est ablutus ante prãdium, idque dicebat in corde suo reputans, id est, iudicãs, & in malam partẽ accipiens, ac damnãs. Dñs aũt id fecerat, vt occasionem acciperet dedocendi errorem, & superstitionem Pharisæorũ de huiusmodi ablutionibus, & baptismatibus in capiendis cibis.

ANNOTATIO LXXXIII.

GRęca exemplaria duas habent lectiones; vna est ac si I. tine dicerem: Pharisęus cum vidisset, admiratus est, qđ non esset lotus ante prandium quam lectionẽ sequitur Euthymius. Altera est, quam sequitur vulgatus, quę hr apud Titum Bostrenum antiquissimum doctorem Græcũ; & hęc est, quam nũc interpretamur. Illud aũt reputans, Græce est à verbo διαλογίζομαι, quod idem interpres apud Marcum vertit per verbum, hęsito: tale enim verbum multas habet significationes; idem enim significat, ac dijudico, discerno, discepto, iudico, reputo, hęsito. hoc in loco positum puto, pro, dijudico, seu iudico, quod sępe in Scriptura in malam accipitur partem; vnde reputasse intra se dr, id est, iudicasse, & in malam partem accepisse. à qua interpretatione non discessit Titus Bostrenus, explicans Pharisęum offensum fuisse eo, quod manus Christus non lauisset. De hac traditione Pharisaica, meminit Matt. c. 15. Accesserunt, inquit, Scribę, & Pharisęi, dicentes: Quare Discipuli transgrediuntur traditionem seniorum? nõ enim lauant manus cum panem manducant. Similiter Marcus cap. 7. Conueniũt, inquit, ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis venientes à Hierosolymis, & cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est, non lotis, manducare panem, vituperauerunt. Pharisæi

Variatio lectionis.

sæi enim,& omnes Iudæi,nisi crebro lauerint manus,non manducant,tenentes traditionem seniorũ. & à foro venientes,nisi baptizentur,non comedunt:& alia multa sunt,quæ tradita sunt illis seruare,baptismata calicum, & vrceorum, & æramentorum,& lectorum.Hæc Marcus. Hac igitur de causa offensus est Pharisæus.& male accepit,quod Christus illotis manibus mensæ accumberet. cur autem Dominus eam traditionem neglexerit,dicemus in sequẽtibus .

Et ait Dominus ad illum.

COMMENTARIA.

REspondet Dominus ad ea, quæ Pharisæus in corde dicebat,vt sic ei persuadeat veram esse doctrinam suam: qui enim scrutator est cordiũ, dignus est profecto fide;ac quę docet, vera esse eo facto comprobat.

Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis,& catini,mundatis: quod autẽ intus est vestrum plenum est rapina, & iniquitate.

COMMENTARIA.

INcrepat Dominus Pharisæos omnes in hoc vno presente,quia vitiũ commune erat ei cum cæteris: mundabant enim quod deforis est calicis, & catinis,id est, vasorum exteriorum munditiei, & lotioni incumbebant, animę autem munditiem negligebãt, cum essent pleni rapinis,& iniquitatibus.rapina ad ea,quæ ab alijs vi extorquebant; iniquitas vero ad ea, quę ab alijs dolo ac fraude accipiebant, refertur. quod igitur deforis est, corpus; quod autem intus est anima significat. Hoc ablutionis genere complecti tur Dominus ablutiones alias,quibus vtebantur Pharisæi, quasq; ex Marco retulimus. Obiurgantur ergo,quod corpora mũdabant,animam vero immundam relinquebãt; corporis enim ablutio animã non lauat, nec mũdat. particula aũt(nunc)indicat tẽpus præsens, quasi hæc superstitiosa lotionũ traditio ipsorum sit inuentum,nõ autem antiquorum Patrum doctrina.

ANNOTATIO LXXXIV.

SImilia habentur apud Matthæũ c.23. alio tpe dicta. Inquirit autẽ Origenes tract.25.in Matth.cur Lucas catinũ, Matthæus aũt paropsidem dixerit,sed ea subtilia sunt,& ad spiritualia spectãt.Illud(inquitate) Græce πονηρίας. Theophylactus interpretatur,invidia;at vox potius significat malitiam,quã vetus interpres expressit iniquitatem:forsan.n.aliter legit,nempe ἁδικίας. cui interpretationi fauet Basilius in reg. breu resp.291. interpretatur.n.defraudationem,iuxta illud Zachæi: Si quẽ defraudaui.Fauet et Augustin.ser.30.de verbis Dñi.vbi legit Rapina,& dolo. Aducrtendum est,tam Latina,quã Græca verba pati duos sensus: vnus est quẽ secuti sumus in commẽtario, quiq; cõmunior est. Alter est,si illud(vestrum)non referatur ad præcedens,sed ad sequẽs,sic, vestrum plenum est rapinæ;vt sit quædam traiectio,qua aliquã vtitur Lucas,quasi dictum esset,quod intus est nempe calici,& catini,rapina ac iniquitate vestra plenum est:vt vtrumq; ad calicem,& catinũ referatur: eritq; sensus, quod deforis est calicis mundatis; quod vero intus est, rapina & iniquitate plenũ est,quia cibos & potus rapinis,& iniquitatibus comparatis.Huic lectioni consonat, quod apud Matthæum c.23.legimus:Mũdatis,inquit, quod deforis est calicis,& paropsidis,intus aũt pleni estis rapina,& immũditia. quibus verbis metaphorice significabat Christus eos corpora lauare,animam aũt plenam hẽre vitijs; & illotam relinquere.at vero prior lectio apud Lucam est cõmunior,& eam sequitur Basilius loco proxime citato.& Augustin.ser.30. de verb.Domini,vbi legit.Intus pleni estis rapina,& dolo,& ad eundẽ spectat sensuminam per id,qđ intus est calicis, significatur aïa per id,quod deforis est,corpus. Increpantur autem isti, quod corporum munditiã habere curent,animarum autem spernant.

Ter Dominus de lotionibus antea cibos respicit Pharisæos, & horum damnat.

Quod aũt ad rem spectat,considerandũ est Dñm ter Pharisæos reprehendisse de hmõi lotionibus in cibis capiendis. Primo apud Matth.15.& Mar.7.Secundo nũc apud Lucam.Tertio apud Matthæum 23. non aũt vitio dat hmõi ablutiones absolute,& per se pertinent.n.ad ciuilitatem, & munditiem exteriorem,quæ laudabilis est,si sit moderata non hoc prohibet Christus, nec hac de causa Pharisæos increpauit,sed quatuor alijs de causis:Vna est error: Pharisæi.n.non percipientes,nec intelligentes Scripturas, quibus Deus præcepit de animalibus immundis non vescendis, existimarunt immunditiam corporalem ciborum vasorum, & corporum, immũdam facere aïam;& quod exterius est, inficere,& coinquinare quod est interius: eaq; de causa propria sua inuentione instituerunt in cibis sumẽdis multas lotiones, vt retulimus ex Marco, quasi impedientes immunditiem animæ:sicq; turbis tradiderunt;& obseruari ab eis fecerunt. Hac de causa Dñs inuehitur contra eos,ipsorumque baptismata & lotiones,quia contra veritatem Dei errorem cõtinebant.Hãc causam ex Matthæo c.15.habemus: Cæci,inquit,sunt,& duces cęcorũ. Audite & intelligite,non quod intrat per os, coinquinat hoïem,sed quod exit à corde,nempe peccata.Hæc sunt,quæ coinquinant aïam. Altera causa, pp quam Christus has lotiones spreuit,fuit illorum superstitio: Pharisæi enim introduxerunt has lotiones, non ob naturalem,& ciuilem quandam decentiã. & munditiem; hæc.n. non indigebat tam varijs.& multiplicibus lotionibus; sed introductæ sunt;quasi ad religionẽ pertinentes,vt qui cõtemnerent, contra Dei cultũ agere cẽserentur;qui vero seruarent, Deũ in eis colere viderentur.hoc aũt eis non licebat,quibus prohibitum erat à Deo Deuter..ne quicquam adderent,detraherẽtur legi ex ijs,quę Deus instituerat ob id,quasi superstitiosas, lotiones hmõi Christus reiecit.quam causam indicat Matthæus c. 15.quam non plantauit Pater meus,eradicabitur.Similiter Marcus ca.7.In vanum, inquit, me colunt docentes doctrinas, & præcepta hoïum,id est,quæ propria inuẽtione instituunt contra Dei mandatum. Hanc causam,cur Dñs lotiones istas spreuerit tradit Chrysostom.hom. 52.in Matth. eaq; de causa ab Hilar.can.15. Matth. appellantur superstitiosæ, quasi quod ad religionem nõ pertinẽt,& proprio hominum arbitrio contra diuinum mandatũ, inductæ sint vt religiosæ. Tertia causa fuit, quia in ijs obseruandis summo studio incumbebãt,& immunditiem animæ, quæ turpior est, grauiusq; malum,neglegebant: verũtamen in auferendis quibusdam immunditijs corporum;nullam aũt adhibebant curam in auferẽdis ab anima rapinis,inuidijs,& alijs multis sceleribus. Hãc causam habemus à Luca in presenti. Quod deforis,inquit,est,mundatis; quod aũt intus est,plenum est rapina & iniquitate.Similiter Matth.23. Quarta causa generalis est,tam de his ablutionibus,quam alijs similibus traditionibus Pharisæorũ, quia præferebant eas diuinis mandatis: erant enim nonnullæ earum contra præcepta Dei ipsius. quæ causa habetur Matth. 15.& Mar.6.Transgredimini,inquit, mandata Dei pp traditiones vestras. Vrgitur Christus occasionem caperet docendi veritatem, noluit lauare manus iuxta traditionẽ Pharisęorũ,ne cõsentire videretur eis, probaretque facto tales lotiones;& vt ansam acciperet illas reprehendẽdi, & veritatẽ docẽdi, vitamq; Pharisæorũ increpãdi.

Stulti, nonne qui fecit quod deforis est,etiam id,quod deintus est,fecit?

COMMENTARIA.

ARguit Pharisæos stultitiæ & imprudentiæ,ac insipientiæ,in eo, quod lauabant exteriora calicis,& qđ intus est,nempe animam negligebãt. Nonne,inquit,qui fecit,quod deforis est,fecit etiam quod intus est? si igitur lauantes, quod deforis est,paratis vos cultum exhibere auctori Deo debetis profecto lauare, & mũdare animam: nam etiam hæc à Deo est; nec minor cultus exhibetur Deo in lauandis exterioribus, quam in mundandis interioribus,immo maior.

ANNOTATIO LXXXV.

Stulti quomodo appellantur Pharisæi à Christo.

STultos appellat,vel quod nõ agnoscat, non minoris momenti esse aïas munda re,quam corpora,vel si agnoscunt, quod non faciunt, illud insipientiæ,& cęcitatis mentis,hoc imprudentiæ est:vtrumq; aũt dř,& est stultitia. Aduerte aũt hoc verbũ, stulti,à Christo vero Dño,& magistro,nõ esse contumelię:sed reprehensionis, & increpationis: quod imitatus Paulus Apostolus Gala.3.ipsos Galatas insensatos appellauit, O,inquit, insensati Galatę,quis vos fascinauit. quo autem modo fiat hoc, paulo infęrius explicabimus,cum exposuerimus obiectionem illam factam à Pharisæis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

fæis: dixerunt enim Christo: (Hoc dicens, contumeliam nobis facis) Aduerte etiam illud (quod de intus est) referri ad animã, de qua dictum est prius, quod intus est vestri, plenum est rapina. Si autẽ sequamur expositionem in annotatione explicatam; vt in præcedentibus illud, vestrum, connectatur cũ sequenti; vt illud, quod de intus est, referatur ad calicem. & catinum; tunc eodem modo ista sentẽtia intelligẽda est; nimirum qui fecit quod deforis est, calicis, fecit etiam quod intus est calicis. vtrũque igitur est mundandum; sic enim Matthæus c. 23. dixit: Munda quod intus est paropsidis, vt fiat quod intus est mũdum. De hac tñ expositione paulo inferius dicemus. Vtrumque tñ in eundem tendit sensum: nam per exteriora, & interiora calicis, corpus & anima hominis significãtur: ideo Lucas (quod intus est) ad animam retulit. Notat hoc in loco Beda hac sua cõmoneri erroris Manichæos, qui animam à Deo factam putãt, non aũt corpus, at qui fecit, quod de foris, fecit ẽt quod intus est. cõuincit eos, qui peccata corporalia quasi grauissima detestãtur, nempe fornicationem, furtum, rapinam, & similia. Spiritualia vero vt leuia contemnunt, nempe superbiam, inuidiam, auaritiam, & similia.

Veruntamen quod supereſt, date eleemoſynam; & ecce omnia munda ſunt vobis.

COMMENTARIA.

MOdum legitimum mundandi exponit reiecto illo, quem illi amplectebantur: nam illi lauabant exteriora relicto interiori: Christus vero contra docet. sensus igitur & cõnexio sunt: hæc vos lauatis tantum, quod de foris est; quod vero intus est, plenum est rapina, & iniquitate. idcirco non estis mundi. veruntamen loco rapinarum, & iniquitatum, ex his, quę habetis, date eleemosynã; & tunc omnia munda erunt; totique mundi eritis, corpore & anima: corpore quidem lotionibus vestris; anima vero, eleemosynis. immo si interiora mũda sint, omnia mũda erunt: hæc enim est mundities, quæ absolutè hominem mundum reddit. Similis est sententia Matthæi 23. Munda, inquit, prius, quod intus est calicis, & paropsidis, vt fiat id, quod deforis est, mũdum. quibus significat, quantumuis homo sit exterius mundus, si anima est immũda, absolute non esse dicendum mundum. quod apud Matthæum Dominus dixit, hoc apud Lucam expressit, modum mundandi interiora explicite docens, nempe eleemosynis.

ANNOTATIO LXXXVI.

LOcus hic difficilis est, & diligẽtiori indiget explanatione vltra eam, quæ in commentario adhibita est. Quod ergo ad literam spectat diuersitas, quidem est: nã apud nõnullos nõ legitur illud (qđ supereſt) sed tm (veruntamẽ date eleemosynã; & ecce oĩa munda sunt vobis) sic inter Græcos legũt Origenes hom. 2. in Leuit. Chrysost. hom. 51. in Matt. & hom. 33. ad Populum Antiochenum. inter Latinos autem Cypr. lib. 3. ad Quirinum cap. 1. Ambrosius in hoc cõmentario, & Augustin. ser. 30. de verb. Domini, & lib. 2. contra Cresconium Gram. cap. 12. Alij vero legunt, inter Græcos quidem Basil. reg. breu. resp. 271. Cyrillus lib. 2. in Leui. Theophyl. & Euthym. in hoc commẽtario. inter Latinos autem idẽ Augustinus Enchi. c. 70. vbi legit (qđ supereſt) & Beda & hæc est lectio, quã vetus interpres est secutus, quamq; nos etiã sequimur; & quæ in Latinis, ac Græcis exẽplaribus cõmuniter habetur, cuius lectionis explicationẽ, simul etiam totius sentẽtiæ, sequentes duę annotationes cõtinent.

ANNOTATIO LXXXVII.

Connexio, & sensus sententiæ verborum.

HOc suppoſito, sensus, & connexio sententiæ inuestiganda sunt: in qua re varia dicuntur. Primo quidem recentiores nonnulli hanc sententiam per ironiam existimant dictam à Christo, contra Pharisæos illos, quasi diceret: Pleni estis rapina, & iniquitate; & putatis p eleemosynas quasdam eorũ, quę adsunt, seu quę habetis, oĩa vobis esse munda. vt aũt hęc ironia verbis sit accõmodatior illud, Date, Græce δότε, interpretãtur per verbum indicãtis, nempe, datis. Inducuntur recẽtiores ad affirmandum hanc sententiam ironice dictam, nõ autem absolute, & propriè; quia dum

cum Pharisæos plenos rapinis, & iniquitatibus dixerit, non videbatur consentaneũ Christum docuisse eos eleemosyna mundandos esse, cum plura, & maiora opera essent necessaria. At verò hæc interpretatio recens est contra eõdem antiquorum Patrum sensum; qui oẽs, vt in eorum sententijs recitandis apparebit, interpretant hãc Domini sñam absolute, proprie, & absq; vlla ironia dictam. Adde vix reperiri apud Græcos imperatiuum δότε accipi in sensu indicanti pro δίδοτε, nec est argumentum recẽtiorum istorum alicuius momenti; vt ex sequentibus facile constabit.

Hac igitur dimissa interpretatione, Secundo loco Beda in commentario duas adfert expositiones. illud n. (quod supereſt) dupliciter interpretatur; vno modo sic, qđ supereſt, i. est, præ rapina, & iniquitate da te eleemosynam; hoc est, solum remedium superest vobis. Altero modo, vt idẽ sit (qđ supereſt) id est, quod est superfluum, vt sit sensus, veruntamen quod victui necessario vestro superfluum est, date in eleemosynã; & ecce omnia erunt vobis munda, id est, à peccatis mundabimini. at vero neutrã interpretationem illius (Quod supereſt) admittunt verba Græca: hæc autem τὰ ἐνόντα est participium numeri pluralis verbi substantiui cum præpositione, quasi si latine diceremus, inexistentia, seu quæ insunt, hæc date in eleemosynam.

Tertio igitur loco Euthymius in commẽtario sic interpretatur (quod supereſt) id est, de diuitijs repositis, & de ijs quę habetis recondita, date eleemosynam, & sic erunt omnia munda, nempe corpus, & anima. sic aũt connectit hanc sñam; vt postq̃ ostendit Dominus vanam Pharisæorum ablutionem, in eorum auaritiam inuehatur, exhortaturque illos per eleemosynam corpus, & animam purgare.

Quarto loco Basilius reg. breui. resp. 271. non multum dissimilis est ab Euthymio allegato, nisi qđ illud (omnia munda sunt vobis) nõ ad corpus, & animam refert, sed ad peccata paulo ante narrata: dictum. n. est, plenum est rapina, & iniquitate, subiungit ergo Dominus, veruntamen ex ijs, quæ vobis adsunt, date eleemosynam, & ecce omnia, quæ rapina, & fraude communi illis, nuda erunt, i. mũdabimini à talibus rapinis, & defraudationibus perpetratis.

Quinto loco doctores illi, qui non legũt illud (quod supereſt) sed absolute, date eleemosynam, & ecce oĩa munda sunt vobis, non ad peccata præcedentia, rapina, & iniquitate, sed generaliter ad peccata quæcunque referunt; quæ dãt eleemosynis tollit. sic Origenes, Cyprianus, & Ambrosius locis in præcedenti annot. citatis docent. de qua re particularis fiet consideratio in sequenti annot. Mihi expositiones Basil. & Euthymij magis accommodatæ vñr, si ali quantum declarentur. ea igitur, quæ in eleemosynam danda monet, sunt quæ insunt. i. quæ propria eorum sunt, qđ vulgatus dixit, qđ supereſt. i. quod est extra ea, q̃ rapina, & iniquitate possidebantur. Huius eleemosynis accompẽsatio fit eorum, quę ablata erant, sicq; mũdabantur aĩa à culpis rapinæ, & iniquitatis. sensus igitur est, vos mundatis, qđ deforis est, immunditie interna relictis; veruntñ dico vobis, de propriis facultatibus, & ijs, quæ vestra sunt, facite eleemosynã, sicq; oĩa erunt munda vobis, nẽpe vasa, & aĩa; interiora, & exteriora; aqua quidem exteriora, quod vos facitis; eleemosyna aũt interiora, qđ ego doceo. aliter mundatis tantum, quod deforis est, nõ aũt quod intus. Hunc sensum secutus est Tertull. lib. 4. contra Marcion. c. 27. vbi sic legit: Date quæ habetis eleemosynã, & oĩa munda erũt vobis. Hinc mihi vi intellectus huius sñę, suppoſita expositione præcedẽtium sñarum, quam secuti sumus ample ctentes eõdem doctorum sectionem. At vero, si quis planiorem, & forsan veriorẽ horum interpretationem desiderat, poterit recipere sequentem, si incipiamus ab illa prima sña. nunc vos Pharisæi, quod deforis est, calicis & catini mũdatis, quod autem intus est vestrũ, plenum est rapina, & iniquitate. i. ô Pharisæi, quod deforis est, calicis & catini mũdatis, & quod intus est calicis, & catini vestri, rapina, & iniquitate plenum est; quia potũ, & cibũ, qui intra calicẽ, & catinũ sunt, rapinis, & iniquitatibus cõparastis, sicq; quod intus est calicis, immundũ est. ô stulti, nõ consideratis, qđ qui fecit exteriorẽ partem calicis, & catini, fecit ẽt quæ intus est. hoc dicit, quia Pharisæi his ablutionibus putabant se cultu exhibere Deo: cũ igitur Deus vtriusq; partis sit auctor; vtraque mundanda erat. cur ergo lauatis exteriora vasorum, & quæ intus sunt, immunda facitis rapiendo, & fraude compatando ea, quæ illis reposita?

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sic ablutio facienda est, non sic mundities vera comparatur; verum, quod supererst. i. quod super vasa est, seu quæ insunt, seu inexistentia in calice, & catino, date in eleemosynam: & sic ota erunt munda: nempe pars calicis, & catini exterior, & interior. illa quidem lotione vestra exteriori, quam facitis; hæc verò, si quæ apponitis intra vasa, munda sint, resarciendo eleemosynis, quæ male comparata reponitis in vasis. consonant huic expositioni, eamque confirmant, quæ apud Matthæum hûr ca. 23. Cæce munda prius, quod intus est calicis, & paropsidis, vt fiat id, qđ deforis est, mundum. quibus verbis, illud intus, & deforis, ad vasa referuntur. idem nunc Lucas dicit, nisi quod Dominus adiecit modum mũdandi, quod intus est calicis, & catini, seu paropsidis; nempe si eleemosynis mũdentur, quæ rapina ablata sunt, & bene cõparatis vasa repleantur. Hac metaphora significat Dñs, quæ fieri debent cum corpore, & anima nostra: corpus. n. significat per id, quod deforis est calicis; anima vero per id, quod intus est. illud igitur. quod supererst, ad id, quod in vasis continetur, referendum est; idque Græca magis significant, nempe inexistentia. i. existentia in calice, & catino. non quod illa eadẽ dẽant, dari in eleemosynas; sed qđ tunc mũda sunt, & desinunt esse male parta, cum reparatio prius fit per eleemosynas, vt in sequenti annot. magis explicatur. Hæc expositio videtur non spernenda, quamuis interpretum auctoritate sit destituta.

ANNOTATIO LXXXVIII.

Eleemosynis quomodo anima mundetur.

Explicandum nunc est, quomodo eleemosynis anima mundetur, & purgẽt. in quo sunt variæ patrum sniæ. primo quidem Augustinus Enchirid. cap. 71. & 72. hanc Dommi sniam adducens duo dicit: vnũ est, peccata venialia, & scelera, ac mortalia peccata, quæ per pœnitentiam quamtum ad culpam remissa sunt, mundari per eleemosynam, quod intellige quãtum ad pœnam temantentem, vt paulo inferius declaratur. Alterum est, per eleemosynã hãc non tantum intelligi debere, quæ cõiter fit in pauperes, sed etiam generaliter omne officium, & opus, quod in vtilitatẽ proximi fit; ac si clarius diceret, opera misericordiæ tã corporalia, quam spiritualia dicuntur hoc in loco eleemosyna; & per illa mundatur ac purgatur anima à venialibus culpis, & à mortalibus, quo ad culpam, per pœnitentiam remissis.

Secundo loco idem Augustinus ser. 30. de verb. Dñi, absolute hanc sniam interpretatur, nimirum, vt omnia peccata purget eleemosyna, ẽt quoad culpam; vt tamẽ hoc verificet, eleemosynę significationem extendit ad omne opus bonum, quod homo siue in vtilitatem propriam, siue in alterius facit. sic qui credit, qui pœnitentiam agit, qui alia facit, quibus etiam culpa deletur, dr̃ sibi facere eleemosynam: suæ. n. animæ misereatur, qui ei bene facit. talis eleemosyna absolute mundat animam à quocunq; peccato. Hac ratione soluit Augustinus argumentum contra sniam oppositum, nempe cum fides in Christum esset necessaria ad mundanda peccata, & hi Phatisæi non crederent in cum, quomodo per eleemosynam mundandi dñr? respondet Augustinus, eleemosynam etiam fidem complecti: nã qui assentit fidei, misereatur, ac eleemosynam facit animæ suę. At vero non vr̃ ista generalis significatio accommodata præsenti sniæ: non. n. absolute dr̃, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis, vt ipse Augustinus legit; sed, quod supererst, seu de vestris facultatibus date eleemosynam. quod aperte ostendit Christũ loqui de eleemosyna corporali, quæ pauperibus erogatur: idq; intendit Saluator docere contra Phariseorũ auaritiam. verba ẽt antecedentia, & sequẽtia id comprobant: nam de rapinis, & iniquitatibus Phariseorum locutus est, eisq; opponit eleemosynam ex proprijs; sicque resarciri peccata, quibus aliena rapuerunt. Adde cæteros Patres sic interpretatos esse hanc eleemosynam: vnde eam computarunt inter illa opera, quibus à peccatis mundamur; vt habent Origenes lib. 2. in Leu. & Cyrill. hom. 2. ibidẽ consonat il lud Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. & Tobiæ 4. Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & patietur animam ire in tenebras.

Tertio igitr̃ loco Basilius reg. brev. resp. 271. eleemosynam, quæ fit in pauperes interpretatur, allegatq; illud Luc. 19. de Zachæo,

dimidium bonorum meorũ do pauperibus. dicit tũ hanc eleemosynam non mundare à quocunq; peccato, sed à rapina, & defraudatione commissis, de quibus locutus est Dñs: peccata. n. quæ retegi possunt, contrariis factis bonis recompensantur. rapina ergo, & fraudatio reteguntur, si homo contraria faciat, vt ex ijs, quæ hẽt, det paupertibus: qui. n. aliena rapuit, retexit malum factum, si sua det, vt Zachæus faciebat. & re vera ista expositio accõmodata est, quantum ad Saluatoris intẽtum, qui de rapinis, & defraudationibus Phariseorũ locutus, quibus anima eorum immunda erat, hanc protulit sniam. tũ quantum ad rem ipsam generalis est: eleemosyna. n. mundat à cæteris ẽt peccatis, vti loca Scripturæ proxime citata probant: nõ quidem a culpis mortalium, hæc. n. fide, dilectione, ac pœnitentia delentur, sed à pœnis relictis ex culpa. sicque vera est doctrina, quam Augustinus in primo eius dicto docuit, cui cõsensit Gregorius lib. 12. moral. cap. 23. immo Basilius id ipsum insinuauit, dicens eleemosynam per se solam non mundare, sed egere misericordia Dei, sanguine Christi, & pœnitentiæ fructibus. Hinc soluitur argm̃ Augustini superius factum; non. n. eleemosyna sola mũdat absolutè a culpis, sed supponit fide, dilectione, & pœnitẽtia deletas; ipsa vero a relictis pœnis mundat. Quodam etiam modo etiã culpas delet, non quidem per se, sicut pœnitẽtia, sed quia impetrata Deo ea, per quæ remissio culparum fit.

Vnum tñ dubiolũ restat: quomodo rapinæ compensentur eleemosyna; cum restituenda sint, quæ male ablata sunt, ijs, quibus ablata fuerunt: non. n. eleemosynę fieri debent ex rapinis. & male ablatis, nisi qñ ignoram⁹ eos, a quibus abstulimus: tunc. n. in pauperes erogare debemus. Respondeo Christum supponere alienã rem reddendam Dño; nec de hoc est sermo, sed de peccato, quod manet, ẽt reddita re aliena. ab hoc igitur peccato mundat eleemosyna: quod quidem declarare possumus facto Zachęi. Si quẽ, inquit, defraudaui, reddo quadruplum: nẽpe restituo, quę abstuli, & quidem multiplicatum ratione iniurię, & vi legi satisfaciam. ac pro ipso peccato quod manet, subiunxit, dimidium bonorum meorum do pauperibus. hoc est, quod nũc dicit Dominus, quod superest, id est, de bonis vestris, rapinis iam restitutis, date eleemosynam, & ecce omnia munda erunt.

Sed vę vobis Phariſæis, qui decimatis mentam, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei.

COMMENTARIA.

COminatur Phariseis, quod non sic faciant, nec sic interiora eleemosynis mundent: Væ, inquit, vobis, qui minima quędam legis seruatis: decimatis enim, id est, soluitis decimas minutorum quorundam puta mentæ, rutæ, & olerum; & tamen graviora, & maiora mãdata præteritis; nempe iudicium, & charitatem: iudicium quidem nocendo alijs, & rapiendo aliena, contra leges iustitiæ; charitatem vero nõ miserendo proximi, nec eleemosynã pauperi conferendo. nõ solũ ergo rapinas, & iniustitias non recõpensatis eleemosynis, sed & illas perpetratis contra iudicium; & eleemosynas non faciris contra charitatem, quæ sunt maioris momenti, quam decimas dare tales. Addit, Dei, quia charitate Deus diligendus est, & proximus: Phariseei autem, nec Deum, nec proximum diligebant: qui enim non diligit proximum, nec diligit Deum. 1. Ioan. 3. Qui viderit fratrẽ suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? & 1. Ioan. 4. Qui non diligit fratrem suum, quem videt, quomodo Deum, quem non videt, diligere potest.

ANNOTATIO LXXXIX.

Decimare Latinis quid Hebrais, & Græcis, & quæ significatione hoc loco accipiẽdum.

QVod Latine dicimus decimare, Hebręi significãt verbo עשר Græci aũt verbo ἀποδεκατεύειν. est aũt vtrumq; verbũ ambiguũ, nẽpe pro eo, qđ est decimas solui, & pro eo, qđ est decimas exigo. In priori significatione accipit Gen. 28. Cũctorũ, inquit, quę dederis mihi, decimas offeram tibi. in Hebręo, & Græco hũr verba prędicta. in posteriori vero significatione vtr-

Universidad de Deusto
Biblioteca

patuit 1.Reg.8. Greges, inquit, vestros addecimabit, vbi prædicta verba in Hebræo, & Græco habentur. Hinc fit, vt Latinũ verbum ambiguum sit ad significationem vtramque, sicut fenerari ambiguum est: nã significat vsuras soluo, & vsuras exigo. Est igitur difficultas in præsenti sententia, quę eadem hr Matth.23. vtro modo verbum hoc accipiendum sit: sunt.n. duæ oppositę sententiæ. Hieron.in primo loco, & Druthmarus Matth.23. in priori significatione interpretantur, nempe pro eo, quod est exigere, seu accipere decimas, quam sniam secutus videtur August.in Enchir.ad Lauren.c.103. At vero secundo loco alij in posteriori significatione intelligunt, scilicet, quod Pharisæi decimare dicatur, quia solebant decimas quam interpretationem secuti sunt Chrysost.homil.74. in Matth. Hilarius can.24. in Matth & idē August.in Enchir. ad Lauren.cap.76.vbi hunc locũ ex professo explicat. & hanc interpretationem secutus videtur Gregor.in Past.p.3.admon.34. & Beda in præsenti eisdem verbis August.vtens, & Euthymius: quib. doctoribus in commentario consensimus. Primo quidem, quia non erat Pharisæorũ decimas accipere, sed Sacerdotum, & Leuitarum: quod ex Luc. 18. manifestè probatur, vbi Pharisæus ille dicebat, decimas do omnium, quæ possideo, vbi Græce est idē verbum, quod in hoc loco legitur.

Secundo, quia sequentibus non cohęret ista Hieronymi expositio: nã loquitur de operibus bonis, quibus Pharisæi apparere sancti volebant, quod nõ in exactione, sed in oblatione, & solutione decimarum positum est: non.n.lex, tãm implebatur in exactione, quam in solutione; præceptũ. n. erat soluendi; ideo dicitur, Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Tertio, quia hęc est communior Patrũ sententia, vt ex dictis liquet. Quod autem ad connexionem huius sententiæ spectat. August. Enchirid.cap.76. & Beda, existimant Christum voluisse significare, se nõ ignorare eleemosynas Pharisæorum, quæ erant oblationes decimarum; tamen eas non esse sufficientes ad mundãdum, quia præteribant iudicium, & charitatem, vt sit sensus: date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis; sed vos nõ eas eleemosynas facitis, vt oportet, quia præteritis iudicium, & charitatem. probabilis est connexio, & sensus: & videtur consentire Chrysostomus homil.74. in Matth. qui decimas eleemosynas appellat. at hoc vnum displicere potest, quod non videntur comparari inter eleemosynas, de quibus nunc est sermo, decimarum oblationes; ideireo aliter cõsequimur in commentario. Vnũ non est prætermittendum, quod Gregor. 3.p.past.admoni.34 Spiritualiter considerans, nempe factam menuonem decimarũ in minimis quidem, sed bene olentibus, quia simulatores Pharisæi, neglectis maximis, ea minima implebant, quæ humano iudicio late, longeq; redolent, quærentes hominum applausum, & opinionem sanctitatis, posposito timore Dei.

Hæc autem oportuit facere, & illa nõ omittere.

COMMENTARIA.

NE calumniæ locum Pharisęis daret, quasi qui reprobaret decimas, subdit, eas quidem probando, tñ iustitiam, & charitatem præferendo. Hæc, inquit, oportuit facere, nimirũ seruare iustitiæ leges, & charitatis, quod magis est necessarium; nec tamẽ omittere illa, nempe decimarum solutiones, quæ bonæ sunt, & faciendæ, sed illa grauiora. Hoc apud Matthæum cap.23. magis explicatur: cum enim præmisisset eandem sententiam de decimis, iudicio, & charitate, adiunxit, reliquistis, quæ grauiora sunt legis, iudicium, charitatem, & fidem. Hęc oportuit facere, & illa non omittere.

ANNOTATIO XL.

An decimæ minutorũ, menta, & olerũ fuerint lege præcepta

QVidam recentiores existimant decimas horum minutorum, nempe mẽtæ, rutæ, & olerum non fuisse lege præceptas, sed Pharisæos, vt se legis obseruantissimos ostenderent, talia decimasse. Hæc tamen opinio non videtur mihi probanda, cui obsistunt, primo verba Christi. Oportuit, inquit, illa nõ omittere, si oportebat tales decimas non omittere, igitur tenebantur eas dare. Secundo, verba Christi apud Matthęum: Reliquistis, inquit, grauiora legis, hęc comparatio fit cũ leuioribus, sed tñ legis; vtraque. n. lege erãt præcepta. Tertio verba Leui.27. Omnes, inquit, decimæ terræ, siue de pomis arborũ, siue de frugibus, Domini sunt. loco illius, de frugibus, in Hebræo est, De semine terræ. quod verbum comprehendit etiam præcepta. Præterea Deuteron.14. Decimam, inquit, partem separabis de cũctis frugibus tuis, quæ nascuntur in terra, per singulos annos. in Hebræo est, decimando decimabis omnem prouentum seminis tui, quę producit ager annatim. quæ verba ẽt cõplectuntur prædicta. Quarto, quia non darent decimas, nec eas offerrent Deo, nisi ẽm lege essent; hoc.n. illi vehementer ambiebant, videri nempe legis obseruatores. Demum quinto, ita Hieron. sensit Matth. 23. hanc exponens sniam, & allegati Patres ita de his decimis locuti sunt, ac de cęteris, quas nemo dubitat fuisse ẽm legem. atque ita sentiendum videtur, cum in contrarium nulla ratio probabilis faciat.

Væ vobis Pharisæi, qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro.

COMMENTARIA.

PRosequitur explicare crimina Pharisęorum, qui corporum lotionibus intenti referti erãt iceleribus. Incusat aũt eos superbiæ, & ambitionis, q̃ antecellere oẽs alios cupiant. Diligitis, inquit, in Synagogis, in quibus cõuẽtus fiunt ad orandum, & ad legẽ prædicãdũ, primo sedere loco, quasi plides, & super alios. & in foro, hocisq; publicis, vbi ab oĩbus videri poditis, diligitis salutationes hoĩum, vt vos reuereatur, ac plurium faciant, non aũt dicit, qui primas cathedras habetis, sed qui diligitis, & cupitis, affectũ, & desiderium vestrum in hoc cõuertentes, nec aliud præ oculis habẽtes, quã præcellere, & magnifieri ab hominibus. Hoc ipsum Matth.23. dicitur: Amant, inquit, primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.

Væ vobis, quia estis vt monumenta, quæ non apparent, & homines ambulantes supra, nesciunt.

COMMENTARIA.

HYpocrisim, ac simulatã Pharisęorũ sanctitatem arguit: erant. n. vt sepulchra, quę quid intus sit hoĩes ambulantes supra ea nõ vident; tales erãt Pharisæi, qui intus erant spurcitia peccatorum plenitea tamen nõ apparebat hominibus, qui foris considerantes illos, ignorabãt quid intus lateret. Hoc intelligendum est, non tantum iuxta verba, sed ex intentione illorũ, qui cũ tales essent intus, summo studio procurabant fictis quibusdã exterioribus operibus occultare scelera, & reputari sancti: hoc autem hypocrisis est.

ANNOTATIO XCI.

APud Matthęum cap.23. explicatior hr hęc snia, Væ, inquit, vobis Scribę, & Pharisęi Hypocritę, quia similes estis sepulchris dealbatis, quę à foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia, sic & vos, a foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis Hypocrisi, & iniquitate. nec est contrarietas vlla, quod Lucas dicit monumenta non apparere; Matthęus vero apparere hominibus, quia hic loquitur de eo, quod est extra, ille vero de eo, quod est intra monumenta.

Consensus Matthei, & Lucæ.

Aduerte cum, qui peccata habet occulta, & bona opera facit manifesta, nõ semper peccare, nec Hypocritam esse: si. n. is ea faciat, vt saltẽ bona talia faciat, satisfaciat ue præcepto de talib. operibus, non peccat. vt qui in peccato mortali est, & in ieiunat, audit sacrum, aliquam facit eleemosynã intentione benefaciendi, is non peccat in istis. Rursus, si ea faciat, ne scandalizet alios, qui eius opera obseruant; aut ut aliis talia faciendi exemplum det, non peccat, nec hypocrita est. At verò cum ea facit, vt iustus, & sanctus videatur, aliusq; reputeț, quam sit; nec aliud finem intendit, is peccat, & hypocrita est: & tales erant hi Pharisæi, qui cum intus similes essent sæpulchris, quædam opera exteriora faciebant, vt sancti reputarentur.

Qui peccata hãt occulta & opera bona facit manifesta, nõ semper hypocrita est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondens autem quidam ex Legisperitis, ait illi: Magister hæc dicens etiam contumeliam nobis facis.

COMMENTARIA.

ADerant quidã Legisperiti, quando hæc Dominus aduersus Pharisæos loquebat, aut forsan solus iste, qui audiens, quæ contra Pharisæos docebantur, de Christo conqueritur, dicens: Magister his tuis dictis non solis Pharisæis, sed nobis etiam Scribis, Legisq; doctoribus contumeliam facis. hæc iste dixit, siue conscientia propria motus, quia eadem faciebat, quæ Pharisæus: siue quia Legisperiti, & Scribæ, socij erant Phariseorum, eorumq; vitam probabant. Errabat iste iudicãs Christi verba contumeliosa esse; non enim contumeliæ, sed reprehensionis erant; non ex odio, sed ex zelo iustitiæ, & charitatis procedentia.

ANNOTATIO XCII.

Cõtumelia quid, & quo à conuitio differat.

COntumelia Græce ὕβρις est, qñ quispiam aliquem verbis, aut factis in hoc nore lædit: differt autem a conuitio, quod Græce dicitur λοιδορία; quod hoc verbis tãtum; illa autem ẽt factis committitur. vt notauit Basilius in Isai. cap. 2. est ẽt aliud discrimen: nam per contumeliam inhonoramus aliquem, opponẽdo crimina, & ea, quæ culpam concernunt: per conuitium aũt non ũ hæc, sed etiam vitia naturæ, qualia sunt, mente captus, surdus, caluus, & similia, quæ animo irridendi, & iniuria afficiendi fiunt. Notat aũt docte Basilius hom. in Psal. 14. in illud (opprobrium non accepit,) contumeliam, seu conuitium conuenire cum correctione, quæ virtus est in materia: nam sæpe quæ per contumeliam, & conuitium alicui dicimus, eadem corrigentes proferimus: si quis. n. aliquem insensatum, hypocritam, aliudve simile appellet, potest & per correctionem, & per cõtumeliam hæc iactare. differẽtia igitur est in fine: nam qui contumelia afficit, vt confundat proximum, ea profert, & ibi sistit: at qui corrigit, ea profert, vt emẽdet, & sanet. Vltra hanc differentiam a Basilio notatam est etiã altera, nempe in principio, & radice: nam contumelia, & conuitia ex odio, & iniustitia procedunt; vnde & contra charitatem, & institiam sunt; at correctio ex dilectione, & zelo iustitiæ emanãt; vnde illa vitia, hæc virtus sunt. Hinc ẽt sequitur alia differentia: nam contumelia, & conuitium animo perturbato, & irato fiunt, nec modum seruant; at correctio, cũ mãsuetudine & modestia. Ex ijs facile est videre, quomodo iste Scriba deceptus sit: audiens. n. verba acria Christi, & quibus posset quispiam aliquem contumelia afficere, iudicauit Christum contumeliosum; nec considerauit, vt debuit, non eo animo esse prolata à Christo, vt confunderet, & læderet eos, sed vt sanaret, & emendaret, vt sæpe solitus erat; idque verbis, & factis alias ostenderat. vnde cęcus, quod virtutis erat, adscripsit vitio; & de eo, pro quo debuerat agere gratias, doluit, & conquestus est, non aliter, ac si infirmus iniuriæ tribuat, quod medicus cibum, & potum neget, vt eum à morbo graui liberet, quod phræneticorum est.

Contumelia, & conuitium a correctione quod differant, et in quo eadem conueniant.

At ille ait: Væ vobis Legisperitis: quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas.

COMMENTARIA.

CHristus videns malitiam eius, qui cõscientia propria perculsus, nolebat agnoscere veritatem, ẽt ad eum dirigit reprehensionem, & in ipso cæteros etiam Scribas increpat. Væ, inquit, vobis Legisperitis, qui oneratis homines, id est, imponitis populo, & turbis dura præcepta facienda, & vos digito non tangitis sarcinas, id est, leuiora non facitis, nec quicquam, vel paruum, ex ijs, quę alijs iuberis, implere uultis. metaphorica est sententia.

ANNOTATIO XCIII.

SImilem sententiam Christus protulit contia Phariseos, & Scribas apud Matt. 23. vbi sic inquit: Alligãt onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeris hominum; digito aũt suo nolunt ea mouere. Hæc onera existimo esse illa, quæ ipsi Scribæ, & Pharisæi in propriam vtilitatẽ confingebant,

fingebãt, aut contra, aut prẽter mandata Dei, legem proprio arbitrio declarãtes. de quibus dr Matth. 15. Trãsgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras: nã Deus dixit; Honora patrem tuum, & matrem tuam; vos aũt dicitis, quicunque dixerit patri, vel matri; Munus quodcunque ex me est, tibi proderit, & non honorauerit patrem, & matrem. Hoc profecto onus grauissimum erat, quod imponebant populis; ipsi vero non obseruabant, vel in minimo. Adiungit etiam ibi Dominus ex Isaia, sine causa colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum. De his igitur arbitror loqui nunc Dñus, non de præceptis legis, de quibus non diceret Dñs. Alligant onera grauia, & importabilia; hoc. n. proprium erat Scribarum, & Phariseorũ, qui alligasse dñr onera, quia præceptis Dei, ac legis adiungebant durissima. & de talibus interpretatur hanc sñam Euthymius Matth. 23. & ante eum inter latinos Tertullianus lib. 4. contra Marcio. cap. 27. vbi hanc citans sententiam, inquit; quæ onera taxat? quæ ipsi de suo exaggerabant docẽtes præcepta doctrinas hominum, commodorum suorum causa iungẽtes domũ ad domum; vt quæ proximi sunt, auferrent, clamantes populum, amantes munera, sectantes retributionem, diripientes iudicata pauperum. Hæc ille.

Væ vobis, qui ædificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos.

COMMENTARIA.

INcrepat eosdem tam Legisperitos, quam Pharisæos, quod ædificabant splendida sepulchra Prophetis, quos eorum patres occiderant. cur autem hanc ædificationem vituperet, eiusq; illos increpet, sequentibus explicat verbis.

ANNOTATIO XCIV.

TErtullianus lib. 4. cõtra Marcion. cap. 27. dicit, non licí comminationẽ illis ea de causa, quia ædificabant monumenta, quia id erat laude dignum; cum per id detestarentur peccatum patrum sed comminatio facta est, quia erant filij illorum, qui occiderunt; Deus aũt castigat in quartam generationem; vnde peccatum parentum in eis puniendum, & vindicandum erat. Hæc sñia non potest accommodari; nam verba, quæ sequuntur, ostendunt causam; nempe quia hoc ędificio testificabãtur isti se consentire delicto patrum, vt inferius magis explicabitur. Adde Deũ non castigare in quartam generationem pecca ta patrum, nisi quando filii imitantur illos. prẽterea ẽt, quia non solum quarta generatio erat, quæ punienda dicebatur, sed multo distantior; nam ab Abel iusti occisione puniuntur omnia homicidia iustorum in hac generatione.

Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt; vos autem ædificatis eorum sepulchra.

COMMENTARIA.

QVid mali, ac reprehensione, ac commination dignum contineat hoc opus ædificãdi Prophetarũ sepulchra, explicat. profecto, inquit, hoc ædificio testificamini, & ostenditis vos parentum operi, & delicto consentire, ipsumque vobis complacere: nam illi occiderunt Prophetas, & iustos; vos autem ædificatis eorum sepulchra. Quod, & si verbis significetis facere in detestationẽ delicti patrum, honoremq; Prophetarum, tamen reuera eo facitis animo ac intentione, vt dum videmini zelum iustitię habere, ac detestari delictum occidendi, ac persequẽdi Prophetas ac iustos, me, meosq; discipulos iuste persequi, ac occidere credamini, ac me Prophetam, & iustum populo credenti dissuadeatis. consentitis ergo patrum homicidiis, in eisq; cõplaceris; quia ipsis vos vtimini, per hæc ædificia fingentes abhorrere illorum peccatũ, vt videamini me, meosque persequi, & occidere zelo iustitiæ; & vt sine timore id facia tis: nam vt dicitur Matth. 21. sæpe nocere Christo tentarunt, sed timebant populum, quia eum sicut prophetam habebant. Voluerunt igitur videri iuste persequi, & ipsum occidere posse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur Christus reprehendit Pharisæos, qđ sepulchra Prophetarũ ædificent, cũ id laudabile uideatur.

ANNOTATIO XCV.

NON modica difficultas est inuestigando sensum huius sniæ: nam ædificare sepulchra splendida martyribus, & ijs, qui pro iustitia passi sunt, laude dignum est, vtpote opus religionis, & pietatis, & qui ex gentibus conuersi sunt, martyribus à maioribus occisis, & templa, & sepulchra ædificarunt: in eoque valde commendantur; cum id sit, non quidem comprobare peccata maiorum, sed potius reprobare, & detestari. legimus etiam 1. Machab. 13. Simonem magnificentissimum sepulchrum ædificasse patri, & fratribus; nec id vituperatur. quæ igitur ratione Scribæ, & Pharisæi nunc acriter increpantur, quod ædificent sepulchra Prophetis, qui a patribus occisi erant; quomodoue dñr, peccatis cõsentire patrum, eo maxime, qđ apud Matthæum scriptum legimus sic: ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorũ, & dicitis: si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum. quę verba indicant hos ædificasse sepulchra in honorem Prophetarum, & in detestationem peccati parentum; non autem per hoc consentire, aut comprobare illud.

Pro huius difficultatis dilucidatione ad mentendum est varias esse interpretum expositiones. Primo loco Sanctus Bonauentura interpretatur consentire operi patrũ idem esse, ac cõsentire patres occidisse Prophetas; vt idem sit cũ illo, quod dicit Matthæus: Testimonio estis vobis, quod filij estis eorum, qui occiderunt Prophetas. dura autem vr ista interpretatio: nam plus significat verbum consentiendi, nempe assentiri & probare opus, & peccatum patrum. idem. n. est verbũ Græcum Roma. 1. Non solum qui agunt, sed et qui consentiunt facientibus. Præterea si non aliud significaretur, quam consentire patres deliquisse, non erant ob hoc reprehensione digni: cum igitur sit acris reprehensio, & comminatio, fatendum est hos consensisse peccato parentũ; sicque omnes citandi doctores intellexerunt verbũ hoc, licet variæ interpretationes sint.

Secundo ergo loco Ambrosius, & Beda interpretantur hos Scribas non reprehendi, quod ædificarent sepulchra Prophetarum; sed quod patrum scelera imitarentur tentando occidere Christum; & dum ædificabant sepulchra, & patrum scelus ædificando detestarentur, in se ipsos sniam dãnationis retorquebant, qui similia perpetrabant. dñr igitur testificari se consentire operi patrum, ipso suo opere, quo in Christum insurgebant. sic Ambrosius & Beda interpretantur. At hęc expositio non vr ac commodata verbis Euangelistę; nam per ea significatur Iudęos testificari se consentire peccato Patrum hoc ipso, quod ędificabant sepulchra occisorũ; nõ aũt dr de opere, quo imitabantur peccatum illorũ; nam reddens causam Dñs, cur testificentur consentire operi Patrũ malo, inquit; Qm̃ illi occiderunt Prophetas, vos aũt ædificatis sepulchra eorum; nõ autem dicit, vos aũt imitamini opus, seu delictum eorum.

Tertio loco Euthymius Matth. 23. vbi verba Lucę hęc interpretatur, sic exponit; comprobatis facta Patrum. i. ea quoda modo suscipitis, vtpote ędificando his, qui occisi sunt splendida monumenta, prędicatis audaciam homicidarum; id. n. est de ea gloriantium, eamque probantium. videre mini siquidem in honorem eorum, qui occisi sunt, ornare monumenta ipsorum, & ad accusationem patrum vestrorum prędicta facere, nisi homicidium eorum imitaremini. Hæc Euthymius. sumpta aũt sunt à Chrysostomo homil. 75. in Matthæum, cuius sensus est, hos Iudęos, per hoc quod ædificant monumenta Prophetarũ dictos esse consentire peccatis patrũ, qui eos occiderunt, quia imitabantur eorũ homicidia Christum persequendo; non quidẽ quod ędificando consentirent, sed quod viderentur consentire; ille. n. vr in honorẽ occisi ędificare, qui non imitat peccatum occidẽtis. Hæc snia accommodatior est, quia magis accedit & conformat verbis in hoc, qđ interpretatur, eo ipso, quod ædificant, Iudęos dictos esse consentire peccato patrũ non oĩno satisfacit; nam Christus non de eo, quod apparebat, sed de ipsa veritate loquebatur, nempe Iudæos hos vere cõsentire peccato patrum per hoc, quod ędificabant monumenta, & non tantũ uideri consentire, aliter nõ ita comminatus esset eos, nisi vere peccata patrũ cõprobarent.

Quarto loco quidam recentiores sic interpretantur, nimirum hos Iudęos sepulchra Prophetarum ædificasse intentione honorandi, non quidem occisores patres, sed occisos Prophetas; tamen quia id ob va-

ob vanam gloriam, & laudis ambitionem faciebant, & simul patrum peccata imitabantur, ea de causa Dominum attribuisse eis, quod in honorem patrum facerent, & eorũ peccato consentirent. Hæc aũt expositio non vr mihi probanda: nã quod in honorem patrum fiebat, & in detestationẽ peccati parẽtũ, nõ potest tribui illis vere, quia ex vana gloria fiebat; nec ea de cã dici potuerunt consentire patrum peccato. imitatio etiam peccati non efficit ędificium factum in honorẽ Prophetarum contra peccatum patrum esse in honorem parentum.

His igitur omnibus prætermissis, ea expositio, quæ in commentario allata est, mihi visa est accommodatissima. in cuius declarationem, & confirmationem aduertendum est ædificium sepulchrorũ, si id tãtum, quod exterius est consideremus, ambiguum esse nam fieri potuit & in honorem, ac gloriam occidentium, ac etiam in laudem, & defensionem occisorum, & homicidarum detestationem. attendenda est igitur intentio ædificantium, per quam actus exterior modo vno, aut modo altero fieri potest, vt facile est vnicuique intelligere. & quãuis signis quibusdam exterioribus possit præsumi intentio sic, aut aliter: nam Christiani ædificantes martyrũ sepulchra, ex eo. quod Christiani erant, & martyres confitebantur, visi sunt ex pietate, & religione ædificasse; at si gentes id facerent, vtique viderentur ex odio religionis, & in laudem homicidarum ędificasse; tamen rei veritas ex ipsa intentione pendet. Hoc supposito dico, Pharisæos, & Scribas hos ædificasse sepulchra, exterius quidem prę se ferentes religionem, & laudem Prophetarum, delictique patrum detestationem: nam apud Matthæum legimus eos dicẽtes: Si essemus tempore patrum nostrorum, nõ essemus socij eorũ in occisione Prophetarũ; tñ interius intẽtio eorum pręcipua non erat hæc, sed lõge cõtraria, non quidem quod intenderent patres honorare, quos sciebant peccasse, & malefecisse occidẽdo prophetas, sed quod vellẽt peccata patrũ detegere, & in memoriã populi reuocare, vt eo se protegerẽt, & & armarent ad occidendum Christum, & discipulos eius, eo modo, quem explicuimus in cõmentario; nimirũ, vt dum se iustos simulant, finguntq; abhorrere à peccato occidendi Prophetas, & iustos, Christũ persuadeant non esse Prophetam, nec iustum, quẽ ipsi persequebantur; sicq; iuste persequi crederentur. Qui igitur in hac intentione ædificabant, consentiebant peccato parentum per ipsum ædificium, non qđ crederent patres benefecisse occidẽdo Prophetas, sciebant. n. illos peccasse, sed quod ea intentione, & animo ædificabunt, non vt peccatum tale detestarentur, sed vt iusti existimarentur in persecutione Christi, vterenturque peccato eorum ad persequendum, & occidendum Christũ, ac discipulos. hoc autem est delectari, & consentire peccato tali; & vt Chrysost. hom. 57. i Mat. interpretatur, cõplacebant in operibus patrũ. Christus igitur cognitor cordiũ, licet ipsi verbis proferrent se in detestationem delicti patrũ ædificare, & in honorẽ Prophetarũ; quia id simulatũ erat, & intentio pręcipua alio tendebat, ob id iuxta veritatem illos ĩcrepauit. idcirco apud Matthæũ ante hanc comminationem præmisit verbum illud; Hypocritæ, significans illos in hoc ędificio timul sse iustitiam, & religionẽ; cũ re vera maxime contra iustitiã, ac religionẽ agerent. verba etiã, quę post hãc snĩam sequuntur apud Lucã, hunc eundẽ confirmãt sensum, vt in eorũ expositione manifestabitur. atq; hæc mihi vr vera, & accõmodata huius loci interpretatio. non ergo ambitione, ad captandã vulgi gloriã isti ędificabunt sepulchra, vt asserunt Beda, & quidã recentiores; nec minus auaritia, vt dicit Albertus Magnus, nẽpe, vt populus excitaretur ad vota, & oblationes faciendas: non. n. isti erãt Sacerdotes, quibus aliquid ex oblationibus obueniret; præterea etiam, quia istę intentiones non efficiunt, vt illi peccato parentũ consentirẽt; sed intentio illorũ pręcipua erat, ad Christum occidendum, discipulosq; persequendũ, vti dictũ est. & sic ędificantes, peccato parentum consentiebant, & eo se protegẽtes ad similia, & pejora homicidia perpetranda cõtra Christũ, & eius Discipulos.

Propterea & sapientia Dei dixit:

COMMENTARIA.

COnfirmat testimonio sapiẽtiæ diuinę, quod dixerat. sensus aũt est:

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia vos consentitis, & applauditis operi patrum, ædificãtes sepulchra occisorum prophetarum; vt sic facilius, & tutius possitis & me, & meos discipulos occidere, similiaq; opera patrare; ideirco diuina sapiẽtia, quæ omnia prę scit, ac prænoscit, etiam sicut ego nunc dico, prędixit; nempe quæ sequuntur, quibus præsignificauit cædes a vobis perpetrandas, quas etiam nũc ego prę nuncio. More prophetarum loquitur Christus: illi enim dicebant: dicit Dominus; Christus autem non Dominũ appellat, quia filius erat, sed sapiẽtiam Dei. nec etiã dicit: Deus dixit, sed Dei sapientia; tum vt seipsum significaret, qui, vt Deus, sapientia est Patris; tum vt certitudinem futuri indicaret: Dei enim sapientia non fallitur. cætera in annotatione require.

Quid hic per Dei sapiẽtiã intelligendũ, et qũ hęc sint dicta.

ANNOTATIO XCVI.

DIfficultas est, quid per hanc sapientiã Dei intelligẽdũ sit, & qñ hæc dicta sint. Primo loco Ambro. & Beda interpretãtur Christũ, p sapientiã hãc seipsum intellexisse scripse. n. est sapientia Dei. confirmat hoc ex verbis, quæ apud Matthæum habẽtur; vbi ait Christus: Ecce ego mitto vos Prophetas, sapientes, &c. ipse igitur est, qui nunc de se dicit: Sapientia Dei dixit. Quãdo autem Christus hæc dixerit, nam verbũ pręteriti est, nec Ambrosius, nec Beda explicant. Lyra autem respõdet tunc dixisse, quando apud Matthęum pronunciauit: Ecce ego mitto ad vos prophetas. quasi nunc alleget, quod ante dixerat. tamẽ hoc non potest defendi: nam quæ Matthęus narrat, facta, & dicta sunt post hęc, quę habentur à Luca, quando, nondum Christus dixerat, quæ Matthæus scribit.

Secundo loco Sanctus Bonauẽtura, licet referat primã interpretationẽ, tñ adfert aliam, nẽpe ut Dei sapiẽtia sit ipse Deus, qui ab æterno deposuit, & decreuit mittere Prophetas, & Scribas, &c. hæc ẽt interpretatio non est accõmodata: nam quæ referuntur, dicta sunt per modum locutionis externæ. Mittam, inquit, ad illos Prophetas, & ex illis occident.

Tertio loco Albertus magnus hãc sapiẽtiam interpretatur Scripturã sacrã, per quã Deus locutus dr, quæ sequuntur, nimirũ: Mittam ad vos Prophetas, &c. & quia nõ vnus, sed plures loci Scripturæ simul allegantur, ideo dictum putat (Dei sapientia.) Sensus igitur est: Deus ipse per Scripturas dixit: Mittam ad vos, &c. quam ẽt interpretationem probat Bonauẽtura. testimonia autem quę adducuntur, sunt, tum ex illo Ierem. 7. Misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diem, consurgens diluculo, & mittens, & non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt ceruicem, & peius operati sunt, quàm patres eorum. tum ex illo. 3. Reg. 19. Domine Prophetas tuos occiderũt, & altaria tua suffoderunt. & Psal. 78. effuderunt sanguinẽ tanquan aquam in circuitu Hierusalẽ. Hæc etiam interpretatio non vt accõmodata: nam quę referuntur in allegatis testimoniis impleta erant iam multo ante, quam Christus hęc diceret. quæ aũt dicũtur, tamquam futura narrantur: nec etiã leguntur facta, quæ nũc dicuntur, nempe: flagellabitis in synagogis vestris.

Quarto loco Caietanus opinatur p hęc verba citari à Christo Scripturam quandam authẽticam, in qua talis prophetia cõtinebatur, quæ Scriptura nunc habetur à nobis: ac hoc sine fundamento dr. Existimo igitur aliter esse dicendum, Christum hãc sñam pronunciasse antequam hęc diceret; vnde nunc loquitur confirmans quę prius dixerat per diuinam suam sapiẽtiã, quę in eo, & per eũ loquebatur. Euangelistę autem non id scripserunt; sicut nec multa alia, quę dixit, & fecit Christus: nec est nouum in Scriptura, quæ aliquando nonnulla refert, quasi ante dicta; & tamen non sunt scripta. Exempla habemus Ioã. 11. dicit Martha ad Mariam: Magister adest, & vocat me; & tamen non est scriptũ vocatam fuisse Mariam à Christo. Ibidẽ etiam dicit Dominus ad Marthan: Nõne dixi tibi, quod si credideris, videbis gloriã Dei; & tñ hęc non scripsit Euangelista, qũ dicta fuere. Simile nunc est. Dixit, inquit, sapiẽtia Dei, & tñ nõ est scriptũ ab Euãgelista. scimus tamẽ ex hoc verba illa prius dicta esse à Christo. Ioann. etiam 8. dixerunt Iudæi: Nõne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dęmonium habes? quando hęc dixerint prius, non habemus scriptum. Vnde notarunt Orig. hom. 26. in Ioann. & Chrysost. hom. 54. Iudæos sæpe illa dixisse, & tamen scripta nõ esse. hoc etiam cõfirmatur ex act. 20. vbi dixit Paulus: oportet meminisse verbi Iesu; quoniam ipse dixit: Beatius est dare, quam accipere, & tamen quando, & quibus dixerit, non est scriptum. Hoc etiam in veteri testamento factum est, nam Gen. 42. habetur; peccauimus in fratrem, videntes angustias illius, cũ deprecaret nos, & non audiuimus, & tamen non legimus hanc deprecationem Ioseph prius esse factam. hoc dicimus nunc: Christus. n. dicit sapientiam Dei dixisse, quæ sequuntur; ipse. n. iam id dixerat; tamen scriptum non est. existimo autem ea dixisse discipulis suis.

Mittam ad illos Prophetas, et Apostolos, & ex illis occidẽt, et persequẽtur.

COMMENTARIA.

HOc est, quod sapientia dixit: prę nunciauit. n. quę populus Iudęorum facturus erat contra prophetas, & Apostolos, quos ipse Christus missurus erat ad eum: ex ipsis. n. quosdã occiderunt, quosdam persecuti sunt. Prophetę dicti sunt, qui futura prędicebant; aut qui mysteria fidei, & Scripturas interpretabant: Apostoli vero, quos nunc specialiter Apostolos dicimus, à Christo primo missos ad illuminandũ mundũ, & gubernandũ Ecclesiam. Erant Apostoli oẽs Prophetę, sed non oẽs Prophetæ Apostoli; vtrique; tamen ad nouum testamentum pertinent, de quibus nunc est sermo.

ANNOTATIO XCVII.

Illud, ex illis, ad quosnam referatur. et qui dicãtur Apostoli, qui Prophetę

EVthymius Matth. 23. illud (ex illis) refert ad eos, ad quos missi sunt Prophetæ, & Apostoli; vt sit sensus: quidam ex Iudæis occiderunt, & persecuti sunt Prophetas. dicũtur quidam, vt significetur nõ omnes talia perpetrasse. At vero conuenientius refertur ad prophetas, & Apostolos in hunc sensum: quosdam ex illis occisos, quosdam autem persecutionem passos, ac expulsos fuisse ab eis, ad quos à Deo missi erant, vel quibus prophetauerant. Aduerte Bedam inter prophetas, & Apostolos distinguere, vt illi ad vetus, hi ad nouũ testamentum referantur; puto tamen id accommodate non dici: nam tota hęc sententia spectat ad eos, qui a Christo missi sunt, quosque constituit in Euãgelica sua Ecclesia. hæc eadem distinctio in veteri et testamento fuit; nã quidã dicti sunt Prophetæ, & Apostoli, nempe ij, qui noua tantum prophetauerũt futura, & occulta prę nunciarunt, sed etiam à Deo missi sunt ad alios; sic Moyses Propheta, & Apostolus fuit, qui non tantum prædixit futura, sed etiam missus est a Deo, iuxta illud Exo. 3. Ego mittam te ad Pharaonem. Similiter Isaias, de quo dicitur Isa. 6. Quem mittã? ita notauit Hieronymus Gala. 1. probans sententiam & doctrinam hanc Hebræorum, adiungens prædictis Ioannem Baptistam fuisse etiam Apostolum, quia fuit etiam missus; dicitur enim Ioan. 1. de eo, Fuit homo missus à Deo; Apostolus enim Græce idẽ significat, quod Latine missus. non autem omnes antiqui Prophetæ missi fuerunt ad nunciandum aliquid aliis, & hi tantum Prophetæ dicti sunt, & quãuis idem Hieronymus in Epist. ad Damasum superfluum hoc dicat, tamen veram esse doctrinam negari non potest in nouo autem testamento propter excellentiam missionis iam simpliciter dicuntur Apostoli. in hac igitur sententia vtrumq; nomen accommodatur ijs, qui in nouo testamento sunt: dicitur enim Ephes. 4. & ipse quosdam dedit Apostolos, quosdam Prophetas.

Vt inquiratur sanguis omniũ Prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista.

COMMENTARIA.

PRædicitur grauitas pœnæ, ac punitionis diuinæ contra Iudæos, q ocisuri, & persecuturi erãt Prophetas, & Apostolos. sensus est; Fiet, vt ġn hęc generatio occidet, & persequetur Prophetas, & Apostolos, ipsa puniatur, & pœnas det pro oĩ cæde, non solũ à se patrata, sed ẽt pro perpetratis cõtra Prophetas à mundi exordio. particula, vt, non causam finalẽ, sed consecutionẽ significat: vt sit sensus; consequetur, vt pp homicidia committenda à Iudæis his in Prophetas, & Apostolos, puniãtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

cur ipsi, non tantũ propter hæc, sed ẽt propter omnia alia perpetrata in alios Prophetas à mũdi exordio. Illud (à generatione ista) cõnectitur cum verbo (inquiratur) pertinet autem hæc sententia cum præcedenti ad prædictionem per Dei sapientiam factam.

ANNOTATIO XCVIII.

Sãguinẽ alicuius de altero requirere, quid significet in Scriptura.

HEbraïs est Scripturæ, sanguinem alicuius de altero requirere, siue inquirere, pro eo, quod est pœnas dare pro cæde perpetrata. Ite.n. scribitur Gen. 9. De manu hominis, & de manu viri, & de manu fratris requirã animam hois. & Gen. 42. Dixit frater Iosephiẽ sanguis eius exquiritur. i. ecce punimur, & pœnas damus pp peccatum commissum in Ioseph. & Ezech. 33. sanguinẽ eius de manu tua requirã. dr igitur nũc requirendus sanguis oĩum prophetarum à generatione ista, quia pœnas dabit, ac punietur pro cæde omnium prophetarum.

Quo Iudæi puniti dicantur pro cæde omnium prophetarum.

Est autem non parua difficultas, qua ratione Iudæi puniendi dicantur pro omnibus homicidijs in Prophetas perpetratis, cũ plurima ipsi non fecerint. Primo quidẽ vr obstare illud Deuter. 24. Non occidentur patres pro filijs, neq; filij pro patribus, sed vnusquisq; pro peccato suo morietur. Vnde 2. Paral. 25. Amasias Rex Iuda dr occidisse seruos, qui occiderant patrem eius, non tñ filios seruorũ, quia scriptũ est in lege; Filij non occidentur pro patribus. Secundo est illud Ezech. 18. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris. Tertio Exo. 20. dr Deus vindicans peccata patrum in filios vsq; ad tertiam, & quartam generationem, at hic dicitur à mundi constitutione, peccata vindicanda in posteros, quod est in quamplurimas generationes vindicare. Quarto, quia iam fuerant vindicata patrũ illorũ homicidia: nam Iudæi in captiuitate Babyloniam traditi sunt pp cædes perpetratas Prophetarum, vt notat Hiero. Threno. 1. quomodo igitur nunc sanguis occisorum Prophetarum à mundi constitutione, inquiritur dicitur à generatione hac?

Quo Iudæi puniti dicantur pro cæde omnium Prophetarum.

Primus locus.

Secundus locus.

Tertius locus.

Quartus locus.

In hac parte, quod ad loci huius interpretationem spectat, multa dicunt doctores, quæ referã, Primo loco Hilarius c. 24. in Matth. dicit Iudæos hos, quia imitati sũt peccata eorum, qui occiderunt Prophetas, nõ solũ pœnas pprijs peccatis debitas daturos, sed ijs pœnis aggregandas esse aliorũ homicidarũ præcedẽtium pœnas, huic sniẽ accessit Euthymius Matt. 23. q nõ tollit difficultatem propositam, sed potius cõfirmat. & vr idẽ sentire Greg. lib. 15. Mor. cap. 31. qui generaliter loquẽs docet filiũ, qui peccatũ patris imitatur, ẽt peccato patris constringi. Secũdo loco Hieron. Matt. 23. cui consentit Beda ibidem, & in cõmentarijs huius loci duas distinguit generationes; vnam bonorum, alteram malorũ: hæ .n. simul procedunt ab exordio vsque in finem mũ dr sicut autem hi, qui occisi sunt ad priorem; sic homicidæ ad posteriorem pertinent. cum ergo in præsenti dr sanguinem Prophetarum à principio mundi occisorum, requirendum esse à generatione hac, non intelligitur à solis Iudeis pœnam omnẽ exigendam; sed accipitur hic generatio pro tota generatione malorum, à qua qua omniũ pœna exigitur, hæc ab his, alia ab alijs, non vt singuli pro omnibus puniantur; omnes tamen, a quibus sanguis requiritur, ad generationem malorũ vna spectant, sicq; cessat omnis difficultas proposita. At hęc interpretatio nõ vr posse accõmodari huic contextui; tum quia particularis mentio fit de Iudæis: dr .n. Hierusalem, quæ occidis prophetas, &, relinquẽt domus vestra deserta, &, non me videbitis à modo; tũ etiã quia cõminationis huius terror contra Iudæos factus est, qui imitabantur patres suos, in quos punitionis vẽturæ magnitudo significatur, iuxta peccati, ac sceleris grauitatem: acerbiores enim daturos pœnas Christus prænunciat; sicut grauius peccarunt, quàm patres:

Tertio loco accommodatius Chrysostomus hom. 75. in Matthæum, de Iudeis præsentibus, qui Christũ, & ab eo missos prophetas, & Apostolos occiderunt, sentẽtiã interpretatur: qua autem ratione sanguis omnium Prophetarum præcedentium ab ijs exquirendus sit, explicat sic, nempe, Ꝙ hi, quia aliorum præcedentium peccata, & qualiter pœnas dederint, nouerunt; & tamen emendati nõ sunt; sed eorum potius peccata imitati, grauiores, q̃ illi pœnas dabunt. Exemplũ ponit de Cain, & Lamech: ille enim dicitur septulum puniendus; at Lamech, quia post illum peccauit, nec peccatum, ac pœnam illius agnoscens se emendauit,

dauit, septuagies septies punit. Sicisti Iudæi grauissime super omnes priores punẽdi prænunciãtur: & hoc est sanguinem occisorum Prophetarum omnium ab hac generatione requiri debere. doctrina ista Chrysostomi vera est, nimirum grauius peccare, grauioriq; dignum pœna, quit peccato, & punitione alterius agnitis non resipiscit, sed eum imitatur: eamq; docet, & codẽ exemplo Cain, & Lamech confirmat Basilius reg. breu. resp. 47. tamen non videtur satis accommodata huic loco expositio: dicitur enim hic, omnium prophetarum occisorum à mundi exordio sanguinem requirendum à generatione hac; nec tamen singulorum homicidia nouerat: plures. n. multo occisi sunt, quã Scriptura sacra meminerit, immo sæpe puniuntur multi ob peccata aliorum, quæ illis ignota fuerũt; quod & Basilius loco citato notauit. nam Iosue 7. ob peccatum Achan, priusquam detectum esset, multi sunt percussi. Præterea peccatum vnius in alijs punitur, etiam si non sunt id imitati: nam 2. Reg. 24. Dauid numerauit exercitum; & tamen exercitus percussus est. præterea maius, quid in commination hac continetur, quam sit illud; nempe grauius peccasse Iudæos hos, acerbiorique esse dignos pœna: hoc enim non dicitur proprie sanguinem occisorum præcedentium exquiri à posterioribus.

Quarto igitur loco Auctor imperfecti in Matth. qui Chrysost. tribuitur homil. 46. tres profert interpretationes, quarum vna, quæ quarta est in ordine, sic se habet, vt sicut iustis prioribus promisit Deus Christũ venturum, non tamen eum exhibuit, nisi generationi posteriori. ita Deus comminatus est malis, & iniquis hominibus mala multa, quæ intulit postea huic generationi Iudæorum, contra quam Christus loquebatur; sicque dicuntur peccata præcedentium ab ea exquiri. Altera, quæ ordine est quinta: vt sicut bona opera iustorum præcedentium non potuerunt mereri tantum bonum, quantum in Christo datum est posterioribus, sic scelera priorũ iniquorum non meruerunt tantam pœnam, quãta illata est Iudæis occisoribus Christi. illorum enim peccata simul non æquarũt grauitatem peccati occidẽdi Christũ. Tertia, quæ est ordine sexta, nimirũ, Deus nõ statim castigauit, sed expectauit, distulitque punitionem; quanto autem diutius expectauit, tanto seuerius postea puniuit generationem vltimam Iudæorum: sicq; dicuntur peccata præcedentiũ puniri in ea. Hæ sunt tres interpretationes ab Auctore imperfecti traditæ, contra quas multa dici possent, quæ libens omitto, eo solo contentus, quod facile erit vnicuique comprehendere, ea omnia accommodari vix posse verbis Saluatoris.

Peccatũ vnius duobus modis punitur in altero vendicari potest.

His igitur prætermissis, aliisq; quæ quidam alij proponunt, quæ mihi omnium accommodatissima intelligentia, & explicatio visa est, exponam. Duobus modis vnius peccatum in altero vendicari potest; vno quidem, quando pœna debita cõmittẽti tale peccatum, transfertur, & infertur alteri. Altero, quãdo propter peccatum vnius, ab altero exigitur pœna proprij peccati, quæ aut nulla, aut non tanta exigeretur, nisi ille alius peccasset. hoc ẽm declaratur exemplo tali: sunt multa homicidia in aliqua ciuitate perpetrata, quæ Princeps aut dissimulauit, aut leuiorem pro eis intulit pœnam: post hæc quispiam alius homicidium commisit, quod Princeps facile condonasset, aut parum pœnę inflixisset delinquenti, at tot homicidijs irritatus & exacerbatus, non tantum non condonat, sed seuerissime delinqueatem punit, integram pœnam pro scelere commisso inferens. Hoc casu dicitur hic vltimus homicida puniri pro multis; & illorum homicidia exigi affirmamus in eo; non quod pœnę singulorum homicidiorum ab illis perpetratorum huic infligãtur, sed quod pro proprio peccato totam debitam recipiat pœnam, quam non reciperet, nisi illorum homicidia præcessissent. nulla hic iniustitia fit cum hoc vltimo homicida; quia quidquid patitur, ipsius peccato debetur: sed negatur ei misericordia ob aliorũ crimina. Simile quid est in casu nostro, non iniuit Deus pœnã Iudæis occisoribus Christi, & Discipulorum eius, ob peccata præcedentia, quasi quę illis debebantur, istis infligeret: sed quia tot ac tanta homicidia patrata sunt ab hominibus prioribus, nec ab eis cessare voluerunt, decreuit Iudæos hosce posteriores seuerissime punire, & pœnas ab eis exigere, quę tanto sceleri debebantur; quæ, sicut eorũ peccatum fuit omnium grauissimum, fuerunt etiam acerbissimæ: & eo magis, quia post tot ac tãta homicidia

Universidad de Deusto
Biblioteca

micidia noluerunt resipiscere, sed in peius profecerunt. si enim credidissent Christo, nec fecissent ea, quæ dicuntur, vtique sanguis præcedentium non esset in eis requisitus. Quod docte Hilarius can. 24. in Mat. notauit dicens: Si creditum ei fuisset, non solum extra pœnam necis Prophetarum fides credentium fuisset, sed illam ipsum Dominicæ passionis sententiam esset venia consecuta. Hæc ille. vbi nota: etiamsi occidissent Christũ, si postea credidissent, nec occidissent missos à Deo, sanguis non esset Prophetarum requisitus. Sic dicitur sanguis omnium Prophetarũ occisorũ à principio mundi exquiri ab ista generatione Iudæorum incredulorum; solet enim apud nos, quo magis multiplicatur peccata, etsi puniti sint peccantes, seueriores exigi pœnas ab ijs, qui vltimo delinquunt; nihilq; remitti pœnarum, quæ iis debentur.

Hæc expositio visa est mihi omnẽ difficultatem euacuare propositã; & huius dominice sententiæ sensum elucidare; quod etiam in solutione propositorum argumẽtorum perfectius ostenderur; quã ẽt indicauit Origen. tract 26. in Matth. & vt eadem cum illa tertia allata ab auctore imperfecti, vt supra diximus, non tamen ab eis ita explicata.

Ad primum facilis est responsio: prohibet enim ibi lex, ne pœna debita peccato vnius, inferatur alteri, qui in eo peccato partem nõ habet; quomodo nõ dicuntur peccata corũ, qui occiderũt prophetas à principio mundi exquiri ab his Iudæis, qui ob propria homicidia puniti sunt; dicitur que sanguis illorum requiri ab ipsis, quia proprij peccati pœnas, aut tam acerbas, & graues non sustinuissent, si non tot homicidia præcessissent.

Ad secundum de Ezechiele, Cyprianus epistola 52. & Augustinus libro quinto in Pentateu. cap. 42. verba Ezechiel. de culpa interpretantur; nullum neminem peccatorem efficere, reumque culpę peccato alterius, nisi proprio tm. Sanctus Thomas aũt, 2. 2. q. 108. ar. 4. de pœna spirituali interpretatur: at verò contextus Ezechiel. apertè indicat procedere de pœnis temporalibus, quas sæpe Deus pro peccatis infert: de ijs enim conquerebantur Iudæi, quod ob patrum peccata ipsi affligerentur. nos igitur facile soluimus, nempe procedere verba hæc modo priori; scilicet Deum non castigare nec punire filios ob peccata patrum, nisi & ipsi peccatum habeant, propter quod digni sunt pœna, quam Deus exigit aliquando ob parentum culpas. Aduertendum autem est in Scriptura legi infantes aliquando punitos ob parentum delicta: Num Numeror. 16. Dathan, & Abiron peccantes cum omnibus suis etiam paruulis absorpti sunt. nihil tamen in his sine peccato sit, nam infantes ob peccatum originale temporali pœna digni sunt, etiam morte; vt notarunt Ambros. lib. 1. de Abraham. cap. 6. & Augustinus libro 22. ciuit. c. 22.

Ad tertium de vindicta sumpta à Deo in tertiam, & quartam generationem, dicimus primo eam vindictam non accipi, vt ibidem constat Exod. 20. nisi generatio similiter peccet, & peccato sit infecta. Dicet quispiam, sit hoc fane; non tamen sumeti, nisi in quartam generationem; at hoc loco sumitur in multo remotiorem generationem. Aduertendum ergo est, dupliciter exigere Deum pœnas propter aliorũ peccata, loquor autem iuxta modum explicatum, nempe quando propter peccata vnius, aut quorundam exigit pœnas ab aliis debitas propriis ipsorum peccatis. vno quidẽ modo puniẽdo priores in posterioribus, nẽpe patres, quatenus filii sũt res patrum, & ad eos pertinent: sic non punit nisi vsq; in tertiam, aut quartam generationem, iuxta id, quod allegatum est Exod. 20. ad hanc enim generationem commu触iter peruenire possunt superstites patres. sic etiam Principes punit in populo præsenti, quia res eorum est; quod docet Iustinus in explicat. quæst. gen. resp. 138. affirmans punire hos in his tãquam in rebus eorum. Altero modo punit Deus posteriores ob priores, vt fit in casu nostro; sicque nullus est terminus perscriptus: immo quanto plures præcedunt peccantes, tãto à posterioribus suorum criminum graviores exquiruntur pœnæ. & hæc est legitima solutio euacuans difficultatem, quæ oriri potest ex his duobus locis Scripturæ.

Ad quartum, fatemur multos dedisse pœnas homicidiorum ab ipsis, & a patribus perpetratorũ; hoc tamen no impedit, quod posteriores modo prædicto puniantur; imũõ eo acerbiori sunt pœna digni, quod peccato aliorũ à Deo etiam vindicta

to nõ resipuerunt. per hanc ergo doctrinã non solum sententia præsens elucidatur, & difficultates euacuantur, sed etiam satis fit oppositionibus Paganorũ, & Hæreticorum, & Iudæorum. Pagani enim vt refert Iustinus in explic. quæst. gen. resp. 138. arguebant Deum iniustitiæ, quod ob aliorum peccata tam multos puniuisset. respõdet Iusti. punisse quosdam ob aliorum delicta, quatenus illi ad ipsos peccantes pertinebant: hæc autem responsio non plene satisfacit. ideo dicimus, punitos quidẽ multos, ob alios, tamen non sine proprio peccato, propter quod ea pœna digni erant, exacta autem est aliorum causa, vti explicatum est; in quo nec vestigiũ iniustitiæ est, etiam apud homines, a quibus sæpe similia fiunt. de Hæreticis autem refert Origen. hom. 8. in Exod. quosdam audientes Deũ castigare patres vsque ad quartam generationem, & similia finxisse duos Deos; vnũ iustum, sed non bonum, qui talia faciebat; hunc q; dixerunt auctorẽ veteris testamenti. Alterum aũt bonũ, auctorem noui testamenti, & Patrem Domini nostri Christi. idem refert Hieronymus Ezech. 18. hæc fuit hæresis Marcionis, vt tradit Tertullianus lib. 1. contra eundem: & plane est contra catholicam veritatem, quam impugnarũt multi antiqui patres. omissis omnib', quæ ad rem præsentem non faciũt, apparet ridiculitas eorum, nam militat argumentum contra eos nam quomodo ille Deus iustus esse potest, vt ipsi dicunt, si pro aliorũ peccatis punit quosdam? Adde hanc præsentẽ sententiam militare contra ipsos: nã Christus ipse, qui auctor est noui testamenti cõminatur puniendos Iudæos post se ob peccata, & homicidia perpetrata à principio mundi contra Prophetas: de qua sentẽtia dicemus in expositione sequenti. Nos autem respondemus, ita pro aliorum peccatis quosdam puniri, vt ob propria peccata tali pœna ipsimet digni sint. De Iudæorũ autem quærela habemus ipsorum verba Ezechielis 18. dicebant enim, via Domini non est æqua: patres enim peccauerunt, & dentes filiorum obstupuerunt. Quibus idem dicimus, quod & Paganis, & Hæreticis dictum est. Atque hæc pro præsentis sententiæ explicatione satis esse duximus.

Ab Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ, qui perijt inter altare, & ædem.

COMMENTARIA.

CONnectitur hæc sentencia præcedẽti; explicat enim quę peccata precedentia puniẽda sunt in generatione hac presenti. sanguis igitur occisorum Prophetarum, incipiendo ab Abel, qui occisus est à Cain, primo, vsque ad Zachariam vltimum, qui inter ædem, id est, eam partem templi, quæ dicitur sanctum; & altare, id est, altare holocaustorum, occisus est, exquireтur à generatione incredula, quæ occidit Christũ, ac persecuta est discipulos eius, nõnullosque eorum interfecit. propter homicidia ergo hæc, quæ perpetrauit, sanguis omnium occisorum iustorum requiretur; dum eius peccatorum pœnæ vsque ad vltimum exigentur.

ANNOTATIO XCIX.

EPiphan. hære. 42 refert Marcionẽ erasisse, & deleuisse totã hanc integrã sniam ab illis verbis inclusiue: propterea Dei sapientia, &c. vsque ad hæc: quæ proposita sunt. per ea. n. cogebantur fateri Deũ vnũ, & eundem noui, & veteris testamenti, qui puniebat peccata priorũ in posterioribus; at nõ potuit ęcus eradere multa alia, quę illũ de errore conuincunt. occurrunt aũtẽ duo examinanda, vnum est in Abel, alterũ in Zacharia.

In primis Abel hunc esse illũ, qui à fratre Cain in mundi exordio occisus est, docet Hieronymus, dicẽs nullam esse in hoc ambiguitatẽ, idq; ostendit verbum illud (à constitutione mundi) sunt aũt aliquot in hac re difficultates. vna est, quia dẽ sanguis Prophetarum exquirendus, ab Abel vsq; ad Zachariã, & tamen nõ legimus prophetam fuisse Abel. Respondeo Lucã nomine prophetarum comprehendisse iustos, qui vitæ exemplo veritatis fuerunt doctores: propheta enim etiam dẽ ueritatis interpres. cui cõsonat quod apud Mar. scribit: vt veniat, inquit, sup nos oĩs sanguis iustus, q effusus est sup terrã, à sãguine Abel iusti.

Abel hic nomine tuis fratricidii est, etqũo propheta dicitur?

Altera

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur de Abel hic factum sit.

Altera difficultas est, quare mentio facta sit de Abel Theophylactus, & Euthymius respondent id factum, quia occisus est per inuidiam à fratre Cain, quod significabat eadem Christi factam a Iudæis per inuidiã. Beda dicit id factũ, quia Abel pastor erat, & interfectus in agro; Zacharias autem in templo, vt vtroq; significaretur martyres Christi assumendos ex vtroque statu, Laicali, & Ecclesiastico. Quidam alii respondent, quia sanguis Abel dr clamasse vindictam de terra. Omnia autẽ hęc non videntur accommodate dici: ea potissima causa videtur; nimirum, quia ille fuit primus occisus iniquè, & iniustè, ac primus omnium martyr. Christus aũt volens significare magnitudinem pœnæ Iudæis infligendam ob aliorum cædes iustorum, meminit primi omnium.

Tertia difficultas est, qua ratione ẽt Abel exquirendus est à Iudęis seu Abel nõ sit occisus ab vllo generationis Iudaicæ: nam Cain non fuit parens huius generationis, quæ non à Cain, sed à Seth originẽ ducit. Quidam recentiores respond. nt generationem Iudæorum fuisse ab Exordio mundi, & à Cain trahere originem ex parte matris: nam filij Seth coniuncti sunt cũ filiabus Cain. at vero nõ est, cur ad hęc recurramus; cum & primus Iudæorum pater in Scriptura dictus sit Abraham. dicendum ergo est, quando Deus punit quosdã ob peccata aliorum modo prædicto, nõ solum vindicare peccata parentum, sed aliorum quorumcunq; sicque exquiritur sanguis iustorum occisorum à Iudæorũ parẽtibus, & abijs, qui præcesserunt à constitutione mundi, eo maxime quia Iudæis manifestata erant per Scripturas scelera illorum omnium, & multorum pœnæ, quorũ exemplo à talibus se continere debebant. atque hæc de Abel dicta sint.

ANNOTATIO C.

Quis fuerit iste Zacharias à Xpo hoc loco nõiatus.

Maior difficultas est in Zacharia, licet quis iste fuerit: in quo sunt multi discordes antiqui Patres. legimus enim in Scriptura tres nomen Zachariæ sortitos esse. primus fuit summus Sacerdos, filius Ioiadæ, qui à Ioas rege Iudæ fuit interfectus i atrio domus Domini, de quo fit mẽtio Paralip. 24. Alter fuit post ipsum, qui inter Prophetas minores vaticinus nominatur, diciturq; filius Barathię, qui fuit in vltimis temporibus captiuitatis Babylonicę, & Zorobabel filij Salathiel. Tertius fuit in diebus Christi, nempe pater Ioannis Baptistæ, summus Sacerdos, & prophęta, de quo Lucas cap. 1. scripsit. Est igitur difficultas, de quo horum nunc sit sermo.

Primo loco Hieronymus in præsenti existimat esse primum, qui a Ioas fuit interfectus. cuius ratio potissima est nam huic conuenit, quod nunc dicitur, nempe occisum esse inter tẽplum, & altare. consẽtiũt huic sententiæ Beda, Druthmarus, & recentiorum maxima pars.

Secundo loco Chrysost. in hom. de natiuit. Ioan. Baptistæ, quæ habetur tom. 2. opinatur esse Zachariam secundum, nempe Prophetam inter minores computatum: huic enim quadrat nomen: dicitur enim filius Barachiæ, vt ex eius prophetia constat; existimatq; Chrysostomus hunc esse, cuius meminit Isa. cap. 8. dicens. Adhibui mihi testes fideles, Vriã sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ.

Quo sanguis Abel à Iudęis exigendus.

Tertio loco quidã alii tenent esse tertiũ Zachariam, patrem Ioannis Baptistę, quẽ occisum dicunt inter templum, & altare. Hæc autem opinio est communis Græcorum Patrum, quam sequuntur Origenes cap. 13. in Matth. & tract. 26. in eundem. Petrus Martyr Archiepiscopus Alexãdrinus in suis canonibus approbatis in 6. Synodo; can. 9. Basi. in hom. de humana Christi generatione. Greg. Nyssen. in orat. de sãcta Christi natiuitate, & Titus Bostrenus, in commentario huius loci. Epiphanius in lib. de vita, & interitu prophetarum, patrẽ Ioannis Zachariã refert inter templum, & altare occisum. Tertullianus etiam in Scorpiaco idem dicit: nam Zachariam affirmat occisum inter templum, & altare; & perennia reliquisse cruoris signa in silicibus. qđ non potest intelligi, nisi de patre Ioannis. refert has tres sententias Chrysostomus tacitis auctoribus, in hom. 75. in Matth. & in nullam inclinat. Est autem aduertendũ quamuis hi citati doctores conueniãt Zachariam patrẽ Ioannis esse eũ, de quo Saluator loquitur nunc, esseq; occisum inter templũ, & altare; tamen discordant in causa interfectionis eius. nam Petrus Martyr tenet occisum fuisse Herodis iussu, quia quando hic occidi iussit infantes propter Christum, ille occultauit infantem suum Ioannem

quando hic occidi iussit infantes propter Christum, ille occultauit infantem suum Ioannem Baptistam. de qua re diximus supra c. 3. consentire videtur Epiphanius loco citato, affirmans ab Herode fuisse interemptum. Origenes vero, & Basilius dũt occisionis eius causam esse, quia Mariam matrem Christi, postquam filium peperit, quod omnibus notum erat, iam in locum templi virginibus deputati recepit, nouam natiuitatem cum virginitate affirmans: idque dicunt non ex Scriptura, sed ex antiquis traditionibus ad eorum tẽpora peruenientibus cognitis esse. Gregorius autem Nyssenus cõfirmat eundem traditionem, dicitq. Zachariam ita fecisse cum Beata Virgine, tamen occisum fuisse, quia Christum natum asseruit naturæ totius regem. Iudæi autem timentes nomen Regis propter Cęsarem, interfecerũt eum inter templum, & altare. Consentit cum Gregorio Cyrillus Alex. lib. aduersus Antromorphitas. Titus Bostrenus causam cædis vtramque dicit; nempe & eam Basilij, & Origenis, & hanc Gregorij; licet vtramq; adscribat Gregorio, quasi duas dederit causas necis. at reuera Gregorius, licet referat primum, nempe Zachariam in locum Virginum recepisse matrem Domini; tamen causam cędis ponit doctrinam illam, Christum regem esse naturæ. Hæc sunt, quę patres Græci de causa interfectionis sentiũt; qui tamen cõueniunt in interfectione inter templum, & altare, & quod hic Zacharias sit, cuius non sit mentio à Domino. Epiphanius autem hære. 26. Gnosticos hęreticos causam interfectionis huius Zachariæ adduxisse refert, quam quia vana est, & blasphema, silentio prętermitto hoc notans, etiam illos hæreticos consensisse in interfectione Zachariæ, licet infeuerint cum veritate impietatem, & errorem; fuerunt tamen proximi temporibus Apostolorum.

Quarto loco Alcuinus in homilijs per se collectis ex varijs doctoribus, in quadã homil. ex Henricõ, in verba Matt. 23. videtur quantũ ad historiam firmum sensum haberi non posse ad allegoricum cõfugit, dicens per Abel intelligi oẽs iustos occisos ab exordio mundi vsq; ad Christi aduentum, & passionem; per Zachariam aũt oẽs martyres à passione Dni vsq; ad finẽ mũdi, qui dicuntur occisi inter templũ & altare, altare, id est, passionem & mortẽ Christi. & templum, id est, ingressum in regnũ cęleste, qñ corporibus reassumptis iusti recipientur in cęlum. noia aũt quadrare dicit: nam Abel interpretatur luctus, vapor, funiculus. quæ noia conueniunt ijs, qui ante aduentum Christi fuerunt: considerantes enim se exules à Paradiso, in luctu & mœstitia erant, præsentemq; vitam tanquam vaporem, & transitoriam cõteminentes ad funiculum, & sortem supernæ hęreditatis properabant. Zacharias aũt interpretatur memoria Dñi, siue memorãs, & recordãs Dñi, quod accommodatur sanctis post Christi aduentum: hi enim considerantes se Dñi passione redẽptos, eum semper in memoria habere, ac condignas gratiarum actiones illi agere student. Hæc ille. Quæ non ad literalem, sed ad spiritualem sensum faciunt. nos aũt illum inquirimus nunc; nõ aũt hunc. Hæc oia sunt, quæ ex antiquis Patribus habemus. Vt aũt quid in hac controuersia mihi probabilius visum sit apẽ iam, nonnulla proponam. primo Zacharias, cuius nunc mentionem Dñs facit, nõ est ille, qui à Ioas fuit occisus, cuius historia refertur 2. Paralip. 24. Multa sunt, quę mihi persuadent à sñia Hieronymi recedere. in primis; hic dr filius Ioiadę, at Zacharias noster filius Barachiæ. conatur Hieronymus rñdere huic argumento dicens, Ioiadam apud Hebræos significare iustitiã, Barachiam autem benedictum Dñi. quid ex hoc concludat Hieronymus non video: si enim vult dicere idem esse nomen, quia idem significat, stare non potest: sunt enim diuersæ significationes. si vero velit dicere, dictum Barachiam, quia fuit benedictus à Dño, non satisfacit: nã dr sic fuisse nuncupatum: & vt vno verbo dicam, at gumentum non soluitur. confugit Hieronymus ad aliam solutionem, nempe in Euangelio, quo Nazaræi vtuntur legi, nõ Barachiæ, sed Ioiadę filium. at cum nostra lectio sit canonica, qua vtitur Ecclesia, ea amplectenda est, non alia. Quidam alij aliud respondent, nempe fuisse Binomiũ e nam vocabatur Ioiadas, & Barachias. hæc responsio antiqua est, quam refert Chrysostomus hom. 75. in Matth. illa autem euasio non videtur alicuius momẽti; cum ex Scriptura hoc solum nomen Ioiadæ habeatur. nec est credendum Christum alio nomine vsurum, si hunc nominare voluisset,

Auctoris sentẽtia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ser.q̃nã eo,quod erat in Scriptura. manet ergo argumenti efficacia,nempe Zachariã illum à Ioas interfectum, non Barachiæ, sed Ioiadæ filium fuisse,vnde cõstat diuersum fuisse ab hoc nostro. Est ẽt aliud argumentũ nã ex Scriptura non constat illũ interfectũ inter templũ & altare nã 2. Paralip.c.24.vbi solum historia hæc describitur, interfectus refertur in atrio domus Dñi: cõstat aũt tria atria fuisse in tẽplo,in quo aũt sit occisus,Scriptura nõ exprimit. immo ex genere interfectionis vt potius in atrijs alijs esse occisum:nam lapidatus est,nec est probabile inter templum,& altare,vbi sacerdotes soli erant,iniectos lapides:nec Christus,si hunc significare voluisset,alijs verbis vsus esset, quã Scripturæ, vt Iudæi intelligerent,de quo sermo erat. Adde ẽt aliud argũ,quod me multũ mouet.nam cũ post illum Zachariam fuerint interfecti Esaias,Hieremias,& alij multi, non inuenitur ratio efficax, cur Christus sanguinem Prophetarum requirẽdum dicat vsq; ad Zachariãs cũ reuera ẽt sanguis posteriorũ Prophetarũ sit requisitus,non minus,quam Zachariæ.pp hæc, sñia Hieronymi non est visa mihi accommodata.

Secundo Zacharias hic noster nõ est ille Propheta,qui inter duodecim minores numeratur. in hoc recedo à sñia Chrysostomi,idq; mihi persuadent nonnulla primo quidem quia non legimus Zachariã hunc occisum esse:de morte.n.eius nõ cõstat in Scriptura; nec verisimile est Christum affirmasse. Iudæis, quod alias illis erat ignotũ. Adde Epiphanium lib.de vita Prophetarum asserentem hunc Zachariam decessisse in vltima senecta, & cũ Aggæo in Iuda a sepultum.idem dñt Dorotheus lib. de vita Prophetarum; scilicet obijsse in graui senecta. Secundo,quia Zacharias hic non erat Sacerdos, vnde non vt occisus esse inter templum, & altare, quia ab hoc vsq; ad Christũ multi intercesserunt anni,in quibus iusti multi persecutionem passi sunt inter Iudæos;& alios occisos fuisse probabile est: nõ ergo erat, cur vsq; ad hunc sanguis occisorum requirendus diceretur à Iudæis. Hieronymus adiungit aliud argñ: nam, inquit,tẽpore huius Prophetæ vix ruinæ templi erant, non ergo occidi potuit inter ædem, & altare.hoc tñ argm non vt multum efficax. nam templi reædificatio cõpleta est anno sexto Darij; vt constat ex lib.1. Esdræ c.6. at ex eodẽ Propheta c.7.habemus ipsum prophetasse anno illius quarto: facile ergo est illum peruenisse vsq; ad sextũ, aut eo anno quarto iam esse templum,& altare constructum. Posset quispiam pro hac opinione opponere,quia iste Propheta dicitur filius Barachiæ,quod nomẽ quadrat dicto Saluatoris. dico verum esse; tamen nõ is solum dictus est filius Barachiæ: nã Isaias c.8.testes adhibet Vriam sacerdotẽ, & Zachariam filium Barachiæ. qui quidẽ Zacharias non fuit ille Propheta,vt putauit Chrysostomus:nã Propheta fuit multis annis post Isaiam, cuius tempore fuere Vrias, & Zacharias.non igitur ex nomine sumitur argumẽtum: nam potuit etiã alius esse Zacharias filius Barachię præter prædictos, qualẽ doctores multi existimarũt fuisse Zachariã patrẽ Ioãnis Baptistę. Tertio mihi probabilissima omniũ sententia visa est, Zachariam hunc esse patrẽ Ioannis Baptistę:quod mihi persuasi pp nonnulla quædam primo quidẽ quia plures Patres antiquissimi ita sensẽrũt, vt supra visum est. Secundo, quia cum ex vna parte Christus mentionem fecerit Abel iusti,qui fuit in mũdi exordio, videbatur consonum ex altera parte referre alterum vicinum; & proximum aduentui Christi, post quem aductum erat sanguis horum requirendus.at illi duo Zachariæ præcesserunt aduentũ sup a quingentos annos; & post illos multi sunt interfecti iusti, quorum sanguis erat exquirendus. Tertio quia Christus apud Matthæum loquens cum Scribis, & Pharisæis præsentibus de hoc Zacharia,dixit: Quem occidistis, significãs presentem,& proximum Zachariam illos.n.isti non interfecerunt.quo argumẽto vtitur Origenes tract.26. in Matth.ad probandum hunc Zachariam fuisse Patrem Ioannis. Quod si dicas, Scriptura non narrat filium Barachiæ, nec occisum esse inter templum,& altare.respondeo,illi tunc temporis ex fuisse manifesta illis, quibus cum loquebatur Christus, qui viderunt,& occiderunt.

Quarto pp traditionem antiquam,quã Origenes,Basilius,& alij testant. nec obiectio Hieronymi efficax est: inquit enim, sumptam esse ex apochryphis libris. fateor apochryphos esse; quia non sunt canonici;

nonici;non tñ ideo sequitur ea in eis cõtenta esse falsa:nam & Iudas in sua epistola ex Apochrypho citauit prophetiam Enoch,quæ veritissima est antiquissimi aũt illi patres nõ ita facile recepissent, nisi ex multorũ testimonio tunc accepissent veritatem traditionis. Adde duo esse in hac historia,quæ diuersa sunt.vnum est interfectio Zachariæ,in quo omnes illi cõcordãt alterum est causa interfectionis;& in hac varij sunt:certius igitur est illud, quã hoc. noiq; probamus interfectionem;causam autem non ita certo affirmamus,licet pro vero ile sit nobis omnes simul causas cõcurrisse.atque hæc sunt,quæ de huius sententię explicatione sentimus. Dicet quispiam, cur non meminit Christus de interfectione Ioannis Baptistę? ideo id factum, vt Iudæorum pia sentium culpam improperaret,quoniũ opera Zachariæ erat interfectus; Ioannes aũt potius ab Herode, & Herodiade,& matre eius, interfectꝰ est.

Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.

COMMENTARIA.

COnfirmat, quod per Dei sapientiam prædictum erat:nam supra dixerat:propterea Dei sapientia dixit, mittam, &c. recitata ergo sapientiæ Dei sententia,eam confirmat dicens: ita profecto, sicut dictum est per Dei sapiẽtiam, requiretur omnis sanguis iustus ab Abel vsque ad Zachariam, à generatione ista præsenti, nempe ab ipsis,& filijs, ac filiorũ filijs: hi enim omnes ad vnam pertinent generationem.

ANNOTATIO CI.

NOn expressit Dñs apud Lucam, quomodo sanguis exquirendus erat; at postea apud Matthæum, eadem repetens,ex parte explicuit dicens,relinquetur domus vestra deserta. quo verbo duo indicauit, vnum est malum spirituale: populus eius ille futurus erat non populus Dei, sine fide,sine Euangelio, sine gratia.quod Daniel.9. prædixit: Non erit,inquit, populus eius,qui cum negatus est. & Osee c.1. Vocã nomen eius,non populus meus, quia vos non populus meus, & Saluator Matth.10.minatus est dicens: Auferetur à vobis regnum Dei. Alterum est illud excidium insigne per Romanos factũ, quo populus vastatus est, & in captiuitatem, ac miseriam extremam redactus: quæ pœna,ac punitio superauit omnem captiuitatem,& omnem afflictionem, quam ante passus erat populus.vtrunque malum indicat hoc verbum,seu ista sententia:relinquetur domus vestra deserta. quod Isaias cap.1.pulchre indicauit tribus exemplis, siue similitudinibus:Derelinquetur,inquit, filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurij in cucumerario, & sicut ciuitas,quæ deuastatur.duo significat primũ; tertium aũtem indicat secundum. Adiecit alteram sñam Matthæus: Non, inquit, me videbitis amodo,donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Dñi; per quã significauit punitionis præcedentis durationem, quæ erit vsque ad secundum aduentum Christi in fine sęculi:toto hoc tẽpore erũt Iudęi derelicti, & non populus per perfidiam, & incredulitatem, eruntq; toto orbe dispersi,& exules, donec in fine temporũ agnoscant verum Christũ,& cõuertãtur ad eũ. qđ Oseas cap.3.prædixit: Dies,inquit,multos sedebunt filij Israel sine rege,& sine Principe,& sine sacrificio, & sine altari,& sine Ephod, & sine theraphin; & post hæc reuertentur filij Israel, & quęrent Dominum suum,& Dauid regem suum;& pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius,in nouissimo dierũ. Hęc ille. Hoc est,quod nunc dicit Dñs: non me videbitis amodo,id est,post paululum,nẽ pe passionem meam,donec dicatis: Benedictus,q̃ venit in nomine Domini,id est, donec in fine sæculi me agnoscatis,& cõuertamini verum Messiam. Hęc satis de his.

Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis,& eos,qui introibãt, prohibuistis.

COMMENTARIA.

COmminationem dirigit in Scribas,& legis doctores: quia tulistis,inquit,id est,vsurpatis, & arrogatis vobis clauem scientiæ, scilicet potestatem, & munus tantum vos non introitus per fidem:redeundo in me, sed etiam populum per meam doctri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam, & miracula dispositum ad credē dū prohibuistis, & doctrinis falsis, ac minis impedistis, ne crederet, nec reciperet eum, qui recipiendus erat, nempe me. metaphora est clauis, per quā res clausæ & occultæ aperiuntur, & manifestæ fiunt.

ANNOTATIO CII.

Quis sit clauis scientiæ.

AMbrosius ser. 8. legit: abscondistis clauem scientiæ, & clauem hāc interpretatur Christum ipsum, quem legis doctores occultarunt, & absconderunt, ne a populo crederetur. Euthymius autem Matth. 23. aliter exponit: sustulistis nempe fidem de populo fidem Christi dicit esse clauem, quæ introducit ad rectorum dogmatum scientiam. Beda cum Ambrosio conuenit in verbi significatione; tamen clauem scientiæ intelligit Christi humilitatem, quam Scribæ, & Pharisæi in lege, & prophetijs intelligere noluerunt, nec ab alijs intelligi permiserunt. Vltimo loco Tertullianus lib. 4. contra Marcion. ca 27. clauem scientię dicit esse legis, seu Scripturæ interpretationem, quam Scribæ habebant; & tamē nec ad intellectum eius peruenerunt credendo in Christum, nec alios peruenire siuerunt, nec aditum eis præstiterunt. verbum Græcū, κλεὶς, significationem recipit Euthymij, & Ambrosij, vt idē sit, quod de medio tollere, & abscondere. Mihi in hac parte, quantum ad clauis explicationem, visa est sententia Tertulliani recta, & accōmodata, vt idem sit, quod potestas interpretandi legem, & Scripturas, per quas veritas Christi agnoscenda erat, iuxta illud Ioan. 5. Scrutamini Scripturas: illæ enim sunt, quæ testimonium perhibēt de me: quod etiam sequitur Ambrosius hoc in loco: clauem enim explicat doctrinam diuinæ cognitionis, quam Scribas vsurpasse sibi dicit. quod autem ad verbum (tulistis) spectat, maiorem existimo esse significationem, quam expressit Tertullianus, nempe habetis clauem; verbum enim Græcum αἴρω, amplius significat; scilicet eripuistis vobis, & arrogastis. non quod non haberent potestatem, cum doctores essent legis, sed quod sic sibi eam tribuerint, quod neminem permitterent Scripturas interpretari, suumque sensum omnium sensui præponerent, quasi soli essent, qui eas intelligerent: quod ad peccati grauitatem eorum pertinet. cum enim tantam sibi vsurparent auctoritatem; nec crediderunt in eum, quem Scripturæ indicabant; nec alios credere volentes, & ad fidem dispositos, permiserūt: quod fuit grauissimum scelus: qui enim alios docere veritatem debuerunt, non solum errare fecerunt, sed volentes discere veritatem, ab ea auerterunt. Huic interpretationi consensit Ambrosius in commentario nam hanc explicās sententiam dicit Scribas vsurpasse doctrinā diuinæ cognitionis. Matthæus c. 23. alio verbo vsus est: Clauditis, inquit, regnum cælorum ante alios, id est, sensum Scripturarum, per quas ad Christū agnoscendum perueniendum est, obscuratis, & peruertitis, vt nec ipsi credatis, nec alios credere sinatis: nam doctrinis falsis, ac minis retinebant populum, ne crederet in Christum: dicebant enim turbis: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Ioan. 9. & ibidem dicitur, eos conspirasse, vt si quis eum cōfiteretur Christum, extra synagogam fieret. Dicet quispiam: Apud Matthæum hanc sententiam Christus protulit contra Pharisæos, & Scribas; quomodo nunc ad solos Scribas loquitur? Respōdeo, horum fuisse Scripturas, & Legem interpretari; quod si Pharisęis etiam hoc idem opposuit, ideo factum est, quia multi ex Pharisæis erant etiam Legisperiti, & Scribæ.

Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisæi, & Legisperiti grauiter insistere.

COMMENTARIA.

PHarisæi de iustitia præsumentes; & Legisperiti scientiam Legis iactantes, cum Christi reprehensiones, & comminationes audirent, præ superbia, quæ correctionem ab altero non patitur, cœperunt graniter Christo insistere, id est, vrgere cum varijs quæstionibus, & interrogationibus dolose propositis, vt statim dicitur.

AN-

ANNOTATIO CIII.

Græcorū exemplarium lectionem varia in hoc loco.

VAria reperitur lectio in Græcis exemplaribus. vna est cuius meminit Euthymius; habetur enim ἐλέγχειν, id est, arguere, & disputare. Altera est, quę habetur in Complutensi, & alio quodam exemplari, συνέχειν, id est, comprimere. Tertia est cōmunis, quā sequitur vulgatus ἐνέχειν, quod Euthymius vertit, molestos esse, & iratos; vulgatus autem insistere, & simul interrogationibus ei imminere; vt confunderent, ne valeret singulis respondere; & fieret, quod fortasse sequitur, nempe, vt conarentur ex eo quere ab eo responsiones non consideratas, nec ex animo præparato emanantes; vt ipsi scilicet obtinere posse falso sibi persuaserant.

Et os eius opprimere de multis.

COMMENTARIA.

COeperunt etiam os eius opprimere de multis, id est, ab ore eius extrahere responsiones de multis interrogationibus repentinas, & extemporales, ac nō præmeditatas; vt sic haberent aliquid, de quo eum accusarent: quod verba sequentia explicant. cæci isti minus sentiebant de Domino, quam par erat, putātes Christum aliquid inconsiderate posse loqui, si repente ad multa respondere vigeretur.

ANNOTATIO CIIII.

GRæcum verbum est, ἀποστοματίζω, quod apud Græcos idem significat, quod ex memoria dicere. recte autem Euthymius interpretatur, nempe extemporales, & non consideratas responsiones dolosarum interrogationum expetere. existimabatur isti, si sic Christus respondisset, posse eum aliquid proferre. vnde illū possent accusare. Non autem sic est intelligēdum, os opprimere, quasi cœperint os Christi claudere, idest silentium indicere: tunc enim non quadrarent sequentia, nēpe: quærentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.

Insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius vt accusarent eum.

COMMENTARIA.

ECce cur de multis interrogātes, extemporales, & non consideratas responsiones expetebant: ei enim insidiabantur, & solicite incumbebāt, vt si aliquod possent verbum venari, vt accusarent eum. non attendebant vitia, & scelera propria de quibus benigne corrigebātur, vt se emendarēt: & ab ore corrigentis pendentes, vel minimum verbum expiscari volebant, vt ei nocerent. quæ autem ista sint, quæ interrogabant; quæ vero Christus responderit, Euangelista exposuit.

ANNOTATIO CV.

Insidiari.

INsidiati dicuntur, quia singula verba obseruabant, animo doloso, vt ansam, & occasionem arriperent nocendi ei. *Ideo dicuntur.*

ex eur

Iudæi.

. Idcirco ea interrogabant, in quibus sibi persuadebant, posse se aliquid ex responsione arripere, de quo accusarent. Dices, cur Dominus cum hos incmendabiles nouerit, correxit? Respondeo, id factum, tum vt quod ex parte sua erat faceret, & in suis actionibus iustitiam ostenderet; tum etiam vt saltem turba eorum hypocrisi, & simulata iustitia non falleretur; nec crederet conatibus eorum auertentium illam à Christi sequela.

Finis Capitis Vndecimi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI
CARDINALIS TOLETI
IN SACROSANCTVM
LVCÆ EVANGELIVM
COMMENTARII.

CAPVT DVODECIMVM.

MVLTIS autem turbis circumstantibus, ita vt se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad Discipulos suos: Attendite à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil autē opertum est, quod nō reueletur: neq; absconditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis: timete enm, qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinque passeres væneunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus plures estis vos. Dico autem vobis: Omnis, quicumq; confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei: qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur corā angelis Dei. Et omnis, qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi: ei autem, qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur. Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite soliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit illi: Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? Dixitq; ad illos: Videte, & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & maiora ædificabo, & congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetūt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Dixitq; ad Discipulos suos: Ideo dico vobis: Nolite soliciti esse animæ vestræ quid manducetis: neq; corpori, quid induamini. Anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum. Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neq; horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos

gis vos pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitando potest adijcere ad staturam suā cubitū vnum? Si ergo neq; quod minimum est potestis, quid de cæteris soliciti estis? Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem fœnum, quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos pusillæ fidei? Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli: hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. Verumtamen quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis: quo fur non appropiat: neque tinea corrumpit. vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor uestrum erit. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardētes in manibus uestris, & uos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs: ut, cum uenerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes: amen dico uobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur ueniret, uigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et uos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis uenict. Ait autem ei Petrus: Domine ad nos dicis hanc parabolam: an & ad omnes? Dixit autem Dominus: Quis, putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille seruus, quem cum uenerit Dominus, inuenerit ita facientem. Vere dico uobis, quoniam supra omnia, quæ possidet, constituet illum. Quod si dixerit seruus ille in corde suo: Moram facit dominus meus uenire, & cœperit percutere seruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: ueniet dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Ille autem seruus, qui cognouit uoluntatem domini sui, & non præparauit, & non fecit secundum uoluntatem eius, uapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Omni autem, cui multum datū est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut accendatur? Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor usquedum perficiatur? Putatis quia pacem ueni dare in terram? Non, dico uobis, sed separationem: erunt enim ex hoc quinque in domo una diuisi, tres in duos, & duo in tres diuidentur: pater in filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam. Dicebat autem & ad turbas: cum uideritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus uenit: & ita fit. & cum austrum flantem, dicitis: Quia æstus erit: & fit. Hippocritæ faciem cœli, & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem, & a uobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Cum autem uadis cū aduersario tuo ad principem in uia da operam liberari ab illo ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XII.

Multis autem turbis circumstantibus, ita, vt se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos.

COMMENTARIA.

HAEc sententia cõtinua est præcedentibus: completo enim conuiuio, & egresso Domino cũ discipulis è domo Pharisæi inuitantis, vbi multi ex Scribis, & Pharisæis interfuerant, ad quos sermonem narratum in vltima capitis præcedentis parte habuit, factum est, vt multæ turbæ ad Christum concurrerent ipsumq; circumstarent: nouerant enim eum in domũ Pharisæi diuertisse, & expectabant ipsius egressum. tanta autem erat multitudo, vt se inuicem cõculcarent, dum singuli accedere Christo contenderent. tunc Dominus cepit dicere ad Discipulos suos, quæ statim refert Euangelista.

ANNOTATIO I.

Rei gestæ series.

CRæce habetur, ἐν οἷς, id est, interea, ad significandum, quæ nunc dicuntur cõtinua esse superioribus, non quod hæc multitudo conuenerit in domum Pharisæi, sed quod expectabat Christum egredientem, quo egresso statim concurrit circumdans eum. Interpres non videtur legisse talem particulam, sed loco eius, δέ, ideireo vertit (autem,) sensus idem est. Quidam recentiores existimant comminationes præcedentes nõ fuisse factas in domo Pharisæi, sed alio in loco: inde, quæ nunc dicunt, facilius coniungi posse putant: tamen qui considerat contextum, agnoscet omnes illas comminationes factas occasione ablutionis manuum prætermissæ à Christo in Conuiuio; & ex prima illa reprehensione ortum habuisse. Verius autem dicemus, omnia illa, quæ in capite præcedenti notantur, gesta esse in loco conuiuij; quæ vero nunc sequuntur, post egressum ab illo loco emerunt, vt diximus. Est autem Græce, μυριάδων, id est, erant myriades turbæ. myrias autem vna decem millia significat. Est autem Phrasis Græca, erant myriades turbarum, ad significandam magnam multitudinem; ideo interpres vertit multis turbis. Loco illius (circumstãtibus) quidam exemplaria legunt (concurrentibus) parum hoc refert: nã in eundem fere sensum tendunt.

Attendite à fermento Pharisæorũ, quod est hypocrisis.

COMMENTARIA.

OCcasione eorum, quæ narrata sunt in capite superiori, Christus cautos efficit Discipulos suos, ne errent, decipiantur, aut turbentur. Duo enim gesta sunt. Vnum est multiplex, & acris increpatio aduersus Pharisæos, & Scribas. Alterum est prænunciatio persecutionis, & cædis futuræ contra mittendos à Christo. Poterant hæc duo incautos Discipulos in errorem inducere, aut in turbationẽ, & timorem. In erroré quidem, quia Pharisæi, & Scribæ simulabant iustitiam exteriorem, maxime interrogationibus vltimo narratis, quibus se discere, ac instrui velle ostendebant exterius; quamuis interius insidiabantur, & obseruabant, vt accusarent. In turbationem autem, quia audierunt Discipuli persecutiones, ac cædes contra ipsos perpetrandas. Dominus igitur his duobus obuiat: & primo quidem contra simulationem Pharisæorum. Attendite, inquit à fermẽto Pharisæorum, quod est hypocrisis; id est, cauti estote, & aduertite hypocrisim istorum, q̃ est veluti fermentũ: hoc. n. latet intra massã, & occulta actione, & virtute totã corrumpit. Tales sunt isti, qui etamsi videantur exterius Iusti, & zelum Religionis, & legis prætexere, tñ eorum malitia latẽs, & occulta est, & alios corrumpit; in hoc enim incumbunt toti, vt populos auertant à me, ne credant, vt debent, studẽtque exteriori quadam Iustitia verborũ, & cærimoniarum, conciliare sibi opinionem vulgi; vt persuadeant illis contra me, & contra ea, quę in Lege, ac Prophetis

phetis de me prędicta sunt. vos autem attendite, & cauti sitis, ne erretis; &, vt cognoscatis, quam iusta de causa in eos inuectus sum in ijs, quæ audistis.

ANNOTATIO II.

Cõnexio verborũ & historia sacra.

QVod ad verba spectat. Græce habetur aduerbium πρῶτον, id est, primũ, siue prius. Quidam connectunt sequẽtibus, nempe, primum attendite: quidam autem antecedentibus: in qua sententia est Euthymius, nimirum: dixit ad Discipulos suos primum, siue prius. & hæc mihi accõmodatior lectio vi: nam post hæc locutus est ad eos, qui circumstabant. Præterea Græce habetur: Attendite vobis ipsis, quod significat cauere eos debere, ne decipiãtur hypocrisi Pharisæorum. Sensus idem est, etiãsi ea particula prætermittatur. Quod aũt ad rem pertinet, legimus apud Matthæum, cap. 16. & Marcum, cap. 3. hæc verba. Apud illum quidem sic: Intuemini, & cauete a fermento Pharisæorum, & Saducæorum. Et paulo inferius, fermentũ hoc explicatur esse eorum doctrina. Apud hũc autem sic legimus. Videte, & cauete à fermento Pharisęorũ, & Herodis. quæ historia vna & eadem est in vtroque Euangelista; distincta tñ ab ea, quæ præsens est apud Lucam, diuerso tẽpore, & loco à Christo prolata. Illud. n. fermentum Matthæi, & Marci, doctrina erat Pharisæorum, Saducæorum, & Herodianorum Christi doctrinæ contraria. Hoc aũt fermentum Lucæ, ipso Domino explicante, est hypocrisis. (simulata iustitia, quã, sub zelo legis, & iustitiæ, defendentem Christum impugnabant; vt sic populum a fide in eum auerterent: a qua hypocrisi cauendum monet discipulos, ne decepti, vera, & recta putent ea, quæ illi præ se ferebant. Opportune neque Discipulos admonet; quia paulo ante illi per hypocrisim studuerant multa interrogare insidiantes in occulto: atque ẽt eos acriter increpauerat, cum se defenderent, dicentes. Nobis iniuriam facis. ea igitur de causa Discipulos monet, vt ab eorũ hypocrisi cauerent; nec fidem dent eorum verbis, & simulatis operib. sub noĩe autẽ Pharisæorum ẽt Scribas complectitur: erant enim multi de illorum numero.

Vsus superioris sententiæ.

Quod vero ad huius sniæ explicationẽ attinet, quidam recentiores existimãt hunc sniæ sensum esse; vt velit Dominus exhortari Discipulos, ne Pharisæorum hypocrisim imitentur; quasi diceret: nolite imitari hypocrisim illorum, quæ est velut fermentum; vt enim hoc totã massam corrumpit, sic hypocrisis infecit omnia opera, quæ exterius fiũt, etiãsi ex se bona sint. cui interpretationi Beda adhæret, & ante omnes ita exponere videtur Tertullianus lib. 4. contra Marcio. c. 28. & fauet sequens sententia, si cum particula causali legatur, vt in eius expositione declarabimus. At alium esse existimo sensum accommodatiorem, cui cõsentiunt Theophylactus, & Euthymius, nimirum vt Dominus cautos efficiat discipulos, ne hypocrisi Pharisæorũ fallantur, existimantes eos esse tales, quales exterius esse ostendunt, prætexentes iustitiam, & zelum legis; ne si tales os erepuerint, illorum dolo decepti acquiescant ipsorum doctrinæ, & operibus. Hũc sensum secuti sumus in commentario, & verba ipsa indicant. Attendite, inquit, seu intendite: hoc enim verbum Græcum significat. Considerationẽ igitur, & vigilantia ista, quam Dñs requirit à suis, ostendit, non de imitatione, sed de cauenda deceptione, & fallacia se loqui. eaque etiam est, cur præsentibus turbis Dñs Discipulis hæc sit locutus, nimirum vt turbæ ab eadẽ errore, & fallacia cauerent; nec dum Pharisęorum Zelum, & iustitiam probant, verbis eorũ, & doctrinæ incauti credãt, & à Christo illorum opera auertantur, & pereant cum illis. non autem hæc omnibus locutus est Christus, sed Discipulis, quia eorum magis intererat hypocrisim Pharisaicam detegere; cum magistri, & doctores aliorum futuri essent.

Nihil autem opertũ est, quod non reueletur, neq; absconditũ, qđ non sciatur.

COMMENTARIA.

VT hypocrisim Pharisæorum magis confirmet, prędicit futurum esse, vt illa detegat; & manifesta fiat, dicens: Nihil occultũ, qđ nõ reueletur: cogitationes. n. & animorum intẽtiones, q̃ occultæ nunc sunt, reuelabunt & manifestabũtur oĩbus. nihil etiam absconditum, quod non sciatur, id est,

opera

Universidad de Deusto
Biblioteca

opera ẽt exteriora, quæ in abscondito fiunt, scientur, & in lucem prodibũt, Hæc duo hypocrisim manifestant: nã hypocritæ, quæ secreta cordis sui sũt, occultant, dissimularis intentionibus, & cogitationibus, cumq; intus mali sint, boni apparere procurant; idcirco dr nunc, quod occultum est, reuelandum. Preterea hypocrita, cum à nemine vr, opera ẽt exteriora mala facit, turpiterq; viuit, cõtentus ea bona exteriora facere, quę apparẽt: per hęc.n. existimant se gloriam hoĩam adipisci: idcirco adiungit Dominus, absc̃dita etiam scitri debere, ac propalanda esse. Quando autem hæc futurà sint, Dominus non exposuit aperte; in annotatione autem sequenti id explicabitur.

ANNOTATIO III.

Cõnexio verborũ

MVlta exemplaria Latina impressa loco (autem) legunt (enim) quasi hęc sẽtentia sit causa præcedentis: idq; forsan recentiores induxit, vt existimarent præcedẽtem illam sententiam (attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis) esse interpretandam in illum sensum: ne imitemini hypocrisim Pharisæorum, vti diximus in annotatione superiori, causa autẽ est, quia detegenda sunt, & reuelanda ofa: sicq; detegemini vos, si hypocritę fueritis. At verò Græca exemplaria habent δέ, i. autem; & aliquot ẽt manu scripta Latina: & ita legitur in nouiter emendatis bibliis: eaq; lectio quadrat cum expositione illius dictæ sententiæ, quam in eius commmentario secuti sumus. Addo etiam si particula causalis legatur, adhuc pro eodem sensu facere: sic enim connecti debet: Attendite, ne decipiamini hypocrisi Pharisæorum. causa autem cur debetis attendere ea est; quia reuelanda est, & manifestanda per vos ipsos: de hac enim reuelatione loquitur, vt statim dicemus. conuenit igitur ijs maxime, hypocrisim aliorum agnoscere, per quos est detegenda, & reuelanda. Quod si sit sermo de reuelatione in die Iudicij, etiam sic recte conuenit cum prædicto sensu, nimirum: Attendite à fermento, & hypocrisi Pharisęorum, ne per eam decipiamini: nam detegenda est, & reuelanda: & si vos eorum errore decipiamini, & reuelabitur, & detegetur error vester. Particula igitur (enim) non aduersatur expositioni præcedentis sententiæ, quam secuti sumus. Cur autem Dominus geminatione vsus sit, nempe de occulto reuelando, & abscondito sciendo, diximus in commentario: vnum enim ad mentis actus, alterum ad opus exterius secretum refertur. quæ duo sunt multum contraria operibus manifestis hypocritarum: nam & mens eorum, & secreta opera eorum pessima sunt, & dissimilia ijs, quæ palam faciunt, vt gloriam hominum venentur. hanc differentiam probant verba Pauli. 1. Corinth. 4. Illuminabit, inquit, Dominus abscondita tenebrarum, scilicet opera occulta: & consilia cordium, scilicet actus mentium. Græce vtrumque verbum est in futuro indicatiui, nempe (reuelabitur) & (scietur.) idem est sensus cum Latino; qui quidem sensus in sequenti annotatione examinabitur, & explicabitur.

ANNOTATIO IV.

Quid sit sensus verborũ præcedentium.

TEr Christum similem sententiam pronunciasse legimus diuersis temporibus, & locis. semel apud Matthæum cap. 10. Nihil, inquit, est opertum, quod non reueletur, & occultum quod non sciatur. idemque habetur supra Luc. 3. iterum apud Marcum cap. 4. Non est, inquit, aliquid absconditum, quod non manifestetur; nec factum est occultum, quod non veniat in palam. Tertio nunc apud Lucam: cuius sententiæ nunc inquiritur sensus. Beda enim, & Euthym. interpretantur de reuelatione, quæ fiet in die Iudicij, quando omnia facta, dicta, & cogitata erunt manifesta: de qua reuelatione dictum est 1. Corin. 4. Quousque veniat Dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. fauet huic expositioni generalis sermo: dicitur enim: Nihil opertum, quod non reueletur. Similem interpretationem affert Hieronymus verbis Matthæi allegatis; licet Chrysost. homil. 30 interpretetur ea de reuelatione Apostolorum futura in Ecclesia militãte. qui enim à principio seductores reputati sunt, & contempti a Mundo, post paululũ tem-

poris agniti sunt Apostoli Dei, Magistri veritatis: & in ptio, ac honore magno habiti: vt nunc experimur. eandemque interpretationem adhibet Victor Antiochenus verbis Marci. Quidquid autem sit de Matthæi, & Marci verbis, existimo Lucæ sniam præsentem, non de reuelatione futura in die Iudicij, sed de ea, quæ facta est in Euangelio per Apostolos, esse intelligẽdam: per hos.n. hypocrisis, dolus, technæ, & vitia Pharisæorum, Scribarum, & persecutorum Christi manifestata sunt toti orbi; & quæ illi occulta, & abscondita putarunt, per Scripturas, & per prædicatores iã sunt reuelata; & Christus, quem abscondere, & occultare studuerunt, per fidem gentium, & populorum agnitus est prædicatione Apostolorum. Hæc expositio vr accommodatior, & sequentibus magis consona: nam quod sequitur de Apostolorum persecutione non in die iudicij, sed Euangelij tempore futurum prędicitur. nec est probabile voluisse Christum Iudæorũ hypocrisis reuelationem tamdiu differre, sed de proximo, vt sic discipulis magis persuaderet aitendendum sibi esse à tali hypocrisi. nec generalitas huic expositioni obstat: restringitur.n. iuxta materiam, de qua loquebatur: præcessit enim sermo de hypocrisi Pharisaica, qua illi Christum occulta re populis prætendebant, iustitiamque simulabant. de his igitur continuatus sermonem, inquit: Nihil occultum quod non reueletur, nimirum ex ijs, quæ ad hypocrisim illorum, & Christi iustitiam spectabant. Reuelata autem est illorum hypocrisis, & veritas Christi etiam hoc tẽpore: frequens enim est, Scripturæ sermones generales multipliciter restringẽdos esse. Huic expositioni nostrę cõsentit Chrysostomus citatus in cathena S. Thomæ, qui reuelationem hanc de tempore Euangelii interpretatur. & Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap 33. hunc enim Lucæ locum explicans: Quę, inquit, inter se mussitarunt, vel tractarunt, scilicet super ipso dicentes: Non expellit dęmones, nisi in Beelzebub, in apertum processura, & in ore hominum futura, ex Euangelij promulgatione.

Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.

COMMENTARIA.

CAusa est pręcedentis sententiæ; quasi diceret: quæ occulta hactenus sunt de hypocrisi Iudęorum, deq; mea iustitia, reuelabũtur, & nota fiẽt; quoniam quæ nunc vos in tenebris dicitis de me, meisque sermonibus ac doctrina, fiet vt in lumine, id est, in manifesto coram toto mundo publicentur: & quæ in aurem loquimini ad inuicem in cubiculis, id est, secreto, nec audetis palam loqui, & prædicare omnibus, erit tempus cum in tectis & propatulo prædicentur; vt omnes audiãt, & intelligãt. Hinc fiet: vt mea doctrina, iustitia, veritas, quæ nunc latent, & velut intra parietes continentur; similiter & Iudaica hypocrisis, dolus, & malitia nunc cooperta, aperienda, & propalanda sint mundo per vos ipsos. tecta dicit, quia Iudæorum mos erat solitaria habere supra tecta, quæ loca eminentia, & aperta erant.

ANNOTATIO V.

Expositio copiosior verborũ proximo præcedentiũ.

QVod ad literam spectat, illud, dicent, Græce est, audiẽtur. illud autem in aurem, multi codices legunt, in aures; emendatiores autem, in aurem: idque Latinæ phrasi accommodatius est. quod vero magis ad rem attinere videtur, id est, quod loco particulæ illius (quoniam) quidam legunt, propterea. quasi sit illatio ex antecedentibus, scilicet, nihil occultum, quod nõ reueletur. ideirco quæ dixistis in tenebris, manifestanda erunt. Vulgatus legit, Quoniam; quæ longe diuersum efficit sensum, cum causalis sit; sicque in Commentario exposuimus. particula autẽ Græca ἀντὶ τοῦ, admittit vtramque significationem; idem enim significat quod propterea, ideirco, & eo quod. Prior sensus illatiuus fauet exponentibus præcedentem sententiã de reuelatione futuri iudicij; posterior vero interpretantibus de tempore Euangelij, quam interpretationem secuti sumus. ideirco cũ vulgato legimus particulam causalem.

Decla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Declarat enim Dominus modum & causam, quibus reuelandæ erunt hypocrisis Pharisæorum, & suæ doctrinæ veritas, & iustitiæ. Puto autem eundem sensum facere hanc sententiam cum illa Matth. 10. licet alijs verbis prolata. Inquit enim Matthæus postquam dixit; Nihil est operũ, quod non reueletur, & occultum, quod non sciatur, adiunxit. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis prædicate super tecta. Hoc nunc mutatis verbis repetit Dominus, quasi Discipuli quæ a Domino dicebantur in abscondito repeterent. Euthym. aliter, & quidem probabiliter interpretatur. Ad Discipulos, inquit, factus est sermo hic; verum de illis potius dictus est, nempe de Pharisæis hypocritis; quod quæcunque apud se cogitarent, vel etiam inter se mutuo clam communicarent, omnia à Deo publicabitur, qui cuncta cognouit. hæc ille, qui de reuelatione in die iudicij intelligit. Nos autem de tempore Euangelij, sicut & Hieronymus etiam, verba Matthæi interpretamur.

Dico autem vobis amicis meis.

COMMENTARIA.

POstquã admonuit Discipulos ne hypocritis Pharisæorum fallerentur, quod erat vnum ex ijs duobus, quæ supra diximus, nũc cõfortat eos, ne occasione illius dicti in fine capitis superioris: Persequẽtur, s. Prophetas, & Apostolos, deterrerentur, & cõturbarentur. Dico, inquit, vobis amicis meis. Amicos appellat Discipulos, nõ solum ob dilectionem, qua eos diligebat, & ab ipsis ille mutuo diligebatur, sed ẽt vt significet ea de causa, quia amici eius erant, eos persequendos, & occidẽdos; hoc. n. magni solatij erat illis argumẽtum; & vt horteturr eos ad eam persecutionem, quam amici dilectio postulat: maiorem dilectionẽ nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: hæc. n. ratio plurimum hẽt vigoris ad fortificãdũ animos contra oẽ malum inferendũ. Demum vt insinuet se parem cum illis habiturum persecutionem; vt sicut vna inter eos amicitia, sic ẽt persecutio, quod etiam ad deponendum timorem, & terrorem multum valet.

ANNOTATIO VI.

Cur nõ Discipuli à Xpo amici appellentur.

THeophylactus, & Euthym. censent Discipulos dictos nunc amicos à Christo, propter dilectionem, qua eũ amabant ex toto corde, anima, & mente. At verõ, cũ amicitia plus sit, quam dilectio, nam mutuum ex vtraque parte complectitur amorem, conuenientius dicemus Apostolos amicos, quia diligebant Christum, & ab eo diligebantur, mutua etiam intercedẽte familiaritate; qua significatione vsus est Dominus. Ioan 15. Maiorem, inquit, dilectionem nemo habet, quam, vt ponat, quis animam suam pro amicis suis. & Ioan. 15. Vos dixi amicos, quia quæcunque audiui a Patre meo, nota feci uobis.

Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habẽt amplius quid faciant.

COMMENTARIA.

ARgumentis vtitur quibusdam ad confortandos animos Discipulorum, vltra id, quod nomine amicæ insinuauit. primũ est à leuitate mali, quod persecutores inferre possunt: ne terreamini, inquit, ab his, qui non possunt nocere nisi corpori, quod cũ semel occiderint, non possunt malum amplius inferre, nec animam postea lædere; in hac nimirum uita tantum nocere valent. Terror hic quẽ Discipulis Dominus dissuadet, non simplicem timorem significat, sed eum, qui retrahit à bono, & a sequela, & obedientia Christi: licet. n. mala corporis timere, sed non sic eis deterreri. Sẽsus igitur est: Ne timeatis, præcipuè eos, qui corpus tantum occidere possunt: sicut enim malum, quod inferunt, non est præcipuum, nec maximum, sic non sunt ipsi præcipue, nec maxime timendi.

AN

ANNOTATIO VII.

Explicãtur mala verba prædicta.

APud Matthæum c. 10. scribitur sic: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam aũt occidere non possunt. in vtroque aũt loco, tam hoc, quam illo nõ prohibet Dominus timere hoies p̃p malum, quod inferre possunt; homines. n. sancti aliqñ timuerunt eos: nam Matth. 2. dicit, Ioseph audiens, quod Archilaus regnaret pro patre suo, timuit illuc ire. si. n. licet mala huius mundi vitare, licebit etiam timere. Prohibitio aũt est cõparatiua; ne timeamus homines plus, aut æque ac Deũ; nec torã timendi rationem in ijs ponamus, quasi non sit aliud, quod magis timere debeamus. quem sensum Matthæi verba indicarunt; nam post ea, quæ recitata sunt, adiungit. Potius timete eum, qui potest animam, & corpus mittere in gehennam. Ille autem agit contra hoc Domini mandatum, qui timore hominum, ne corpori noceant, recedit a iustitia, fide, mandatisue Dei, hic enim magis timet homines, quam Deum.

Ostẽdam autem uobis, quem timeatis: timete eum, qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam.

COMMENTARIA.

DOcuit postponendum hominũ timorem. ostendit nunc cuius timor sit præponendus: huius. n. collatione, malum omne ab hominibus illatum leue est. Ostendam, inquit, vobis, quem timeatis, i. quem timere debeatis magis, quam hoies. timete ergo eum, qui postquã occidit, n. mpe corpus in hac vita, potest mittere in gehẽnam; id est, qui potest corpus in hac vita interficere, & tam hoc, quam aĩam mittere in infernum. Homo temporaliter corpus occidit, nõ animam, & quidem in hac vita; Deus vtrumque: nã corpus occidit in hac vita; & hoc, ac animam in infernum mittere potest. Insinuat Dominus persecutionẽ inferendã Discipulis ob Dei causam, duoq; concurrere, aut Deum derelinquendum pp homines, aut hoĩes pro pter Deum: cum igitur maius malum inferat Deus, quam homo, postponẽdus est timor hoĩum propter timorẽ Dei. Attende verba: non. n. dicit, põr animam mittere in gehennam, sed absolute loquitur, quod tam animam, quam corpus in infernum mittere potest Deus. Vnde apud Matthæum dr: Timete eum, qui potest corpus, & animam mittere in gehennam, i. totũ hoĩem, non autem dictum est: Timete eum, sed præmisit: Ostẽdam uobis, quẽ timeatis; vt significaret supra humanã cognitionem esse malum, quod Deus infert desertoribus Iustitiæ. vnde consequitur, quantum debeat præponi timor Dei timori hominum, cuius ratio subiũgitur, quia, sine comparatione ulla, Deus inferre maius malum potest, quam homo; non tantum animæ, sed etiam corpori. nam hoc & uita temporali priuat, & æterna infert pœna torquet.

ANNOTATIO VIII.

Gehẽna quid sit.

QVod ad nomen gehẽnæ spectat, multa dicit Hieronymus, tũ in traditionibus Hebraicis in librum 2. Paralip. tum in commẽtarijs Ierem. 7. tum demum in Matthæum c. 10. quę oĩa ordinate referũtur adiunctis quibusdam aliis. Ante oĩa gehennam accipi pro loco, in quo mali, & damnati puniuntur, & in æternum puniẽtur, qui dicitur communiter infernus, nõ solum Euangelistæ, sed Patres sæpissime ostendunt. Quod autem ad nomen primo loco attinet, inquit Hieronymus. Matth. 10. in veteri Scriptura non inueniri, sed a Saluatore nostro primum esse positum. Hoc quidem verum est, nimirum non inueniri in veteri Scriptura, sed tũ in nouo testamento; nõ autem sic hoc est intelligendũ, quod Christus primus hoc nomine sit usus, sed quod in Scriptura sacra non inueniatur hoc nomen. In ueriſimile enim est Christum vsum eo tẽpore vocabulo ignoto audientibus, sed eo, quod in tali significatione vsurpatum erat tunc a Iudeis. Vnde Origenes lib. 6. contra Celsum, notat in libris Hebræorum antiquorum reperiri uocabulum gehennæ, pro Tartaro, seu Inferno acceptum.

Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundo notat Hieron. in tradit. in Paralip. nomen hoc tractum esse à vocabulo gehennon, quod Hieron. interpretatur vallem filiorū Ennon, licet verba Hebræa solum significent vallem Ennon, cuius nominis fit mentio Iosuæ 15. & 4. Reg. 23. & Ier. 7. ab hoc igitur nomine gehennon dicit Hieronym. tractum nomen gehennæ.

Tertio idem Hieron. in Matth. 10. vallē hanc describit, inquit enim sic: Non procul à Hierusalem in radice montis Moriæ, vbi fons Siloe fluit planitiem quandam fuisse irriguā, & nemorosam, plenamq; delitijs, dicebamus; gehennon: in hac valle lucus erat, in quo filij Israel, deserto templo Dei vicino, hostias immolarunt Baal, seu Molocho Idolo Moabitarum; in eoque filios, filiasque suas concremarunt in holocaustum huic Idolo.

Quarto idem Hieron. Ierem. 7. causam exponit, cur ab huius loci nomine Gehennon, tractum sit nomen gehennæ pro loco pœnarum, dicit id factum, tum quia filij Israel ibi perierunt offendentes Deum, & sacrificantes Idolo; tum etiam, quia ibi filij, & filia eorum concremabantur. Hoc idem Hieron. dicit in comment. Matt. 10. Ea igitur est causa originis, & derivationis vocabuli huius.

His adiungendū est quinto loco ad maiorem declarationem, quod idem Hieron. tradit in comment. Ierem. 7. locum hunc, in quo filij Israel sacrificabant Idolo, dictum esse Tophet, quem ipse Hieronym. interpretatus significare latitudinem; sicque ab ipso Hieremia nominatur; per quē Prophetam Deus comminatus est Iudæis se locum impletuum cadaueribus mortuorum. in quo dicto Hieronymi notandum est, quantum ad nominis interpretationem, quoniā Hebræos aliter interpretari nomen Tophet; aliamque rōnem nominis afferre; dicunt enim Tophet תֹּף trahi à תף, quod significat tympanum, idemq; significare cum ipso. sicque interpretantur illud Iob 17. exemplum sum coram eis. illud exemplum hī in Hebræo, Tophet, vertuntque tympanum, i. in me lætabantur, meque vtebantur, quasi instrumento ad exultationem suam, & gaudium. dicunt ergo hunc locum ea de causa dictū Tophet, quia immolantes Idolo vtebantur tympanis: vt sic voces filiorum qui comburebātur, non audirent, ne compassione mouerentur, aut retraherētur ab immolatione: & ad hoc vt Ieremias alluisse, cum refert Deum comminantem dixisse: Non vocabitur Tophet, sed tumulus mortuorum; quā si tophet significaret tympanum, quod est instrumentum lætitiæ.

Sexto hunc locum Iosias Rex Iudæ contaminasse scribitur. 4. Reg. 23. vt auerteret hæc impia sacrificia. Iosias, inquit, contaminauit Tophet, quod est in valle filiorū Ennon: vt nemo cōsecraret filium suum, aut filiam suam per ignem, Moloch. Hæc sunt, quæ de gehennæ nomine notāda duximus. hoc aūt certum est significare locū pœnarum damnatorū: cui fauet illud Isa. 30. præparata est ab heri Tophet: à Rege præparata, profunda, & dilatata: nutrimētū eius ignis est, vbi Tophet pro inferno, & gehenna accipitur. & forsan Isaias alludit ad significationē Tophet, quam sequitur Hieronymus, nempe vt significet dilationem: dicit enim Isaias; Tophet dilatata est; quasi diceret, latitudo amplificata est. Hieron. autem Matth. 10. distinguit duas gehēnas: vnam ignis, aliam frigoris; quibus pœnis, modo his, modo illis damnati torquentur: idque probat ex illo Iob. 24. ad nimium calorem transiet ab aquis niuium, & vsque ad infernum peccatum illius. quem locum idem Hieronym. in suis commentarijs exponens, rem hanc explicatius scribit, sic dicens: Quasi duas gehennas Sanctus Iob mihi dicere videtur, per quas diabolus, hæreticus, & homo impius commutetur. forte in ipsa gehenna talis sensus cruciatuum fiet illis, qui in ea torquebuntur: ut nunc quasi ignem arderem sentiant, nunc nimium algoris incendium: & pœnalis commutatio, nunc frigus sentientibus, nūc calor: sitque quasi de loco ad locum transitus æstiment. Et fortassis inde Dominus ait in Euangelio. Mittite eū in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium, ut hic stridor dentium de rigore frigoris oriatur. Vt & similitudinē quandam in nostris corporibus possumus inuenire, in quibus tuſi abundantia, quod est calidissimum, in typicis moribus intolerabilis rigor præcedit ignem sebrium: at dentissimum secundum, & vicinius à me dicis hæc duo, quę sibi contraria dignoscūtur ex vna sellis materia in homine procreari. Hæc Hieronymus, quæ de gehenna fusiſſime.

AN-

ANNOTATIO IX.

Animā rationalē incorporeā & spiritualem esse vera fide tenendum.

Hieronymus Matth. 10. interpretans illa verba: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt; sed potius timete eum, qui potest, & corpus, & animam perdere in gehennā, sic inquit: Si, qui corpus occidūt, animam non possunt occidere; ergo anima inuisibilis, & incorporalis est, secundum crassiorem, dico, nostri corporis substantiam; vel eo certe tempore punietur, & supplicia sentiet, quādo pristinum corpus receperit; vt cum quo peccauit, cum ipso & puniatur. Hæc ille, quibus significat animam corpoream esse; subtiliorem tñ multo, quam sit corpus hoc visibile; quod si corporea non est, non statim puniri in inferno, quousq; corpus reassumat; quasi quod igne torquetur, debeat esse corporeum, aut in corpore. adiungit quandam velut æquitatem; nimirum, vt quę cum corpore peccauit, cum eodem torqueatur, & peccati pœnas luat. Hæc omnia existimo Hieronymum, quasi aliorum sententiam recitasse, nec examinasse; sunt enim falsa, & fidei Catholicæ aduersaria.

Primo quidem Tertullianus lib. de Resurrectione carnis, & lib. de anima, cap. de innata, existimauit animam esse corporeā; habereq; soliditatem, per quam sentire, & pati possit: idque illa historia diuitis, & Lazari probat. Luc. 16. vbi dives linguam habere dicitur, & cruciatū in ea sentire. Fuit & multo ante error hic Philosophorū antiquorum, vt refert Gregor. Nyss. lib. 2. de Philosophia cap. 2. vbi cum docte impugnat, ostendēs animam esse incorpoream, ac spiritualem: idque sine vlla dubitatione tenendum esse à catholico, multis alijs prætermissis, confirmat definitio Ecclesię in Concilio Lateran. 1. sub Innocentio 3. quod translatum est in cap. firmiter, de Sum. Trin. & fide Catholica. Deus, inquit, ab initio temporis vtramq; de nihilo condidit creaturam, corporalem, & Spiritualem; Angelicam scilicet, & mundanam, deinde humanam, quasi communem, ex Spiritu, & corpore constitutam: nec est quod in hac re discutienda lōgius demoremur, cum sit ab instituto remotum.

Plenem corporū punitur in inferno.

Anima impiorū reassumptum torquentur in inferno.

Secundo, iniquorum animę ante corporum reassumptionem puniuntur, & torquentur in inferno. Probat hanc veritatē testimonium Luc. 16. de diuite illo Epulone haud veritatem, vti certissimam, affirmant August. lib. 15 ciu. ca. 2. Cyril. lib. 12. in Ioan. cap. 36. & Greg. lib. 4. dialog. c. 25. qui vtitur argumento ex loco Lucę allegato. eamq; veritatem æquam, & conuenientem esse Tertullianus licet animā putet esse corpoream, lib. de anima, cap. vltimo, probat duabus rationib vna est, quia aīa multa peccata sine corpore committit, licet sit in corpore; vt pote hæreses, ac peccata spiritualia: debuit igitur non expecta to corpore puniri. Altera est, quia etiam in ijs, quæ cum corpore committit, ipsa est quæ prior peccat per cōsensum: corde. n. exeunt iniquitates omnes, etiam exteriores. Tertio, animę, etiam si spirituales sint, torquentur igne corporeo, tam in inferno, quam in purgatorio; nec de hoc locus datur Catholico dubitādi. Ignis. n. vt Dei est instrumentum, animas etiā torquet, sicut & dæmones. quod si animæ expectarent corpora, quia sine illis torqueri non possent, locus purgatorij nō daretur, nisi post resurrectionem. Video hæc omnia esse grauissima, & longissima indigere disputatione, non vna, sed multis; tū quia institutum nostrum longe transgrederemur, satis esse duximus, succincte veritatem proposuisse, quam, si liceret, manifestis confirmaremus argumentis.

Ita dico vobis, hunc timete.

COMMENTARIA.

Verba sunt confirmantis sententiam superiorem; quasi diceret: Sane dico vobis, quasi rem certissimam, hūc timete potius, quam homines: quæ confirmatio indicat Deum maxime supra omnes timendum. Cōuincuntur hæretici nostri temporis hac sententia. Si Christus monet timere eum, qui nocere potest in hac vita, & in ventura, corpori, & animæ; timere igitur pœnam non est malum: dummodo non sit tota causa timendi; quasi homo Dei voluntatem non facere paratus sit, nisi pœnam timeret: hoc enim malum est.

AN.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO X.

Timore Dei bonum est, melius & perfectius amare.

POstponere hominum timorem, nec à iustitia auerti propter quæcumq; mala, quę illi possunt inferre, ob Dei timorẽ, ne in iram Dei incidamus, si hominibus consentimus, bonum est, melius tñ, & perfectius est, si Dei amore, & dilectione Christi id faciamus: perfectæ enim charitatis erga Deum, & Christũ est, si eius dilectionem mala omnia ab hominibus illata, quibus nos voluntati Dei aduersarios facere conantur, perferamus. Christus autẽ nunc de timore loquitur, quod minus perfectũ est, tum quia quod perfectius est iam insinuauerat, cum paulo ante discipulos amicos appellauerat; tum etiam, quia in Discipulis eos omnes instruebat, qui eum secuturi erant, quorum multi imbecilles, & imperfecti sunt, qui magis timore, quam amore excitantur, tum demum, quia, cum de timore hominum loqueretur, conueniebat timoris Dei mentionẽ facere, vt, quantum hic ab illo distet, quãtumque debeat præponi, doceret.

Nonne quinque passeres veneunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo?

COMMENTARIA.

HOc est secundum argumẽtum, quo Discipulos confortat aduersus timores hominum, & persecutorum. Sumptum autem est partim à diuina scientia, & voluntate: nihil.n. est, quod Deus ignoret, aut quod sine eius nutu, ac volũtate fiat. Est autem argumentum à minori. Quinque, inquit passeres dipondio, i. duobus assarijs, siue duobus assibus minutis veneunt; & in eum apud homines sic vilescunt, vt multi simul vẽdantur, nec pro singulis moneta vel minima inueniatur; apud Deum tamẽ nec vnus est in obliuione, id est non ignoratur; sed singulorum habet scientiam: nec ideo veneunt, quod in obliuione sint apud Deum, sed ipso sciente, & disponente. Supplendum est. Vos ergo, qui præstantiores estis passeribus, non eritis in obliuione apud Deum, nec ideo interficiemini, quasi Deo nesciente, aut non cogitante de vobis; sed eo sciente, & disponente omnia iuxta suum beneplacitum. Non ex hoc solo argumẽtum conficitur ad timorem remouendum, sed ex alijs simul, quę sequũtur. Valeant ergo gentes, quæ Deum ignorantes, eius prouidentiam negãt; cum vel vnius passerculi memor sit, & prouidus.

ANNOTATIO XI.

GRæce diminutiuum est, non passeres, sed passerculi; vt tanto magis diuina prouidentia ostendatur, quæ vel minimorum est. Græce etiam non habetur dipondio, sed duobus assarijs. Est autem assarium Romani nummi genus, cuius meminit Varro lib. 1. de Analogia. Est autem diminutiuum ab Asse. Assis autem æneæ species aliquot refert Plinius lib. 33. ca. 3. primo erat moneta unius libræ, seu duodecim vnciarum; postea facti sunt asses minores, vnius nempe vnciæ, seu unciales. Vltimo confecti sunt semiunciales. Quidam recentiores existimant assarium esse unius unciæ: mihi autem magis placet, cum sit diminutiuum ab asse, esse minorem semiunciali asse, quæ est vilis, & infima moneta ænea. dipondium ergo hoc, quo interpres est vsus, continet duo assaria, quorum utrumque simul semiunciã conficiunt. Vnde Euthymius dicit fuisse genus oboli diminutiuum ab Asse; nisi velimus dicere vltimum assem, qui semiuncialis erat, dictum esse assarium ob pretij paruitatem. Quidquid sit. Certum est genus fuisse monetæ infimæ, vt significaret Dominus, quanta sit diuina prouidentia, quantoque magis curam Discipulorum haberet; cum sit prouidus de passeribus, quorum vel duo nec assarium valẽt, quæ est infima moneta: quinque enim duobus veneunt assariis.

Assis 3d

Aduertendum autem est apud Matthæum aliter haberi huiusmodi sententiam, inquit enim. Nonne duo passeres asse veneunt, & unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Illud apud Interpretem asse, Græce est assarion, quo Lucas utitur; nec est villa contra si-

Concordia inter Mat. & Luc.

Alio inter hos Euangelistas: nam quę refert Matthæus, alio tempore, & loco dicta sunt à Domino: cum enim arduum valde esset persecutionem pati, & interfici, sæpe Dominus id Discipulis repetit, & argumenta consolationis renouat; vt minus ardua eis videantur. Dubium tamen facere potest alicui, cur Dominus dixerit apud Matthęũ duos passeres vendi assario, apud Lucã vero pretium minuatur: nam quinq; assariis duobus venire affirmat: duo igitur passeres apud Lucam nec vnum as, seu assarium valeus. Euthymius in Lucæ cõmentariis respondet, tunc temporis, quando illud Dominus protulit apud Matthęum, duos passeres veniisse assario vno; cũ vero hæc, quę Lucas narrat, dixit, minori vendebantur: duo enim passeres minoris assario vno venibant. Potuit profecto id ita euenisse, vt dicit Euthymius: sæpe enim pretia rerum vendibilium variantur, maxime in passeribus, quãdo minori, aut maiori copia capiũtur. Tamen ego aliter responderem, nempe pretium non esse variatum, sed venisse quinque passeres duobus assariis, etiã tunc quando dicta sunt quæ Matthæus narrat: nam, quando quispiam nolebat duo assaria expendere, sed vnum, tũc habebat duos passeres: non enim passeres diuidũtur, sed integri, & sępe viui venduntur. Euenit aũt sæpe, quando quispiam multa simul emit, minoris emere, quæ si diuidant, cum sæpe nequeãt diuidi, nec inueniatur moneta inferior: soluit plus, quam si in maiori emeret copia: ficut si quinque ouа venirẽt duobus assibus, duo ouа uno asse venderentur. Sensus autem sentẽtiæ, quæ est apud Matthæum, licet diuersus videatur, in idem tñ incidit cum Lucæ. Ille sic inquit: Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet in terram sine patre vestro? qua si diceret: licet vili precio veneant, tanquã res parui momenti, tamen non capitur à venatore vel vnus, nisi ex Dei voluntate, & dispositione, ac prouidentia. Lucas autem dicit: Non est in obliuione, i. non ignoratur à Deo, sed curam illius habet; nec venditur, nisi Deo sic disponente, apud quem in obliuione nõ est. Hieronymus Matt. 10. reiecit quoruadam expositionẽ, qui duos passeres apud Matthæum ad corpus, & animam; quinque uero passeres apud Lucam ad quinque sensus referunt. hoc autem dicit conteatui c aptari non posse, & quidẽ ita est, cum id tantum intendat Dominus docere, Deum, si minimorum passerum habet prouidentiam, multo maiorem habere de hominibus; & inter hos de suis Discipulis. Interpretatio autem, quam repellit Hieronymus, est Tertulliani in Scorpiaco aduersus Gnosticos.

Obiectio

Posset quispiam huic sententiæ Saluatoris opponere quod dicitur 1. Corinth. 9. Numquid Deo est cura de bobus? si igitur non curat de bobus, multo minus curabit de passeribus. Respondet Beda, aliud esse scientiam, aliud curam. Deus omnium habet notitiam, & scientiam, sed non omnium curam. Vult Beda curam particularem quandam prouidentiam significare, qualem Deus de hominibus habet. Ambrosius in illum locum Pauli sic interpretatur. Curat quidem Deus de bobus, sed propter nos: cuncta enim propter nos creauit: ideo nõ curare de illis, quia nõ propter eos curam ipsorum habet. Mihi sensus Pauli facilior uidetur hic, nempe Deũ non præcessisse in ueteri testamento illud: Non alligabis os boui trituranti, propter boues ipsos, quasi curam eorum gerẽs; sed propter nos, ut per tale præceptum significaret alia, quæ erga nos aguntur, quæ ibi à Paulo explicantur. Hoc autem non tollit quin Deus omnium habeat curam, & prouidentiam, cum dictum sit. Lilium, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, sic uestit Deus, ut Salomon in gloria sua non sit uestitus sicut unum ex liliis. Quæ autem scripta, & mandata sunt, non propter boues scripta, & mandata sunt, sed propter nos; alia tamen uia, ac modo boum, & cunctorum Deus prouidentiam, & curam habet. Vtitur hoc loco Cyrillus libro 5. Thesauri cap. 2. & libro 12. cap. 12. contra hæreticos negantes prouidentiam Dei in his minimis.

Soluti obiectionem.

Sed et capilli capitis nestri omnes numerati sunt.

COMMENTARIA.

DIxerat nec vnum passerem esse in obliuione apud Deum, tacite indicans, consequũter nec discipulorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnum esse in obliuione. ac ne existimarent Discipuli, se non aliter in obliuione non esse apud Deum, quam passeres; Deumque non aliam curam; ac rationem habere de ipsis, quam de passeribus, quos non propter eos, sed propter homines creauit, si enim ita esset, timendum erat illis, sicut timent passeres; idcirco præcedenti sententiæ adijcit, dicens: sed &, id est, quinimo etiam capilli capitis vestri omnes numerati sũt, quasi diceret: multo, & maior cura, & prouidentia est apud Deũ de vobis, quam de passeribus: sunt enim omnes capilli capitis vestri numerati, id est, etiam eorum, quæ minima vestri sunt, qualia capilli, Deus curam habet, omniaque ad vos attinẽtia prouider, gubernat, dirigit, & conseruat. Hoc quod dicit, capillos omnes numeratos esse a Deo, non solam scientiam significat: nam omnes etiam plumæ passerum, & singulæ arenæ maris, & omnia demum individua mundi sunt apud Deum numerata, eorumq; numerus distinctissime à Deo notus est: sed hæc numeratio coniunctã habet particularem quandam æstimationem, & affectionem, quam Deus gerit suorum supra cętera omnia creata, quos non propter alios diligit: quæ enim pluris facimus, & diligimus, distinctius memoria retinemus, & , si plura sint, numeramus. Est autem proverbialis locutio, licet vera sit ad literã, ad significandam singularem prouidentiam, quam Deus habet de suis seruis, ac Christi discipulis.

ANNOTATIO VII.

Particula, sed, Græc: ἀλλα, quid significet.

PArticula sed, Græce ἀλλα, aliquando est augmenti, idem significans, quod Latine immo, seu quinimo. sic vsurpatur à Ioãne cap. 16. sed venit, inquit, hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur se obsequiũ præstare Deo. & paulo infrãs: sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implebit cor vestrũ. suntque alia huiusmodi testimonia, ut notauimus in commentarijs in Ioãnẽ. illa autem particula (&) quę sequitur loco (etiã) posita est, connectiturque cum sequentibus, sc. etiã capilli capitis vestri; quasi diceret: omnia vestra, & capilli, & quę minima sunt, apud Deum sunt in notitia, & pretio. Matth. ca. 10. eandem refert sũlam. Vestri autem, inquit, & capilli capitis omnes numerati sunt. Orig. ho. 1. in Numeros aliter interpretatur, eius tamen interpretatio potius est spiritualis, quam literalis. inquit sic: Saluator non solum discipulos suos electos sub numero statuit, velut capillos capitis eorum dicit esse numeratos; in quo utiq; nõ illos capillos dicebat esse numeratos, qui vel ferro attõderi, & proijci solent; vel temporis ætate defluere, ac perire: sed illi capitis capilli apud Deum numerati sunt, qui in Nazarẽis erant, quibus inerat Spiritus S. ad prosternendos alienigenas. Virtutes ergo animi, & similitudinem sensuum, qui de principali mentis tãquam de capite Apostolorum producebãtur, capillos capitis appellauit. Hæc Origenes. Quæ omnia non sunt ad literam, sed potius ad spiritum dicta: Christus enim locutus est de capillis illis exterioribus, qui omnes dicuntur numerati apud Deum, ad significandum singularem prouidentiam, & affectum, quibus Deus suos prosequitur. quod optime Hieronym. Matth. 10 interpretans, inquit sic: Quod autem ait: vestri capilli capitis omnes numerati sũt, immẽsam Dei erga homines ostendit prouidentiam, & inestimabilem significat affectum; quod nihil nostrum lateat Deum, etiam parua, & otiosè dicta scientiam eius non effugiãt. Hæc ille. Idem notauit Cyrillus libro 4. de adoratione in spiritu. Prosequit Hieronymus contra illos, qui resurrectionem carnis negant, & hoc loco contra nos abutuntur. Desident, inquit, intelligentiam Ecclesiasticam hoc loco, qui carnis resurrectionem negant; quasi nos, & capillos, qui numerati sunt, & à tonsore decisi, omnes dicamus resurgere; cum Saluator non dixerit: Vestri, & capilli capitis omnes saluandi sunt, sed numerati sunt. Vbi numerus est, scientia numeri demonstratur, non eiusdem conseruatio. Hæc ille, & recte: nec enim in resurrectioone superflua capillorum, & vnguium resecata resurgunt.

No-

Nolite ergo timere.

COMMENTARIA.

COncludit argumentum, inferendo conclusionem ex præcedentibus. si tanta cura est Deo de vobis, tanti q; vos facit, vt capillos capitis omnes numeratos habeat, ergo nolite timere homines, nec ea, quę ab ipsis possunt vobis inferri mala: si enim hæc nõ possunt inferri sine Dei prouidentia; & quod magis est, Deo non numerante capillos capitis vestri, plurimiq; vos faciente, profectò talia mala non nocebunt vobis, sed plurimum proderunt. non ergo ex sola prouidentia, quã habet erga passeres Deus, sed etiam ex affectu, & æstimatione, quibus prosequitur suos, deducit Christus non esse eis timendum. dicit autem: nolite timere, quia non prohibet timorem naturalem, sed eum, qui est ex dilectione, & voluntate.

Multis passeribus pluris estis uos.

COMMENTARIA.

REfertur hoc ad id, quod dixerat: Capilli capitis vestri omnes sunt numerati: nã pluris facit Deus singulos ex vobis, quam multos passeres, idcirco non solum solum prouidentiam hẽt erga uos, sicut erga passeres, sed ẽt magnificat vos, & diligit singulari dilectione, & amore, quo vobis prospicit; & quę ad vestram utilitatẽ faciũt, quasi Pater amãtissimus, & protector potentissimus, & prouidus curat. non igitur est cur timeatis homines.

ANNOTATIO XIII.

Ex quo confirmatur efficacia argumenti.

HVius argumenti efficacia non consistit, vt quidã recẽtiores interpretãtur in sola diuina prouidẽtia, p quã oĩa Deus disponit, & gubernat: hæc enim non præbet causam non timendi: nam cadẽ prouidentia Deus pœnam æternam infert impijs, & animam ac corpus mittit in gehennam; & tamen cohortatur nos Christus, vt Deum inferentem talia timeamus; cum tã verum sit ea non inferri nisi Deo sciente, & prouidente. Adde, si fieri posset, vt passeres scirent se non esse in obliuione apud Deum, nõ prohiberetur eis timor, ne caperentur laqueo. Efficacia igitur argumenti huius sumpta est ex duobus. Vnum est cõmune omnibus, nẽpe scientia, & prouidentia Dei, quam nihil latet, quę omnia disponit, nutuque eius omnia fiũt: & ad hoc inducitur exemplum de passeribus. si enim cum tam parui fiant, vt quinq, dipondio veneant, Deus vel de vno illorum cogitat, nec cadit in rete, nec venit Deo non disponente, & sciente; profectò recte deducitur Deum cogitare de hominibus, & maxime de suis, nihil q; illis euenire posse, quod à Deo non sit notũ, & dispositum. Ex hoc autem solo non colligitur non esse timenda mala ab hominibus inferri solita. Aliter est existimatio, & amicitia, dilectioq; particularis, quibus Deus prosequit suos, quos non diligit, nec in æstimatione habet sicut passeres, & alia, quæ magis pp homines, quam propter se ipsa creata sunt. suos enim diligit Deus, & quæ eis vtilia sunt, prospicit, ipsisq; consulit, quos non propter alios vult, sed propter se, & propter eorum bonum. hoc significatur illis verbis: Etiam capilli capitis vestri numerati sũt; & multis passeribus pluris estis vos. horũ Deus non tantum Dominus, vt cæterarũ creaturarum, & passerum; sed Pater, protector, & amicus est. ex his recte concluditur: Nolite timere: nam si Deus omnia scit, ac nouit; igitur non est ignarus, nec oblitus eorum, quæ erga Discipulos agũtur; eoq; sciente, mala euenient ab hoĩbus illata. Si etiam Pater est, & amicus est, plurimi facit suos, profectò quę illis vtilia sunt curabit, & quæ vere nocent, auertet: non igitur est eis cur timeant hominum persecutionem: nam mala, quæ isti inferent, Deus in maxima bona conuertet; & quæ nocere videntur, vtilissima efficiet: diligentibus enim Deũ, omnia cooperantur in bonum; quod non fit, nisi quia eos diligit Deus. Ex his duobus recte consequitur: Nolite timere. parum proderat hoc secundum; si Deus oblitus esset suorum, nec cogitaret, nec sciret, quæ cum eis agũtur; parum etiam proderat primum. si non esset diuina hęc æstimatio, & affectus, vtrumque simul causam præstat non timendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dico autem vobis: Omnis, qui confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis suis.

COMMENTARIA.

TErtium argumentũ hoc est, quo Discipulos suos Christus à timore hominum retrahit. sumptum autẽ est argumentum a magnitudine præmij, quod sequuntur ij, qui, postposito hominum timore, confitentur eũ, ipsumque sequuntur, præponentes fidem, ac Christi sequelã omni malo, quod inferre possunt homines: similiter à magnitudine damni, in quod incidunt, qui timori hominum succumbentes retrahunt se à fide, & sequela Christi. Prior pars continetur in proposita sententia: Qui confessus fuerit me coram hominibus, id est, qui coram hominibus, qui corpus occidunt, se esse Christianum, meamque fidem aperte corde, & ore confessus fuerit, illorum timore postposito, ego profecto hunc confitebor coram Angelis Dei, id est, fatebor ego eum esse meũ, & tanquam meum recipiam, & vti meo mercedem dabo: coram Angelis Dei, id est, in iudicio, quando venero cum Angelis iudicare mundum. hanc sententiam, quia magni momenti est, & quæ futura in ea præmittuntur, & quæ longe absunt, & quia ad animos cõfortandum efficax, idcirco asseueratione prænunciat dicens: dico vobis, id est, asseueranter prænuncio.

ANNOTATIO XIV.

Consensus Matth. et Lucæ in hoc loco.

NOnnulla notanda sunt in præcedentis sententiæ explicationem. Primo quidẽ Matth. c. 10. eandem refert sententiam, hoc solo differentem, quod non habet (coram Angelis Dei) sed (coram Patre meo, qui in cœlis est) non autem est vlla cõtradictio, cum Christus vtrumque dixerit. tunc enim, quando loquebatur, quę narrat Matthæus, protulit (coram Patre meo, qui in cœlis est,) cũ verò iterũ sniam repetiit dixit (coram Angelis Dei:) non.n. eodem tempore dicta sunt, quæ Matthæus; & quę Lucas scribunt. Cyprianus vero de laude Martyrij vtrumq; testimonium coniũxit: Qui me, inquit, confessus fuerit in terris coram hominibus, & ego confitebor eum coram Patre meo, & coram Angelis eius. licet autem non sit vno tempore dictum; tamen vtrumq; verum est: quando enim venerit Christus iudicare, veniet cum Angelis, & in maiestate diuinitatis, quæ dicit gloria Patris idcirco dicit coram patre. & coram Angelis Dei. Aut etiã dicere possumus Christum confiteri suos coram Patre, qui in cœlis est, & coram Angelis, idem significare, quod est admittere, & introducere suos in gloriam Patris, & beatitudinem in Angelorum consortio. aut sic: (corã Angelis, id est, quando venerit iudicare Angelorum multitudine comitatus; Tunc confitebitur suos coram Patre introducendo in gloriam, quãdo dicet: Venite benedicti Patris mei, possidete paratũ uobis regnum.

Secundo notandum est, hanc sententiã tam apud Matthæum, quam apud Lucam non habere casum accusandi, nempe (me) nec (illum) sed casum dandi cum præpositione ἐν, quod Latine verti debet, q in me confessus fuerit, confitebor, & ego in illo. qua lectione vsus est Tertullianus in Scorpiaco aduersus Gnosticos, & Cyprianus etiam epistola 37. licet alijs lectionibus vsus sit: nã in epist. 10. habet: qui me confessus fuerit, confitebor ego in illo: sic enim in nouo uolumine legimus; quamuis in veteribus legatur: qui in me confessus fuerit, confitebor ego in illo. At lib. 3. ad Quirinum. 16. & in lib. de laude Martyrij legit sicut Vulgatus noster, in casu accusandi, vtrumque absque præpositione. Chrysostomus autem hom. 35. in Matth. non solum legit cum prępositione, (in me,) & (in illo;) sed causam, cur præpositione legatur, exhibet: nempe neminem confiteri posse Christum, nisi per gratiam, & virtutem ipsius: ideo dicitur: Qui in me confessus fuerit; nec Christus confitetur nisi eum, qui in eo existit per gratiam. Subiungit autem causam, cur in sequenti sententia non sit dictum, qui in me negauerit; nimirum, quia negare Christum opus est hominis arbitrii sine gratia, & virtute Christi: mala .n. sine gratia, & ex nobis facimus; bona verò i gratia, & virtute Christi. Hęc sũt ꝙ non sat

tat Chrysost. erga hanc lectionem. Tertullianus autem loco citato multa dicit in declarationem, cur dictum sit, qui in me confessus fuerit: dicit enim, qui Christianum se esse confitetur, testatur se esse Christi; & si Christi est, in Christo est, si Christo est, igitur Christus in illo: & rursus; qui in Christo esse testatur, Christianũ se esse fatetur, & similiter Christum confitetur. Sicut enim, qui dicit diem, fatetur lucẽ, quãuis non exprimat, quam dies est effectus lucis: sic qui confitetur se Christianum, dicit se in Christo: si enim non esset in Christo, non confiteretur se esse Christianum. qui igitur in Christo confitetur esse, consequenter confitetur esse Christianum, & Christus confitetur se in illo esse, hoc idẽ censet Tertullianus dicendum de sequenti sententia: quamuis enim dictum sit: Qui me negauerit, tenet Tertullianus dici potuisse: Qui in me negauerit nam qui negat se esse Christianum, negat se in Christo esse, & Christus negat se in eo esse. Hęc sunt, quę Tertullianus dicit, cuius interpretatio violenta est, & parum accommodata non enim dicitur: Qui in me esse cõfessus fuerit, vt illud (in me) teneatur ex parte subiecti, vnde accõmodatior est interpretatio Chrysostomi, si conferatur cum ea, quæ est Tertulliani. at nec ista videtur satis accommodata: nam si id sit: qui in me confessus fuerit, id est, mea virtute, & gratia nixus, & adiutus confessus fuerit, deest id, quod debet confiteri, & remanet sententia imperfecta; vnde necessario est illud (in me) intelligi ex parte prædicati, nempe, qui confessus fuerit in me. sic autem idem est sensus, ac si dictum esset, qui me cõfessus fuerit, vt recte affirmat Euthymius, qui Chrysostomi interpretationem recitat; tenet autem idem esse, in me, ac me; quod manifeste probat sequens sententia: Si negauerit me nec mysterium aliquod, cur sit dictum, qui confessus fuerit in me, sed est Hebraea phrasis: sic enim dictum est psalm. 43. In nomine tuo confitebimur, id est, nomen tuum confitebimur; & Psalm. 19. In nomine Dei nostri inuocabimus, id est nomen Dei nostri inuocabimus. Idcirco vetus interpres recte vertit (me) sensum attendens.

ANNOTATIO XV.

HAnc sententiam nõ solum ad Apostolos, sed etiam ad omnes, qui Christum

Martyriũ Baptismus sanguinis appellatur à Patribꝰ

secuturi erant, prolatam esse à Domino affirmat Chrysostomus hom. 35. in Matth. idque sine controuersia est. oportet enim corde, & ore Christum confiteri aduersus quoscunque persecutores, vitamq; exponere, omniaque tormenta subire potius, quam à fide auerti. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutẽ. Patres ergo antiqui, & Theologi ex hac, & sequenti sententia deducunt præceptum Martyrii subeundi, quando occasio se præsentauerit. immo Origenes tractat. 12. in Matth. colligit Martyrium esse baptismum quendam, & remissionẽ inducere peccatorum; quam doctrinam multi Theologi scholastici amplexi sũt; & Patres Martyrium baptismum sanguinis appellarũt. Verba Origenis sunt hæc: Quoniam remissio fit peccatorũ omni martyrium sustinenti, manifestum est ex eo, quod ait: Omnis, qui confessus fuerit in me, coram hominibus, & ego confitebor in illo coram Patre meo, qui est in cœlis, confitetur ergo Christus Saluator corã Patre suo omnẽ hominem qui cõfessus fuerit eum coram hominibus, etiãsi fuerit ante confessionem aliqua habens peccata. si enim eos, qui aliqua habentes peccata confessi sunt, non confitetur, & Christus coram Patre suo, iam non erit uerum, quod dixit: Omnis, qui me cõfessus fuerit, &c. Hęc Origenes. Quæ autẽ sit hæc confessio explicat Origenes, subiungens: Confessio filij coram Patre gloriãtis est in cõspectu paterno super eo, quem cõfitetur, quasi digno confessione ad Patrẽ. Hęc ille. Attende autem quantum excedat retributio. Homo est, qui confitetur Christum Dominum corã hominibus, ac Christus filius Dei est, qui confitetur hominẽ seruum coram Patre, & Angelis eius.

Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.

COMMENTARIA.

ALtera pars argumenti est oppositæ sententia, qui metu tormentorum fidẽ meam abiecerit; à meque propter homines recesserit; hũc etiam ego negabo, repellendo, & separando eum a me in vltimo iudicio coram

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angelis Dei; quando dicam: Ite male dicti in ignem æternum.

ANNOTATIO XVI.

HAc sententia conuincitur hæresis Helcheitarum; qui affirmabant licere in tormentis Christum negare ore, dūmodo retineatur fides eius in corde. Meminit huius hæresis Eusebius lib.6.histor. Ecclesiacap. 33. referens eam ex Origene in Psal. 32. contradicit autem huic errori, quod nunc dicitur à Christo: Qui me negauerit coràm hominibus, negabo eū coràm Angelis. Confessioni autem est hæc negatio contraria: si igitur ore fit confessio; ore etiam erit negatio. vult enim Christus nos eū corde, & ore interius, & exterius confiteri, & amplecti. Cuius rei Chrysosto. homil. 35. in Matt. duas profert causas. vna est ad dilectionis perfectionem; quæ eo maior est, quo magis etiam exteriora exhibet signa; & vsque ad sanguinem Christum amplectitur. Altera est ad fortitudinem excitendam, vt Christianus ostēdat se inuictum, qui nec morte, nec vllo tormentorum genere potuit a Christo diuelli. Rom. 8. Neque mors, neq; vita, nec Angeli, neq; principatus poterunt nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo.

Christū quare ore, et corde tenea mur cōfiteri.

Non solum corde, oreq; Christū amplecti debemus; sed etiam opere, ipsius mandata obseruando, & qui mortem subit illatam potius, quam aliquid contra Christum, eiusque mandata admittat, Christum confitetur, & inter Martyres computatur. Vnde Machabæos illos, qui mortem elegerunt illatam potius, quam mandatū Dei, de non edendis tunc carnibus porcinis transgredi, inter Martyres reponit Ecclesia, etiamsi Christi aduentū præcesserūt; quia fide in eum venturum præditi erant. Non minus nunc, si quis, ne Christi mandatum prætergrederetur, mortem acceptaret ab hominibus illatam, Christum diceretur confessus. Martyrq; esset; quē Christus cum angelis veniens confitebitur; contraiumque facientem negabit. Ponderat in his duobus sententiis vnum Ambrosius lib. de pœnitentia cap. 2. nempe priorem sententiam de confessione prolatam esse generaliter: Omnis, inquit, qui me confessus fuerit; posteriorem vero particulariter: Qui me negauerit. quod tam apud Matthæum, quam apud Lucam dictū esse non ociosè affirmat: nam in confessione generalitas significat gratiæ amplitudinem: omnes enim confitentes Christus confitetur: in negatione autem particularitas indicat non de omnibus hominibus negantibus vindictam sumendam; vt significetur misericordiæ abundantia: nam per pœnitē tiam etiam negantibus remittit culpam; nec pœnitentes negat, etiamsi prius negauerint: quod est cōtra Nouatianum veniā pœnitentibus dari negantem. Hæc Ambrosij doctrina vera est, sed contextui non accommodatur: nam vtraque sententia generalis est, tam de confessione, quàm de negatione: illa enim particula (omnis,) vtrāque comprehendit, nimirum, omnis, qui me confessus fuerit; & omnis, qui me negauerit. nec ratio Ambrosij efficax est. nā sicut quidam negarunt, & postea pœnitentiam egerunt; sic etiam quidam confessi sunt, & postea retrocesserunt: generaliter ergo vtrumque intelligitur. Nec obstat si multi negarunt, & postea pœnitentiā egerunt; & quidam post confessionem negarunt: loquitur enim Christus secundū præsentem iustitiā, aut iniustitiam: negans enim, negatur; & confessus recipit confessionem; quod si mutetur status, mutatur, & sententia. Hoc autem in sequētibus annotationibus fiet manifestius.

Quomodo opere et debeamus cōfiteri Christum.

Et omnis, qui dicit verbum in Filiū hominis, remittetur illi: ei autem, qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur.

COMMENTARIA.

DIxit se negaturum illos, qui eum metu hominum abnegauerint, à susceptaque eius fide recesserint: nūc de ijs loquitur, qui eum nondum susceperunt, nec fidem ipsius sermonibus habuerunt; quales erant Iudæi illi incredituli, qui non solū non ei credebant, sed etiam contemnebant, conuitiāque afficiebant. Distinguit autem duo genera conuitiantium, seu blasphemantium: quidam enim opera humanitatis eius considerantes; nec eum agnoscentes, illa calumniabātur, vitio

que

que dabant, quales erant, qui propter nouitatem doctrinę, eum seductorem appellabant, & propter vitam cōmunem cum ceteris hominibus, eum vinipotatorem, et voracem dicebant; & propter paupertatem, per contemptū filium fabri vocabant, aliaque similia in ipsum iactabant: & hæc dicuntur verba, seu blasphemiæ in filium hominis Quidam alii opera diuinitatis considerantes, Deique esse cognoscentes, qualia erant, dęmonia eijcere, morbos curare, & cætera; & adhuc non credētes; calumniabātur illis, dæmonio adscribentes, eumque virtute dæmonij ea facere blasphemantes, hoc peccatū dicitur blasphemia in Spiritum sanctum, quia quæ virtute Spiritus sancti Christus efficiebat contrario spiritui nequam, & immundo tribuebantur. Comparās ergo vtramq; blasphemiam, ait, priorem remittendam, non autem posteriorem; id est, de priori nō sumet vindicta, ne vltio: nō. n. Deus puniet semper eos, qui in filium hoīs blasphemauerint; at vero de eis, qui in Spiritū sanctū blasphemauerint, vltionem, & vindictam semper sumet; atq; in hoc, & in futuro sęculo eos pœnis afficiet. Alludit ad legem Leuit. 24. vbi blasphemus morte mulctandus præscribitur. at Deus non sic vltionem accipiet de blasphemātibus in filium hominis; eos autem qui in Spiritum sanctum sunt blasphemi, & in hoc, & in futuro sęculo puniet. Sermo est de peccato ipso per se: si enim per pœnitentiam tollatur, comminatio etiam tollitur; stante vero blasphemię vtriusque statu, priores nō semper Deus in hoc sæculo punit; posteriores vero semper & in hoc, & in futuro sęculo.

ANNOTATIO XVII.

Difficultas satis superiorie explicatur.

GRauis admodū se offert difficultas, quod sit peccatum in filium hominis, & quæ sit blasphemia in Spiritū sanctum, & quomodo hæc non remittatur, illud vero sic. Tam grauis, & ardua est difficultas hæc, vt Augustinus tract 2. de verb. Domini, talia de ea proferat verba: Forte, inquit, in omnibus sanctis scripturis nulla maior quæstio, nulla difficilior inuenitur. Addit Augustinus: Vt uobis, inquit, aliquid de me ipso fatear, semper in sermonibus, quos ad populum habui, huius quæstionis difficultatem, molestiamque vitaui; non quia nihil haberem; quod inde vtcumque cogitarem, neque enim in re tanta petere, quærere, pulsare negligerem, sed quia ipsi intelligentiæ, quæ mihi aliquantulum aperiebatur, verbis ad horam occurrentibus me posse sufficere non putarem. Hæc Augustinus.

In hac igitur tam ardua quæstione, primo loco, quæ Patres antiqui scripsertū, fideliter, & perfecte exponam. Secūdo loco, quæ mihi post multum, & longum studiū visa sunt, aperiam. vt igitur à Latinis Patribus ordiamur. Primo Hilarius can. 12. in Matthæum de præpositis dubitationibus, sic sentit: blasphemiam enim in Spiritum sanctum eam esse dicit, qua quispiā negat Christum esse Deum. huic veniam non dari docet: Quid, inquit, tam extra veniam est, quam in Christo negare, quod Deus sit, & consistentem in eo Paterni Spiritus substātiam adimere. Reliqua omnia peccata dicit esse in filium hominis, quibus venia non negatur, nec remissio intercluditur. peccatorum, inquit omnium veniam promittit, & blasphemiæ Spiritus indulgentiam abnegat: nam cum cætera dicta, gestaque liberali venia relaxētur, caret misericordia, si Deus negetur in Christo. Hæc sunt, q̄ sensit Hilar. Idē Hila. can. 5. in Matt. peccatū hoc eodem modo explicat. Peccatum, inquit, in Spiritum sanctū est, Deo virtutis potestatem negare, & Christo substantiam adimere æternitatis: per quem, quia Deus in hominem venit, homo rursus fiet in Deum; cum cæteris Deus veniam largiatur, hoc solum extra veniam est. Hęc ille.

Secundo loco Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto cap. 3. peccatum in filium hominis illud esse interpretatur, quo quispiam de Christo remissius aliquid, quam dignū sit, sentit, deceptus specie corporis, nempe si neget cum esse Deum: sic etiam Hieronymus explicare videtur, apud quem Ambrosij verba legimus, vt paulo inferius dicemus. Blasphemiam autem in Spiritum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanctum dicit eam esse, quando quispiam Spiritus sancti diuinitatem negat, Deum non esse dicens; & in Beelzebub, non in Spiritu Dei dæmonia eiici affirmat, hanc blasphemiam dicit Ambrosius non habere veniam a Deo vllam. Verba ipsius sunt hæc: Si quis corporis specie deceptus humani remissius aliquid de Christi carne sētit, quam dignum est, (neque enim nobis vilis videri debet, quæ aula virtutis fructus est Virginis) habet culpam; non est tamen exclusus à venia, quam fide possit asciscere. Si quis vero sancti Spiritus diuinitatem, maiestatem, & potestatem abneget sēpiternam, & putet non in Spiritu Dei eiici dæmonia, sed in Beelzebub, non potest ibi exhoratio esse veniæ, vbi sacrilegii plenitudo est; quia qui Spiritum negauit, & Deum Patrem negauit, & filium; quoniā idē est Spiritus Dei, qui Spiritus Christi. Hæc Ambrosius, in cuius verbis ambiguū est, an ad blasphemiæ huius peccatū duo hæc concurrere debeant, nimirum, negare Spiritum sanctū esse Deum, & dæmoniorum eiectionē, quæ virtute Spiritus sancti fit, adscribere dęmonio; an vnum horū sufficiat; ita vt sint tam hoc, quā illud blasphemia Spiritus sancti: nam separari possunt: potest enim quispiam negare diuinitatem Spiritus sancti, vt fecerunt hæretici multi; nō tamen dixerunt dęmonia electa virtute dæmonii. similiter etiam potest quispiam dicere dęmonia electa virtute dęmonii, nō tamen negare Spiritus diuinitatem; sed in eo, qui eiicit esse Spiritum sanctum; quod & Iudæi fecerunt: licet enim calumniarentur Christum in Beelzebub eiicere dæmonia; non tamen negabant Spiritus sancti diuinitatem; sed dicebant hunc spiritum non esse in Christo. hęc igitur duo nō sūt ex se connexa; nec qui vnum dicit, ob id alterum affirmat. Verba Ambrosij videntur significare ad blasphemiam hanc constituendam vtrumque concurrere. Conuenit autem Ambrosius cum Hilario in hoc, quod blasphemiam Spiritus certum quod dam peccati genus ponit; & in hoc etiam, quod omnino hoc peccatum à venia, & remissione excludum dicit; discessit tamen in hoc, quod eum, qui Christū negat Deū esse, specie carnis deceptus non censet dictū esse blasphemare in Spiritum Sanctū.

Tertio loco idem Ambrosius lib. 2. de pœnit. c. 4. multo aliter de hoc peccato, & eius remissione sentit. In primis asserit Christum duo genera blasphemiæ posuisse; vnum Iudæorum, qui in Beelzebub eū eiicere dæmonia dicebant, & illius potestatem diabolico fultam suffragio vindicabant, quod peccatum blasphemiam in Spiritum sanctum appellauit, ac venia carere. Alterum Hæreticorum, & Schismaticorum, quos significauit illis verbis. Qui mecum non colligit, dispergit. Hi Ecclesiam Christi dispergunt, atque eis veniam negat, quia hoc genus peccati in vniuersos est, & de eiisdem pronunciat, in Spiritum sanctum blasphemare, & veniā non habere. Non multum ad hoc recedit Philaster, qui in Hęresi Rhetoriorū dicit, Hæreticos blasphemos in patrem, Filium, Spiritum sanctum, & perseuerantes in hęresi à Christo condemnatos, cum dixit, blasphemiam in Spiritum sanctum non remittendam, nec in hoc sæculo, nec in futuro. Tertiū genus blasphemiæ in Spiritum sanctum ponit Ambrosi, illud Simonis, qui Act. 3. voluit gratiā Spiritus sancti pecunia cōparare. Addit Ambr. omnibus his peccatis dari locum veniæ, si peccā ter conuertantur ad Ecclesiam, & pœnitentiam agant: vnde Petrus, dicit, etiam eos, qui Christum in Beelzebub dęmonia eiecisse blasphemauerant, & eos, qui Christū crucifixerunt, ad baptismum vocauit. Probat etiam Ambrosius adhuc venię etiam his non interclusum ex verbis Christi præcedentibus Matth. 12. Omne, inquit, peccatum, & omnis blasphemia remittetur hominib. Probat etiam Act. 3. quia Simoni blasphemanti in Spiritum sanctum dictū est: Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & deprecare Dñm, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. Quom do autem blasphemia dicatur non remitti, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro, si remittitur, & venia per pœnitentiam datur, non explicat Ambros. si enim dicat quispiam, quia nō remitti dicitur blasphemia, nisi sit pœnitentia, & conuersio ad Deum, hoc non satisfacit. nam omne peccatum, etiam in filium hominis non remittitur sine pœnitētia. Quod autem Ambrosius notat ex illis verbis Matthęi: Omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus, inde deducens etiā blasphemiā Spiritus remitti non videtur recte colligi: nam blasphemia in ea sententia generaliter sumitur, quando remitti dicitur; ac statim limitatur sequentibus verbis, vt notat Hilarius: sequitur enim: blasphemia autem Spiritus, id est in Spiritum sanctum, non remittetur.

Hæc sunt, quæ ex Ambrosio habentur.

Quarto loco idem Ambrosius in commentario Lucæ, citat quosdam dicentes, eundem dici filium hominis, & Spiritum sanctum; Christum nempe qui ratione humanitatis filius hominis est; ratione vero Diuinitatis Spiritus sanctus est, nō quidē sumpto hoc nomine particulariter pro persona Spiritus sancti, quæ distincta est à filio, sed generaliter; nam Deus Spiritus est, non corpus. Pater ergo Spiritus est; Filius Spiritus est; Spiritus sanctus Spiritus est: & rursus Sanctus est Pater; Sanctus Filius; Sāctus Spiritus sanctus. vnde propter diuinitatem Christus Spiritus sanctus est. est ergo blasphemia in Spiritum sanctū, quando Diuinitas Christi negatur: & sensus huius sententiæ in hoc tēdit, non licere Diuinitatē Christi negare; & qui negauerit, sine venia esse. hanc sententiam recitat Ambrosius. nec impugnat eam.

Quinto loco Hieronymus Matthęi 12. & in epistola ad Marcellā de blasphemia in Spiritum sanctum. blasphemiā in Spiritum sanctum interpretatur peccatum illud; quod cōmiserunt Iudæi illo. quando dixerunt: In Beelzebub eijcit dæmonia; opera Saluatoris, quę Spiritus sancti virtute facta manifeste sciebāt, deputātes Principi dęmoniorum, quam interpretatione, in commentario, probat illo Mar. 3. Qui blasphemauerit, inquit, in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. Adiunxit Marcus: Quoniam dicebant Spiritum immundum habere. quæ verba explicare videntur, quæ fuerit blasphemia in Spiritū sanctum: nimirum ea, qua dicebant, Christum habere Spiritum immūdum, in quo eijciebat dæmonia. Ambrosius in commentario Lucæ affirmat plerosque sic interpretari blasphemiam in Spiritum sanctum. Extendit Hieronymus in commentario eodem hoc peccati genus ad omnes eos, qui manifeste intelligētes opera Dei, eum virtutem negare non possint, eadem stimulati inuidia calumniantur; & Christum, Deiq; verbum, & opera Spiritus sancti dicunt esse in Beelzebub. Hoc inquit non dimitti, neq; in hoc sæculo, neque in futuro. Demum peccatum, seu verbum in filium hominis Hieronymus interpretatur, quando quispiam scandalizatus carne Christi, eumque hominem arbitrans, dicit quod filius sit fabri, quod fratres habeat Iacobum, Ioseph, & Iudam, quod vorator, & vini potator sit: talis ergo blasphemia, quamuis culpa non careat, erroris tamen habet veniam, propter corporis & carnis vilitatem. Hæc sunt, quæ dicit Hieronymus, quibus consentit Beda in commentarijs Lucæ, eisdem fere verbis Hieronymi vtēs. obijcit autem Beda, quomodo peccatum hoc irremissibile sit, cum per pœnitētiam omne peccatum deleatur. respondet id verum esse; per pœnitentiam nimirum omnia deleri peccata; tamē qui in hanc incidit blasphemiam, demeritis eius exigentibus, numquam ad fructum dignæ pœnitentiæ peruenire. Sicque vtrūque simul verum est, & quod per pœnitentiam omnia peccata dimittantur pœnitentibus, & quod qui sic blasphemauit, veniam, & remissionem numquam cōsequatur. Diuus Pacianus Barcilonensis episcopus epistola 3. ad Symphronianū Nouatianum, eodem modo, quo Hieronymus, interpretatur blasphemiam in Spiritum sanctum. Habes, inquit, scriptum cum Dominus verbo dæmonia fugaret, & virtutes multas spirituali vigore compleret, dixisse Pharisæos: Hic non expellit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum: Hoc est in Spiritum sanctum, deliquisse, blasphemasse, quæ in ea per Spiritum sanctum gerebantur. Hæc ille.

Sexto loco Cyprianus lib. 3. ad Quirinum. 28 multo aliter hæc omnia interpretatur: hāc enim sententiam Domini similem facit ei, quæ habetur 1. Reg. 2. Si delinquendo peccet vir aduersus virum, orabuni pro eo Dominum; si autem in Deū peccet homo, quis orabit pro eo? Sic Cyprianus vertit. nostra versio habet: Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? dicit ergo Cyprianus verbū in filium hominis esse peccatum, quo in proximum peccamus; blasphemiam autem in Spiritum esse peccatum, quo in solum Deum peccamus; quod peccatum dicit in Ecclesia non remitti. quo autem modo in Ecclesia non remittatur, Cyprianus non explicat; in eo autem differt ab omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus prædictis doctoribus, quia filiũ hominis nõ interpretatur Christum, vt ille, sed quemlibet hominem.

Septimo loco idẽ Cyprianus in Epistola. 10. quæ in veteri volumine habetur lib. 3. Epist. 14. aliter interpretatur hãc blasphemiam, eam nempe quando quispiam in persecutione Christi fidẽ negat, quod peccatum, quomodo nõ remittatur, non exponit expresse, tacite tamen insinuat: dicit. n. non de facili, qui sic peccauit, admittẽdũ, & reconciliandum esse ecclesiæ, etiamsi cũ pœnitet, non tamen omnino, & semper excludendum esse; quia veniam habet etiam tale peccatum. qua doctrina potest explicari, quod dixerat lib. 3. ad Quirin. citato; nẽpe blasphemiam hanc non remitti in ecclesia, nimirum facile, sed graui, & diuturna probatione, & multis adhibitis, quæ in epistola allegata narrat Cyprianus.

Octauo loco Augustinus libr. 1. de ser. Domini in monte cap. 44. blasphemiã hãc sic interpretatur, quando quispiam post Euangelii gratiam susceptam, & Christianus factus est, ex quadam inuidentia Euãgelii veritatem oppugnat, fraternæ charitati inuidens, id est, ne aliis communicetur Euang. ingratus. Hanc esse blasphemiam, de qua Dominus non remitti vnquam dixit. Augustinus interpretatur; cuius verba si consideres, inuenies ad hoc peccatũ perpetrandum concurrere hæc omnia; nempe veritatem Euangelii oppugnare, eique resistere; & quod hoc sit postquam ad Euangelii fidem cõuersus est: si enim fiat oppugnatio à non fideli, non censetur blasphemia in Spiritum sanctum. demum quod facit ex inuidentia quadam fraternæ charitatis: tale peccatum Augustinus affirmat perpetrasse Alexandrum illum, cuius fit mẽtio à Pau. 2. Tim. 4. Alexander, inquit, ærarius multa mala mihi ostendit; reddet illi Dominus secundum opera eius; quem & tu deuita: valde enim restitit sermonibus nostris. interrogat autẽ Augustinus; illi, qui Christũ calumniati sunt, dicentes: In Beelzebub eijcit dæmonia, incidebant in hanc blasphemiam: nam defuit illis vnum ex tribus; nondum enim susceperant Christi fidem, nec Christiani erant. respondet Augustinus duo; vnum est posse affirmari istorum Iudæorum peccatum fuisse blasphemiam in Spiritum sanctũ, propter magnitudinem inuidentiæ eorũ; licet Christiani non fuerint; alterũ, quod magis Augustino placet, non fuisse tale eorum peccatum blasphemiam in Spiritũ sanctum. quia verò ex Marco deduci videbatur peccatum illorum fuisse blasphemiam, vt notauimus ex Hieronymi sentẽtia superius; nam post uerba illa; Qui blasphemauerit in Spiritum sanctum nõ habebit remissionem, adiunxit Marcus; quoniam dicebant eum habere Spiritum immundum; quasi explicans peccatum illud dici blasphemiam, vt Hieronymus notauit, respondet Augustinus non solum in hoc loco, sed etiam tractatu 2. de verb. Domini, hæc Marci verba posita esse, non quasi explicaret, quod esset peccatum blasphemiæ; sed quasi Christus ijs verbis reddiderit causam, cur blasphemiam dixerit non remittendam; ac si diceret; quoniam dicebant eum spiritum immundum habere, idcirco dixit blasphemiam in Spiritum sanctum non remittendam; vt cauerent sibi, ne tale quid dicerent post conuersionẽ; nam si idipsum proferrent ost susceptũ Euangelium, esset iam blasphemia in Spiritum sanctum, & nullam veniã amplius obtinere possent; dum autem nondũ sunt Christiani, conuerti possunt, & talis peccati habere remissionem; existimat enim Augustinus non remitti unquam blasphemiam in Spiritum sanctum, quando habet rationem blasphemiæ; illis nempe tribus concurrentibus. Hoc vltimum idem Augustinus lib. 1. retractat. cap. 19. retractauit; nempe tale peccatum non habere remissionem; cum tamen nullum sit, quod remitti non valeat. excusat se, quod non id affirmauit; sed cum dubitatione, dicendo (fortasse.) quod si affirmandum est, declarat id intelligi, quando in eo peccato vsque ad vltimum vitæ obstinatus receßit. Quidquid autem sit de opinione Augustini de blasphemia; eius tamen interpretatio in verbis prædictis Marci, violenta, & extorta mihi visa est, cætera autem peccata, quæcunque sint, ab infideli commissa, seu à Christiano, excepta prædicta veritatis oppugnatione ex inuidentia charitatis fraternæ, existimat Augustinus esse peccata in filium hominis.

Nono idem August. de verbis Domini, tract. 2. mutauit sniam, aliterque interpretatur, plurimaque dicit, vt tem hanc ex *Doctorũ Græcorũ de eadẽ* plicet; breui tñ compendio, eius sɔia est, *sɔia in* blasphe-

terpreta tiones.

blasphemiam in Spiritum sanctum, quæ nunc nõ remittenda dr, esse impœnitentiã cordis, qua post peccatum quispiam remissionem peccati, aut oppugnat, aut contẽnitr impœnitentia dr in Spiritũ sanctũ blasphemia; quia remissio peccatorũ p Spiritũ sanctũ fit, iuxta illud Ioã. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis. Non autem quęuis impœnitentia dr blasphemia in Spiritum sanctum; sed ea solum, qua quispiam vsq; ad finem vitę protrahit, in eaque recedit: quam dicimus finalem impœnitentiam. hęc est, quę nunquam remittitur: nã quę ad tempus vitę aliquod est, potest per pœnitentiam remitti; illa uero nunquam, cũ careat pœnitentia, per quam peccata remittuntur. negat autem Augustinus illud peccatum, quo Christi opera attributa sunt Beelzebub, dici blasphemiam in Spiritum, de qua est sermo in Euangelio; quod etiam tenuit Epiphanius, vt paulo inferius citabimus; licet aliter explicet blasphemiam hanc in Spiritum sanctum. fatetur quidem Augustinus multa esse peccata, & blasphemias in Spiritum sanctum; non tñ esse irremissibiles, de quibus nunc est sermo; sed eam, quę dicta est, nẽpe impœnitentiam finalem, per quam aut oppugnatur, aut negligitur peccatorum remissio. In declarationem, & confirmationem huius suę opinionis multa affert Augustinus ibi, quę ad præsens nostrum institutũ referre nihil facit; & in ꝓgressu huius tractationis nonnulla referemus.

Decimo Richardus de sancto Victore, in quodam tractatu de hac blasphemia, eã esse censet; qñ quispiam scienter, & ex odio, quo Deum prosequitur, ipsum conuitio afficit, & blasphemat: per Spiritũ sanctum enim Deum intelligit ipsum, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum.

Vndecimo quidam Doctores minus antiqui, verbum in filium hominis appellãt blasphemiam ex ignorantia; eam autem quæ ex malitia, in Spiritum sanctum; addentes, qñ quispiam ex coactione blasphemat, eam esse blasphemiam in Patrem.

Hęc sunt, quę Latini Patres senserunt de blasphemia in Spiritum sanctum, & de verbo in filium hominis, ac de non remittenda blasphemia.

Vt autem ad Græcos Doctores deueniamus. Origenes primo loco in tom. 30. in Ioannem, blasphemiam in Spiritum sanctum, quæ remissionem nullam habet, interpretatur quodcumque mortale peccatum, commissum post gratiam Spiritus sancti acceptam, quæ in baptismo confertur; qui enim præsente Spiritu sancto peccat, in ipsum blasphemat. Quodcumque igitur peccatum ante aduentum Spiritus sancti commissum non erat blasphemia in Spiritum sanctum, quia nondum erat spiritus datus, cum non esset Iesus glorificatus nec etiam modo ante baptismum, quia gratia Spiritus sancti nondum est accepta. Adducit in eundem sensum illud Hebr. 6. Impossibile est eos, qui semel sũt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, & prolapsi sunt, turſus renouari ad pœnitentiam. Sic Athanasius in tract. super hunc locum Euangelij de blasphemia in Spiritum sanctum, ad Serapionem, citat Origenem; eandemque sniam dicit fuisse quorundam Priscorum, inter quos etiam erat quidam vir admirandus dictus Theognostus. refert autem Athanasius ibidem causas diuersas ab Origene, & Theognosto expositas, cur blasphemiam hanc censerent non remittendam; quas licet unicuique apud illum legere. libri autem Origenis, ex quibus quæ dicit Athanasius sumpta sunt, apud nos non extant. ista tamen sɔia non intra opiniones recensenda vr, cum error sit contra fidem, qua tenendum est post baptismum peccantibus dari sacramentum pœnitentiæ; unde rectè Athanasius dicit hanc Origenis doctrinam nõ differre ab errore Nouati, qui negabat post baptismum pœnitentiam, & remissionem peccatorum; quem errorem multæ Scripturæ, immo totum Euangelium condemnat. de Nouati hæresi scripsit Eusebius lib. 6. Histon Cap. 43. locum autem ad Hebræos respondet Athanasius intelligendum esse de baptismo, qui unus est in Ecclesia; & qui post cum peccat, renouari non potest alio baptismo. opponit autem Athanasius Origeni, & Theognosto contextum Euangelij huius; nam ex Matthæo, & Marco habemus hanc sententiam prolatam contra Pharisæos calumniantes, & adscribentes Christi miracula dæmonio, quos Dominus notat tamquã blasphemos in Spiritum sanctum; & tamẽ non acceperant baptismum.

Se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundo igitur loco Athanasius in loco proxime citato aliter hãc explicat blasphemiam, distinguit duo genera operum Christi: quędã. n. faciebat vt homo, quędã vt Deus: quamuis. n. oĩa opera essent Diuinæ personę vnitę humanitati; tñ quędam operabatur ratione humanitatis, quędam ratione Diuinitatis: nimirũ ambulabat, loquebatur, lachrymabatur, aliaque operabatur, quæ communia sunt hominibus, vt hominem mortuos aũt suscitabat, visũ cęcis præbebat, cæteraqi admirãda faciebat, vt Deus. hinc est duplicem blasphemiam prolatam fuisse, aut proferri posse in Christum: vna est eorum, qui pp hominis opera, quæ videbant in Christo, male de illo sentiebant, & loquebantur, quales illi, qui dicebãt: Vorator est, vini potator, filius fabri, vnde huic sapientia? & alia similia: & hæc dũr blasphemia in filiũ hominis, nępe in Christum pp eius carnem, & humanitatem existimatum hoĩem tũ. Altera blasphemia est eorum, qui pp mirandaopera, quæ faciebat eum dæmonium habere dicebant, adscribentes opera Diuinitatis dæmoniorum principi: sicut enim, vt dicit Athanasius, per hominis opera eum esse hominem confitebantur, ita per Deitatis opera debuerunt eum confiteri Deum. Hæc blasphemia dicta est contra Spiritũ sanctum, i. contra Diuinitatem. Inquit ergo Athanasius Phariśeos illos, cõtra quos Dominus hanc protulit sũam, in Spiritũ sanctum blasphemasse: vtramque autem blasphemiam contra Christum esse certũ est; sed vnam ratione humanitatis, alterã, ratione Diuinitatis; quæ si inuicem conferantur, hæc multo grauior est, maioriqi punitione digna, quam illa: idque Dominus voluit significare docens, quæ est in filium hominis, remissionem habere: quæ vero in Spiritum sanctum carere venia. Hæc sunt ad mentem Athanasij: & eadem est sententia cum illa, quam ex Hieronymo retulimus.

Tertio loco Basilius in Reg. breui. resp. 273. de verbo in filium hominis nihil dicit; de blasphemia aũt in Spiritum sanctũ idem sentit cum Athanasio nam blasphemiam illam, qua Phariśei Christi opera tribuebant dæmonio, appellatam dicit cõtra Spiritum sanctum. Adiũgit autem ita filius, etiam nũc illos blasphemare in Spiritum sanctum, licet nõ ita graui blasphemia, quicumque Spiritus sancti fructus & effectus aduersario ipsius tribuunt: vt qui temere temperatum appellant auarum, zelantem iracundum; & denique studiosa opera per quandam similitudinem adscribunt vitio. Verba Basilij sunt hæc: Quid, inquit, est quod faciens aliquid, blasphemat in Spiritum sanctum? respondet, ex ea blasphemia, quam Phariśei tunc vsurparunt, de quibus etiam lata est huiusmodi sententia, perspicuum est eum etiã nũc blasphemare Spiritum sanctum, hoc est detrahere Spiritui sancto, quicumqi effectus & fructus Spiritus sancti aduersario ipsius attribuit: quod peccatum incurrimus plerique nostrum, qui securi periculi strenuũ sæpenumero appellamus ambitiosum; & ei, qui iusta indignatione per zelum mouetur, eam re indicans, iracundiæ calumniam impingimus: & ad eundem modũ alia iniquis suspicionibus, ementitis nominibus de aliquo dicimus. Hęc Basilius, quæ si vera sunt, frequens est nunc peccatum, & blasphemia ista: & si in eam incurrunt, qui temere talia faciunt, quanto magis qui ex malitia? expositi autem sunt huic periculo, qui facile mala suspicantur de proximis

Quarto loco Chrysostomus hom. 42 in Matthæum, & blaspemiam in Spiritum sanctum, & verbum in filium hominis eodem explicat modo, quo Athanasius; addens tñ non esse hanc blasphemiã in Spiritum sanctum oino irremissibile, immo multos per pœnitentiam remissionem obtinuisse; sed id tñ significari, hoc genus peccati minus esse remissibile, quam cętera. Explicat aũt Chrysost. duo. vnũ est hoc peccatum dici non remitti, non tñ quantum ad culpam, sed ẽt quantum ad pœnã; quia impœnitentes blasphemi in Spiritũ sanctum, in hoc sæculo, & in futuro puniẽtur; sicut puniti sunt Iudæi illi, qui sic blasphemarunt in Spiritum sanctum, nec pœnitentiam egerunt: seuerissimas. n. per Romanos pœnas dederũt in hoc sæculo, & in futuro torquentur grauius in æternum. Sunt enim, inquit, qui in hoc sæculo tñ puniuntur pp peccata, non autem in futuro, vt ille fornicarius. 1. Cor. 5. & illi, qui sacramentis indigne communicarũt 1. Cor. 2. sunt etiã qui in hoc sęculo non puniuntur. in futuro tñ pœnas dant, vt diues ille Luc. 16. qui in vita recepit bona, postea sepulchrum est in inferno. alij verò nec in præsenti, nec in futuro, vt Apostoli, & Prophetæ, & S. Iob: non enim ad punitionem aliquas passiones hoc in sæculo sustinuerũt. isti igitur, qui talem blasphemiam cõmiserint, & hic, & in futuro punientur, nisi pœnitentiam agant. Alterum est, causam, ob quã Iudæi isti puniti sunt ob blasphemiam in Spiritum sanctum, eam esse, qa, & si Christum ob carnem ignorare potuerunt, Spiritum sanctum tamen non poterant ignorare, ex expulsionibus dæmonũ, & curationibus admirandis. omnia ergo, quæ in Christum blasphemarunt, vocãtes seductorem, aduersarium legis, etiam peccatũ crucifixionis dicit Chrysostomus dici in filium hominis, & remitti facilius, quam blasphemiã in Spiritum sanctum. Hæc est sententia Chrysostomi, quæ omnia recedit Anastasius Episcopus Nicænus in suis quæstionibus quæst. 61. vbi ẽt probat sentẽtiam Basilij prius recitatum, de ijs, qui Spiritus sancti effectus, & fructus tribuunt aduersario, bonũ iudicantes malum. Isidorus ẽt Peluśiota lib. 1. Epist. 59. blasphemiam in Spiritum sanctum eo dẽ modo interpretatũ, quo Chrysostomus, adferens cãdẽ causam cur venia careat; nimirũ, quia cum notus esset Iudæis Spiritus sanctus, malitiæ, & ingratitudinis conuincuntur, ideo indigni sunt venia.

Quinto loco Epiphanius hære. 54. peccatum, seu blasphemiam in filium hominis eam dicit, qua quidam in Christũ maledicta conijciunt, quã quidem asserit per pœnitentiam remitti; blasphemiam vero in Spiritum sanctum, quæ hoc in loco excluditur à venia, eam esse, qua quispiã Spiritum sanctum seruum, & creaturam docet: quæ sententia eadem vi, cum illa priori Ambrosij supra relata. Aduertendum est autem Epiphanium existimare Iudęos illos omnes Christum blasphemãtes non blasphemasse in Spiritum sanctũ; immo dicit Christum, ne illorum condemnationem decerneret, per misericordiam veniã significasse, dicendo: Omne peccatum, & blasphemia, etiam verbum in filium hominis, remittetur illis; propter hæreticos autem, quos futuros prœuidit Spiritus sancti diuinitatem negantes dixisse: qui blasphemauerit in Spiritum sanctum non remittetur illi. citat autem ibi Epiphanius quemdam dictũ Theodorum, qui cũ prius Christianus esset in fidei examine recessit, & Christum negauit; qui, cũ postea arguretur criminis, is fidebat se non peccasse, qa non in Deum peccauit, sed in hominem: putabat enim hic impius Christum non esse Deum: allegabat aũt locum hunc; qui dixerit verbum in filium hominis remittetur ei. qui quidem ab Epiphanio facile cõuincitur: non enim dicitur, quod non peccauit, sed quod peccatum remittetur ei. potius argumẽtum est contra eum ex hoc loco, illum crimen commisisse. Hæc recitaui, vt significarem hunc impium peccatũ in filium hominis existimasse esse id, qđ homo in hominem committit; blasphemiam autẽ in Spiritum sanctum esse peccatum in Deum: quę videntur ad eum sensum pertinere, quem secutus est Cyprianus in priori sententia superius recitata.

Sexto loco Victor Antioche. in commẽtario Mar. 3. blasphemiam, quæ est in filium, interpretatur dici in filium hominis; blasphemiam autem quæ est in Spiritum sanctum eam esse, quæ est contra Deum, qui hic Spiritus dr illam autem dicit dignam venia, si cum priori cõferatur, quia causam aliquam habet nimirum, qa filius vilem carnem induit; hanc vero indignam venia, quia venię causam nullã in se habet. vi ergo Victor censere, non simpliciter venia indignam hanc blasphemiam in Spiritum sanctum; sed collatione cum ea, quæ est in filium hominis: grauius enim est peccatum, quod homo committit in Deum, quam quod in hominẽ. In eo autem, quod Victor dicit, nempe blasphemiam in Spiritum sanctum esse eam, qua Deus blasphematur, consentit Cyrillus Alex. lib. 6. de adoratione in spiritu, vbi blasphemiam in Spiritum sanctum interpretatur cã, quæ Leui. 24. morte mulctatur; & per Spiritum sanctum Deum ipsum intelligit, cuius natura incorporea, & spiritualis est. cõsentit etiam Isichius lib. 7. in Leui. vbi scribit, quando quispiam Deum scienter blasphemat, tunc secundũ legem morte mulctari; hãcque Christum appellasse blasphemiã in Spiritũ sanctũ.

Septimo loco Euseb. Emiss. in hom. Domi. 4. post Pascha, quæ refertur ab Alcuino, vnum dicit peccatum esse, quod nõ dimittitur, cum tñ cætera dimittantur; id autem est blasphemia in Spiritum sanctum; quam eam esse docet, cum quispiam non vult

Universidad de Deusto
Biblioteca

vult credere veritati, quæ habetur per manifestationem Spiritus sancti missi ad docendum omnem veritatem. Iudæi ergo, & Pagani nolentes credere prædicatæ veritati Euangelij, blasphemi sunt in Spiritū sanctum: similiter & Christiani nolentes obedire Spiritus sancti Magisterio. Hæc sunt, quæ antiqui Doctores senserunt de verbo in filiū hominis, & de blasphemia in Spiritum sanctū, & de remissionis, seu veniæ concessione, aut exclusione, quę varia sunt, vt ex narratis constat. Quid autem in his grauissimis difficultatibus mihi visum sit probabilius, sequentibus annotationibus explicabo, quas ab hac diuido, vt distinctio claritatem adferat, & tędium lectionis auertat.

ANNOTATIO XVIII.

Affirta aliquot ad propositionis, ex quibus maxime dilucidabitur tota ista sententia Euangelica. Prima est: Blasphemia in Spiritum sanctum, cuius nunc fit mentio, etiam ante baptismum committi potest. Hęc est contra Origenē, & Augustinum superiori annotatione relatos: est tamen Athanasij, Hieronymi, & multorum aliorum, vt in narratione opinionum constat; quam probat Athanasius ex ipso Euangelico contextu, nam, postquam apud Matthęum, & Marcum narratum est Phariseos dixisse: In Beelzebub eicit dęmonia, subiungūtur verba hęc: Qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum, nō remittetur ei. & clarius apud Marcum id habetur: nam dicitur: Non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti: quoniam dicebant Spiritum immundum habet: quę verba vltima significant illos in Spiritum sanctum blasphemasse; & nō solum hoc, sed vt paulo post diximus, eo ipso blasphemasse, quo dixerunt: Spiritum immundum habet. & quamuis Augustinus, vt diximus, conetur aliter hęc verba interpretari; tamen Patres fere omnes sic intellexerunt, quasi ostenderet Dns illos blasphemasse in Spiritum sanctum; sicque verba ponderat Athanasius, & Hieronymus: & in hoc existimo nihil esse dubitationis.

Secunda: Peccatum in Spiritum sanctum, & blasphemia in Spiritum sanctum non sunt idem, sed longe diuersa. Omnis quidem blasphemia in Spiritum sanctum peccatum est in spiritum sanctum; non tñ omne peccatum in Spiritum sanctum est blasphemia in Spiritum sanctū. hęc assertio probatur ratione manifesta: peccatū enim, & blasphemia nō sunt idem; igitur nec sunt idem peccatum in Spiritum sanctum, & blasphemia in Spiritum sanctū. Antecedens huius argumentationis verba Matthęi confirmant. Omne, inquit, peccatum, & blasphemia remittetur hominibus. distinguitur igitur peccatum à blasphemia. confirmat ēt natura vtriusque; nam, vt recte notauit Athanasius de hac ipsa re loquens, in Epist. ad Serap. de blasphemia in Spiritum sanctum, Peccatum est, cum quispiam legem transgreditur; blasphemia autem est, cū legislatori Deo detrahit; aut negando quod in eo est, aut imponendo falsō, quod in eo non est, impie contra diuinitatem se gerens. & aliquā fit cum quodam contemptu, & iniuria expressa Dei ipsius, seu Saluatoris, Christi: hoc n. est blasphemare; non igitur omis, qui peccat, blasphemat. Adde cōtē Doctores dicere, qui peccat fragilitate, peccare contra Patrem; qui ignorantia, contra filium; qui malitia contra Spiritum sanctum; & tñ non omnis, qui malitia peccat, blasphemat in Spiritum sanctum: non quod vnū, & idem peccatum nō sit contra totam Trinitatē; sed diuersimode fit attributio personis ob specialem quandam earum proprietatem. Præterea, qui diuinis spirationibus non acquiescit; qui vocationibus, & prędicationibus veritatis non assentit, dicitur resistere Spiritui sancto. act. 7. Vos Spiritui sancto resistitis: & consequenter peccat, & in Spiritum sanctum peccat, non tamen blasphemare dē: sunt enim multa genera peccatorum, quę dūr à Theologis in Spiritum sanctum; quorum multa non habent rationem blasphemię; non igitur omne peccatum in Spiritum sanctum censeri debet blasphemia in Spiritū sanctū.

Tertia: Impœnitētia, siue finalis, siue nō finalis, non est blasphemia in Spiritū sanctū, de qua sermo nūc est, vt ita cū oppositis Augustini tuię, & sequitur ex precedenti, videturq; efficaci argumēto confirmari: impœnitentia non est blasphemia, nec is, quē peccati non pœnitet negligentia quadam, blasphemus est, igitur impœnitentia non potest

esse blasphemia in Spiritū sanctū. Adde, omne peccatum committitur ante mortem, dum homo viuit, igitur impœnitentia hæc erit blasphemia ante omnia data ergo peccatum in hoc sęculo, qđ irremissibile est. quod Augustinus renuens admittere censuit impœnitentiam non esse blasphemiam, nisi perseueret vsq; ad vltimū vitæ: hoc aūt efficaci argumento refutat. Sit homo, qui non facit pœnitentiā de peccato suo; vel hoc peccatum est blasphemia in Spiritum sanctum, vel nō: si est, iā datur peccatū, & blasphemia, cuius pœnitere potest: si non est nisi vsq; ad vltimum vitæ, occidatur ille homo repente absque vlla culpa, profecto non vī, qūo ob hanc occisionem fiat nouum peccatum, quod antea non erat. Adde etiam, quia qui impœnitēs est ēt ante mortem, totum id habet malitiæ, quod est in impœnitentia finali; nēpe si voluntatem habeat numquam faciendi pœnitentiam; & tñ, secundum Augustinū, hoc peccatum non censetur blasphemia in Spiritum sanctum, nec est irremissibile; quia potest homem huius pœnitere: ergo il la circumstantia finalis non efficit impœnitentiam esse blasphemiam. eadem ratione consequitur non omne peccatum post baptismum esse blasphemiam in Spiritū sanctum, vt dicebat Origenes; nec omnem hæresim, nec oē schisma, vt dicebat Ambrosius; neque simoniam, vt idem dicebat Ambrosius, neque peccatum, quo temere studiosum vitij nomine appellamus, vt dicebat Basilius; neq; fraternæ charitatis inuidentiam, vt dicebat Augustinus. Hęc omnia vnico argumēto efficaci repelluntur; quia talia peccata non sunt blasphemia; igitur neque blasphemia in Spiritum sanctum: longe. n. diuersum est peccatum, etiam in Spiritum sanctum, à blasphemia, vt dictū est. Vnde nec omne peccatū in Deum potest esse blasphemia in Spiritum sanctū, vt dicebat Cyprianus.

Quarta. Non omnis blasphemia contra Spiritum sanctum est blasphemia, de qua nunc agitur, & quam Saluator excludit à venia. Hanc assertionem recte approbat Augustinus tract. 2. de Verb. Dom. ex ipsiusque Euangelij verbis ostendit. Admoneo, inquit, vt aduertatis, & intelligatis non dixisse Dominum: omnis blasphemia Spiritus non remittetur ei; neque dixisse, quodcunque verbum contra Spiritum sanctum non remittetur ei, sed dixisse: Qui dixerit verbum. illud enim si dixisset, nihil nobis remaneret, vnde disputare possemus, quoniam si omnis blasphemia, & omne verbum, quod dicitur cōtra Spiritum sanctum, non remittetur hominibus, ex nullo genere impietatis eorum, qui dono Christi, & sanctificationi Ecclesiæ contradicunt, vel Paganorum, vel Iudæorum, vel quorumcumq; Hæreticorū, nonnullorum ēt in ipsa Ecclesia catholica imperitorum, quemquā in Ecclesia lucraremur: sed absit, vt hoc Dominus diceret, absit inquam, vt veritas dixerit omnē blasphemiam, & omne verbum, quod cōtra Spiritum sanctum diceretur, non hīc remissionem, neque in hoc sęculo, neque in futuro. Hęc Augustinus. Adde his Patres omnes in hoc eodem consensisse, quorum hi vnū genus blasphemiæ, illi aliud, nemo autem catholice loquens omnem blasphemiam in Spiritum sanctum comprehensam esse in hac satis affirmauit. Omittimus Origenem, & Theognostum, qui omne peccatum post baptismum blasphemiam in Spiritum sanctum dixerūt; hæc n. doctrina nō est Catholica, vt supra diximus. Adiunge etiam manifesto argumento conuinci; nam non oia peccata, et post baptismum, sunt blasphemiæ: si igit nō omnis blasphemia, etiam in Spiritum sanctum ea est, de qua nūc saluator inquitur, inuestigandum est, quæ illa sit; idq; sequentibus assertionibus explicatur.

Quinta: blasphemia illorum Hæreticorum, qui Spiritum sanctum negarunt esse Deum, affirmarunt q; creaturā, & seruum esse, non est blasphemia, quę nunc à venia excluditur. Hęc est contra sententiam Ambrosij priorem, & cōtra eam, quam ex Epiphanio recitauimus. In primis talem hæresim esse blasphemiam affirmat Athanasius Epistola ad Serapionem de Spiritu sancto, vbi eam hoc nomine appellat. Ratio etiam ipsa demonstrat: nam qui id dicit, aut sentit aufert diuinitatem, quæ vere est in Spiritu sancto; imponit etiam seruitutem creaturæ, quæ aliena est à Spiritu sancto, igitur blasphemat etiam in eum: hoc enim est blasphemare; sicque definitur blasphemia: neque controuersia in hoc est. quod vero talis blasphemia non sit ea, de qua nunc agitur, & contra quam Dominus protulit sententiam, probatur.

Primo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primo quidem ad hominem: isti enim Doctores dicunt talem blasphemiam non habere remissionem, aut veniam; cū igitur Ecclesia receperit oēs Macedonianos, & Arianos tali blasphemia infectos recurrētes ad eam, ac pœnitentes, immo taliū conuersionem procurauit, non vī eorum blasphemia esse, de qua nunc agitur. hæc.n. secundum prædictos Doctores, à venia oīno excluditur. Præterea quia non vī, cur magis hæc blasphemia excludatur à venia & remissione, quam ea, quæ est contra filiū; vt siquis eum creaturam, & seruū diceret, quod Ariani dixerunt; & quam ea, quę est contra Patrem, vt qui negat eum genuisse filium quod fecit Macedonius: cum.n. omnes tres personę sint æquales, & consubstātiales, non est minor blasphemia contra vnam, quam contra alteram; si non aliud consideretur, quam persona ipsa. Præterea quia non vī accommodati opinio hæc cō textui Matthæi, & Marci: Pharisæi.n. non negabāt Spiritum sanctum, quem Deum esse non ignorabant, non habentes fidem distinctam Trinitatis personarum; nec propter hoc eos blasphemare in Spiritum sanctum Christus affirmauit, sed quia dicebant eum; In Beelzebub dæmonia ejicere; & quæ Spiritus sancti virtute fiebant, dæmonio tribuebant. Non igitur blasphemia in Spiritum sanctum, de qua nunc est sermo, est illa, qua Hæretici post fidē Trinitatis explicitam, negarunt Spiritus sancti diuinitatem, dicentes esse creaturam.

Sexta: blasphemia in Spiritum sanctū, quæ à venia nunc excluditur, ea est, qua quispiam ita negat Christum, vt opera, & miracula, quibus eius veritas cōfirmatur, & virtute humana fieri nequeunt, tribuit dæmonio ac huius virtute fieri affirmat: idq; sciēter, & ex malitia. quod Io. 9. Cæcus ille exprobrauit Pharisæis. In hoc.n. mirabile est, quod uos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos: scimus aūt quia Deus peccatores non exaudit. arguit illos mendacij dicentes: Nescimus vnde sit. Hæc assertio communis est Patrum, in quā consentire plerosque affirmat Ambrosius in commentario. Eam amplectuntur Athanasius, Basilius, Chrysostomus, Anastasius inter Græcos; inter Latinos autem Hieronymus, & Beda. Probatur autem illo argumento sumpto ex Marco cap. 3. de quo superius diximus: cū enim dixisset: blasphemiam in Spiritum sanctum nō remittendam, declarans, quæ esset blasphemia hęc, adiunxit: quoniam dicebant: Spiritum immundum habet. In hanc Pharisæorū blasphemiam inciderunt multi Pagani, qui Christum, & Discipulos eius Magicis artibus, ac incantationibus miracula fecisse blasphemarunt; quod idem est, ac opera Christi dæmonio adscribere: sicut & Pharisæi isti fecerunt, vt rectè affirmat Augustinus tract. 2. de verb. Domini. hoc tamen non existimo generaliter affirmandum. nam Pharisæi opera talia diuinitatis adscripserunt dæmonio, ex malitia, & odio contra Christum scienter; & non ignorantes esse opera Dei: hoc autem est blasphemia in Spiritum sanctum; quod non omnes Pagani fecerunt: si qui autem sic blasphemārūt, sine dubio in eandem blasphemiā inciderunt. vnde turbæ illæ, quę Ioannis 7. dixerunt Christo: dæmonium habes, non blasphemarūt in Spiritum sanctum, sed in filium hominis; tum quia non tribuerunt miracula dæmonio, tum quia nō nouerant diuinitatis opera; nec malitiosè, sed ignoranter id dixerunt.

Hæc recta blasphemia cur in Spiritū sanctum dicatur.

Est autem quæstiuncula vna, cur hæc blasphemia in Spiritum sanctum dicta sit, ad quam respōdeo Christum quidem vi tute diuinitatis, quæ communis est toti Trinitati miracula fecisse: vnde modo vni, modo alteri personæ tribuuntur: nam Ioan. 4. tribuuntur Patri: Pater in me manens, ipse fecit opera. Ioan. 5. ipsū Filio: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Ioan. 8. Ego testimonium perhibeo de me ipso. Tribuūtur etiam Spiritui sancto, Matth. 12. In Spiritu Dei eicio dæmonia. Luc. 4. Reuersus est in Galilæam in virtute Spiritus; id est ad miracula facienda virtute Spiritus sancti. Quamuis autē ita sit tñ peculiari quadam ratione attribuūtur Spiritui sancto: ea aūt est, quia oīa ea opera fiebant, ad sanctificandum hoīes, vt liberati a peccato, & gratia reconciliati sanctificationem acciperent. inde est, quod baptismus, qui nomine Trinitatis conficitur, datur Spiritui sancto Matth. 3. Baptizabit uos in Spiritu sancto: & promittitur, ac datur Apostolis Spiritus sanctus, vt Euangelium prædicēt, & opera in eius confirmationem faciant Act. 1. Accipietis virtutem Spiritus sancti superuenientis in vos, & eritis mihi testes: & Spiritus sanctus mun-

est, qui mittendus dī, Ioan. 15. vt arguat mundum de peccato: & denique, quæ in Ecclesia sunt, Spiritui sancto adscribūtur; quia oīa in hunc scopum aguntur, vt sanctificemur; sanctificatio autem attributa est Spiritui sancto. Hæc igitur est causa, cur dī blasphemia hęc in Spiritū sanctū; quia opera, quæ in hominum sanctificationem fiebant, & ea causa Spiritus sancti erant, adscribebant illi ex malitia dæmonio, & Spiritui immundo, tollentes Spiritui sancto, quod ipsius erat, idque cum opprobrio, & conuitio maximo tribuentes Spiritui immundo, & nequam. Altera huius rei est etiam causa, quæ mihi accommodatissima vī, nempe cum Deus sit Sanctus, & mundus supra omnem sanctitatē, & munditiam, isti opera Christi, quæ diuinitatis erant, tribuebant Spiritui contrario immundissimo, & ab omni sanctitate alieno: idcirco eorum blasphemia dicta est in Spiritum sanctum; quia erat cōtra Dei sanctitatem, & puritatem. hanc causam nobis insinuauit Marcus illis verbis Quoniā dicebant: Spiritum immundum habet; significans ideo in Spiritum sanctum blasphemasse, quia contra Dei sanctitatem, & munditiem loquebantur. Adde etiam Christum de Spiritu sancto conceptum esse Matth. 1. Quod.n. in ea natum est, de Spiritu sancto est Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te; & quod nascet ex te Sanctum: qui ergo miracula, & opera eius dæmonio nequam, & immundo imputabat, in Spiritum sanctum particulari quadam ratione blasphemabat. ex hac assertione sequitur, illos qui tormentis negant Christum, seque esse Christianos, non peccare peccatum hoc, vt docte notat Hieronym. Epist. ad Marcellam; eosq; probat argumēto, quia illi non negant Christum, opera eius tribuendo dæmonio, quod solum est blasphemia in Spiritum sanctum, de qua nūc agitur. Hinc ēt sequitur, quod si quis opera Dei cognoscens in Christo, nolit credere, & doctrinam refellat, licet mēdacem faciat Deum, iuxta illud 1. Ioan. 5. Qui nō accipit testimonium eius, mendacem facit Deum; tamen non est blasphemia hæc in Spiritum sanctum, si non tribuat dæmonio opera virtutis Dei: de hac enim sola blasphemia Euangelica verba procedunt. Hæc dicta sint de blasphemia in Spiritū sanctum.

ANNOTATIO XIX.

Quid sit verbum in filium hominis

EXplicandum cōsequenter est, quod sit verbum in filium hominis. Vt autem ex ijs, quę diximus in annotatione, in qua Doctorum sententias retulimus, constat, multi censent, Verbum in hoc loco idem significare, quod blasphemiam; quod autē sit hoc peccatum, varie interpretantur. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum 28. vī accipere filium hominis generaliter pro quocunque homine; vt id sit dicere verbum in filium hominis, quod peccare in hominem. Cæteri Patres omnes relati filium hominis pro Christo interpretantur, qui sæpissime in Euangelio sic est appellatus. Hilarius citatus oīa peccata putat esse dicta verbum in filium hominis, præter illud, quō Christus negatur esse Deus, quod interpretatur esse peccatum in Spiritum sanctum. Hieronymus autem, & Ambrosius verbū in filium hominis interpretantur illud, quo quispiam propter carnem assumptā remissius de Christo sētit, quale illud, quo blasphemantes Christum dixerunt voracem, vini potatorem, seductorem, ērnon esse Deum, quam sniam Patres Græci amplexati sunt, Athanasius, & Chrysost. cætera lege in annotatione citata.

Pro huius difficultatis resolutione sequentes assertiones constituuntur. Prima est, non oē peccatum, excepta blasphemia in Spiritum sanctum, dicitur peccatum in filium hominis. Hanc assertionem verba Matthæi firmant: Sic.n. dicit: Omne peccatū, & blasphemia remittetur hominibus, blasphemia autem Spiritus non remittetur. & quicunque dixerit verbum in filiū hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei. quæ sententia hunc sensum aperte habet: Omne peccatum, & blasphemia, etiam verbum in filium hominis, remittetur hominibus; at blasphemia in Spiritum sanctum non remittetur eis. si ergo omne peccatum excepta blasphemia in Spiritum sanctum, esset verbum in filium hominis, superfluum erat dicere: omne peccatum, & blasphemia; & postea addere verbum in filium hominis. Additum igitur est ad notandum speciale quoddā peccati genus, quod non est omne illud peccatum: nec moueat aliquem quod dictum est, omne peccatū, & omnis blasphe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia remittetur; & postea additur verbum in filium hominis; cum comprehendatur sub priori generalitate: nam ét sub nomine blasphemię comprehẽdebatur blasphemia in Spiritum sanctum; & tñ specialis fit mentio blasphemiæ in Spiritum sanctum, & verbi in filium hominis, ꝑp quãdam particularem rationẽ vtriusq; peccatinos. n. est Scripturæ post generalitatem exprimere particulare quoddam sub illa comprehensum, propter quandam eminẽtiam, & specialem illius particularitatis rationem: dicitur. n. Marci 16. dicite Discipulis eius, & Petro; cum tñ Petrus discipulus esset: & in titulo Psal. 17. in die, inquit, qua eripuit eum de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul; & tamẽ Saul inimicus eius erat: tamen exprimitur propter quandam eminentiam; quia maximus erat inimicus. sunt alia huiusmodi testimonia, licet ergo omne verbum in filium hominis sit peccatum, non tamẽ omne peccatum, & omnis blasphemia etiam, præter blasphemiam in Spiritum sanctũ, est peccatum in filium hominis.

Secunda. Nomine filij hominis nõ quilibet homo, sed Christus significatur. in hac consentiunt omnes Doctores, præter Cyprianum; immo idem Cyprianus in alio loco acquiescit communi interpretationi; fauet etiam ratio: nam perpetuo filius hominis in Euangelio Christum significat. Adde si filius hominis quilibet homo est, non erat cur ab illa generalitate (omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus) fieret particularis mentio de peccato, seu de verbo in filium hominis: atque hæc ratio efficaciter videtur probare, non quemlibet hominem, sed Christum significatum esse per filium hominis.

Tertia. Verbum in filiũ hominis est blasphemia in Christum hominem prolata. ita interpretãtur Athan. loco citato, & August. tract. 2. de Verbo Domini, & Victor, & Hieronymus, quos supra retulimus: dicere. n. verbum in aliquem est conuitio eum afficere: conuitia ergo iactare in Christi humanitatem, seu in Christum hoiem, est blasphemare in eum. Vnde Athanas. recte dixit duplicis blasphemiæ in Christum in hac sacra factam esse mentionem: vna est ratione humanitatis, altera ratione Diuinitatis: illa in filium hominis; hęc in Spiritum sanctum dicta est. Exemplum blasphemiæ in filium hominis, vt prædicti Doctores cum aliis citatis affirmant, est illorum, qui Christum seductorem, voracem, vini potatorem, filium fabri, aliaque huiusmodi iactantes dixerunt. Huiusmodi fuit blasphemia illorum, qui positũ in Cruce Christum conuitijs afficiebant, dicentes; vah qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud; de quibus dr Matth. 27. prætereuntes blasphemabant eum mouẽtes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud; salua temetipsum: si filius Dei es, descende de Cruce: similiter, & Principes sacerdotum illudentes eum dicebãt: Alios saluos fecit, seipsum saluare nõ potest. Id ipsum improperabãt latrones, qui crucifixi erant cũ eo. Hæc omnia blasphemiæ sunt in filium hominis, quas etiam Pagani in Christum, & eius discipulos protulerunt.

Quarta. Non oĩs blasphemia in Christum hoiem est uerbum in filium hominis, de quo nunc est sermo; sicut supra diximus, non omnem blasphemiam in Spiritum sanctum esse eam, quæ à venia excluditur in præsenti sñia, sed vtraq; coniũcta est cum infidelitate, nempe prolata ab eo, qui in Christum non credit. Hæc assertio explicatur. Contingit inter nos, multos aliqua passione excitatos in Christum, immo in Deum ipsum blasphemare cõuitia proferendo; blasphemia hæc non est verbum istud in filium hominis. similiter hęretici multos errores cõtra Christi humanitatem tradiderunt, sicut ét contra Trinitatem personarum; quæ blasphemiæ erãt in Christum hoiem, & in Trinitatẽ; at nec hæ blasphemiæ sunt in filiũ hominis, nec in Spiritum sanctum. illa aũt est blasphemia in filium hominis, qñ quispiam prædicatione Christi audita, non solum non credit, aut se non credere profitetur, sed ét conuitia in eum iactat, aut blasphemias profert, dum dicit eum nõ esse Christum promissum; esse seductorem, & alia similia. talis fuit Paulus, qui 1. Tim. 1. de se ante conuersionem scribens, ait: Blasphemus fui, & contumeliosus, sed ignorans feci in incredulitate. qui autem adhuc opera eius adscribit dæmonio, contra Spiritũ sanctum blasphemat. Ista sic explicata assertio ex contextu Lucæ, & Matthæi, ac Marci confirmari potest. Ex Luca quidẽ; nam postquam dixit: qui negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis, adiecit hanc sñiam volens significare eos, qui nondum in ipsum credentes blasphemauerint in filium hominis, veniam consequi posse; qui vero in Spiritum sanctũ blasphemauerint, vti supra diximus, à venia excludi. hoc idem contextus Marci, & Matthæi ostendunt: Loquebatur. n. contra Pharisæos, qui suadentes populis, ne Christum reciperent, dicebãt in dæmoniorum Principe eum ejicere Dæmonia; contra quos iterum protulit hãc eandem sñiam; vt intelligamus verbum in filium hominis, & in Spiritum sanctum tũc dici, qñ quispiam Christum negat; non autem qñ has profert blasphemias vitio quodã, aut passione excitatus; non tñ ex incredulitate. Hinc patet Petrum passionis tempore ter negantem Christum non dixisse verbum in filium hominis, nec blasphemasse: non. n. negauit Christum esse Christũ, sed negauit se nouisse eum; quæ negatio generalitate peccati significata est, de quo dr: Omne peccatum remittetur hominib. Qui modo etiam inter nos negaret se esse Christianum timore, aut alio affecto, non diceret verbum in filiũ hominis, quia nõ blasphemat, si nihil aliud dicat. Hęc igitur duo, nempe verbum in filium hominis, & in Spiritum sanctum addũt aliquid aliud simplici abnegationi Christi; ideireo, post prædictam sententiam de negatione, adiecta est ista.

ANNOTATIO XX.

Quid sit remitti verbum in filium hominis non aũt blasphemiam in Spiritũ sanctũ.

POstquam explicatum est, quid sit verbum in filium hominis, quidque blasphemia in Spiritum sanctum, explicandũ est quid sit, illud remitti, hanc vero à venia excludi. Vti aũt ex Doctoribus supra citatis costat, varia est interpretatio. quidam enim primo loco arbitrantur absolute hãc blasphemiam esse irremissibilẽ: inter hos sũt Origenes, Basilius, Epiphanius, Augustinus, qui ideirco impœnitentiam finalẽ interpretatur esse blasphemiam hanc, ne cogatur fateri esse aliquod peccatum in hoc sæculo irremissibile; quod esset, si post õmissum peccatum illud, remaneret pecce nti aliquod vitæ tempus, in quo remitti can posset: impœnitentia autem nõ remitti tur, quia post eam commissam non supereſt tempus vitæ huius, in quo remittatur. Non sic autem sunt intelligendi Doctores isti, quasi velint dicere non esse remissibile ex parte potestatis Dei, qui remittere non possit; sed ex parte voluntatis eius; quod decreuerit, & voluerit tale peccatum numquam remittere. Beda autem explicat blasphemiam hanc absolute non remitti, non quod per pœnitentiam remitti non valeat, sed quod blasphemus, eius demeritis exigentibus, priuetur ijs auxilijs, quibus ad pœnitentiam peruenitur.

Secundo loco Chrysostom. hom. 42. in Matth. existimat hãc blasphemiam remitti per pœnitentiam, nec venia carere, dictã autem non remitti, quia si conferatur eũ priori, quæ est in filium hominis, grauior est, & multo minus remissione digna: & huius causam adfert Chrysost. quia Iudei de filio hominis, propter carnis humilitatem, aliquam poterant ignorantiam prætexere; non autem de Spiritu sancto, cuius opera aperta erant; & de quo Scripturæ testimonia erant manifesta. Victor Antiochenus idem tenet cum Chrysostomo; cãdemque adfert causam, cur hoc sit dictum irremissibile; nempe, quia hæc, inquit, blasphemia in Spiritum sanctum ex se remissionis causam non habet, sicut habet verbum in filium hominis: nam etsi Christus Deus erat, tñ vulgo tenuis sortis, obscurique generis habebatur. Anastasius quæst. 68. eadem dicit cũ Chrysostomo. Ambrosius vero lib. 1. de pœnit. c. 4 affirmat omnino blasphemiam hanc, & omne peccatũ remitti; quo autem modo nunc dicatur carere remissione, non explicat.

Tertio loco Richardus de S. Victore subtiliter explicat: inquit. n. hanc blasphemiã esse oĩno sine remissione, sic quidem; quia vel blasphemus agit pœnitentiam; & tunc remittitur culpa; nihil in remittitur illi de plenitudine satisfactionis, & expiationis, quæ remanet facienda post culpæ remissionem: vel non agit pœnitentiam; & tunc nihil remittitur de plenitudine damnationis, & supplicij culpa non remissa. Hæc sunt quæ Doctores sentiunt.

Pro difficultatis igitur dilucidatione sit Assertio prima. Blasphemia in Spiritũ sanctum, & quodcunq; peccatum remitti põt hominibus, dum in hoc sæculo viuunt: nec omnino à venia vllus excluditur. hanc

Assertio ad eluci dationẽ difficultatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenco cum communiori Doctorum sñia, eamque mihi persuadeo ratione, & auctoritate Scripturæ: ratione quidem multiplici. Primo Christus satisfecit pro oĩbus mundi peccatis, igitur nullum peccatum est exclusum à venia, & remissione. Argumento hoc vsus est Ioānes in Epist. 1. c. 2. Si quis, inquit, peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum; & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris aũt tm, sed pro totius mundi. Hæc ille. Nota generalitatem. Si quis peccauerit, quid est aduocatum habemus? nempe non desperet de venia, & remissione. causam addit, quia Christus est propitiatio pro peccatis totius mũdi: nullum igitur est peccatum, pro quo non sit Christi satisfactio; & pro quo Christus non sit aduocatus: igitur nullum est à venia exclusum. Secundo, Sacramenta baptismi, & pœnitentiæ neminem excludunt, si, vt par est, accedat: si.n. blasphemus in Spiritum sanctum accederet baptismo, nemo auderet repellere: & si post baptismum accederet ad pœnitentię Sacramentum, vtiq; recipiendus esset: nam Sacramenta applicant virtutem Christi: cum igitur virtus, & satisfactio sit pro omnibus, ita & Sacramenta; non ergo est vllum peccatum sine venia. Tertio si esset peccatum sine venia, & blasphemus remissione careret, igitur liceret illi desperare, immo teneretur desperare, cum Christus illum oĩno repulerit: si verum est quod sit peccatũ irremissibile: quis autem audeat affirmare licere alicui, immo teneri desperare?

Quarto, in articulo mortis cõsuevit Ecclesia per Sacerdotes suos, quoscũq; signũ pœnitentiæ ostendẽtes absoluere à quibuscunque, & qualibuscunque peccatis: non ergo blasphemus in Spiritum sanctũ simpliciter a remissione & venia excluditur.

Quinto, quia oĩs sine vllo discrimine exhortatur Ecclesia ad pœnitentiam, nec excipit vllum peccatorem. Adde ẽt Christum pro crucifixoribus orasse, quorũ principui erant Pharisęi blasphemi in Spiritũ sanctum; frustra aũt orasset, si eos omnino a venia excluisset. His rationibus connecti possunt innumeræ auctoritates scripturæ, quæ generalem Dei misericordiã prædicant, & oĩbus peccantibus, quantum est ex parte Dei, veniam promittunt. Iohe. 2. dicitur: Deus benignus, & præstabilis super malitia: quo esset præstabilis super malitia, si aliquid malitiæ à benignitate, & misericordia esset exclusum. Ezech. 18. Numquit, dicit Deus, voluntatis meæ est mors impij? & non magis vt cõuertatur & viuat? Sap. 2. Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum, quæ fecisti dissimulans peccata hominum propter pœnitẽtiam. Sunt sexcẽta huiusmodi testimonia: nullum ergo peccatum est, quod a venia excludatur, quodque remedio careat, dum homo viuit. Et in hoc errauit Tertullian. lib. de Pudicitia, existimãs aliqua esse peccata irremissibilia, vt paulo inferius dicemus.

Secunda Assertio: Non semper peccata dimittuntur hominibus, etiam ea, quę nõ sunt blasphemia in Spiritum sanctũ. hæc assertio est in declarationem præcedentis. peccata aũt multa non remitti manifestũ est ex multorum damnatione: si n. oĩa remitterentur peccata, nemo periret; cũ aũt multi pereant, necessarium est fateri multa peccata non dimitti, & venia carere. Aduerte igitur longe aliud esse peccatum ali quod, quod Deus remissionis, & venię spe priuauerit, quasi decernens, quicunque illud commiserit, non habiturum remissionem; nec vllũ esse remedium pro eo: hoc enim nullatenus est, vt diximus in præcedenti assertione. Aliud aũt est Deum non remittere huic, vel illi homini peccata: hoc.n. non est, quod Deus peccata talia absolute decreuerit non remittere: sed quod nolit amplius dissimulare huius, vel illius peccata: non.n. expectat peccatores ad veniam nisi pro suo beneplacito; fitque vt vnum, & idem peccatum dissimulet magis in vno homine, quam in alio; immo aliqñ grauiora, & plura dissimulat in uno homine, quam in altero: tamen singulis præfixit terminum vitæ, in qua pœnitere valeant, amplius non expectaturus: nec etiã cessat ea adhibere, quibus si homo vellet, veniam consequeretur. non ergo remittit: non quod decreuerit peccata aliqua nullo modo remittere in quocunque: nec quod priuet aliquem remedio salutis, si velit; sed quod non semper dissimulet: nam si Deus misericors est, etiam iustus est: & vtraque, tam misericordia, quam iustitia, locum suũ habet, & qui misericordia abutuntur, in iustitiam eius incidunt. Quãdo ergo dicit Matthæus, omne peccatum dimittetur hominibus, blasphemia autem in Spiritum sanctum non remittetur, non est quod de facto omnia peccata semper dimittantur omnibus, sed quod Deus nullum peccatum à venia excluserit; remedioque priuauerit, quantum est ex se.

Tertia assertio. Probabilis est sñia illorum Doctorum, qui affirmãt blasphemiã in Spiritum sanctum dictam esse carere venia; quia collatione facta ad priorem, quę est in filium hominis, minus est digna venia; non autem quod omnino sine venia sit. Hæc explicatio est Chrysostomi, Victoris, Anastasij, vti iam retulimus: habẽt.n. quædam peccata, velut quandam excusationem, & quasi causam impetrandi veniam, iuxta illud 1. Tim. 1. Ideo misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. hanc habet verbum in Filiũ hominis, non autem blasphemia in Spiritum sanctum, licet omne peccatum absolute sit indignũ venia, quantum ex se est. cui explicationi possumus & aliam non minus probabile coniungere, nempe dictam esse, non remitti, quia difficilius remittitur, non quidem difficultate ex parte Dei, cui nihil est difficile, sed ex parte hominis; & hoc non propter solam peccati grauitatẽ, sed quia hoc genus peccati viam sibi claudit, per quam peruenitur ad veniam: via.n. veniæ adipiscendæ, est Christum agnoscere, qui per opera Spiritus sancti miranda manifestatur: qui igitur hæc tribuit dæmonio, vt ianuam claudere Christum recipiendi, & sic se priuat via salutis; nec est in Scriptura inusitatum, quæ difficile fiunt, negatione comprehendi, aut interrogatione, quæ negationi æquipollet. At uero quia verba Saluatoris sunt ita expressa, ac efficacia, vt absolutam negationem significare videantur: inquit enim: non remittetur, neque in hoc sęculo, neq; in futuro, atque ideo grauissimi, & multi Doctores sic interpretati sunt; idcirco possumus aliter dicere.

Remittẽ di verbũ quo in scriptura usurpatum.

Sit igitur quarta Assertio. Cum blasphemia dr non remittenda, non agitur de remissione culpæ, sed de pœna, vt idẽ sit qua si diceret: de ea blasphemia vltio sumitur in sęculo hoc, & futuro. In cuius declarationem aduerte verbum remittendi, seu dimittendi in Scriptura aliqñ vsurpari pro relaxatione, & condonatione pœnæ debitæ delicto, vt idem sit, quod non punire, non vlcisci, nec vindictam sumere. Sic accipitur Exod. 32. Aut dimitte noxam populo huic, aut dele me de libro vitæ. Non petebat Moyses remissionem culpæ toti populo, quorum multi non habebant pœnitentiam, & contritionem, sine qua illa non dimittitur; sed orabat pœnæ condonationem, ne Deus vlcisceretur; nec morte afficeret populum peccantem. Isa. 2. Incurauauit se, inquit, homo, & humiliatus est vir, ne ergo dimittas eis, i. puni eos, & vltionem sume. Similiter Iohe. 3. In tempore tribulationis peccata dimittis, id est, nõ vlciscaris, nec punis; sed iræ parcis. Thre. 3. Occidisti, nec pepercisti; idem est, ac si diceret, nec remisisti. Illud etiam Luc. 7. Remittũtur tibi peccata tua, quidam Doctores interpretantur de pœnæ condonatione: nam per fidem, & contritionem erat iam culpa remissa Mariæ illi. Sunt etiam multa alia huiusmodi testimonia. Aducrtendum est præterea sæpissime in Scriptura sermonem fieri de peccato, aut iustitia secundũ merita præsentia, & iuxta ea, quę debentur illis, non habita consideratione ad ea quæ euenire possunt. hoc exemplis explicatur. Paulo ante dictum est: Qui me negauerit coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei: quid si iste post negationem pœnitentiam agat, negabiturne? absque dubio nõ negabitur; sed sermo est de eo, quod negationi tali debetur secundum se, nec per hoc tollitur, quin negatio per pœnitentiam remittatur. Rursus dr: Qui me confessus fuerit, confitebor ego eum: quid si post confessionẽ abneget, confitebitur ne Christus hunc? non, sed sermo est de eo, quod confessione secundũ se dignum est. Doctrina hæc est Ambrosij Rom. 9. vbi docet multa dici secundum iustitiam præsentem, non ex præscientia futurorum, ita nunc Christus loquitur de blasphemia in Spiritum sanctum, de qua comminatur vindictam sumendam, & temporalem in hoc sęculo, & æternam in futuro; quæ intelligenda sunt secundũ statum præsentẽ, quod si postea blasphemus pœnitentiam agat, remittetur quidem blasphemia, nec vltio erit. Christus tamen loquitur de peccato secundum statum præsentem, vt in exemplis allegatis: sicque factum est cum Pharisæis illis, quorum peccatum & blasphemia, quia in ea perseuerauerunt, punita est temporali pœna, & æterna, quod Matth. 20. per parabolam significauit Dominus dicens: Malos male perdet;

Universidad de Deusto
Biblioteca

per Romanos enim cladibus immensis afflicti sunt,& aliis multis miserijs contriti, etiam ante Romanorum exercitum;& tãdem damnati: sicque fiet cum ijs, qui similem blasphemiam commiserint, qui & temporaliter, & æternaliter punientur ex debito blasphemiæ,verbo Christi sic significante,nisi se correxerint. Iuxta hanc intelligentiam & explicatur quod dictum est de verbo in Filium hominis,& de quo cumq; alio peccato, q3 remittendum dr, id est,non puniendum in hoc seculo:cũ.n. absolute dr,remittetur,nec additur in hoc seculo, & in futuro, intelligitur de hoc seculo.Est ergo discrimẽ inter blasphemiã, & alia peccata,& verbum in Filium hominis: illam.n.decreuit Deus punire, & in hoc seculo,& in futuro;illa vero alia non decreuit punire in hoc seculo,etiamsi non sit pœnitentia.sed reseruata sunt punienda in futuro, non quod aliqñ Deus non puniat peccata alia & temporaliter in multis peccantibus, fit.n.hoc sæpe, sed quod Deus non decreuerit punire hæc peccata secundum se in quocunq; peccante: nam quæ punit in quibusdam,in alijs non punit; blasphemiam vero in Spiritum sanctum semper punit non in seculo hoc tantum,sed etiam in alio.quæ oĩa intelligenda sunt secundum peccati statum præsentem: nec per hæc tollitur,quin per pœnitẽtiam,oĩa remittantur, etiam blasphemia, & in hoc, & in futuro seculo. Hæc sunt, quæ vñr mihi probabiliora, & Scripturis accommodatiora: cui interpretationi consentire vr Isidorus Pelusiota lib.1. Epist. 59.sic.n.habet. Quicumq; dixerit verbum blasphemum in Filium hominis, non iudicatur. Nota verbum,non iudicatur: sic enim interpretatur verbum illud, remittetur,& paulo inferius: Hominibus,inquit, puritate præditis vltio Diuini Iudicij nõ denunciatur;vbi illud,non remittetur, interpretatur vltionem. Chrysost.etiã hom. 42.in Matth.hoc verbum,non remittetur, interpretatur exemplo vltionis, quam fecit Deus per Romanos cõtra Iudæos blasphemantes. Idem etiã Chrysost.hom.3. in 1.Epist.ad Tim.interpretat verba Pauli:Blasphemus fui,& misericordiam consecutus sum,quod idem est cum eo, quod nunc dr,remittetur: interpretatur,inquit, quia non fuit affectus pœna, nec vltio de eo sumpta: quod nostræ expositioni consentit.Isichius etiam lib.7.in Leu.interpretatur Christum, cum dixit blasphemiam in Spiritum sanctum non remitti, legi se conformasse, quæ blasphemos,morte afficiebat;idem ergo est non remittere,ac punire,& vltionem sumere; contra vero,remittere. Hęc dixerim, vt ostendam hanc expositionem non carere etiam Patrum testimonio.

ANNOTATIO XXI.

Peccatũ ad mortem q3 dicatur a Sãcto Ioãne 1. ep. 5.

POsset quispiam interrogare: an illud peccatum ad mortem, de quo Ioannes 1.Epist.5.scripsit,est peccatum,inquit,ad mortem,non pro eo dico,vt roget quis sit blasphemia in Spiritum sanctum.August. enim lib.2.de serm. Dom. in monte c.43. id affirmat;nempe vnum,& idem esse peccatum ad mortem,& blasphemiam in Spiritum sanctum.Eo autem loco Augustin. blasphemiam in Spiritum sanctum interpretatur eam esse, qua quispiam veritatẽ agnitam impugnat odio fraternæ charitatis,vt supra explicuimus.Est igitur inuestigãdum,quod sit peccatum ad mortem: nam Ioannes duo genera peccatorum distinguit.quædam non ad mortem. In hac parte varia Doctores antiqui scripserunt.

Primo loco Orig.hom.12.in Exo. dicit, quædam peccata esse, quæ inducunt in interitum,& ad gehennam protrahunt; quędam,quę non inducunt ad interitum, sed faciunt damnum,de quibus dr 1.Cor.3.Si cuius opus arserit,detrimentum patietur; ipse vero saluus erit;sic tñ,quasi per ignẽ. Vt Origenes, quæ nos mortalia peccata dicimus,interpretari peccata ad mortem; quæ vero nos dicimus venialia, peccata non ad mortem.Quamuis arbitrer mentẽ Origenis hanc non esse;sed quæ nos mortalia appellamus,ipsum distinguere in ea, quæ sunt ad mortem.

Secundo loco Tertullianus lib.de Pudicitia, peccatum ad mortem interpretatur illud, quod est irremissibile: putat enim multa esse peccata,quæ in hoc seculo irremissibilia sunt,nec possunt per pœnitentiã habere veniam, inter quæ numerat mœchiam post baptismum;quæ autem remissibilia sunt,etiamsi mortalia,peccata non ad mortem dicta esse interpretatur.

Tertio loco Ambrosius lib.1.de Pœnitẽtentia cap.9.leuiora peccata dicit esse non ad

ad mortem, pro quibus cuilibet de populo orare pro alijs conceditur; grauiora autem dici ad mortem, pro quibus docet Ioannes non concedi quibuslibet orare, sed iustis,& Deo charis, ac perfectis, sicut Moyses, Ieremias,Stephanus, & similes orarunt pro aliorum peccatis. quid autem per leuiora peccata intelligat; an nempe, quæ communiter venialia, an mortalia, quæ aliorum collatione leuiora sunt, ipse non explicat;vnde ipsius mens plane non est aperta; hoc tamen ipse fatetur, neutrũ peccatum esse irremissibile.

Quarto loco Augustinus lib de correctione, & gratia, cap.12.existimat peccatum ad mortem esse id peccatum mortale, quod vsque ad mortem continuatur,in eo que moritur:verba ipsius sunt hęc,de peccato ad mortem, quoniam non est expressum,possunt multa,& diuersa sentiri; ego autem dico id esse peccatum ad mortem, fidem,quæ per dilectionem operatur, deserere vsque ad mortem.in eadem sententia est Greg.lib.16.moral,cap.28.Peccatũ, inquit,vsque ad inferos ducitur,quod ante finem vitæ præsentis per correctionem, ac pœnitentiam non emendatur; de quo peccato per Ioannem dicitur. Est peccatũ ad mortẽ,non pro illo dico,vt roget quis; peccatum namque ad mortem, est peccatum vsque ad mortem;quia peccatũ,quod hic non corrigitur, eius uenia frustra postulatur.Hæc ille,qui de hoc eodem peccato interpretatur verba illa Iob 24.Vsque ad inferos peccatum illius.

Quinto loco Hieron.Illud Iere.14.Noli orare pro populo isto; locum Ioan.allegans videtur peccatum ad mortem interpretari illud, quod Deus punire decreuit. Qui enim,inquit,semel gladio,fami,& peste fuerit destinatus, nullis precibus erui potest,unde & Prophetæ dicitur: Ne frustra roget,quod impetrare nõ potest. Hęc ille. Inter hos doctores solus August.expresse affirmat peccatum ad mortem esse blasphemiam in Spiritum sanctum.

Pro rei huius declaratione sit prima assertio: Peccatũ ad mortem est illud,quod peccans negligit,seu non curat pœnitentia delere;qui ergo peccat,& pœnitentiæ nulla dat signa,nec quæ ad salutem faciunt, exhibet,sed,aut in voluntate peccandi permanet,aut commissa peccata mortalia nõ emendat,ad mortem peccat,non quia veniam impetrare nequeat, & per pœnitentiam conuerti, sed quod quantum est ex parte sic peccantis, in damnationem, & mortem tendat;contra vero,qui post peccatum, quãtumcumque sit, ad pœnitentiã recurrit, eius peccatum non ad mortẽ est, non quod non sit mortale,sed quod ex parte sic peccantis ad vitam tẽdat,cum remedium pœnitentiæ exhibeat,sine qua peccatum est ad mortem,nec veniam habet.Ista explicatio est Oecumenij in commentario Epistolæ huius, vbi sic dicit: Solum hoc peccatum ad mortem est,quod pœnitentiã non respicit;& paulo inferius: Illi etiam peccant ad mortem, qui iniuriarum sunt memores;neque.n.hi resipiscendo conuertuntur, iniuriæ memoriam retinentes, & seruantes aduersus proximum. Vbi nota duo genera peccantium ad mortem, & illorum,quos commissi peccati nõ pœniter, & eorum, qui in voluntate, & proposito peccandi permanent; hi.n. impœnitentes sunt. eodem modo vr explicare Hieronymus loco allegato Iere.14. allegatis enim verbis Ioannis,adiungit: Ieiunia,& preces, & victimæ, & holocausta tunc proficiunt, cum recedimus a vitiis, & flemus antiqua peccata; sinautem in sceleribus permanentes putauerimus votis, & sacrificijs redimere nos, vehementer erramus, iniquum arbitrantes Deum. Hæc ille. Idẽ vr sentire Grego. lib.6. in lib.Reg.c.2.vbi sic habet:Corrigibilia peccata portantur, quia postquam a delinquentis voluntate discedunt,purgari satisfactione salubriter possunt;non autem portantur peccata eorum,in quorum mentibus per impœnitudinem inuisecrata sunt, vnde & Ioannes ait:Est peccatum ad mortem, ne pro illo roget quis; peccatum quippe ad mortem est,quod ab eo committitur, qui resipiscere nunquam põr, quod nimirum peccatũ à præpositis non portatur, quia sacerdotum orationibus,aut oblationibus nõ deletur.Hæc ille. Peccatum ergo,quod pœnitentia non deletur,ad mortem est,quia ad mortem tendit æternam,cum remediũ necessarium non adhibeatur; vnde Ioannes post illam sniam adiecit.Omnis iniquitas peccatum est,& est peccatum ad mortem, id est, omnis legis transgressio peccatum est,& potest esse ad mortem,nimirum, nisi pœnitentiæ remedium adsit. Græca, & Hieronymus legunt,Et non est ad mortẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimirum quia remedio non caret, cum pœnitētia deleri valeat, qua adhibita non est ad mortem.

Secunda assertio: Ioannes non prohibet rogandum pro peccante ad mortem; sed non promittit certam exauditionem, quā dederat oranti pro peccante non ad mortem. Verba Ioannis sunt hæc: Est peccatū ad mortē, non pro illo dico, vt roget quis. quibus verbis Ioannem prohibere orationem pro peccantibus ad mortem, existimant Tertullianus lib. de Pudicitia, Hieronymus Hierem. 14. Augustin. lib. 2. de serm. Domini in monte ca. 43. & Oecumenius, adiūgens, qui sic oraret, male oraret; quia peteret pro impœnitentibus veniam, quæ sine pœnitentia non datur. Nos aūt existimamus verba Ioannis non habere hunc sensum: si. n. intendisset vetare preces fidelium, & iustorum pro peccantibus ad mortem, vtique dicendum esset, nō roget quis, aut sic, dico, vt non roget: si enim sic dixisset, sine dubio rogationem talem prohibuisset; at neutro modo locutus est, sed habet sic: Non dico vt roget quis, & tunc est sensus, dixi vt pro peccante non ad mortem fideles fratres rogent, quia impetrabūt à Deo vitam illi peccanti, at pro peccante ad mortem non dico, vt roget; id est, non si promitto per talem orationem impetrandam vitam, nec eam certitudinē facio oranti pro hoc, quam feci roganti pro illo. Greg. lib. 6. in lib. Reg. vti citatum est paulo ante, legit, Pro eo ne roget quis; sed aliter Græca, & Latina exemplaria legunt, nempe, non dico vt roget quis. Similis phrasis est in eodem Ioanne Euangelista, c. 16. vbi Christus inquit: Non dico vobis quod ego rogabo Patrem; non negat Christus se oraturum, nec excludit petitiones suas apud Patrem, vt recte notat Cyrill. lib. 11. in Ioan. c. 9. si. n. eas excluderet, Dico vobis, nō rogabo Patrem; excludit aūt necessitatem; id est, nō est necessarium, vt ego rogem, vt interpretatur Hilar. lib. 6. Trinit. sic etiam in præsenti dictum est. quod autem non prohibeantur orationes tales absolute, exēpla ostēdunt: nam Christus in cruce pro impœnitētibus occisoribus orauit, dicens: Ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt: & Stephanus orauit pro lapidantibus, immo impetrauit pro Paulo. & Ieremias cap. 14. quando audiuit: Noli orare pro populo, non reprehensus est, quia orauerat; licet ergo orare pro impœnitentibus, & in proposito peccandi perseuerantibus; non tamen habemus eam certitudinem exauditionis, quæ habetur pro pœnitentibus peccatoribus; non autem orandum est, vt Deus sic impœnitentibus dimittat peccata: tunc enim mala esset oratio, vt dicit Oecumenius, sed orandum est, vt Deus eorum corda ad pœnitentiam conuertat, vt furori, & vindictæ suæ parcat. Cum ergo venia petitur pro illis, intelligitur medijs debitis præstanda.

Tertia Assertio: Nō sunt idem blasphemia in Spiritum sanctum, & peccatum ad mortem. Hæc satis manifesta est ex præcedentibus, cum omne peccatum mortale, ēt ipsa blasphemia in Spiritum sanctum, nisi pœnitentiæ remedia adhibeantur, sit peccatum ad mortem, si vero adhibeātur, sint non ad mortem. Hæc breuiter dicta sint de hac sententia.

ANNOTATIO XXII.

Explicatur locus 1. Reg. 2. cap.

ALtera dubitatio est, an blasphemia in Spiritum sanctum sit illud peccatum in Deum, de quo 1. Reg. 2. dī: Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Cyprianus lib. 3. ad Quirinum. 28. visus est putasse hoc esse verbum in Spiritum sanctum, vt supra diximus. Oportet ergo locum hunc prius explicare, & antequam ad sensum inuestigandū veniāmus, notandum est variam esse lectionem: quidam. n. legunt, si peccauerit homo in hoīem orabunt pro eo Dominum, seu ad Dominum. ità Ambrosius lib. 1. de pœnitētia, & Cypriānus de exhort. ad Martyr. cap. 4. & lib. 3. ad Quirin. nu. 28. sic. n. legunt Septuaginta interpretes, (licet Cyprianus lib. de Aleatoribus legat, orabitur pro eo ad Dominum) in posteriori autem parte legunt etiam: Quis orabit pro eo? Quidam recentiores legunt loco illius, rogabunt, seu orabunt pro eo Dominum (iudicabit Deus,) Alij, (iudicabunt Iudices) in altera autem parte, quis orabit pro eo, legunt (quis iudicabit, aut quis discrabit pro eo?) Vulgatus autem noster legit. Si vir in virum peccauerit, placari ei potest Deus; si autem peccauerit in Deum, quis orabit pro eo? Sic habent Hieronymus in quæst. Hebr. in lib. Reg. & Gregor. lib. 1. in lib. Reg. cap. 2. Varietas autē lectionum processit ex eo, quod verbum Hebræum. פלל. significat idem quod placare, orare, seu iudicare; hinc quidam vnā, quidam alteram significationem amplexus est. Noster autem interpres in prima parte secutus est significationem placandi, in altera orandi: nam vertit placari pōt Deus, & quis orabit pro eo? In Hebræo. n. vnum est vtrobiq; verbum; nos in præsenti versionē vulgatam interpretamur, quæ coincidit quodammodo cum ea, quę est Septuaginta interpretum, vt statim ostendemus. Hoc supposito, quoad sensum spectat, inuestigandum est, quod sit peccatū in hominem, & quod in Deum. & quę sit ratio diuersitatis huius, quod pro illo placatur Deus, pro hoc aūt dī, quis orabit pro eo? quoue modo ista sunt intelligenda.

Sicut duo præceptorū genera, ita etiā duo genera peccatorum.

Aduerte ergo. sicut duo sunt præceptorum genera, quædā quæ respiciunt, & continent ea, quæ erga Dominum immediate agenda sunt, qualia sunt, quæ dīr præcepta primæ tabulæ; vnum nempe Deum colendum, Sabbata sanctificanda, non esse vane, nec falso iurādum; quædam vero dicta secundæ tabulæ, quæ erga proximum versantur, vt, non occides, non furaberis, ita sunt etiam duo peccatorū genera: quæ enim sunt contra priora præcepta, dicunt peccata in Deum; quæ autem contra posteriora, peccata in hominem, non quod ista nō sint etiam in Deum, cum sint contra præcepta eius, sed quod non immediate sint contra eum, cum versentur erga homines: aliud. n. est Deum offendere in se, aliud autem eum offendere in alio. Dubium igitur est, an sit sermo in præsenti sententia de quocunq; peccato in Deum: Cyprianus enim lib. de exhort. ad Martyr. ca. 4. interpretatur hoc peccatum in Deū, esse idolatriam, idemque vī sentire Hieronymus, qui hoc peccatum exponēs, ait, id esse recedere à cultu Dei, & impietatem. Gregorius autem hoc peccatum interpretatur esse illud, quod Iudęi commiserunt contra Christum, ipsum occidendo, & persequendo, quod dicitur in Deum, quia Christus Deus erat.

Pro explicatione huius, & totius sniæ elucidatione sit prima Assertio. Peccatum in Deum, de quo in posita snia sermo est, non tm est idolatria, aut recessus à cultu Diuino, sed quodcunq; peccatum, quod immediate in Deum committitur, qualia sunt peccata contra præcepta primæ tabulæ, siue sint idolatria, infidelitas, periurij, violatio sabbatorum, & alia similia, quæ non erga homines, sed erga Deum immediate versantur: hęc enim omnia sunt peccata contra Deum; idq; ex ipsa sententia deducitur: nam distinguit peccata, nempe hominis, & in hominem, & in Deum, quasi ea omnia, quæ in hominē nō sunt, censeantur in Deum; contextus etiam ipse id indicat: ibi enim Heli aduersus peccātes filios suos, id protulit, quorum peccatū non erat idololatria, nec recessus à cultu Dei, sed quod impedimentum adferebāt Diuino cultui, ea facientes, quibus homines remouebantur ab oblationibus, & sacrificiis Deo faciendis.

Secūda. Peccatum in Deū ex genere, & natura sua grauius est, quam peccatum in hominem: ratio huius est, quia in peccato in Deum inest maior iniuria, maiorq; contemptus, quam in peccato in hominē, dixi autem ex genere suo; quia aliunde fieri potest, vt aliquod peccatum in Deum sit minus graue, quam in hominem: iuramentum enim vanum, aut etiam falsum inconsiderate prolatum, minus est graue, quam homicidium.

Tertia: Cum de peccato in Deum dicitur: quis orabit pro eo? non significatur id peccatum carere remissione, & venia; sed quod collatione prioris, quod est hominis in hominem, difficilior est remissio, & veniæ impetratio; ista est Hieronymi loco allegato: Non, inquit, eo modo in virum, quo in Deum peccatur, quia in virum peccare, qualecumque peccatum est, leuiorq; remissio; in Deum vero peccare, id est, ab eius cultu recedere, impietatis peccatū est, difficiliorque remissio. Hæc ille. vbi nota ex Hieron. peccatum in Deum grauius esse, quam in hominem, vt in præcedenti assertione dictum est.

Quarta: Cum dī, quis orabit pro peccante in Deum, non excluditur oratio omnis, cum homo etiam oret pro peccante in Deum. ista est Ambrosij lib. 1. de pœnit. c. 8. vbi hunc locum explicans contra Nouatianum, dicit hac interrogatione, quis orabit? non significari neminem, sed rarum esse, qui oret pro eis, qui in Deum peccant, quia oratio hæc est hominum

multum

Universidad de Deusto
Biblioteca

multum iustorum,& insignium,Deoque charissimorum;tales enim exaudiuntur Æ peccantibus in Deum:mihi autem non vr satis accommodata doctrina: nam orant omnes fideles,etiam imperfecti,pro infidelibus Hæreticis, & alijs peccantibus in Deum. Sēsus igitur huius snīę mihi is vr; qñ quispiam peccat in proximum,facilius placatur Deus, quia ꝓximus offensus placatus orat Deum pro offendente,& peccāte in Deum, multumq; valet oratio proximi remittentis apud Deum: si enim homo remittit,in quem peccatum est,Deus, cuius misericordia maior est, non patitur quodammodo ab homine superari,sed remittit etiā;at cum in Deum peccatur,non est homo sic offensus, q intercedat;& hoc est,quod dicitur,quis orabit pro eo? non quod nemo oret;sed quod nō sit,qui oret, tamquam qui remittat, quod in se peccatum est, suoque exemplo inducat quodāmodo Deum ad remittendum:remissio.n. hominis est argumentum efficax apud Deum remittendi etiam,quod suum est: ideo ex hac parte difficilior est remissio peccati in Deum quam peccati in hominem: exemplum habemus in Iob, cuius amicis in eum peccantibus Deus non remittit,nisi orante pro eis Iob ipso.

Quinta:Non satis est remissio hominis ad remissionem peccantis in hominē, sed etiam necessaria remissio Dei.Hæc ex ijs, quæ dicta sunt,patet:qui enim in hominem peccat, Deum etiam offendit, cuius legem transgreditur;idcirco etiam homine offenso remittente,necessaria est remissio Dei,quæ non habetur sine pœnitentia: Vnde etiam si homo remittat,si non pœnitet eum,qui in hominem peccauit,nō habet remissionem à Deo.Ita docet Anastasius in quæstionibus suis, quæst.76. vbi hunc locum explicat, & doctrinam istam exemplo confirmat Mariæ sororis Moysi, cui nō est ante remissum peccatū in Moysem,quam pœnitentiam ageret,& extra castra ad tempus expelleretur.Ex his omnibus consequitur,non esse idem peccatū in Deum; & blasphemiam hanc in Spiritum sanctum.Omnis quidem blasphemia in Spiritum sanctum, est peccatum in Deum; tamen non omne peccatum in Deum est blasphemia in Spiritum sanctum. Sicut non omne peccatum in hominem est peccatum in Filium hominis;omne tamen peccatum, seu verbum in Filiū hominis quodammodo est in hominem, quia Christus homo est.dico quodammodo,quia non est omnino idem:nam Christus Deus est,& homo.

ANNOTATIO XXIII.

Connexio huius sentētiæ cū superiori bus.

VLtimo loco connectenda est sententia ista cum præcedenti;in cuius gratiam notandum est cum Augustino tract. 11. de verb. Dom. hanc snīam bis à Dño prolatam,semel qñ Pharisęi opera eius calumniantes dixerunt: In Beelzebub eijcit dæmonia,quibus post multa rñdit: Omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus,& qui dixerit verbū in Filium hominis, remittetur ei: qui vero dixerit verbum, seu blasphemauerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei:neque in hoc seculo,neq; in futuro.Quod quidem Matthæus cap.12. & Marcus cap. 3. referunt. Iterum eandem sentētiam pronunciauit, cum Discipulis loquens, quibus dixerat, qui me negauerit coram hominibus,negabitur coram Angelis Dei, statim addiecit prædictam sententiam:idque solus Lucas refert.Inuestigandum igitur est, quo modo cōnectatur,tam apud illos,quam apud nostrum Euangelistam, cum præcedentibus.Et quidem quod ad nostrum Euangelistam Lucam spectat,Augustinus in præ dicto loco sic cōnectit:Cum dictum esset, qui me negauerit, negabitur;ne Petri salus,qui eum ter negaturus erat coram hominibus,desperaretur, idcirco subiunxit: Qui dixerit verbum in Filium hominis, remittetur ei: at qui blasphemauerit in Spiritum sanctum per impœnitentiam,nō remittetur ei. Petrus ergo licet dixerit verbum in Filium hominis, non tamen blasphemauit in Spiritum sanctū, quia egit pœnitentiam. Sic Augustinus cōnectit Lucæ sententiam. lib. autem 1.de sermone Domini in monte,cap.44.quæ apud Matthęum. & Marcum dicta sunt,sic coniunxit cum antecedentibus: Cum Pharisæi calumniarentur Christum in Beelzebub eijcere dęmonia, adiecit sententiam hanc, prænonens ne talia dicerent post baptismum, quia esset blasphemia in Spiritum sanctum irremissibilis,quæ nunc ante baptismum in Filium hominis est,& remissionem habet: putat enim Augustinus in eo loco

loco non esse blasphemiam in Spiritum sanctum,nisi post baptismum,vti supra diximus;Phariseosque illos non blasphemasse in Spiritum sanctum. Epiphanius autē hæres.54. aliter cōnectit,& præcipue quæ apud Matthæum, & Marcum sunt, licet hæc etiam accommodentur ijs,quæ à Luca dicūtur,inquit ergo: Volens Dominus munire salutē eorum, qui aliqñ in ipsum maledicta iecissent,& vt ad pœnitentiā reflecterentur,ne decerneret in ipsis condemnationem,hūc sermonem præuaticinatur propter excellentem māsuetudinem,ac benignitatem erga homines; & eo quod nosset futurum,vt aliqui insurgerent, & blasphemarent Spiritum sanctum, & seruilo cum ipsi decernerēt,& creatum, ac alienū ab essentia Dei affirmarent; quapropter muniēs dicit:Qui blasphemauerit in Spiritum sanctum non remittetur ipsi, neq; hic,neq; in futuro seculo. Nō laudans blasphemantes ipsum,hoc dicit,sed suā prænotionem ac benignitatem ostendens,qui certos facit eos,qui à blasphemia eius pœnitentiam agunt.Hæc ille. Ex quibus constat non solum connexionis ratio,sed etiā ad mentem Epiphanij Phariseos blasphemantes in principe dæmoniorum eijci dęmonia,non blasphemasse in Spiritum sanctum,quia non affirmabant Spiritum sanctum esse creaturā,& seruum;& quia omnia hæc de ijs,quæ ventura erant, prædicta sunt à Christo.

In primis connexio Augustini nō videtur accommodata,tum quia Petrus, quando Christum negauit,non dicit verbum in Filium hominis: vt enim diximus, verbū in Filium hominis est blasphemia;at nemo affirmabit Petrum blasphemasse in Christum:non.n.ipsum conuicio affecit, nec negauit esse Christum, fidemue eius abiecit, sed negauit se nouisse eum, quod quamuis fuerit graue peccatū,non tñ fuit blasphemia,& consequenter nec verbū in Filiū hominis:non igitur connectitur ista sententia cum præcedenti propter Petrū. Adde Christū non tantum dixisse, qui me negauerit, negabitur,sed etiā,qui me fuerit confessus,confitebor eum ego,vnde nō poterat ex negatione desperare salutem, cum liberum ei esset iterum confiteri. Præterea, quia vti supra diximus per illa verba,qui me negauerit,negabitur,nō excluditur pœnitentia,sed loquitur Christus de negatione ipsa secundum statum præsentem. Demum cum blasphemia in Spiritū sanctum non sit illa impœnitentia finalis, vt arbitratus est Augustinus, illa etiā posterior pars non connectitur cum præcedenti propter Petrum,quem negasse pœnituit. Connexio autem Epiphanij non est accommodata: non enim blasphemia in Spiritum sanctum est negare Spiritū sanctum esse Deum,vti supra diximus: Vnde sententia hæc non est prophetia,& prædictio eorum, qui in eam hæresim lapsuri erant. Ea igitur connexio,quę in commentario posita est,visa est mihi legitima:nā, cum de ijs,qui fide susceptа eum negaturi erant,Christus locutus esset,consequenter adiecit sermones de ijs, qui non dum in eum credentes, eius audita prædicatione, eum conuicijs affecerant,aut affecturi erant & de iis, qui in Spiritum sanctum blasphemauerāt,aut blasphematuri erāt, illorumque peccatum remissionem habere,horum vero venia carere docuit, vti in antecedentibus explicatum est. connexio autem apud cæteros Euangelistas facilior est,nec est nostri instituti.

Cum autem inducent vos in synagogas,& ad magistratus,& potestates,nolite soliciti esse qualiter,aut quid responde atis,aut quid dicatis.

COMMENTARIA.

QVarto argumento consolatur, & confortat Discipulos,quibus prædixerat persecutionem, & mortē ipsis inferendam:id autem est;cum in Synagogas Iudæorū,aut ad Magistratus,& potestates trahemini, vt de doctrina vestra rationem reddatis, ne soliciti,id est anxij sitis,quid, & qualiter respondeatis,id est,de rebus,& de verbis,quæ respondere debeatis, nec etiā de ijs,quæ non interrogati,dicenda à vobis sunt. Vult Christus discipulos in conspectu persecutorum positos, & ad eorum tribunalia tractos, non fidere suis viribus,aut ingenio,nec occupari multum in cogitatione anxia dcendorum,qua solēt homines multum affligi, & perturbari, maxime in conspectu Principum,aut multitudinis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis, & præcipue cum iudicium exercetur, & maxime ab inimicis, & persecutoribus, sed oculos mētis in ipsum erigere, cuius doctrinam tradunt, & prædicant, & ab eo expectare defensionem; quod quidem magno solatio est ijs maxime, qui idiotæ tunc erant, & simplices, & ante Spiritus sancti aduentum. Synagoga Iudæorum est; Magistratus autem, & Potestates etiā gentium. Est autem Magistratus subordinatus Potestati, quæ superior est, & Principes, ac Reges complectitur.

Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere.

COMMENTARIA.

CVr non debeant soliciti esse, causam adiungit, promittens Spiritum sanctum, qui eo ipso tempore, quo in iudicium adducētur, docebit, & suggeret omnia, quæ eos dicere, tā respondendo, quam loquendo tunc oporteat.

ANNOTATIO XXIIII.

TErtullianus lib. 4. contra Marcion. ca. 28. hanc sententiam exponens, dicit huius præcepti Dominici quoddam in Balaam præcessisse exemplum, qui cū ad maledicendum populos à Balaac Rege accersitus esset, respondit se non aliud dicturum, aut pronunciaturum, nisi quod Dei spiritus illa hora suggereret; quod & fecit: nam loco maledictionis impertitus est benedictionem, vt habetur Num. 22. Verba Tertulliani sunt: Perductos ad potestates prohibet ad interrogationem cogitare de responsione. Sanctus, inquit, Spiritus docebit vos ipsa hora quid eloqui debeatis. Si ciusmodi documentū Creatoris est, eius erit & præceptum cuius præcessit exē plum Balaam prophetes in Arithmis accersitus à Balac rege ad maledicendum Israelem, cum quo prelium inibat, simul Spiritu implebatur, non ad quā venerat maledictionē, sed, quā illi ipsa hora spiritus suggerebat, benedictionē pronunciabat: ante profectus apud Nuncios Regis, mox & apud ipsum, id se pronunciaturū, quod Deus ori eius indidisset. Hæc ille. Eandem sententiam refert Matthæus ca. 10. sed alio tempore dictam à Christo.

Ait autem ei quidam de turba: Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem.

COMMENTARIA.

DVm hæc loqueretur, quidam de turba magis terrenis bonis, quam spiritualibus, & æternis intentus, Christum interpellat, non tam rogans, quam officij eius munus, vt ipse arbitrabatur, expostulans. Habebat hic substantiam, & hæreditatem vnà cum fratre cōmunem, & indiuisam, cuius portionem sibi a fratre id recusante dari volebat, petit ergo Christū, vt sua auctoritate fratrem ad eam secum diuidendam compellat.

ANNOTATIO XXV.

SOlus Lucas memini huius historiæ. An autem hæc continua sint præcedē tibus, non est omnino certum, probabilius autem est coniuncta fuisse, vt dum loqueretur Christus quæ dicta sunt ad Discipulos, iste de turba eum interpellauerit. Quis autē ad rem spectat, Augustinus ser. 196. de tempore, nonnulla de hoc homine notat. Primo quidem, cum bonam causam egisse: nam fratrem habebat inimicū, qui totum patrimonium abstulerat, & fratri suo partem non reddebat, iusta ergo, & bona causa erat: non enim rapere aliena, sed sua à parentibus derelicta quærebat. Secūdo, venisse ad Christum tanquam ad iudicem, & quidem iustum, & magnum, quē à fratre corrumpi prēmio non posse credebat, maximæque esset auctoritatis, qua id efficere posset. Tertio, venisse ad Christū, quia forsan frater iudices, cum ditior esset, & raptor, muneribus corrūpebat: nactus ergo occasionem hanc loquendi cum Christo, ipsum interpellauit verbis propositis. Ex his tribus primū, & tertium probabiliter dicuntur; secundum autem plusquam probabiliter: verba enim, quæ Saluator respondit, indicant aperte se tanquam iudicem, & potestatem habentem requisitum esse, vt in eorū expositione dicemus; non enim sic homo venit ad Christū rogans, vt intercederet precibus apud fratrē pro diuisione hæreditatis facienda, sed vt potestate, & imperio cogeret illum: ideo dixit,

De hoc hor. quē Lucas re fert nata ab Augusti no.

dixit, Dic fratri meo, id est, vtere tua potestate, iube, impera illi. Putabat enim iste Christum, quem tanta miracula edere cernebat, quique Messias à plurimis reputabatur, potestatem habere iudicandi, & discernendi in negotio temporali, idcirco ad eum venit. In quo attendenda est fratris istius obstinatio, & iniquitas, quod homo hic à iudicibus communibus se nihil posse aduersum illum obtinere existimabat: Christi igitur auctoritati, ac rectitudini cōfisus eum interpellauit, nec vsus est multis precibus, securus de sua iustitia, quam non ignotam Christo sciebat, ideo Magistrum appellauit, quasi scientem discernere inter iustum, & iniustum.

At ille dixerit ei: Homo, quis me cōstituit iudicē, aut diuisorem super vos?

COMMENTARIA.

REspondit Dominus detrectando hæreditatem diuidere; non autē expresse negat se velle facere, quod petebatur, sed tacite, causam exponendo cur id facere nō debebat, quis, inquit, me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? respōsio est ad mentem hominis petentis: expostulabat enim hic operam Christi, quasi id esset muneris, & officij eius, sicut esse solet aliorum hominum, qui potestatis, quam receperunt, tenētur officia exercere. inquit ergo Christus, non sum ego deputatus iudex, aut diuisor super vos, vt tu existimas, quasi mihi incumbat sic iudicare potentes; non ergo est, cur id à me tu expostules. Non autem vsus est absoluta negatione, nempe non sum constitutus iudex, ne absolute à se reijceret potestatem iudicandi, sed interrogat, tum vt se ad mentem hominis respondere significet, tum etiā vt ipsum quodammodo reprehendat, qui postpositis ijs, quæ à Christo petenda præcipue erāt, ea quærat, quæ minima sunt, quæque ad Christum non spectant, qualiter ille putabat, Christi potestate abuti volens. Quod autē dicitur: Homo, phrasis Hebræa est, qua solent vti Hebræi, vt sermonem se dirigere ad eum, cū quo loquuntur, indicent, eumque ad audiendum excitent. Index autem, & diuisor differunt: iudex enim est, qui potestatem habet ordinariam, & communem iudicandi, diuisor est, cui executio diuidēdi à iudice tradita est. Possumus etiam diuisorem intelligere Arbitrum.

ANNOTATIO XXVI.

QVod ad verba spectat, illud, Homo, ī casu vocādi est, &, vti diximus in cōmentario, phrasis est Hebræa, qua qui cū personis familiaribus, & communibus loquuntur, vti solent, sicut qui sermonē habent cum maioribus, vtuntur noīe, Dñe, vt eos, quibus cum loquuntur, ad percipiēda, quæ dīr, exhortent, & excitent. Luc. 7. Homo, remittuntur tibi, peccata tua. & Luc. 22. o homo, non sum. Augustin. ser. 196. sic interpretatur ī hoc loco, inquit sic: Homo, ait, qui pro magno habes istam hereditatem, quid es, nisi homo? volebat illū facere plus, quam est homo. Quid plus volebat illum facere, cui volebat auaritiā tollere? ego dixi, Dij estis, ecce quid cum volebat facere inter Deos numerare, qui auaritiam non habent. Hæc ille. Sed ista spiritualia potius sunt præterea Græca, & Latina exemplaria legunt duo, nempe, iudicem, & diuisorem, vt in commentario expositū est; at Tertul. lib. 4. contra Marcion. c. 28. legit tantum iudicem; Augustinus aūt ser. 196. legit tantum, diuisorem; Basilius autem in moral. Regum 70. cap. 29. Titus Bostrenus, & Euthymius in cōmentario legunt, sicut & Vulgatus, iudicem, & diuisorem; & inter Latinos, Ambrosius in commentario, vbi per diuisorem interpretatur arbitrū, quod recte potest intelligi.

Quid, pe tente ho mine a Christo.

Quod aūt ad rē spectat, ex hac Dūi rīsione satis liquere arbitror, hūc hoīem petiisse à Christo, vt potestatē suam interponeret inter ipsum, & fratrē, sicut faciūt iudices, aut ij, q̄bus à iudicibus potestas, seu executio demandatur: si. n. petiisset à Christo, vt intercederet apud fratrem precibus, sicut inter nos fæpe fit, tunc nō esset accōmodata rīsio Christi, quis me cōstituit iudicem, aut diuisorem? diceret. n. ille, Dñe, ego non peto, vt dicas fratri meo, quasi iudex, aut diuisor, sed quasi intercessor. non ergo homo iste à Christo petebat intercessionem, sed potestatem: arbitrabatur enim Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi muneris id esse: fratrem autem ita obstinatum expertus erat, vt nullis intercedentium precibus mouendus esset, sed potentium coactione, & imperio: idque notandum est pro recta intelligentia huius sententiæ. Non ergo negat Christus absolute potestatem suam, quam, quia Deus erat, habeat super omnes, & in quocumque negotio si voluisset, sed negat se constitutum iudicem, aut diuisorem, qualem ille putabat, deputatum & obligatum talia iudicia exercere petentibus. Non autē sic est: non enim venit ad talia exercenda iudicia, licet potestatem haberet plenissimam, quæ quando expedire saluti hominum nouit, aliquādo vsus est: sic enim missi Dæmones in porcos, teriæ habitatores priuando: sic etiam ficum in vinea cuiusdam exsiccauit: sic adulteram liberauit. nō ergo decrat potestas; sed potestatis exercitium assumebatur non pro voluntate, & arbitrio petentium, sed sua. Quod autem in commentario diximus, nempe Christū reprehendisse hunc hominem ob causam ibi explicatā affirmat Euthy. in hoc loco.

ANNOTATIO XXVII.

Expositio Tertulliani contra Marcionem hoc loco abutentem.

Opponebat nobis Marcion, vt refert Tertullianus lib. 4. cap. 28. hanc Domini sententiam, vt probaret alium Deum esse nouū, alium veteris testamenti; illum bonum, hunc iustum, sicque ex hac sententia deducebat, collata cum Moysis exemplo Exod. 2. Moyses rixantibus fratribus vltro intercedit, & iniuriosum increpat, quid, inquit, proximum tuum percutis? reiicitur autem ab illo dicente, quis constituit te iudicem super nos? Christus vero postulatus à quodam, vt illum, & fratrem ipsius de diuidenda hæreditate componeret, operam suam, & quidem tam probæ causæ, denegauit. Ex iis colligebat Marcion, non hoc factum esse, quia Moyses melior esset Christo, vtpote pacis fratrum studēs, & iniuriæ occurrēs, sed qa Moyses erat minister Dei iudicis, & iusti sub veteri testamēto; Christus autem Dei optimi, non autem iudicis: ideo Christus respondit, quis me constituit iudicem? quam autem iste à veritate catholica errauerit, non est nostri instituti præsentis ostendere, quem alias conuicimus, fidei veritatem probantes. Quod vero ad locum præsentem attinet, respondet Tertullianus dicens, immo ex hoc cōcludi vnum esse Deū vtriusque testamēti, qui in Moyse loquebatur, & nunc carne sumpta ipse Christus est: vt enim significaret se indigne tulisse Moysem reiectum esse ab illo Iudæo dicente, quis te constituit iudicem super nos? nūc ipsemet Christus in simili causa reiicit Iudæum petentem, vtiturq; eodem verbo, vt confundat eum, quasi diceret, recordare, quod Moyses seruus meus repulsus est hoc verbo à Iudæo, simili sibi detrectante iudicium oblatum; nunc ego eodem verbo detrecto iudicium à te petēte. hęc sunt, quæ obscure, & paucissimis verbis Tertullianus significat, quę subtiliter dicta sunt; & magis ad hæreticum argumentum refellendum, quam ad contextum Euangelii cum explicandum accommodata.

Possumus autem aliter respondere: perpendamus igitur factum Moysis: erant duo Iudæi rixantes, vnusque alterum percutiebat, Moyses aūt volēs iniuriam proximi auertere, dixit: Cur percutis illū? respōdens aūt percussor dixit: Quis te cōstituit principem, aut iudicem super nos? in primis Moyses tunc erat homo particularis, non iudex, aut princeps, & quæ fecit, non vt iudex, sed ex charitate fecit. qua, quando possumus, & necessarium est, debemus succurrere proximo iniuriam patienti: debemus: tunc enim nō erat iudex, qui potuisset iniuriam auertere; & iniuria erat tunc præsens, nec mora tam temporis patiebatur, vnde ipsius tunc erat subuenire. ille autem Iudæus percussor inepte respondit, quis te constituit iudicem? non enim Moyses vt iudex id dicebat, sed vt proximus, cuius est diligere proximum. Hoc ergo factum potius est contra Marcionem; quia non ex iudicio iudicis, sed ex bonitate, & charitate Moyses iniuriam auertebat. dicendum potius ergo erat hoc ad Deum bonum, non autem ad iustum attinere, contra Marcion. factum autem nostrum aliter se habet: iniuria enim fratris huius erat nō ad personam, sed ad rem, & hæreditatem spectans; morā patiebatur, quia antiqua erat; aderant iudices multi, qui eam possent, & quibus incumbebat repellere: non igitur pertinebat ad Christum, vt hominem, & proximum vindicaret; sicut nec nos in similibus casibus tenemur nostrum operam interponere.

Præ-

Cur Christus noluerit petitioni huius hominis annuere.

Præterea errabat, iste qui petebat operam Christi, quasi officium exposcularet iudicis deputatis; merito ergo negat Christus talem operam, idq; iustissimis de causis; tum vt doceret hominem petentem, qui errabat petendo à Christo quasi à iudice ad id deputato, & obligatorū vt instrueret, & conuerteret illum ad ea petēda, quæ præcipue à Christo quærenda erant; tum etiam vt significaret se ad salutē spiritualem hominum præcipue missum, non ad componenda, & tractāda secularia: noluit enim ingerere se in hæc, ne præcipuum finem, in quem missus erat, vel minimum obscuraret: magis autē intererat hęc ostendere, quam se in diuidenda hæreditate occupare. Non ergo negauit se iudicandi absolutam habere potestatem, quin potius eam affirmauit; sed negauit, id quod homo ille arbitrabatur, nempe deputatum iudicem; qui pro negotijs petentium agere deberet: hoc non ita est; sed ea vtebatur, quando expedire pro suo arbitrio iudicabat, idque ad animarum salutem: vt dixi mus in præcedenti annotatione: potius igitur ex hoc concluditur ipsum Christū esse Deum iustum, & iudicem, non tātum bonum. Titus Bostrenus explicans cur Dominus noluerit hominis huius petitioni annuere, causam secundo loco paulo ante positam adfert: sic enim inquit: quia prætermissis vtilibus, & ad animæ salutem facientibus, quę cum vel in primis inquirere oportebat, de terrenis momentaneisque anxius Christum istiusmodi rerum sequestrem deposcebat: ob hoc ergo tanquā importunum, neque quicquam, vt ea, quę scire oportebat, disceret, solicitū, placido vultu cum à se dimisit. Hæc ille. Euthymius cōsentit in hęc verba: Cum pecuniæ desiderio flagraret, quod animę nec sanctū erat, eiusque saluti vtile petere omisit: corporale autem requisiuit, maiorem habens curam corporis, quam animę. Hæc ille. Basilius autem in moralibus reg. 70. cap. 29. quandam aliam causam profert, nimirū vt significaret Christus, neminem inuiti debere in suscipienda cura de rebus vitæ huius, qui nimio plus in his animum suū occupet, iuxta illud 2. Tim. 2. nemo militans regno Dei, implicat se negotijs secularibus. Ambrosius in commentario adducit causam aliam dicens, non quid petas, sed à quo postules intuendum est. Nec inaioribus intento animo putes minoribus obstrependum; vnde non immerito refutatus hic fuerat, qui dispensatorem cœlestium gestiebat corruptibilibus occupare. Hæc Ambros. Nota aūt hos Doctores tacite fatetur Christum habuisse auctoritatem, & potestatem; causas autem afferunt, cur ea vti noluerit; si enim per hāc responsionem Christus negasset se potestatem habere, non erat cur doctores isti ad causas recurrerent, propter quas noluit diuidere hæreditatem.

ANNOTATIO XXVIII.

Hæretici nostri tē poris hoc loco abutentes re fellūtur.

Abutuntur hoc loco etiam nostri temporis Hæretici, contendentes Prælatos Ecclesiasticos non debere ingerere se, nec miscere in negotijs secularibus, temporalibusque causis discernendis, sed gubernationem Ecclesiasticam separandam à politica, iuxta illud 2. Tim. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus, & illud Act. 6. Nō est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Et quidem si ita dixissent, præcipuam curam debere esse positam in spiritualiū administratione, cessandumque esse à temporalibus negotijs, quando impedimento sunt, ne spiritualia administrentur, recte quidem ac vere dixissēt: id enim est, quod Paulus docet monens, ne militantes Deo se implicent negotijs secularibus verbum enim implicādi plus significat, quam administrare temporalia negotia: id etiam Apostoli comprobarunt, quando dixerūt: Non est æquum nos linquere verbum Dei, & ministrare mēsis, quod si verbum relinquitur, & vacat ministrare mensis, quod tunc Apostolis non vacabat, sicque nō implicatur negotijs secularibus, qui administrat ea, non est hoc prohibitum, nec Christus per hanc præsentem sententiam id vetuit, qui non ea de causa, sed aliis, quas exposuimus, recusauit diuidendi hereditatē negotium suscipere, quod si omnino id vetuisset, non audisset eos, qui Adulteram ad eum duxerunt, nec respondisset; cum tamen audierit, respondent & pro Adultera iudicauerit. Aliter profecto Augustinus ille doctissimus, & Sanctissimus fecit, qui (referente Possidonio in eius vita) multis discernendis secularibus negotiis occupabatus, ipseq; de seipso affirmat, rationemque

Universidad de Deusto
Biblioteca

que reddit in lib. de opere Monachorum cap. 29. vbi consentit Paulum quidem nō se miscuisse negocijs huiusmodi decidendis, nec Apostolos, qui huc illuc q; discurrebant fixam non habentes stationem. At si non ille suo exemplo, suo tamen verbo docuit suscipienda talia negotia à Prælatis Ecclesiasticis, quando dixit 1. Corinth. 6. sic nō est inter vos quisquam sapiēs, qui possit inter fratrem suum iudicare? verba Augustini sunt ista. Agnoscite labores occupationum nostrarum, & in aliquibus nostrorum etiam corporum infirmitates, & Ecclesiarum quibus seruimus, consuetudinem, vt nos ad illa opera, ad quæ vos hortamur, vacare non sinant. Quamquā enim dicere possimus, quis militat suis stipēdijs vmquam? quis plantat vineam, & de fructu eius nō edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? tamen Dominū Iesum in cuius nomine securus hæc dico, testem inuoco super animam meam, quoniam quantum attinet ad meum commodum, multo mallem per singulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monasterijs cōstitutum est aliquid manibus operari, & certas horas habere ad legendū, & orandum, aut aliquid de diuinis literis agendum liberas, quam tumultuosissimas perplexitates causarum alienarum pati, de negotijs secularibus vel iudicando dirimendis, vel interueniendo præcidentis: quibus no- molestijs idem affixit Apostolus, non vtiq; suo, sed eius, qui in eo loquebatur, arbitrio; quas tamen ipsum perpessū fuisse non legimus: aliter enim se habebat Apostolatus eius discursus. Nec dixit seculária iudicia, si habueritis, ad nos deferte, aut nos constituite ad iudicandum, sed eos qui contemptib les sunt in Ecclesia, hos, inquit, collocate. ad reuerentiam vobis dico. si non est inter vos quisquam sapiens, qui possit inter fratrem suum iudicare, sed frater cum fratre iudicatur, & hoc apud infideles. Sapientes ergo, qui in locis consistebāt, fideles, & sanctos, nō qui hac, atque illac propter Euangelium discurrebant, talium negotiorum examinatores esse voluit. Vnde numquam de illo scriptū est, quod aliquando talibus vacauerit, à quibus nos excusare non possumus, etiam si contemptibiles simus, quia & hos collocari voluit, si defuissent sapientes, priusquam negotia Christianorum deterrētur in forum. Quem tamen laborem non sine consolatione Domini suscipimus pro spe vitæ æternæ; vt fructum feramus cum tolerantia: serui enim sumus eius Ecclesiæ, & maxime inferioribus membris quantaliber in eadem Ecclesia membra sumus. Hæc Augustinus, quæ longius prosequi non est instituti presentis.

Dixitque ad illos.

COMMENTARIA.

Occasione petitionis hominis istius, eiusque repulsæ conuertit sermonem, non ad illum solum, sed & ad Discipulos cæteroscque, qui de turba tunc aderant, documentumq; salutare tradit, quo aperit, & causam factæ à se repulsæ, & quid hunc hominem à Christo secularia fecerit, postpositis spiritualibus, quærere quodq; ab omnibus est obseruandum, ne in spiritualium detrimentum incidant. Nimia enim cupiditas hunc hominem ad sic petendum mouit, ob eam etiam Christus eius petitionem repulit, atque ab ea summopere fugiendum est ijs, qui saluti animæ incumbunt.

ANNOTATIO XXIX.

Euthymius illud relatiuum (illos) ad Discipulos refert. Titus Bostrenus autem ad eum, qui petierat, & ad cęteros omnes, qui tunc adstabāt, & in eis, ad nos omnes: isque est sensus verior, & accommodatior. Adiungit etiam rationem sententiæ: inquit enim: Cum hominem propter repulsam pusillanimē eff ctū aīaduertisset, innata grauitate vsus, cum illi ipsi, tum cæteris omnibus, qui vel tunc audiebant, vel in posterum audituri erant, suasit, ne fluxis, caducisque rebus nimium se dederent, neque propter huiusmodi res concertationem aliquam cum fratribus inirent, etiam si plus iusto aliquando habere contenderent, verumtamen dicti illius memores, volenti tunicam tollere, relinque & pallium, iniuriæ vltrò cederent, eaque, quæ ad animæ salutem vtilia, vel necessaria haberentur, studiosè inuestigarent. Hæc ille.

Videte,

Videte, & cauete ab omni auaritia.

COMMENTARIA.

Monet vt exēplo præsenti ab omni cupiditate acquirendi temporalia caueant: videre, inquit, id est, considerate hoc præsens factum, nempe fratrum discordiā ob hæreditatis possessionē: Vnus enim retinet non sua, alter à me petit temporalia sua, spiritualis suæ salutis oblitus, quæ præcipue quærenda est. Vtrumq; à nimia, & immodica cupiditate profectum est, videte ergo, & perpendite hæc, & ab omni cupiditate, & auaritia abstinete, tam ab ea, qua, quod alienū est retinetur, quā ab ea, qua, quod suum est, homo plus nimio quærit.

ANNOTATIO XXX.

Quomodo abeunti auaritia caue dum.

Quod ad verba spectat, quædam Græco exemplaria non habent illud (omni) nec legitur ab Euthymio; legunt tamē quædam alia Græca, & vulgata omnia: & Augustinus ser. 196. non solum legit, sed interpretatur, nempe positum esse; quia nō solum cupiditas, quod alienum est habendi, sed etiam suum immodice retinendi, amouenda est, vt in commentario exposuimus. legitur etiam in textu apud Titū Bostrenum, & vere contextui quadrat, quē explicuimus in commentario: nam vtrumque fratrem Christus incusauit, & vtriusque exemplo monet ab auaritia cauendū, quorum vnus laborabat cupiditate retinendi partem hæreditatis, quæ sua non erat, alter cupidus erat acquirendi sua, sed nimium & immodice: cum.n. à Christo saluti spiritualis auctore petenda essent spiritualia, quibus ille homo plus indigebat, ea, quæ temporalia, & pauci momenti erant, postulauit, magis de secularibus, quā de spiritualibus solicitus. Ab vtraque igitur cupiditate cauendum Christus iubet: hæc enim sententia præceptum Domini est, vt Ambrosius in præsenti, & Augustinus loco citato affirmāt. Recte autem Augustinus hanc omnem auaritiam explicans: Forte tu auarum, & cupidum dicebas, si quæreret aliena; ego autem dico, cupide, & auare nō appetas nec tua, hoc est, ab omni auaritia cauete. Non solum auarus est, qui rapit aliena, sed ille auarus est, qui cupide seruat sua. Sed si sic cuiquam patur, qui cupide conseruat sua, quomodo iudicaturus est te, cum non solum seruas tua, sed etiam quæris aliena? Hæc, & alia Augustinus. Aduertendum est autem illud (auaritia) Græce haberi πλεονεξία, id est amor pecuniæ, de qua dicitur 1. Tim. 6. Radix omnium malorum cupiditas; hoc autem loco est πλεονεξία, à plus habendo, quam sufficiat, aut necessarium sit; nec tantum in pecunijs, sed etiam in vestibus, frugibus, domibus, aliisque similibus consistit. Vnde Basilius in moral. reg. 48. cap. 4 hac Dñi sententia ostendit non debere nos esse solicitos, vt rebus ad vitæ usum necessarijs abundemus; neque in eo nobis occupandum esse studium nostrum, vt aut saturitatem sectemur, aut apparatus magnificos, debereque esse puros à quacunque habendi cupiditate, & omnem exquisitum ornatum fugere. Ex quibus Basilij verbis deducimus significationem vocabuli huius, & multiplicem esse hanc pleonexiam, quam Titus Bostrenus appellat sitim inexplebilem habēdi; alij etiam interpretantur immodicam acquirendi cupiditatem, etiam cum alterius detrimento. Hanc in vtroque fratre legimus, licet ratione diuersa, vti in commentario explicuimus, quorum exemplo, & facto Dominus ad cauendum ab omni auaritia nos excitat: existimo enim sic interpretandam esse hāc sententiam. Eodemque modo interpretati sumus illud (videte) cuius interpretationem nemo considerauit: puto autem positum esse, vt præsentes exhortaretur ad considerationem facti illius, in quo apparebat vtriusque fratris auaritia. quasi diceret: animaduertite petitionem hominis huius, & considerate istorum fratrum discordiam, vnus retinet, quæ alterius sunt, alter plus nimio solicitus, quærit sua; & in vtroque videte, quid faciat cupiditas plus habendi, & abundandi, & ab ea cauete. Possumus ēt aliter interpretari hoc verbum, & quidem nō improbabiliter; monet.n. eos, qui cauere debent à cupiditate plus habendi, vt videant, id est, considerent, & animaduertant. Fallimur enim sæpe in computatione eorum, quæ nobis necessaria sunt ad vitam, & existimamus indigere ijs, quę vere superflua sunt: ideo dicit: vide-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te,& cauete,quasi diceret: cauere vt oportet non poteritis à cupiditate ista, nisi videritis recto,& iusto iudicio, quæ necessaria sunt,vt non plura quæratis. Vtraq; interpretatio videtur accommodata; priorē vero quasi accommodatiorem in cōmentario prosecuti sumus.

Quia non in abundantia cuiusquā vita eius est,ex his,quæ possidet.

COMMENTARIA.

CAusam quandam cupido, seu auaro cōuenientem Christus adfert,cur ab hac pleonexia,& cupiditate plus habendi cauendum; quia nempe non in ipsa abundantia vita consistit,quasi cum abundauerit, tunc etiā viuat. Hoc enim cupidi sibi falso suadent: quærunt enim solicite plura habere,existimantes, cum abūdauerint, tunc victuros, ac bonis fruituros; at non sic est, vt cum abūdantia eorum, quæ possidentur, vita sit comes: sæpe enim cum ad abundantiam peruenerunt, vita destituti sunt.

ANNOTATIO XXXI.

Fusior explicatio superioris sententiæ.

OBscura est snia præcedēs propter verborum connexionem: illud enim (cuiusquam) non potest connecti cum præcedenti nomine,nempe (in abundantia cuiusquam:) nam Græce in casu dandi est,si autem connecteretur cū præcedenti,dicendū erat in accusandi casu, scilicet (in abundare quemquam) Græce.n. non est nomen, sed infinitiuus . coniungi ergo debet cum sequenti verbo(est) tunc que sensus est,nō in abundantia,ex ijs,quę possidet,cuiq; vita est,siue,cuiusdam vita illi est, vt sit sensus, non qñ abundauerit, continuo viuet; nec ex abundantia est uita certa, vt possit frui ijs,quæ abūdant: & hic est legitimus sensus. Titus Bostrenus sic interpretatur, vita hominis non est posita in abundantia,vt tamdiu uiuat, quamdiu opes abundant. Euthymius vero sic, non secundum abundantiam accedit vitæ mensura. Quæ interpretationes parum à nostra differūt; puto tamen hanc esse accommodatiorem, nempe hominem non habere uitam certā, si abundet,vt cū abundauerit,ijs,quę possidet,frui possit: hoc.n. est quod opinantur, falsoque sibi persuadent,qui student congregandis opibus. illud autem si considera retur,nempe,non cum abundantia uitam esse coniunctam, multum sitis ista habendi extingueretur. Quod autem quidam interpretantur,ea quæ abundant nō esse necessaria ad uitam,nec in ijs esse positam; sed in necessarijs tantum, verum quidem est, sed longe à sensu huius sententiæ,quē parabola sequens explicat, cui nō accommodatur ea interpretatio: parabola.n. est de eo, qui iam abundans iuxta desideriū suum,vita priuatur, qñ minus cogitabat.

Dixit autem similitudinem ad illos, dicens.

COMMENTARIA.

QVia ad turbam loquebatur, similitudine, seu parabola quadā vtitur: sic enim res melius percipitur, & tenacius retinetur mēte: erat enim doctrina hæc multum necessaria,& qua plurimi indigent, idcirco perfecte tradit,& efficacius persuadetur. Huius similitudinis, sicut & petitionis factæ ab homine isto de turba, solus Lucas inter Euangelistas meminit.

Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit.

COMMENTARIA.

INcipit exponere similitudinē. Erat quidē Diues,cuius ager vberes, & copiosos attulit fructus, pro eiusq; votis respōdit. Ditior quidem factus,sed nihilo melior, quin potius auarus auarior euasit. Malis,& reprobis frequenter prospera temporalia succedere permittit Deus,iustis de causis, vt in Annotatione explicatur.

ANNOTATIO XXXII.

Cur mali,& reprobis in hoc sæculo bona temporalia

BAsilius in homilia quadam supra hāc Dñi similitudinem contra auaros composita,& Ambrosius ser. 81. interrogāt,cur ager hominis huius nihil boni ex copia fructuri abundauit. respondent autem sic,vt maior Dei longanimitas appareret; quando eius

sæpe concedantur.

do eius bonitas vsque ad tales extenderetur, qui pluit super iustos, & iniustos, & Solem suum oriri facit super bonos,& malos. Hæc illi. Causa ergo ex parte Dei est bonitatis, & benignitatis demonstratio. Gregor. autem lib. 16. moral. cap. 5. generaliter loquens addit huic aliam causam,sic inquiens: Malorum domos Dominus bonis implet, quia etiam ingratis sua dona non denegat,vt aut benignitate Conditoris erubescant, & ad bonitatem redeant: aut redire omnino contemnentes,inde illic grauius puniantur, vnde hic & bonis Dei largioribus mala reddiderunt: vt duriora eos tunc supplicia puniant,quorum hic malitiam nec dona vicerunt. Hæc Gregor. Quod quidem nō præteriit Basilius: dixit.n. post verba superius citata: talis bonitas Dei maius colligit supplicium iis, qui peruersę agunt. Hæc ille. Non quod Deus eo fine malis bona tribuat in hoc seculo, vt magis postea puniat, dum peius agunt: non.n. id Deus intendit,qui,quod bonum est,homini vult quantū est ex parte sua; sed quod ita eueniat ijs,qui abutuntur bonis concessis,licet possimus interpretari id à Deo fieri, vt damnationis contra diuites, & malos iustitia magis appareat. Idem aūt Greg. lib. 15. moral. ca. 35. aliam affert causam,cur malis, & reprobis bona temporalia Deus concedat. Sępe,inquit,diuina patientia tolerat,quos iam ad supplicia prescita condemnat: permittit florere, quos adhuc cernit deteriora perpetrare. Quia.n. videt ad quam damnationis foueam tendant,hoc eis pro nihilo esse existimat,quod hic peruersi relinquenda multiplicant. Hęc ille. Quasi diceret,quia æterna mala subituri sunt,permittit in hoc seculo his bonis,quæ nihili sunt,aliquantū frui Hoc idem Gregor. lib. 16. moral. ca. 9. exemplo manifestat: Nouimus,inquit,nō numquam bona terrena iustis subtrahi, quæ largo munere tribuuntur iniustis,qa & desperatis egris medici,quidquid poposcerint dari præcipiunt: & eis,quos ad salutem reduci posse prouident, quæ appetunt,dari contradicunt. Hęc ille. Idem etiā Gregor. lib. 5. moral. cap. 1. aliam adiicit causam, nempe quia mali, & reprobi aliquando bona quędam in hoc seculo fecerunt, pro quibus in hoc seculo aliquoties bonis temporalibus remunerantur, vt postea ad sola tormenta trahan ur: sicut ēt boni hic mala patiuntur ob aliqua mala, quæ fecerūt, vt purgati ab æterna plenius damnatione liberentur. Ex his oībus colligimus aliquot causas, ob quas Dominus in hoc seculo malis, & reprobis bona concedit. Primo quidem ex Basilio, in bonitatis, ac benignitatis diuinæ manifestationem. Secundo, in iudicij sui ostensionem, vt tanto iustior appareat damnatio, quanto maior erga tales effulsit misericordia, & bonitas. Tertio, ex quadā misericordiæ abundantia, vt bono aliquo tēporali fruantur, qui in æternum damnandi, & torquēdi sunt. Quarto, ex quadam æquitatis immensitate, ut bona quædam, etiam malorum hominum, & quæ nulla sunt digna mercede, aliqua ex parte remunerētur. Nō ergo miremur, si diuiti reprobo ager diuino nutu vberes attulit fructus, qui culpa eius maioris damnationis ei causa fuerūt, qui & in malum conuertit, quod in bonū concessum erat à Deo.

& cogitabat intra se, dicens.

COMMENTARIA.

VBeribus fructibus ditior factus est auarus, sed non à cura, & solicitudine liber, immo copia, & abundantia fructuum auxit solicitudinem: anxie enim cogitare, & discurrere mēte cœpit de loco reponendis fructibus accommodato.

ANNOTATIO XXXIII.

Quanta sit diuitū anxietas, & miseria.

BAsilius loco prius allegato, hanc diuitis anxietatem,& miseriam ponderat dicens: Quis non misereatur sic miseri cuius obsessi? ipsa fertilitate miser erat, & timidulus, miserabilis præsentibus,& paratis bonis, miserabilior ob ea,quæ adhuc expectabat. Non.n. prouentus annui fruitionem ei terra ferebat, sed fletus,& suspiria; non fructuum copiam, sed curas,& dolores, & graues anxietates sibi colligebat. Hæc ille. Vnde recte Dñs Matth. 13. cur diuitias spinis comparauerit, exponens, inquit, solicitudo seculi istius,& fallacia diuitiarum suffocat verbū, & sine fructu efficitur. Ecce hic sua solicitudine,& anxietate ex abundantia orta, pungit mente, quasi acutā,& penetrante spina, vt bonis habitis frui non valeat, nec illis conquiescere.

Quid faciam? quia non habeo quo congregem fructus meos?

COMMENTARIA.

HAEc est eius anxia cogitatio, ac ratiocinatio: hærebat ignorans, & inuestigans locum, quo congregaret, ac reponeret nouos fructus; quia veteribus horrea plena erãt. Copia faciebat inopem. Stulta profecto cogitatio: facile enim erat inuenire locum, si aut veteres fructus euacuatis horreis, aut nouos vberes in pauperes distribuisset', quem locum auaritia anxie quærebat, misericordia facile subministrasset. & quidem securiorem, & vtiliorem: scriptum enim erat Ecclesiast. 29. absconde Eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo: super scutum potẽtis, & super lãceam, aduersus inimicum tuum pugnabit. At Dives sine misericordia, & sine charitate aliud cogitabat, & anxie quærebat.

ANNOTATIO XXXIV.

REcte Basilius loco superiori notat, qđ in commentario positum est, dicens: Quid faciam? parata sibi responsio fuerat: eiurientium animas expleho, aperiam horrea, & omnes vocabo indigentes: nunciabor Ioseph præconio exhibitæ hominibus benignitatis celebrem: vocem emittam magnificam: Quicunque panibus egetis, venite ad me singuli participes futuri, quod satis fuerit, gratiæ à Deo mihi collatæ,' quasi prosilientis è communibus fontium scatebris. Hæc ille. Pondebat etiam idem Basilius illud, Quid faciam? quod commune est illi, qui nihil habet, ac egestate pressus est: peræque, inquit, ac egestate pressus, miser afflictatur, & eiulat: an non talis modi edit vocem, cuiusmodi solet, qui angustia pressus mendicat? Quid faciam? alimenta vnde? vnde indumẽta? hæc secum submurmurat, ac loquitur Dives: cor per hæc mẽ rore conficit, & afflicta, dum cttuat anxia solicitudine. Hęc, & alia Basilius. Notanda est in his verbis insipientia, & feritas diuitis huius. Insipientia quidem, qui fructus appellat suos, quos nondum collegerat: multis. n. periculis obnoxiæ sunt fruges, anteq̃ domum comportentur: nam sæpe grando elisit, atq; comminuit, & æstus ingens e medijs eripuit manibus, & aqua intempestiua è nebulis fluens infrugi reddidit, & inutiles fructus. Hæc quoque Basilius. Feritas aũt, quia nondum collegerat, & sibi iam proximis defraudatis vsurpabat. Gregor. li. 15. moral. c. 13. hanc anxietatem, & perplexitatẽ diuitis istius optime exponit, illa verba Iob interpretans: (cum satiatus fuerit coarctabitur.) Prius, inquit, anhelat per auaritiam concupita congregare; & cum quasi in quodam ventre auaritiæ multa congesserit, satiatus aretatur; quia dum anxiatur qualiter acquisita custodiat, ipsa eum sua satietas angustat. Diuitis. n. cuiusdam vberes fructus ager attulerat, sed quia, vbi eos tantos reponeret, non habebat, eixit. Quid faciam, quia nõ habeo, quo congregem fructus meos, & dixit: Hæc faciam, destruam horrea mea, & maiora ædificabo. Qui ergo ex abundantia coangustatus dicebat: Quid faciam? quasi multo pressus cibo æstuabat. Pensemus quot votis appetijt, vt vberes fructus ager afferret. Ecce autem vota completa sunt; quia vberes fructus ager attulerat: sed qa ad recõdendũ loca nõ sufficiunt, multiplicatus diues qd faciat ignorat. O angustia ex satietate nata: de vbertate agri angustiatur aĩus auari: dicens nãq; quid faciam? profecto indicat, quia votorum suorum affectibus pressus sub quadam rerum fasce laborabat. Hæc Gregorius.

Insipientia, & feritas huius diuitis.

Et dixit: Hoc faciam: Destruã horrea mea, & maiora faciam:

COMMENTARIA.

ASsecutus est diues sua cogitatione, quod faceret, id nempe, anti qua horrea, quę minus erant capacia, destruere, & maiora, amplioraque facere, quæ & veteribus fructibus, & nouis licet vberibus sufficerent. Quia nihil nisi de se cogitabat, sibiq; thesaurizare volebat, illud inuenit, & disposuit, quod sibi vtile videbatur.

ANNOTATIO XXXV.

ILlud, Maiora faciam, Græce hĩ, maiora ædificabo. Sicq; legit Gregor. lib. 15. Moral. cap. 13. Ambrosius autem sermo. 81. legit (reędificabo) quod non sic est intelligendum, quasi omnino noua & distincta horrea ædificaret: sic. n. non oportebat vetera destruere, sed quod vetera capaciora fecerit, ea destruendo, & maius spatium vltra vetus ædificium occupando. Recte aũt Basilius in hom citata superius, in hunc diuitẽ inuectus, pondebat illud (horrea mea destruam) quod bene esset dictum, si non adiu xisset illud (& maiora ædificabo.) vera a Basilij sunt hæc: Destruam horrea mea. isti ego sane dicerem: Bene facis: nam iniquitatis horrea, si certo digna sunt, quę diruãtur. Euerte miser tuis ipse manibus, quod male ędificasti: solue horrea, vnde nullus vnquam solamen vllum consecutus est: à fundamentis excidito auaritiæ custodem, diue tectum, euerte muros, ostende Soli frumentum, quod carie, situve cõtraxit: educ diutius illigatas hasce diuitias, produc in publicũ triumphum tenebris obsita domicilia Mammonæ. Hæc ille. Illud etiam, Maiora faciam, item ibi pondebat idem Basilius sic dicens: vbi vero & ista frumento adimpleueris, quid quaso amplius cogitabis? an rursus destrues, & rursus ædificabis? Quid stultius, quam laboribus nunquam finiendis se conficere, ac summo cũ studio ædificare, nec minori cura eadem demoliri? Hæc ille.

Particula, Maiora faciã, pondebatur.

Et illuc congregabo omnia, quę nata sunt mihi, & bona mea.

COMMENTARIA.

ECcce ad quid horrea noua ædificare cogitauit, vt omnium in ea congreget vberes agri fructus, qui nati erant, & insimul bona cætera, nempe fructus veteres, qui reseruati, & reconditi in veteribus horreis erãt. hos appellat bona mea, quia iam possederat, qui autem nati erant, nondũ possidebat, nec recondiderat. Imprudentiam, & infidelitatem suam Dives hisce verbis ostendit, imprudentiam quidem, quia no sum collegerat fructus, nec recondiderat; & tamen sine vllo timore se congregaturum affirmabat: infidelitatẽ vero, quia fructus ubi natos dicebat, quos non illi soli Deus produxerat, sed ut alijs etiam per eum faceret communes: si enim illi soli Deus produxisset, utiq; non dedisset ultra necessarios.

ANNOTATIO XXXVI.

ILlud (bona mea) quidam recentiores interpretantur cæteras diuitias, quas ille dues habebat vltra fructus. hæc aũt interpretatio non vt accommodata: nec. n. in horrea reconduntur diuitiæ omnes, siue pecuniæ, siue supellectilia, sed tantum fructus agrorum; ideirco exposui bona essẽ, quæ ia reposita habebat in veteribus horreis: tam enim hæc, quã quæ de nouo nascebantur, in illa maiora horrea congregare parabat. De infidelitate aũt huius diuitis, qui sibi natos fructus dicebat, exclusis pauperibus, multa dicit Basilius in prædicta homilia: nter quæ sunt hæc: Auaritiæ id genus pessimum est, nulli; nec ea quidem, quæ facile corrumpuntur, inopportune. Dixeris, cui facio iniuriã, si mea retineo, conseruoque? Quę illa, die mihi, tua? Vnde accepta hæc ad traducendam hanc vitã præsentẽ inuexisti? perinde. n. facis, ac si quis in theatro, locum sp. ctandi mox vt aduenerit aliis arripiẽs, cæteros arceat ab ingressu, sui vnius vsui id adiudicans, quod ad omnium cõmodum proponitur. tales & diuites existunt cõtra hominesque cum priores obtinuerint, propria faciunt occupando. Nonne nudus ex vtero matris exciisti, nudusq; rursus reuerteris ad humum? hęc tibi bona presentia vnde? si à casu dixeris, impius es. in non agnoscens, qui te condidit, neq; ei, qui dedit, repẽdens gratiam. Quod si ex Deo te illa habere fateris, die mihi, quamobrem hæc fortitus es? non. n. iniustus est Deus, qui ea, quæ sunt ad vsum, inæqualiter nobis diuiserit, cur tu dues es, ille pauper? profecto non ob aliã cãm, nisi vt tu benignitatis, ac fidelis administrationis mercedem acciperes; ille vero patientiæ præmijs maximis honoraretur: tu vero insatiabilis auaritiæ lacertis omnia circumplexus, & tot hoc is illis priuãs, neminem te lædere putas? Esurientis est panis, quem tu retines: nudi est vestis, quã in arca custodis: discalceati calceus, qui apud te marcescit: egentis argentum, qđ tu terræ infossum pectis. Quare tot iniurijs es hoibus, quot potes quasi opem conferre.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ diuitis superflua sunt, si nō dat in eleemosynā, contra charitatem peccat, non cōtra iustitiam.

Hæc & alia Basilius, quæ etiam ab alijs patribus dicuntur. Ea vero non sic intelligenda sunt, quasi quę diuiti superflua sunt, non sint eius, iniustitiamque committat, sicut qui aliena detinet, aut rapit: nō. n. sic est: nam id contra iustitiam non est; nec restitutioni obnoxia sunt, quasi rapta à proprio dño; sed vitium est contra charitatē, & contra fidelitatem: nam eo fine à Deo diuitiæ vni dantur, vt quod superfluit, cōmunicet alijs non habentibus. Vnde Proueib. 22. scriptum est, Diues, & pauper obuiauerunt sibi, vtriusq; operator est Dñs. quid est, quod vtriusque dicitur operator Deus, nisi quia ipse auctor est diuitiarū, & qui ex voluntate sua dat vni diuitias, alteri negat? si igitur operator est diuitis, diuitias vere dat, & earum dominum constituit diuitem; eo tamen fine dat, vt dispenset pauperi, quem etiam ipse fecit. qui igitur non dat, infidelis est, qui non seruat fidem Deo danti, non autem iniustus, quasi retineat non sua. De hac tamen re multa alibi scripsimus in nostris theologicis, dum de eleemosyna tractaremus.

Et dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos.

COMMENTARIA.

POstquam cōgregata iam fuerint hæc omnia in horrea noua, Diues sibi quietem promittit, ac animæ suæ se eam quietem persuasurum apud se cogitat dicens: Anima mea habes iam bona in plurimos annos reposita. Ad animam se cōuertit, quia ipsa est, quæ quietis, & perturbationis præcipua est causa. Magnus hic profecto est error, ac mentis cæcitas, putare cum abundantia, & vbertate fructuum, vitæ annos sibi datos, in quibus frui possit illis: & sicut nati erant de terra fructus, credidit vitæ ét tempus prolongatum: cum tamen non tantum incertum illi esset tempus plurimorum annorum, sed ét illud, quod intererat vsq; ad fructuū congregationē: ad eā. n. non peruenit, vt verū sit, quod paulo ante dictū est à Dño: Non in abundātia cuiusquam vita eius est. Immo ét si vixisset illos plurimos annos, incertū erat, an congregati fructus in eius vtilitatem cessuri essent: plurimi enim ex magnis diuitijs in summam paupertatem inciderunt; vnde recte Paulus 1. Tim. 6. monet: Præcipe, inquit, diuitibus huius sæculi, non sperare in incerto diuitiarum. Vide quam multipliciter cęca sit huius diuitis cogitatio, quod & euentus probauit. Errat etiam diues in hoc: bona enim animæ arbitratur terræ fructus, ac quæ corporis sunt.

ANNOTATIO XXXVII.

Anima quid hoc loco.

ANima nō pro toto homine sumitur, sed pro parte præcipua, in qua residet ratio, & voluntas, à qua sunt ut a fonte & principio oēs humanæ actiones: sicque interpretatur Basil. hom. allegata. Est aūt compellatio hæc familiaris Hebræis. Psal. 42. Quare tristis es aīa mea, & quare conturbas me? & psal. 102. Benedic anima mea Domino. indicat hęc phrasis vehemētiam affectus, quo homo se ipsum excitat ad actum aliquem exhibendum. Animam autem in hoc loco positam esse, nō pro toto homine, vt quidam recentiores arbitrātur, probant verba sequētia, quę his respōdent, scilicet, Hac nocte repetent animam tuam à te, vbi aperte constat animam pro hominis parte sumptam esse: in quo magis diuitis huius cogitatio damnatur, qui aīam ita deditam corpori fecit, vt, quæ huius sunt bona, illi destinet. Est, aūt quædā prosopopeia, vt notat Clemēs Alex. lib. 3. strom. quasi. n. duæ personæ finguntur, cū vna sit, quæ loquitur, & cū qua loquitur.

Lege alter quā Ioseph, hic diues se gessit.

Aduerte hoc in loco, si diues iste reseruasset in tempus futurum fructus, quos sibi, & familiæ sufficere posse arbitrabat, timens probabiliter suo vsui necessarios futuros, non egisset imprudenter, nec id vitio datum illi esset: Ioseph. n. frumentum reseruauit in annos venturos. at iste diues in multis errauit. nam sibi persuasit plus nimio plurimos vitę annos, non aduertēs mortis incertitudinem: rursus superfluos retinebat, nulla pauperibus facta communicatione: præterea in plurimos annos reseruauit sine ulla necessitate probabili vētura: nam agrum habebat frugiferum, & plurimas alias diuitias, quibus sibi subuenire posset, etiam si fructus aliquo tempore deficerent: demum totus erat in temporalium studio, & cupiditate, cęlestium omnino oblitus. Hæc profecto vituperantur, & damnantur digne in eo, quæ omnia verba ipsius, quæ sequuntur, significant, & manifestant.

Requiesce, comede, bibe, epulare.

COMMENTARIA.

AD hæc seipsum Diues exhortatur securus de abūdantia bonorum, & vitæ longitudine: requiesce, inquit, deposita solicitudine, & anxietate acquirendi, comede & bibe, indulgendo corporis gustui; & epulare, gaudendo, & exhilarādo te in solennibus conuiuijs. Nihil nisi terrenum anima diuitis cogitabat, ac cupiebat; idcirco non aliud imperat illi diues, quam voluptates terrenas communes cum bestijs. De hoc, & similibus dictum est à Paulo Philip. 3. Quorum Deus venter est, & gloria in confusionem ipsorum, qui terrena sapiunt. Diues iste vitare voluit auari vanitatem illam, quę scripta est Ecclesiast. 5. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. & hoc ergo vanitas; dum autem hanc fugit, incidit in plurimas maxime noxias, indulgens cibis, ac potibus, similis iumētis effectus.

ANNOTATIO XXXVIII.

Particula, Epulare, qd Græce.

ILlud, epulare, Græce est verbum εὐφραίνω, qđ idē significat, quod delecto, exhilaro, seu oblecto; Vnde quidam vertunt, gaude, oblectare, at vulgatus noster interpretatus est, epulare, quod est quoddam oblectamenti genus. Pulchre autem Basilius in homil. allegata pōderat verba hęc, & præcedētia diuitis, inquit sic: Habes bona in annos plurimos, comede, bibe, gaude. O verba stultissima, ò dementiam singularem! nam si porcinam habuisses animam, quid aliud ipse ēnūciare potuisses? ita ne pecuinus tu, ita bonorum animæ ignarus, eā vt exceptes carnalibus epulis & quæ alui secessus recipit, animæ destines. Si quidem illa virtutem habet, si plena est bonis operibus, si Dei gratiam sibi conciliauit, ac familiariter asciui; tum sāne multa bona habet, tunc lætari poterat bona lætitia. Hæc ille.

Dixit autem illi Deus, Stulte.

COMMENTARIA.

DVM hæc secum cogitat diues, secumq; loquitur, oblitus Dei, Ecce Deus illi loquitur irridens eum, atq; subsannans, inquit: Stulte, id est, imprudens, & insipiens, & vere talis fuit diues hic, qui incerta tamquā certa sibi persuasit; qui nō cogitauit, quæ facile euenire ei poterant, qui nō prospexit, nec consuluit sibi, cum potuisset eleemosynis de vbertate fructuum sibi Deum reconciliare: qui non animaduertit ea, quæ futuri sunt sęculi, quæ in æternum durant, deditus tantum temporalibus; cumq; paulo post abripiendus esset è vita, & ad supplicium adducendus, talia inibat consilia, habes bona in annos plurimos, comede, bibe, qui non nouit non in abūdantia rerum positos esse vitæ annos plurimos, nec, si positi essent, ea omnia nō esse animæ bona: qui demum ob temporalia amisit æterna bona, qđ est summa stultitia: vnico ergo verbo multa Deus illi improperat scelera.

ANNOTATIO XXXIX.

Explicatur latè de diuite hac suā superior à Deo data.

BAsilius hom. allegata totam hanc Dei sententiam contra diuitem, asserit per quandam irrisionem esse dictam: subsannauit enim, & irrisit Deus diuitem talia cogitantem, qui paulo post æterno igni tradendus erat, digno vocabulo cum appellans stultum. verba Basilij sunt hæc: Iam quādo terrena sapis, & Deum habes ventrem, totus quoque caro effectus vitiosis affectibus obsequeris, audi te dignam appellationem, quā tibi nullus hominū, sed ipse Dominus indidit, stulte, hac no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& animam tuam abs te repetent, quæ autem parasti, cuius erunt? Superat æternam pœnam irrisio ista stultitiæ. Hæc ille. Nota, & perpende vltima verba, nempe non solum irrisionem esse hanc, sed eam esse grauiorem supplicio ignis æterni. Significat enim Basilius in damnatis illam confusionem, quę est ex peccato perpetrato, & de stultitia, ac insipientia propria, qua æterna perdiderunt propter temporalia; ac de contemptu, quo eos Deus prosequitur, maius inferre supplicium, quam tormentum ignis æterni. Huius stultitiæ supplicium expressit nobis Spiritus sanctus per Salomonem Sap. 5. quãdo repręsentat damnatos pœnitentiam agentes, & præ angustia Spiritus gemẽtes, & dicentes: Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid cõtulit nobis? trãsierunt omnia illa tamquam vmbra & tãquam nuncius præcurrens, & tamquam nauis, quę pertransit fluctuantem aquam, cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinę illius in fluctibus; aut tamquam auis, quę transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris, sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum, & scindens per vim itineris aerem commotis alijs transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius; aut tamquam sagitta emissa in locum destinatum: diuisus aer continuo in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius, sic & nos nati continuo desiuimus esse, & virtutis quidem nullum signum ualuimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus: talia dixerunt in Inferno hi, qui peccauerunt. Hęc ibi. De hac autem re alibi plura diximus. Sũt autem in hoc diuite non tantum stultitia; sed alia multa vitia cum illa connexa: nã cogitatio eius fuit cęca; vt enim Origenes hom. 6. in Ieremiam dicit, frumentum, & vbertatem fructuum terrenorum arbitratus est absolute bona, nescius, quia vera bona nõ nascuntur ex terra maledicta, sed in cęlestibus regionibus: deinde impia, quia nec Deum bonorum illorum recognouit auctorem ingrata, quia gratias nõ egit, à quo vbertatem agri receperat: superba, quia Deum non est deprecatus, vt conseruaret, ac perficeret fructus, quos nondum collegerat: irrationabilis, quia æternorum nullam habuit rationem: sed solis terrenis erat intẽtus: inhumana, quia pauperum, ac miserorum nulla tactus est compassione: infidelis, quia sibi omnia vsurpauit, quę in dispẽsationem acceperat: vilis, & abiecta, quia cibis, & potibus totus erat deditus: vana, quia sibi promisit, quę in suã non erant potestate.

Hac nocte repetunt animam tuam à te.

COMMENTARIA.

OStendit Dominus, & improperat diuiti stultitiam ipsius, hac, inquit, nocte repetent animam tuam à te, quasi diceret, uide stultitiam, & insipientiam tuã, tu tibi plurimos annos uitæ promittis, at ecce usque ad diem crastinum non peruenies: nam hac eadem nocte, repetunt animam tuam à te. Non dicitur, morieris, sed repetent animam à te; tum quasi ab inuito, & reluctante, tum etiam non casu, sed iudicio, ut omnium, quæ gessisti rationem reddas: hæc enim duo uerbum id indicat. Præterea dicitur in præsenti, repetunt, ut imminentem significet mortem. Dicitur etiã in plurali numero, ut ministerium Angelorum ostendat; qui sunt uelut Dei exactores in hominum iudicio. Si igitur (hac nocte) anima repetenda dicitur, sequitur diuitem hunc noctu cogitasse ea, quę dicta sunt, quod est propriũ diuitum auarorũ, qui noctes insomnes ducunt in ijs cogitandis, quæ diu tractant, nullamq; temporis partem Deo, animæque saluti concedunt.

ANNOTATIO XI.

Cur anima diuitis nocte repetatur.

ORigenes hom. 27. in Numer. spiritualem causam adfert, cur nocte repetatur anima diuitis huius. In nocte, inquit, perimitur, sicut & primogenita Aegyptiorum, tanquam qui dilexerit mundum, & tenebras eius, & particeps fuerit Rectorũ mundi huius tenebrarum harum. Hęc ille. Ambrosius lib. de bono mortis ponderat verbum illud, repetent, inquit: repetitur anima, non interimitur; quod repetitur, manet; quod interimitur, non manet. Quę

Quæ autem parasti, cuius erunt?

COMMENTARIVS.

PRosequitur Deus stultitiam diuitis improperare, ac subsãnare, vanitatem cogitationis illius manifestans: Quæ parasti, inquit, cuius erunt? tu tibi in plurimos annos parasti, a te abrepto nocte hac, non tibi cedent bona, immo nescis cuius erunt, an hæredis, an extranei, an amici, an inimici: tu arbitratus es tibi recondere, & ignoras, an uentura sint in manus eorũ, à quibus tu maxime abhorres: perpẽde quã stultus fueris.

ANNOTATIO XLI.

CLemens Alex. li 4. strom. at. legit: Quæ autem ei, scilicet animæ, parasti. idem est sensus; sed illud relatiuum, ei, decorem & energiam adfert orationi. Quod ad rẽ spectat comperimus impletum esse in hoc diuite, quod dictum est Psal. 38. Thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea; quod scriptum est Ecclesiast. 2. Peccatori dedit afflictionem, vt addat, & congreget, vt tradat ei, qui placuit Deo: sed & hoc vanitas, & cassa solicitudo mentis. Sæpe etiam, quæ diues congregauit sibi, effecit Deus, vt veniãt in manus eorum, qui distribuãt in pauperes, iuxta illud Prouerb. 28. Qui cõaceruat diuitias usuris, & fœnore, liberali in pauperes congregat eas.

Diuinæ misericordiæ magnitudo, ergà hunc diuitem

Sunt autẽ hoc in loco duo maxime notanda. Vnum est diuinæ misericordiæ magnitudo: dum enim diuitem iuuat, & minatur, & iudicium indicat, pœnitendi tempus concedit, & ad eam faciendam commouet: potuisset enim Deus animam diuitis, nullo verbo facto, repetere, & in media ipsius vana, & impia cogitatione abripere, at non sic fecit, ne tempus pœnitentiæ adhuc denegaret, sed imminentem indicat mortem, stultitiam improperat, iudicium minatur, vt hoc medio tempore compert, stultitia, & timore ille compulsus, ad Deũ conuertatur, conteratur, & saluetur; quod cum ille non fecit, maius quidem iudiciũ sibi conciliauit: tamen diuina Dei misericordia, quæ ex parte sua sunt, facientis ostenditur, quæ etiam in flagellando, & cõdemnando non defuit. Alterum est, quantum homines huius sæculi decipiantur; quis non existimasset diuitem illum beatum, quando diuitijs congregatis adhuc fructus agri vberes accesserunt? quis non iudicasset magnum id Dei beneficiũ, & donum? fuit quidẽ, sed quo ille abusus in supplicium incidit æternum, quod ille nõ cognoscens perdidit omnia, infelicissimusq; est effectus. Quanto illi vtilius fuisset forsan, si ager nullos illi attulisset fructus, si, quæ habebat cõgregata, periissent; forsan ad mentem redisset afflictione percussus, non saltem in talem incidisset cogitationem, propter quã anima eius ab eo nocte illa repetita est. Discamus non esse minus Dei beneficium, aduersitatem, quam prosperitatem; gratias agamus ipsi, cum corripimur; cum pro votis non succedunt tẽporalia: quis scit, si successissent, quales euaderemus? Discant etiam, quibus prospera succedunt, timere; ne si in stultitiam labantur, simili abripiantur iudicio. Multa de hoc argumento legimus apud scripturas, & Patres, quæ passim habentur: satis sit ea hoc in loco notasse, ut exemplum huius diuitis ea manifestat.

Sic est, qui sibi thesaurizat: & non est in Deum dives.

COMMENTARIA.

ACcommodat similitudinem, sic est, inquit, id est, similis est huic diuiti, similiaque euenient ei, omnis is, qui sibi thesaurizat, & non est diues in Deum, id est, qui solis diuitijs temporalibus acquirendis est occupatus, ijs, quæ in Deum diuitiæ sunt, postpositis, qualia sunt opera virtutum: hęc enim sunt diuitiæ in Deum; quia per eas in ipsum tendimus, cum quodammodo lucramur, & nobis acquirimus vitam æternam, per quam ipso fruimur, eam apprehendentes. Hoc declarat, & præcipit Paulus 1. Tim. 6. Præcipe inquit, diuitibus huius sęculi non alta sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo bene agere, & diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, thesaurizare sibi fundamẽtũ bonorũ in futurum, ut apprehẽdant uitam æternã. Hæc Paulus. Alta sapere, sperare in

Universidad de Deusto
Biblioteca

incerto diuitiarũ ad id pertinet, quod est thesaurizare sibi; at sperare in Deo diuites fieri in bonis operibus, & reliqua, id est, ditescere in Deum. Quod dicitur diues in Deum, Græce est participium, Ditescens, quod indesinentem motum significat, quia continuo bonis operibus vacare debemus. Vides ergo quo modo similitudo conueniat propositæ illi sententiæ, cauendũ ab auaritia, & à studio plus habendi, & non in abundantia rerum positam esse vitam hominis.

ANNOTATIO XLII.

Sufficit superioris uberior explicatio.

Græce sunt participia sine verbo, ac si Latinè diceremus: Sic thesaurizans sibi, & non ditescens in Deum. Interpres aũt noster obseruauit sensum potius quã verba. Quod autem ad rem attiner, ambiguum est, an posterior pars huius sententiæ sit limitatio, an potius sequela prioris: hæc enim inter se differunt; si.n. limitatio est, tunc efficitur iste sensus sic est, qui sibi thesaurizat, nõ quidem ois, sed qui sic thesaurizat, vt non ditescat simul apud Deũ, qui cum diuitiarum studio, bonis etiam virtutum operibus non incũbit; iuxta quẽ sensum non reprobatur absolute sibi thesaurizare, sed limitate, quando homo simul desinit bene agere. Quidam recentiores hũc sensum amplectuntur. Si vero sit sequela, is sensus erit: sic est, qui sibi thesaurizat, qui eo ipso non ditescit in Deum; sicut diximus, qui deliciis carnalibus est deditus, & non studet abstinentiæ, nõ placet Deo, non quod limitetur prior pars, nam non datur, qui deliciis carnalibus sit deditus, & abstinentiæ, ac continentiæ studeat, sed quod declaretur, quasi sequatur ex priori posterius. sic dicimus, qui seruit Mãmonę, & non Deo. Et est phrasis etiam scripturę familiaris. Deut. 32. Seruierũt Dæmoniis, & non Deo. Psal. 106. Errare fecit in inuio, & non in via. sic etiam dictum est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deũ diues, quasi is, qui sibi thesaurizat, non sit in Deum diues iuxta quem sensum absolute reprobatur sibi thesaurizare; & in hunc sensum interpretantur sententiam istam Titus Bostrenus, Euthymius, & Beda, & eis adhæsimus in commentario, mori autem fumus ad id affirmandum eã ratione, quia in aliis locis Euangelij absolute Dominus dissuadet thesaurizare. Matth. 5. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra; quod igitur nunc prohibet apud Matthæũ, apud Lucam hisce verbis damnat, cum dicitur, qui sibi thesaurizat, esse similem huic diuiti, & qui sic thesaurizat nõ ditescere apud Deum.

Thesaurizare quid sit hoc loco.

Quid autem sit hoc thesaurizare, explicatur à Paulo 1. Tim. 6. Qui volũt, inquit, diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli; ij autem sunt, qui non aliud intendunt, quam diuitias acquirere, & accumulare, id sibi tamquam finem proponentes; quos Dauid Psal. 61. expressit, Diuitiæ, inquit, si affluant, nolite cor apponere. qui ergo cor apponunt, totumque affectum in eo collocant, vt diuites sint, nullamque rationem habent iustitiæ, & honesti, dummodo congregent: ij thesaurizare sibi nunc dicũtur, & tales nõ sunt diuites secundũ Deũ. Hoc idem Dominus Matth. 6. aliis significauit verbis. Non potestis, inquit, Deo seruire, & Mammonæ. thesaurizare igitur sibi, est idem, quod seruire Mammonæ, & non posse simul seruire Deo, & non ditescere in Deum, idem sunt. nõ igitur damnantur diuitiæ, nec tenentur diuites diuitias abiicere, sed non apponere cor in eis, nec sibi eas tãquam finem proponere præcipuũ, eis seruiendo. Vnde Paul. 1. Tim. 6. Præcipe, inquit, diuitibus, non alta sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, & cætera; non autem dixit, vt diuitias expellant, eisque se priuent. qui igitur congregat diuitias in vsus suorum, ac familiæ, & filiorum, prouideque cõseruat, vt temporibus suis distribuat pro emergentium necessitate, & ratione honesta, non sic thesaurizat, vt diues secundum Deum esse non possit; & in hac significatione accepit Paul. 2. Corint. 12. verbum thesaurizãdi, quando protulit Patres debere thesaurizare filiis; non autem in eo sensu nunc à Domino accipitur, quod optime explicuit, seu potius insinuauit: non enim absolute protulit, thesaurizare, sed thesaurizare sibi, quasi diceret, qui in thesauro congregando nõ aliud respiciunt, quam seipsos, suamque propriam vtilitatem. non aliorum, non pauperum, non iustitiæ, & honestatis; talis thesaurizandi ratio prohibetur nunc à Domino.

AN-

ANNOTATIO XLIII.

Quid sit esse diuitem in Deum.

Est adhuc difficultas in eadem sentẽtia, quid sit diuitem esse in Deum. Titus Bostre. idem esse in Deum interpretatur, quod ẽn Deum. Euthym. vero interpretatur, apud Deum, in eodem tamen sensu, vt is sit dines secũdum, seu apud Deum, qui bonis operibus incumbit. Mihi autem vt Paul. 1. Tim. 6. hoc explicuisse: Præcipe, inquit, diuitibus huius sæculi, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, &c. diuites ergo fieri in bonis operibus, est ditescere in Deum. Cur autem dicatur is, qui bonis operibus incumbit, ditescere in Deum, recentiores quidam putant, idem esse in Deum, quod in Deo, vt præpositio Græca εἰς loco ἐν, quia virtute Dei bona opera fiunt. Titus, & Eutymius (in) loco (apud, aut secundum) poni putãt, vt diximus, quia qui bene operatur diuitias spirituales habet, quæ diuitiæ veræ sunt, & à Deo tales reputãtur: at quia prę positio illa Græca, quasi motum quendã in alium indicat, existimo, per bona opera dici hominem ditescere in Deum, quia per ea tendit in Deum, & in vitam æternam, in qua fruimur ipso, quod vt Paulus insinuasse 1. Tim. 6. vt in comment. diximus; nã de diuitibus loquens, vt supra retulimus, & explicans diuitias has, inquit: Diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonorum in futurum, in vitã æternam, hoc est, ditescere in Deum. Quidam recentiores interpretantur de eleemosina, vt is sit diues in Deum, qui eleemosinas dat, & distribuit in pauperes: quæ.n. in eos erogantur, in Deum erogata dicuntur, iuxta illud Prou. 19. Fœneratur Deo, qui miseretur pauperi; qua phrasi vsus videtur Paul. Rom. 10. Deus, inquit, dines in omnes, id est, largus in omnes. Huic interpretationi obstat, nihil agi in præsenti de eleemosina, sed generaliter de incumbendo studio in omni bono opere: sermo enim est de diuite, qui totus erat in diuitiis sæculi, omni cura, & studio eorum, quę secundum Deum sunt, postposito: obstat etiam, quia hæc sententię pars est, & sequela prioris; qui autem sibi thesaurizat, non tantum non erogat eleemosynas, sed nec aliis bonis, incũbit. Accõmodatior ergo est expositio prior, quæ in cõment. posita est.

Dixitq; ad Discipulos suos.

COMMENTARIA.

Svperiora nõ ad solos Discipulos, sed etiã ad turbas locutus est: omnibus enim cõueniebat cauere ab auaritia, & exemplo diuitis illius discere non thesaurizare sibi, sed ditescere in Deum; at quæ nunc seruanda proponit non omnibus sunt communia, sed Discipulis, eorumq; imitatoribus, idcirco ad eos se conuertit, documenta ipsis maxime conuenientia daturus. Qua autem ratione hæc Discipulis, non autem omnibus accommodata sint, in sequentis sententiæ explicatione manifestatur.

Ideo dico vobis: Nolite soliciti esse animæ vestræ, quid manducetis, neq; corpori vestro, quid induamini.

COMMENTARIA.

Documentum hoc est, ne habeatis solicitudinẽ vllam victus, & vestitus vestri, quibus in posterũ vsuri estis, etiã si vobis necessarij sint: volo vos adeo rerum temporalium nulla anxietate, & solicitudine detineri, vt etiam necessariorum solicitudinẽ deponatis; nolite ergo soliciti esse animę vestræ, quid manducetis, nec corpori, quid induamini. Cum Discipuli omnia, quæ habuerant, reliquissent, & in posterum se omnium rerum possessione abdicassent, expositi erãt periculo solicitudinis eorum, quibus indigebant, magis, quã ij, qui res suas nõ abiecerãt, sed potius abundabãt, idcirco ad eos maxime hunc profert sermonem. Præterea ẽt, quia studio pdicandi Euãgelium, ac conuertẽdi ad fidẽ, ac Christi sequelam totum mundum intendere debebant, idcirco omni ex parte hãc temporalium solicitudinem eos abiicere à se vult, ne mentes eorum ea occupatæ, ac retentæ, minus vacent numeri tali, quam oportet. Hoc autem documentum ex antecedẽtibus infert;

inquit

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit enim: Ideo dico vobis, quasi diceret, videtis malum, quod in diuite isto, cuius similitudinem proposui, solicitudo temporalium operata sit: sibi enim thesaurizauit, & in annos pluri mos fructus reseruauit, & dum diui tiarũ studio incumbit, diuitiis in Deũ se priuauit, ob quę in damnationis iudicium incidit, ideo dico vobis, vt in alterum extremum vos conuertatis, vt nec necessariorum ad victum, & vestitum solicitudinem vllam in posterum habeatis. Attende verba: Nolite, inquit, soliciti esse animæ vestræ, id est, pro anima vestra, quid manducetis, non quod anima indigeat cibo secundum se, sed quod in corpore sine cibo permanere non valeat. Cætera in annotatione require.

ANNOTATIO XLIV.

Sensus superioris sententiæ explicatur.

TRia sunt in superiori sententia pro eius perfecta explicatione inuestiganda, nimirum, sensus, cum prioribus connexio, & quorundam verborum explicatio. Quo ad primum attinet Basilius reg. breu. respon. 207 hunc locum enarrans dicit, non debere hominem solicitum esse de necessariis, nec laborare pro se, & hoc est, quod nunc præcipitur; licere tamen solicitum esse pro aliis, scilicet infirmis, & pauperibus. idemque docet respon. 272. Hoc tamen, vt paulo inferius dicemus, non ita est, nec prohibitio cõsistit in eo, quod pro se, aut pro aliis solicitudo vetita sit, sed in ipsa solicitudine, quæ nec pro se, nec pro aliis suscipi debet. vt igitur hoc manifestemus, aduertendum est, solicitudinem esse, quandam animi anxietatem de alicuius euentu rei, quæ procedit ex dubio, & incertitudine talis euentus; vnde solicitus dicitur de cibo, & vestimento, qui animi angore premitur, quia incertus est, ac dubius, an cibus, & vestimentum erunt. Solet ista solicitudo inducere homines in studium vehemens inquirendi rem, pro qua soliciti sunt; aut cauendi, & remouendi, si forte quod euenturum est, nolient: solet etiam animum turbare; & detinere, ne aliis rebus attente vacet. Multum autem differt hæc solicitudo à cura, & prouidentia: nam hæc consulit futuro absque animi perturbatione, & anxietate, illa vero non sic. Hoc supposito attende non prohiberi per hanc sententiam Domini curam, & prouidentiam cibi, potus, & vestimenti: si enim id esset, non laborasset Paulus manibus suis, vt haberet, vnde cibum, & vestitum sibi, & suis compararet; nec ipse Christus admisisset loculos, in quibus pecunia reseruaretur in vsus necessarios; sed prohibet Dominus animi perturbationem, & anxietatem, quæ nascitur ex dubietate, & incertitudine: nulit enim suos non dubitare, sed fiduciam in eo habere, non defuturum in ijs, quæ illis necessaria erunt. Hoc notauit docte Hieronymus Matth. 6. explicans hanc Domini sententiam: inquit enim: A cura non penitus liberamur, sed præcipitur, ne soliciti simus; labori exercendus, quia in sudore vultus tui vescetis pane tuo, solicitudo tollenda. Hæc ille. Vnde recte Augustinus lib. de opere Monachorum. cap. 1. & 2. repellit illos, qui propter hanc Domini sententiam asserebant Monachos ab operibus corporalibus, quibus victus, & vestitus comparatur, a itinere debere, contra illud Pauli 2. Thessal. 3. qui non vult operari, non manducet; non igitur his Domini verbis negatur opus, & labor, sed solicitudo victus, & vestitus; immo non prohibetur, vt affectemur cibus in posterum, vt notat Augustinus libro contra Adiman. cap. 24. vbi refert Manichęos ex hoc deduxisse, veteri testamento nouum esse contrarium, in quo valde decepti sunt. lege Augustinum. Ad hanc solicitudinem deponendam Petrus, ac Paulus exhortantur fideles in Christo: nam 1. Pet. 5. Omnem, inquit, solicitudinem proicientes in ipsum, quoniam ipsi est cura de vobis. & Philip. 4. Nihil soliciti sitis, & 1. Corinth. 7. Volo autem vos sine solicitudine esse. Est autem duplex solicitudo: Vna quæ ita tenet hominis animum, vt prætermittat ea, quæ facere tenetur, aut committat illa, à quibus oportet abstinere, vt prouideat iis, pro quibus solicitus est; talis fuit solicitudo diuitis istius, cuius similitudo proposita est: nam ita intentus fuit, & anxius, ac solicitus, vt in plurimos annos sibi prouidens, negligeret pauperibus distribuere, quę tenebatur; nec fideret Deo, nec ipsius recordaretur, nec curaret bonis operibus vacare: hæc solicitudo est præcepto omnibus fidelibus prohibita, de qua Petrus, & Paulus citatis locis sermonem habent. Altera est, quę, etiam si non prætermittat quæ facienda sunt ex præcepto, nec admittat ea, quæ prohibita sunt, tamen detinet mentem, vt non ita perfecte vacet operibus spiritualibus, & aliqua etiam prætermittat bona, quæ, etiamsi non sint præcepta, sunt tamen vere bonæ, & ad perfectionem conducunt. Hæc aũt solicitudo non prohibetur præcepto, sed consilio, quippe solicitudinis huius abiectio ex maiori charitate, & fiducia erga Deum procedit, & ad perfectiorem virtutum statum conducit. Existimo vtramque Christum Discipulis commendare, qui ad statum perfectissimum vocati erant, & ad summam perfectionem euehendi; ideo vult eos omnem deponere solicitudinem erga temporalia, & necessaria. Deo fidentes, quem charitate perfectissima prosequi debebant: quo autem quisque magis diligit quempiam; eo magis ei fidit, & ab eo, quæ opus habet, speratq; eo maxime, quod reliquerant omnia, quibus idcirco conueniens erat, vt relinquerent etiam omnium temporalium solicitudinem: illa enim diuisio referebatur ad præterita, quæ habuerant; depositio vero solicitudinis ad futura, quæ non habebant, sicque fit completa omnium diuisio propter Christum. Adde etiam, tanto maiorem charitatem se Christum erga suos demonstrasse, quãto magis eos solicitudinẽ oẽm deponere noluit. Atq; hęc est causa, cur hoc documentũ nõ ad turbas, sed ad suos Discipulos conuersus pronũciauit. Notat autẽ Hieronymus, licet in cibo corporali solicitudo esse non debeat, in spirituali vero soliciti esse debemus: nam solicitudo hæc inducit nos ad cibos spirituales quærendos, ac conseruandos, quod optimum est: vnde Philip. 2. dicitur: qui sincera affectione pro nobis solicitus sit. Paulus etiã solicitus erat pro Ecclesiarum salute, vt ipse testatur. 2. Corinth. 11.

nam hæc consulit futuro absque animi perturbatione, & anxietate, illa vero non sic. Hoc supposito attende non prohiberi per hanc sententiam Domini curam, & prouidentiam cibi, potus, & vestimenti: si enim id esset, non laborasset Paulus manibus suis, vt haberet, vnde cibum, & vestitum sibi, & suis compararet; nec ipse Christus admisisset loculos, in quibus pecunia reseruaretur in vsus necessarios; sed prohibet Dominus animi perturbationem, & anxietatem, quæ nascitur ex dubietate, & incertitudine: nulit enim suos non dubitare, sed fiduciam in eo habere, non defuturum in ijs, quæ illis necessaria erunt. Hoc notauit docte Hieronymus Matth. 6. explicans hanc Domini sententiam: inquit enim: A cura non penitus liberamur, sed præcipitur, ne soliciti simus; labori exercendus, quia in sudore vultus tui vescetis pane tuo, solicitudo tollenda. Hæc ille. Vnde recte Augustinus lib. de opere Monachorum. cap. 1. & 2. repellit illos, qui propter hanc Domini sententiam asserebant Monachos ab operibus corporalibus, quibus victus, & vestitus comparatur, a itinere debere, contra illud Pauli 2. Thessal. 3. qui non vult operari, non manducet; non igitur his Domini verbis negatur opus, & labor, sed solicitudo victus, & vestitus; immo non prohibetur, vt affectemur cibus in posterum, vt notat Augustinus libro contra Adiman. cap. 24. vbi refert Manichęos ex hoc deduxisse, veteri testamento nouum esse contrarium, in quo valde decepti sunt. lege Augustinum. Ad hanc solicitudinem deponendam Petrus, ac Paulus exhortantur fideles in Christo: nam 1. Pet. 5. Omnem, inquit, solicitudinem proicientes in ipsum, quoniam ipsi est cura de vobis. & Philip. 4. Nihil soliciti sitis, & 1. Corinth. 7. Volo autem vos sine solicitudine esse. Est autem duplex solicitudo: Vna quæ ita tenet hominis animum, vt prætermittat ea, quæ facere tenetur, aut committat illa, à quibus oportet abstinere, vt prouideat iis, pro quibus solicitus est; talis fuit solicitudo diuitis istius, cuius similitudo proposita est: nam ita intentus fuit, & anxius, ac solicitus, vt in plurimos annos sibi prouidens, negligeret pauperibus distribuere, quę tenebatur; nec fideret Deo, nec ipsius recordaretur, nec curaret bonis operibus vacare: hæc solicitudo est præcepto omnibus fidelibus prohibita, de qua Petrus, & Paulus citatis locis sermonem habent. Altera est, quę, etiam si non prætermittat quæ facienda sunt ex præcepto, nec admittat ea, quæ prohibita sunt, tamen detinet mentem, vt non ita perfecte vacet operibus spiritualibus, & aliqua etiam prætermittat bona, quæ, etiamsi non sint præcepta, sunt tamen vere bonæ, & ad perfectionem conducunt. Hæc aũt solicitudo non prohibetur præcepto, sed consilio, quippe solicitudinis huius abiectio ex maiori charitate, & fiducia erga Deum procedit, & ad perfectiorem virtutum statum conducit. Existimo vtramque Christum Discipulis commendare, qui ad statum perfectissimum vocati erant, & ad summam perfectionem euehendi; ideo vult eos omnem deponere solicitudinem erga temporalia, & necessaria. Deo fidentes, quem charitate perfectissima prosequi debebant: quo autem quisque magis diligit quempiam; eo magis ei fidit, & ab eo, quæ opus habet, speratq; eo maxime, quod reliquerant omnia, quibus idcirco conueniens erat, vt relinquerent etiam omnium temporalium solicitudinem: illa enim diuisio referebatur ad præterita, quæ habuerant; depositio vero solicitudinis ad futura, quæ non habebant, sicque fit completa omnium diuisio propter Christum. Adde etiam, tanto maiorem charitatem se Christum erga suos demonstrasse, quãto magis eos solicitudinẽ oẽm deponere noluit. Atq; hęc est causa, cur hoc documentũ nõ ad turbas, sed ad suos Discipulos conuersus pronũciauit. Notat autẽ Hieronymus, licet in cibo corporali solicitudo esse non debeat, in spirituali vero soliciti esse debemus: nam solicitudo hæc inducit nos ad cibos spirituales quærendos, ac conseruandos, quod optimum est: vnde Philip. 2. dicitur: qui sincera affectione pro nobis solicitus sit. Paulus etiã solicitus erat pro Ecclesiarum salute, vt ipse testatur. 2. Corinth. 11.

ANNOTATIO XLV.

Cõnexio horũ ver horũ Xpi cũ præcedẽtib⁹

SEcundo loco notanda est connexio huius sententiæ cum præcedentibus: nam particula (ideo) quãdam illationẽ ex prioribus indicat. Aduertendum est autẽ hanc eandem sententiam haberi apud Matthęũ cum eadem particula, quamuis alio tempore, & alia occasione à Christo prolatam. Chrysostomus autem hom. 22. in Matth. eam, quæ apud illum legitur, sic cõnectit, dicens: Postquam dixit: Non potestis seruire Deo, & Mammonæ, intulit, propterea dico vobis. Nolite soliciti esse: per quod ostendit inestimabile detrimentum: nõ solam noxam in pecuniis, verum etiam plagam in rebus, & quidem in principibus sentietis, ac propriæ etiam submersionem salutis: siquidem vos excludunt à Deo, qui vos creauit, tuetur ac diligit; propterea dico vobis nolite soliciti esse: quia enim inestimabilem noxam esse monstrauit, deinde præceptum quoque ipsum intulit: neq. enim tantummodo ea, quę parata sunt, abiici iubet, verum ne super necessario quidem cibo esse solicitos. Hæc ille, cuius mentem breuissime sic explicare possimus: quia Dominus dixerat, non potestis seruire Deo, & mammonæ, idcirco intulit, nolite soliciti esse, quasi diceret: solicitudo enim hæc ad Mammonam pertinet; ideo abstinendũ est ab ea, si vultis seruire Deo. Sic connectit Chrysostomus, eandemque connexionem possumus accõmodare præsenti sententiæ: vti enim diximus paulo superius, quod nunc dicitur, nẽpe qui sibi congregat, & non est diues secundum Deum, eundem habet sensum cum illo, non potestis seruire Deo, & Mammonæ; inde ergo infert; ideo nolite soliciti esse. At vero quia Discipulis non tantum prohibetur solicitudo, quæ ex præcepto ab omnibus fugienda est, sed etiam quæ de consilio, & perfectione. possimus connexioni Chrysostomi hoc adiungere, hanc illationem facta ex tota etiam similitudine, & exemplo diuitis, qui præ solicitudine sibi longã vitam promisit, nec diues fuit secundum Deum, inferrq; Dominus non debere esse solicitos, quasi exhortans Discipulos, vt in alterum extremum se conuertant, ueluti, si diceret: Vidistis solicitudinem diuitis, & quanta mala ei attulit, eumque diuitiis in Deum priuauit, ideo dico uobis, ut in extremum alterum conuertamini, ut ab omni solicitudine caueatis, etiam necessariorum, sicque & præceptum, & consiliũ hęc sententia complectitur: atque hæc est accõmodata connexio.

AN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animalora pro quo sumatur.

ANNOTATIO XLVI.

TErtio loco, quod ad verba spectat, quidam hoc in loco animam censent pro vita positam, quæ significatio frequēs est in Scripturā; quibus fauere videtur, quod dicitur, nolite soliciti esse animę, quid mā ducetis; anima autem non manducat. at vero Chrysost. homil. 22. in Matth. affirmat animam accipi pro altera parte hominis a corpore distincta, & reuera ita est, sequētia enim verba id satis explicant: nam addit, nec corpori q̄d induamini, vbi anima corpori confertur, & rursus adiungitur: Non ne anima plus est, quā esca, & corpus quā vestimentum? quibus in locis certum est non pro uita, sed pro altera parte hominis intelligi debere: atque hæc est causa, vt dicit Chrysostomus, cur non dixerit Dominus, nolite soliciti esse, quid manducetis, nec quid induamini, sed distinxit animam, & corpus, quod ea de causa factum est, quia argumenta, quibus ad id persuadendum vsurus erat, sumebantur ab ipsa anima, & ab ipso corpore. Nec obstat, quod oppositum est de cibo: vt enim recte Chrysostomus dicit, anima absolute non vtitur cibo per se, tamen vt in corpore permaneat, necessarius est cibus, ideo cibus tribuitur ipsi; vestimētum autem propriū est corpori, & non necessarius animę, sicut est cibus; ideo nō adscribit vestimētū aīæ, sed corpori. Vltimo notandū est, non dici, Ne soliciti sitis, sed nolite soliciti esse, vt explicet se prohibere eam solicitudinem, quam homo libere, & ex proprio arbitrio sibi assumit: hāc enim Dominus vult suos discipulos à se abiicere; vt maior inde in Deo sit fiducia.

Anima plus est, quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum.

COMMENTARIA.

MVltis argumentis probat Dominus non debere esse Discipulos solicitos de esca, nec de vestimētis, sed solicitudinem deponendam esse, & abijciendam in Deum. Primum argumentum superior sententia continet, sensus est, anima multo pluris est, id est preciosior, quam esca; & corpus, quam vestimentum; qui igitur sine vestra solicitudine dedit vobis, quod inius est, nempe animam, & corpus, dabit etiam quod minus est, escam scilicet, & vestimentum. Ipsius ergo curæ est præstare vtrumque, non autem vestrę solicitudinis.

ANNOTATIO XLVII.

CHrysost. hom. 22. in Matth. Hieronym. Matt. 6. & Augustinus lib. 2. quæst. Euāgel. cap. 24. interpretantur superiorem sententiam sic. Qui dedit maiora, scu quod pluris est, animā scilicet, & corpus sine solicitudine nostra dabit & minora, escam nempe, & uestimentum.

Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos: quāto magis uos pluris estis illis?

COMMENTARIA.

ALterum argumentum hoc est, à prouidentia diuina, qua pascit Deus coruos, qui cum sint voracissimi, nec habeant cellarium, id est, prōpruarium, in quo esculenta, & poculēta reponi solent: nec horreum, in quo fructus terræ reconduntur, & asseruātur. Deus tamen pascit eos, & tribuit necessaria ad vitam; cum igitur hi multo inferiores sint hominibus, maxime quę ijs, qui Christum sequuntur, cōsequit profecto, quod multo magis hos pascet, nam si de minimis tantam habet curam Deus, habebit profecto de magnis.

ANNOTATIO XLVIII.

AMbrosius loco illius (coruos) legit, uolatilia. quā uoce usus est Matthæus. At vero exēplaria Latina, & Græca habent coruos. Vnde mendum est, quod in quibusdam legitur, ceruos. Quod autem ad rē attinet, interrogabit forsan quispiam, cur magis coruorum, quam multorum aliorū volatilium mentio facta est? Respondeo, id ob nonnullas causas conuenientissime esse factum.

Prima est, quia auis hęc est voracissima, quæ qualitas efficacius reddit argumentum

Cur coruorum fiat mentio.

tum ad comprobandam Dei prouidentiā, qui etiam voracissimas aues pascit sine vlla earum solicitudine. Talem autem esse coruum testatur Aristoteles, cuius testimonium paulo post recitabimus. Hoc etiam affirmat Basil. hom. in diuites auaros, vbi hoc ipso magnificat Dei prouidētiā, quod per coruos pauit Eliā, cum hi sint rapacissimi, & voracissimi; qui cum alienas soleant escas inuadere, naturæ obliti seruo Dei ministrarunt.

Altera est, quia in coruo, mirabili quadam, & peculiari ratione, diuina hæc prouidentia pascendi manifestatur: scribit. n. Aristoteles lib. 6. de historia animalium sic de coruis: Corui, inquit, cum sint voracissimi, in regionibus paulo angustioribus, & vbi satis cibi pluribus non sit, duo tantum morantur, & pullos suos, vbi primum volare possunt, nido exeludūt, mox etiam tota regione. Hæc ille. Hinc deducitur magnitudo diuinæ prouidentiæ erga coruos, quod expulsos à patria, & in alienam repulsos regionem pascit, nec perire fame prętermittit; hanc prouidentiam commēdat Iob ca. 38. dicens. Quis prępparat coruo escam suā, quando pulli eius clamant ad Deum vagātes, eo quod non habeant cibos? Hoc idem magnificauit Dauid psal. 146. Qui dat, inquit, iumētis escam ipsorum, & pullis corvorum inuocantibus eum.

Tertia est, quia corui vtūtur multiplici genere escarum: nam vescuntur carnibus, fructibus arborum, seminibus, vermibus, & aliis multis, in quo relucet prouidētia diuina, quæ tribuit illis multiplices cibos. Hoc Dominus insinuat, cum dicit, non habent cellarium, neq; horreū, hoc. n. ad semina & fructus terræ pertinet, illud ad carnes, & alia huiusmodi.

Quarta est, ut dum coruorum fit mētio, reducat in memoriam Discipulorū prouidentiam illam Dei, qua seruū suum Eliam tempore famis, sine vlla eius opera, & solicitudine pauit, & quidem laute, & abundanter per coruos, qui singulis diebus panem, & carnem semel in die ad prandium, & semel in nocte ad cænam detulerunt, vt scriptum est 4. Reg. 17. quasi hoc exemplo coruorum, diceret: Recordamini, qualiter Eliam paui per coruos, & confidite me daturum etiam vobis necessaria ad victum. His de causis existimo Dominum à coruis argumentum sumpsisse, ad confirmandam suam diuinam prouidentiam. Pulchre autem vnum dicit Ambrosius, diuinam prouidentiam erga volatilia ponderans: Si volatilibus, inquit, cœli, quibus nullum exercitium cultionis, nullus de messium fœcū ditatę prouentus est, indeficientem tamen prouidētia diuina largitur alimoniam, verum est causam inopiæ nostræ auaritiam uideri. etenim illis ideirco inelaborati pabuli vsus exuberat, quod sibi fructus communes ad escam datos, speciali quodam nescium uēdicare dominatu. nos communia amissimus cum propria uendicamus: nam nec proprium quicquam est, ubi perpetuū nihil est; nec certa copia, ubi incertus euētus, cur diuitias tuas æstimes, cū tibi Deus etiā victū cū cæteris aīalibus voluerit esse communem? Aues cęli speciale sibi nihil uendicāt: & ideo pabulis indigere nesciūt, quia norunt aliis inuidere. Hæc ille. Notat autem unum Chrysostomus homil. 22. in Matth. nimirum Dominum non proposuisse exempla Moysis, Eliæ, Ioannis, cæterorumque, qui sine solicitudine cibi fuerunt, ne dicerent Discipuli: Nos nō sumus his similes, sed inferiores. Sumit ergo exēplum à coruis, & uolatilibus, ut omnem prætextum auferat: si igitur illorum, quæ propter hominem creauit Deus, quæq; eo sunt inferiora, tātam gerit curam, multo magis geret hominis, ac Discipulorū suorum. Notat etiam, dum dicitur, (non seminant, nec metunt) non prohiberi omnibus has actiones, & opera, sed uetari solicitudinem, & anxietatem animi, uti dictum est. Ego autem hoc uerum puto, si pręceptum consideremus; at uero quæ consilii erant, & Discipulis peculiaria, nunc docēs etiam hæc Discipulis dissuadet.

Quis autem vestrum cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris soliciti estis?

COMMENTARIA.

TErtium argumentum est hoc: sumitur autem à vanitate, & inefficacia solicitudinis humanæ; sensus, & efficacia argumenti hæc est, nemo sua

solicita

Universidad de Deusto
Biblioteca

solicita cogitatione augere potest corpus suum, nec staturæ propriæ addere cubitum unum; si ergo hoc, quod est minimum opus Dei, sua solicitudine homo non potest efficere, frustra anxius, & solicitus est de maioribus Dei operibus; cum nec hæc efficere valeat: qui enim minus non potuit, profecto nec maius, & difficilius efficere valebit. Relinquendum igitur est hoc ipsi Deo, qui fecit illud, nempe qui corpus auxit, ipse enim escam præbebit, quod maius est. Explicationem huius argumenti, & sententiæ sequês annotatio habet.

ANNOTATIO XLVIII.

Explicatio uberior verbi fit deatum

BEda hanc sententiam de vestimẽto corporis interpretatur, quasi Dominus per eam velit ostendere non debere Discipulos solicitos esse de vestimento corporis: at verò accommodatior est interpretatio, hanc etiam suam sicut præcedentem, procedere de esca, & ijs, quæ ad victũ pertinent. Quod ex Matthæo manifestè colligitur: nã postquam dixit: Quis autem vestrum cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? statim ad vestimenta se conuertit: Et de vestimento, inquit, Quid soliciti estis, quasi præcedens sententia non ad vestimentum pertineat.

Particula cogitans pro pẽdatur, & particula, cubitum.

Sunt autem duo verba attendenda, vnũ est illud, cogitans, quod non mentis cogitationẽ, aut rõcinationẽ significat, sed solicitudinem & anxietatem: nã Græce habetur μεριμνῶν, id est, solicitus existens. Alterum est illud, cubitum: notat enim Euthymius, ideo cubiti Dominum meminisse, quia cubitus est mensura staturæ corporis: nam vnusquisque habet quattuor cubitos proprios, mensuram altitudinis corporis sui. Hæc omnia facilia sũt: at multo difficilius est huius argumenti vim, & sensum apprehendere: non enim videtur argumentum hoc valere, non potestis cubitum staturæ addere, quod minimum est, igitur nec potestis vestra solicitudine assequi quod maius est, nempe escam, seu victum. Hoc, inquam, non videtur valere: nam augere corpus, non voluntati hominis, nec potestati subiectum est; at cibos, & escam comparare voluntatis, & potestatis hominis est. vt experientia docet; maius ergo, non autem minus est staturæ cubitum adijcere, quam cibos comparare; vnde non valet; si de illo non debemus esse soliciti, quia talis solicitudo vana est, quod de hoc etiam soliciti esse non debemus: non enim in eo vana erit solicitudo nostra. Insudant recentiores in explicanda hac sententia: est enim argumentum a minori; nempe, si non potestis facere minimum, nempe cubitum staturæ propriæ addere, nec etiam poteritis escam vestra solicitudine dare, cum maius hoc sit; nec ex interpretationibus eorum, vlla apparet accommodata responsio. Nobis visa est commentarij expositio legitima, & accommodata, quæ paulo fusius explicãda, & eõ firmanda est. Duo sunt opera Dei erga hominem. Vnum est augmentum corporis, & staturæ, alterum est escis nutrire, & conseruare. Si vnum alteri conferatur, minus est ad cubitum vnum augere corpus, quam tot escis nutrire, & conseruare. nam in hoc posteriori comprehenduntur multa opera ciborum nempe, & escarũ multiplicium productio, quibus homo pascitur, quod maius est, quam augmentum vnius cubiti in vno homine; in augmento quidẽ magis apparet impotentia hominis, quia videmus per hominem id fieri nõ posse; at in escarũ ministerio minus apparet, quia aliquod opus hominis intercedit, nempe labor in seminando, metendo, congregando: at nisi opus Dei intercederet, sed sola opera hominis, nihil prorsus efficerent, sed omnia vana essent. 1. Corint. 3: Non enim qui plantat, neque qui rigat, aliquid facit, sed qui incrementum dat Deus. hinc est, vt maior sit prouidentia, ac efficacia in esca, quã in augmẽto cubiti unius, postquam in homo consistit. Explicat Augustinus hoc opus Dei, quo cibos, & escas facit; præponit que illud operi, quo quinq; panibus, quinque millia hominum satiauit: nam homil. 24. in Ioan. sic inquit: Quia miracula Dei, quibus totum mundum regit, vniuersam que creaturam administrat, assiduitate uiluerunt, ita ut pene nemo dignetur attendere opera Dei mira, & stupenda in quolibet seminis grano; secundum ipsam suam misericordiam seruauit sibi quæ uã, quæ faceret opportuno tempore præter usitatum cursum, ordinẽq; naturæ, ut non maiora, sed insolita uidendo stuperent, quibus quotidiana viluerunt: maius enim miraculum est gubernatio totius mundi, quam saturatio quinq; milliũ hominũ de quinque panibus, & tamen hoc nemo miratur: illud mirantur homines, non quia maius est, sed quia rarum est. Hæc Augustinus. Est igitur argumentum, si homo non potest suæ staturæ vnum addere cubitum, igitur nec poterit escas multiplices efficere, quibus se nutriat, & conseruet; vnde cõsequitur, quod sicut solitudo in priori vana est, ita in posteriori: vt enim illud non efficit, ita nec hoc: non ergo soliciti esse debemus in escis cõquirendis: non quod non statim est, efficere non debeamus, laborando, & operando, sed quod solicitudo tam vana sit in escis habendis, quam est in augendo corpore. Hũc puto esse sensum, qui à Chrysostomo significatus est homil. 22. in Matthæum, vbi quis, inquit, cogitando anxie poterit ad staturam suam adijcere cubitum vnum? ex hoc, quod apertum est, illud etiam, quod occultum erat, fecit esse perspicuum: sicut enim corpori ne exiguũ quidem augmẽtum sui potes adijcere curando, ita nec oportet alimoniã congregare, etiam si ita in animum inducas. Ex quo profecto manifestum est, nequaquam nostra industria, sed prouidentia Dei ea perfici, in quibus ipsi videmur operari: quod si ille nos deserat, non solicitudo vlla, non cura, non labor, nec quicquam horum apparebit, sed cuncta diffluent. Hæc ille. Hũc eundem sensum vnico verbo insinuauit Augustinus lib. 2. quæstionum Euang. c. 28. Quod Dominus, inquit, dixit, si quod minimum est, non potestis, cum de augenda corporis statura dicit minimum: non est hoc, sed Deo corpora operãti. Hæc Augustinus. interpretatur enim minimum esse augere corpus ipsi Deo, facta collatione ad opus, quo corpora facit, quando nẽpe escas ministrat.

Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent, dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur, sicut vnum ex istis.

COMMENTARIA.

POstquam de solicitudine in victu etiam necessario deponenda egit, transit ad id, quod minus est, nempe ad vestimenta, argumentumque facit ex lilijs, quæ cum sint res parui momenti, Deus absq; vlla opera eorum sic vestit, ac ornat, vt Salomon ille Rex, rerum affluentiis deditissimus, potentissimus, ac sapientissimus, quãdo gloriosus, & in maiestate sua apparere volebat, numquam habuit ito pulchra, ac decora vestimenta, qualia dat Deus singulis liliis non laborantibus, nec nentibus; considerate ergo quomodo crescant: dum enim crescunt, inuolueris, & vestimentis circundata sunt, vt apparet in ipso flore, antequã aperiatur.

ANNOTATIO L.

HAnc sententiam ad vestimentorum solicitudinem deponendam pertinere expresse significat Matthæus: inquit. n. sic: De vestimentis quid soliciti estis? considerate lilia agri. Addit illud verbũ, agri, quod maiorem argumento affert efficaciam, lilia, inquit agri, quę manibus hominum non seminãtur, nec coluntur, sed spõte nascuntur ex terra, ac ideo videntur minus debere esse ornata; at Deus non tantum vestit, sed sic vestit, & ornat, vt vincãt omnem hominis operam in ornamentis conficiendis. Chrysostomus hom. 25. in Matthæum notat, dum dicitur (non laborant, neque nent) non excludi opus nostrũ, sed curam, solicitudinem. Ponderat etiam illud, omni, quo significabat Salomonem florum decore superatum esse, non semel atque, iterum, sed tota ætate, quã regnauit. Illud etiam. Non sicut vnum ex istis, quia ab omnibus est superatus. Interrogat etiam, cur non est vsus exemplo auium, sicut in esca vsus est volatilium, & cornorum exemplo. Cur, inquit, non ex auibus pauum nobis proposuit, aut cygnum, aut ex pecoribus agnum? multa quippe ex animantium genere exempla sumere potuisset. Respondet, id ad exaggerationem diuinæ prouidẽtiæ factum esse, quę herbam, vilis cum sit tanto ornat vestimentorum decore; quã causam sequens sententia indicat. Euthymius Matth. 6. interpretatur illud verbum (crescũt) nimirũ in foliis, quæ quotum crescunt, tantum decoris ostendunt. Existimo autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem, vt dictum est in commẽratio, hoc dictum esse, quia flores liliorum, quando crescunt, & nascuntur, etiam inuolucris quibusdã quasi vestimẽtis, obuoluuntur.

Si autem fœnum, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos.

COMMENTARIA.

COlligit argumentum à minori, & vt efficaciã augeat, diminuit ex vna parte liliorum substãtiam; primo quidẽ à genere suo; appellat enim fœnum, seu herbã, quod vile quid est: rursus à duratione, hodie est, per diẽ fere arescit: rursus ab vsu, cras mittitur in clibanum, tamquam ignis fomentum, vt comburatur, nõ enim in vsus vtiles, aut magnos conducit; rem autem hanc vilem Deus non tantum vestit, sed sic vestit, vt supra Salomonis vestimenta gloriosa ornet ea: quãto igitur magis facier vobiscũ, qui longo interuallo superatis lilia, & propter quos illa creata sunt, prouidebitq; vobis de vestimentis necessarijs? Illud, Vos, emphasim habet, vos, inquam, qui mei estis Discipuli, propter quos veni in mundum, tantaque Deus effecit.

ANNOTATIO LI.

Fœnum quid hoc loco. FOenum Græce, χόρτος, quod fœnum, gramen, seu herbam significat, positũque est in hoc loco, tamquam genus comprehẽdens lilia, & alia similia; vt per hoc magis explicet vtilitatem substantiæ liliorum, quæ plus demonstratur in suo genere, quam in ipsis, propter pulchritudinem eorum: hæc enim occultat illam. Nec ex hoc loco deducitur, Deum de vestimentis pulchrioribus prouisurũ Discipulis: hoc enim non ita est, sed argumentum est, si tantam prouidentiam habet Deus in vestiendis liliis, vt sic ea vestiat, multo magis curabit de vestitu necessario. Discipulorum. Chrysost. homil. 23. in Matthæum similem sententiam explicans, inquit sic: Cuius rei gratia tanto etiam herbas decore, vestiuit, vt suam sapientiam ostẽderet, copiamque virtutis, vt vndique eius gloriam disceremus: non enim cœli tantummodo narrant gloriã Dei, verũ etiam terra: nam hoc quoq; Dauid ipse dicit Psal. 148. Laudate Dominum ligna fructifera, & omnes cedri. Alia quidem fructu, alia vero magnitudine, alia decore laudem Creatori trãsmittunt. Id autem maximas designat diuitias sapientiæ, quando etiã in hæc quę sunt vilissima tantum decoris effudit: si igitur fœno, quod non in vsu dedit, quomodo tibi, quod vsui est, non dat? Hæc, & alia Chrysostomus. Per hoc ostendit, non modo nequaquam debere esse solicitos, sed nec obstupescere, & admirari vestimentorum luxum, & sumptum, quãdoquidem pulchritudo florum, & decor varius herbarum, ipsumque fœnum tali amictu inuenitur pretiosius: cur igitur ex his in superbiam mentis crigeris, in quibus perfacile de te obtinet etiam herba victoriam?

Pusillæ fidei.

COMMENTARIA.

POstquam ostendit nõ debere eos esse solicitos de victu, & vestitu, increpat, & ipsa increpatione nõ solũ excitat ad fidem adhibendam dictis, deponendumque solicitudinem, sed etiam manifestat radicem malam, vnde illa procedat, nempe à paruitate, & modicitate fiduciæ erga Deum: ideo enim solicitamur, & anxij in his sumus, quia parum fidimus tãtæ Dei prouidentiæ. Hac igitur manifestata radice, ad expellendam solicitudinem efficacius animus audientium permouetur, confidentiorque in Deo efficitur.

ANNOTATIO LII.

EAdem est sententia apud Matthæum, & Græce idem est vocabulum, licet interpres apud Matthæum, Modicæ fidei; hic autem, Pusillæ fidei, verterit. Est autẽ nomen Græcum vnum ex vtroque cõpositum. Hoc autem in loco nõ accipitur fides pro mentis assensu, sed pro voluntatis fiducia, vt recte notat Euthymius, quæ significatio frequens est in Scriptura, vt aliàs notatum est. recte autem hac vtitur interpretatione: nam licet loquerctur Discipulis, audiebant tamen turbę: erat enim hæc doctrina, qua parte præceptum est, etiam illis

Fides, quæ significatione hoc loco sumpta.

necessaria, quibus magis inerat hęc modica fides; licet Discipuli, cum adhuc perfecti non essent, ab ea non essent omnino immunes.

Et vos nolite quærere, quid manducetis, aut quid bibatis.

COMMENTARIA.

ALterum est hoc documentum à precedente: nam in priori prohibita est solicitudo victus, & vestitus; at nunc prohibet, ne ea inquirantur. aliud autem est solicitum esse, aliud quærere: nolite, inquit, quærere: quærit autem ille, quid mãducet, & bibat, qui præcipuum, ac primum studium in ijs rebus collocat, quod nulla ratione fieri debet: vt enim homo creatus est in æternam vitam, & ad cęlestia bona, dataq; sunt ei hęc terrena ad tẽpus, & in subsidium vitę huius pręsentis, ita primum studium collocandum est in illis, non in istis. Non igitur hæc terrena anxie, nec solicite sunt cogitanda, immo nec quęrenda, quasi ad hęc comparanda simus in hoc seculo.

ANNOTATIO LIII.

Sententia precedentis copulata explicatio. HAEc sententia non est conclusio præcedentium, nam non habet particulã illatiuam, nec reperitur idem verbum, nẽpe, Nolite soliciti esse; sed est particula copulans, & continuans; & est verbum lõge diuersum: aliud enim est solitũ esse, aliud quærere: illud enim Græce est, μεριμνᾶν τι, hoc, ζητεῖν: et id ipsum ex sequentibus patet. Quęrite ergo primum regnum Dei, & hęc adijcientur vobis, quæ ostendunt hãc sententiã nõ de solicitudine intelligendã, sed de non quærendis temporalibus, etiã ad vsum necessarijs, quasi ea sint præcipua bona, & propter quæ alia geruntur. Hãc significationem habere verbum hoc aperte docet Paulus Colos. 3. Quę sursum sunt, inquit, quærite, vbi Christus in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt, sapite, nõ quæ super terram. Illud non quæ super terram, ad vtrumq; refertur, nimirũ, quærite, quæ sunt sursum, non quæ super terram; sapite quæ sunt sursum, non quæ super terram. Quod ergo Paulus dicit, quęrite quæ sursum sunt, nõ quę super terram, hoc est, quod nunc dicit Dominus: Nolite quęrere, quid mãducetis, nec quid bibatis, id est, studium vestrum, & opus vestrum præcipuum nõ sit in terrenis, etiam necessariis ad vitã; sed quærite primum regnũ Dei. hoc idem habetur 2. Corinth. 12. Non quæro, inquit, quæ vestra sunt, sed vos, id est, quod prætendo, non est vestra habere, sed vos saluos facere, hic est meus scopus. Huic non est contrarium, quod dixerat 1. Corinth. 9. Si nos Spiritualia nostra seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus: accipiebat hæc Paulus, sed non quærebat, nec propterea laborabat apud illos. Hoc igitur est, quod nunc dicitur, Nolite quærere quid manducetis, nec quid bibatis. Hęc sunt, quę mihi videntur accommodata huic sententiæ. At vero nõ omnes ita sentiunt. Beda conuenit nobiscum in eo, quod hæc sententia non est eadem cum illa (Nolite soliciti esse) nec prohiberi hic solicitudinem cibi, & potus; dicit tamen vitari curiositatem ac singularitatem in victu, & vestitu; & verba ipsius sunt hęc: Notandum, quod non ait nolite quærere, vel soliciti esse de cibo aut potu, aut indumento, sed expressius, quid mãducetis, aut quid bibatis: vbi mihi videntur argui, qui spreto victu, vel vestitu communi, vtiora sibi, vel austeriora, prę ijs, cum quibus vitam ducunt, alimenta, vel indumẽta requirunt. Hæc ille. Clemens autem Alexandrinus longe antiquior Beda diuersum huius sententiæ sensum affert lib. 2. de pædagog. cap. 10. nimirum, ne abundãtiæ cibi, & potus studeamus, plus, quam necessarium est, habere cupientes: quod enim amplius est, ex superfluo est: quod autem ex superfluo est, ex diabolo esse declaranit, inquit, scriptura. Iuxta Bedæ ergo sensum, curiositas in victu, & uestitu, singularitasque prohibetur; iuxta Clementem autem, cupiditas superflua habẽdi in istis. non improbo interpretationes has; mihi tamen accommodatior visa est, quã in commẽtario explicui. Hinc sequitur diuersam esse hãc sententiã ab illa Matthęi; Nolite ergo soliciti esse dicentes, quid mã ducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim est velut conclusio illata a precedentibus, quod denotat particula, ergo, & est de solicitudine deponenda, de qua prius locutus erat Dominus. at no

Universidad de Deusto
Biblioteca

stra sententia nouum est, vti diximus, documentum, quod cum sequenti habetur apud Matthæum, forsan, quia tunc nõ fuit à Domino traditum: quam quæ Matthæus narrat, alio tẽpore, & loco dicta sunt, quã quæ nunc à Luca narrantur.

Et nolite in sublime tolli.

COMMENTARIA.

COnnexum est hoc documẽtum priori, quo iubet Discipulis, non solum non collocare studium suum præcipuum in inquirendis temporalibus ad victum, & vestitũ necessarijs, vt in priori documento continetur; sed nec obseruare tempora, ac signa superiora elemẽtorum, & cęlorum, quasi inde sperantes, aut timentes copiam, vel inopiam alimẽtorum. Vult autem Dominus suos Discipulos totam spem in Deum ponere, & ab eo sperare sibi necessaria, siue sit inopia, siue copia frugum, & alimentorum, nec dependere à pluuijs, ventis, sterilitate, fœcunditate terræ, nec ab influentijs superiorum corporum. Nolite ergo in sublime tolli speculantes futurorum signa. Nõ vetat absolute harum causarum obseruationem respectu effectuum naturalium; sed Discipulis id prohibet, quippe quos vult omnino dependere a Deo, & ab eo sperare alimenta, sine vllo impedimento talium causarum.

ANNOTATIO LIV.

Pars illa, In sublime tolli, ponderatur.

ILlud (in sublime tolli) Græce est μετεωρίζεσθε, à verbo μετεωρίζω; sunt aũt multæ, ac variæ interpretationes. Primo loco Clemens Alexan. lib. 2. de Pædagog. ca. 10. interpretatur sic, nolite à veritate abduci, connectitque cum præcedenti sic: vt enim supradiximus, præcedentem sententiã (nolite quærere quid manducetis) explicat de nimia cupiditate ciborum vltra necessarium, quod ad delicias, ac voluptates spectat: hæ autem solent animos à veritate abducere; ideo subiungit: Nolite in sublime tolli, quod fiet, si non quæratis superfluos cibos, ac potus: sic interpretat, & connectit Clemens hanc vtramq; sentẽtiam.

Secundo loco Aug. lib. 2. quæst. Euang. c. 29. quem Beda eisdẽ verbis secutus est, interpretatur de arrogãtia, quæ solet ex diuitijs, & affluentia procedere, iuxta illud 1. Tim. 6. Præcipue diuitibus huius seculi, non sublime sapere, id est non extolli, non superbire; connectunt autem sic, dicẽtes: Prohibita solicitudine de alimentis, consequenter, ne extollantur admonuit: primo enim hæc ad necessitatem implendam homo quærit; cum autem hæc abundauerint, incipit & superbire de talib. Tale est hoc, ac si vulneratus quis se iactet, quia habet multa emplastra in domo, cum hoc illi bonum esset, vt vulnera non haberet, & ne vno quidem emplastro indigeret. Hæc illi.

Tertio loco Theophylactus dicit in sublime tolli nihil aliud significare, quam distractionem, & mentis instabilem versationem nunc hoc, nunc illud cogitantis, & ab hoc in illud salientis, & semper sublimius quiddam imaginantis secum, vt facere solent, qui præsentibus non contenti ad maiora semper inhiant.

Quarto loco Euthymius in contrario modo interpretatur verbum, nẽpe à sublimibus, & cęlestibus ad terrena detrahi, quæ interpretatio, si vera est, facile cũ præcedenti connectitur. Hæc antiqui dixerũt.

Quinto loco, quidam recentiores dicũt hisce verbis alludi esse ad gestum corũ, qui præ magna solicitudine anxij vultum ad Cęlũ attollunt; ideo hoc (nolite in sublime tolli) vertunt sic, ne anxii sitis, id est, ne de diuina prouidentia dubitetis.

Sexto loco, quidam alij putant hac sententia confutari Astrologos, & ex astris sibi prognosticantes vel sterilem, vel fertilẽ fore Annum, actiones suas secũdum astrorum cursum disponentes, ab astris magis, quam à diuina prouidentia pendentes; quod etiam dicunt Deum per Ieremiam vetuisse nam cap. 10. inquit: A signis Cęli nolite metuere, quæ timent Gentes ab eis.

Septimo loco quidam alij non aliud dicũt significare hoc in loco μετεωρίσεσθε, quam ex alto speculari, quod vulgo dicimus facere lõgos discursus, quasi nullum diuinæ prouidentiæ relinquentes locum: existimantque isti hanc sententiam in sensu conuenire cum illa Matth. 6. Nolite soliciti esse in crastinum.

Octauo

Octauo quidam alij putãt idem esse nolite in sublime tolli, quod, ne sitis animo suspenso, velut is, qui est suspensus corpore, qui nec terram, nec cęlum attingit, sed firmate spem, ac fiduciam in Deo.

Nono, quidam dicunt hic præcipi, vt cũ Discipuli hæc omnia, quæ dicta sunt, seruauerint, plurimumq; ab alijs laudati fuerint, tamquam sublimiorem vitam ducentes, non consentiat se tolli in sublimem: nec solus consensus, sed etiam occasio prohibetur; ne scilicet occasionem dent, vt in sublime tollantur opinionibus, & laudibus humanis, iuxta illud Pauli 2. Corin. 12. Parco autem ne quis me existimet supra id, qđ videt in me, aut audit aliquid ex me. Hæc sunt omnia, quæ tam Antiqui quam Recentiores in huius sententiæ expositione sensерunt, quibus significatio verbi Græci siue per proprietatem, siue per metaphoram sumpta, ex parte aliqua fauet.

Authorũ expositio.

Mihi ea interpretatio, quæ in commentario posita est, visa est valde accommodata, non quod hac sententia vetet Christus Astrologiam, sed id quod communiter homines, etiam non Astrologi faciunt: obseruant enim pluuias, Soles, tempestates, grãdines, & alia similia, quæ solent aut sterilitatem, aut fertilitatem efficere, & sibi timent, aut spectant, de alimentis propriis cogitantes; hoc quidem ex se malum non est: cum enim sint naturales causæ, & effectus, non est cur vitio detur eorum speculatio, dummodo super omnia diuina prouidentia agnoscatur; at Discipulis hoc prohibet Dominus, quos sibi ab eo pendere vult, vt nec propter sterilitatem quamcumque debeant desperare ab eo alimenta necessaria, qui autem in omni euentu certus est de alimentis, non est cur obseruet superiorum corporum effectus, & mutationes.

Hæc enim omnia gẽtes mundi quærunt.

COMMENTARIA.

CAusam exponit, cur Discipuli non debeant ista quærere; ea autẽ est ex differentia inter eos, & Ethnicos: gentes, inquit, mundi, id est, Ethnici hæc omnia quærunt, id est, studium suum præcipuum in istis terrenis collocant, quærentes, quid manducent, & bibant, cæteraque similia; in sublime se tollunt, naturalia obseruantes elementa, eisque confidentes: cum enim Dei notitiam nõ habeant, nec quæ seculi futuri sunt, eis sint reuelata, ad ea, quæ huius mundi sunt, cõuertuntur. Vos, ergo qui multum ab ijs diuersi estis, & q. Discipuli mei estis, quibusque reuelata sunt secreta cęlestia, verique Dei fides data, aliter debetis facere, nec cum eis communicare.

ANNOTATIO LV.

Argumẽti genus in Scriptura valde vsitatum.

SOlet in Scriptura hoc argumẽti genus vsurpari, nempe à discrimine, quod est inter fideles & infideles, quorum mores lõge diuersi esse debẽt, sicut, & professiones. Matthæi 5. Si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis, nonne & Ethnici hoc faciunt? & cap. 6. Nolite multum orare, sicut Ethnici faciunt 1. Thessalo. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem nõ habent. Quod enim malum gentes faciunt, fideles id cauere fortiori vinculo obligantur; si autem quid boni faciunt, cumulatius, & perfectius Christianos facere oportet; ac multa quæ illis tolerabilia sunt, aut aliquam excusationem habẽt, fidelibus inexcusabilia sunt. Quod enim Gentes quædam terrena, & in sublime tollantur, in ipsis fiduciam collocantes, aliquid est, quod quodammodo excuset, minusque reos efficiat: Deum enim ignorant sine notitia, & spe cęlestium sunt. At fideles, & Discipuli Christi, qui Deum nouunt, qui non solum cognitionem, sed etiam promissionem cęlestium habent, debent à similibus abstinere, amputando etiam quæ licita, minus tamen perfecta sunt.

Pater autem vester scit quoniam his indigetis.

COMMENTARIA.

COnfirmat id ipsũ altero argumẽto: Deus, qui Pater vester est, scit

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos indigere cibo, potu, cæterisque similibus, non est, cur vos in istis, quęrēdis studium vestrum, ac operam præcipuam collocetis. Nota efficaciam argumenti: Deus est, cui confiditis, non igitur deest potentia ad subueniendū: Pater est, non igitur deest voluntas: scit indigentiam vestram, non igitur il li inest ignorantia; omni ergo ex parte sufficienter prouisum est vobis: nam tria hęc necessaria sunt ī eo, cui fidere possumus omni deposita nostra inquisitione, vt possit, velit subuenire, sciat que indigentiam nostram, ac quando subueniendum est: cumque in Deum ista maxme concurrāt, ipse enim Omnipotens est, quia Deus est; vehementissime amat, quia Pater est; nihil eū latet, quia omnia scit: nolite ergo quærere necessaria ista tęporalia, nec euentus temporum consideretis, sed relinquite curam Deo præcipuam.

ANNOTATIO LVI.

Propositæ sentēt ia quomodo aptetur expositionibus prius ad ductis.

ISta verba aduersantur multis expositionibus supra narratis illius sententiæ (Nolite in sublime tolli:) cum enim sit argumentum, & ratio præcedentis documenti, aut prohibitionis, non possunt accommodari, nisi parti illi soli, nempe, Nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: nā Pater vester scit, quia his indigetis. Alteri autē parti, nempe, Nolite in sublime tolli, si sequamur supra dictas expositiones non accommodantur: non enim hæc connectuntur: Nolite extolli, nec arrogantes esse: quia Pater vester scit, quia his indigetis; similiter non cohærent cū alijs multis ex narratis; vnde oportebat hanc sentētiam, Nolite in sublime tolli, iuxta sensus illos, postponi huic; at vero, cum sit ante posita; & hæc sententia ratio sit vtriusque partis, necesse est illam partem posteriorem, scilicet, Nolite in sublime tolli, interpretari vt referatur ad priorē nēpe studiū rerum temporalium, & necessariorum: tūc enim optime quadrat: Nolite, inquit, quærere quid manducetis: nec respiciatis elementorum, & cęlorum motus, ac euentus, à quibus alimenta dependent; deponite totum hoc, satis sit vobis Patrem vestrum scire vos indigere: prouidebit enim vobis sine hac vestra inquisitione, & obseruatione, in quocumq; euentu, siue sterilitas sit, siue fertilitas, siue prosperum, siue aduersum tempus.

Verumtamen quærite primum regnum Dei.

COMMENTARIA.

POstquam animos Discipulorum à studio, & inquisitione terrenorum auertit, eos de cęli regione commonet docēs, quæ sint præcipua quęrenda, in quibusque studium, ac cupiditas collocanda: Quærite inquit primo regnum Dei. Venit Christus veterem soluturus vitam, ad cęlestemque, ac veram patriam vocaturus; idcirco cuncta perficit, vt nos à terrenorum solicitudine, & appetitu eximat, & ad ęterna trāsferat: propterea enim Ethnicorum meminit: hæc enim omnia, inquit, gentes quærunt, quorum nimirum erga prędentem vitam labor omnis consumitur, quibus nulla prorsus cura est futurorum, nec cogitatio de cęlo, ideo illa præcipue quærunt; vobis autem non sic faciendum est: quærite ergo primum regnum Dei.

ANNOTATIO LVII.

ILlud aduerbium, primum, non habent Græca multa, nec legunt Tertul. lib. 4. cōtra Marcion. c. 29. Euthymius, nec Ambr. neque Beda; habent tamen plurima latina exemplaria, & est apud Matthæum cap. 6. siue legamus, siue non, sensus idem est, vt nimirum præcipuum studium nostrum non sit in temporalibus, sed in cęlestibus: Hæc enim sunt ante omnia, & simpliciter ac absolute quærenda, & appetenda. Regnum autem Dei in Scriptura plurimas habet significationes: nam significat Christum, Ecclesiam militantem, patriamque cęlestem, beatitudinemque nostram ætern nam. huic autem loco tertia significatio accommodatur: hoc enim regnum quærendum dicitur, de quo Matth. 25. scriptū est, Venite benedicti Patris mei, possidete vobis paratum regnum à constitutione mundi; sicq; interpretatur Chrysostomus hom. 23. cum alijs, cui interpretationi adhæsimus in commentario.

Regnum Dei plures habet i Scriptura significationes.

Et

Et iustitiam eius.

COMMENTARIA.

HOc etiam est quærendum præcipue, & ei toto studio, ac labore incumbendum, nempe bonis, ac sanctis operibus, per quę ad regnū pertenitur: parum enim prodest appetere regnum cęleste, ipsumque inquirere, & in quo positum sit, agnoscere, nisi ea adhibeamus, quibus illud consequi valeamus; ea autem sunt bona opera ex Dei gratia facta, quæ dicuntur iustitia regni, quia per ea habemus ius ad regnum: iustus enim dignus est regno cęlesti: vnde 2. Tim. 4. dicitur: Corona iustitię, quam, inquit, reddet mihi Dominus in die illa, iustus iudex, non solum mihi, sed & iis, qui diligūt aduentum eius. Hæc iustitia est quærenda.

ANNOTATIO LVIII.

GRæca non habent (iustitiam eius) sicut nec aduerbium superius (primum:) nec etiam legunt Tertullian. lib. 4. contra Marcionem, cap. 29. Ambrosius, Beda, Euthymius; at multa Latina exemplaria legunt, & habentur à Matthæo, & in emendatis Bibliis retenta sunt ista; idcirco ea sumus interpretati: certum enim est à Christo prolata, siue apud Lucam, siue apud Matthęum. Probat hoc verbum (iustitiam eius) meritum bonorum operum, per quæ ius habent iusti ad regnum, quod ideo corona, & mercedis nomen habet: per gratiam enim efficimur membrum Christi, & filii Dei, & hæredis, inde opera meritū, & iustitiam accipiunt.

Et hæc omnia adijcientur vobis.

COMMENTARIA.

QVærenti ante omnia regnum Dei, & iustitiam eius, adijciētur temporalia, quæ ad victum, & vestitū necessaria sunt: iusto enim intento, & incumbenti operibus Dei prouidet ipse Deus: Oculi iusti semper ad Dominum, & ipse euellit de laqueo pedes eius. Senior fui, inquit Dauid, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Nō dicitur, dabuntur, sed adijcientur, quia ista bona comparata regno Dei, & iustitiæ, minima sunt, & quasi quędantur vt corolarium, & additamentum quoddam: hæc ergo adijciuntur; non autem dicuntur quærenda præcipuo loco: non enim creati sumus, vt edamus, bibamus, & vestiamur; sed vt placeamus Deo, & bonis futuris potiamur: cætera perfunctorie curanda sunt. Attende autem hæc promitti adijcienda, nō omnibus, sed quęrentibus regnum Dei, & iustitiam eius. Qui quęrit igitur futura, consequitur præsentia.

Nolite timere pusillus grex.

COMMENTARIA.

RAdicem solicitudinis, & inquisitionis potus, cibi, vestimentorū, aliorūq; temporalium amputat; hæc autem est timor quidam carnalis, & humanus, quo timet homo, ne sibi deficiant ea, quibus ad vitam conseruandam indiget: hic timor est, vnde solicitudo procedit, & qui facit studium, & diligentiam in ijs conquirendis vehementem. ne ergo timor insurgeret in Discipulis, maxime cum audissent se de victu, cæterisque vitę necessarijs non debere esse solicitos, nec ea quærere, cum etiā considerarent se esse in pauco numero, & pauperes, & infimæ conditionis, quos mundus in pretio nō haberet, idcirco Dominus huic morbo medetur dicēs: Nolite timere pusillus grex, quasi diceret, audistis solicitudinem omnem, ac inquisitionē necessariorum vitæ deponendam; cōsideratis paucitatem vestram qui vobis ipsis subuenire non potestis sine aliorum auxilio, nolite ob hęc timere: expellite cū solicitudine, & studio erga necessaria vobis, etiam hunc timorem; vt radice amputata, rami etiā arescāt. Metaphorice appellat suos credētes, Gregē, qui proprie ouium est, & animaliū; Pusillum aūt, tum propter paucitatem, tum propter abiectionē, quæ poterant eos timere facere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO LVIII.

Fidelium congregatio vocatur pusillus grex.

EVthymius, ob vnã ex tribus causis, cõgregationem Discipulorum ac fidelium gregem pusillum dictam esse cẽset, aut collatione ad Angelicam multitudinem: in parabola enim Angelos, nonaginta nouẽ oues, hominem vero, vnam appellauit: hãc causam assignat Titus Bostrenus: aut comparatione ad magnitudinem multitudinis infidelium: aut propter volũtariam deiectionem, & humilitatem eorum. Nos addidimus quartam, nempe propter abiectionem conditionis: nam erant omnes fere plebei, & pauperes. Titus Bostrenus addit aliam, nempe quia in mundo parui ficbant: qui in voluntaria, inquit, paupertate, facultatemque, quas obtinebant, abdicatione ætatem transfigunt, hi plerumque in mundo parui fiunt. Hæc, cum sequenti sententia apud solum Lucam legitur, non apud alios Euangelistas.

Quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.

COMMENTARIA.

CAusam exponit cur timere non debeant; ea est, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum, nempe cęleste: quod si adeo magnam, ac præcellentem rem vobis dedit, dabit vtique necessaria, vitæque sufficiẽtia. Nota autem verborum energiam: singula enim timorem quemcunq; humanum propellunt. (Patri) qui habent Deum, qui omnipotens est, Patrem, non est quod timeant. Rursus (vestro) qui diligit, & amore vos prosequitur: sæpe enim patres irati sunt in filios, at hic Pater vester est, etiam affectu, & dilectione. Rursus (complacuit ipsi) non vestris operibus, non meritis, non dignitate, sed sua voluntate, ac beneplacito vocauit vos, & disposuit rem tantam dare. Rursus (Regnum) non paruum quid, aut vile, sed regnũ æternum, cuius collatione vilescunt omnia regna terrena. Demũ (vobis) non principibus, non sapientibus, nõ diuitibus, sed abiectis, indoctis, pauperibus. Si ergo tale se præbuit Deus erga vos, profecto omnis ratio postulat, debere vos deponere omnẽ timorem erga necessaria, & sufficientia ad vitam hanc temporalem. Titus Bostrenus hoc regnum cęlestis patriæ hęreditatem interpretatur.

Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam.

COMMENTARIA.

SEnsus, & cõnexio hæc sunt, si placuit Patri vestro dare vobis regnũ, deposito omni humano timore, ne vobis necessaria vitæ deficiant, incumbite iustitiæ huius regni, ea faciendo, per qũę ad ipsum perueniatis; vendite ergo quæ possidetis, & pretia ĩ pauperes erogate. Nota non dixisse intendite bona opera facere, sed vendite, quę possidetis, & date eleemosynam, non solum quia eleemosyna vnum est ex præcipuis operibus ad regnum obtinẽdum idoneis, quæq; ad iustitiam eius pertinet, vt Psal. 3. scriptũ est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi, sed etiam vt explicaret, quãta fiducia in Deum esset habenda, quasi diceret: Patri regnum vobis dare complacuisse, ita vos debet facere securos de subuentione in temporalibus, quod volo non solum vos solicitudinem deponere & studium abijcere in conquirendis, quæ non habetis, sed etiam priuare vos ijs, quæ habetis, & omnino Deo Patri fidere, incumbẽdo iustitiæ regni. Vt igitur simul ad iustitiam regni, & ad fiduciã omnem erga tẽporalia in Deo collocandam exhortaretur, idcirco de eleemosyna habuit sermonem.

ANNOTATIO LX.

QVod ad verba attinet. Cyrillus lib. 8. de adoratione in spiritu. huic sniæ adnicit aliam, nempe, Et ecce oĩa prospere succedent vobis. quod impletũ dicit. Act. 4. vendebãt enim fideles prędia, & domos, & pretia afferebant ad pedes Apostolorũ, & distribuebatur singulis, prout opus erat vnicuique. At nostra exemplaria, tam Græca, quam Latina, non legunt eam sniam. Non solos Discipulos præsentes respiciebat Dominus, qui parum, aut nihil habebant, quæ vendi possent, sed multos nouit futuros, ad quos sermonem hunc direxit: vt n. legimus. Act. 4. fideles illi, qui possessores erant agrorum, aut domorum, ea vẽdentes afferebant pretia, & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur aũt singulis, prout cuique opus erat. Cum igitur Discipuli præsentes futuri essent magistri multorum, eos instruit, & pro se, & pro alijs; post hos plurimi extiterunt, qui doctrinam hanc Domini per sectam amplecten tes, oĩa sua vendiderunt, & distribuerunt in pauperes, totam fiduciam in Deo collocantes; tunc aũt temporis, qũ hęc locutus est Dominus, non omnes Apostoli se priuarant possessione rerum: Simon enim adhuc retia, & nauim possidebat.

Facite vobis sacculos, qui non veterascunt.

COMMENTARIA.

CVm ad eleemosynã exhortatus esset, quasi ad iustitiã regni, quãta bona operetur eleemosyna, explicat: Facite, inquit, vobis sacculos, qui non veterascunt. Ecce primum bonũ. Eleemosyna. n. pauperibus erogata, est velut pecunia reposita in sacculo, qui non veterascit: ibi. n. multum conseruatur; sic eleemosyna, quæ est pecunia ĩ pauperibus collocata, perdurat: in conspectu. n. Dei semper est, pro nobis orat, clamat, impetrat. Eccles. c. 29. Absconde eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. hoc est reponere ĩ sacculos, qui non veterascunt, quod alijs verbis dixit Dominus inferius Luc. 16. Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Et nota illud, vobis: pecunia enim & diuitiæ sæpe reseruantur, non ipsi possidẽti, sed alijs, & aliquando in malum habentis, nõ sic quod in eleemosynas distributum est.

Thesaurum non deficientem.

COMMENTARIA.

HOc est secundum bonum: pecuniæ, & diuitiæ temporales vsu consumuntur, ac pereunt, & de vno in alterum transeunt, at eleemosyna non sic: manet enim in cõspectu Dei, apud eumq; in magno est pretio, comitatur hominem, dum viuit, quia à Deo impetrat multa; comitatur in morte, quia defendit ab aduersarijs; sequitur post mortem, quia mercedem habet in altero seculo, quæ semper durat. Thesaurus igitur est inficiens, quod Dauid significauit Psal. 3. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ seculi. Illud primum, dispersit pauperibus, idem est ac facere sacculos, qui non veterascunt; secundũ autem, nimirum, iustitia eius manet in seculum seculi, idem est ac thesaurus non deficiens.

ANNOTATIO LXI.

Connexio verborũ præcedentiũ

EVthymius hoc secundum arbitratur esse expositionem primi, quasi diceret, hoc est, facite sacculos, qui non veterascũt, nempe habere thesaurum non deficientẽ in cęlis. Mihi autem accommodatius visum est, hæc esse distincta, & prius referri ad pauperes, qui sunt velut sacculi, qui nõ veterascunt, nec rumpuntur, quia quę dantur pauperibus, conseruata durant, nec amittuntur in conspectu Dei, suntq; in bonum semper dantis; posterius autem, respicit ad mercedem, quam Deus dat pro eleemosyna; vnde dicitur thesaurus non deficiens: quia magna & copiosa est, ob id dicitur thesaurus: & æterna, ideo dicitur non deficiens, iuxta allegatum in commentario: Iustitia eius manet in seculum seculi.

In cœlis.

COMMENTARIA.

HOc est tertium, & quidẽ magni momenti, vt eleemosyna data in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in terris, fiat thesaurus in cęlis. Si thesaurus iste esset in terra, magnum adhuc profecto esset, vt parua pecunia distributa pauperibus, conuerteretur in thesaurum etiam in terra; at quod fiat thesaurus in cęlis, vbi nihil est ita paruum, quod non sit supra oĩa, quæ sunt in terra, id certe maximum, & ad mirabile est. Est ergo eleemosyna vt arbor, cuius semen minimum iacitur in terra, excrescit autem vsq; ad cœlos, ibique facit fructus dignos cœlo, & ijs, qui ibi sunt.

Quo fur non appropiat: neque tinea corrumpit.

COMMENTARIA.

EXponit securitatem thesauri cęlestis, idq; est quartum bonum. Thesaurus iste cęlestis non est expositus periculis, q̃ę patitur terrenus thesaurus: hunc.n. aut fures rapiunt, aut ipse in seipso corrumpitur, & consumitur: vestes.n. pretiosæ, aliaq; multa tinea destruuntur, & pereunt; at cęlestis nulli periculo expositus est: vnde thesaurus terrenus multas solicitudines, anxietates, ac curas adfert domino; cęlestis vero requiem, & omnem securitatem.

Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor nestrum erit.

COMMENTARIA.

CAusam adnectit, cur debeamus thesaurum hunc in cęlis collocare, quia vbi est thesaurus hominis, ibi est cor ipsius, nẽpe cogitatio, amor, desiderium, mens, & voluntatis affectus; si igitur thesaurus est in terra, totus homo erit in terra, cogitabit, appetet, quæret, solicitus erit pro ijs, quæ in terra sunt; at si thesaurus hominis fuerit in cęlo, mentem, voluntatem, totumq; cor conuertet ad cęlestia, & hoc est quintũ bonum eleemosynæ, nempe auertere cor hominis à terrenis bonis, & transferre ad cęlestia, vt, licet sit in terra, conuersatio eius sit in cœlo, impleaturq; in eo illud Philipp. 3. Conuersatio nostra in cęlis est.

Sint lumbi vestri præcincti.

COMMENTARIA.

COnnectuntur hęc, & sequentes sniæ cum prioribus in hunc modum, dixerat complacuisse Patri Deo dare illis regnum, iusseratq; vt oĩbus vẽditis eleemosynas facerẽt, per quas regnum hoc comparatur, docet nunc non longe abesse regnum hoc, monés eos debere esse iam præparatos, quasi qui expectãt Dominum de proximo uenturum. Simul ẽt modum prępara tionis demonstrat: sint, inquit, lumbi uestri præcincti, i. estote parati, & remouete impedimenta uitę huius oĩa, sicut qui ad iter, seu ad opus aliquod faciendum se disponunt; pręcingũt. n. lumbos, vestesq; cõtrahunt, ne impedimento sint operi, aut uiæ; Sic uos debetis abijcere ea, q̃ retardare uos possunt ad adipiscẽdum regnum cęleste. Reliqua in annotatione perlege.

ANNOTATIO LXII.

Sensus verborũ prędictũ iuxta dicta Patrum

DE connexione huius sniæ cum prioribus diximus in commentario, nunc aũt sensus inuestigandus est; non.n. eodẽ modo à Patribus explicatur. Primo loco, quidam lumbos nos carnalem appetitum significare dicunt, quos tũc præcingimus, qñ castitate, & continentia reprimimus. Existimant ergo Christum suos exhortatũ esse ad continentiam contra luxuriam, & carnis appetitum. Sic interpretantur hãc sniam Basilius in illud Isa. 15. Lumbus Moabitidis clamat. & Hieron. illud Ezech. 16. cinxi te bisso. & Gregor. hom. 13. in Euang. & lib. 28. moral. cap. 4.

Secundo loco, quidã alij generalius interpretantur sniam hanc, dicentes Dominum hisce verbis reprimere appetitum ab amore rerum secularium: vnde non de solo appetitu carnis, sed vniuersaliter de appetitu, & de affectu erga res huius seculi contrahendo sermo est: sic interpretatur August. lib. 2. quæst. Euang. cap. 25. & sermo. 39. de verbis Dom.

Ter-

Tertio loco, alij per hanc sententiam significari dicunt, debere nos esse expeditos ab impedimentis vitæ huius laciniosæ, & implicitæ: sic intelligit Tertull. lib. 4. contra Marcionem cap. 28.

Quarto loco, alij sic exponũt, nimirum Dominum velle nos hac snia instituere, vt animo prompto, & ad quoduis bonũ, & laude dignum opus obeundum parati simus; sic explicat Titus Bostrenus. Hoc autem vẽ cum Tertulliano conuenire: qui n. remouet impedimenta vitæ, promptus & expeditus est ad bene operandum. sicq; interpretatur etiam Euthym.

Hi oĩs doctores ad quandam concordiam reduci possunt sic: vere.n. est locutio metaphorica; qui.n. ad opus aliquod se præparant, lumbos accingunt, vestesq; cõtrahunt, vt omne impedimentũ abijciant; sic. qui in regnum cęleste tendunt, debent impedimenta vitæ huius deponere. & hoc est, quod tertia, & quarta expositiones significant; Hęc aũt prępparatio maxime fit, cum carnem comprimimus, ne in luxuria dilabatur, quod in prima expositione dr, non solum hoc, sed cum nostros affectus erga res huius seculi cohibemus, & diuinis præceptis, ac consilijs coaptamus; & hoc est, quod in secunda expositione dictum est.

Præcinctorum quatuor genera i Scriptura.

Vt autem hęc manifestiora fiant, aduertendum est in Scriptura legi cingulorum, seu præcinctorum genera quattuor. Vnũ est mortificationis, de quo habet Iudith 4. Vt offerrent, inquit, Deo sacrificia præcincti ciliciis. & 2. Machab. 10. Deprecabãtur Deo præcincti cilicijs. Huius meminit Hieronym. Ierem. 1. & Ezech. 6. & appellat cingulum mortificationis, affirmatq; cingula Eliæ, & Ioãnis Baptistæ talia fuisse. Alterum est cingulum viæ, qui.n. iter aliquod, maxime pedites capessere volũt, præcingunt se; additur.n. robur corpori: de hoc dr Tobiæ 5. inuenit Tobias iuuenem splendidum stantem, præcinctum, quasi paratum ad ambulandum. & Ierem. 1. Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi. Tertium est cingulum militiæ, de quo dicitur Psal. 117. Præcinxisti me virtute ad bellum. & Iob 38. Accinge sicut uir lũbos tuos, & Exod. 12. Renes vestros præcingetis. Quartum est cingulum strenuitatis, qui enim ministerium, aut opus aliqd corporis aggreditur, præcingit se, ne in vestimentis impediatur, de hoc dictum est paulo inferius in hoc capite: Præcinget se & transiens & ministrabit illis. & c. 17. Præcinge te, & ministra mihi. Horum duorum cingulorum, nempe militiæ, & strenuitatis, meminit Gregor. Nazianz. orat. 2. in Pascha. Hæc sunt quatuor cingula, quibus oportet præcingi spiritualiter, vt parati simus ad regnum cęleste capessendum, & ad recipiendum aduentantem Dominum, ad eaq; nos exhortatur Dominus, qñ dicit: sint lumbi vestri pręcincti. Qui ergo suam carnem domant, ac desideriis huius seculi obsistunt, dicuntur præcincti lũbos cingulo mortificationis, ad quod nos excitat Paulus Coloss. 3. Mortificate, inquit, membra vestra, quę sunt super terrã, immunditiam, libidinem, concupiscentiã prauam, auaritiam. Qui vero non tñ hęc præstant, sed ẽt bonis operibus incumbũt, & virtutum progressus continuos faciũt, quasi per hæc ad Deum iter facientes, dicuntur præcingi cingulo viæ, de quo Petrus 1. epist. cap. 1. inquit: Succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfecte sperate in eam, quæ vobis offertur, gratiam in reuelationem Iesu Christi, quasi filij obediẽtiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis, secundum eum, qui vocauit vos, sanctum, vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis. Qui aũt vltra hæc resistunt tentationibus inimicorum, fortiter pugnantes pro lege, pro gratia, pro Euangelio, pro veritate, hi præcincti sunt cingulo militiæ, de quo Paulus Ephes. 6. inquit: Accipite arma Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. state ergo succincti lumbos vestros, in veritate. Qui vero vt omnia hæc præstent, perfectęq; Deo in omnibus inseruiant, deponunt, & abijciunt affectum erga res huius seculi, ac multi cum effectu dimittunt, & reliquunt, nihil retinentes, nisi quod vitæ necessarium est, solicitudinem omnem horum, quæ impedimento sunt, propellentes, ad omne opus bonum, & secundum Dei voluntatem prępparati sẽper, hi sunt pręcincti cingulo strenuitatis, de quibus Paulus 2. Tim. 2. Erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. & 1. Cor. 7. Qui habent vxores, tamquam non habentes, & qui flent, tam quam non flentes: &

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui gaudent,tamquam non gaudentes:& qui emunt,tamquam non possidentes : & qui vtuntur hoc mundo,tamquã non vtãtur. His modis contingit quempiam esse præcinctum:& quamuis omnes tacite, ac virtute comprehendantur in hac Domini sententia,præcipue tamẽ est sermo de cingulo strenuitatis quo se præcingũt ij, qui expectant Dominum parati et inseruire, ac ministrare omni abiecto impedimẽto.

Et lucernæ ardentes in manibus vestris.

COMMENTARIA.

ALterum præparationis præceptum hoc est,vt lucernas ardentes teneamus in manibus,quod metaphorice significat expectandum esse semper Dominum,non quasi de longinquo,sed iam iam aduentantẽ. Qui lucernas habent ardẽtes noctu,expectant quidẽ Dñm,quasi ea nocte venturũ;at qui eas ẽt in manibus tenent, quasi iam præsentem,& pulsantẽ contemplãtur: quo monemur expectare Dñm,& præparatos esse debere singulis momentis vitæ, nullamque morã esse persuadendam,cum singulis instãtibus mori possumus, quod Matt.25. dictum est: Vigilate,quia nescitis diẽ, neq; horam. vigilare ẽt oportet, quia inimicus oĩ tempore contra nos vigilat: aduersarius enim semper circuit quærens,quem deuoret 1.Pet.5. Vigilandum ẽt semper est, quia omni tẽpore incumbendum nobis est bonis operibus.Gal.6.Bonum facientes non deficiamus:tpe.n.suo metemus: nõ deficientes ergo, dum tempus habemus, operemur bonum,nimirum lucernas ardentes in manibus habentes, continuo præparati occurrere Dño. Priori igitur præcepto inducimur ad frænandum affectum,deponendaque omnia impedimẽta; hoc autem posteriori ad continuam vigilantiam, ac indefessum studium bonorum operum.

Varia lectio præcedentis sententiæ.

ANNOTATIO LXIII.

QVod ad lectionem attinet, in nonnullis exemplaribus Græcis, & Latinis manuscriptis non habentur illa verba: Tu manibus vestris:sed tãtũ:Et lucernæ ardẽtes. Quam lectionem secuti sunt plurimi Patres,Græci,& Latini,inter quos sunt Origen.tract.31.in Matth.Clemens Alex.lib. 2.de pædagog.cap.9. Basilius in hom. de non adhærendo rebus secularib.Chrysost: ho.23.in epi.ad Ephes.Cyril.li.4.d ador. in Spiritu.Titus Bostre. & Euthy.in commentario huius loci.inter Latinos autem Tertullianus lib.4.contra Marcion.ca.29. Cyprianus lib 2.contra Iudæos,num.19. Ambros. ser.14. in Psal. 118. Hilarius in Psal.218. lit. num & August.serm 39.de verbis Dom. Alij vero legunt,& interpretantur,inter hos sunt Hieronymus Ezech. 16.& Ierem.1.Irenæus lib.4 ca 70. Gregorius hom.13 in Euangel. quamuis lib.28. moral.ca.4 omittat ea verba, forsan quia ad rem eius tunc nõ erant necessaria, sicut etiam idem Irenæus lib.4. cap.72. Noster autem interpres sic legit,eaque lectio communis est,& in plurimis exemplaribus recepta. Illam ergo sequimur,existimamusque esse valde accommodatam . Cæterum significat enim aduentum Domini iam iam imminentem,& quasi præsentem:lucernæ enim accenduntur multo ante, at non in manibus tenentur,nisi quando est proximus aduentus,& ingressus,quod postea paulo inferius explicatur, dicitur, Vt cum pulsauerit,confestim aperiant ei. Illud, confestim,probat lectionem hanc, nẽpe lucernas debere esse in manibus seruorum,qui ianuam aperiuri sunt. lectio etiam ista accommodata est significationi: indicat enim nos continuam debere habere vigilantiam; non enim vitæ momentum habemus securum:qui autẽ lucernas habent ardẽtes,possunt dormire;at qui in manibus habẽt,nõ dormiunt,sed vigilãt.

Quid sit lucernas ardentes in manibus tenere.

Quod autem ad sensum spectat, Hieronymus Ierem.1. interpretatur, prædicare Euangelium, esse tenere lucernam ardentem in manibus. Gregorius autem homilia 13. in Euang. sic exponit: Lucernas, inquit, in manibus tenemus,cum per bona opera proximis nostris lucis exemplum monstramus. Duo sunt,quæ iubentur, & lumbos restringere, & lucernas tenere; vt & munditia sit castitatis in corpore,& lumen veritatis in operatione;nec castitas ergo magna est sine bono opere,nec bonum opus aliquid est sine castitate. Hæc ille.

Cui

Cui expositioni nos consentimus:vt enim per primum præceptum iubemur cohibere nos à malo, & impedimenta oĩa retardantia à via Dñi remouere;sic per hoc 3m excitamur ad bene operandum, & fidem, quam mente concepimus, quaque mens vt lucerna ardens est, operibus exhibeamus,vt vita sit conformis professioni.Ambrosius lat.5. Si spiritu viuimus, spiritu ambulemus. Iubemur etiam hoc præcepto continuo inuigilare,& ab otio,ac somno negligentiæ cauere, vt diximus in cõmentario.

Aduertendum est aũt Cyrillum Alex. lib.4. de adoratione in Spiritu legere vnũ aliud post(lucernæ ardentes(nempe)& calceati in pedibus vestris)nec tantum legit, sed interpretatur cum duabus sqlijs præcedentibus, at vero non inuenimus textum Græcũ,aut Latinum, in quo ea sqlia legatur,forsan oblitus Cyrillus,quod erat Pauli Gala.6.adscripsit Christo,aut aliqđ assecutus est exemplar,vbi eam sqliam legant.

& vos similes hominibus expectantibus dominum suum.

COMMENTARIA.

HOc est tertium documentum, & præparatio ad regnũ Dei capessendum, vt simus in spe, & expectatione Domini venturi,à quo præmium, & regnum accepturi sumus. Distinguit ergo tria;lumbos iuber esse præcinctos; manus autem tenere lucernas ardentes;hoĩem vero ipsum viuere in spe, & expectatione Dñi vẽturi ad retribuẽdum, ac beatificandũ: spe.n.salui facti sumus. Rom.8. Et nõ habemus hic ciuitatem permanentẽ, sed futurã inquirimus. Hebr.13. Non igitur existimemus hic, vbi lumbi præcinguntur,& in manibus lucernæ habentur,requiẽ nos habituros,ac mercedem;speranda ista est. Dicit ergo, similes estote hominibus expectãtibus Dñm. Qui expectant Dñm,desiderio flagrant aduentus eius: intentum habent animum in eum cogitatione frequenti:patienter ferunt aduersa, & incõmoda spe illius: timent eum offendere,quem iam iam venientem ante oculos habent: facile contemnunt ea oĩa,quę ad aduentum eius nõ faciũt: in ijs delectãtur, quæ grata illi esse cognoscunt: vilifaciunt temporalia spe æternorum. Estote ergo vos similes hominibus expectantibus Dominum suum.

ANNOTATIO LXIV.

QVidam hanc sqliam disiungunt à precedentibus, quasi non ad eundẽ scopum tẽdant. At verò accommodatius oĩs hæ tres connectuntur, vt lumborum præcingendorum, & lucernarum ardentium præcepta tendant ad venturi Dñi præparationem,sicq; antiqui Patres interpretati sunt.Vnde hęc tria præcepta recte Augustinus serm.39.de verb.Dñi breuiter cõplectens, inquit primum conuenire cum illo, declina à malo; secũdum cum illo, fac bonum; tertium,quod ad spem æternorum pertinet,cum illo, Inquire pacem,& prosequere illam.Notat ẽt ibidem hęc tria esse illa, quæ legimus Act.24. Docebat,inquit,eos Paulus de cõtinẽtia,de iustitia,& spe vitæ æternæ:his namq; summa Euangelicæ vitæ comprehenditur. Primum, & secundũ significauit Petrus. 1.epist.2. Obsecro,inquit,vos,tanq̃ aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs,quę militãt aduersum aĩam,ecce primum. De secundo subiungit, conuersationẽ inter gentes habentes bonam. In eadem ẽt epist.c.3. meminit primi,secundi,& tertij,licet non eodem ordine: Succincti,inquit, lumbos mentis vestræ,sobrij, ecce primum;addit, perfecte sperate in eã,quæ vobis offertur, gratiam, in reuelatione Iesu Christi,ecce tertium;prosequitur:quasi filij obedientię, non configurati prioribus ignorantiæ vestrę desiderijs,sed 3m eũ,qui vocauit nos, sanctum, vt in omni conuersatione sancti sitis.Ecce secundũ. In eadem ẽt Epist.c.5. meminit eorundem: Sobrij estote,inquit, hoc est primum;& vigilate, & resistite fortes in fide,hoc est secundum. de tertio autem prosequitur:Scientes eandem passionem ei,quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri; Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suã gloriam in Christo Iesu,modicum passos ipse perficiet. Plenus est Paulus ista doctrina:

Tria præcepta superiora verbis cõprehẽsa, proponũtur.

satis

fatis sit pro declaratione proposuisse, quę dicta sunt. Est aũt aduertendũ, his tribus, quamuis communia sint oĩbus fidelibus, particulari tñ quadam ratione, Dominũ significasse Discipulis suis, quæ erga eos agenda erant, quæq; ipsi post eius recessum in cęlum facturi erant: his.n. tribus exprimuntur. Primo quidem, sint lumbi vestri præcincti cingulo viæ, & militiæ, quia mittendi erant per totum orbem terrarum Euangelicæ prædicationis gratia. Matth.28. Euntes in mũdum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ: præliaturi etiam erant contra potestates Inferni, & aduersus Principes huius seculi, expellenda.n erat idololatria gentium, pro quã pugnaturi erant contra Diabolũ cum suis satellitibus, & aduersus Reges huius Mundi, Luc.11. Dedi vobis potestatem calcandi serpentes, & scorpiones, & omnem virtutem inimici. Recte ergo dĩ eis, sint lumbi vestri præcincti: præcingunt cnim, qui iter longum confecturi sũt; & qui in prælium proficiscuntur. Secũdo mittendi erant, vt mundum illuminarent, expulsis mortis erroribus, & aperta vitæ æternę doctrina, vnde Matth.5. dictum est illis, Vos estis lux mundi. Matth.28. Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare, quæcumq; mandaui vobis. Propter hoc dĩ eis, sint lucernæ ardentes in manibus uestris, vnde Hierony. Ieremi. interpretatur hoc de Euangelij prædicatione dĩ enim: In manibus, quia lumen erat hoc communicandum alijs. Tertio vita eorum futura erat perfecta, mirabilis, ac cęlestis; ideo dĩ, similes estote expectantibus Dominum, quod Paulus explicuit Philip.3. Nostra conuersatio in cęlis est. Additcausam: Saluatorem.n.expectamus, quasi diceret, vitam agimus cęlestem, abstractam ab omni desiderio mundi huius, positam in æternorum spe, & contemplatione, & affectu: expectamus.n Dominũ Saluatorem, viuimus in spe, & expectatione, sumus similes ijs, qui expectant Dominum suũ. Hæc igitur tria, missio, munus, & vita Apostolorũ, hisce præceptis exprimuntur. Conuenit in hac expositione nobiscum Origen. hom.9. in lib. Iud. qui tractans historiam illam Gedeonis, qñ cõtra Madianitas pugnauit, militibus tenentib. lampades in manibus, allegat hãc sniam Domini, sint lumbi præcincti, & lucernæ ardentes, dicens Christum his verbis suos instruxisse Discipulos ad quid simile præstandum, vnde ẽm Origenẽ sermo hic est de ciugulo militię. missi sunt.n Apostoli ad militandum contra Diaboli potẽtias.

Quando reuertatur à nuptijs.

COMMENTARIA.

NOn qualicumq; modo uult Discipulos expectare Dominum, sed uenientem cum lętitia, & gaudio, liberalem, ac beneficium, quales solẽt sponsi domũ redire: munera.n.ac dona largiũtur seruis; ita est expectãdus Christus. Confertur aũt Christus in suo secundo aduentu respectu seruorum, & eorum, qui ipsi ministrarunt, sicut sponsus reuertens à nuptijs: nuptiæ.n. celebratę sunt Christi cum Ecclesia in sua ascensione, sponsalitia autem in incarnatione. Perfectam autẽ huius rei explicationem sequens annotatio habet.

ANNOTATIO LXV.

EXistimo, sicut distinctus est status Ecclesię militantis, & triumphantis, ita ẽt Christum caput Ecclesię, distinctam habere rationem respectu vtriusque: nam ad militantem, rationem habet sponsi, & unio ipsius cum Ecclesia in hoc statu confertur sponsalitio; ad triumphantem vero, rationem habet viri; & unio comparatur nuptiis & matrimonio: nam ita uniuntur cum singulis iustis istius Ecclesię partibus, vt amplius separari non possint: ibi.n.nõ est peccatum, nec gratiæ amittendę periculũ: idcirco, quia Christus per suam ascensionem ascendit ad triumphantem, dicitur nuptias ibi celebrasse; cumque secundo aduentu veniet, à nuptiis dicitur reuerti. Hanc distinctionẽ indicat Parabola Matt. 25. de decem Virginibus: Ecce, inquit, sponsus venit, dicitur sponsus, quia virgines tunc in militanti Ecclesia erant; additur, & quæ paratæ erant, intrarunt cum eo ad nuptias. Ecce nuptię in triumphanti sunt Ecclesia, ad quas euocantur iusti, qui ex hoc mundo in cęlum euehuntur.

Christi caput ecclesię militantis, & triumphantis.

Vt,

Vt, cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.

COMMENTARIA.

PRosequitur explicare, quam diligens debeat esse expectatio, nimirum vt, cum Dominus reuertens à nuptiis domũ venerit, & pulsauerit, sine mora vlla, aut dilatione aperiant ianuam; nõ sicut ij serui, qui in lecto iacent, & impræparati sunt, qui Dominum pulsantem expectare faciunt, tuncq; incipiunt se præparare, cũ Dominus pulsat. Significat Christus suos non debere differre opera bona facere ad vitæ extremum, sed continuo vacare, & incũbere rectis operationibus, vt qua venerit hora inueniat bene operantes, & non sit necesse tunc se ad studium nouum boni operis conuertere: in hora.n.mortis, licet locus sit pœnitentiæ, tamen id rarum, difficile, & periculosum est.

Beati serui illi, quos, cum venerit dominus, inuenerit uigilantes.

COMMENTARIA.

PRæmium explicat eorum, qui inuenti fuerint vigilantes, cum Dominus pulsauerit, nempe quorum lũbi fuerint præcincti, & qui lucernas habuerint in manibus ardentes, & similes extiterint expectantibus Dominum reuertentem à nuptiis: præmiũ aũt est beatitudo: beati tales erunt; si autem beati, omni bono replebuntur, & ab omni malo protegentur, quo maius nihil est.

Amẽ dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.

COMMENTARIA.

EXponit beatitudinẽ hanc, & perseuerat in eadem metaphora, cœnam, inquit, lautissimam, & honorificentissimam, & in æternum duraturã dabit illis. Honorificentissimam quidem, quia ipse Dñs est, qui præcinget se, sicut ministri solent facere, & illis ministrabit. Lautissimã, quia transiẽs ministrabit, non solum quia discurret singulis ministrando, sed ẽt quia multiplicia fercula porriget, & hæc quidẽ pro singulorum meritis. In æternum verò duraturam, quia faciet illos discũbere. Significatur beatitudo, q̃ Deus ipse seipso donat, continuus, ac indesinentibus, perpetuisq; bonis, ac deliciis affluentem. Hanc dĩ præcinctus ministrare, quia nemo iustorum, seu beatorum Deum comprehendit, sed quasi præcinctum videt: incõprehẽsibilis.n. est ab intellectu creato. Dĩ ẽt transiẽs ministrare, non solum ob causam dictam, quia multiplicia, & indefinẽtia fercula, & delicias donat, sed quia pro singulorum meritis singulis præmia distribuit. Dĩ aũt ministrare, non qđ serui, aut famuli munus ibi suscipiat, sed vt explicet seruos suos ad supremã, ac mirabilẽ dignitatẽ proiectos, quę superat omnem huius seculi principatum, iuxta illud psal.138. Nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus corũ.

ANNOTATIO LXVI.

TItus Bostrenus explicans illud, trãsiẽs ministrabit illis, interpretatur dictũ, quia pro meritorum ratione Deus soluet præmia: nam etsi mensam variis donorũ, & gratiarũ ferculis magnifice instructã, oĩbus promiscue appositurus sit, attamẽ, pro exhaustorum laborum quantitate, singulis alias, & alias delicias apponet. Hæc ille. Euthymius illud, præcinget se, dictũ putat, quia iustitiam in distribuendo seruabit, quod verum est, existimo tamen id etiam positum ob causam in commentario positam, & explicatam.

Et si in secunda vigilia, & in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi.

COMMENTARIA.

SIgnificat incertam mortis hoĩum, & aduentus Christi horã esse, vnde oportet continuo vigilare: aliqñ.n. secunda, aliqñ tertia, aliisq; vigilijs venit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nit, id est, diuersis vitæ tẽporibus; beati ergo illi sunt, quos, quacumq; venerit vigilia Dominus, inuenit vigilãtes, & bonorum operum studio incumbẽtes. Erat apud Hebræos nox distincta in vigilias quattuor, singuleq; tres horas continebant, per quas vitæ tẽpus designatur: tempus.n. præsens nocti comparatur; quia fide, quæ obscura notitia est, ambulamus: quod dicitur de his duabus vigilijs, idem de aliis intelligi voluit. Incertitudo aũt mortis perpetuam, & indefinẽtem vigiliam toto tempore vitæ postulat.

ANNOTATIO LXVII.

Vigiliarum ista rum explicatio.

BAsilius hom. de non adhærendo rebus secularibus, ex his Domini sententijs deducit omni tẽpore debere nos esse præparatos morti: Oportet, inquit, nos quotidie ad migrandum ex hac vita parãtos esse, & nutum Domini fixis oculis expectare. Sint, inquit, lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs, ut venienti, ac pulsanti confestim aperiant. Hęc ille. Titus Bostrenus has vigilias duobus interpretatur modis, sic inquiens: Primę stationis vigiles eos existimari licet, qui quod cęteris accurationem vitæ rationem tenuissent, bonorumque operum studio præ aliis excelluissent, primi ordinis mercedem consecuti sunt. Secundę vero eos, qui in sta primorum gradum constiterunt. Tertiæ autem, qui his adhuc obscurius vixerunt. Sũt qui primam, secundam, & tertiam vigiliã ad diuersas gratum qualitates referant, & primam adscribunt pueris infra pubertatis annos adhuc constitutis: secundam iuuenibus adhuc adolescentibus: tertiam adultæ, iã matæque ætatis viris. Hæc ille. Dices, cum quattuor sint vigiliæ noctis, cur non meminit quartæ? Respondeo, quia rarissimi sunt, qui ad extremum vitę differentes bene operari, inueniuntur: ità facientes, ne etiam pigros faceret, si eius meminisset.

Hoc autem scitote, quoniam si sciret Paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam.

COMMENTARIA.

SImilitudine quadam exhortatur eos ad adhibendam vigilantiam supradictam, ea autem est: Si paterfamilias sciret quando fur uenturus esset, utique vigilaret, ut impediret domum suam perfodi à latrone; esset q; imprudentissimus, si id non faceret, imprudentiæq; suæ pœnã pateretur: fur.n. furriperet quæcumq; domi inuenisset. Ex hac similitudine deducit, quid Discipuli facere deberent, ut in sequenti sententia explicatur. Christus diem aduentus sui comparat furis aduentui ob duo. Vnum est, ut ostendat incertum, & inexpectatum fore: summum.n. studium est furibus, ut inexpectati surrepant; ideo intempesta nocte insidias struunt, qũ putãt uniuersam domum alto somno oppressam. Alterum est, ut significet detrimentum, quod patiẽtur illi, quos Dominus im pręparatos inuenerit, sicut patiuntur, quibus fur inexpectatus aduenit. Illud autem, hoc scitote, dictum est ad excitandum animos Discipulorum ad similem vigilantiam adhibendam.

ANNOTATIO LXVIII.

Aduentus Domini ad uẽtum furis cõparatur.

SImilis parabola habetur apud Matthęum cap. 24. hinc Apostoli aduentum Domini furis aduentui comparãt: Paulus enim 1. Thessal. 5. Vos, inquit, fratres non estis in tenebris, vt vos dies illa tamquam fur comprehendat. Petrus etiã 2. epist. 3. Adueniet, inquit, dies Domini vt fur. Quod autem ad literam spectat, potest esse duplex sensus, aut de præterito, nempe de eo, cuius domus iam est perfossa, qui, si sciuisset aduentum furis, vtique vigilasset, & non siuisset perfodi domum, aut etiam de futuro, scilicet, si Pater sciret aduentum furis, non sinet perfodi domum, sed vigilabit. Vterque sensus est accommodatus, & ad rem ipsam facit.

Et vos estote parati; quia qua hora nõ putatis, Filius hominis veniet.

COMMENTARIA.

COncludit ex parabola, estote etiã vos parati, & vigilate, & subdit causam à maiori: si enim paterfamilias sciens certum aduentum furis, vigilaret, vos, quibus incertus est, singuliq; horis euenire potest, debetis multo magis vigilare: qua.n. hora non putatis, id est, vobis ignorata, & incognita, Filius hominis veniet.

ANNOTATIO LXIX.

SEntentia hæc de aduentu Domini secũdo procedit, quando venturus est iudicare genus humanum, quamuis accõmmodetur etiam singulis hominibus, quorũ dies mortis incertus est, dicitur que Dominus venire quo ad effectum a singulis enim ratio exigetur, & factorum præmium, aut pœna reddetur. Est autem vitium hoc imprudentię, & stultitiæ, quo non prouidet homo, quæ futura sunt, tanti momenti cum sint. Vnde Ec. Iesiast. 7. scriptum est: Noli esse stultus ne moriaris in tẽpore nõ tuo; ille autem moritur in tẽpore non suo, qui moritur impræparatus, & quando nõ cogitabat; qui enim semper morituram se cogitat, & in singulas horas præparatus est, moritur tempore suo. Notat aũt Chrysostom. hom. 78. similia verba apud Matthæũ ponderans, totam hanc similitudinem ad erubescentiam desidię hominum dictam esse: inquit enim sic: Hæc ad erubescentiã desidiæ mihi dicta videntur; maiorem enim diligentiam habent furem expectantes, quã nos salutis animæ: vigilant enim tunc, ne aliquid sibi furripiatur, nos autẽ, quãnis certo sciamus venturũ Dominum, non per curamus, neq; ita vigilamus, vt postmodum non impræparati ex hac uita discedere. Hæc, & alia ille.

Ait autẽ ei Petrus: Domine ad nos dicis hanc parabolam, an et ad omnes?

COMMENTARIA.

SCiens Petrus quasdam parabolas Discipulis electis aptari, quasdã vero communiter omnibus, merito de tota hac parabola, Sint lumbi vestri præcincti, vsque ad vltimam sentẽtiã, interrogat, an pro ipsis solis, an pro omnibus etiam in Christum credentibus sit prolata. Quid autẽ permouerit Petrum ad id interrogandum, sequẽs annotatio declarat.

ANNOTATIO LXX.

Cur Petrus de hac parabola sic interrogauerit Dominum.

QVid autem mouerit Petrum ad hanc interrogationem, inuestigant recẽtiores. Quidam aũt eorum existimant Petrum solicitum, ne ex hoc Christi mandato necesse haberet plus, quam alios hoĩes, oneris, & molestiarum ferre, id petiisse: audiebat.n. Christum summam vigilantiã exigere; ex quo sequitur ex vitio processisse hanc interrogationem. Ista responsio parũ accõmodata est, nihilq; veritatis habet, sciebat enim Petrus cum Discipulis, se ad altiora vocatum supra cęteros homines, vnde & relinquerant omnia, vt Christum sequerẽtur, quod cæteri non fecerant; non ergo ignorabat ad plura, ac grauiora se teneri; nec molestum illi erat grauiora subire supra alios pro Christo, qui dixit, etiamsi alij scandalizati fuerint, ego numquam scãdalizabor.

Quidam alij recentiores respondẽt, Petrum sciuisse se cum Discipulis uocatũ, electumq; esse ad officium patris familias, cuius officium est domui custodiendæ inuigilare, ideo interrogat, an sibi soli cũ condiscipulis hæc, an potius etiam omnibus dicta sint. Hæc autem responsio non uidetur soluere difficultatem dubitationis, nec satisfacere.

Posset alicui uideri huius interrogationis alia causa, nempe, nõdum.n. Petrus intelligebat Christi aduentum secundũ, idcirco eius primum aduentum considerans, & animaduertens, se iam cum condiscipulis Dominum aduentantem excepisse, arbitrabatur hæc nõ tam ipsis, quam alijs, quĩ Christum nondũ receperant, nec in eũ credidẽrant, conuenire, idcirco interrogat si forsan a Christo aliquid, quod ipse non intelligebat, audiret. Huic aũt obstat textus Euangelicus; dicendum enim tunc erat, ad nos dicis hanc parabolam, an ad alios? Cum autem dictum sit, an etiam ad om-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes? nempe non ad nos solos, sed etiam ad cęteros nobiscum, non seperauit, nec excepit se Petrus ab hoc mandato, sed cupiebat scire, an solis ipsis, an omnibus simul, nempe credentibus in Christum datum esset.

Idcirco dicendum est, cum nouisset Petrus se cū Discipulis prędicaturum esse cęteris Christi Euangelium, ac doctrinam, iā que id expertus esset, cum missus fuit cum aliis ad prædicandum, idcirco scire cupit, an hæc Christi mandata sint sibi cum omnibus communia, ut, si talia essent, ipse cæteris omnibus prædicaret, ac annunciaret, vt postea fecit, & scripsit. Huic responsioni consonant sequentia.

Dixit autem Dominus.

COMMENTARIA.

REspondet Dominus Petro, non quidem expresse, sed tacite, & responsio est, eos non ad ea solum, quæ in parabola sunt significata, teneri, sed ad alia maiora, vtpote qui dispensatores sint, & aliorum cura eis sit demandata, & ad quos spectat seruare illa omnia, & aliis seruanda tradere. Hæc aūt noua quadā parabola de fideli, & prudenti dispensatore docet.

ANNOTATIO LXXI.

QVidam recentiores existimant Dominum non respondisse Petri interrogationi, quia uitiosa erat, uti in annotatione præcedenti retulimus ex quorundam sententia; erant tamen isti: non .n. interrogationis causa ea est, quam illi putabant, immo non priuat Christus Petrum responsione, & quidem copiosa, dum docet, quid ipsi amplius cæteris debeant obseruare, qui nō pro se, sed pro aliis etiam inuigilare teneantur. Euthymius arbitratur Christū significasse parabolam dictam esse de ipsis Discipulis. At uero accommodatius Ambrosius censet Parabolam, de qua Petrus interrogat pro omnibus dictam, quæ uero sequitur pro Apostolis, & ijs, quibus aliorum cura incumbit: respondet .n. Christus non ad prædicta, sed ad alia etiam maiora teneri. Hoc autem in expositione sequenti fiet manifestius.

Quis, putas, est fidelis dispensator, et prudens, quem constituit Dominus super familiam suā, ut det illis in tempore tritici mensuram?

COMMENTARIA.

REspondet Christus Petro, eos nō solum quæ dicta sunt, sed adhuc maiora seruare debere: nam priora sūt communia cum seruis omnibus; at ipse Petrus cum Discipulis non simpliciter erant serui, sed primarii serui, quibus aliorum cura demandata est. dicit igitur per parabolam: Quisnam est dispensator fidelis, & prudens, quem cō stituit Dominus super familiam suā, id est, super alios seruos, ut distribuat eis mensuram tritici suo tempore debito, quasi diceret, Vos estis sicut illi dispensatores serui, fideles, & prudētes; fideles, id est, voluntatem Domini facientes, & quę imposita sunt ab illo exequentes; prudentes uerò, qui disponunt omnia debitis suis temporibus, & iuxta personarum qualitatem faciunt; quos Paterfamilias constituit, vt curam aliorum seruorum gerant, & debitum, ac necessarium cibum opportune distribuant: non igitur solum pro uobis inuigilandum est, sed etiam pro aliis. Vtitur autem Dominus interrogatione ad commendandum, & magnificandum talem dipensatorem: habet .n. hæc interrogatio quādam excellentię significationem, quæ sequenti sententia indicatur: Beatus, inquit, est, & super omnia bona constituetur. Forsan autem singulari utitur numero, ad indicandum Petri primatū super omnes. Est autem prælatorū pabulo spirituali multiplici subditos pascere.

ANNOTATIO LXXII.

Copi sint explicantur uerba Lucę præcedentia.

HAnc parabolam refert ēt Matthæus alio quidem tempore dictā à Dño, ibi aūt ait: Quis putas est fidelis seruus? hic aūt ē, Dispensator: oportet tñ utrobiq; intelligere de seruo primario, qui super alios seruos constituitur, vt curam illorum gerat, ideo & seruus, & dispensator dī. Apud Matthæum autem verbū (constituit) est præteriti temporis: apud Lucā aūt in nonnullis Græcis, & Latinis exemplaribus est futuri, sensus tñ non mutatur. Illud autem, similiam, Græce τεραπελιας, famulorum, ac seruorum est, non filiorum, quod etiā paulo inferius declaratur: dicitur enim: si seruus ille incipiat percutere seruos, & ancillas, quo significat hanc dici familiam. quidam vertunt famulitium. Illud autē: Tritici mensuram Græce σιτομέτριον, id est, cibum, seu frumentum demēsum significat, quasi singulis mensibus, aut certis tēporibus seruis pro suo uictu distributum: nā σῖτος Græce aliquando frumentum, aliquādo mutato genere quēlibet cibū significat. Matthæus habet (ut det illis cibum in tempore.) Erat autem dispēsatoris munus, singulis seruis debitis temporibus demēsum diuidere frumentum, aut cibum. Interpres vertit triticum. Refert autem Donatus in Phormionē, seruos quaternos modios frumenti accepisse in singulos menses, idque vocari demensum. Hæc quoad verba dicta sint.

Cur Xps interrogauit Quis putas, &c.

Quod ad rem spectat, qualitatibus primarij serui explicat Dominus, quales esse debeant, qui in Ecclesia aliis reficiuntur, vt eorum gerant curam. Dispensatores .n. sunt, vt intelligant non esse se dominos. 1. Corin. 3. Sic nos existimet homo quasi ministros, & dispensatores. 1 Pet. 5. neque ut dominantes in cleris. Præterea fideles esse debent, nēpe Domino, vt iuxta ipsius præscriptum omnia disponant, non quod suū est, sed quod Domini quærentes, idque faciant, quod Dominū velle eos facere sciūt. Hæc est illa fidelitas Pauli 2. Thim 4. Fidē seruaui. Rursus prudentes, vt distinguant tempora, personas, circumstantias, omniaque ordinate exequantur. Est autem multis modis prudentia obseruanda Prælatis in pascēdo populo: non .n. idē modus erga omnes est tenendus. Demum diligentes, & vigilantes esse debent, vt operi incumbāt. 2. Tim. 4. Tu vero vigila, in omnibus labore. Hæc singula prosequi longum esset, & ab instituto nimium recederet.

ANNOTATIO LXXIII.

CHrysost. hom. 78. in Matth. notat Christum interrogasse non ex ignoratia. Quis

putas, inquit, est seruus? sed ne curiosius Discipuli interrogarent; aut vt raritatem talium seruorum indicarēt: raro .n. tales inueniuntur. Possemus hæc eadem huic Lucæ loco applicare; ego uero existimo usum esse interrogationę ob eam causam, quę in commentario est expressa: similisq; est illa locutio supra cap. 1. Quis putas puer iste erit? admirationis est, & magnæ cōmēdationis sīa. Notat ēt ibidē Chrysostom. non doctoribus solā hanc parabolā conuenire, sed ēt diuitibus, qui sunt diuitiarum dispēsatores. At accōmodatius Hilar. can. 27. in Matth. & Ambrosius hoc loco eam de prælatis interpretantur, vt in commentario diximus. Illa aūt duo, nempe (fidelis, & prudens) recte Chrysostomus explicat: Fidelem, inquit, appellat, quia nihil ex rebus Domini sibi attribuit, nec ēasū quid quam expendit. Prudentē autem, quia dispensare nouerit: opportune siquidem utraque re nobis opus est, ne scilicet quę Domini sunt ad proprios usus rapiamus, & ut opportune omnia dispensemus: nam si alterum horum absit, eius absentia alterū omnino claudicat. Hæc ille. quæ quamuis diuitibus applicet, Prælatis etiam accommodari conuenienter possunt.

Beatus ille seruus, quem cum uenerit Dominus, inuenerit ita facientem.

COMMENTARIA.

ECce præmium dispensatoris fidelis ac prudētis qui dat familię Domini in tēpore mensuram tritici: Beatus, inquit, seruus ille, quē Dominus veniens inuenerit ita facientem, vt dictum est. Non autem dicitur ita fecisse, sed facientem, quia oportet in incœpto bono perseuerare usque ad diem, & horam aduentus Domini. Multi fecerunt, at quia non perseuerarunt, Dominus non iuuenit eos facientes, ideo nec beatos effecit. Beatitudo promittitur illi, danda in Domini aduētu. Quē autem prius dispensatorem, nūc seruū appellat, vt intelligat dispensatorem ēt seruum esse, supra alios tamen conseruos constitutum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vere dico vobis, quoniã supra omnia, quæ possidet, constituet illum.

COMMENTARIA.

MAgnitudo præmij exprimitur, vt maiori labori maior etiam respondeat merces, erit ergo beatus, nõ quouis modo, sed excellenti: cõstituet enim eum Dominus, non super cõseruos, vt prius, sed super omnia, quę possidet. Sub quibus verbis parabolicis Christus significat magnitudinem, & excellentiam præmij, & beatitudinis, quam confert Prælatis fideliter, prudẽter, ac diligẽter munus eis impositum implẽtibus. Recte autem similitudo prodit: nã Deus beatificat sui fruitione: beatitudo enim in visione, ac fruitione essentiæ diuinę, eiusq; perfectionis posita est, ideo dicitur super omnia bona sua.

Quod si dixerit seruus ille in corde suo: Moram facit dominus meus uenire: cœperit percutere seruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari.

COMMENTARIA.

NOn solum præmio, sed etiam pœna exhortatur Dominus suos ad vigilantiam, & ad perfectum administrationis munus exhibẽdum, propter ea describit vitam mali dispensatoris, ac pœnam ei inferendam. Malus ergo dispensator primo quidem vitæ longitudinem sibi promittit, ac in corde suo cogitat Dominum non ita citò venturum, deinde huic pessimo fundamẽto nixus, ac cõfisus, eos, qui ipsi curæ traditi sunt, male tractat, cõseruos, & ancillas percutiens: sibi autem indulget, bibendo, edendo, se inebriando, quodque alijs erat distributurus, in luxum proprium cõuertendo. Sic se gerit iniquus dispensator, quod alijs verbis Ezechie. cap. 34. significauit de malis pastoribus, sic dicens: Væ Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos; nonne greges à pastoribus pascuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini; & quod crassum erat, occidebatis, gregẽ aũt non pascebatis: quod infirmũ fuit, non consolidastis, & quod ægrotũ, nõ sanastis: quod cõfractum erat, non alligastis. Hæc & alia ibi. Profecto, qui sibi longam vitam promittit, ac Dominum tardaturum persuadet, omne scelus committendi periculo se exponit, sicut ecõtrario, omni bono incũbit, qui Dominum iam iã aduentantẽ cogitat.

Veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora, qua nescit.

COMMENTARIA.

ECce pœna mali illius dispensatoris, correspondens ipsius vitę: Primo quidẽ ille morã facturũ Dominũ confidebat, veniet igitur Dominus inopinato, rapietq; talẽ seruũ de hoc mũdo, hic, quã non ille sperabat, & hora, quã ignorabat, hoc est, inueniet illum impræparatũ; quod magna profecto pœna est, ac radix & initium tormentorum eternorũ, cũ homo, qui untijs incumbit, & impręparatus inuenitur, & ab hoc seculo sic euocatur. Et nota duo simul, nẽpe diem, & horã: sunt. n. qui, etsi diem ignorant, non tn horã, id est, sunt qui vitam sibi persuadũt lõgam, tñ morti proximi cogitãt Dñi aduentum, & resipiscunt, quod magnũ Dei beneficiũ est. Alij vero, qui vsque ad extremũ instans aduentũ non animaduertunt, corripiũturq; in peccatis à Dño, hi nec diẽ, nec horã nouerunt, hæcq; est pœna serui mali. Illud hora, qua nescit, idẽ est, quod non cogitare de Domini aduẽtu, ẽt in vltimo vitæ.

Et diuidet eum.

COMMENTARIA.

PRosequitur pœnã mali serui exprimere. quẽ ergo Dñs impræparatũ inuenier, diuidet, i. separabit, & pcidet a se, excludendo eum a numero seruorũ suorũ, & de familia sua: hoc est illud, quod apud Matth. in alia parabola dictum est. Discedite a me maledicti.

AN-

ANNOTATIO LXXIV.

Pars qd hoc loco significet

ORigenes lib. 2. Periarchon. cap. 11. interpretatur sic: Diuidet à dono Spiritus sancti; diuidet etiam à consortio, & custodia Angelorũ. Hilarius can. 27. in Matth. interpretatur sic: Diuidet eum à bonis promissis. Hieronymus autem Matth. 24. Separabit, inquit, à consortio Sanctorum. Euthymius vero, separabit eum à dignitate. Hæc omnia vera sunt; tamen prima omnium separatio, à qua cæteræ emanant, ea est, qua reprobatus ab ipso Deo, & Christo separatur, quia gratia, donis, & omnibus spiritualibus bonis, ac virtutibus, diuinis auxilijs, ac spe omni salutis priuatur. Hinc separatur ab Ecclesia, à consortio fidelium, ac Sãctorum, tam hominum, quã Angelorũ: hinc manet sine Dei visione, ac fruitione promissa bene operãtibus, exclusus à regni cęlestis hæreditate. Diuidet ergo eum Dominus primo à se, secundo à corpore suo, quod est Ecclesia militans, & triũphans; tertio à beatitudine cęlestis regni promissa hæreditate. Hæc diuisio est omnium malorũ pessimam: priuari enim Deo in sempiternum est supra omnia tormenta, ac mala pœnæ.

Partemq; eius ponet cũ infidelibus.

COMMENTARIA.

HÆc etiam est pœna infligenda malo dispensatori, non solum diuidet eum Dominus, sed etiam ponet eius partem cum infidelibus, id est, cũ infidelibus coniunget, eisdem cum illis pœna, & tormento puniendum. Quod Matthæus cap. 24. explicat dicens: Ibi erit fletus, & stridor dentũ; separatus ergo, ac diuisus punietur. Infideles hic dicuntur, qui Domino fidelitatem non seruant.

ANNOTATIO LXXV.

ORigenes lib. 2. Periarchon. ca. 11. partẽ interpretatur animam, quę diuidit à donis Spiritus, & ab Angelorũ custodia, & mittitur in ignem Inferni. Euthymius apud Matthæum dupliciter interpretatur partẽ. Vnb modo ipsum met seruum, qui cum diuisus sit, pars appellatur. Altero mo-

do, partem, id est, sortem eius: sunt. n. sortes diuersę iustorum, & impiorum, hœdorum, & agnorum; collocabit ergo inter hędos, & damnatos. Alij partem intelligunt, portionem, seu mercedem. hanc enim dabit Deus seruo huic, quam dare solet infidis seruis, & qui fidem Domino nõ seruarunt. Si de aduentu particulari hæc intelligamus, nimirum quando dies mortis singulorum est, tunc posset quispiã hęc duo verba sic interpretari. Diuidet eũ, quia animam separat à corpore, & partem eius, id est, animam, dãnat pœnis addictam Inferni. Rectius tamen, & accõmodatius est, quod dictum est prius: nam hoc in loco. Diuidet, ad vindictam pertinet, illo autem modo non esset vindicta: talis enim diuisio, quæ per mortem fit, communis etiam est sanctis, & piis hominibus, ac seruis, qui fideles fuerunt Domino. Aduertendũ est autem apud Matthæum legi (partem eius ponet cum hypocritis) nec mirum est: nam hæc parabola bis à Domino, relata est, vt supra diximus, & notat hic Euthymius. Vnde potuit illo, & hoc vti vocabulo; si tamen sensum attendamus, in idem tendũt: nam seruus infidelis, & infidus est, qui, quod munere profitetur, non efficit opere, profitetur fidelem se esse officio, vita autem infidelis est, hæc autem hypocrisis est.

Ille autem seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis.

COMMENTARIA.

DIstinguit duo genera infidelium. Vnum est eorum, qui voluntatẽ sui Domini exploratam habuerũt, & non se præpararunt præcingendo lumbos, nec lucernas in manibus tenẽdo, nec fecerunt secundum voluntatẽ illius dando familiæ mensuram tritici. Hi serui infideles cædentur multis plagis, id est, grauius torquebuntur: eorũ enim peccatum, & infidelitas ex malitia est, nouerunt enim quid Dominus vellet. Hac sententia excitat Christus suos Discipulos ad debitam vigilantiã,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& dispensationem, quippe qui voluntatem Domini non ignorarent, quin potius proprio ore didicerint: perseuerat in eadem metaphora seruorũ, quorum est vapulare.

Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.

COMMENTARIA.

ALterũ genus est eorum, qui nõ habuerunt exploratam Domini voluntatem, & tamen non se prępararunt, nec fecerunt secundum voluntatem Domini; quod quidẽ dignũ est plagis. Hi vapulabunt paucis, id est, minorem recipient pœnam, quam priores: punientur tamen, quia potuerunt nosse Domini voluntatem.

ANNOTATIO LXXVI.

BAsilius reg. breu. respons. 267. notat ex his verbis, paucis, & multis plagis, deduci pœnarum Inferni diuersitatem, quidã enim acrius, quidam leuius torquentur; non autem deducendam esse temporis, aut durationis distinctionem, cum vtræq; sint æternæ, tam leuiores, quam acriores; multaque ibi dicit contra eos, qui pœnas inferni finiendas censuerunt, ibi lege. In hoc ẽt loco Titus Bostrenus interrogat, cur seruus, qui voluntatem Domini non cognouit, digna autem plagis fecit, rationem reddere, pœnamq; subire compellitur? Respondet sic, quia cum Domini uoluntatẽ scire potuisset, discere neglexit. Iam ergo, si is, qui Domini voluntatem compertam non habuit, promeritam pœnam non euadet, quo ille dira verba euasurus est, qui certo exploratam facere non voluit. Hæc ille.

Omne autẽ, cui multum datum est, multum quæretur ab eo.

COMMENTARIA.

ACcumulat Dominus argumenta ad vigilantiam, & ad debitam dispensationem inducẽtia Discipulos, & vtitur etiam metaphora, ac similitudine: Cui, inquit, multum datum est à Domino, multum etiam repetetur ab eo; maiorque gratia exigetur, vbi maius est acceptum, id est, cui multa pecunia committitur ad negotiandum, multũ ẽt lucrũ ab eo repetetur, ratioque maior exigetur. Ad eos pertinet hæc sententia, qui ad altiores gradus, & dignitates vocati sunt: hi enim ad maiora, & plura tenentur opera. Discipuli igitur, qui ad Apostolatum erant promoti, & totius orbis magisterium, ac gubernationem suscepturi, supra cęteros tenebantur sanctitatis opera præstare. Sic etiam Prælati, qui ad altiorem gradum sunt promoti, tenentur maiora obsequia Deo exhibere, vitaque excedere, quos superant dignitate. Potest etiam extendi sententia ad quoscumque etiam priuatos, eosque, qui à Deo plura beneficia siue temporalia, siue spiritualia acceperunt: debent enim hi pro acceptorum proportione recte operari: omnium enim, quæ accepimus, reddenda est ratio: accepimus enim ea, vt Deo inseruiremus, nostræq; saluti acquirẽdę incumberemus, & horum ratio exigetur.

ANNOTATIO LXXVII.

TItus Bostrenus hanc sentẽtiam de prælatis interpretatur, sicut & nos, diluciusque scribit, dicens: Hæc clare indicant Doctorum, pastorumque iudicium cæterorum non parum grauius, periculosiusque fore. At qualia, inquit, ea sunt, quæ Dominus ab huiusmodi hominibus deposcit? inter cætera deposcit ab illis fidem modis omnibus rectam: doctrinam ab omni errore alienam: spem erectam, & firmam: inconcussam in rebus aduersis patientiam: infiatam Spiritus fortitudinem: in omnibus deniq; præclaris virtutibus, & actionibus promptum, expeditumque animi studiũ, quo Euãgelicæ conuersationis exemplum aliis præbere queant. Hæc ille. De eisdem etiam interpretatur Cyrillus lib. 4. de Adoratione in spiritu.

Quid in Prælatis requirãtur.

Et cui commendauerunt multũ, plus petent ab eo.

COMMENTARIA.

PRosequitur, cui etiam plura negotia commissa sũt, plurium ratio ab eo exigetur: Sic etiam à Prælato, cui non sua tantum, sed aliorum salus cõmissa est, aliorum etiam ratio reposcetur. Ad idem spectat hęc sentẽtia, sed ratione diuersa: prior enim procedit de ijs, quæ Prælatus recipit in se; hæc autem posterior, de his, qui eius curę, ac gubernationi commissi sunt, quorum etiam ratio ab eo exigetur, iuxta illud Hebr. 13. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim pernigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Dicitur autem plus petendum ab eo, nõ quidem plus, quam cõmendatum sit ei. Priori ergo sentẽtia significatur ratio reddenda à Prælato pro se, pro ratione muneris, ac dignitatis acceptæ; in posteriori vero, ratio ẽt reddenda pro aliis eius curæ demandatis: punietenim pro ijs, qui culpa sua perierunt; contra vero mercedem accipiet pro ijs, q eius opera salnati sũt.

Ignem ueni mittere in terram.

COMMENTARIA.

POstquã Discipulos officij, & muneris eorum admonuit, explicat nunc proprium suum officiũ, ad quod ipse venit; tum vt magis ostendat, & clarificet officium Discipulorum, quorum opera id, ad quod venit, magna ex parte complẽdum erat; tum vt suo exemplo illos horterur ad exercendũ vt oportet sibi commissam dispensationem. Veni, inquit, mittere ignem in terram, qui accendendus est, & extendendus est per totum orbem: idq; per vos fieri debet. Ignis hic Spiritus sanctus est, prędicatione Euãgelij per fidem, pœnitentiam, dilectionemque accendendus, ac diffundendus in hominum corda per totum orbem, vt illustrentur, purgentur, mundentur, fortificentur, ac inflammentur. ad hoc venit Christus: idcirco missurus per Mundum Discipulos, non solum post resurrectionem dedit eis Spiritum sanctum, sed etiam post ascensionem misit in illos Spiritum hunc in specie ignis replentem corda eorũ gratiarum plenitudine, vt valeãt eum ignem per orbem deferre, & accendere in cordibus hominum. Ignis corporeus hęc præstat, illuminat, urit, & vrendo emundat, & purgat; fortificat etiam, quia consumit corpora obstaculum præbentia; quæ per similitudinẽ quandam Spiritus sanctus operatur: nam illustrat mentem erroribus depulsis, vrit per pœnitentiam, purgat a peccatorum maculis, inflammat, & fortificat ad subeunda omnia pericula, & mortẽ ipsam propter Deum.

ANNOTATIO LXXVIII.

VAriæ sũt expositiones i explicãdo hoc ignes: nam per similitudinem multa sunt, quæ igni comparantur, & in Scriptura dicuntur ignis. Primo loco quidam hũc ignem interpretantur Spiritum sanctum, per quem corda illuminantur, & purgantur, quem Christus venit dare, & communicare hominibus; interpretationem hanc sequitur Origenes, quem Hieronymus li. 2. Apologi. aduersus Rufinum citat, hũc locum Lucæ sic exponeatem, ignem veni mittere in terram, & quã volo, vt ardeat, id est, omnes cupio agere pœnitentiam, & excoquere Spiritu sancto vitia, & peccata. Eodem modo interpretatur Athanas. lib. de cõmuni essentia Patris, Filii, & Spiritus sancti, & Cyril. lib. 5. in Leuit. similiter Isichius lib. 7. in Leuit. confirmans illo Ioann. 20 Accipite Spiritũ sanctũ, quorum remiseritis peccata. quasi tunc ignẽ Christus mitteret. Diffusus eandem interpretationem prosequitur Greg. hom. 5. in Ezech. & hom. 30. in Euang.

Quid hic per ignẽ intelligatur.

Secundo loco quidam ignem hunc interpretantur internam fidem, dilectionẽ, ac deuotionem, quã Spiritus sanctus operatur in hoc, hac. immediate inflammã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, purgantur, & emundantur corda, hanc interpretationem sequitur Ambrosius in commentario, dicens hūc ignem Cleophā testatū esse, quando dixit, nonne cor nostrum ardēs erat, cum aperiret Scripturas, & loqueretur in via. Similiter Augus. lib. 22 cōtra Faustum, cap. 93. Ignem, inquit, veni mittere in terram; & quoniam nō est qui se abscondat à calore eius, dum in eū credunt gentes, igne uirtutis eius diaboli ca in eis forma soluitur. Hæc ille. Fidem igitur in Christum viuam interpretatur ignem hunc. Idem tenet Euthymius, qui dem, ac dilectionem intelligit ignem hūc esse, & vere ignis sunt spiritualis, de quo can 8. dicitur, Fortis, vt mors dilectio lam padis eius, lampades ignis, aquę multę nō potuerunt extinguere illam.

Tertio loco, Cyrillus in quadam catena Græca, hūc ignem diuina, & sacra eloquia interpretatur, cui fauet illud Psal. 118. ignitum eloquium tuum veheme ter. Euāgelium ergo, & doctrina Christi continens veritatem Dei præcepta, ac Sacramenta, ignis est, quia per ipsum accendunt corda. Omnes hæ sententiæ mihi vīæ sunt veræ, & ad sensum huius sententiæ expectantes. Sunt enim hæc tria ignis similitudinem habentia, quamuis differenter. Spiritus sanctus enim ignis est primus, incendens, & inflammans, nō autem ab alio incensus, nec dependens. Euangelium autē velut instrumentum, per quod corda ignescunt, & incenduntur. Interna aut m dilectio, & fides ignis accensus, quo immediate corda ardent, & incēsa sunt. Omnia hęc Christus operatus est: Venit enim, vt Spiritum sanctū cōicaret, Euāgeliū traderet, vt sic corda hominum fidem, & charitatē contiperent, ac purgarentur, emundarent, & inflammarentur, ac fortificarētur: si. n. non venisset, nullatenus hominibus ullus ex his ignis datus esset. Adde Christū ipsum ignem esse accendentem: virtute. n. sua corda purgat, illustrat, ac fortificat; sic quæ Hieronymus Malach. 3. illa verba de Christo (sedebit quasi ignis conflās) iuxta hæc verba Saluatoris præsentia, interpretatur. At vero germana huius ignis interpretatio est prima, vt ignis hic sit Spiritus sanctus, qui & per uerbum Christi, & per dona sua, & gratias, ac virtutes corda ignita reddit, qui tunc accendi dicitur, cum corda nostra possidet p dona, ac virtutes suas; tunc in nobis extinguitur, quando peiuramus eis, iuxta illud 1. 1 Thessal. 5. Spiritum nolite extinguere.

Vltimo loco Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 29. aliam quandā interpretationem huius ignis profert: putat. n. ignē hunc esse, quod alio verbo Matthæus cap. 10. appellat gladium, nēpe odia, & inimicitias, ac dissensiones, quæ increduli cōtra credentes Euang. lij causā excitarunt, de quibus dicitur, veni separare hominē aduersus patrem suum, & filiā aduersus matrem, & inimici hominis domestici eius; at uero licet tribulationes soleant etiam dici ignis per similitudinem, tamen ea significatio non accommodatur huic sententiæ: nam quæ sequitur sententia, eam rem cō tinet, unde superflua esset, si ista prætēs de tali gladio intelligeretur.

Et quid uolo, nisi ut accendatur.

COMMENTARIA.

COnnectitur sententia hæc præcedēti, per quam explicat Christus, quantum sibi cordi sit hunc ignem accendi in terra, hominumque corda eo cremari, & inflammari. Sensus est, cū venerim ad mittendum ignem in terram, quid volo, nisi vt accendatur? id est, nihil aliud magis, aut æque cupio, quam hunc ignem iam accendi in terra, hominesque fide, pœnitentia, dilectione purgari, ac mundari. Qui enim venit aliquod negotium peragere, sūmopere cupit id perficere, ac cōplere, qui ergo venit mittere ignē, maxime cupit ipsum ignem accendi, & ardere. Hoc exemplo excitat Discipulos ad desiderium dispensationis per eos administrandæ.

ANNOTATIO LXXIX.

Variātes lectio præcedentis suas, & quis sit eius sensus expēditur.

MVltiplex lectio, & interpretatio huius sententiæ, quod ergo ad lectionē spectat. Quidam primo loco legunt sic: Et quid volo, si iam accensus est? sic habent Hilarius Psal. 119. Theophylactus, & Euthymius, & Cyrillus citatus in catena, Græcaque multa exemplaria huic lectioni fauent.

uent. Secundo loco, Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum legit. Quā volo, vt ardeat? similiter et lib. 2. apologiæ aduersus Ruffinū; & hæc lectio hī apud versionem Origenis hom. 1. in Ezech. Quam, inquit, volo, vt accendat. Tertio. Isychius, si interpreti credimus, li. 7. in Leuit. legit, & volo, vt accēdatur. Quarto Philaster lib. de hæresib. cap. vlt. legit, quam volo accendatur ocyus. Quinto vetus noster interpres legit, vt dictum est, quid volo, nisi vt accēdatur, sicque legit etiam Gregorius hom. 5. in Ezech. quamuis hom. 30. in Euange. loco (accendatur) legat, ardeat. Hæc lectiō nū varietas antiqua indicat varietas fuisse lectiones Græcorum exemplarium.

Quod vero ad sensum pertinet, qui primam lectionem amplectuntur, varie et exponunt, sensusq; diuersos habent. Euthymius sic interpretatur: Si iam iste ignis, quem veni mittere, iam accensus est, vt vere accensus est in vobis, nec vnq̄ extinguetur, sed per orbem percurret, quid amplius in mundo expecto? nihil aliud est, quod iā optem, nisi transire de hoc seculo. Cyrillus autem in quadam catena aliter interpretatur, supplendo sententiam, nimirum, si iā accēsus est ignis hic, quid volo nisi vt per vos extendatur in vniuersum orbem?

Theophylactus vero aliter intelligit nimirum, si iam accensus est, quid aliud volo. hoc enim cupiebam, nimirum vt accenderetur, cum ergo sit iam accensus, non est aliud, quod velim. His tribus modis hæc sniia iuxta lectionem primam explicatur. Tres autem lectiones, nempe secunda, tertia, & quarta eundem sensum habent, nimirum, veni mittere ignem in terrā, quid volo, nisi vt accendatur, id est, summopere cupio cum accendi, & ardere iam in cordibus hominum, in quos veni cum mittere. Hunc Hieronymus sensum, similiter et Origenes intendunt legentes, vtinam accendatur, aut, ò quantum cupio accendi iam. Sicque cum vulgato in commentario legimus, & exposuimus.

Baptismo autem habeo baptizari.

COMMENTARIA.

DOcet hunc ignem non esse accēdendum in terram, nisi postquā ipse mortem, ac passionem passus fuerit, quam ideo perficere iam, ac complere desiderabat: baptismo, inquit, habeo baptizari, nempe prius quā ignis hic in terrā emittatur, & accendatur. Mortem suam appellat baptismum, quia sanguinem suum effuturus erat, ipsoque perfundēdum corpus suum, iuxta illud Genes. 49. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium suum. Vtitur autem verbo præsentis temporis, quia cum hæc loquebatur, imminebat tēpus passionis, ac mortis eius, postquam per Apostolos in orbem totum ignis hic extēsus est.

Et quomodo coarctor vsquedum perficiatur?

COMMENTARIA.

QVomodo coarctor, id est, multum affligor præ desiderio perficiendi baptismum, & passionem subeundi, per quam ignis est accendēdus in terram, & salus hominum efficienda. Non propter mortem, aut passionis dolorem coarctabatur Christus, sed propter tarditatem: desiderabat. n. iam iam se offerre pro nobis, & ignē accendere in cordibus hominum.

ANNOTATIO LXXX.

REcte notat Ambrosius, si anxius erat Christus vt mortem perficeret, nō propter mortem, sed ob perfectionem eius; igitur mors illi fuit absolutio anxietatis, non coacteruatis doloris, id est, liberauit cum ab anxietate, non autem anxietatem cumulauit. Illud, quomodo, aduerbium est augmenti, id est, valde, seu multum. Ioan. 14. Ecce quomodo amabat eum, id est, valde amabat eum. Coarctari autem est constringi, coangustiari, & affligi, quo verbo vsus est Paulus Philip. Coarctor, inquit, à duobus; præmebatur, & affligebatur Paulus desiderio videndi Christum, eoque fruendi, ac desiderio salutis hominum.

Putatis

Putatis quia pacẽ veni dare in terrã? Non, dico vobis, sed separationem.

COMMENTARIA.

IGnis huius, qui post baptismũ passionis eius mittendus erat in terrã, efficaciam ostendit, quæ tanta est, vt vincat omnem naturalem affectum, & patres à filijs, ac matres à filiabus separet, omnemq; sanguinis coniunctionem soluat, dum fides Christi, dilectio Dei, ac Euangelij obedientia illis omnibus spõnitur. Dicit ergo: putatis ne vos me venisse ad pacificandũ homines inter se, id est, futurum esse, vt meo aduentu pax sit, & consensio hominum inuicem? profecto non sic fiet; immo erit magna dissensio, & separatio, dum patres in filios, & contra, filij in parentes propter Euangelium meum insurgent, & dissentientes mutuo contendent, tantaque erit vis, & fortitudo ignis mei, vt affectus naturalis conculcetur, & postponatur. Cur autem non dixerit absolute, non veni mittere pacem, sed vius sit prius interrogatione: Putatis, inquit, quod veni mittere pacem? sequens annotatio explicat. Particula, Quia, non causalis sed declarativa est, posita loco, Quod.

ANNOTATIO LXXXI.

Quomodo Christus hoc loco dicatur venisse non pacẽ, sed separationem missus?

OPponet quispiam, quia Christus prænunciatus est per Prophetas pacẽ allaturus mundo: df. n. Psal. 71. orietur in diebus eius iustitia, & abundãtia pacis. & Isa. 9. vocabitur Princeps pacis, multiplicabit eius imperium, & pacis non erit finis. Multa sunt huiusmodi testimonia in veteri testamento: In nouo aũt legimus: In natiuitate eius Angelos cantasse, In terra pax hominibus, ipsum aũt Christum morti proximũ dixisse: Pacẽ relinquo vobis, eamq; resurrexit, eam annuncians protulit: Pax vobis, quomodo ergo nunc negat se venisse ad mittẽdum pacem. Rñdetur facile pacem multiplicem esse, vt diximus Luc. 1. Venit Christus ad faciendam pacem inter hoiem, & Deum auferendo peccata, & reconciliãdo hoiem Deo, cuius pacis dictus est Princeps, quamque annunciarunt Angeli, vnde Ephes. 2. df. Ipse est pax nostra: Similiter venit ad diffundendã inter hoies charitatem, qua se mutuo diligerent, ac iuuarent adeo, vt inimicos proprios amarẽt: Non aũt sermo est hic de hac pace, sed de temporali quadam pace, quæ solet inter eos esse, inter quos non est contentio, nec dissensio, quæ pax non est inducta in mundo à Christo nunc in hoc sæculo, immo ex eius aduentu occasio orta est contentionũ, & dissensionum multarũ: nam religionis causa multi in alios insurrexerunt, factæque sunt persecutiones plurimæ, & odia concepta contra fideles Christi, non quod Christus talia intenderit, nec eo fine venerit, vt hæc fierent, sed quod ex eius aduentu hominum malitia occasionem ea perpetrandi arripuerit. Venit. n. Christus trahere ad se hoies, eosq; saluare; dum aũt multi sequũtur eius vocationem, plurimis nolentibus obedire Euangelio, factum est, vt fiat separatio horum ab illis, & hi in illos insurgant; in quo ostenditur potentia, & efficacia Euangelii, quæ trahit ad se plurimos, victa coniunctione contraria carnis, & sanguinis, ac postposito affectu, ac timore cuiusq; persecutionis. Hoc est qđ nunc df. Non veni pacem mittere, sed separationem, q̃ Matthæus cap. 10. appellat gladiũ secantem, & diuidentem quemcunq; carnalem affectum. Recte aũt notat hic Ambrosius per hoc non tolli parentum in filios, & filiorum in parentes amorem, sed præferri amorem Dei amori quorũcunq; coniunctorum, vnde Matth. 10. df. Qui amat patrem plusquam me, non est me dignus. Hinc colligere licet duos effectus Euangelii, seu Spiritus sancti, seu fidei, & dilectionis; nam df ignis, & gladius, diuersis quidem rationibus; ignis quidem, quia abstergit maculas peccatorũ, illustrat mẽtes, & inflãmat volũtates, vt ante dictum est? Gladius vero, quia dissecat, & diuidit oẽm affectum humanũ resistentem, & obuiantẽ veritati, ac dilectioni: ꝓp hoc. n. matres filias, & patres filios, & cõtra filiæ matres, filij patres reliquerunt, ac postposuerunt. Vnde recte Orig. hom. 5. in Ezech. hunc locum Lucæ allegans vtitur exemplo romphææ igneæ, q̃ habebat Angelus custodies Paradisum, & similitudine nouaculæ ignitæ, qua sæpe vtitur medicus in cutãdis tumoribus: gladius est, vt diuidat; igneus autem

tem, vt putrefacta consumat. Sic se habet nunc Christus, ignẽ affert, & gladiũ; ignẽ ad consumenda peccata, & sananda putrefacta; gladium aũt ad diuidendum cõtrarios affectus, & superanda, ac remouenda oĩa impedimenta. Ex his facile intelliges cur Christus non dixerit absolute, non veni mittere pacem. cã hæc est, quia Apostoli, qui eum audierant sæpe de pace tractãtem, & ex Prophetis nouerant ipsum pacem allaturum, facile existimare possent nihil horum futurũ: idcirco, velut eos dedocens, interrogatione utitur, qua error significatur, & veritas traditur, dum negat talis pax futura in hoc eius aduentu. apud Matth. 10. hoc idem legitur, sine interrogatione tamen; ad aliud enim tempus, & locum ea pertinet historia.

Erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres.

COMMENTARIA.

EXplicat hanc separationem, causam reddẽs, cur dixerit se non venisse vt mitteret pacem, sed separationem; hæc aũt est: nam inter habitatores vnius domus erit dissensio, & contentio causa mei, & ob Euangelium meum: ex vna. n. parte erunt duo, ex alia tres; inter quinque ergo habitatores erit contentio, & separatio, inuicẽ cõtradicentes sibi: aliqn duo erũt pro Christo cõtra tres, aliquando tres pro Christo contra duos. Ecce vna separatio inter coniunctos habitatione.

ANNOTATIO LXXXII.

Cur numeri imparis exẽplum propositum à Christo.

CVr aũt numeri imparis exẽplum proposuerit, causam existimo esse, quia sic magis exprimebatur efficacia verbi Christi: nãm aut plures sunt contra Christũ, & tunc duorũ virtus apparet resistens pluribus; aut duo sunt contra Christũ, & tũc ẽt eadem virtus ostẽditur, dum plures ad se traxit, nempe tres ex quinque. Non aũt meminit vnius, nempe vnus contra quatuor, quia maior dissensio, & cõtentio est, dum multi sunt ex vtraque parte. Cur vero quinq; potius mentionem fecerit, quidam ad causas spirituales referunt, quas Ambrosius, & Euthymius narrãt. Mihi ad literã id facere vr; tum quia is est primus impar, qui in plures ex vtraq; parte diuiditur; tum quia idem numerus est conueniens simul habitantibus, vt sequenti sñia explicat. vide quæ supra diximus de quinque passeribus, qui vno asse veneunt.

Diuidentur, pater in filium, & filius in patrem suum: mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.

COMMENTARIA.

EXemplum ponit separationis eorum, quos in vna domo habitare dixerat: Pater enim insurgit in filium, nempe quando pater est incredulus, filius verò credit: cõtra etiam filius incredulus in Patrem credentem: sic ẽt mater, & socrus incredulæ in filiã, & nurum credentes; aliquãdo hæ incredulæ in matrem, & socrum credẽtes: diuiditurq; unio & coniunctio, dum veritas Euãgelij recipitur, ac tenetur à credentibus, postpositis sibi coniunctis. Sub his coniunctionibus intelliguntur viri, & vxoris: maior. n. est cõiũctio Patrum, & filiorum; & matrũ, & filiarum. Intelliguntur etiam coniunctiones amicorum: hæ. n. sunt minores narratis. Causa ergo fidei hæ separationes factæ sunt, vicitque efficacia Spiritus naturales affect9 omnes. Dices, hæ personæ sunt sex, quomodo igitur prius dixerat quinque? Respondeo matrem respectu vxoris filij esse socrum, vxorem vero nurum, sicque sunt quinque in vna domo.

ANNOTATIO LXXXIII.

POtest hæc sñia duobus modis exponi. Vno, vt sit separata à priori, quasi sit duplex diuisio, nẽpe quinq; in vna domo cõmorantium, & horum, qui nunc numerãtur. Altero modo, vt sit eadẽ sñia, & hęc sit explicatio illorum quinque. Hæc posterior interpretatio accommodatior est, quã Ambrosius sequi vr, qui ad eandem personam refert matrem, & socrum: nam mater est respectu filij, socrus vero respectu vxoris filij, sicq; sunt quinque in vna domo. Non fit mẽtio Patris vxoris: non. n. in vna domo solet cohabitare; sed vxor in domo

mariti

Universidad de Deusto
Biblioteca

marit, habitat cũ patre, & matre viri, sicq; sunt quinque personæ, vti dictum est.

Dicebat autem ad turbas.

COMMENTARIA.

CVM de suo aduentu, & de ijs, q̃ facturus esset, suis Discipulis præsentibus turbis loqueretur, ad turbas ipsas se conuertit arguens, & increpãs eas incuriæ, ac imprudẽtiæ, quæ cum ex signis quibusdã naturalibus obseruatis nouerint multa ventura, non obseruauerint signa eis à Deo data futuri aduentus sui, nec eum agnouerint: quæ sequenti exẽplo declarat. Loquit autem hæc ad turbas, nõ autem ad Discipulos, quoniam hi nouerant eum esse Christum, non autem illæ.

Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus venit: & ita fit, et cum austrum flantem, dicitis: Quia æstus erit: et fit.

COMMENTARIA.

EXplicat exemplo illorum prudentiam, ac prouidentiam, obseruationemque in rebus naturalibus: Cũ, inquit, videtis nubem ab occasu surgentem, statim præuidetis tempestatẽ futuram, & ita euenit. Erat. n. mare terræ promissionis ad Occidentem, ideo nubes ab Occasu oriens signum erat pluuiæ, & nimbi. Similiter cum vẽtus Auster, qui est à meridie, flat, prædicitis calorem, & æstum futurum, & reuera ita fit: ex obseruatione. n. frequẽti ista nosse turbæ didicerant. Ex hoc sumit argumẽtum reprehendendi turbas, quod facit in sequenti sententia.

ANNOTATIO LXXXIV.

TErra illa promissionis habebat mare ad Occidẽtẽ, inde nubes ab Occasu orta signum erat illis pluuiæ, q̃ alijs promissis, ac terræ sitibus non est, quibus male non est ad Occasum. Inde Elias 3. Reg. 18. tempore siccitatis, quæ per tres annos cum dimidio durauerat, cum à puero suo intellexisset nubeculam ortam ab Occasu, prædixit pluuiã, & ita facta fuit. Alio tẽpore, & loco Dñs usus est simili argumẽto, licet ex alijs signis sumpto: nam Matth. 16. aduersus Pharisæos, & Saduceos dixit sic: Vespere facto dicitis, serenum erit, rubicundum est enim Cælum. Et mane: hodie tempestas, turbulat enim cœlum triste. Faciem ergo cæli dijudicare nostis: signa autem temporum non potestis.

Hypocritæ, faciem cæli, et terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis.

COMMENTARIA.

ARgumentatur ex positis exemplis reprehendens turbas: ex signis quibusdam sensilibus probatis, & examinatis quale sit futurũ tempus, & dignoscitis tẽpus, an sit pluuiosum, an siccum, & calidum, & tamen hoc tempus aduentus mei non probastis, nec examinastis, nec nouistis quale sit; cũ multo plura, & certiora signa acceperitis à Deo per prophetas temporis aduentus mei. Vtitur interrogatione, quasi exprobrans, & quasi iudicio contendens contra eos, quod non examinauerint tempus aduẽtus eius tot, ac tantis signis demõstratum. Appellat autem hypocritas, quia volebãt prudentes videri iudicio signorum cæli & terræ, cum reuera essent imprudentissimi, qui quod maioris erat momenti non obseruarũt. Similiter quia videbantur studium addiscendi præ se ferre, venientes ad Christum audiendum, cũ reipsa negligentissimi essent in considerandis ijs, per quæ ipsum agnoscere potuissent, & debuissent.

ANNOTATIO LXXXV.

DE Iudæorũ imprudentia ac stultitia in nõ agnoscẽdo Christo, cum signa plurima aduentus eius accepissent à Deo, diximus supra cap. 1. in explicatione illius suæ (vt conuinceret incredulos ad prudentiam iustorum) diximus ẽt plura in commentarijs in Ioan. cap. 1. idcirco hic supersedemus nũc. Fuit apud Deum graue hoc peccatum quod satis costat ex ijs. Nam à Christo proponitur tanq̃ causa punitionis illius seuerissimæ, ac vindictæ factæ per Romanos: post vastationis. n. earum rationem

Graue Iudæorũ peccatũ apud Deum.

rationem causam expressit dicens, eo quod non cognouerit tempus visitationis tuæ. Nec est quod quispiam opponat turbas fuisse ignaras signorum, cum nõ legissent prophetas: nam frequentissima erat in Synagogis explicatio Prophetarum, vt vix esset, qui non nosset plurima ex ijs, quæ data erant signa. Adde inter turbas multos adfuisse peritos, & doctos, qui nomine etiam turbæ nunc significantur.

Quid autem & à vobis ipsis non iudicatis quod iustum est?

COMMENTARIA.

ALterius imprudẽtiæ eos arguit: Cur, inquit, ex ijs rebus, q̃ vobiscipsis insunt, non facitis quod iustũ est, quasi diceret, non iã vobis loquor, nec vos reprehẽdo à signis extra uos, quæ sunt cæli, & terræ, sed ab ijs ipsis, quæ vosmet agitis: cur non ex istis discitis similia agere in ijs, quæ plurimi sunt, ac maximi momenti? si enim ea ageretis, tempus hoc aduentus mei agnosceretis. Particula, &, id est ẽt, indicat hanc sententiam cum præcedenti connecti, ut in annotatio. explicatur.

ANNOTATIO LXXXVI.

Cõnexio verborũ præcedentium.

BEda connectit hanc sniam cum præcedenti sic: Quia non omnes ex turba poterant legere Prophetas, qui signa aduentus Christi prænotarunt, excusareq; se nũc poterant, si tempus hoc non probarunt, id circo ad ea redigit illos, quæ communia sunt, nempe ratione naturali vti. Est ergo sensus: si non potuistis signa hęc nosse, qua idiotæ estis, cur non ratione ipsa naturali, quæ vobis inest, non agnoscitis me ex operibus mirabilibus, quæ feci. Hæc cõnexio difficultatem habet: nã, vt diximus in præced. annot. etiamsi non omnes Prophetarum libros legissent, nec intellexissent ea in illis contenta, tamen quę ad aduentum Christi pertinebant, erant singulis valde nota ex frequentissimis concionibus, & explicationibus factis per Scribas, & Doctores Iudæorum in eorũ synagogis: satis excusare se vix poterant, quod non adhibuissent diligentiam interrogando peritos eorũ. Præterea, quia statim similitudine quadam explicat, quid sit illud ex quo poterãt iudicare iustum, nihilque dicit de operibus mirabilibus Christi, sed de eo, qui componit cum suo aduersario, anteq̃ accedat ad iudicem, vnde clare patet hanc sniam sensum habere ex similitudine sequenti, qua si diceret: Cur non iudicare iustum nostis ex negotijs vestris, quę inter vos sunt, quale vnum est, quod componitis cum aduersario opportuno tempore. Euthymius arbitratur hanc cũ sequenti sniã diuinctã à præcedenti, aliumq; continere sermonẽ, cui expositioni obstat particula (&) quę cõiunxit hanc cum præcedenti accumulando, & augendo argumenta imprudentiæ eiusdẽ ex nouo exẽplo. Puto igitur sniam hanc cum similitudine præcedenti sic connecti cum priori: cur etiam ex negotiis vestris, ac rebus per vos gestis non iudicatis, & iudicare nouistis, quod iustum est erga mei aduentus tempus? vos enim tempus oppotunum iudicatis in negotijs gerendis: nam componitis cum aduersario vestro anteq̃ iudici accedatis, ne postea cueniat vobis detrimentum à iudice. Profecto si vos eodem modo tempus res vestras componendi quæreretis in hoc seculo, priusquam ante Dei tribunal compareretis, ve ſiæq; salutis, ac conscientiæ solliciti essetis, me agnosceretis, ad meque veniretis, quem scitis causam Dei agere, operaq; facere, quæ non facerem, nisi à Deo missus. Hanc connexionem, & sensum magis explicabimus in sequenti sententia.

Cum autem vadis cum aduersario tuo, ad principem in uia.

COMMENTARIA.

HOc est, quod homines in negotijs secularibus faciũt, nimirum cum ab aduersario debiti causa ad iudicem deferuntur, dũ in via sunt, priusquam iudicium subeant, liberari se ab aduersario procurant, rem, ac litem componẽdo, ne, si ad iudicem trahantur, grauiora detrimenta patiantur, & totum integrum soluant, quod minori detrimento, & minori pecunia componere possent. Hoc prudentiæ est, tempus nempe discernere negotium gerendi. Sic profecto agendum est in negotio spirituali, vt ante tempus iudicij Dei, ad cuius tribunal debemus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus pẽs assistere, studeamus liberari ab aduersario, scilicet peccatis nostris, & diabolo, sub cuius potestate per peccatum tenemur. Si enim præueniamus iudicium illud, facile, & minima expensa liberabimur per pœnitẽtiam; at si expectemus iudicij tempus, vtiq; cogemur, & detrudemur in damnationis carcerem, à quo nemo liberabitur, nisi toto soluto pretio; quod quia nunquam fiet, æternus erit carcer, & perpetua dãnatio. Intendit Dominus Iudæos arguere, quod non quærant tempus opportunũ liberandi se à peccatis: si enim huic studio incumberẽt, facile agnoscerent tempus aduentus sui: venit enim ad tollendum peccata mundi, & aduersarium diabolum debellandum, ac spoliandum. Vtitur autem modo imperatiuo, loco indicatiui, vt per parabolam moneat eos ad componendum rem suam cum Deo hoc tempore, quod illis datũ est. Hæc est tota parabola, cuius pars est proposita sententia: Cum vadis, inquit, ad principem cum tuo aduersario, nempe vt ad iudicium traharis, procura in via liberari ab eo, re composita ante accessum Principis.

ANNOTATIO LXXXVII.

Verborũ præcedentium diuisio.

GRæca, loco, autem, habent γάρ, id est, enim, quæ particula, causalis cum sit, indicat sententiam hanc, & parabolã connexam cum præcedenti sñia, quasi demõstrans, quomodo ex nobis ipsis, id est, ex humanis negotijs debemus quod iustum est in spiritualibus discernere, & exhibere. Nec obstat, quod Dñs non vtitur indicatiuo, sed imperatiuo, s. Da operã, cum dicendum videretur, das operam: hoc. n. factum est, quia respexit ad significationem parabolæ, iuxta quam exhortatur, vt id ipsum faciamus in negotio spirituali cum Deo, quod facere solemus in eo, quod per parabolã exprimitur. Loco, Principis, quidam legunt, Magistratum, Græce ἄρχοντος, q̃ nomen significat eũ, qui præest iudicibus, iudiciorumq; est moderator; Apud Romanos erat Prætor, q̃ quẽ Ambros. dicit significari Deũ ipsũ, vt paulo iferius dicemus.

Quis dicatur hoc loco aduersarius.

Quis aũt dicatur Aduersarius, varie exponitur. Euthymius. n. interpretatur diabolum, de quo scriptũ est. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus. Quidam interpretãtur Deum ipsum, quem inimicũ facimus per peccatum. Ambrosius aũt aliter: cũ. n. hæc parabola sit ẽt apud Matthæum. c. 5. alio tempore, & loco à Dño prolata, distinguit ille dicens, parabolam apud Matthæũ significare, debere nos rem componere cũ proximo, liberariq; ab aduersario; at apud Lucam generaliter accipitur, nempe debere nos componere rem cum Deo per pœnitentiam, & reconciliationem. Hinc aduersarium apud Matthæũ interpretatur Diabolum, apud Lucam vero lapsum, & peccatum nostrum, quod nos accusat apud Deum. Basilius aũt locum Matthæi interpretans. Reg. brcu. resp. 222. eum dictũ aduersariũ censet, qui aliquid à nobis curat adimere quod ad nostrũ ius pertinet; illi aũt consentientes sumus, si illud præceptũ impleamus, qui vult tecum contendere iudicio, & tunicam tuam tollere, relinque ei & pallium. Hæc Basilius. Quidquid autẽ sit de loco Mathæi, quem puto aliunde habere sensum & scopum, vt Ambrosius recte dicit, apud Lucam arbitror aduersariũ ad literam dici creditorem, eumq;. qui aduersus alterum querelam hẽt. Iuxta hanc autem significationem, recte intelligimus & peccatum, ac diabolum: nã sub eorum iugo traditus est, qui peccat, iusto Dei iudicio, donec per pœnitentiam liberetur ab ipso, Deoq; reconcilietur. Vnde recte dr, liberari ab eo, nõ aũt recõciliari cũ eo, quia Deus est, cui recõciliatio, & satisfactio debetur ea facta, diabolus nihil iuris hẽt cõtra nos, cui traditi eramus à Deo pp peccatũ.

Ne forte trahat te ad iudicem.

COMMENTARIA.

PRosequitur parabolam: liberari enim quærit homo ab aduersario, ne, si re non composita Aduersarius trahat eum vi per Principis potestatẽ in iudiciũ, & in manus iudicis veniat, ab eo peius recipiat, quam si à principio liberari curasset ab aduersario.

ANNOTATIO LXXXVIII.

QVis sit is, qui tradere dicatur, notum est, nempe aduersarius ipse, quod apud

pud Matthæum distinctius legitur: ne, inquit, Aduersarius tradat te iudici. Ambrosius non legit sicut nos, sed sic: Ne condemnet te apud iudicem. Aliter. n. legunt Græca, q̃ vetus ĩterpres, sensus tñ idẽ est. Quis aũt iudex sit, maior est dubitatio. Quidã enim putant idẽ esse iudicẽ, & principem, seu magistratum; at vero rectius Ambrosius distinguit, interpretans, Principem, Deum ipsum, iudicem vero Dñm Christũ vt hoĩem, qui constitutus est iudex viuorum, & mortuorum, & cui Pater iudicium oẽ hoĩum tradidit. Cui explicationi cõsentiens dico Principẽ esse ipsum primariũ Magistratum, qui oĩbus præest, vt in præced. annot. ostendimus. Iudicem aũt, illũ, cui causa traditur discutienda, & iudicãda à Magistratu supremo. Matthæus aũt nõ ineminit Prĩcipis, sed solius iudicis, & merito, quia non agebat nisi de re componenda cum proximo, at Lucas distinxit, quia intendebat reconciliationem cum Deo, priusquam ad iudiciũ Christi trahamur, distinguenda igitur ista sunt.

Varia lectio huius loci, & qs sit iudex iste.

Et iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.

COMMENTARIA.

PRosequitur parabolã, exponitque detrimenti grauitatem, quę sequitur, nisi præueniatur iudicium: nam Principis auctoritate, ante quem querela defertur ab aduersario, ipse aduersarius trahet te nolentem, & inuitum ad iudicem; iudex autem causa cognita iudicium proferet cõdemnationis, & tradet te exactori, nempe ministro, cui incũbit iudicata executioni demãdare, & exigere, quę iudicata sunt, hic aũt mittat te in carcerẽ, donec soluas.

ANNOTATIO LXXXIX.

HAec quinque genera personarum, nẽpe Principis, iudicis, aduersarij, exactoris, & eius, qui traditur iudici, diffuse interpretatur Ambrosius, singulasque partes parabolæ explicat docte, vtiliter, ac spiritualiter; multa ẽt Euthymi⁹ dicit. Nobis aũt in præsenti satis esse visum est, si id qđ per parabolã intẽditur, exponamus: nõ. n. necessariũ est singulas partes parabolę ac cõmodare, cũ aliqua interserantẽ similitudinibus, vt ipsarũ similitudinũ & parabolarũ series cõficiatur, vt aliàs notauimus.

Parabolæ huius scopus.

Quod igitur in hac parabola intendit, vti diximus in comment. id est, s. demonstrare, quo pacto sint hoĩes prudẽtes in negotijs suis tractandis, q̃ huius seculi sunt: cum. n. litem aliquam super debitum habent, & iniustitiam sciunt, procurant potius rẽ cõponere, q̃ ad tribunalia deferri, ne se exponant periculo grauiora patiendi: hoc idem agendũ esset cum Deo, quem inimicum per peccata in eum cõmissa habemus, ideirco opportune cõponendum cũ eo est, sicq; ab aduersario dæmone liberabimur, qui Deo pacato nihil hẽt contra nos exigendũ. Hæc aũt fieri debent priusq̃ ad eius tribunal vocemur, vbi negotium exacto iustitiæ rigore agetur; at ante tribunalis tps, magnæ misericordiæ locus est, q̃ impetrandi opportunũ tps. Iudæi assecuti erant, negligentiaq; sua amittebant: Christus vero reprehẽdit, & exhortatur eos, vt vtantur tpe oblato, sicut faciunt in negotio seculari. Hoc idẽ, alia tñ occasione docuit, & monuit Ioã. 12. Adhuc, inquit, modicum in vobis lumen est, ambulate dũ lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant. Se appellat lumen, ac lucem; tps aũt hoc, aduentum, & præsentiam suam. Hic est scopus, & sensus huius parabolæ.

Dico tibi, nõ exies inde, donec etiã nouissimum minutum reddas.

COMMENTARIA.

COnnexa est præcedenti ista sñia, significans, maius, ac grauius detrimentum debitorem passurum esse, si res in iudicium deferatur: conijcietur. n. in carceres, è quibus non liberabitur, nisi toto debito restituto vsque ad minimam monetam: sic fiet in tribunali Dei cum eo, qui in hoc seculo non curauerit componere conscientiam suam cum Deo per pœnitẽtiam. Misericordia. n. large patet in hoc seculo, in illo autem iudicium seuerum exercetur. Minutum idem est, quod quadrans, nempe minima pars assis.

Particula, Donec, quo pacto hoc loco sumpta,

ANNOTATIO XC.

ADuertẽdum est posse hanc sñam dupliciter intelligi, VT no modo vt parti cula, donec, significet tñ non liberandum à car-

à carcere, ni si reddito toto debito, non aũt quod reddito debito postea egrediatur à carcere, ia qua significatione vsurpatur apud Matthæum cap. 1. Non, inquit, cognouit eam, donec peperit filium, vbi notat Hieronymus particulam hanc non significare, quod postquam filium peperit, cognouit, sed id solum, quod non fuit factũ, nempe ante partum cognitam non fuisse. Sic in præsenti accipi potest, nimirum debitorem non exiturum à carcere, donec totum debitum soluat, non quod soluat totum, & postea exeat, sed id solũ, quod non aliter exibit. Conformis est huic locus ille Matth. 18. Ille, n. debitor, qui debebat decẽ millia talenta, nec habebat vnde redderet, quia conserui non est misertus, missus dr in carcerem, quousq; redderet vniuersum debitum. non significatur hic, quod reddiderit, & postea sit egressus, nam dictum est non habuisse, vnde redderet, sed tantum significatur, non aliter egressurum: ita nunc in præsenti dictum est. Et hac ratione applicatur ei, qui ante tribunal Dei comparebit sine pœnitentia, peccatiq; remissione in hoc seculo facta; mittetur, procto in carcerem inferni, quousque satisfaciat debito, non quod aliqn satisfaciet, id. n. nunq; fiet, nec eripietur in eternum, sed id solum dr, quod non aliter liberabitur: & iste sensus est germanus, & accommodatus parabolæ. Altero modo particula, Donec, non tantũ significat, quod non fiet, sed ẽt, quod postea fiet, ita vt neget, & simul affirmet, in qua significatione vsurpatur. Dan. 4. Septem tempora mutabũtur super te, donec scias, quod dominetur Altissimus: hoc in loco particula, donec, non solam negationẽ, sed et affirmationem habet; nam post illa septem tempora sciuit Nabuchdonosor dominari Altissimũ, & veniam, ac misericordiam consecutus est. Iste sensus si accommodetur huic loco, significabitur, quod iste debitor tenebitur in carcere, donec soluat totum debitum, quod vere soluet, & liberabitur; tuncq; accommodatur hominibus, qui, etiamsi in hoc sæculo per pœnitentiam remissionem culparum obtinuerunt, non tñ diligentes fuerunt in satisfactione pro pœnis relictis per opera bona; nec adhibuerunt ea remedia, quibus omnino purgarentur, tam ab illis, quam à culpis venialibus; hi, si tales in iudicio comparebunt, tradentur carceri Purgatorij, à quo nõ exibunt, nisi omni debito exacte, & ad rigorem iustitiæ soluto; eo tñ reddito liberabuntur; quibus etiam consilium vtilissimum est, vt in hoc seculo componant: nam quæ potuerunt facili opere reddere, & satisfacere in hoc seculo, si futurum expectent, non reddent, nisi per pœnas inexplicabiles, quarum vel minima vincit tormenta omnia, quæ in hoc seculo excogitari, & inferri possunt. Tam ergo iis, qui pœnitentiam no facimus, & peccant; q illis, quos pœnitet, sed satisfacere negligũt, vtilissimum est in hoc seculo cõponere: Prioribus valde necessarium ad salutem æternam assequendam, & euadendam æternã damnationẽ, ac mortem; posterioribus vero vtilissimum, non tantum ad merita augenda, ad citiusq; Deo fruendum sine detentione carceris Purgatorij, sed etiam ad euitandas pœnas, & tormenta illa, quæ ab homine mortali sustineri non possunt. Vterque sensus accommodatus est huic sententiæ, & non improbabiliter affirmare licet simul vtrumque significatum, & intentum esse à Domino.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca